

IOAN. BAPTISTAE
BERNARDI,


Patricij Veneti,

SEMINARIITOTIVS
PHILOSOPHIÆ,

TOMVS SECVNDVS,

Denuo ab Authore recognitus & ab erroribus expurgatus.

CVMPRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDXCIX.

Apud Hæredes Melchioris Sessæ.

IOAN. BAPTISTAE
BERNARDI,
Patricij Veneti,

SEMINARII TOTIVS
PHILOSOPHIÆ,
TOMVS SECVNDVS,

Denuo ab Authore recognitus, & ab erroribus expurgatus.

CV M P R I V I L E G I I S.



VENETIIS, MDXCIX.

Apud Hæredes Melchioris Sefsæ.



IOANNIS BAPTISTAE BERNARDI, PATRICII VENETI

Seminarium totius Philosophiæ.



LABIA sunt caro p̄mobilis, & mox a naso habentur. Arist. de hist. ani. 5. c. 11. c. 22. Labia naribus subiacent ijs, q̄ simul, & dentes hñt, & sanguinē adiūcta, q̄ sunt ob dētium salutem, & tutelā Ari. de partib. ani. 2. c. 16. c. 459. Labia hominis mollia, & carnosa, & q̄ separari possunt, data sunt non solum, vt cæteris animalibus, vt dentes tueantur, sed vt bene esset: ad vsū enim sermonis ea quoque conferunt. Aristoteles de partibus animalium secundo. capit. 16. c. 460. Labijs cur maxime intitillamur? quia membrū, quod titillari potest, non longe a sede potissimū sentiēdi abesse debet: labia autē eo maxime in loco sita sunt: sed omniū maxime locorū capitis p̄pterea titillantur, quod carne ex toto cōstant, quare mobilissima esse possunt. Aristotel. problemat. sec. 35. num. 7. chart. 654. Labia quibus sunt gracilia, & in extremitatibus laxa, ita vt superius labiū ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum, magnanimiti sunt. referūtur ad leones, q̄ & in magnis, & fortibus canibus videt. Quibus gracilia dura, circa dentes caninos supereminētia, ignobiles, referuntur ad sues. Quibus crassa labia, & superius inferiori propendens, fatui referuntur ad asinos. Qui autem superius labium, & gingiuas prominentes habent, amatores sunt contumeliarum, referuntur ad canes. Aristotel. physiogn. capit. 9. c. 349. Labia creata sunt ex carne molli, & ad dentes anteriores se habent, vt maxillæ ad molares. Alb. mag. de animalibus lib. prim. tractat. 2. cap. 9. c. 10. col. 4. Labia, & maxillæ sunt; vt contineant aerē, q̄ in palato, & dentibus plectro linguæ frangitur ad vocis figurā, & sonum, & vt conferuent dentes a frigore. Alb. Magn. de anim. l. 1. tractat. 2. capit. 9. c. 20. col. 4. Labiorū color versus aperturā oris est rubeus p̄ multas venas sāguinis ad illū locū deriuatas, cuius signum est, quod sæpe sanguinant, & de facili scinduntur. Albert. magnus de animalibus lib. 1. tractat. 2. c. 9. c. 11. col. 1. Labia truces vult⁹ cui exagitat, stultitiā, & insanā oñdūt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 9. c. 11. col. 1. Labia parumlibet ridentia, blanda, lætis vultibus quibus

contingunt, libidinosum offendunt. Albertus Magnus de animalibus li. 1. tractat. 2. c. 9. c. 11. col. 1. Labia tenuia ī ore maiori, si super⁹ sit aliquātulū sup infer⁹, magnanimum, & fortem indicāt. Albert. Magn. de animalibus lib. pri. trac. secundo. capit. 9. c. 11. col. 1. Labia tenuia in ore paruo, imbecillē animū, & versutum indicant. Alb. mag. de ani. li. 1. tr. 2. c. 9. char. 11. col. 1. Labia ab ore soluta, cum aliquantulum depēdent, & inordinato humore abundant, inertem demonstrant. Albert. Magn. de ani. li. 1. tractat. 2. cap. 9. ch. 11. col. 1. Labiorum motus quatuor perficitur m̄sculis, quorum duo veniunt a genis, duo ab inferiori, sed ita permiscētur omnes substantiæ labij, quod sensu ab ip̄s non discernuntur. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 14. c. 14. c. 2. Labij inferioris motus indicat vomitum, quia collimationem habet in stomacho. Albertus Magnus de animalibus lib. pri. tractat. 2. cap. 25. c. 22. col. 3. Labia in animalibus ea habentibus, facta sunt ad dentiū salutem, & custodiam. Albertus Magnus de animalibus lib. 12. tract. 3. cap. 5. c. 11. col. 1. Labor omnis, qui prolis causā suscipitur, in ea, quæ propria esse videtur, prole versatur. Arist. de generatione animalium 3. cap. 10. char. 211. Laboriosiores sunt ambulationes proluxæ per plana, quæ per incompta, breues autem leuiore, quia membra tū a multo, tum a vehemente motu franguntur; est autē vehemens, qui passim per loca inæqualia agitur: multus vero, qui continens vnusque est. Locis igitur inæqualibus quamuis longa motio acta est; tamen requiem mutatio præstat, facitque, vt longa non sit, nec ipsorum quoque equorum propter mutationem. Planis autem habitus similitudo, & paritas nihil interpellat, nec membris vllam præstat quietem, sed ethicit, vt mouendi ratio continuetur. At si sit breuis, nimietas motus in planis non fatigabit: accliuibus autem, quoniam immutatio vehemens, & contraria corpus modo sursum, modo deorsum vexat, fatigetur necesse est. Aristoteles problematum, sec. 5. numero 1. chart. 395. Laboribus qui se dederunt, pingue eorum absumitur: caro autem non emaciatur, quia pingue calefactum liquefit, quod carni non euenit: motio autem concalescit. Aristoteles problematum sec. 5. numer. 4. char. 396.

Laboriosus est brachio inanem iactasse manum, quam lapidē, quia inani iactura brachium quasi conuellitur vehementius, nulla enim in re nititur, vt cum mittit, missi obdito, fulcire se potest. Aristoteles problem. sec. 5. num. 8. chart. 397.

Laboriosus accubamus in planis, quam in concauis, & eadem est ratio cur in conuexis laboriosus, quam in planis; quia corporis pondus cum in eundem locum in sedendo, & cubando se colligit, laborat per afflictationem, & in curuum magis quam rectū, & rectum quā concauum, quia corpus nostrum in orbem se potius colligit, quam dirigat in processum, & per plura attinguntur a concauis, quam a planis, & ideo quæ cedunt minus, quam dura, & renitentia fatigant, & in accubando, & in sedendo. Arist. probl. sec. nu. 11. c. 398.

Laboramus ascendentes genibus, descendentes femoribus, quia dum ascendimus corpus sursum iactamus, distensioque corporis a genibus multa fit, & procliuibus locis femoribus laboratur, quæ ipsi enixi crura submouemus. Ad hæc omne, quod præter naturam fit, laborem, doloremque mouet, est autem secundum naturam genibus, vt ante flectantur: femoribus retro. At locis accliuibus genua retro flectuntur, nā inniti, firmarique volumus: procliuibus autē femora ante coguntur, corpus enim se prouum propensumque ita defert. Arist. problemat. sec. 5. nu. 19. char. 40.

Laboramus media parte femoris potissimum in itinere, quia longi cuiusque, & continui pars media potissimum laborat, & tale est femur. Arist. probl. sec. nu. 20. c. 402.

Laboramus magis in descendendo femoribus, tibijs in ascendendo, quia labor in ascendendo est, qua corpus tollitur, at quia tibiæ incumbit, ideo tibiæ magis, & humerus in ascendendo fatigatur eadem de causa. At in descendendo tibiæ manet, thorax ponderi est, femur sustinet, atque vacillat, quia in longitudinem porrectum est, & superne versatur, qua scilicet thorax procumbit. Aristot. problematum sec. quint. num. 23. chart. 403.

Laboris causa est substantia, materia, & potentia, quæ est in contrarium, non autem actus. Aristoteles 9. metaphysicor. capit. quarto. te. 17. char. 198.

Laboriosa fugere mollietas est. Aristot. 3. ethicor. nicom. capitul. 5. char. 68.

Laboribus natura minus, quam voluptatibus capimur. Aristoteles moral. eudem. 2. capit. 6. char. 392.

Laboris simul corpore, & mente non oportet, cum se inuicem impedire nata sunt; labor quidem corporis, mentem; mentis vero, corpus. Aristoteles politicorum octauo. capite quarto. chart. 763.

Labores spontanei indicant morbos. Hippocratis aphorismus. Ale. aphr. in prio topicocū. c. 9. chart. 12. col. 4.

Labor corporis anxietatem indicat, dolor animale contractionem. Alexander aphrod. in quarto naturalium quæstio. capit. 16. char. 181.

Labor non ab agendo, sed a patiendo prouenit. Psel. in 8. physic. char. 80.

Laboris causa in animalibus est, quia in eis est principium motus contrarium motui animæ, scilicet pars grauis, quæ est in eis, quæ mouet ea ad contrariam partem illi, qua intendit anima. Auerroes secundo de celo, te. 3. chart. 45. col. 4.

Laboris causa in animalibus est, vt addatur potentia supra potetiam motoris. Auer. 2. de celo te. 72. c. 68. c. 2.

Laboriosum est omnia, quæ discolor negat, probare. Albertus Magnus in topic. char. 275. col. 3.

Labor excellens exsiccatur, & senium est siccum, & ideo senium est effectus laboris. Albertus Magnus de mor. & vit. trac. secundo. capit. 8. c. 62. col. 2.

Laboriosior est tanto motus aliquis, quanto natura rei est propinquo ad non moueri, & ideo animalibus laboriosum est moueri sursum. D. Th. nono metaphysicorum, lec. 9. te. 17. char. 661.

Laboriosū esse aliqd, qd acqris ab alio, nō est necessariū, nisi ipsū, vel aliud ipsi cōtinuū nō sit præter naturam. D. Tho. duodecimo metaphysic. l. 11. te. 51.

Labor speculationis est, quia intellectus indiget phantasmatis existentibus in organo corporis. D. Thom. ethicorum decimo. l. 10. c. 127. col. 4.

Lac quid est.

Lac est sanguis concoctus, & corruptus. Aristotel. de generatione animal. quarto capit. 8. char. 258.

Lactis qualitates, & partes.

Lac quod non concreuit, vt ceruorum, frigidissimum est, & magis aquæ, & villos nō habet: villi enim sunt terræ, & solis. Ari. meteo. quart. su. 2. c. 4. t. 41. c. 574.

Lactis genus vnū quodq, hēt tū sūmē dilutā, qd serū vocam, tū corpulētū quoddā, qd caseū vocamus. Aristoteles de historia animalium tertio, capite 20. ch. 101.

Lac crassius plus casei hēt. Ari. de hist. ani. 3. c. 20. ch. 101.

Lac tenuissimū cameli est, tum equū, tum asinæ, crassissimum bubuli est. Arist. de hist. ani. 3. capit. 20. ch. 101.

Lac canum crassius est, quā lac cæterorum animalium, excepto sero, & leporis. Aristot. de hist. ani. 6. c. 20. c. 231.

Lac nonnullis non solum exit de papillis, sed passim per vbera, & aliquibus per alas, edurantq; in posterum globuli, quoties humor non coquatur, nec exeat, sed redundet. Aristote. de histor. animal. 2. capit. 11. ch. 265.

Lac seruatur dum mulier concipiat, tunc desinit, atq; extinguitur, tam in hoie, quā in cæteris animalibus quadrupedibus viuipari generis, & tunc purgationes magna ex parte non fiunt, aliquibus autem hunt. Aristoteles de historia animalium secundo, capite 11. ch. 266.

Lac mammis colligitur propter ordinem primæ, & originalis constitutionis. Arist. de gen. ani. 4. cap. 8. c. 257.

Lactantibus secundum naturam non fiunt purgationes. Aristot. de gen. animal. secundo. cap. 8. chart. 258.

Lactantes fm naturā nō concipiūt, & si concipiunt, lac extinguitur, qm eadē lactis, & menstruorū natura. Arist. de generatione animalium quarto, capit. 8. chart. 258.

Lac est album, quia mamillarum caro, quæ laxa est, & alba, in sui similem colorem, colorem album scilicet, conuertit sanguinem. Albertus Magnus de animalibus. li. pri. trac. 2. cap. 23. c. 20. col. 3.

Lac cuiusuis animalis habet, & aquositate tenuem, & grossam terrestrem ex qua fit caseus, & aquositas inest, vt currere possit lac per membra, quæ nutrit. Alber. Magn. de anim. li. 3. tractat. 2. c. 9. c. 44. col. 4.

Lac eorum animalium, quæ dentes superiores, & inferius habent, est tenue, dulce, & aptum magis ad potum, quam ad nutrimentum; & cameli est tenuissimum lac. Albertus Magnus de animalibus lib. 3. tractat. 2. capit. 9. chart. 45. col. 1.

Lac asinæ est tenue, ideo consumptis datur, vt humectet eos, quia non est tanta caseatio eius, vt nocere possit. Albertus Magnus de animalibus lib. 3. tractat. 2. capit. 9. char. 45. col. 1.

Lac est nimis tenue in matribus multum ieiunis, & in multum gulosis indigestum. Albertus Magnus de animalibus lib. 3. tractat. 2. capit. 9. c. 45. col. 1.

Lac exit de vberibus, si primo conficitur mamillæ cum vrtica. Albertus Magnus de animalibus lib. 3. tractat. secundo, capit. 9. c. 45. col. 2.

Lac omne præter substantiam casei, & aquosam, vntuosam habent substantiam, quæ butyrum est. Albertus Magnus de animalibus lib. 3. tractat. 2. capit. 9. char. 45. col. 2.

Lac canis est spissius omni lacte, præter lac porcorum, & leporum. Albertus Magnus de animalibus lib. 6. tractat. 3. capite 9. char. 62. col. 3.

Lac

Lac vt aptum ad caseum, & vt nutrit.

Lac non habens caseum, aut paucum hoc magis aque est, & non nutriens. Aristoteles meteor. quarto. sum. secunda. cap. 3. te. 41. char. 575.

Lac commodum ad conficiendum caseum primum ouillum est, post caprinum, mox bubulum, equinum, & asinum. Aristoteles de historia animalium tertio, capite 20. chart. 102.

Lac omnibus edurat, si non coeunt, nec pastu careant copioso, sed omnium maxime quadrupedum ouibus. Aristoteles de historia animalium tertio, capite 21. ch. 104.

Lac ruminantibus, & copiosius, & caseo vtilius emulgetur. Aristotel. de histor. animalium tertio, capitul. 21. chart. 104.

Lac mulierum commodius lactentibus est, quod liuorē trahit, quam quod candidum, & fuscæ salubrius habent, quam candidæ. Aristotel. de histor. ani. capit. 3. 21. char. 104.

Lac validius est ad alendum, in quo plus est casei, sed infantibus salubrius, quod minus casei contrahit. Aristoteles de histor. ani. 3. capit. 2. chart. 104.

Lac, quod ante septimum mensem contractum est, inutile est, sed simul infans natalis est, & lac vtile esse incipit, prius etiam est salsum, vt pecoris. Aristoteles de historia ani. 7. cap. quinto. chart. 259.

Lac mulierum vtile septimo mense redditur. Aristoteles de generatione animal. quarto. capit. 8. char. 256.

Lac cur frigidum est, & facile concoquitur, & probe nutrit, cum habitu sit frigidiori: censendum facile lac posse transire in sanguinem, cum ex sanguine factum sit. Cogendum non coagulo animalis, sed succo ficulneo, aut gutture gallinæ, sic reconcoqui, & digeri expeditius potest. Ale. aphrod. probl. 2. nu. 80. c. 762.

Lac mane primo emulgeri debet, antequam detur pueris, & de residuo detur infantibus, quia quod primo ad mamillas venit, est quasi purgamentum. Albertus Magnus de ani. li. 3. tract. 2. cap. 9. c. 45. col. 1.

Lac bis, vel ter in die infantibus dare sufficit, propter debiles virtutes ipsorum. Albertus Magnus de ani. li. 3. tractat. 3. capit. 9. char. 45. col. 1.

Lac mulierum macrarum, & fuscaram, melius est, & maioris nutrimenti, quam albarum. Albertus Magnus de ani. li. 3. tractat. 2. cap. 9. char. 45. col. 3.

Lac mulieris, q̄ similis est matri infantis, magis conuenit vnicuiq; infanti. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 2. c. 9. c. 45. c. 3.

Lac in quibus est, & vt coagulatur.

Lac in maribus quoque fieri potest. Aristotel. de hist. ani. 1. cap. 12. c. 23.

Lac, quæ habent, omnia id mammis continent. Aristoteles de historia animalium 3. capit. 20. char. 100.

Lac eorum, quæ non vtrinque dentata sunt, coit, at quæ vtrinque dentata sunt, lac eorum non coit, nec pingue nec tenue, dulceque est Ari. de hist. ani. 3. ca. 20. c. 101.

Lac nullum coit frigore, sed Serum potius trahit, sed omne igne spissatur, & crassatur. Aristoteles ibidem.

Lac nulli animalium fieri solet antequā vterū ferant, nec dū ferunt vtile omne est, sed primum, nouissimumque inutile. Non prægnantibus aliquando, sed raro, edulij quibusdā efficitur, vt lactescant; & quibusdam natu maioribus lac prodijt, & copia tanta, vt infantem nutrire valeant. Vbera etiam caprarum, quæ coitum nō patiuntur, vrtica perfricant pastores montis Oeta, vt primo cruentum humorem eliciant, deinde purulentum, postremo lac bonum. Aristotel. de histor. ani. 3. capit. 20. c. 101.

Lac non gignitur maribus, nec hominibus, nec belluis magna ex parte: at fieri potest, vt aliquando aliquibus gignatur; nam capro in Lemno insula ex mammis,

quas iuxta genitale gerit, tm lactis emulgebatur, vt colostrā inde conficerent. Sed ostentis potius annumeranda hæc sunt. Arist. de hist. ani. 3. c. 20. char. 102.

Lac viris post pubem exiguum nonnullis exprimitur. Aristoteles de histor. ani. 3. capit. 20. char. 102.

Lac cogitur succo ficulneo, & coagulo. succus lana exceptus pauillo lacte abluitur, quod iniectum copiam lactis densat, atque colostrat. Aristotel. de histor. ani. 3. capit. 20. char. 102.

Lac fit ijs feminis, quæ animal intra se generant, qd vtile est partus tempore. Arist. de gen. ani. 4. cap. 8. c. 256.

Lac cæteris animalibus partus tempore datur, quia eis datum est tempus simplex ferendi vteri, homini vero, quia plura sunt tempora, primo adesse necesse est. Aristoteles de gener. ani. 4. capit. 8. char. 256.

Lactis pars condensata tota simul mutatur, sed non totum. cuius est signum non æque fieri congelationem in minori, vt in maiori copia lactis. Simplicius in sexto physicor. te. 59. char. 355. colum. 1.

Lac, cum congelatur, non potest dici proprie mutari. Simplicius in sexto phys. te. 59. char. 355. colum. 1.

Lac per frigus non est coagulabile, quia terrestre habet in eo. Alb. Mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 9. char. 45.

Lac coagulatur ex lacte ficuum. Albert. Magn. de ani. l. 3. tractat. 2. capit. 9. char. 45.

Lac vnde fit, quid auget, & minuat.

Lactis copiam flatulosa quædam faciunt, vt fabæ largius datæ ouibus, capris, & bubus. Aristotel. de hist. ani. 3. capit. 21. char. 104.

Lactis indicium est, cum ante partum vbera spectant dorsum. Aristot. de histor. ani. 3. capit. 21. char. 102.

Lac plurimū proportionē sui corporis capris, & ouibus mulgetur: homini, & boui minus, vel quia his copia in corp⁹ absorbet, cæteris in excrementū se confert; ouibus autē, & capris quantum excrementi accesserit, nō in lac trāsit. Vel quia plura gignunt, quā q̄ magno sūt corpore, & ita plus attrahunt excrementi, quia plura alendū est; Vel quia his grauidis plns excrementi pp corporis imbecillitatem redundat; lac autē excremento consistere, certū est. Arist. pbl. sec. decim. num. 6. char. 427.

Lacte vbera replet crystallus cum melle mistus, tritus, & a mulieribus receptus. Albertus Magnus in secundo de miner. ex tractat. 2. capit. 3. ch. 139. col. 4.

Lac generat nō ab vltima digestionē cōpleto sanguine, q̄ nō est cōplete digest⁹ tertia digestioe, sed p venā defert in mamillas, ex quarū albedine i albedine cōuertitur. Alb. Mag. de animalib. lib. 3. tract. 2. c. 2. ch. 44. col. 1.

Lac minuunt quedā pascua, & maxime surgum. Albert. Magn. de ani. lib. 3. trac. 2. cap. 9. char. 45. colum. 3.

Lactis abundantia ex tribus contingit, quia animalia, quæ sunt humidiora, abundantioris sunt lactis, & in eadem specie maius minore; tertia pascua lactifera. Alb. Magn. de ani. lib. 3. tract. 2. cap. 9. c. 45. col. 3.

Lac vt via lactea.

Lac semper idem in eisdem est astris; ergo opinio Anaxagoræ, & Democriti est falsa. Aristoteles meteor. prim. sum. secunda. capit. quinto. chart. 470.

Lactem circulum Pythagorici quidam dixerunt esse exidentium quorundam astrorum sub Phætonte lationem: hi autem Solem per hunc circulum aliquando delatum fuisse aiunt. Aristoteles meteorol. prim. sum. 2. capit. quinto. char. 469.

Lactem circulum Anaxagoras, & Democritus existimarunt esse lumen quorundam, quæ non habent lucem a Sole, sed lac esse ipsorum lumen proprium. Aristotel. ibidem.

Lactea viâ esse refractione nostri visus ad Solem dicit quâdâ
 .vt de Cometa, quâ est impossibile; i speculo. n. & i aqua
 vñ nocte circulus lacteus. Aristoteles ibidem. ch. 470.
Lacteus circulus maximus existens, & multum tropicos
 excedens, plenus est maximis, & fulgentissimis astris,
 & adhuc sparsis vocatis, vt semper, & continue ois cõ-
 cretio sub ipso aggreget: cuius signum est, quod in cir-
 culo altero hñte duplatu amplius lumen est, & in hoc
 plura, & crebriora sunt astra, quam in altero. Aristote-
 les meteor. prim. sum. secunda capit. 6. char. 472.
Lacteus circulus si esset sub celo exhalatio, tunc sequere-
 tur, quod in diuersis climatibus appareret aspectus di-
 uersitas, & in hieme esset minor, in æstate maior. A-
 uer. meteor. pri. cap. 3. char. 185. colum. 3.
Lactea via est, in apparentia tantum Auer. meteor. prim.
 capit. 3. c. 185. colum. 4.
Lacteus circulus fit, quia cum sint in eo plures stellæ, p. p.
 propinquitatē earum reflectunt earū lumina in super-
 ficie ignis, aut huius corporis fumoli, & admiscētur lu-
 mina, & est æternus. Auer. met. pri. c. 3. ch. 185. col. 4.
Lactee viæ refractionis luminis causa, vel est debilitas vi-
 sus, vt non possit apprehendere paruas illas stellâs, vel
 pars celi recipiens lumen ab his stellis, postea illumi-
 nans per se, vel illuminatur per multiplicationem, vel
 duplicationē luminis in ipsa propter congregationem
 stellarum illarum quarundam ad quasdam. Auer. me-
 teor. prim. capit. 3. chart. 186. col. 3.
Lactei circuli pōt esse, vt sint in illa parte celi stellæ par-
 uæ valde congregatæ, quarum corpora non sentiuntur,
 sed lumen earū vñ propter fortitudinē eius, & propter
 admisionem luminorum quorundam cum quibus-
 dam. Auer. meteor. pri. cap. 3. c. 186. colum. 4.
Lactea via lucet propter spissitudinem orbis, & multitu-
 dinem stellarum paruarum. Alber. Magn. in 2. de celo.
 trac. 1. cap. 2. c. 24. colum. 1.

*Lactes vt ab intestinis, & ventriculo ali-
 mentum trahunt.*

Lactes super intestina positi sunt, qui constant latiore
 membrana, & pinguescunt: pendent ex vena maio-
 re, & aorta, venasque multas frequenter concurrunt dese-
 runt ex pari illo venarum gradium ad intestina, de fum-
 mis ad ima vsq; spargentes. Ari. de hist. ani. 1. c. 16. c. 31.
Lactes, quod vocant & ipsum membrana est protendens
 cõtinaua de intestinorum tenore ad venam vsque ma-
 iorem, & aortā, plena venarum multarum, & frequen-
 tium, quæ ab intestinis ad venam maiorem, & aortam
 permeant. Arist. de partib. an. 4. cap. 4. car. 509.
Lactes sunt, qui ex ventriculo, & intestinis alimentum
 attrahunt, vt arboris radices ex terra. Arist. de partib.
 anim. 4. capit. 4. char. 509.
Lacedæmonum rem publicam laudant multi, vt ex om-
 nibus statibus constantē, nam ex rege constant, itē ex
 vno principe, & ex senatu pro paucorum potentia, &
 ephoros habent pro statu populari; nam ephori ex ple-
 be sumuntur. Aristot. polit. 2. cap. 4. char. 529.
Lacedæmones Imperatorem eligunt non secundū genus
 sed secundum virtutem. Aristotel. polit. 2. cap. 9. c. 550.
Lacedæmonij pecunias sibi ad reditum in patriâ postu-
 lantibus Samijs, decreto sanxerunt vnum diem, & se
 & seruos, & iumenta nihil omnino gustare, quantum-
 que in cibum solitus esset vnusquisque impendere, tan-
 tum Samijs dare. Aristot. œcono. 2. chart. 808.
Lacertæ, & crocodili sua oua terræ committunt gre-
 mio, tam terrestres, quam fluuiatiles. Aristotel. de hist.
 animal. 5. capit. 33. char. 192.
Lacertarum oua sponte in terra operiuntur, vitam
 enim earum annum non complere, sed semestrem fi-
 nire aiunt. Aristot. de hist. anima. 5. cap. 33. chart. 193.
Lacerti in Arabia magnitudine cubitum excedunt.

Aristotel. de hist. animal. 8. capitul. 28. chart. 309.
Lacertam quidam serpentem esse dicunt, propter simili-
 tudinem ad serpentem, & propter similitudinem cau-
 dæ, sed non reducitur in aliquem superiorum ordinū
 quia cum mordet, relinquit dentes, & dolet locus mor-
 fus quousque dentes extrahantur. Extrahuntur den-
 tes eius oleo, & cinere superposita, si fugatur postea
 locus, & ponatur in aqua calida. Si fenerit, & ami-
 serit visum, accedit mane ad Solem, & in eum intuens
 recuperat visum. In India sunt pedum 24. fulgenti co-
 lore, & vidit socius lacertam in Hispania grossitudinis
 cruris hominis sub genu, & in homines infiliunt. Alb.
 Magn. de anim. lib. 25. chart. 202. colum. 2.
Lachrimas eo magis emittere solent, qui equo vehuntur,
 quo longius equus decurrerit, vel quia aer, qui se obie-
 ctat, subinde eo frigidior est, quo minus temporis cor-
 pus attigerit, quod ijs etiam accidit, qui cursum nudo
 corpore agunt: frigus autem mouere lachrimas potest
 vel quia res calida lachrimam ciet, vt Sol; vel propter
 ictum illatū ab aere id accidit. Aristot. prob. sec. 4. nu.
 13. chart. 399.
Lachrimæ, quas mœrēdo emittimus, cur calidæ sunt, &
 quas oculis laborantibus frigidæ; quia frigidum incõ-
 ctum, calidum concoctum, & languor omnis ex cru-
 ditate proficiscitur. Ari. prob. sec. 31. nu. 24. char. 636.
Lachrimas quod mouere debet, mordax esse debet, hu-
 midum, & lentum. Arist. pol. 20. tex. 22. char. 535.
Lachrimæ æque nimio dolore, & nimia lætitia excutuntur,
 quæ, quæ dolent, spissitudine meatuū, qui positi o-
 culis sunt, humorem, quem oculi continent, exprimunt;
 dolor enim meatus refrigerat, & atringit. At qui læ-
 rantur, & gestiunt, humorem ex laxitate meatuum ef-
 fundunt; oculi tñ quicunque arctioribus cõstāt meati-
 bus, lachrimā neutra de causa mittere consuevere. A-
 lex. aphrod. problem. pri. numer. 31. chart. 674.
Lachrimas quid mouet cum angimur? spiritus, qui per
 angorem affectus est: hic enim ad cerebri membranam
 affertur, atque humorem ibi positum exprimit: quod
 idem, vel præ nimia lætitia euenire potest. Alexand. a-
 phrod. probl. 2. num. 101. chart. 769.
Lactantes nutrices coire non debent, quia si coeunt, la-
 ctis substantiæ subtilis separatur ad coitum. Albert.
 Magn. de animalib. lib. 3. tract. 2. cap. 9. c. 45. col. 1.
Lactare debent infantes per triennium. Albert. Magn. de
 animalib. lib. 3. tractat. 2. cap. 9. ch. 45. col. 1.
Lactantes mulieres debent non habere minus quam 20.
 annos, nec plus quam 32. Albert. Magn. de anim. lib.
 3. tractat. 2. cap. 9. c. 45. col. 3.
Lacta animal est in sepulchris habitans, & delectat in ca-
 daueribus. Alb. Mag. de ani. l. 22. trac. 2. c. 1. c. 181. c. 2.
Lactuca est frigida, & humida: sanguis ex ea generatur
 melior est eo, qui generatur a cæteris oleribus: prouo-
 cat somnum, & prohibet pollutionem. Albert. Magn.
 de veget. & plant. l. 6. trac. 2. capit. 11. c. 167. col. 1.
Lactuca toto anno bene feritur loco irriguo, & pingui,
 & trāspantata dilatatur, & dulcescit. Alb. Magnus de
 veg. & plant. l. 7. trac. 2. cap. 2. c. 177. col. 4.
Lactuca asini similis est lactucæ veræ in folijs: est calida,
 & sicca: tingit manum rubedine; & est absterfua, & ap-
 petitiua. Alber. Magnus de veget. & plant. lib. 6. tract.
 2. capit. 11. chart. 137. col. 1.
Lacus arenam, vel nullam facit, vel minus quam ma-
 re, quia saxa in mari consistunt, & terra deusta
 maxime est: arena autem saxum in parua, mini-
 maque perfractum est, quod ictu fluctuum fran-
 gitur. At in lacum saxa non æque consistunt pu-
 ra, sinceraque, & fluctus non ita excitantur, vt sa-
 xa frangere possint, sed in fluuijs confici potius
 arenam dixerim, quia terram hi detrahunt, saxaque
 suo fractu perfrangunt. Aristotel. problemat. sec. 23.
 num. 33. c. 564.

Lacus

Lacus cum diminutus, vel exsiccatus est, cur frumentum
 in campo acris gelu deurit? vtrum, quod humor
 lacus aerem suo vapore tabefacit, vt minus congela-
 scat, quam locis palustribus, & cauis? An de terra, vt
 vulgo dicitur, frigus incipiat, & subeat sensim? Lacu
 igitur absumpto, frigus per terræ spatia ampliora ple-
 nius inuadens gelu instringit, & deurit amplius. Locis
 autem cauis, & palustribus frigora de imis aspirant,
 quod etiam vulgo creditur, & quamquam terra caleat
 tempore hyberno: tamen quia humida est, calor per
 summa insidens, refrigeratur, & perit. Humor enim,
 nec adeo procul est, vt refrigerari caloris interioris be-
 neficio nequeat: nec adeo paucus, vt nihil madeat: ma-
 det enim terra vbertim. Fit igitur eo ipso congelascē-
 te, vt quasi super glaciem, & ambuletur, & habitetur,
 Arist. probl. sec. 23. nu. 34. c. 574.
Lacus pæsa, qui potu idoneus est, cur lauat simul, & pur-
 gat vestimenta? humor enim dulcis lauare potest, ama-
 rus purgare, & abstergere, quæ simul haberi non pos-
 sunt: An nullus humor vestimenta suo amarore pur-
 gare potest, sed lentore solum? quamobrem trunculi,
 & quæcunque mucosa vim absterforiam obtinent,
 igitur, & amara, quæ ferme lentescunt, purgare queūt,
 cætera nequeunt. In hoc autem lacu accidit, vt nitro-
 sæ virtutis amarum totum deustum sit, pingue, & len-
 tum remaneat. Hoc igitur abstergit, & purgat, lauat
 autem suo dulci humore. Aristot. problem. sec. 23.
 num. 40. c. 566.
Lacus non procul ab amne Eridano constat, cuius aqua
 calida est, ac odorem grauem, molestumque exhalat,
 ex qua nullum animal bibit, nullaque auis superuolat,
 sed intercipitur, pariterque moritur. Hic 200. stadia
 circuit, & per decem latus est. Accolæ verò fabulantur
 Phætonem iam fulmine ictum in huc decidisse, ini-
 bique crebras populos existere, ex quibus electrum
 dictum excidere: quod nec ablimile gummi esse asse-
 ritur, cum lapidis duritiam fere fortiat: collectum
 vero hoc ab accolis ad Græcos transferri. Ad has ergo
 insulas Dædalum peruenisse inquirunt, & eas occu-
 passe, in earumque prima eius simulacrum, ac Icarum
 eius filij appendisse: postea autem cum pelagij ex Ar-
 go depulsi, in eas nauigassent, irruissentque, Dædalum
 aufugisse, atque ad Icarum insulam applicuisse ferunt.
 Aristot. de admir. aud. nu. 79. c. 853.
Læsiones, quæ in societatibus fiunt, tres sunt: alia quæ
 cum ignorantia fiunt, & sunt peccata, cum neque quæ,
 neque quod, neque quo, neque cuius causa existima-
 uerat, quispiam ea egerit: & quando præter rationem
 euenit læsio, infortunium est: & quando præter ra-
 tionem, sed sine vitio peccatur: Aristot. 5. Ethicorum,
 ad Nicom. cap. 8. c. 128.
Læsio cum fit ex electione tunc iniustus, & prauus est,
 qui læserit. Ari. 5. Ethico. Nicom. c. 128. cap. 8.
Læsionem appellat Ari. iniustitiam, licet Plato aliter sen-
 tiant; nam iniuria affici putat, qui in animo offenditur,
 ledi, qui in corpore: vnde inducit Socratem dicentem:
 Athenienses ledere possunt, iniuria afficere non pos-
 sunt; Eust. 4. Ethicor. c. 222. cap. 3.
Læticia exultantes cur resoluuntur? Quoniam vitalis vis,
 & insitus calor foras rē lætabilē immodice pfluens di-
 spalat, & interit. Vnde fit, vt, & fudet, & rubeat sāgu-
 nis aduentu. Calor enim natiuum, igneque ipsum, vt
 per sui loci appetitionem, sursum efferri, sic per alimē-
 ti desiderium ima petere necesse est, igitur vtralibet ra-
 tione perempta, calor insitus interit, & vis omnis vita-
 lis euanescit. Alexan. aphrod. problem. pri. c. 671. 120.
Læticia, & tristitia magis sequitur apprehensione inter-
 iorum; delectatio, & dolor apprehensione sensus, &
 præcipue tactus: D. Thom. in 2. de ani. c. 25. l. 5. chart.
 28. colum. 3.
Lamia mulier circa Pontum fuit, quæ cum suos filios

amississet, aliorum infantes insectabatur, & edebat
 Asp. 7. ethic. cap. 5. c. 372.
Lamia est animal magnum, & crudelissimum, hortos
 nocte, & arbores frangens, & cum hominibus pugnas,
 & moribus vulnerans, & vulneratus non sanatur, nisi
 eiusdem rugientis vocem audierit. Fœminam diligit.
 & cum lactat, eis pius est. Alber. magn. de animalibus
 lib. 22. trac. 2. cap. 1. char. 181.
Lampasceni cum magnus numerus triremium apud
 ipsos expectaretur, & farinæ medimnus quaternis
 drachmis veniret, ijs, qui in foro ven debant, impera-
 runt, vt senis drachmis venderent, Et sic de alijs, oleo
 vino, & ceteris rebus facere, ita vt suum qui recipie-
 bat, priuatim rei ipsius dominus erat, & quod supere-
 rat amplius; ipsa ciuitas haberet, quæ sic pecunijs
 abundauit. Aristot. de re fam. c. 807.
Lana, & spongæ non habent virtutem, vt mota sentiāt.
 Io. gram. in 2. de gene. & cor. tex. 8. com. 7. c. 106.
Lanæ ouium meliores sunt in pascuis tenuibus, & in sal-
 sis, quam vberibus, & dulcibus, & oues ipsæ melius cõ-
 ualescunt in salis, & tenuibus pascuis, quia pascuorum
 siccitas cum humiditate naturali facit temperamen-
 tum. Albert. magn. de animalibus l. 3. tractat. 2. capit.
 2. chart. 40. colum. 1.
Lana ouium, quæ lupus comedit, vel vulnerat, & quæ
 abstrahitur a pectibus coriariorum, qui ex pellibus
 ouium corium faciunt, plures generat pediculos, quā
 alia lana Alber. magn. de animalibus l. 7. tractat. 1. ca-
 pit. 5. chart. 66. colum. 1.
Lana nil aliud est, quam pilorum multitudo. Albert.
 magn. de animalibus l. 19. cap. 6. c. 160. col. 4.
Lana in Anglia est mollior, quia vapores ibi temperant
 frigus, & continue humectant, & humectando molli-
 ficiant, & stringunt poros, & ideo subtilis, & mollis la-
 na efficitur. Alb. mag. de anim. l. 19. c. 6. ch. 160. col. 4.
Lana agnouum mollior est, quam ouium, quia quanto
 plus nescunt animalia pilos habentia, tanto plus pili
 durefcunt. Albert. magn. de animalibus l. 19. capit. 6.
 char. 160. colum. 4.
Lanificus vermis est, qui bombix dicitur, qui & sericum
 facit, de quo multa alibi. Albert. magn. de animal. l.
 26. char. 204. col. 3.
Languorem omnem ex cruditate proficisci patet. Arist.
 probl. sec. 31. q. 24. c. 636.
Lapa est herba latillimorum foliorum, frigida, & humi-
 da. Albert. magn. de veget. & plant. l. 6. tractat. 2. capit.
 11. c. 167. col. 3.
Lappatium est calidum, & siccum, acutum saporem ha-
 bens mortificatiuum. Alb. magn. de vege. & plant. l. 6.
 tractat. 2. cap. 11. c. 167. col. 3.

Lapis quid est, & eius natura.

Lapis, & ferrum, & reliqua generis eiusdem lentius
 calefiunt, quam aqua, sed vbi calefacta fuerint, vrere
 vehementius possunt. Aristotel. de partibus ani. 2.
 capit. 1. char. 429.
Lapides, & si grandescere videntur, non tamen viuunt,
 quia alimento intus molito non augefcunt, sed accē-
 sione tantum, & appositione materiæ. Them. in 2. de
 anima cap. 5. tex. 6. c. 70. col. 4.
Lapides parere, aut consortio nominis tantum dicitur,
 aut certe alia forma est, quam quæ animantibus data
 est. Them. in 2. de anima cap. 5. tex. 6. ch. 70. colum. 4.
Lapis locum occupat non quia albus, niger, vel grauis,
 sed quia tantum est spatium, tantaque est eius dimen-
 sio. Simp. in 4. phys. tex. 76. c. 248. colum. 1.
Lapis non est per se motus essentialiter, sed assimilatur
 ei, quod per se mouetur. Auer. 3. de celo.
Lapis liquefieri non potest, quia est magis terreus, nec
 habet humidum vnctuosum, & eadem causa non po-
 test

est produci malleis, vt metalla. Albert. Magn. in 3. de minerali. tract. 1. cap. 2. c. 144. colum. 1.
Lapidum quod in aliquo passionem participat, & in aliquo metallorum vires, est medium. Alber. magn. in 5. de minera. ex trac. 2. c. 149. cap. 1. col. 3.
Lapidis omnis materia, aut species est cuiusdã terræ, aut species cuiusdam aquæ: hæc enim elementa prædominantur in lapidibus, sed etiam in quibus aqua videtur prædominium habere, est etiam simul terra dominãs. Alb. Mag. in primo de mineral. ex trac. 1. c. 2. c. 134. c. 4.
Lapides si solum e materia constarent terrea, non essent cõtinui, sed aquea humiditate fiunt cõtinui. Alb. mag. in 1. de min. ex tract. primo cap. 2. char. 134. colum. 3.
Lapidis causa generatiua proxima, est virtus mineralis lapidem formans. Albert. magn. in primo de mineral. ex trac. primo, cap. 5. char. 135. col. 3.
Lapidum virtus productiua duo instrumẽta propria habet. Vnum calidum humidi extractiui, & digestiui inducens coagulationem ad formam lapidis in terrestri, quod passum est ab humido vntuoso, quod a virtute formatiua dirigitur. Alterum instrumentum est in materia humidæ aquei, quod passum est a sicco terrestri, quod est frigidum humidæ expressiui, quod quidem vehementissime indurat, & coagulat. Albert. Magn. in primo de mineral. ex tractat. primo, capit. 5. char. 135. colum. 3.
Lapides non habent animam, quia non operantur, nisi vnum, & de necessitate, quod non facit anima, nec viuunt, quod est primum animæ opus: non enim habent poros ad alimenta recipienda. Albert. magn. in primo mineral. ex tracta. primo cap. 6. char. 135. col. 4.
Lapis est mistum non complexionatum virtute mineralium ad formam coagulatam. Albert. Magn. in primo de miner. ex tract. 1. cap. 6. c. 135. col. 4.
Lapis materia si est sicca vehementer, tunc non est bene commiscibilis, & tunc vel locus est porosus vel solidus. Si solidus, fit lapis fabulosus. Si locus est porosus, tunc non lapis, sed fabulum minutum fit. Si est materia viscosa, tunc parui lapilli durissimi, & diuersarum quantitatum, & colorum fiunt. Albert. Magn. in 1. de miner. ex tract. 2. cap. 9. char. 136. colum. 4.
Lapides secantur optime, & planantur, quorum materiæ optime commistæ sunt, nisi calidum coquens exsiccat humidum. Albert. Magn. in pri. de miner. ex tractat. 2. cap. 9. c. 136. colum. 4.
Lapidum natura minus distat ab elementis, quàm metallorum natura. Alber. Magn. in 3. de miner. ex tract. 1. capit. 1. char. 143. colum. 4.

Lapis vt preciosus.

Lapides omnes preciosi adeo sunt duri, vt nec lima a liquid ab eis tollatur, & collisi ad se fortiter, & ad chilibem induratum emittunt ignem. Albertus Mag. in pri. de miner. ex tract. 2. cap. 4. c. 137. colum. 3.
Lapides pretiosi hoc commune habent, quod sunt ponderosi sibi sui quantitatem, & limæ resistunt, ita quod lima ab eis nihil tollit, & quod est resistens igni. Alber. magn. in 4. meteor. trac. 3. cap. 19. c. 131. col. 3.

Lapides in quibus locis generantur, & eorum proprietates.

Lapis Pyrimach⁹ liquefit, vt fluat, sed iterũ cũ fluxerit, cõcrefcit. Ari. meteor. 4. su. 2. ca. 3. tex. 39. ch. 572.
Lapides, q sũt in aqua, e forti vndarũ collisione fiunt, nã primo fit spuma, mox coagulat hæc in molè lactis vntuoso non absimilem, quam maris siccitas exiccat, & fit lapis. Aristotel. 2. de plant. capitul. 1. char. 382.
Lapis inodorabilis ẽ, insipid⁹. n. Ari. de sen. & sen. c. 5. c. 19
Lapides, & testæ in mari, cur rotũda reddunt? qã extrema cõpari ad ẽptu circũtracta, in rotũdã se colligũt speciẽ;

hæc enim sola simili extremo clauditur, mare autem quoque versus agitando pariter circum vndique frangit, & obtundit. Arist. probl. sec. 23. nu. 36. char. 565.
Lapis in Thracia est, Spinus nomine, qui intercisus ardet, idque iuxta se positus (ceu Smarillus) redditur. Isti igitur lapides apud se inuicem compositi, & aquæ conpersi flagrant: idemque Maritham agere affueverant. Aristot. de admir. aud. num. 39. chart. 846.
Lapides oēs cur per mutuũ attritũ ignem non emittunt? quia aliqui corpore soluto, & leui, & laxo constant; nõ enim æque per attritum aer extenuatur, cum nullo vehementiori afficiatur ictu propter corporis leuitatem, & cedens, & se in foramina laxioris cõtextus recipiens, non omnis pari percussus modo, recalcẽscere potest. Alexand. aphrod. problemat. pri. num. 61. chart. 684.
Lapis vel ferrum cur proiectum in aquam sine ligno demergitur, cum ligno vero descẽdere nequeat? quia aer per ligni meatus demissus, lignũ eleuat, nec permittit demergi. Alex. aphr. problem. 2. nu. 77. c. 760.
Lapis componitur ex grauitate, & prima materia. Auer. 4. de celo. tex. 22. c. 115. col. 2.
Lapis Anast, albus est, qui trahit ignem ex maxima longitudine, & sequitur eum ignis, & inflammatur in ipso. Alb. magn. de ppriet. elem. l. 1. tr. 2. c. 112. c. 1.
Lapidum generatio facilius est, quàm metallorũ. Alb. mag. in pri. miner. ex trac. 1. cap. 1. c. 134. col. 3.
Lapides generant ripæ quarundã aquarũ perpetuarum, quod perspicimus in eis ripis multos lapides, sed aliæ velocius, aliæ tardius pducũt, sed aque terre, corrupte, & paludose potius soluunt, quã generent lapides. Et motus generant lapides, & in Pyreneis expertũ est esse quãdã loca, in quæ aqua pluuiialis congelatur in lapides. Alb. mag. in pri. de miner. ex trac. 1. cap. 7. c. 136. col. 1.
Lapides, cum non sũt in vno elemento, nec in vno clima, sed in oĩbus, nec non in corporibus animalium, & in nubibus generetur, difficile est reducere ad vnã materiã, & si hoc sit necessariũ, quod eiusdẽ corporis mixti secundũ genus ẽt vnũ secundũ genus sit generatiũ, & quod omnium generatorum sit locus proprius, vltra quem corrumpuntur, & destruantur. Albert. mag. in pri. de miner. ex tractat. 1. cap. 7. c. 136. colum. 1.
Lapides multi generantur in eo loco, in quo terre solidæ superficie est, ex qua vapor aque pp vntuositatẽ nõ expirat. Alb. mag. in pri. de miner. ex tr. 1. c. 8. c. 136. c. 2.
Lapis in genere tribus modis a virtute loci cõfici. Primo virtus materiam alterat sũm qualitates actiuas, & passiuas, & est virt⁹ debilis. Secundo, alterat, tã sũm qualitates quã sũm proximos effectus, q sũt durities, & molities, ita vt diaphaneitas, & opacitas non remoueat, & sic ab hac forte virtute generantur lapides diaphani. Tertio totã materiã apprehẽdit tã secundũ proximos effectus quam secundum consequentes, & tunc permutat etiam colorem. Albert. Magn. in prim. de miner. ex tractat. 1. capit. 9. char. 136. colum. 3.
Lapides perspicui fiunt ex multa densa materia aeris, & aquæ, quæ terrestri materia apprehendente congelata, & cõgregata est, & si nullius est coloris, signum est, quod sola frigiditas excellens apprehendit materiam. Alber. Magn. in pri. de miner. ex tract. 2. cap. 2. 136. col. 4.
Lapides duriores iacẽtes i aere tpe frigroris postea ad solẽ scindunt in plures partes: at minus duri, nisi sint male cõmixti, quãto diutius iacẽt i edificis, meliores, & duriores efficiunt, ac frigore nõ scindunt. Alb. mag. in prim. de miner. ex tract. 2. capit. 4. char. 137. colum. 3.
Lapides vehementer duri, non sunt dolabiles, sed comminuibiles in parua. Albert. Magn. in pri. de miner. ex trac. 2. capit. 5. char. 137. col. 3.
Lapides virtutem mirabilũ effectuum hũt, quæ illis non insunt ex componentibus, sed compositum sequuntur. Albertus Magnus in secundo de mineral. ex tract. pri. cap. pri. c. 138. colum. 2.

Lapis virt⁹ pifici se if ab ip sa lapidis specie, ac forma substantiali. Alb. Mag. in 2. de mine. ex tra. 1. c. 4. c. 138. c. 2.
Lapis forma dupliciter consideratur, vel vt datur ex virtutibus celestibus multiplicatis per superiores, & inferiores orbis, & coeli imagines, vel vt ad eam operationem sunt elementales virtutes, & erit multiplex valde secundum potentias naturales suas, quæ circũstãt essentiam suam simplicem, & sic est effectiua multorum effectuum, licet vnam forte habeat operationem. Alber. Magn. in secundo de mine. ex tract. 1. cap. 4. char. 139. colum. prima.
Lapides magis ex hac, vel illa regione veniũt, quia virtus plantarum in illa efficacior est, & maxime in quarto climate propter temperantiam, ac veriores, & fortiores sunt illæ imagines. Albertus Magnus in secundo de miner. ex tract. 3. cap. 3. c. 142. colum. 4.
Lapis, q dẽ spuma maris, adiuuat partum, & visum sedat. Alber. Magn. in 2. de mineral. ex tract. 3. c. 6. c. 143. c. 2.

Lapis vt cecidit ex aere.

Lapis cecidit in Aegio fluuijs ex aere a flatu eleuatus per diem, & tunc fuit comata stella facta a vespere. Aristote. meteor. primo summa 2. cap. 3. c. 468.
Lapis, qui cum fulmine, vel ante fulmen eicitur deorsum, non est fulmen, nec semper fit, cum fit fulmen. Diuus Thomas in tertio meteor. lec. 2. c. 171.

Lapis vt in visceribus generatur.

Lapides in renibus, & vesicis animalium generati, ex viscosa, crassa, & terrestri humiditate fiunt. Albertus Magn. in primo de mine. ex trac. 1. cap. 1. c. 134. col. 3.

Lapidum librum qui scripserunt.

Lapidum tractatum fecere Hermes, Euates Rex Arabum, Dioscorides, Aaron, & Ioseph, & Plinius, sed non sufficienter, quia aut non assignarunt causam lapidum in communi, aut non sufficientem. Alb. Magn. in primo de mine. ex tract. 1. cap. 2. c. 134. colum. 3.
Lassitudinibus estate balneo, hieme vntuone mederi cõuenit, quia hieme vntuio datur propter horrores, ac mutationes vrgentes, per calorem enim laxandum est, qui membra tepefcere faciat: oleum vero calidum est. At in æstate humefaciendum censetur, quoniam tempus id siccum est, nec metus interpellit horrores, quia temporis status ad teporem ingenue vergit. & hinc etiam cibus parcus, potus liberalis per æstatem admittitur; cibus parcus datur ne cibo immodico ob habitũ temporis feruentem corpus pressum, exstuet: potus liberalis, vt sit contra temporum siccitatem remedium. Aristot. probl. sec. 1. num. 40. c. 343.
Lassitudo contingit in excogitando, quia indiget intellectus cogitatiua, alioqui nunquã lassitudo intellectui accideret, si in se ipso solus itaret. Albertus Magn. in tertio de anima. tract. 2. cap. 16. c. 40. colum. 3.
Latendi locus primus est polixitas, nam difficile est multa simul inspicere. Arist. elenc. l. 1. cap. 14. c. 603.
Latendi locus secundus. Festinatione vtendum, nam tardiores minus prouident. Aristot. elenc. l. 1. c. 14. c. 603.
Latendi locus tertius. Ad iram prouocare respondendum, quod faciemus, si nobis iniuriam facere velle, & impudentem esse dixerimus. Arist. elenc. l. 1. cap. 14. c. 603.
Latendi locus quartus. Ad contentione prouocare, nam perturbati minus possunt obseruare omnia. Aristot. elenc. lib. primo cap. 14. char. 604.
Latendi locus quintus. Permutare interrogationes ponere, siue ad idẽ quis plures habeat orationes, siue sic, siue non sic; simul enim accidit, aut ad plura, aut ad cõtraria facere obseruationem. Arist. elenc. l. 1. c. 14. c. 604.

Latendi loci omnes vtiles sunt ad cõtentiosas orationes. Aristoteles elenc. lib. primo cap. 14. char. 604.
Latere tenuia, angusta, & depressa timiditatem indicant. Alber. Mag. de animalib. lib. 1. trac. 2. c. 26. c. 23. col. 3.
Latere carnibus referta, & dura indocilem hominẽ ostẽdunt. Alber. Magn. de anima. l. 1. trac. 2. c. 26. c. 23. c. 3.
Latet maxime, si quis, de quo verum dubitatur, transfert nomina; ambiguitas enim non permittit videri redargutionem. Aristot. elenc. l. 2. cap. 21. c. 613.
Latentia duplex: alia indiget syllogismis, alia exẽplo, aut inductione. Auer. 4. de celo tex. 22. c. 115. colum. 1.
Latere velle timentis hois est. Arist. 4. ethi. mor. c. 3. c. 95.
Latio est cõmunis maxime, maximeque proprius motus, qui est secũdũ locũ. Arist. phy. 4. sum. 1. c. 1. tex. 1. c. 77.
Latio tantum regularis est, non autem alij motus. Arist. physicorum 4. cap. 9. tex. 133. char. 121.
Latio non est finita, non est enim omnis in contrarijs. Aristot. physico. 6. summ. 5. cap. 3. tex. 92. char. 175.
Latio ẽ prim⁹ motuũ. Ari. phy. 7. sum. 3. c. 1. tex. 10. c. 181.
Latio est primus motuum, impossibile enim est alteratioẽ non præexistente esse augmentationem, nec alteratio esse potest, nisi secundum locum mutatio fiat. Aristot. physico. 8. sum. 3. cap. 1. tex. 55. char. 222.
Latio vltimo inest his, quæ sunt in generatione, & cum natura sit pri⁹ id, quod in generatione est posteri⁹, latio erit prior natura. Arist. phy. 8. sum. 3. c. 1. tex. 58. c. 224.
Latio prior est ceteris motibus, cũ inest magis ijs, q magis nacta sunt naturã Arist. phy. 8. su. 3. c. 1. tex. 58. c. 224.
Latio omnis, aut recta, aut circularis, aut ex his mista est; motus enim hi soli simplices, quia hæc magnitudines simplices solum sunt, recta, & circularis. Aristoteles 1. de celo. capit. 1. tex. 5. char. 246.
Latio circularis prima necessaria est. Aristoteles prim. de celo. tex. 12. c. 247.
Latio omnis irregularis habet remissionem, & intensiõnem, & statum. Arist. 2. de celo. su. 2. c. 1. tex. 35. c. 303.
Latio circularis non habet, nec vnde, aut quo, aut mediũ, nec enim principium, nec finis, nec medium ipsius est simpliciter. Arist. 2. de celo, su. 2. c. 5. tex. 35. c. 303.
Lationem coeli irregularem esse impossibile est. Etenim si sit irregularis, aut tota mutatur, & quãdoque fit velocior, quãdoque tardior rursus, aut partes ipsius. Partes igitur, quod non sint irregulares manifestum est: iã enim facta fuisset distãtia astrorũ in infinito tempore, hoc quidẽ velocius moto, hoc autẽ tardius. At nec tota mutat; remissio enim fit pp impotẽtiã, & impotẽtia pter naturã est. Arist. 2. de celo. su. 2. c. 5. tex. 37. c. 304.
Latio vnus vna est, & simplex simplicis, sed non contrariæ: at latio, quæ fit a medio, est contraria lationi, quæ fit ad medium. Arist. 2. de celo. su. 4. c. 6. tex. 102. c. 327.
Latio facit generationẽ incessanter, qã adducit, & abducit generatiuum. Arist. 2. de gene. & cor. su. 4. capit. 1. tex. 55. c. 444.
Latio cũ sit cã generationis, & corruptionis, manifestum est, quod si vna est latio, nõ cõtingit ambo fieri, qã cõtraria sunt. Arist. 2. de ge. & cor. su. 4. c. 1. tex. 56. c. 444.
Latio prima non est causa generationis, & corruptionis, sed quæ secundum obliquum circulum. in hac enim, & cõtinuum vnũ est, & moueri duobus motibus necesse est. Arist. 2. de gener. & cor. su. 4. c. 2. tex. 56. c. 444.
Latio est causa continuitatis, quæ est totius; accedendi verò, & recedendi inclinatio. Arist. 2. de gener. & cor. su. 4. cap. 2. tex. 56. c. 444.
Lationes medium prius attingunt. Quæcunque verò alterantur non similiter. cõtingit enim totum simul alterari, & non dimidium prius, vt aquam omnem gelari. Arist. de sens. & sen. cap. 7. c. 28.
Lationibus duabus, quod sup diametrũ fert, necessario sũt laterũ pportionẽ fertur. Arist. q. mecan. q. 1. c. 778.
Lationis corporum causa ad propria loca, causa est, quod ibi esse apta sunt. Simplicius in 8. physico. c. 430. col. 1.
Latio

Latio ab orbiculatione differt; quia latio est secundum totum, orbiculatione secundum partes. Ioannes grammaticus in 4. phisic. text. 45. chart. 90. colum. 1.
Latio per accidens est posterior in generatis. Auerroes 8. phisicor. tex. 17. char. 181. colum. 3.
Latitacionem dicentes dicunt, quod quodlibet fit ex quo libet, & quod generatio est exitus rerum ab inuicem; & quod agens non est nisi extrahens, & distinguens eas ab inuicem, & agens apud istos non est nisi mouens. Auer. in 12. metaph. tex. co. 18. c. 143.
Latum est, quod habet multam dimensionem in latitudinem. Ammo. in præd. c. 64.
Latitudines magis faciunt in diuersitate terrarum, quam longitudes. Auer. meteor. 2. cap. 2. c. 198. col. 3.
Latificabilia sunt illa, quæ sunt lata per verberationem mallei, & quæ vna verberatione per tres dimensiones mouentur, vt plumbum. In latificabilia sunt his contraria. Auer. meteor. 4. c. 212. col. 3.
Latitudinis principium dextrum est. Albert. magn. in 2. de celo. tract. 1. cap. 4. c. 24. col. 4.
Latitudo cuiusvis terræ est pars circularis meridionalis terræ illius secundum quantitatem, qua Sol quando est in linea meridionali, accedit ad zenith capitum habitantium in terra illa. Albert. Magn. de nat. locor. dist. 1. capit. 9. c. 96. col. 3.
Latitudo aliquando dicitur superficialis ipsa, & mensura minor duarum dimensionum, & spacium orbis arcus, qui est inter oriens, & occidens, & latitudo climatis; & meridiani arcus, qui est inter æquinoctialem, & zenith capitum cuiuslibet hominis. Albert. Magn. in 5. metaphis. tractat. 2. capit. 1. c. 104. col. 1.
Lauda per se sola tria paria musculorum habet. Vnum a marginibus mandibulæ inferioris veniens, ubi coniungitur mentum, & per rectam lineam continuatur cum osse, & trahit os versus mandibulam. Aliud oritur submento, & sub lingua veniens venit ad huius ossis extremitatem superiorem, & trahit ad eandem partem cum priori. Tertium oritur ex additamentis, quæ sunt apud aures, & continuatur in extremo lineæ rectæ, quæ est super os istud. Albert. Magn. de anim. l. 1. tractat. 2. capit. 14. chart. 14. col. 4.
Laudabile omne ideo laudatur, quia qualitate aliqua præditum est, & ad aliquid quodammodo refertur. Aristoteles prim. ethicor. capit. 12. chart. 25.
Laudes, & vituperationes in spontaneis existunt, in iniustis venia, & misericordia. Arist. 3. ethicor. cap. 1. ch. 49.
Laudantur interdum homines, cum pro magnis, & honestis rebus turpe aliquod, aut molestum sustinerint. si vero econtra vituperantur. Arist. 3. eth. Nic. c. 1. c. 50.
Laudandi sunt, qui molesta potius subire voluerunt, quam turpia agere. Aristot. 3. ethic. nicom. cap. 1. char. 51.
Laus a virtutum operationibus emergit. Aristot. magn. moral. capit. 3. c. 225.
Laudatur nemo ab illis animæ partibus, quæ a ratione dimanant. Arist. Magn. moral. capit. 6. char. 280.
Laus est oratio vniuersalia celebrans. Aristotel. moral. Eudem. capit. 1. char. 382.
Laudabilia sunt honesta, in quibus primum locum obtinent virtutes. Arist. de virtut. char. 476.
Laudabilia sunt, & causæ virtutū, & quæ virtutes consequuntur, & quæ exoriuntur ab ijs, & opera ipsarū contraria vituperabilia sunt. Arist. de virtut. char. 476.
Laudi, & vituperationi, pdest assumere, quæ vicina sunt ijs, quæ adfunt, tanquam idem valentia, vt cautum, ac animosum; timidum, & insidiosum; & stolidum, frugis; & indolentem, mitem, & vnumquodque ex consequentibus. Aristot. rhet. 1. char. 39.
Laus existit ex actionibus, & proprium viri boni est prælectione cum proficit; & sepius egit. Ari. rhet. 1. c. 40.
Laus est oratio, quæ virtutis magnitudinem indicat. Aristot. rhet. 1. char. 41.

Laus, & consilium habent communiter formam, quia quæ in consilio dando præciperes, si dicendo traiciantur, encomia fiunt. Aristot. rhet. 1. c. 41.
Laudans ampliare debet, quia in laudes amplificatio per belle cadit, quia verfat in excellentia, quæ in honestis rebus est. Aristot. rhet. 1. c. 42.
Laudatiua species est, & volūtatum, & rerum gestarum, & verborum illustriū amplificatio, & eorum, quæ ab sint accomodatio. Aristot. rhet. ad Alex. cap. 3. c. 192.
Laude digna sunt iusta, & legitima, vtilia, & honesta, iucunda, & facilia factu. Arist. rhet. ad Alex. cap. 3. c. 192.
Laudans debet ostendere oratione in re laudata inesse quod gesserit, aut huiusmodi gratia factū esse, aut quod per ipsum manarit, aut ex hoc contigerit, aut quod sine hoc patratum non sit. Deinde cum iudicatum aliquid transers, si quid laudes, bonum, & conferas oportet quod abs te dictum est, & adiuicem compares, & magna abs te dicta ostendas. Tertio vt ad illud, quod abs te dictum est minimū quid ex ijs, quæ sub eadē specie cadunt, compares. Arist. rhet. ad Alex. cap. 3. c. 193.
Laudes, & vituperia in ijs sunt, quæ in nobis sunt. Alex. aphrod. in 3. naturalium quæst. cap. 13. char. 157.
Laudamur in adeptione virtutum; quia cum natura nostra etiā deterioris sit capax, non fuitus segnes ad meliora, et si deteriora absque sudore, & laboribus acquiri posse videantur. Alex. aphrod. de fato. c. 16. char. 28.
Laus & vituperium sunt solum in his; quæ a nostra proueniunt volūtate. Ammo. in li. de interpretatione. c. 73.
Laudes, & honores ob opera, & facta exhibentur. Euftra. 4. moral. cap. 16. char. 178.
Laus proprie virtutis satis est sine mentione malorum. Auer. 1. rhet. tract. 2. c. 12. char. 37. columna 4.
Laus est quedam res constructa ex dignitatis excessu. Auer. 3. rhetor. cap. 7. c. 64. col. 3.
Laus dicitur dupliciter; large, & stricte: large est præconiū ore alieno celebratum: stricte laus est præmiū, quo politicus, qui omnium ciuiliū est ordinator, præmiat virtuosum; & consistit in tribus: in gloria, & quod accipiat laudis titulos, & memoriam sempiternæ recordationis. Alb. Mag. eth. 1. trac. 8. cap. 1. c. 24. col. 3.
Laudem attribui vtile est inferiori bono, vt ad altius, & melius prouocet. Alb. Mag. eth. 1. trac. 8. c. 2. c. 24. c. 4.
Laudes primò sunt operationum, secundò habituum. Alber. Mag. eth. 1. trac. 8. cap. 2. c. 25. col. 4.
Laurus est calida, & sicca præcipue in grans: confert eius oleum doloribus neruorum, & latitudinem resoluit. Alber. Mag. de veget. l. 6. trac. 1. cap. 24. c. 156. col. 3.
Lauti dicuntur, qui curiose nimis varia ciborum condimenta requirunt. Euftra. 4. moral. cap. 1. char. 170.
Lauzany est animal tenuissimum ita vt etiam ipsos deterreat Leones: omnes bestias persequitur, sed præ omnibus odit hominem. Albert. Magn. de anim. libr. 22. trac. 2. cap. 1. c. 181. col. 2.
Lectulorum spondas cur secundum duplam faciunt proportionem, hæc quidem sex pedum, vel paulo ampliore, illam vero trium, curue non secundum diametrum, illos testibus extendunt? quia tantos quidem magnitudine faciunt, vt corporibus sint proportionem habentes: extendunt autem illos non secundum diametrum, sed ex opposito, vt & ligna minus distrahantur, celerrime enim scinduntur secundum naturam diuisa, & eodem modo distincta laborant maxime. Et præterea; quia oportet vt testes pondus ferre possint, sic minus laborabunt, si transuersi, quam si obliqui extendantur, & hoc modo minus absuntur testium. Aristot. quæst. mechan. quæst. 2. char. 799.
Legationem cum quis renunciare vult, omnia dilucide narrare debet, & si quidem nobis ex sententia minus res contigerit, id non negligentia nostra, sed alia causa accidisse existiment auditores: at si ex sententia, contigerit, non casu aliquo, sed nostra diligentia, & in-

industria id factum existiment, quæ eo facilius credunt, quando gestioni negotiorum non interfuerunt. Arist. rhet. ad Alex. cap. 29. char. 228.
Legumina, & glandes ventosa sunt, & grauis substantiæ. Albertus Magnus de veg. l. 4. trac. 3. c. 2. c. 144. col. 1.
Leguminis genus omne in sicca terra feri desiderat, faba vero sola in stercoreata & pingui vult feri. Albert. Mag. de veget. & plant. libro 7. tract. 2. c. 1. c. 177. col. 2.
Lenitas sit iræ sedatio. Arist. reth. 2. char. 74.
Lenes sunt hoies ijs, qui non sponte aliquid faciunt, & ijs, qui tales in se sunt, & qui penitent, & confitentur, & ijs qui se submittunt. Arist. reth. 2. char. 74.
Lenes sunt homines his, qui serio agunt, & ijs, qui maiorem gratiam tribuerunt, & ijs, qui rogant, & deprecantur. Arist. rhet. 2. c. 74.
Lenes sunt homines his, quos timore, vel pudore afficiunt, aut ijs, qui per iram faciunt, in ludo, in risu, in festo, felici die, re bene gesta: grauiorem etiam iram mitigat pena, quæ de alio sumpta est. Arist. rhet. 2. c. 74.
Lene id est, cuius partes ita ex equo collocatæ sunt: vt aliam nullo modo excedat. Por. in præd. char. 23.
Lene est, quod æquales inuicem habet partium eminentias, extantque pariter. Ammon. in præd. char. 95.
Lenitas sequitur humiditatem in eius superficie. Auer. 2. de gener. tex. 16. c. 168. colum. 4.
Lene est, cuius partes ita sunt positæ, vt neutra superet, neutra sit minor, sed æquales inuicem sint. Boeth. in prædic. capit. 182.
Lene est, cuius pars vna non supereminet alteri. D. Tho. in 2. de anim. tex. 82. lec. 17. char. 37. colum. 4.
Lens vult locum rarum, & resolutum, in quo feminatur, quia humore superfluo luxuriando corrumpitur, & crescite Luna feminatur. Albert. Magn. de veget. & plant. l. 7. trac. 2. cap. 1. c. 177. colum. 2.
Leones & camelorum genus pedatum gradiuntur, vt pes sinister non transeat dextrum, sed subsequatur. Arist. de hist. anim. 2. c. 1. char. 38.
Leo, ossa adeo dura habet, & solida, vt ex eis coccussis ignis velut à silice elidatur, nullam enim in illis medullam habere videtur, quod admodum exiguum, ac tenuem habeat, eamque in paucis ossibus, solis enim inferioribus, atque brachijs. Arist. de hist. animal. 3. c. 7. c. 86.
Leo aduersus coit, & retro reddit vrinam: & coit, & parit non omni tempore; singulis tamen annis, & vere parit, & magna ex parte duos, sed quam plurimum sex catulos, aliqui etiā vnū. Arist. de hist. ani. 6. c. 31. c. 243.
Leenam cum catulis vluam parere fabula est, sed parit adeo paruos, vt post secundum mensem vix ingredi incipiant. Arist. de hist. ani. 6. c. 31. char. 243.
Leones Syriæ quinquies in vita pariunt. Primum quinquies post vnum, subinde pauciores, deinde steriles degunt. Arist. de hist. animal. 6. c. 31. char. 243.
Leona caret iuba, hæc enim maris propria est. Arist. de hist. ani. 6. cap. 31. c. 243.
Leo dentes, qui canini vocantur, quatuor scilicet tantum mutat, duos superius, totidē inferius, idque sexto mense ætatis fit. Arist. de hist. ani. 6. cap. 31. c. 243.
Leo vescitur carne, sed cibo incontinēter admodum vitatur, multaque deuorat solida, sine villo dissecu, mox nihil triduo, aut certe biduo edit: ferre enim mediā potest, vt qui iam ad multam satietatem est repletus, parum bibit, excrementum raro emittit, grauius olent excrementa, & halitum olentem grauem habet. Arist. de hist. ani. 8. cap. 5. c. 281.
Leones in Europa potius sunt, & in ea parte, quæ est inter Acheloum amnem, & Nessum. Arist. de hist. ani. 8. cap. 28. char. 309.
Leo, & lupus ceruarius inimici sunt, ex iisdem enim vitium petunt. Aristot. de hist. ani. 9. cap. 1. char. 319.
Leo, & si in edendo ferocissimus sit, tamen pastus, & fame vacans facilis, mitisque maiorem in modum est:

nihil hic suspicatur, festiuus ludibundus, & beneuolus est cum suis socijs, & familiarib. Ari. de hist. ani. 9. c. 44. c. 369.
Leo in venatu dum cernitur, nunquam fugit, nec metuit, sed etiam, si venantium multitudine cedere cogitur, sensim, pedatimque discedit, crebro subsistens, ac respectans. Nactus vero opaca, fuga, qua maxime potest veloci e subtrahit, donec in aperta deueniat, tunc rursus lentē incedit. Sed si aliquando locis apertis cogitur fugam aperte arripere, currit contentus, nec salit, & cum infectatur, cum iam propinquauerit, inilit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 44. c. 370.
Leo igne maxime formidat. Ari. de hist. ani. 9. c. 44. c. 370.
Leo multos annos viuere putatur. Arist. de hist. ani. 9. capit. 44. char. 370.
Leonum duo sunt genera: alterum breuius piloque crispiore, quod ignauius est: alterum longius, pilo probiore, quod generosius est. Arist. de hist. ani. 9. c. 44. c. 370.
Leones interdum fugiunt demissa cauda, vt canes, & iam suum aggrediendo visus est leo fugiens. Arist. de hist. ani. 9. cap. 44. char. 370.
Leo quæcunque momordit, vel lacerat, sanies pallens admodum ab his vlcibus effluit, etiam per fascias, & spongias, nec reprimi villo pacto potest. Curantur eodem modo, vt morsus canini vlcera. Arist. de hist. ani. 9. capit. 44. char. 370.
Leo omnium animalium perfectissime maris formam assumptit. Arist. physio. cap. 8. char. 345.
Leones sui ipsorum cauda pro flagello seipos ad cursum excitant. Simp. in 3. de celo. te. 28. col. 27. c. 90. col. 2.
Leo, & cuniculus aduersa mingunt. Io. gra. de gen. ani. ex l. 1. cap. 34. char. 9. colum. 3.
Leo Indus quinque ordines dentium habere perhibetur. Ioan. gram. de partib. anim. 3. cap. 1. char. 79.
Leonis membra non differunt a membris cerui, nisi propter diuersitatem animæ cerui ab anima leonis. Auer. prim. de anim. te. 53. char. 119. colum. 2.
Leonis collum non componitur ex spondilibus flexilibus annullofis. Alber. Magn. de ani. l. 1. tractat. 1. capit. 1. chart. 29. col. 1.
Leonis interiora præter collum conueniunt cum corpore interiori canis. Albert. Magnus de anim. l. 2. tract. 1. cap. 1. ch. 29. col. 1.
Leonis ossa præter ea, quæ sunt in coxa, & facilibus medullam non habent. Albert. Magnus de ani. l. 5. tract. 2. capit. 1. c. 39. col. 3.
Leonis ossa excellunt in duritie fere omnia reliquorum animalium ossa, ideo ex illis, cum simul colliduntur, micat ignis. Alber. Magn. de ani. l. 3. tractat. 2. capit. 1. char. 39. col. 3.
Leo licet sit liberalis, & communicet prædam cum est satur, tamen cum est famelicus, est valde malus, asper, & iracundus, & fit mansuetus cum comedit, & non habet famem. Albertus Magnus de animalib. libr. 8. tract. 5. capit. pri. c. 82. col. 3.
Leo audax est: accedit ad homines cum quibus domesticatur, & cum venantur, si plures sunt venatores, fugit currens, nec saltat, vt reliqua alia fugiendo. Albertus Magnus de ani. l. 8. tractat. 2. cap. 1. c. 82. col. 3.
Leo ita lædit eum, qui sibi nocuit, quantum sibi nocuit, nec vnguibus interficit eum, & eadem (vt aiunt) est lupi consuetudo. Alber. Magnus de animalibus l. 8. tractat. 5. c. 1. c. 82. col. 4.
Leones, & lupi cum senescunt, nec venari possunt, inuadunt homines, & pueros. Albertus Magnus de animalibus lib. 8. tract. 5. cap. 1. c. 82. col. 4.
Leonis morsus, & vulnera vnguium venenosa sunt, & eodem modo medicina curantur, vt canis rabidi morsus. Alber. Magn. de ani. lib. 8. trac. 5. cap. 1. c. 82. col. 4.
Leonum tria sunt genera: breues, & multum hirsuti in collo, & hi sunt imbecilles, & graciles de leopardis quasi compositi, & hi sunt timidi: & sunt longi, & hi sunt

Sunt fortes. Est animal gaudens, & liberalis, ideo Rex ferarum dicitur; communicat prædam, & dedignatur prouidere in crastinum, & redire iterum ad sui cibi reliquias, sed à quocunque permittit accipi, & maxime ab homine, quem nisi in magna fame nõ perimit. Prostratis, & veniam petentibus parcat, scorpionem fugit, & abhorret, & album gallum multum timet. Ossa sua duriora habet, & fortiora, & maiora proportionem corporis cæteris animalibus, nec habent medullam, nisi in cruribus, & facilibus. Infestum habet onagram, & ex odio hunc venatur. Falsum est eum febricitare de quartana. Vestes in eius corio deuolutæ securæ sunt à tinea. Sepo leonis si perungatur circuitus ouium, nunquam lupus accedet, nec alia rapacia. Sanguis eius confricatus super cancrum curat eum. Stercus eius in vino potatum facit abhorreere vinum. Alber. Magn. de ani. lib. 2. 2. tr. 2. c. 1. char. 181. colum. 4.

Leonis complexio maxime est calida. D. Thom. in secund. de gener. & cor. 1. 8. te. 48. char. 32. col. 3.

Leontophonon animal circa Syriam esse aiunt. leo enim interit, cum hic ex eo aliquid deuorauerit, tamen si id sponte non efficiat, sed ipsum animal fugit: at si venatores eum capiunt, veru decoquunt, & farine albæ modo alijs carnibus ferè infidiatè aspergunt: quas si leo gustauerit, ab illis repente interimitur. Illud quoque animal aduersus leonem vrinam spargit, quam leoni exitialem esse ferunt. Ari. de admir. aud. nu. 142. c. 873.

Leopardus si comedit herbam venenosam, quæ strangulator Leopardi vocatur, quarit sterces hominis, & comestione illius liberatur à veneno herbæ. Alber. magn. de ani. li. 8. tr. 2. cap. 2. char. 74. colum. 4.

Leopardus componitur ex leona, & pardo. rufus est nigris maculis interpositis. Est animal fortis iræ, & diligit vinum, ita vt inebriatus capiatur. Alber. magn. de animalibus li. 2. tr. 2. cap. 1. char. 181. col. 1.

Lepori vni pili in bucca, intus, & sub pedibus sunt. Arist. de hist. animal. 3. cap. 12. char. 93.

Lepores auersi coeunt, vrinam enim retro reddunt. Quoquo tempore coeunt, & pariunt, & dum vtero ferunt, superferant, & singulis mensibus generant, sed non edunt fetus vniuersos. interpositis enim diebus, quos res tulcrit, peragunt parturitionem. Arist. de hist. anim. 6. cap. 33. char. 244.

Leporis femina habet lac ante partum, & à partu continuo repetit coitum, & lactans adhuc concipit foetum; lac simile est suillo sua crassitudine. Arist. de hist. anim. 6. cap. 33. char. 244.

Lepus partum non, vt maior fidi pedum pars, cæcum edit. Arist. de hist. anim. 6. cap. 33. char. 244.

Lepores in Ithaca insula si aliunde allati dimittantur, viuere nequeunt. Arist. de hist. ani. 8. cap. 28. char. 308.

Lepus coagulum habet, quod herbam succi lactei plenam pascatur. Arist. de part. ani. 3. cap. 15. char. 503.

Lepus pilos solus sub pedibus habet, & intra genas. Ari. de gener. anim. 4. cap. 50. char. 250.

Lepores iuxta Bisaltas Graecionie regionis captos bina icora habere traditur. Ari. de adm. aud. nu. 117. c. 866.

Lepus inscriptus lapidi contra insanie verba, & versutiã valet. Alb. mag. in 2. de mine. ex tra. 3. c. 5. c. 143. col. 2.

Lepus tantum ex animalibus, quæ in vtraque mandibula dentes habent, coagulum habet. Albert. magn. de ani. lib. 3. tr. 2. cap. 9. char. 45. colum. 2.

Lepus animal est celeritate ingens, habens posteriora crura longiora, quam anteriora, ideo melius scandit montem quam descendat, pilosum habens pedem: est timidum, magni cordis, sed frigidum. Cum ren dexter sepo operitur, moritur. In terris frigidis sunt albi, vt in alpiibus, & aliqui in hieme albi æstate reuertuntur ad proprium colorem. Stercus eius cum aceto liquefactum, si ex eo inungant vlcera grossa, vel impetigo ex qua exit aqua citrina, curat ea. Dolor dentis auferitur, si dēs le-

poris in parte doloris ponatur. Alber. Magn. de anim. lib. 2. tract. 2. cap. 1. char. 181. colum. 1.

Lepus marinus est multiplex: quidam enim hirsute pellis pilo duro est in mare Indico (vt dicit Plinius) adeo venenosus, vt in solo attractu vomitum, & dissolutione stomachi inducat. In nostro mari est, sed nõ ita venenosus. Fugiunt ab ipso omnes pisces, & habet post caput quatuor pinnas. Albert. Magn. de anim. lib. 24. cap. 1. char. 198. colum. 2.

Lepreæ imaginationibus detenti sæpe fiunt leprosi, & sic de alijs infirmitatibus. Albert. Magn. in 3. de ani. tract. 3. cap. 4. char. 41. colum. 4.

Leuicippus, & Democritus dicebant, quod partes indiuisibiles mouentur ante motum naturalem in vacuo, motu infinito æterno. Aue. 3. de celo. su. 1. te. 20. c. 87. c. 1.

Leuicophana est bestia modica, quæ capta exurit in cineres; & si cineres illius aspergantur super vestigia leonum, necantur leones, quado modicum ex eis attigerint, ideo cum naturali odio hanc bestiam prosequantur leones, tamē in ipsius morfu leones exanimati fiunt, & bestia contra leonem vrinam spargit, quæ leo abhorret. Alb. Magn. de anim. lib. 22. tr. 2. cap. 1. c. 181. c. 2.

Leuicrochocham est animal ex multis compositum, nam corpus asini habet; clunes, vt cerui; pectus, & crura, vt leonis; caput, vt cameli; sed oris hiatum vsque ad aures; bifidas habet vngulas; dētes vt leo, & voces hominum imitatur, & vniuersas bestias præcedit velocitate Albertus Magnus ibid.

Leuē est, quod sursum fertur natura. Aristot. Phys. 4. c. capit. 8. tex. 42. c. 89.

Leuis actus est alicubi esse, & sursum. Arist. Phys. 8. sum. 2. cap. 2. te. 32. char. 208.

Leuia, & grauia ad suum locum mouentur, quia apta nata sunt aliquo, grauia deorsum moueri, leuia sursum. Arist. Phys. 8. sum. 2. te. 32. char. 208.

Leuē est, quod ferri natum est a medio. Arist. 1. de celo. tex. 17. char. 249.

Leuissimum est, quod omnibus supereminet, quæ sursum feruntur. Arist. 1. de celo. te. 17. cha. 249.

Leuē simpliciter dicimus, quod sursum fertur, & ad extremum. Arist. 4. de celo. cap. 3. te. 6. char. 361.

Leuē simpliciter est, quod omnibus supereminet. Ari. 4. de celo, sum. 3. cap. 1. te. 26. char. 369.

Leuē simpliciter est illud, quo impossibile est inuenire leuius, vt est leuē. Ari. 4. de celo te. 19. c. 113. col. 4.

Leuia in tenebris nata sunt fulgere, nõ tamen leuem facere. Arist. de sen. & sen. cap. 2. char. 6.

Leuitas est vis, & potestas quæpiã corporis, a quo possidetur. Alex. aphrod. de anim. lib. 1. cap. 2. char. 30. col. 3.

Leuia omnia propter ignē leuia sunt. Simp. in præd. c. 14.

Leuia feruntur sursum, non vt appetant tangere superficiem concauam continentis, sed vt consequantur ordinem, quem ipsis opifex tradidit, & assignauit. Ioan. gram. in 4. Phys. char. 87. colum. 1.

Leuē ideo percussus sonum edit, quia densus à percussente, fit ad id aer interceptus. Ioannes gram. in 2. de anim. te. 78. c. 59. colum. 2.

Leuia, etsi non descendunt ex se, nec grauia ascendunt, tamen ex motoribus vniuersalibus mouentibus aliquando descendunt, aliquando ascendunt. Alb. Mag. in 1. de gener. & cor. tract. 6. cap. 4. char. 70. col. 3.

Leuē, & graue, quæ a raro, & denso proficiuntur sunt in substantia, quia illi nil aliud addunt, quam quædam situm, qui est in partibus materiæ. Alber. Mag. in 2. de ani. tr. 3. cap. 34. char. 28. colum. 4.

Legum diuisio.

Lex vna est priuata, alia communis: priuata est secundum quam scriptam in ciuitate viuunt. communis, quæ inter omnes homines extare existimetur non scripta.

Scripta: sponte verò sua faciunt scientes, & non coacti. Arist. rhet. 1. char. 43.

Lex quæ, & vnde dicitur.

Leges pleræque cantilenæ appellantur, quia homines priusquã literas scirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarent, quod etiam nostra ætate Agathyrhis in morem est. Arist. problem. sec. 19. nu. 28. c. 518.

Lex recta est, quæ recte posita est, mala, quæ tumultuarie. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 1. char. 110.

Legum lationi apti ex ciuilibus, i. a rerum ciuiliū peritia instructi euadimus, & illis experientia multum confert. Arist. 10. ethicor. nicom. cap. 9. c. 266.

Leges ciuilibus operibus similes sunt. Arist. 10. ethicorum nicom. cap. 9. char. 267.

Lex est oratio quædam, quæ communi ciuitatis consensu diffinita iubet, quo pacto vnumquodque agendum sit. Arist. rhetor. ad. Alexand. char. 138.

Lex sui ipsius grauis, & per se pulchra est, & eligibilis, nõ tunc præstantissimi habentur, iustissimeque dicuntur gubernare ciuitates gubernantes, cum legis normam, & ordinem speculando perficiunt administrationem, eamque custodiunt. Them. 12. metaph. c. 13.

Lex non est substantia, sed actio substantiæ, quæ definit esse, nec manet, nisi per terminatum tempus. Themist. 12. metaphysic. char. 13.

Lex, & institutio positæ sunt voluntariæ, & res voluntariæ, quæ verè ponuntur, assimulantur naturalibus, & sequuntur opus eius. Auer. 1. de celo. te. 2. c. 2. col. 4.

Legum radices sunt plures opinionones metaphysicæ scientiæ, quæ non ad sciendum, sed ad inquirendum bonitatem ponuntur. Auer. in 2. metaph. te. com. 14. c. 17.

Lex est, quam populus centuriatis comitijs sciuerit. Boet. in topic. Cic. li. 3. c. 796.

Lex à ligando dicitur, eo quod obligat lex transgredientem. Albert. Magn. in topic. char. 258. col. 1.

Legis posituæ particula quædam videtur esse politica. Albert. Magn. ethic. 10. tr. 3. cap. 3. c. 115. col. 1.

Legalia omnia sunt aequaliter iusta. D. Tho. Ethicor. 5. lec. 2. char. 8. colum. 2.

Lex est regula non semper eodem modo se habens. D. Thom. Ethic. 5. lec. 16. char. 97. colum. 4.

Legis omnis finis est, vt quod in ea statutum est, sit conueniens ordini virtutū, nõ si lex non sit proportionata ad virtutem, nõ est lex. D. Tho. 2. poli. lec. 13. c. 26. c. 1.

Leges ex fine rationem sumunt, & ideo vt finis ciuitatis est, ita sunt leges. D. Tho. 4. polit. 1. 7. c. 59. col. 3.

Lex est animi medicina. Dan. Barb. 1. rhetor. c. 13. c. 35.

Lex, vt scripta.

Lex scripta si factò aduersatur, vtendum est lege communi, & æquo, vt iustiore. Quod optima mente nihil aliud est, nisi nõ vtique scriptis vti. Et quod æquum semper manet, & nunquam immutatur. Et quod iudex iustum ab iniusto discernere debet, & melioris hominis est non scriptis stare, & vti, quam scriptis. Et si qua in parte probatæ legi contraria sit, aut ipsa sibi. Et si ambigua. Et si lex propter aliqua lata sit, quæ amplius non manet. Et quod nemo, quod simpliciter bonum est eligit, sed quod sibi. Et quod nihil interest inter non latum, & non obseruatū. Arist. rhetor. 1. c. 61.

Leges, vt ad ignorantes pertinent, & earum effectus.

Legum ignorantes, & quæ ad ipsas pertinent, puniuntur, quia & sciri debent, & difficilia non sunt. Arist. 3. ethicor. cap. 5. char. 61.

Lex in vniuersum sumit, non ignorans, quod peccatur,

cui succedit equum, & bonum. Ari. 5. eth. nic. c. 10. c. 134.

Lex non potest sancire de omnibus particularibus, sed in eo, quod definit, succedit æquum, & bonum. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 10. char. 135.

Leges in quibusdam locis sunt, ne de voluntarijs commercijs iudicia fiant, eo quod oportet cum eo, cui aliquis credidit, ita dissoluere, quemadmodum societate iniit. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 1. char. 217.

Legibus opus est non solum, vt pueri instruantur, sed ad omnem vitam; plerique enim necessitati potius quam rationi, & multèis, quam honestati obediunt. Arist. 10. ethicor. nicom. cap. 9. c. 263.

Lex cum probitate iubet, odio nõ est: homines verò etiã si rectè id faciant, plerique odio prosequuntur. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 9. c. 264.

Leges, vt in ciuitatibus valent, sic in domibus paternæ orationes, & mores valēt. Ari. 10. ethi. nico. c. 9. c. 165.

Lex turbationibus caret, mens humana non caret. Arist. politic. 3. cap. 11. c. 592.

Lex vbi non præualet, non est respublica. Ari. 4. politic. cap. 4. char. 612.

Leges in republica bonæ esse debent, & ipsis parere oportet. Arist. polit. 4. cap. 8. char. 618.

Leges, qui in republica ponit, semper ad medios respicere debet. Arist. polit. 4. c. 12. char. 627.

Leges conditæ rectè debent omnia quæcumque possunt, definire, & relinquere quam paucissima ijs, qui iudicant, tum, quia facilius est nancisci vnum, & paucos, qui rectè sentiant, quam multos: tum etiam, quia longa prouisione animi leges fiunt, iudicia derepente, & quod maximum est, legislatoris iudicatio non de parte, sed de toto, iudex vero de præsentibus iam, & certis iudicat, cum quibus, & amor, & odium, & proprium commodum coniunctum est. Aristot. rhetoricorum primo. char. 4.

Leges seueritatem habere debent. Arist. rhetor. ad. Alexand. capit. 2. char. 188.

Leges honestum locum dare debent sepulture ante vrbe ijs, qui pro patria bellando perissent, & eorum filios vsque ad pubertatem publicis emolumentis enutrire. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 2. char. 188.

Lex administrationem mouet, quæ ab ea est. Them. in 12. metaphysicor. char. 13.

Lex æqualitatem in ciuitate conseruat. Eustr. mor. capit. 6. char. 237.

Leges qui primo addiscit, ei abscondentur post aliz scientiæ. Auer. in physic. primo te. 60. char. 17. col. 4.

Lex informat iudicis animam. Albertus Magnus ethicor. 1. tractat. 1. cap. 6. char. 61. col. 2.

Lex deficit in particularibus. D. Thom. ethic. 5. l. 16. ch. 87. colum. 4.

Leges, vt conduntur & mutantur.

Leges de omnibus præscribunt ea spectantes, quæ vel communiter omnibus conferunt, vel optimis quibusque, vel principalibus, qui aut virtute, aut aliquo alio modo huiusmodi fuerint. Arist. 5. ethicorum nicom. cap. 1. char. 110.

Leges mutare ex præsentibus in alias nouas, infirmum est facere vim legis. Aristot. politic. 2. cap. 6. char. 539.

Leges illæ condendæ sunt, quibus magistratus parui quidem ac multi ex sorte, & maxime ex totius multitudinis suffragijs in popularibus principatibus designantur. Aristoteles rhetoricor. ad. Alexan. cap. 2. char. 187.

Legem ferendam qui persuadere vult, debet ostendere ipsam esse æqualem ciuibus, & reliquis legibus consentaneam, ciuitatique conducibilem ad quietem, & concordiam maxime, vel ad ciuim probitatem, aut publicam tributa, aut ad ipsius reipublicæ gloriam, aut ad vrbs potentiam, aut quod aliud huiusmodi aliquid vsui

vsui cedere. Aristot. rhetor. ad Alexan. cap. 2. char. 189.
Leges si pro nobis non sunt, commonefaciendi sunt iudices, non de lege, sed de re iudicare, & hanc non legem, sed iniquitatem esse, cum ciuitati perniciosam afferat, & non esse contra leges facturos, si huic legi contrariam sententiam tulerint, sed leges potius laturos, ne sit iniquis decretis vtendum, & dicere nullam legem prohibere reipublice benefacere, & improbas leges auctoritate priuare, nihil aliud est, quam ciuitatem beneficio donare. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 35. char. 243.
Legum principia concedunt Philosophi, quia omnis ars habet sua principia. Auer. contra Algaz. in phy. disp. 1. c. 57. colum. 3.
Lex cũ lata est, nunq̃ a latore mutat. Boet. de defi. c. 66. 1.
Leges qui ferunt, semper attendunt ad id, quod est principale in ciuitate. D. Thom. ethic. 5. l. 2. c. 80. colum. 2.

Leges quæ meliores, & ob quos sunt.

Lex secundum vnamquamque virtutem viuere iubet, & secundum vnumquodque vitium prohibet. Arist. 5. ethicor. nicom. c. 2. char. 113.
Lex inter eos est, in quibus est iniustitia. Arist. 5. ethicor. nicom. cap. 6. char. 124.
Leges in quibusdã locis sunt, ne de voluntariis commerciis iudicia fiant, eo quod oportet cum eo, cui aliquis credidit, ita dissoluere, vt societatem iniit. Ari. 9. ethic. nicom. cap. 1. char. 217.
Leges publicæ instituendæ sunt, quæ filiorum curam habere debent, quod si publice id negligat, conuenire vniciq; videt, vt liberis suis, & amicis ad virtutẽ cõducatur, vel conducere pponat. Ari. 10. ethic. nicom. c. 9. c. 264.
Leges nihil profunt, quamuis vtilissime a gubernatoribus decernantur, nisi moribus instituti, & disciplina imbuti in republica homines fuerint. Arist. politic. 5. capite. 9. char. 671.
Legum latoris studiosi est considerare vrbem, ac hominũ naturam, & omnem aliam communionem vitę laudabilis, quo participant, quantum fieri possit, felicitatem. Arist. politic. 7. cap. 2. char. 719.
Leges non ponuntur, nisi p̃ existimationẽ ponentis legem in principis mũdi, aut p̃ illud, quod ṽ esse melius hoibus in fide. Auerroes 1. de celo. te. 33. c. 12. c. 2.
Legalia præcepta apud omnes gentes laudabiliora sunt, quæ excitant vulgus ad operationes laudabiliores. Auer. ex destruc. destruc. disput. 4. cap. 63. colum. 3.
Lex non datur principaliter feruis, qui cohibentur a dominis, nec filiis, qui cohibentur a patre, sed pro liberis, & æqualibus. D. Tho. ethic. 5. l. 9. c. 90. co. 3.
Lex ad illos se extendit, in quibus potest esse iniustitia, quod patet, quia vindicta, quę fit secundum legem, nil aliud est, quam iudicium de iusto, & iniusto. D. Tho. ethic. 5. lec. 11. c. 90. col. 3.
Leges ponantur secundum, quod congruit politicę. D. Tho. ethic. 5. lec. 12. c. 92. col. 2.
Lex primogenitorum est in causã, vt plures sint pauperes ideo nou placuit. Arist. D. Tho. 7. politic. lec. 12. char. 122. colum. 1.

Leges quædam particulares, & eis quid commune.

Lex apud Thebanos erat, neminem reipublicæ honores acquirere posse, nisi per decennium a mercatura destitisset. Arist. politic. 3. cap. 3. char. 566.
Lex popularis vult pauperes, & diuites esse pares, nam secundum æqualitatem maxime est popularis species. Arist. politic. 4. cap. 4. char. 611.
Lex Oxili fuit, ne liceret cuiquam scenerari super aliqua fundi parte, quam quis haberet. Arist. politicorum 6. capit. 4. char. 699.
Leges impedimento esse debent multitudini, ne locu-

pletum rei insidientur, & diuites inducant, vt vltro ad publica ministeria munificentissimi sint. Arist. rhet. ad Alex. cap. 2. char. 188.
Leges omnes consentiunt in hoc, Deum esse in celo. Auer. 2. de celo. te. 2. char. 45. colum. 3.

Legis lator.

Legũ latoris volũtas est vniuscuiusque, vt ciues assuefaciendo bonos reddant. Ari. 2. ethic. nicom. c. 1. c. 31.
Legis lator iuxta Socratis opinionem ad duo respicere debet in lege ferenda, ad regionem, & homines, & ad loca vicina. Arist. politic. 2. cap. 4. char. 527.
Legislator iudici relinquere debet factum sit, vel ne; futurum, an non futurum, an non sit; cetera statuere debet, nam illa scire vnusquisque potest. Ari. rheto. 1. c. 5.
Legislator animos natura bene constitutos recte institutis legibus in bono statu conseruat, at si petulantia, vel ignauia errarent, statim superuenit iudicialis, quę penas ab eis exigit, & errores castigat. Eustr. 1. mor. c. 2.
Librum de plãtis scripsit. Ari. Ari. de hist. ani. 5. c. 1. c. 146.
Liber de partibus animalium insequitur librum meteorol. Alex. aphr. in. 4. meteor. c. 10. co. 44. c. 116. col. 2.
Libri de valetudine, & morbo Alexan. tempore non extabant. Alex. aphro. in l. de sen. & sen. comm. 2. c. 4. c. 4.
Liber priorum in tria capita diuiditur: in primo docet e quibus ratiocinatio constituatur: in secundo de abundantia propositionum: in tertio quomodo retolui possunt propositiones, à quõ, vt præstantius, accepit titulum. Ioan. grammaticus in 1. priorum. c. 2. col. 4.
Liber de animalium generatione adheret ei, qui de partibus animalium est. Ioã. grammatic. de gener. animal. l. 1. tract. 1. cap. 1. char. 1. colum. 2.
Liber primus de celo est primus liber, in quo agit Ari. de reb. sensibilib. naturalib. Auer. 1. de celo. te. 1. c. 2. c. 2.
Liber de generatione, & corruptione subsequitur librum de celo. Auer. 3. de celo. te. 42. c. 96. col. 2.
Liber de celo non potest vocari de celo solum, quia illud non est mobile, nisi circulariter, nec mundi tantum, quia solũ mouetur motu recto; sed appellari debet de celo, & mũdo. Alb. Mag. 1. de celo. trac. 1. c. 1. c. 1. c. 2.
Liber de sensu, & sensato statim sequitur librum de ani. D. Thom. de sen. & sen. lec. 1. char. 1. col. 2.
Liberalitas est mediocritas circa dationem, acceptionemque pecuniarũ: excessus est prodigalitas, defectus auaritia. Prodigus in largiendo excedit, in accipiendo deficit. Auarus contra in largiendo deficit, in accipiendo excedit. Arist. 2. ethic. nicom. cap. 7. char. 42.
Liberalis differt a magnifico: ille circa parua, magnificus circa magna versatur. Arist. 2. ethic. nicom. cap. 7. c. 43.
Liberalis nõ in bellicis rebus, nec in ijs, in quibus temperans, nec in iudicijs, sed in datione pecuniarum, & acceptione, sed magis in datione laudem meretur. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 1. char. 74.
Liberalis est, qui ea virtute præditus est, quæ circa diuitias versatur. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 1. char. 80.
Liberalis viri magis est dare quibus oportet, quam accipere vnde oportet, & non accipere vnde non oportet. Arist. 4. ethic. ad nicom. cap. 1. char. 80.
Liberales illi dicuntur, qui dant: qui autem non accipiunt, non liberalitatis, sed iustitiæ non minus laudem consequuntur: qui vero accipiunt ne prorsus quidem laudantur. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 1. char. 80.
Liberales maxime omnium ferẽ, qui virtute quapiam alia præditi sunt, amari consueuere; vtilitatem enim afferunt. Aristoteles quarto, ethicorum nicom. capit. primo, char. 81.
Liberalis est, qui dat honestatis causa, & recte, & quibus, & quæcunque, & quando oportet, & reliquis alijs modis, qui rectam dationem consequuntur, atque id, vel iucunde vel sine dolore, nec accipiet vnde non oportet,

et. Aristoteles 4. ethicorum Nicomachum ca. 1. c. 81.
Liberalis non accipiet vnde non oportet, non enim eius, qui non magnificat pecunias, talis est acceptio, neque erit promptus ad petendum: non enim ad eum spectat, qui beneficia in alios confert, vt facile beneficijs afficiatur: vnde autem oportet, accipiet, ex proprijs videlicet possessionibus, non quia id sit honestum, sed quia necessarium, vt habeat, quod det, neque res suas negliget: quippe cum velit ex ipsis aliquibus suppeditare, neque dabit quibuslibet, vt habeat, quod det quibus oportet, & quando, & vbi honestum sit. Nam liberalis viri est ita in dando excedere, vt pauciora sibi relinquat. Aristoteles 4. ethicorum Nicomachum capit. 1. char. 81.
Liberalis proprium est ad se non respicere. Aristoteles quarto ethicorum Nicomach. capit. pri. ch. 81.
Liberalitas pro facultatibus dicitur, non enim in multitudine eorũ, quæ dantur, sed in habitu eius, qui dat, actio liberalis consistit: qui quidem habitus est, qui dat pro facultatibus. Vnde nil vetat quin liberalior aliquis sit, qui pauciora dederit, si modo paucioribus etiã fuerit elargitus. Aristoteles quarto ethicorum Nicomach. capit. primo, char. 81.
Liberaliores esse videntur, qui non ipsi acquisierunt facultates, sed ab alijs accepere, præterea quod indigentiam experti minime sunt: & omnes sua ipsorum opera, vt parantes; & poetæ magis amare consueuerunt. Aristotel. 4. ethicor. Nicom. capit. 1. char. 82.
Liberalis est, qui pro facultatibus; & in ea quę debet, sumptus facit: at, qui excedit, prodigus. Aristoteles quarto ethicor. Nicom. cap. primo, char. 82.
Liberalis dabit, & expendet in ea, quæ oportet; & quotcunque oportet, tam in paruis, quam in magnis, atque id iucunde faciet: accipiet item, & vnde oportet, & quotcunque oportet. Aristoteles quarto ethicorum Nicomach. capit. 1. char. 82.
Liberalis, si præter quam deceat, & bene se habeat, expenderit, dolebit quidem, sed moderate, & vt debet. Arist. quarto ethicor. Nicom. cap. pri. ch. 83.
Liberalis quantum ad pecunias attinet, in societate vitæ perfacilis est; iniuria enim affici potest, cum magni pecunias non æstimet, magisque ægre fert si quid, quod oportuerit, non expenderit: quam doleat, si quid expenderit, quod non debuerit. Aristoteles ethicorum Nicomach. capit. 1. char. 82.
Liberalitas est medietas collocata inter auaritiam, & prodigalitatẽ: versantur enim hæc perturbationes circa pecuniam. Aristot. mag. moral. pri. capit. 22. char. 300.
Liberalis est, qui impendit vbi, quando, & quantum decet. Aristot. mag. moral. pri. capit. 22. char. 300.
Liberalis non est pecuniam nancisci, vt neque alterius vilius virtutis. Arist. mag. moral. pri. cap. 22. c. 300.
Liberalitas circa acquisitionem, & amissionem facultatum versatur. Arist. mor. eud. cap. 6. ch. 421.
Liberalis non est, qui de acquisitionibus gaudet, & de amissionibus dolet, magis quam oportet. Arist. ibidem.
Liberalitas est virtus anime, honestorum sumptuum ministra. Arist. de virtute. ch. 477.
Liberalitatis est erogare pecunias in laudabilia, & largitio ad honestatis sumptus faciendos, & præsto esse ad auxilium in aduersa fortuna; & non accipere vnde nõ oportet, & circa indumenta nitidus, & circa habitatio nem est: est & instructor permagnarum, & elegantium rerum, & oblectationem habentium, nulla commo ducta ratione: est & altor animalium, mirum quid, aut suaue habentium. Quam comitatur morum facilitas, & comitas, & humanitas, & esse misericordem; & circa amicos beneuolum, & hospitalem, & honesti studiosum. Aristoteles de virtutib. char. 480.
Liberalitas est virtus, quæ benigne facit in pecunias, illiberalitas contra. Arist. rhetor. prim. char. 37.

Liberalis omne est, quod per se volumus. Albertus magn. ethicor. pri. tract. pri. cap. 4. char. 3. colum. 4.
Liberalitas est principium ad cognoscendum omnes alias virtutes. Alb. Magn. ethic. 4. trac. 1. cap. 1. char. 47. c. 4.
Liberalis inter omnes virtuosos magis amatur, quia ex ipso actu virtutis vtilis est. Albert. Magnus ethicorum quarto, trac. pri. cap. 2. ch. 48. colum. 3.

Liber, vt contra ponitur seruo.

Liber nemo sponte fert tyrannidem. Aristoteles politicorum quarto, capit. decimo, char. 622.
Liberum est illud, quod causa sui est. Albertus Magn. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. tr. 3. c. 1. c. 192. col. 4.
Liberum id dicimus, quod est causa sui, & non causa alterius. Alb. Magn. in 11. metaph. tr. 2. cap. 2. c. 152. col. 1.
Liber a natiuitate est, qui causa sui potest esse in vitæ regimine. Alb. Magn. in 11. metaph. tr. 2. c. 36. c. 161. c. 2.
Liber ille est, qui causa sui est. Albertus Magnus ethicorum 3. tract. 1. capit. pri. c. 35. col. 1.
Liber est, qui potest mente præuidere, quæ agenda sunt, & inclinatur ad virtutem. Diuus Thomas tertio politicorum lec. 9. char. 42. col. 1.
Libertas omnimoda non est in his, quæ obligata sunt materia; ideo in sensibili proprie non est voluntas. Albert. Magn. in 3. de anim. tract. 4. cap. 5. char. 47. col. 1.
Libertas quatuor dicitur modis: ab obligatione, & coactione, ab ineuitabilitate, & a necessitate positionis. Albertus Magnus de caus. & proces. vniuer. a caus. pri. lib. pri. tract. tertio, cap. pri. c. 192. col. 4.
Libertas ab obligatione a defectu esse materialis est: obligatio enim per materiam est, vt homo obligatur ad comedendum. Albert. Magn. de caus. & proces. vniuer. a caus. pri. l. 1. tract. 3. cap. 1. c. 192. col. 4.
Libertas a coactione a defectu causæ efficientis est: coactio enim per causam efficientem est, vt necessitatem habet lignum, vt comburetur. Albert. Magn. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 1. tract. 3. c. 1. c. 192. col. 4.
Libertas ab ineuitabilitate est a defectu causæ formalis, vt hominem non volare. Alb. Magn. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 1. tract. 3. cap. 1. c. 192. col. 4.
Libertas a necessitate positionis est a causæ finalis defectu, vt necesse est aliquem secari, si velit sanari. Albert. Magn. de caus. & proces. vniuer. a caus. prim. lib. pri. tract. 3. cap. prim. char. 192. col. 4.
Libertatis summæ est communicare se per essentiam, & communicare bonitates suas. Albertus Magnus in 11. metaph. tract. 2. cap. 2. c. 152. col. 1.
Libertatis prima causa est voluntas. Albertus magnus ethicorum tertio, tract. pri. cap. 1. c. 35. col. 2.
Libertas dicitur, quæ aliquid potest ex propria voluntate mouere se, & ad finem illi positum. D. Thom. 6. polit. l. 2. char. 92. col. 1.
Libertas est, quæ in natura intellectiua per virtutem eius, quod principale est in ea, & intrinsecum, agit in finem proprium secundum illud idem. D. Thom. 7. polit. l. 5. char. 108. col. 4.
Libertas est virtus quædam voluntatis in ordine ad intellectum præcedentem ad finem sequentem. D. Th. 7. polit. l. 5. char. 108. col. 4.

Liberi, ut filij.

Liberos prudentissimos cur stulti plerique procreant, & contra multi valde prudentes stolidissimos: quia homines stultiores cum concumbunt, totos libidini sese dedunt, itaque animo penitus in corporis concreatione demerso, astrictoq; rei tm̃ veneræ, semen vires optimas, tum rationales, tum naturales adeptum perfluit, & proinde prudentiorẽ creat hominem. At homines prudentes, & docti semper
 b aliquid

aliquid vel honesti, vel utilis animo complectitur, nec in ipso quidem venereo coitu omnino a rerum studio desistunt, & sic animo remissiori profuens semen, experis longe facultatis illius animalis incumbit; & hic deduci ratio potest, cur homines stulti, & indocti filios robustos maxime procreant, prudentes & docti imbecilles. Alexand. aphrod. proble. 1. nu. 28. c. 673.

Liberi ciuitatis Romanæ iure in patrum arbitrio detinebantur vsque dum tertia emancipatione soluerentur. Boethius in topic. Ciceronis lib. 2. char. 782.

Liberi non iure suscepti, & ex impari matrimonio, in patrum non erant potestate, sed potius matres sequebantur. Boethius in topic. Ciceronis lib. 2. ch. 783.

Liberum arbitrium esse nos asserimus, non quod quisque voluerit, id enim, & animalia possunt, sed quod quisque iudicio, & examinatione collegerit. Boethius in libro de interpretatione, char. 360.

Libidinosiores, qui equitant assidue, euadunt, quia caloris, & agitationis causa eodem afficiuntur modo, quo per coitum: quo circa ætatis quoque accessione membra genitalia contractata, agitataque augentur, & cum semper eo vtantur motu qui equitant, hinc fluentiore corpore, præparatoque ad concubendum euadunt. Aristot. probl. sec. 4. nu. 12. char. 185.

Libidinosi sunt melancholici, quod a statu redundant, semen autem decessio est status: ergo quibus id ipsum ampliatum, hos sæpe purgari appetere necesse est: sic. n. efficitur, vt leuentur. Ari. probl. sectio. 4. nu. 31. c. 393.

Libidine vehementer aguntur aues, & homines pilosi, vel quia multum humoræ ambo concoquunt propter caloris copiam, vel quod multum inest humoris, & id a calore superat: non enim pili hominibus, & penne auib. oriri possent, nisi esset multus humor, & a calore uinceretur. Aristot. problemat. sect. 4. nume. 32. char. 393.

Libiæ quidam populi communes habent vxores, filios tamen partiuntur inter se secundum similitudines. Arist. Poli. 2. cap. 2. c. 518.

Libra quæ sunt ad circulum referuntur, quæ circa vectem ad librâ, & alia fere omnia, quæ circa mechanicas sunt motiones, ad vectem. Arist. quæst. mechan. c. 777.

Libras maiores exactiores esse minoribus eadem est causa, cur in circulo, quæ plus a centro distat linea, eadem vi commota citius fertur, quam illa, quæ minus distat. Arist. quæst. mechan. quæ. 1. c. 778.

Libræ centrum spatium est, id enim manet. Arist. quæst. mecan. te. 1. char. 781.

Libræ extremum ab eodem potere citius mouetur, quo plus a sparto distat. Arist. quæst. mec. te. 1. c. 781.

Libris paruis nonnulla potera insensibilia sunt, quæ magnis manifesta sunt. Arist. quæst. mec. q. 1. c. 781.

Libra cur facilius mouetur, cum sine pondere est, quam cum pondus habet, & sic rota? quia non solum in contrarium, quod graue est, sed etiam in obliquum difficulter mouetur. Arist. quæst. mec. q. 10. c. 688.

Libs fiat ab occidente hiemali, cui contrarius est Cæcias. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 13. c. 519.

Licentia agendi quod quisque velit custodire non potest igitur vnicuique; hominū prauitatē. Ar. Pol. 6. c. 4. c. 699.

Licophon, & alij, nec accideret eis fateri idē esse vnu, & plura, prætermiserunt dictionem, est, Arist. physicorū primo ex summa 1. cap. 3. te. 20. c. 8.

Lidia mista est cantilena septimi toni. D. Tho. 8. poli. l. 2. char. 130.

Lidia ē melodia quinti toni. D. Tho. 8. poli. l. 2. c. 130. c. 2.

Lief herba, alia habet folia plana, alia crispa: ambæ sunt calidæ, & siccæ. Aperit oppilationes, & incidit humores grossos. Albert. Magn. de veget. & plant. l. 6. tract. 2. capit. 11. c. 167. col. 3.

Lien positum est sub septo a sinistro latere, & ventri annectit qua omentum obducit. Ari. de hist. ani. 1. c. 18. c. 33.

Lien cum iecinore locum mutasse in aliquibus quadrupedibus

visum iam est. Aristot. de hist. animal. 1. cap. 18. char. 33.

Lien hominis suillo similis est, sed specie angusta, & longaga. Arist. de hist. anim. primo cap. 18. c. 33.

Lien venæ vni maiori annexus est: venæ enim inde ad lienem pertendit. Arist. de hist. anim. primo cap. 18. c. 34.

Liene oino caret caprices auis, Ari. de hist. ani. 2. c. 1. c. 59.

Lien parti sinistra adnectitur iecori aduersus situque valet iusto naturæ. Quod si qua dissecta quadrupede, lienē latere contineri dextro, iecur sinistro visum est, prodigiose id euenisse putandum est. Aristotel. de histor. animalium. 2. cap. 17. char. 62.

Lien per accidens necessarius est, quomodo excrementa, tum alui, tum vesicæ. Aristot. de part. ani. 3. c. 7. ch. 488.

Lien vapores ex ventriculo vacantes attrahit, & diuertit, & eos concoquere potest, vt qui sanguineus est. Quod si plus excrementi sit, parumque caloris habeat lien, corpus per alimentum immo dico languescit, & propter confluuium hoc humoris accidit sæpe, vt lienosis veteres præduri efficiantur. Aristoteles de partib. ani. 2. capit. 7. char. 488.

Lien quadrupedibus ouiparis paucus, rigidus, & reni similis est. Ari. de partib. anim. 3. cap. 7. char. 488.

Lienem bifurca inter cornigeras habent rotundum, vt capra, & ouis, & reliqua omnia: nisi aliqua pro sua magnitudine auctiorem in longitudinem habeant, vt boues. At multitudine prolixus est, vt homini, & canis: solipedibus autem medium tenet. partem enim habet latam, & partem angustam, vt equo, mulo, & asino. Aristot. de partib. animal. 3. capit. 12. char. 497.

Lienes cur non nullis febre laborantibus augentur? quoniam affluentius aquam hauriunt; est enim membrum id laxius, & fungosius; vel quia debile est, & materias facile excipit. Ale. aphrod. proble. 2. nu. 44. c. 239.

Lienis creandi natura scopum non habet. Mich. ephes. de partib. ani. 3. capit. 7. ch. 115.

Lienis attenuatio indicat corporis calorem; nam qui tenuem habent splenem, incolumes sunt, qui autem magnum habent, ægrotant. Auer. 3. de partib. animal. 3. capit. 6. char. 85.

Ligamentum in corpore non est neruus, sed durius neruo, & terrestrius: ideo sensum non habet, & exit ex vno osse in aliud, & non a cerebro, alioquin si haberet sensum, continuū haberet dolorem ex motu, & concussione ossium in iunctura. Alber. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 1.

Ligna sunt terræ, & aeris, quare vstibilia sunt, & non liquabilia, nec mollificabilia, & in aqua supernatant, præter ebenum. Arist. meteor. 4. su. 2. c. 3. te. 41. c. 575.

Ligna sunt inflammabilia, & non liquabilia, quia simul habent humidum, & per totum continuum, vt peruratur. Ari. meteor. 4. su. 3. cap. 2. te. 47. char. 583.

Ligna odorabilia sunt, sapida enim, & horum aquosa minus. Aristoteles de sen. & sen. capit. 5. char. 19.

Lignum eiusdem magnitudinis cur facilius genu frangitur, si quis æque deductis manibus extrema comprehendens fregerit, quam si iuxta genu; & si pede superimposito manu longe deducta fregerit, quam prope? quia ibi genu centrum est, hic vero ipse pes. quanto autem remotius a centro fuerit, facilius mouetur quæcunque, moueri autem, quod frangitur necesse est. Arist. q. mecha. q. 24. c. 789.

Ligna, cur quanto sunt longiora, tanto sunt imbecilliora, & si tollantur, inflectuntur magis? quia, & vectis, & onus, & pypomochlion, in leuando ipsa sit ligni proceritas: prior namque illius pars sit quasi hypomochlion, quod in extremo, pondus, & cum distet multum ab hypomochlion multum incuruatur. Aristot. q. mecan. quæst. 16. char. 790.

Ligna longa cur difficilior est ab extremo, quam a medio ferre, cum pondus sit æquale? quia vibrato ligno ipsum extremum prohibet ferre vibrationem magis retrahens latior: vel ga, & si non inflectatur, tamen facilius fertur, quia extre-

ma sese inuicem suspendunt, & altera pars alteram bene eleuat, sed si ab extremo eleuatur, vniuersum pondus ad vnum vergit medium. Ari. q. mecan. q. 26. c. 801.

Lignum in nocte visum est, lunare lumen per totam domum reddens. Simp. in 2. de ani. te. 65. c. 36. col. 1.

Ligna supernatant, nec ad centrum aquæ pergunt, quia multum aeris interclusum habent, ideo ebenus, & buxus, qui densi sunt, feruntur per aquam deorsum. Io. gram. in 4. physicor. char. 101. col. 3.

Ligna in quibusdam aquis posita conuertuntur in lapides retinentes figuram lignorum. Albert. Mag. in pri. de miner. ex tract. 2. cap. 7. ch. 136. col. 1.

Ligna plantarum cretabilia sunt propter humidum aerem, quod est in ipsis. Alb. Mag. de mort. & vit. tr. 2. c. 10. ch. 62. c. 4.

Ligna natant, paucis exceptis, quia porosa sunt, & aerea. Alb. Mag. de proprietat. elem. l. 1. tract. 1. c. 3. c. 106. c. 1.

Ligna natant super aquam, quia multum in porositate suis aerem obtinent. Alb. Mag. de veg. l. 5. tr. 2. c. 5. c. 150. c. 4.

Ligna ex humido grosso, & forte non sunt vstibilia, vt ebenus. D. Tho. in 4. meteo. ex digres. de color. l. 13. c. 255.

Ligneus piscis est, qui simile est fructu ligni. Alb. Mag. de anim. l. 4. tract. 1. cap. primo. char. 45. col. 4.

Ligures peculiare habent, vt mulieres in puerperio vna operentur, infantemque aqua abluunt, ac saltem terram scalpunt, effodiuntque, ceteraque domestica exercent, quæ neque priusquam ad puerperium accederent, agenda erant. Aristot. de admir. aud. nu. 88. 856.

Liguris lapis fit ex vrina lycis, & perfricatus, trahit paleas; valet contra stomachi dolorem, ictericiam, & ventris fluxum. Alb. Mag. in 2. de miner. tr. 2. c. 10. c. 140. c. 4.

Liliū est calidum, & siccum, & radix eius absterliua, & mūdificatiua: oleū eius vehemens? subtile, & lenificatiuum. Alber. Mag. de veget. & plant. l. 6. tr. 2. c. 11. c. 164. col. 2.

Limax vermis est tardus? hieme latet, vere prodit: quatuor cornua habet, duo longa, & duo breuia, quæ extēdit cum procedit: humor eius, qui loco sanguinis est, efficaciter impedit oritur capillorum. Alb. Mag. de ani. l. 26. char. 204. colum. 2.

Linachos dicit Aristot. esse autem, quæ ante completionem pennarum filios percutit, & cogit videre Solem in rota, & si aliorum oculi lacrimantur, eos abijcit, & pascit alios. Est rapax in litore maris habitans, & aues in mari natantes venatur. Alber. Magn. de anim. l. 23. cap. 24. char. 193. col. 4.

Lincisius animal est ex carne patre, & lupa matre procreatum, & colorē, & mores vtriusque imitans, & est ferox, & acerrimū. Alb. Magn. de ani. l. 22. tr. 2. c. 1. c. 181. col. 2.

Linea diuisio.

Lineæ, aliæ sunt rationales, aliæ irrationales. Albert. Mag. in 6. phy. tract. 3. de line. diuis. ca. 2. c. 28. c. 4.

Lineæ, aliæ simplices, vt recta, & circularis; aliæ compositæ, vt curua. Alb. Mag. in pri. de celo. tr. 1. cap. 2. ch. 1. c. 3.

Linea quid est.

Linea, vel erit inter duo puncta, vel nihil; quod si linea cum in omnibus lineis sint puncta, non erit infecabilis vlla linea. Arist. de linei. infeca. char. 941.

Linea, superficies, & corpus non sunt in genere substantiæ, sed in genere quantitatis, quia dimensiones sunt. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 6. tex. 17. ch. 56.

Linea longitudinem tantum habet. Ammon. in Porph. char. 1. col. 4. Idem Simp. in prædic. ch. 40.

Linea est, quæ longitudinem tantum obtinet, secundum definitionem Euclidis. Ammon. in prædic. ch. 54.

Linea, & si per participationem est quantum, sua tamen natura est distantia, & non quantum. Simp. in prædic. ch. 34.

Linea est in actu ex parte, qua extremitates ipsius sunt puncta. Auer. in post. l. 1. cap. 21. te. 178. ch. 191.

Linea est, quæ terminatur ad duo puncta, & est quasi

forma, intermedia sunt quasi materia. Auer. in 8. metaph. te. co. 7. c. 101.

Linea est longitudo, sine latitudine, cuius termini sunt puncta. Boeth. in præd. c. 145.

Linea est punctus extensus in continuum, cuius prætensio quantitas est, & substantia prætensa punctus est. Albertus Magnus in præd. ch. 43. col. 2.

Linea est prima, & perfecta substantiæ mensura, quam mensurat secundum longum, latum, & profundum. Alber. Magn. in prædic. ch. 44. col. 4.

Linea vt fit, & quid facit.

Linea ex punctis esse non potest. Arist. phy. 6. te. 1. c. 145.

Linea ex punctis non componitur, alioqui punctum diuisibile cum linea, vel ex imparibus in æqualia secatur, vel ex paribus in inæqualia. Aristot. de linei. infecabil. ch. 942.

Linea si ex punctis componeretur, lineæ pars non esset linea, nec superficiem superficiem, & linea puncto maior esset linea. Arist. de line. infeca. ch. 942.

Linea si esset ex punctis, punctum esset illud, quod in tempore fertur, modo maior in longiori, æqualis in æquali tempore, motus fiat, excessusque temporis tempus fit. At si nunc, est principium temporis, & finis, itemque lineæ punctus: non enim coniuncta sunt principium, & finis, sed in medio semper aliquid habent: nec nunc, nec puncta sibi continua esse poterunt. Aristot. de line. infeca. ch. 943.

Linea si lineæ superimponatur, eique coniungatur, nulla inde maior latitudo fit. sunt autem in linea puncta, quæ non possunt iuncta simul maiorem longitudinem facere, cum maiorem locum non occupent. Aristoteles de linei. infecabil. ch. 943.

Linea si ex punctis constaret, omnia in puncta resoluerentur, corporisque pars punctus esset. quare corporum, & linearum elementa puncti erunt non specie diuersa. Aristoteles de line. infeca. ch. 945.

Linea, nec aliquid aliud ex indiuisibilibus fieri potest. Themist. in 6. physicorum te. 23. ch. 50. col. 1.

Linea ex punctis non consistit. Ale. aphro. in 9. metaph. vel. 10. co. 4. c. 250. col. 1.

Linea non componitur ex punctis, nec in puncta diuiditur: ideo in infinitum diuidi potest, quod est contra. Ammon. in præd. c. 53. Simplic. in prædic. c. 31. Idem Porph. in præd. c. 14.

Linea non dicitur excedere punctum, quia non componitur ex puncto, nec punctum est eius pars. Simplicius in quarto physic. text. 71. c. 244. col. 2.

Linea non componitur ex punctis, sed termini lineæ, & motus indiuisibiles sunt. Simp. in 4. phy. c. 282. col. 2.

Lineæ superficies, & puncta, nec generantur, nec corrumpuntur, nec sunt quandoque, & quandoque, non. Auerroes in 3. metaph. te. co. 17. ch. 29.

Linea, & si in puncta non diuiditur, tamen non potest diuidi, nisi in puncto, quia vbique punctus est secundum lineæ substantiam, nam punctus est quasi lineæ materia. Alb. Magn. in præd. c. 43. col. 1.

Linea omnis in se ducta quadratum constituit, quod est tantæ latitudinis, quanta est mensura lineæ. Albertus Magn. in 6. phy. tract. 3. cap. 3. c. 79. col. 3.

Linea omnis in se, & in quamlibet aliam duci potest, & ex producta parallelogramum constituit. Alber. Magn. in 6. phy. tra. 3. cap. 4. c. 79. col. 3.

Linea licet non componatur ex punctis, possunt tamen in ea signari puncta. Diuus Thom. in 8. physicor. l. 16. te. 68. ch. 141. col. 4.

Lineam ex punctis componi dupliciter sumi potest: primo ex punctis motis: secundo ex punctis non motis, sed ex punctis lineæ villo modo componi nequit. Diuus Thom. in prim. de gener. & cor. l. 4. te. 8. chart. 5. colum. 1.

Linea, ut recta, & curva.

Linea recta nulla est perfecta, nec finita, nec infinita. si infinita, non, quia si esset perfecta haberet terminum, & finem; finita, non, quia extra omnes finitas est aliquid. Arist. 1. de celo. te. 38. char. 247.

Linea, quæ designatur ab eo, qui iuxta parietem per terram ambulat, non est recta, sed obtorta, quoniam minorem flexum fieri necesse est stantis, & erecti minorem. Arist. de animalium incessu. cap. 7. char. 571.

Lineæ rectæ, nec lineæ prioris definitio consentit cum lineâ infecabili, ut quæ nec inter duo puncta extensa sit, nec mediū ullū hēat. Arist. de lineis infecabili. c. 939.

Linea recta est, quæ ex æquo inter sua interiacet puncta. Quarta primi Euclidis definitio. Amo. in Por. c. 2. c. 1.

Linea recta est lōgītudo sine latitudine, cuius partes extremis interiacent. Io. gram. in 2. poster. cap. 14. c. 68.

Linea curva est lōgītudo sine latitudine, ex recta lineâ, & rotunda constans. Ioannes. grammatic. in 2. poster. ca. 14. char. 68. col. 4.

Linea recta possibile est, ut incuruetur, & fiat circulus. Auer. physic. 7. num. 29. char. 150. col. 3.

Lineam rectam esse breuissimā lineam, quæ ducta sit inter duo puncta dicitur large, & æqualitas dicitur equivoce. Auerro. physic. 7. te. 29. c. 150. col. 3.

Lineæ rectæ quælibet pars est recta, circuli verò quælibet pars non est circulus. Auer. 1. de celo. te. 29. ch. 11. c. 1.

Linea recta est, quæ maior distātia mensurari solet. Auer. ex paraph. 1. de celo. te. 28. c. 127. col. 3.

Linea recta dicitur imperfecta, quia ei potest addi, & minui ipsa lineâ adhuc existente. Auer. in epitome metaphysicorum. tract. 1. c. 171. col. 4.

Linea curva duabus formis composita est ex conuexo, & concauo. Alber. Mag. 5. topic. ch. 244. col. 1.

Linea recta est simplex secundum formam in essentia, quæ ex utraque parte non habet nisi formam recti, circularis autem non simpliciter est simplex, quia in vna parte habet concaui, in alia conuexi formam essentialiter tamen est simplex. Albertus Magnus in 1. de celo tractat. 1. cap. 2. char. 1. c. 3.

Linea recta simplicior est linearum, quia est vnus formæ tantum. Alber. Mag. in 2. de ani. tr. 1. c. 11. c. 16. col. 2.

Linea ut circularis, & perfecta.

Linea circuli eorum, quæ à se ipso ad seipsum sunt, est minima, & motus secundum minimam velocissimus est. Arist. 2. de celo summa 2. cap. 3. te. 29. c. 300.

Linearum circularis est maxime vna, quia est & perfecta. Arist. 5. metaph. cap. 5. te. 11. ch. 94.

Linea circumferibilis est longitudo illatabilis, ad quam ab vno signo eorum, quæ intra illam posita sunt, omnes incidentes recte inuicem sunt æquales. Alex. & Eustr. in 2. poster. c. 81. col. 1.

Linea perfecta est longitudo illatabilis ex recta, & circumferentia posita. Alex. & Eustr. in 2. poster. c. 81. col. 1.

Linea rotunda est longitudo sine latitudine, a cuius centro ad circumferentiā exeuntes lineæ sunt æquales inter se. Io. gram. in 2. posteriorum cap. 14. c. 68. col. 4.

Lineæ tortuosæ partes non æque mouentur, ut lineæ rectæ partes. Auer. in 5. physic. te. 10. c. 52. col. 4.

Lineæ arcuales infinitæ sunt, ideo in illis non inuenitur maxima, & minima distantia. Auer. physicorum 5. tex. 24. char. 103. col. 1.

Lineæ curuæ quantitates non æquabuntur, nisi sint eiusdem circuli. Auer. phys. 7. te. 29. c. 150. col. 3.

Lineæ exeuntes à centro non terminantur, nisi per circumferentiam. Auer. 1. de celo. te. 35. c. 13. col. 1.

Linea arcualis non potest equari lineæ rectæ, nec non recta non rectæ. Auer. in 10. metaph. te. 10. c. 121.

Linea circularis non potest esse mēsurā, quia mēsurā de-

bet esse certa, & minima, & certior, & minor est recta circulari. Auer. 11. metaph. c. 329. col. 3.

Linea recta, non potest habere, nisi vnum motum in omnibus partibus suis: lineâ reflexa potest habere, & vnum, & duos motus. D. Tho. 5. physic. l. 8. te. 8. c. 299.

Linea circularis non est simpliciter magnitudo perfecta; sed habet quoddam perfectum in lineâ; quia ut lineâ, ei nihil addi potest. D. Thom. in 1. de celo. lib. 4. tex. 13. char. 4. col. 3.

Linea, ut finita.

Lineâ infinitam simpliciter esse impossibile est, sed ipsam in longitudine infinitam imaginari possumus. Arist. 1. de celo. tex. 38. char. 257.

Linea omnis, modo non sit infinita, fines duos habet: at lineâ indiuidua non est infinita, fines ergo habebit; quare diuidua erit. finis enim aliud est ab eo cuius est finis, aut extabit alia lineâ, quæ nec finita sit, nec infinita. Arist. de lineis infecab. char. 941.

Lineæ finis punctus est, & non lineâ, & finis extremum est, extremum verò indiuiduum. igitur si punctus finis est, indiuiduæ lineæ pars erit punctus, & ita vna lineâ erit alia maior puncto: si indiuiduæ lineæ punctus inest, quia finis idem sit continuatarum linearum, dabitur finis rei carentis partibus, & demum quid à lineâ punctus distabit, cum nihil proprium sit habitura indiuidua lineâ à puncto præter nomen? Arist. de lineis infecabilib. char. 941.

Lineæ circumferentia est infinita. Simplic. in 5. physicor. chart. 313. col. 2.

Lineæ infinitæ si vni lineæ addantur, non maiorem lineam reddunt, quam vna lineâ. Ioan. gram. in 4. phys. char. 84. col. 2.

Linea habet duos fines, superficies quatuor, corpus sex. Auer. physicor. 4. te. 91. char. 81. col. 2.

Lineæ essentia, & diffinitio, ut est lineâ, quærit finitatem. Auer. 8. physicorum. tex. 68. char. 183. col. 2.

Linea, ut diuisibilis, & rationalis.

Lineæ si darentur infecabiles, omnes lineæ commensurabiles essent: nam omnes ab indiuiduis lineis dimetirentur, quæque longitudine, quæque potentia sunt commensurabiles: indiuiduæ autem lineæ sibi ipsis commensurabiles sunt longitudine, cum inter se sint æquales. quare potentia quoque. Quod si hoc est, diuiduum erit quadratum. Aristot. de lineis infecab. char. 939.

Lineæ si darentur infecabiles, cum lineâ breuior copulata grandiori latitudinem faciat, si sumantur æquales portiones ab indiuidua, & à pedali lineâ, bipedali que iungantur, minorumque latitudinem indiuidua faciat, quam reliqua minor erit latitudo, quæ ab indiuidua prouenit. Aristote. de lineis infecabil. chart. 929.

Lineæ si darentur infecabiles, si ex tribus datis rectis triangulus componitur, ex tribus quoque lineis indiuiduis componi poterit; in omni autem triangulo æquilatere perpendicularis in mediâ basin, incidit. Quare & medium indiuiduæ diuidet. Aristoteles de lineis infecabil. chart. 939.

Lineæ si darentur infecabiles, non esset lineâ, cui lineâ additur maior, quia ipsa partibus caret. Aristoteles de lin. infecab. chart. 940.

Linea si quævis præter infecabilem in partes diuidi potest, tum, æquales, tum inæquales: scindatur lineâ in tria frustra, quæ non ex tribus infecabilibus & vnuerfaliter imparibus constet, diuidua fiet infecabilis lineâ. Similiter autem si in duo diuidatur lineâ, quæ ex imparibus consistit. Aristot. de lineis infecab. c. 940.

Lineæ

Lineæ cuiusvis non esset quadratum, si lineâ daretur indiuidua, cum omne quadratum habeat longitudinem, & latitudinē, atque idcirco diuisibile erit, quod si quadratum diuiduum est, & lineâ, vnde procreatur, diuidua erit. Arist. de lineis infecab. c. 941.

Linea si esset indiuidua, & superficies, & corpus impartibile esset; vno enim indiuiduo existente, cætera quoque cōsequenti, quia vnum ad aliud diuiditur. At corpus non est indiuiduum, cū latitudinem, & altitudinē in se habeat, quare nec lineâ. Ari. de lineis in infecab. c. 942

Lineæ omnes non mensurantur, quia non est vna minima lineâ. Alex. aphrod. in pri. phy. co. 16. char. 8. col. 2.

Lineam datam infecam datæ sectæ est proportione secare. Euclid. l. 6. Simp. in 6. physic. te. 71. c. 183. col. 1.

Linea ut lineâ potest diuidi in infinitum, non autem, ut lineâ in materia. Auer. in physic. 4. te. 72. c. 75. col. 4.

Linea ut lineâ diuisibilis est in infinitum, sed ut lineâ naturalis, ut ignis, non recipit diuisionem in infinitum, sed diuiditur in magnitudinem indiuisibilem, & est illa exigua magnitudo, quæ non potest recipere formam ignis, quoniam est magnitudo natura terminata, & sic non potest fieri appositio in infinitum, ut est corpus sensibile. Auer. in 3. physic. expo. med. char. 206. col. 4.

Lineâ, & superficies dicitur imperfecta, quia non possunt diuidi nisi in duo superficies, & in vnum lineâ. Auer. in epito. metaph. tract. 1. chart. 171. col. 4.

Lineâ, etsi potentia sit diuisibilis in infinitum, tamen non potest actu in infinitum diuidi. Alber. magn. in præd. char. 44. col. 4.

Lineæ commensurabiles in longitudine sunt, quibus est vna quantitas communis eas numerans. Euclid. 10. Alber. magn. in 6. physic. tracta. 3. de lineis indiuisib. cap. 3. chart. 79. col. 3.

Lineæ commensurabiles potentia sunt, quarum superficies quadrata vna superficies cōmunis numerat. Euclid. 10. Alber. magn. in 6. physic. tract. 3. de lineis indiuisib. cap. 3. char. 79. col. 3.

Linea rationalis dicitur, de qua per lineam datam rationari possumus. D. Thom. in poster. char. 51. col. 1.

Linea irrationalis est lineâ incōmensurabilis lineæ datæ. D. Thom. in poster. char. 51. col. 1.

Lineæ partes possibiles accipi per diuisionem, non capiuntur in nobis, ut faciunt quandam infinitatem, sed solum, ut sunt reductæ ad vnitatem ipsius totius. Alex. de ales in 2. metaphysico. char. 44. col. 4.

Linea, ut se habet ad lineam, & ut æqualis.

Linea est recta, & curva, non ut lineâ, nec ut quantitas, sed ut talis lineâ. Porphy. in prædica. char. 15.

Linea omnis lineâ solam tangit. Tho. in 3. phy. c. 33. c. 1.

Lineam sæpe Aristoteles spacium, & magnitudinem appellat. Simp. in 6. physic. te. 10. char. 334. col. 2.

Linea non tangit superficiem, nec superficies corpus, sed lineâ tangit lineam, & superficiem superficies. Ioan. gra. in 3. physico. t. 74. char. 74. col. 2.

Linea ad superficiem proportionem non habet, nec superficies ad corpus. Ioan. gram. in 4. phys. char. 97. col. 3.

Linea non mouetur, nisi quia corpus mouetur. Auer. in 5. metaph. te. com. 8. char. 53. col. 1.

Linea recta curuæ, ut lineâ, non est contraria, sed reuerentia curuitati contraria est. Boeth. in prædicam. c. 351.

Linea lineæ addita secundum longitudinem facit maius, secundum latitudinem autem non. D. Tho. 3. metaph. lib. 12. tex. 16. char. 171.

Linea, ut naturalis.

Linea naturalis, quæ longitudinem tantum habeat, perspicitur in distinctione locorum illustrius ab opacis. Ammonius in prædicam. char. 55.

Lingua sentiendi vim præcipue obtinet parte sua primore, nam si interiore tangat, minus sentit. Arist. de hist. anim. 1. cap. 11. char. 23.

Lingua alia lata, alia angusta, alia mediocris, quæ optima, & explanatissima est: & absoluta, & constricta, ut balborum, & tortorum. Arist. de hist. ani. 1. c. 11. c. 23.

Lingua constat carne soluta, rara, fungosa, & eius quædam pars est Ligula. Arist. de hist. anim. 1. cap. 11. c. 23.

Lingua Elephantis perquam exigua habet, atque interiorius positam, quam in cæteris sit, ita ut vix eam videre possit. Arist. de hist. ani. 2. cap. 6. char. 48.

Lingua bifida serpentes, lacerti, & vitulus marinus habent. Arist. de hist. anim. 2. cap. 17. char. 65.

Lingua, & si obscurius quam oculi, tamen certius quam tactus geminum gustandi vestigium obtinet. est enim hic etiam sensus quasi tactus quidam: fissura enim lingua distinguitur. Arist. de partib. ani. 2. c. 10. c. 452.

Lingua homini non solum ad percipiendos sapores data est, sed etiam ad formandum sermonem. Arist. de partib. ani. 2. cap. 16. c. 460.

Lingua, & labra si non essent humida, & agilia, maxima literarum pars exprimi non posset. Arist. de partib. ani. 2. capit. 16. c. 460.

Lingua palato in ore subiacet, sed terrestribus omnibus fere simili modo, cæteris dissimili. Arist. de partib. ani. 2. cap. 17. c. 460.

Lingua hominis absoluta mollissima, & lata est, ut sit comoda, & ad sapores percipiendos, & ad literas exprimendas: sensu enim homo omnium animalium facilis est, & qui linguam non satis absolutam habent, blefi sunt; Arist. de partib. ani. 2. cap. 17. c. 461.

Lingua duram, & crassam, & minime absolutam habent quadrupedes, quæ sanguinem habent, & oua pariunt, Arist. de partib. ani. 2. cap. 17. char. 461.

Lingua duram, & ineptam ad vocis officium, terrestriū ouiparorum sanguineorum pars maior habet. Arist. de partib. ani. 2. cap. 17. char. 461.

Lingua serpentum, & lacertorum longa est, & serpentes ita longam habent, ut ex paruo lōge protrahi possit. bifida, & parte extrema capillamenti tenuitate est, propter suæ nature cupiditatem. Ari. de part. ani. 2. c. 17. c. 462.

Lingua infecta alia intus habent, ut formicæ; alia foris gerunt, velut aculeum fungosum, & cauum, ut eo simul, & gustare, & cibum trahere possint, ut muscæ, & apes. Arist. de part. ani. 2. cap. 17. char. 463.

Lingua lacertis bifida sunt, ut serpentibus, parteque extrema pilosæ admodum, item vitulis marinis lingua bifida est. Arist. de partib. ani. 4. cap. 11. char. 542.

Lingua animalium eiusdem coloris est, cuius cutis: si varia, varia, si unicolor, vni coloris. Ari. de ge. ani. 5. c. 6. c. 282.

Lingua nullius animalis pinguis est, quia pingue vnum quodque desum est: lingua verò natura sua rara est, ut generis saporum percipere possit. Ari. probl. sec. 10. nu. 21. c. 431.

Lingua cur rerum plurium index esse potest? nam & febris ardentioris, & grandinum, siquæ sunt, & pecoris versicoloris varia est. Quia humoris capiēs est, & super pulmone posita, vnde febrium principium ducitur, & versicolorum ratio referri ad humorum varietatē debet. inficitur tamen id primum, per quod humor primo manat, colaturque, cuius generis lingua est. Grandines verò, ideo lingua contrahit, quod inanis, & spōgiosa est, cum grando, ut incoctus panis, parte interiori corporis nasci soleat. Ari. pble. se. 34. nu. 4. c. 649.

Lingua cur amara, falsa, & accida fieri potest, dulcis non potest? Quia istæ sunt naturæ corruptiones: constantiam vero ipsam, naturamque sentire nequaquam fieri potest. Arist. probl. sec. 34. num. 5. c. 650.

Lingua totidē coloribus euariat, quot cutis, vel quod ea quoque in membrorum exteriorum numero recipitur, quamquam in ore abdita sit, verum quia prætenui cute integitur, vel minima in ea varietas deprehendi potest.

vel quod aque ratio facit, vt colores mutantur, lingua autem affici ex potione maxime potest. Ari. problem. sec. 34. num. 6. chart. 650.

Lingua vocis instrumentum est, quo anima ad arteriam, & inclusum in ea aerem, respiratum aerem verberat. Alexand. aphrod. in 1. de anim. cap. 15. c. 36. col. 2.

Lingua, & verum dicere, & mentiri possumus. at opinari intus ex animo, & corde, item assentiri, & dissentiri non possumus, nisi quæ vel inuitissimi credere, vel aspernari compellimur. The. in 3. de ani. c. 10. te. 152. c. 82. c. 2.

Lingua non est tactiua, vt lingua, sed vt totum corpus tale est. Ioan. gram. in 2. de anim. te. 106. c. 68. colum. 4.

Lingua amplam quod habet, vngulam etiam possidet. Michael ephes. de partib. anim. 2. cap. 13. char. 88.

Lingua auis herba est, habens folia longa, & acuta, calida, & humida. Alb. Magn. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 12. c. 167. colum. 1.

Lingua bouis est frigida, & humida, confertque melancholie, & cordis tremori; lingua arietis consolidat vulnera frigiditate sua. Alber. Magn. de veg. & plant. l. 6. tract. 1. cap. 11. c. 167. col. 1.

Lingua inter dentes est, vt molendinarii manus, qui imponit granum inter molares, vt conerant granum apert. Alber. Magn. de ani. l. 1. tract. 2. c. 9. c. 10. col. 4.

Lingua est membrum ex carne creatum alba, dura, bene mobili, & rubedo, quæ in ipsa est, est ex multis venis, quæ veniunt a deam, & ex arterijs, & maxime ad inferiorem partem eius: ideo, & ipsa magis rubet in inferiori parte, quam in superiori. Alber. Magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 10. char. 11. col. 2.

Lingua opus duplex est: necessitatis vnum, quod est ad gustum; alterum ad bene esse: & hoc ad interpretationem sermonis est in homine, & vociferationem in ceteris animalibus: gustus autem opus ex hoc habet, quod est in anteriori parte bene passibilis. Alber. Magn. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 10. c. 11. col. 2.

Lingua in anteriori parte sua perfecte discernit sapes, quod non ita facit in reliquis partibus. Alber. Mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 10. c. 11. col. 2.

Lingua figura est, vt sit retro spissa, & tendat in tenuitatem; & ideo spissas ante linguas habentes, non bene formant sermones; & bene soluta vt sit, oportet, extensibilis, & plicabilis ad dentes, & ad palatum, ad quorum tactus formatur elementa articulate, & literatæ vocis. Ideo anterior linguas ligatas habentes, non formant bene literam, & blefi dicuntur: posteriori autem ligatas habentes non formant bene literam, & dicuntur trahuli; & hos motus ex neruis motiuis, qui in lingua expanduntur, habent. Alber. Magn. de animalib. l. 1. tract. 2. cap. 10. c. 11. colum. 2.

Linguam ex duabus quasi linguis compositam esse asserit Ioan. Dam. vt si vna periret, altera restaret; & quia extensibilis est extra os, ideo abscessa remanet adhuc loquela, nisi totum tenue eius abscedatur. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 10. c. 11. col. 2.

Lingua bene commensurata in longitudine, & latitudine secundum potentiam loquendi melior est, & quæ est subtilis in anteriori extremitate. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 10. c. 11. col. 2.

Lingua, quia multis conuenit vsibus, ideo plures neruos motiuos, & sensitiuos, & venas, & arterias habet, quæ aliquod membrum sibi simile in toto corpore. Alber. Magn. de animalib. l. 1. tract. 2. c. 10. char. 11. col. 2.

Linguam mouentes musculi sunt nouem, quorum duo sunt latitudinales ex sagittis, quæ dicuntur aurium additamenta, venientes, & cum duobus lingue lateribus continuati: duo longitudoales, qui a supremo ossis laude nascentes cum medio lingue continuantur: duo, qui eam ex transuerso mouent, nati ex duobus laudæ lateribus, & penetrant linguam inter longitudinales, & latitudinales musculos: duo sunt linguam resu-

pinantes, qui oriuntur sub locis vltimò dictorum musculorum, & sub eis villi eorum secundum latitudinem expanduntur, & cum toto osse mandibule continuantur. His addunt quidam musculum solitarium, qui inter linguam, & os laudem continuat, & vnum ad aliud trahit os, scilicet ad linguam, & econuerfo. Alb. magn. de animalib. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 4.

Lingua animalium alie sunt parua, & curua ad interius gutturis retracte, vt in elephante; alie longæ ita, vt ante ora ipsorum ostendantur, vt canis, & hominis; alie proportionatæ, vt tauri, & porci. Alber. Magn. de ani. lib. 2. tract. 1. cap. 4. char. 31. col. 4.

Lingua vocatur scriptura formans voces literatas. Alber. Magn. de ani. lib. 4. tract. 2. cap. 2. c. 50. colum. 4.

Lingua in animalibus sequitur colorem cutis exterioris, & pilorum. Albertus Magnus de animalibus, lib. 19. c. 8. char. 161. colum. 4.

Lingua vtitur natura ad duo, ad gustum, & loquelam, sic naribus ad respirationem, & ad olfactum. Petrus de aluer. de iuuen. & sen. vit. mor. & resp. l. 10. c. 72. col. 3.

Lini semen, aut biffi in agro pingui, & Luna iam exsiccata, seminari vult. Alber. Magn. de veget. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 1. c. 177. colum. 3.

Lipara est inter septem Aeolias insulas, in qua sepulchrum esse fabulantur, de quo quamplurima monstruosa enarrant. In hoc autem omnes conueniunt, noctu ad eum locum non esse tutu accedere. inde enim timpanorū, cymbalorūque sonitum, risumve cum tumultu, ac crepitaculis euidenter exaudiri asserunt. Aliud quoque circa eius insulæ speluncam, quod magis horrorem portentumve inducit, euenisse, scilicet, cum quidam ebrius ante Solis ortum, eo in speculo obdormisset, quem serui eius inuestigabant, tres dies integros cubauit, quarta verò luce à domesticis inuentus est: qui cum vti mortuus à domesticis haberetur, ad peculiare sui sepulchrum delatus est: sed repente surrexit, & omnia, quæ in eo somno euenierant, astantibus enarrauit. Cæterum, etsi hoc fabulosum nobis videtur, nihilominus id obliuioni minime permittere opere pretium esse duximus, cum eorum locorum designationem fecerimus: Aristotel. de admir. aud. nume. 95. chart. 858.

Lippares est lapis, qui in Lybia frequentius inuenitur, ad quem animalia à venatoribus infestata currunt, & ipsum intuentur, & dum lapidem præsentem habent, non videntur à venatoribus. Albertus Magnus in 2. de miner. ex tract. 2. capit. 10. char. 140. col. 4.

Lippitadines subeunt, cum excrementa humoris in capite delinquere incipiunt, dein febres. Aristoteles problematum, sec. prim. numer. 8. char. 332.

Lippiens cur sanum sua aduersa valetudine afficit, & sanus sua bona eum emendare non potest? quoniam oculi humidi, & molles affectui opportuni sunt: adde quod sanitas temperies est, quæ facile in intemperiem mutatur, & gritudo intemperies est. Alex. aphrod. problem. 1. num. 35. char. 675.

Liquabilia sunt, quæ humidi absentia ab humido liquefiunt, nisi sic relictæ fuerint minores. meatus, quam vt aqua in illos egredi possit, vt fictilia. quæ autem non sic, omnia ab humido soluuntur, vt nitrum, sales, lutumque calidi priuatione à calido soluuntur, vt glacies, plumbum, æs. Aristoteles meteor. quarto sum. 3. c. 2. text. 44. char. 577.

Liquabilia quædam existentia non sunt inflammabilia, vt æs, & inflammabilia non liquabilia, vt lignum, & alia ambo, vt thus. Aristoteles meteorol. quarto. sum. 3. capit. 2. te. 44. char. 583.

Liquabilia, quæ liquefiunt ab igne, aquosiora sunt, quædam & communia, vt cera: quæ ab aqua, hæc terræ: quæcunque autem neque ab altero, hæc sunt terræ, aut amborum. Ari. meteor. 4. sum. 4. c. 1. te. 50. c. 586. Lique-

Liquefactio est quædam humiditas. Auer. in meteorol. 4. char. 211. colum. 3.

Liquefacta, alia fluunt, & stillant, vt cera; alia mollificantur tantum, vt cornua. Auer. in meteo. 4. c. 211. col. 4.

Liquabile omnium prima materia est aqua, alienum enim terminum quærunt. Albertus Magnus de mineral. ex tract. 1. cap. 1. char. 143. col. 4.

Liquabile non ob aliam causam est liquabile, nisi quia humidum, quod in ipso liquabile erat, solum est. Albert. Magnus in tertio de miner. ex trac. 1. cap. 2. c. 143. c. 4.

Liquor omnis, excepta aqua, in vase æneo positus statim fit amarissimus; aquam autem non ita statim immutat, propter naturalem eius frigiditatem. Alber. Magn. in 3. de mineral. ex trac. 2. cap. 4. c. 146. col. 4.

Liquores omnes dicuntur vnum in vno vltimo; nam oleum, vinum, & omnia resoluuntur in aquam, vel aerem, quia in omnibus est radix humiditas. D. Thom. in 5. phys. l. 4. tex. 8. char. 300.

Lis, & amicitia reperiuntur solum in animalibus, & proprie in rationalibus, non in inanimatis. Auerroes in octauo physycorum, te. 15. char. 159. colum. 4.

Litigiosi, & morosi sunt, qui nullam sibi rationem habere putant, ne molesti sint. Ari. 4. ethi. nico. cap. 6. c. 100.

Litere vocales proferuntur à voce, & gutture, consonantes à lingua & labijs, quibus literis omnis locutio constat. Arist. de historia animalium 4. c. 9. char. 135.

Literæ partim lingua producuntur, partim labijs comprimuntur. Arist. de partib. ani. 2. c. 16. char. 460.

Literas minutas cur qui cognomen lasciosi habuerunt, scribere consueuerunt? mirum enim, vt qui obtusis sunt oculis, rem faciant, quam eorum facere interest, qui acumine oculorum valeant. Vtrum quia proximè posita magna esse videntur: illi autem oculis proximè admotis scribere solent? An quia contractis palpebris scribant? fit enim per imbellicitatem, vt si laxatis deductisque oculis scribatur, aspectus distractus, passusque hebetescat: si adductis & coniuuentibus, vniuersum depromptus acutius videat. Quod tamen angulum informat exiguum, efficit necessario, vt literæ exigue scribantur. Ari. problemat. sec. 31. nume. 8. c. 632.

Literæ vtiliter in omni re, quæ sumpta fuerit, euenturâ esse talem conclusionem ostendunt. Alexander aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 11. colum. 4.

Litera minima mensura est, qua vox omnis scripta mensuratur. Alexander aphrod. in 4. metaphysicorum, vel secundum lat. 5. com. 12. c. 137. col. 1.

Literæ iuxta suam characterem consideratæ non efficiunt prolotionem. Simplic. in prædic. char. 33.

Literis vtitur in his demonstrationibus Arist. vt sit magis manifestum. Auer. 6. phys. te. 16. c. 118. col. 1.

Literæ scriptæ voces ipsas significant. Boet. in libr. de interpr. chart. 296.

Litera est inscriptio, atque figura partis minimæ vocis articulæ. Boet. in lib. de interpr. chart. 297.

Literarum opulentiam non solum ætas non minuit, sed vetustas auctoritatem auget, & confirmat. Boetius in topic. Cicer. lib. primo. char. 757.

Literæ sunt ad placitum, & vt vox articulata est significatiua ad placitum, sic literæ sunt ad placitum. Albertus Magnus in perher. char. 80. col. 2.

Litora fluctuosiora solida sæpe efficiuntur, vt planè pauimenta videantur: & vt solida sunt, quæ frequentia fluctuum concaluerunt, ita pars remotior soluta fit ad modum, & cedens, quia fluctus arenam non minutissimam, sed maiusculam procul eicit, vt, & manus non quod minimum est, sed quod maximum longè iacere potest, & pars minimorum inter lapsa spissat. Aristot. problem. sec. 23. num. 29. c. 562.

Lixiuum caliditatem habet ex hoc, quod per cinerem colatur. Alexand. aphrod. in 5. meteorol. capit. 9. com. 44. char. 114. col. 1.

Loci diuisio.

Locus, alius est communis, alius proprius. Communis est, in quo omnia corpora sunt, proprius in quo primo. Aristot. in 4. phys. su. 1. cap. 2. te. 14. char. 80.

Locus si consideratur secundum distantiam, vt est terminus continentis, & continet contentum, in quantum scilicet habet habitudinem ad contentum, est ad aliquid. Simp. in prædicament. char. 34.

Locus, alius est naturalis, & proprius vniuersi, alius est locus rerum. Simp. in prædicament. char. 94.

Locus duplex, substantialis, & accidentalis secundum varias corporum in eodem loco transmutationes sibi inuicem succedentes. Simplic. in 4. phys. char. 231. col. 2.

Locus consideratur duobus modis, mathematice, vt est quantitas habens longum, latum, & profundum, & naturaliter, vt de eo propter motum quæritur. Alber. Magnus in prædic. char. 46. col. 1.

Locum habere dupliciter dicitur: primo, quod secundum seipsum loco continetur secundum omnes loci differentias: secundo, cui assignatur habere principium, finem, & medium secundum aliquas loci distantias. Alber. Magn. in præd. c. 46. col. 1.

Loco alia insunt, vt in generante, alia vt vas continens, quomodo corpus celeste vltimum est in loco. Albert. Magn. in sex princip. char. 74. col. 3.

Locus dupliciter fumitur: primo omne corpus ambiens extrinsecus alterum corpus ratione continentis, & tangentis superficiæ; alio modo locus dicitur concuum superficiæ, ad quod est motus alterius corporis. Primo modo, nec generabilia, nec corruptibilia sunt in loco; omnia enim corpora (præter primum corpus) habent extra se aliquod ambiens corpus, circa quod circumscribitur quantitas ipsorum. Albertus magnus de natur. locor. distin. 1. cap. 2. char. 93. col. 1.

Loci duplex est distinctio. Vna causa est distantia sui ab orbe, qui vere locus est omnium secundum naturam locum habentium. Altera ex situ, & respectu loci ad vias plurimorum. Prima est ex hoc, quia aliud corpus est locans tantum, vt orbis, in quo est virtus generatiua, & corruptiua: aliud locatum, vt terra pura: aliud est locans, & locatum secundum naturam; vt aqua, aer, & ignis. Alb. Magn. de natur. locor. distin. 1. cap. 3. c. 93. col. 2.

Locus duplex, realis, & imaginatus, vt cum imaginamur extra coelum dari locum. Alexander de ales decimo metaphysicor. te. 29. c. 339. col. 3.

Locus quid est, & vt difficilis est eius tractatio.

Locus infinitum esse impossibile est. Aristot. physic. 3. cap. 55. c. 69. col. 3.

Loci difficilis est tractatio, quia de ipso nihil nobis traditum est ab Antiquis. Aristoteles in quarto physycorum, sum. pri. capit. primo. te. 2. c. 77.

Locum corpus esse impossibile est, in eodem enim duo essent corpora. Arist. in 4. phy. su. 1. cap. 1. te. 8. char. 79.

Locus tale videtur, quale vas; vas enim est locus transferri valens, & nihil est ipsius rei. Aristoteles in quarto physycor. su. 1. cap. 2. te. 12. char. 81.

Locus est primum, quod continet illud, cuius est locus, & nihil ipsius rei, & primus locus, nec maior, nec minor, neque deseri ab vnoquoque, & separabilis est. Præterea omnis locus habet sursum, & deorsum, & vnumquodque corporum fertur natura, & manet in proprijs locis. Aristotel. in 4. physycor. sum. prim. capit. 6. tex. 30. char. 85.

Locus aut est forma, aut materia, aut aliquod spacium medium extremorum, aut extrema, si non est vllum spacium præter inexistentem corporis magnitudinē. Arist. in 4. phy. su. 1. cap. 7. tex. 35. char. 86.

Locus non est nec materia, nec forma, sed spacium medium inter extrema. Aristotel. in 4. physicor. sum. 1. capit. 7. te. 35. chart. 87.

Locus videtur esse forma, quia continet; sunt enim vtraque termini, sed forma est terminus rei; locus vero continens corporis. Aristot. in quarto physicorum, sum. 1. capit. 7. text. 35. char. 87.

Locus videtur esse spacium tanquam aliquod existens inter ipsum corpus translatum: sed hoc non est, sed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur, & tangere nata sunt natura. Aristot. physicor. quarto, sum. 1. capit. 7. te. 36. chart. 87.

Locus videtur esse materia, si in quiescente aliquis considerat, & non in separato, sed continuo. Nam si aliquid nunc est album, olim erat nigrum, dicemus esse materiam, sic & locus per talem videtur esse imaginationem. Sed illud quidem, quoniam quod erat aer, hoc nunc aqua est: locus vero, quia ubi nunc erat aer, nunc hic est aqua. Sed materia, nec separabilis est a re, nec continens est: locus autem ambo. Ari. phy. 4. c. 7. te. 38. c. 87.

Locus cum non sit, nec forma, nec materia, nec spacium semper aliquid existens alterum, præter spacium rei translata, necesse est esse locum reliquum ex quatuor, continentis scilicet terminum corporis. Aristoteles physicor. 4. capit. 7. te. 39. char. 88.

Locus est vas immobile, ut vas est locus, qui transferri potest. Aristoteles phy. 4. capit. 8. te. 41. char. 88.

Locus est terminus primus immobilis continentis. Arist. physicor. quarto capit. 8. tex. 41. char. 88.

Locus non est celum, sed celi quiddam, vltimus scilicet, & tangens mobile corpus, terminus quiescens. Aristot. physicor. quarto cap. 9. te. 46. char. 90.

Locus significant extra, & intra. Aristot. primo de celo. tex. 69. char. 264.

Locus est ipsius continentis finis; continet autem omnia, quæ mouentur sursum, & deorsum, & extremum, & medium, hoc modo quodam fit forma contenti, in situ locum ferri, ad simile ferri. Aristoteles quarto de celo, sum. 2. te. 23. chart. 367.

Locus finis est ambientis, quatenus ambientem completitur; ambitum autem corpus est, quod trina præditum est dimensione: omnis autem dimensio lineæ rectæ dimittitur, & omnis recta linea duo extrema habet: sex igitur extremis metitur corpus, quæ sunt ubi species, ante, retro, infra, supra, dextrum, & sinistrum. Ammo. in præd. char. 103.

Locus, qui proprie est locus, est corporis nobis obducti, & circumdati, & ambientis est vltimum. Themist. in quarto physicorum, te. 26. char. 35. col. 1.

Locus est alicubi, non ut in loco, sed ut terminus eius rei, cuius est terminus. The. in quarto phy. te. 47. c. 47. c. 3.

Locus, & superficies subiecto sunt idem. Simp. in pd. c. 35.

Locus non est forma, quia forma mutatur, locus manet. Simplicius in 4. phy. te. 11. c. 191. col. 2.

Locus est causa, ut finis, & continens, & perficiens, & tribuens unicuique perfectionem. Simplicius in quarto physicorum, chart. 217. col. 2.

Locus est vnumquodque, quod continet contentum, veluti continens eius, & capax, ad determinationem eius positionis. Simp. in 4. physicor. char. 233. col. 2.

Locus, & forma sunt terminus, sed non eiusdem: forma enim est rei terminus, locus vero corporis ambientis. Pselus in quarto physicorum, char. 31.

Locus nec causa materialis est, quia ex loco nihil fit: nec forma, quia substantiam non perficit; nec efficiens, quia nihil producit: nec finis, quia nihil, quod locum occupat, fit locus; non igitur locus est causa materialis, nec formalis, nec efficiens, nec finis. Io. gra. in 4. phy. c. 76. c. 3.

Locus non est superficies, sed finis, terminusque continens, ut continet, contentum est superficies. Ioan. gram. in 4. physicor. c. 84. colum. 2.

Locus non potest esse superficies, quia superficies non est equalis corpori. Ioan. gram. in 4. physicor. char. 84. colum. 2.

Locus est, ut talem positionem, & habitum habet erga id quod est in loco, ut ipsum tangit, & continet. Ioan. gram. in quarto physicor. char. 84. col. 2.

Locus motus est alternatio, & mutatio in continuo. Ioannes grammat. in 4. physicorum, char. 84. col. 4.

Locus, ut locus, immobilis esse debet. Ioan. gram. in 4. physicor. te. 40. char. 87. col. 4.

Locus nullus est centrum. Ioan. grammat. in 4. phy. te. 42. chart. 88. colum. 4.

Locus est per accidens sensibilis; ab eo enim nihil patitur sensus. Io. gra. in 2. de ani. te. 65. c. 52. col. 4.

Localis motus est transmutatio a positione ad positionem, & ab ubi ad ubi. Auer. epito. in logic. c. 343. col. 1.

Locum, & tempus esse manifestum est per se. Auerroes in quarto physicorum, te. 1. char. 56. col. 4.

Loci essentiam non vult perscrutari Aristoteles per demonstrationem, sed per dialecticam, quia est notum per se. Auer. in 4. phy. te. 1. char. 57. col. 4.

Locus est perfectio moti ad ipsum. Auerroes in quarto physicorum, te. 4. chart. 57. col. 3.

Locus est in aliquo, ut accidens in subiecto, & res est in loco, ut aqua in vase. Auer. in 4. phy. te. 12. c. 59. col. 1.

Locus, antequam in eo existat locatum, est dimensio in potentia. Auer. in 4. phy. te. 15. char. 59. col. 3.

Locum, & materiam idem esse Plato posuit. Auerroes in quarto physicorum, te. 16. char. 59. col. 4.

Locus esse illud, ad quod est motus naturalis, notum est, cum fuerit motus extra ipsum. Auerroes in quarto physicorum, te. 19. char. 60. col. 3.

Locus est in aliquo, non secundum quod aliquid est in loco, sed ut superficies est in corpore. Auerroes in quarto physicorum, te. 47. char. 67. col. 4.

Locus, in quo mouetur terra violenter, est idem, in quo mouetur terra naturaliter; sed motus naturalis non differt a violento, nisi secundum modum tantum. Auer. pri. de celo. te. 63. c. 21. col. 2.

Locorum remotorum nature diuersæ sunt. Auerroes secundo de celo, te. 11. char. 80. col. 2.

Loca, in quibus est quies naturalis, & motus naturalis, sunt eadem numero. Auer. 3. de celo. te. 25. c. 89. col. 4.

Locus est maxima perfectio elementorum. Auer. in 4. de celo. te. 33. c. 120. col. 2.

Locus est causa essentialis contrarietatis, & consimilitudinis corporum simplicium. Auerroes. 4. de celo, te. 35. char. 121. col. 1.

Locus inseparabilis est a corporibus mathematicis. Auer. pri. de generatio. te. 44. char. 162. col. 2.

Locus est quid continuum propter terminum corporis locati, qui non est locus. Albertus Magn. in prædicam. char. 41. colum. 3.

Locus est distantia, in qua distenditur tota corporis quantitas, ita quod nihil corporis, vel partium corporis est extra illam distantiam secundum longum, latum, & profundum corporis. Albertus Magnus in prædicam. chart. 44. colum. 1.

Loci superficies est extra locatum, continens, & tangens vndique locatum. Alb. Magn. in præd. ch. 44. col. 1.

Locati superficies est intra locatum, & est aliquid eius, ac continetur, & non continet. Albertus Magnus in prædicament. char. 44. colum. 1.

Locus non est principium, nisi eius, quod est in loco. Albertus Magnus in sex princip. c. 65. col. 4.

Locus est mensura entis, quod non est distensum secundum durationem intelligentie, sed totum simul in loco comprehensum accipitur per intellectum. Albertus Magnus in sex princip. c. 71. col. 2.

Locus simplex dicitur origo, & constitutio eius, quod est de numero continuorum, quod est indiuisibile simplex. Alb. Mag. in sex princip. char. 74. colum. 1.

Loci

Loci essentia est superficies quædam continentis corporis. Alb. Mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 2. char. 40. col. 3.

Locus non est spatium separatum, nec est alius totius, & partis, sed idem, qui est totius per se, est partis per aliud, quia in quo mouetur totum per se, mouetur pars cum suo toto. Albertus Magnus in quarto physicor. tract. 1. cap. 9. c. 43. colum. 2.

Locus est continens primum æquales habens positionis differentias, ad quas secundum naturam mouetur mobile intransmutabile secundum motum eius, quod mouetur loco. Albertus Magnus in quarto physicor. tract. 1. cap. 12. char. 44. col. 4.

Locus in circulariter motis diuersus est secundum formam, non secundum substantiam. Albertus Magnus in 6. phy. tract. 3. cap. 3. char. 77. col. 2.

Localis translatio nil aliud est, quam permutatio eius, quod mouetur de loco ad locum. Albertus Magnus in quarto de celo, tract. 2. cap. 6. c. 57. col. 2.

Localis motus solus est simpliciter motus, alii sunt per huius similitudinem, & potius mutationes quam motus. Albertus Magnus in prim. meteorol. tractat. 1. capit. 11. char. 80. col. 1.

Locus, etsi sit rei extrinsecus superficiem continens, tamen, ut est qualitatibus superficies illa informata actiuis, vel passiuis, locus est generans locatum, & dat intrinsecum, licet sit extrinsecus. Albertus Magnus in 3. meteor. tract. 1. cap. 21. char. 99. col. 3.

Locus est generationis principium actiuum, quia omne locatum se habet ad locum, ut materia ad formam, & quia superiora ad inferiora se habent ut forme ad materias suas. Albertus Magnus de natur. locor. distin. prim. cap. 1. c. 92. col. 3.

Locus est principium transmutationis eius, quod continet; quia transmutatio omnis contenti est per continens: putrescunt namque ea, quæ putrescunt, & conseruantur ea, quæ conseruantur, per virtutem continentium corporum. Albertus Magnus de natur. locor. distin. 1. cap. 1. c. 92. col. 3.

Locus simplicium corporum simplex est, compositorum compositus, ideo si compositum occupatur a simplici, corrumpitur statim. Albertus Magnus de natur. locor. distin. 1. cap. 1. c. 93. col. 1.

Locus ignis est concuum lunæ, quod patet ex motu, & subtilitate, & caliditate ignis, & leuitate, & perspicuitate, & alijs proprietatibus, ignis. Ex motu, quia ignis mouet, absolute super omnia elementa. Ex subtilitate, quia licet omne corpus secundum rationem sit diuisibile in infinitum, tamen materia quatuor elementorum non potest subtilari amplius, quam subtiliata sit forma ignis. Ex caliditate, quia caliditas in summo est propinquissima causa caliditatis, quæ est motus materię superiorum, & vicinitas lucis eorum. Ex leuitate, quia, si leuitatis comparata est moueri super corpora quædam, simplicis leuitatis erit moueri super omnia corpora generabilia. Ex perspicuitate, quia est omnibus magis perspicuus, quia est subtilior, & rarior. Albertus Magnus de natur. locor. dist. 1. cap. 3. c. 93. col. 2.

Localis motus perfectissimus est omnium motuum. Albertus Magnus de natur. locor. distin. 4. prim. capit. 4. char. 94. colum. 1.

Locus omnium compositorum commixtus, & compositus est, neque est aliquod compositorum, quod habitat omnino in simplici, & ideo in loco generationis eorum, tria se contingunt elementa, aer, aqua, & terra. ignis esse non potuit, quia est simpliciter leuis, & cum sit vehementer actiuus, dissolueret omne compositum; ideo nihil habitat, nec mouetur in igne. Albertus Magnus de natur. locor. distin. pri. cap. 5. c. 94. col. 2.

Localis motus formam generationis consequitur. Alb. Magnus de caus. & proces. vniuers. a caus. prim. li. secundo. tract. quinto. cap. 18. c. 229. col. 2.

Locus non est terminus continentis, ut est hæc superficies huius corporis mobilis, sed secundum ordinem, vel situm, quem habet in toto immobili. D. Thom. in 4. physicor. l. 6. te. 41. c. 52. col. 1.

Loci ratio tota in omnibus continentibus est ex primo continente, & locante, scilicet celo. D. Tho. in quarto phys. l. 7. te. 43. c. 52. col. 1.

Loci mutatio est principium alterationis. D. Tho. in 8. physicorum. lec. 14. te. 55. c. 137. col. 1.

Locus est superficies immobilis, ita ut immobilitas est de ratione loci. Alex. de ales in quinto metaphysicorum te. 18. chart. 135. colum. 3.

Loci differentia, & proprietates.

Loci differentia sunt sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, & sinistrum, quæ non solum quoad nos de terminata sunt, sed etiam quoad vniuersum. Aristot. Physicor. 3. capit. quarto. te. 54. char. 69.

Loci differentias impossibile est esse in infinito. Aristoteles physicorum tertio, capit. quarto. te. 54. char. 69.

Loci partes in natura sunt determinatae, sursum enim est ad quod fertur ignis; deorsum, ad quod terra. Aristot. phys. quarto sum. pri. cap. pri. te. 5. char. 78.

Locus superior simpliciter est concuum lunæ, inferior simpliciter est locus terræ. Aristoteles physicor. quarto, capite 8. te. 42. char. 89.

Loci contrarietates sunt sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, & sinistrum. Aristot. phys. 8. sum. 3. capit. 7. tex. 64. char. 227.

Locus sursum diuiniore est loco deorsum, & qui ad ante, eo, qui ad post, & dextrum, sinistro. Aristoteles secundo de celo. sum. 2. cap. quart. te. 34. char. 302.

Loci medium assimilatur extremo magis, quam principio. Arist. secundo de celo, su. 4. cap. 1. te. 74. char. 318.

Loca cum sint tria, summum, medium, & imum, bipeda summum habent ad id, quod in vniuerso est summum, quia erecta sunt; multipeda vero, & apoda ad medium, quia non sunt erecta, stirpes ad imum, quia ipsis est alimentum terra. Aristoteles de animalium incessu, capite quarto. char. 565.

Locorum discrimina, ac varietates, non tantum ex nostra institutione creari, credat quispiam, sed ab ipsa natura iunctas, collocatas, & affirmatas sciat. Them. in quarto physicor. te. 4. char. 33. col. 4.

Loci respectus sunt supra, & infra, ac differentia, non species; in vniuerso enim, quod circulare est, nec supra, nec infra est, ut nonnulli afferunt. Por. in præd. ch. 16.

Loci proprium est, ut alia sint in ipso, ipsum autem in nullo sit. Simplicius in prædicament. char. 94.

Locus non indiget loco, quia, quæ proprie, & per se aliquid habent, non egent introductione alicuius extrinseci. Simp. in quarto physicor. char. 230. colum. 1.

Locus primum fruitur diuina illuminatione. Simplicius in quarto physicorum. chart. 231. col. 2.

Loci differentia, sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, retro, incorporeæ sunt, quamuis in corpore considerentur. Simp. in quarto phys. ch. 233. col. 1.

Locorum differentia non terminantur naturis contentorum corporum, & inclinationibus, sed quia huiusmodi sunt differentia, ideo hæc corpora ad illa tendunt. Simp. in pri. de celo. te. 84. co. 81. char. 39.

Locus non interit, nec aboletur, quamuis res, quæ in ipso sunt, aboleantur. Psel. in quarto physicor. chart. 28.

Locum infimum appellamus illum, ad quem suapte natura grauius tendunt. Io. gra. in 4. phy. tex. 1. ch. 75. c. 1.

Loci differentia sunt sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, & sinistrum. Ioannes grammaticus ibidem.

Locum supremum illum esse dicimus, ad quem sua natura leuia feruntur. Ioannes grammaticus in quarto physicorum text. 1. char. 75. colum. 1.

Locum

Locum dextrum esse afferimus eum, vnde motus initiū capit, vt oriens, & huic opposita pars, scilicet sinistraque dicitur. Ioan. gram. in 4. phy. tex. 1. c. 75. colum. 1.

Locum anteriorem, vbi spirat Boreas, vbi autem Notus flat, posteriorem nuncupamus. Ioan. grammaticus in 4. physic. te. 1. char. 75. colum. 1.

Loci prima differentia est sursum, & deorsum, relique non sunt proprie oppositiones secundum locum, sed in habitudine ad nos habent esse. Ioan. grammat. in prim. de gener. & cor. te. 44. co. 106. char. 68.

Locus omnis, aut est superius, aut inferius, aut a dextra, aut a sinistra, aut anter. us, aut posterius. Auerroes. in 3. physicorum te. 49. char. 50. colum. 4.

Loci differentie non sunt distincte, nisi in animatis. Auer. in 3. physicor. te. 54. char. 51. colum. 3.

Loci differentie naturaliter sunt distincte in animatis, in inanimatis autem non inveniuntur extra animam, sed in imaginatione. Auer. in phy. 4. te. 5. cha. 57. c. 4.

Loci differentie non sunt distincte in mundo, sed in celo, vt est animatum. Auer. in 4. physic. tex. 5. c. 58. c. 1.

Locus differt a loco, aut per se tantum, aut per se, & per accidens. Auer. in 6. physic. te. 85. char. 137. col. 2.

Loci differentie sunt sex, quia dimensiones corporis sunt tres, longitudo, latitudo, & profunditas; & extrema longitudinis dicuntur superius, & inferius, latitudinis, dextrum, & sinistrum; profunditatis, ante, retro, & in mundo, & in homine hæ partes distincte sunt: sed in homine manifeste sunt per se, in mundo per demonstrationem. Auer. in 8. physicorum. te. 64. c. 184. col. 2.

Loca contraria impossibile est, vt admisceantur, & oportet, vt in natura mixtionis inueniatur intentio duorum extremorum. Auer. in 4. de celo. te. 34. c. 120. col. 4.

Loci differentie sunt diuerse in animalibus per naturam, in non animatis non per naturam. Auer. ex paraphra. 2. de celo. te. 9. char. 136. colum. 1.

Loci differentias in celo non existimauit Arist. esse partes per positionem, & similitudinem ad nos, nec, vt in nobis, variari. Auer. ex paraph. de celo. t. 16. c. 136. c. 4.

Loci differentie duæ, superius, & inferius, distinguuntur secundum motum simplicium inanimatorum localis; quatuor autem alie quoad motum animatorum tantum: & cum celum sit animatum, ideo in celo omnes hæ differentie quatuor sunt. Alber. Magn. in 4. phy. tract. 1. cap. 2. char. 40. colum. 4.

Loco quod inest, duo habere necesse est: quod ipsum sit completum aliquid, & finitum in esse, & quod sit alterum ab eo, in quo est, vt in loco. Albertus Magn. in 4. physic. tract. 2. cap. 5. char. 41. colum. 3.

Locus per accidens potest esse mobilis, licet non moueatur motu locali. Albertus Magn. in 4. physicor. tract. 1. cap. 10. chart. 44. colum. 1.

Locus de sui ratione vult esse immobilis: vnde naus, non aqua, sed totum flumen est locus. Albertus Magn. in 4. physic. tract. 1. cap. 11. char. 44. colum. 1.

Locus queritur propter motum. Albertus Magn. in 4. physic. tract. 3. cap. 16. char. 57. colum. 3.

Locus, vt terminus motus, in quo est motus, non mouet, nec mouetur. Albertus Magn. in 5. physic. tract. 1. cap. 1. chart. 60. colum. 1.

Locorum scientia deduci debet, vt sit in alijs naturis vsque ad specialia. Albertus Mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 1. chart. 92. colum. 2.

Locus sub determinata a celo distantia causat formas elementorum, & ideo elementa mouentur determinate ad talem determinatam distantiam loci sub orbe, propter loci, & locati contrarietatem. Alber. Magn. de na. loc. dist. 1. cap. 4. char. 94. colum. 1.

Locus quilibet particularis non solum alterius est proprietatis, quam alius locus, sed quilibet per se successiue diuersarum sit proprietatum: quia per ortum, & occasum super ipsum, & diuersam habitudinem earum

ad locum quemlibet necesse est variari proprietates ipsius. Et hæc est causa, quare mutantur res generate aliquando in melius, aliquando in peius, licet hoc iuari, & impediti possit aliquando per hoc, quod generate profunde in se recipiunt contrarias dispositiones. Sed huiusmodi mutationes statim videntur in elementis, quia elementa parum distant a materia, & facile recipiunt impressiones omnium agentium in ea. Alber. Magn. de nat. locor. dist. 1. cap. 5. char. 94. col. 3.

Locus consequitur formam substantialem, vt etiam cetera accidentia. D. Tho. in 2. phy. lib. 1. te. 1. c. 16. c. 3.

Locum a locato separatum esse, de ratione loci est. D. Tho. in 4. physic. lec. 11. te. 6. char. 57. colum. 2.

Loca locatis equalia esse debent. D. Tho. in 1. de celo, lec. 13. te. 58. char. 14. colum. 1.

Locorum diuersitas est secundum diuersitatem formarum, & passionum, & conuerso. Alexan. de Alés in 1. metaphysic. char. 27. colum. 2.

Locus, vt se habet ad corpus, & que ad loci distantiam pertinent.

Locus idem est totius, & partis. Aristot. physicor. 3. cap. 4. te. 48. char. 67.

Locus non est maior locato. Ari. ph. 3. cap. 4. tex. 48. c. 67.

Locus, vt separabilis est a se, non est forma, vt continet, non est materia. Arist. phy. 4. su. 1. cap. 1. te. 18. cha. 81.

Loco quedam insunt potentia, quedam actu. Aristot. physic. 4. cap. 9. te. 44. char. 89.

Loco insunt alia per se, vt que secundum lationem, & augmentum, & alia per accidens, vt anima, & celum. Arist. phy. 4. cap. 9. te. 46. char. 89.

Locum suum vnumquodque rationabiliter petit, quod enim consequenter est, & tangit, non vi, cognecum est. Arist. phy. 4. cap. 10. te. 48. char. 91.

Loca si sunt finita, & corpora finita erunt. Aristot. 1. de celo. te. 44. char. 258.

Locum totum mutat, quod fertur. Arist. 1. de gen. & cor. su. 1. cap. 4. te. 24. char. 395.

Locus circa terram communis est aquæ, & aeri, & accidentibus circa superiorem generationem ipsius. Arist. meteor. 1. sum. 3. cap. 1. chart. 473.

Loca, & que in locis tenentur grauiter olent, si spirandi carent libertate. Arist. probl. sec. 2. nu. 6. char. 353.

Locus idem sufficit duobus in vnum coeuntibus, que nullam ex se habent extensionem. Aristot. de lin. insecab. chart. 943.

Loca non amicitiam absolute, sed operationem dissoluunt, & si diuturna absentia fuerit, amicitie quoque videntur obliuionem inducere. Ari. 8. ethi. nicom. c. 5. c. 196.

Locum, quem petere statuimus, cur sæpe prætereamus? quia animus ad alia occupatus non insitit ad ea ipsa percipienda, que sua singulis sensibus habentur. Alex. aphrod. probl. 1. num. 100. char. 703.

Locus vnus, ac proprius naturalis quibus est, ea specie non differunt. The. in 3. phy. te. 49. char. 31. colum. 1.

Locum non cognoscimus ex ijs, que per accidens mouentur; sed ex ijs, que per se mouentur, in loci cognitionem venimus. Them. in 4. phy. te. 32. char. 35. colum. 2.

Loco omnia non insunt, sed corpora tantum, & non omnia, sed ea sola, que delatu mouentur. Themist. in 4. physicor. te. 47. char. 37. colum. 3.

Locus circa corpus consideratur, & corpus consequitur, quatenus corpus est, quod trifariam diuiditur. Porph. in præd. colum. 15.

Locus trifariam diuidit quomodo corpus ambit. Porph. in præd. colum. 15.

Locum quod obtinet, semper est genitum, quamuis id, quod sit, fiat in loco, necesse sit. Simp. in præd. c. 93.

Locus a naturali, etsi sit immobilis, consideratur, vt receptaculum eius corporis, quod agitur, & impellitur, & vt

& vt terminus eiusdem corporis, quo ipse mouetur. Simp. in 4. physic. char. 186. colum. 1.

Locus per se minime apprehendi potest, sed cum re, cuius est locus, apprehenditur. Simpl. in 4. physic. tex. 2. char. 187. colum. 2.

Locus naturalis ijs solum conuenit, que re vera clauduntur loco. Simp. in 4. physic. char. 188. colum. 2.

Loco complectuntur naturalia omnia, artificialia autem, vt arte constant, per accidens sunt in loco. Simp. in 4. physicor. char. 188. colum. 2.

Locus non est causa efficiens, quia est, quod capit, & cingit, non quod agitat, & transmutat. Simp. in 4. physic. tex. 11. char. 191. colum. 2.

Locum peculiarem suum quodcumque adeptum fuerit, ibidem quiescit. Simp. in 4. phy. te. 11. chart. 191. col. 2.

Loca eiusdem duo simul esse primo, & per se est impossibile. Simp. in 4. phy. te. 20. char. 197. colum. 2.

Locus non corrumpitur cum his, que loco continentur. Simp. in 4. physic. te. 22. char. 198. colum. 1.

Loco inesse secundum aliud commune est ei, quod est per accidens, & ei, quod est per partes. Simp. in 4. physicorum te. 46. char. 214. colum. 2.

Locum quodcumque obtinet, mouetur etiam ad locum. Simp. in 4. physicorum. char. 221. colum. 1.

Locum obtinere oportet, quod secundum locum mouetur. Simp. in 4. physicorum char. 226. colum. 2.

Loci proprii que potiuntur, moueri non debent. Simp. in 4. physicorum char. 226. colum. 2.

Locum alienum habere non possunt, que proprium non obtinent. Simp. in 4. physicorum char. 226. col. 2.

Locus proprius vniuersiuique partium positionis inseparabilis est ab illo, & simul mouetur cum illo, quod mouetur. Simp. in 4. physic. char. 231. colum. 2.

Locus non dicitur in corpore, sed corpus in loco. Simpl. in 4. physic. char. 231. colum. 2.

Locum, vt alicuius locum tunc intelligimus, cum aliquod suscepit corpus, vacuum autem, cum nullum adhuc suscipit corpus. Simpl. in 4. phy. te. 60. c. 238. col. 2.

Localis motus omnium præstantissimus est. Ioan. gram. in 4. physicor. chart. 74. colum. 3.

Locus puncti a puncto non differt. Ioan. gramati. in 4. physicor. char. 76. colum. 2.

Locum non habentia, & que in loco non sunt, loco moueri nequeunt. Ioan. gram. in 4. phy. ch. 84. colum. 4.

Locus extrinsecus debet continere id, quod est in loco. Ioan. gramm. in 4. physic. te. 46. char. 90. colum. 2.

Locum rei aliud esse a re ipsa, notum est per se. Auerr. in physic. 3. te. 52. char. 51. colum. 2.

Locus, & tempus est consequens corporum naturalium. Auerr. in physic. 4. te. 1. char. 56. colum. 4.

Locus non separatur a locato, sed corrumpitur cum eius corruptione. Auerr. in phy. 4. te. 18. char. 60. col. 3.

Locum cognoscere facit transmutatio in loco. Auerr. in physic. 4. te. 38. char. 64. colum. 4.

Locus aquæ est inferius, sed non simpliciter, & aeris locus est superius, sed non simpliciter. Auerroes in phy. 4. tex. 42. char. 65. colum. 3.

Loco eidem attribuuntur, que sunt simul in eodem loco. Auer. physico. 7. te. 9. char. 142. colum. 3.

Loca corporum non diuersantur, nisi quantum sunt in dimensionibus rectis, & corporibus rectorum dimensionum. Auer. 2. de celo te. 35. char. 55. colum. 4.

Loca in elementis sunt cause locatorum, in alijs corporibus contra. i. quod locata sunt cause locorum. Auer. 4. de celo te. 40. char. 123. colum. 3.

Locus creatus est cum mundo, vt circumferentia locans omnia, & vnumquodque superiorum locans in se corpus inferius. Alber. Magn. in 4. phy. tract. 1. c. 2. c. 40. c. 4.

Locatum omne in loco est, & locus non excedit ipsum, & tamen separabile est a quolibet. Albertus Magnus in 4. physicor. tract. 1. cap. 7. char. 42. colum. 4.

Locus ignis, vt est concuum Lunæ, & est vnus locus secundum rationem, & multiplex secundum spatium, & formam conuexitatis, sic totum spatium, in quo est similitudo complexionis habitationis, est vnus animalium secundum rationem; & ideo animalia mouentur de loco ad locum secundum spatium, tamen manent in vno loco habitationis. Alber. Magn. in quarto physicor. tract. 1. cap. 11. char. 44. colum. 4.

Locus inceptionis motus corporis celestis est eidem subiecto cum loco finis eius. Alber. Magn. in 1. de celo tract. 3. cap. 10. char. 17. colum. 4.

Locus non conseruat, sed continet, vt locus, ad quem est motus, at prout motus est ad locum, sic conseruat locatum, sed prout locus est superficies contrarietate distincta, sic locus agit ad corruptionem locati, sed hoc accidit loco, & ei non conuenit, vt locus. Alber. Magn. in 3. de celo tract. 2. cap. 4. char. 50. colum. 1.

Locus, & si vt locus est, conseruat locata, tamen vt excelsit in qualitatibus actiuis, & maxime in calore, corruptionis, que est putrefactio, causa est. Alber. Magn. in 4. meteorol. tra. 1. cap. 7. char. 118. colum. 3.

Locus tantum nullum corpus est, nisi celum. Alber. Magn. de natur. locor. dist. 1. cap. 4. char. 94. colum. 2.

Locus vnus, vt non est alterius in toto, sic locus vnus partis non est locus alterius partis. Alber. magn. de natur. locor. dist. 1. cap. 5. char. 94. colum. 3.

Locus naturalis continet res simplices secundum naturam, & verius suæ naturæ terminum, & rationem habentes. Alber. Magnus in 1. metaphy tra. 3. cap. 4. ch. 62. col. 4.

Locus naturalis non est sine corpore nato moueri ad ipsum, aut inexistente, cui proportionatur. D. Tho. in 4. de celo. l. 3. te. 34. char. 47. colum. 1.

Locali spatio maxime distant, que secundum diametrum distant. D. Tho. in 2. meteor. lec. 10. char. 127.

Loco in aliquo quiescit ob eandem causam aliquid, ob quam mouetur ad locum. D. Thom. 5. metaphysic. lib. 2. te. 2. chart. 260.

Locus, vt est vt continuus, & vt corrumpitur.

Locum esse, videtur esse manifestum ex translatione, vbi enim erat aqua egressa e uase, iterum ibi inest aer. Arist. phy. 4. sum. 1. cap. 1. te. 4. char. 78.

Locum non solum aliquid esse, sed habere etiam aliquam potentiam, lationes corporum naturalium ostendunt. Arist. phy. 4. sum. 1. cap. 1. te. 4. char. 78.

Locum esse in aliquo, vt dicebat Zeno, nil prohibet esse, sed non, quod sit ob id in loco, sed vt forma in materia. Arist. phy. 4. su. 1. cap. 5. te. 28. char. 84.

Locus non quereretur, nisi motus aliquis secundum locum esset. Ari. phy. 4. su. 1. cap. o. tex. 32. chart. 87.

Locus, & tempus corporis ope continua sunt. Ammo. in præd. 56.

Locus conuenit magis cum differentia, quam tempus, quia locus continet, & saluat, vt differentia, tempus autem potius corrumpit. Alber. Mag. in top. c. 262. c. 1.

Locus naturalis corporis simplicis absque dubio corrumpitur exeunte corpore connaturali ex ipso, & ingresso in ipsum alio sicut est obiectum: sed cum corruptio locati est, non est corruptio loci, nec e conuerso; sed corruptio locati est corruptio formæ. Alber. Magn. in phy. pri. trac. 1. cap. 5. char. 41. col. 3.

Loca, vt ad habitationem pertinent, & vt sicca sunt.

Loca cum fiunt sicciora, primo fontes delentur, nec non fluij fiunt minores, & tandem arefcunt. Ari. meteor. 4. sum. 4. capit. 2. char. 486.

Loca inferiora superioribus posterius habitata fuerunt. Ari. meteor. 1. su. 4. cap. 2. c. 487.

Loca, que stagna sunt, cum temperantur, sunt bene habitabilia;

bitabilia; temperata vero cum exsiccantur, sunt deteriora: quod accidit Græciæ, & circa Argiuorū, & Micæneorum regionem. Nunc enim Micænea peius se habet Argia. Arist. meteor. 1. su. 4. cap. 2. c. 487.

Loca piscibus commodiora sunt, quæ algis multitis abundant. Arist. de hist. ani. 8. cap. 19. char. 299.

Locis hybernis estus fieri vehementiores solent, quam tepidis, an quod ob nimium aeris humorem enim uero caloris opera eiusdem aqua reddi potest calidior, quam aer: ergo aer humidior acrius quam tepidus recalescere potest. Vel non calidior aer locis huiusmodi est, sed esse ob vehementiam contrariæ qualitatis videtur: ut Sol cum è nube illuxit, calidior esse ob contactum umbræ videtur. Aristot. probl. sec. 14. num. 13. chart. 485.

Locis calidis homines sapientiores sunt, quam frigidis, eadem causa, qua senes, quam iuvenes sapientiores sunt, quia, qui sedes frigidas incolunt, frigore loci obstitente longe calidiores sunt, quam sua sint natura, itaque vinolentis similes esse admodum videntur, nec ingenio valent, quo prospiciant, rerumque rationes inquirant: sed fortes, sidentes sperantesque sunt. Contra, qui loca calida habitant, sobrii propterea sunt, quia possunt satis refrigerari. Vel quia antiquius hominum genus hoc est; cæteri enim eluue perierunt, itaque tanquam iuvenes sunt ad senes, qui loca habitant frigida ad eos, qui calida colunt. Aristot. proble. sec. 14. num. 15. char. 480.

Locorum particularium naturas, ac proprietates si quis particulariter cognoscere velit in aqua, aere, & terra, sciet, quod non est punctus in eis, qui non habeat specialem proprietatem à virtute stellarum mediâ habitatonem committorum respicientium; quia ad quodlibet punctum habitationis animalium, plantarum, & lapidum variat circulus Horizontis, ad cuius variationem diuersus fit totius celi respectus ad medium habitationis. Albertus Magnus de natur. loc. distin. 1. capit. 5. chart. 94. colum. 2.

Locus quicumque ab alio remouetur secundum latitudinem quingentorum stadiorum, sensibilibiter est calidior, & frigidior quam alius. Albert. Magn. de nat. loc. dist. 1. cap. 13. char. 97. colum. 1.

Loca omnia circa polos per mensuram, vel amplius, sunt inhabitabili propter frigus. In quo errat, ut experientia docet. Albertus Magnus de nat. loc. distin. primo cap. 8. char. 96. colum. 1.

Locorum proprietates differunt per accidens marium, stagnorum, & aliarum aquarum, & per accidens siluarum, & montium. Albertus Magnus de nat. loc. distin. 1. cap. 13. char. 98. colum. 2.

Loca meridionalia sita super maria quasi aduruntur, ex reflexione radiorum solis, ex multiplicatione luminis ad litus, & sunt arenosa calida, & sicca, & mare diuisum super illa loca conuertitur in salem: & vina, quæ in his locis nascuntur sunt calidissima, & siccissima, ita ut intolerabilem æstum bibentibus excitent. Albertus Magnus de natur. locorum tract. 1. capit. 13. chart. 98. colum. 2.

Loca remota a meridie efficiuntur calida, & sicca nimio humore corruptente. Albertus Magnus de nat. loc. tra. 1. c. 13. char. 98. colum. 3.

Loca sita super mare in septentrione, sunt frigida, & humida, nec æstate nimis calefiunt, nec hieme frigeant; quia humores spissi non facile calefiunt, vel infrigescunt. Albert. Magn. de natu. locorum, tract. 1. cap. 13. chart. 98. colum. 3.

Locus altus à terra eleuatus, non autem ex montibus, est bonæ habitationis. Albertus Magn. de nat. loc. tra. 1. cap. 13. chart. 98. colum. 4.

Locus habet accidentia multa, ex stagnis vicinis, paludibus, & lacubus, & ex alijs vicinis rebus. Albertus Ma-

gnus de nat. loc. tractat. 1. cap. 13. chart. 98. colum. 4. Loca calidissima produciunt calidissima, & rugosa ob nimiam siccitatem, ut piper. Albertus Magnus de nat. loco, dist. 2. cap. 3. char. 100. colum. 1.

Loca dicuntur inhabitabilia, cum difficilis est in illis habitatio. D. Tho. in 2. meteorolo. 1. g. char. 123.

Loci variæ opiniones:

Locus immobilis, & quod non mutatur secundum substantiam ponentes, negant cœlum loco contineri; nam non continetur, nec per se, nec per accidens. Per se non; quia, quod est per se in loco, latitudo mobile esse debet, & hoc loco relicto alium acquirere studeat. Nec per accidens: quia, si tota mouetur, & locatur, quia partes mouentur, & collocantur, cum illæ partes per se moueantur, quæ ab ipsis totis seiunctæ sunt, in quibus postea non est totum: quomodo igitur tota erunt in loco per accidens? Simpl. in 4. phys. char. 220. colum. 1.

Loci opinio Peripateticorum est, quod cum virtus celestis in omnibus sit formans, & generans elementa, & elementata, quæ proprie sunt in loco, & cum formans, & perficiens distinctum esse debeat à formato, & perfecto, necesse est, ut virtus illa sit diffusa, sicut in subiecto, in eo quod proxime tangit perfectum, & formatum, & hæc est superficies concava corporis superioris, quæ ambit locatum, in qua superficie virtus illa diffunditur. Albertus Magnus in 4. phys. tract. 1. cap. 10. char. 43. colum. 4.

Locus à Peripateticis præstantioribus inter principia naturæ connumeratur. Albertus Magnus de natu. loc. distin. 1. cap. 1. chart. 92. colum. 3.

Loca, quæ ad conseruationem imperij tuenda sunt.

Loca illa maxime tuenda sunt, per quæ hostibus aditus maxime patere potest. Danie. Barba. 1. rhetor. cap. 12. chart. 35.

Loca illa tueri velle interdum maxime nocuit, quæ nimis essent ab imperio separata. Danie. Barba. primo rhetor. cap. 13. chart. 35.

Locus, ut ad prædicamenta pertinet.

Loco, & tempore non existente, quæ sunt quantitates, non est nec ubi, nec quando sit, nec locus quando; nec tempus ubi sint. Porphy. in prædic. c. 25. Locus si consideratur secundum distansiam, ut est terminus continentis, & continet contentum, in quantum scilicet habet habitudinem ad contentum, est ad aliquid. Simpl. in prædica. char. 34.

Locus, & tempus secundum solam extensionem considerantur in quanto, præ autem proprium characterem locus est in ubi, & tempus in quando. Simp. in præd. c. 36.

Locus, ut est quantitas, non mouetur, sed ut est locus per se est non mobilis, naturaliter, & essentialiter. Auero. in phys. 4. te. 20. char. 60. colum. 3.

Locus numeratur in quanto, & ei accidit diuisio essentialiter. Auero. phys. 6. te. 37. char. 124. colum. 1.

Locus non posuit Ari. in metaphysicis inter species quantitatis, quia locus proprie non est quantitas, sed magis de passionibus quantitatis. Auero. in 5. met. te. 18. c. 59.

Locus in metaphysicis non numeratur sub quantitate, quia non dicit alium modum specialem entitatis à superficie, vel spatio, cum tamen dicat specialem locum mensuræ, ut in prædicamentis determinatum fuit Alb. mag. in 5. metaph. tract. tertio, cap. 1. c. 108. c. 1.

Locus non posuit Ari. in speciebus quantitatis in metaphysicis, quia hic determinat de rationibus quantitatis præ rationem essendi, ita ut casus quantitates, quæ sunt aliud, & aliud

aliud realiter, posuit sub alio, & alio membro: eas autem, quæ sunt idem realiter, ut superficies, & locus, posuit sub eodem membro. In prædicamentis vero determinauit de quantitate præ rationem mensurandi, ideoque quæ aliter, & aliter mensurant, posuit sub diuersis speciebus, ut superficies, & locus qui aliter, & aliter mensurant. Ale. de ales in 5. metaphysic. te. 18. char. 135. col. 3.

Loca ut ad argumenta pertinent.

Locus alius est ab ijs, quæ contra nos dicta, aduersus eum, qui dicit. Arist. rhetor. 2. char. 119.

Loci, qui ad refutandum idonei sunt, magis præstant, quæ quæ ad demonstrandum vim habent, quia, quod refutandi vim habet, rerum est contrariarum in angusto loco collectio, quæ vero iuxta se posita sunt, auditori facilius innotescunt. Aristot. rhetor. 2. char. 126.

Loci ex omnibus, qui ad refutandum, & demonstrandum idonei sunt, syllogismos maxime perturbant, qui sunt eiusmodi, ut cum profertur incipiunt, ea prouideant, non quod eminentia sint quia simul, & ipsi præsentia res secum lætantur, & quæ eatenus subsequuntur, ut ea simul ac dicta sint, intelligant. Ari. rhetor. 2. c. 126.

Loci iidem viles sunt ad demonstrandum: quoduis eligendum, & fugiendum: nam auferre tantum oportet, cum præminentia, quæ est ad alterum. nam si honorabilis, eligibilis, & honorabile eligendum, si quod vtilius, & vtile eligendum. In aliquibus autem statim secundum eam, quæ ad alterum, est comparisonem: & quod eligendum vnum quodque, vel alterum dicimus. Aristot. topicor. lib. 3. cap. 4. char. 441.

Locorum dictorum fieri potest, ut quosdam vniuersales magis quis faciat parum transmutans secundum appellationem. Aristot. topic. lib. 3. cap. 4. char. 442.

Locos vniuersaliter interimentes, vel contruentes, & particulariter monstramus, nam si omni, & alicui, si nulli, nec alicui. Aristot. topicorum lib. 3. cap. 4. c. 4. 22.

Locorum opes de quacumque materia differere possumus. Alexander aphrod. in prim. topicorum capit. 1. chart. 1. colum. 4.

Locus (ut ait Teophrastus) est principium quoddam, vel elementum, ex quo vniuersi cuiusque rei principia sumuntur. Ale. aphr. in prim. topicor. ca. 1. char. 1. col. 4.

Locus est principium, & occasio argumenti. Ale. aphrod. in 2. top. ca. 1. char. 19. colum. 1.

Locus vnus est, inspicere ea, quibus inesse dictum est omni, vel nulli, & videre propria, si insunt vel non, a primo usque ad indiuidua per species contrariorum procedendo, & est vtilis ad construendum. Alex. aphrod. in 2. top. ca. 2. char. 21. colum. 1.

Locus vnus est, instantiam contra problema afferre, qui locus differt modo à secundo, & est destructiuus. Ale. aphrod. in 2. top. cap. 2. char. 22. colum. 2.

Locus est determinare, quæ oportet dicere, ut plures, & quæ non, & est destructiuus, & constructiuus. Alexan. aphr. in 2. topico. ca. 2. char. 22. col. 4.

Loci destruentes sunt supradicti, qui autem sunt constructiuus, tribus modis fiunt. Primo, si contrarium speciei sit in dicto genere, cum generi non sit contrarium. Secundo, si medium aliquod in hoc genere, & contraria in eodem genere erunt. Tertio, si sit contrarium quoddam generi considerandum est, & contrarium in contrario. Ale. aphr. in prim. top. c. 4. c. 53. colum. 4.

Locus est, transferre problema ad quod abundamus argumentis, & est sophisticus, quia eo sophisticus vtuntur. Alex. aphrod. in 2. top. ca. 2. char. 26. colum. 4.

Loci iidem, quibus ostendimus eligibilis esse, inferunt ad ostendendum eligibile. Alexand. aphrod. in 3. top. capit. 3. char. 43. colum. 4.

Loci sumendi sunt quam maxime possumus vniuersales. Alex. aphrod. in 3. topicorum capit. 3. ch. 43. c. 4.

Loci vniuersales non solum sunt viles ad problemata vniuersalia, sed etiam ad particularia, nam constructio vniuersali constructio etiam particulari, & destructio vniuersali destruitur particulari. Alexan. aphrod. in tertio topi. cap. 4. char. 44. colum. 4.

Locus vniuersalis est, si syllogismi de omnibus disputat. Ale. aphr. in 8. topico. capit. 4. char. 101. col. 4.

Locus vniuersalis, promptas, & factas orationes oportet habere, & per memoriam ad talia problemata, quæ vtilia sunt ad plura, & ea, quæ sunt maxime vniuersalia. Alexan. aph. in 8. topi. ca. 4. char. 102. col. 1.

Locorum tractatio, est vis quædam differendi. Ale. aph. in libros elen. char. 117.

Loci communes, qui a dialecticis primo tractantur, demonstratione reijcendi sunt. Them. in 1. post. c. 17. c. 4. c. 2.

Locus est principium quoddam, & elementum, a quo sumuntur propositiones cuiuslibet syllogismorum, qui sunt de problematibus particularibus in vnaquaque arte, & est definitio Alexandri Theophrasti, & Alpharabij. Auero. topi. 1. tra. de locis char. 266.

Locos esse elementa syllogismorum dicit Aristoteles in rhetoricis. Auero. in topi. tra. de locis char. 266.

Locus est propositio vniuersalis, quæ est verior cæteris propositionibus syllogismi, & hæc quandoque ponitur in syllogismo, quandoque est in syllogismo tantum vis eius iuxta Themistij opinionem. Auero. in topicor. primo tract. de locis char. 266.

Loca non sunt propositiones, sed quidam affectus, & dispositiones ipsarum propositionum, & quædam via, qua pergitur ab eis ad illas. Auero. in topicor. 1. de locis char. 266.

Locorum, quæ tractantur in 4. topicorum triginta sunt in genere propria generi: reliqua sunt communia omnibus problematibus. Auero. in topi. 4. ca. 6. char. 292.

Loca sunt præmissæ vniuersales iam ordinatæ in anima in potentia propinqua actui secundum ordinem syllogisticum vniuersalem, non ad quælitum proprium particulare. Auero. in epitome in logic. cap. 348. char. 2.

Loca, ut loca, sunt ut videatur de re ipsorum, quod ipsa tribuant nobis ad inuentionem potestatem præmissarum propriarum cuique quæsitio artis, & figuram orationis, ex qua sequitur quæsitum. Auero. epitome in logic. ca. 348. char. 2.

Loca sunt elementa syllogismorum, ut literæ. Auero. epitome in logic. cap. 348. char. 3.

Loci, qui sunt in differentijs, pauciores sunt locis, qui in maximis propositionibus sunt. Boeti. de differentijs topicor. ca. 865. lib. 2.

Locus in maxima propositione consistit. Boeti. de differentijs topicis, cap. 867. lib. 2.

Loci sunt partim maxime propositiones, quæ per se notæ sunt, partim maximarum propositionum differentiæ. Boeti. de different. topicorum lib. 2. cap. 865.

Loci rhetorices veniunt ex attributis negotio, ac personæ. Boeti. de differentijs topicorum lib. 884. capit. 4.

Loci sunt argumentorum domicilia, & sedes, in quibus vigent argumenta. Dan. Barb. 1. rhe. cap. 8. char. 26.

Loci nihil nobis ad vilius certæ rei peritiam conferunt, quia nullo præfinito rerum genere continentur. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 8. char. 26.

Locus à genere.

Locus, qui maxime circa genera contingit, est ille, cum accidens non est assignatum, ut accidens. Alexander aphrod. in secundotopicorum cap. 2. chart. 20. colum. 3.

Locus est, quod de quibus prædicatur genera, de eisdem, & species prædicantur. Alexand. aphrod. in 2. top. cap. 2. chart. 25. colum. 3.

Locus a genere est, vt aspicimus ad omnia, quæ eiusdē sunt naturæ, & ea, quæ traduntur sub idem genus, & utilis est ad destructionem. Alexand. aphrod. in 4. topic. capit. prim. char. 47. colum. 4.

Locus a genere est, si non prædicatur in quid. Alexand. aphr. in 4. topic. ca. 1. char. 47. colum. 4.

Locus a genere accidentis. Definitionem inspicere, si potest esse, & non esse, nam tunc non est, vt genus. Ale. aphr. in 4. top. ca. 1. char. 48. colum. 1.

Locus a genere. Si in eadem definitione est genus, & species, id est, sub eodem prædicamento. Alex. aphrod. in 4. topic. ca. 1. char. 48. colum. 2.

Locus a genere est, si posito hoc, vt in genere, prædicatum vt genus ipsius rationem, vel definitionem, vel suscipere, vel potest suscipere, non esset genus assumptum. Ale. aphr. in 4. top. ca. 1. c. 48. colum. 3.

Locus a genere est, si aliquid, vt genus de aliquo assignatum est, si de quibus species prædicatur, et genus de omnibus prædicatur. Ale. aphr. in 4. top. c. 1. ch. 48. col. 4.

Locus a genere est, si nullam speciem contingit participare eius, quod est positum in genere. Ale. aphr. in 4. top. c. prim. char. 48. colum. 4.

Locus a genere est, si aliquid de pluribus dicitur quam id, quod assignatum est, vt genus. Ale. aphr. in quarto topi. capit. 2. char. 49. colum. 2.

Locus a genere est, si de æqualibus prædicantur ambo, genus suraptum, & species, non est bene assignatum. Ale. aphr. in 4. top. cap. 2. char. 49. colum. 2.

Locus a genere est, si assignatum est de aliquo, vt genus similibus specie ipsi, & indifferens non fuerit genus, secundum speciem, neque de quo assignatur, vt genus, erit eius genus. Ale. aphr. in 4. top. ca. 2. c. 49. col. 3.

Locus a genere est: Cum aliquid, vt genus alicuius assignatur, quærendum est, si aliquid eiusdem generis aliud est genus concessum, vt si assignatum genus, nec continet, nec continetur ab eo genere, tunc non est assignatum genus. Ale. aphr. in 4. top. cap. 2. c. 50. col. 1.

Locus a genere est, si genus assignati generis prædicatur de specie in quid. Ale. aphr. in 4. top. ca. 2. ch. 50. col. 1.

Locus a genere est, si genus participat speciem, vel ipsum vel aliquod superiorum generum. Alex. aphrod. in 4. topic. ca. 2. char. 50. colum. 1.

Locus a genere est, si assignatum genus non prædicatur in quid, & de ipso genera, vt species, similiter omnia, quæ supra genus sunt, non erit assignatum genus. Ale. aphr. in 4. topic. capit. 2. c. 50. colum. 4.

Locus a genere est, si specificam differentiã loco generis assignat, peccat. Ale. aphr. in 4. top. ca. 2. char. 51. col. 1.

Locus a genere est, si differentiam, vt speciem in genere ponit, cuius est diuisiua differentia. Alexan. aphrod. in quarto topic. capit. 2. char. 51. colum. 1.

Locus a genere est, si genus speciei subordinat, quod per spicuum peccatum est. Ale. aphr. in 4. top. c. 2. c. 51. c. 2.

Locus a genere est, si differentia genus speciem ponit. Ale. aphr. in 4. top. ca. 2. char. 51. colum. 3.

Locus a genere est, si differentia de genere prædicati ponitur. Ale. aphr. in 4. top. ca. 2. char. 51. col. 3.

Locus a genere est, si genus alicuius differentiam dixerit. Ale. aphr. in 4. top. ca. 2. char. 51. colum. 4.

Locus a genere est, si nulla generis differentia de specie prædicatur. Ale. aphr. in 2. top. cap. 2. c. 52. colum. 1.

Locus a genere est, si prius natura sit species, & simul interimat genus. Alex. aphr. in 4. topi. ca. 2. char. 52. c. 1.

Locus a genere est, si contingit separari species ab assignato genere, vel a differentia. Alexand. aphrod. in 4. topic. capit. 2. chart. 52. colum. 2.

Locus a genere est, si susceptiuum est contrarij, quod generi illi sit contrarium, nam impossibile est aliquid simul contrarij rationes suscipere. Ale. aphrod. in quarto topicorum capit. 3. chart. 52. colum. 2.

Locus a genere est, si quo communicat species, fieri ne-

quit, vt sit sub genere. Ale. aphr. in 4. top. c. 3. c. 52. c. 2.

Locus a genere est, si species æquiuoca generi est. Alex. aphr. in 4. top. ca. tertio. char. 52. colum. 2.

Locus a genere est, si, cum vniuscuiusque generis plures sint species, aliqua species sub assignato genere non contingit esse. Ale. aphr. in 4. top. ca. 3. c. 52. colum. 3.

Locus a genere est, si translatiue ac metaphoricè assignatum est. Ale. aphr. in 4. top. ca. 3. char. 52. colum. 3.

Locus a genere est, si positum, vt species, contrarium est alicui, nam si est contrarium, plures occasiones locorū accipere possumus. Ale. aphr. in 4. top. ca. 3. c. 52. col. 3.

Locus a genere est, si assignatæ speciei contrarij nulli generi est, neq; ipsum assignatū, & species alicuius generis erit in genere posito. Ale. aphr. in 4. top. c. 3. c. 53. c. 1.

Locus a genere est, si species, & genus sunt inuicem contraria. Ale. aphr. in 4. top. c. 3. c. 53. col. 1.

Locus a genere est, si amborum generum contrarium, & contrariarum specierum sit aliquod medium, & si si militer. Ale. aphr. in 4. top. ca. 3. c. 53. col. 2.

Locus a genere est, quibus non inest contrarietas considerandum est non solum si contrarium in eodem genere sit, sed et si medium. Alexand. aphrod. in 4. topic. capit. 3. char. 53. colum. 2.

Locus a genere est, si aliquid sit generi contrarium, speciei non. Ale. aphr. in 4. topi. ca. 3. c. 53. colum. 3.

Locus a genere est, si loco generis habitū, quod est habitus, poneretur genus actionum, quod est actio. Ale. aphr. in 4. top. ca. 4. char. 56. colum. 2.

Locus a genere est, si genus ponitur, quod quouis modo sequitur. Ale. aphr. in 4. top. ca. 4. c. 56. col. 3.

Locus a genere est, si assignatum genus de aliquo non fieret in eodem, in quo species est, sed in alio, destrueretur genus. Ale. aphr. in 4. top. ca. 4. c. 56. colum. 2.

Locus a genere est, si secundum quid species dictum genus superat. Ale. aphr. in 4. top. ca. 4. c. 57. colum. 1.

Locus a genere est, si quis vituperabilem alicuius, & fugibilem assignaret potentiam esse genus. Alex. aphr. in 4. topi. ca. quinto. char. 57. colum. 2.

Locus a genere est, si quis honorabilem, & eligibilem assignaret potentiam genus. Ale. aphr. in quarto topic. ca. quinto. char. 57. colum. 2.

Locus a genere est, si aliqua in duobus generibus existentia simul aliquis poneret in aliquo solo. Ale. aphr. in quarto topi. ca. quinto. char. 57. colum. 2.

Locus a genere est, si quis definiens genus, vt differentiã ipsius assignaret, & differentiam, vt genus. Alexand. aphrod. ibidem. colum. 3.

Locus a genere est, si accipit passionem alicuius, vt speciem eius, & prædicatum de ipso, vt genus patientis. Alex. aphrod. ibidem. colum. 4.

Locus a genere est, si passio quæ dicat esse speciem illi, cuius est passio, i. patientis. Alex. aphr. in 4. topi. c. 5. c. 58. col. 1.

Locus a genere est, si quod assignatur, vt genus, nullius est genus. Ale. aphr. in 4. top. c. 6. char. 58. colum. 3.

Locus a genere est, si quod omnia sequitur, genus, vel differentiam dixit. Ale. aphr. in 4. topic. cap. 6. char. 58. c. 4.

Locus a genere est, si genus quod dicitur, est in subiecta specie. Alexan. aphr. in 4. topi. cap. 6. c. 59. colum. 1.

Locus a genere est, si gen^o nō sit vniuoctū speciei. Ale. aphr. ibi.

Locus a genere est, si fuerint speciei positæ, & generi assignato contraria aliqua, si quæ meli^o contrariorū ē i. peiori genere ponit, & accidit reliquum in reliquo esse. Alexan. aphrod. in quarto topicorum. capit. 6. chart. 59. col. 2.

Locus a genere est, si fuerint aliqua duo, quorū vnū pei^o est, aliud meli^o, i. vnoc; iporū ponit, vt i. genere poni consentaneum est, vt in meliore magis quam in deteriore ponatur. Alexand. aphrod. ibidem.

Locus a genere est fm magis, & min^o, & cōtinet duos destructiuos, vnū cōstructiuū. Prim^o destructiu^o est, si genus suscipit magis, & min^o, sed species, nec ipsa, neq; p se dicta suscipit magis, & min^o nō ē gen^o. Secū^o, si quæ magis

gis videtur, similiter non est genus, nec quod minus. Alexand. aphr. in 4. top. cap. 6. char. 59. colum. 4.

Locus a genere est, si quod videtur magis species alicuius assignati generis, & non est, nec hoc erit, cum sit minus. Ale. aphr. in 4. top. cap. 6. c. 59. colum. 4.

Locus a genere est, si simili, si similiter, & temperantia, & continentia, species virtutis non est altera, ergo nec altera. Ale. aphr. in 4. top. cap. 6. c. 59. colum. 4.

Locus a genere est, si assignatum, vt genus plurium, & differentium specierum, & in quid prædicatur, est tute assignatum. Ale. aphr. in 4. topic. cap. 6. c. 60. col. 1.

Locus a genere est, in quo oportet in habentibus habitum, & ea, quæ denominatiue ab ipsis habentibus dicuntur respicere, & si in illis denominatum alicui apparet esse sub aliquo genus aliud, in quo est aliquid, & id in quo propositum denominatum est dicere genus esse eius denominatiue a dicto genere. Ale. aphr. ibid.

Locus a genere est, cum alterum, alterum sequitur, & non conuertitur vnum, vt genus, aliud, vt species, tum idē est. Alexan. aphr. in 5. top. cap. 1. c. 60. col. 3.

Locus a genere est. Quæ generi adsunt, speciei adsunt. Boeth. de differ. top. lib. 2. c. 867.

Locus a genere. Quorum diuersa sunt genera, ipsa quoque sunt diuersa. Beth. de differ. top. lib. 3. chart. 873.

Locus a proprio.

Loci proprii vtilis sunt ad locos definitionis. Alex. aphro. in 5. topi. cap. 10. c. 60. col. 3.

Locus a proprio est, si bene assignatum est, vel non. Alexan. aphr. in quinto topi. cap. 2. ch. 61. colum. 4.

Locus a proprio est, si non per notiora, qui in duo diuiditur, vel vniuersaliter ignotius esse traditum propriū eius, cuius est proprium: vel quia amboobus existentibus notis non esse notius proprium, cuius est propriū. Alexan. aphro. in 5. topi. cap. 2. c. 61. col. 4.

Locus a proprio est, si assignatur assignatum propriā habere existentiam in hoc subiecto. Ale. aphr. ibidem.

Locus a proprio est, si subiectum multipliciter dicitur, cuius est proprium. Ale. aphr. in 5. top. c. 2. c. 62. col. 4.

Locus a proprio est, si idem assignatur, quod duobus modis accidit, vel si ipsum nomen bis, vel ter sumitur in assignatione proprii, vel si pro nominibus orationem sumit. Ale. aphro. in 5. top. cap. 2. c. 62. col. 4.

Locus a proprio est, si proprio nomen commune assignauit. Ale. aphr. in 5. top. cap. 2. c. 63. colum. 1.

Locus a proprio est, si plura assignauit propria eiusdem non determinas, quod plura assignauit. Ale. aphr. ibid.

Locus a proprio est, si eodem vtitur subiecto, cuius est assignatum proprium. Ale. aphr. ibid. colum. 1.

Locus a proprio est, si opposito proprio aliquis vtitur in assignatione proprii. Ale. aphrod. ibid. colum. 3.

Locus a proprio est, si non semper, sed aliquando inest proprium. Ale. aphr. ibid. colum. 4.

Locus a proprio est ab existentia, si assignatur proprium, quod non est manifestum, si inest. Ale. aphrod. ibid.

Locus a proprio est, si assignat proprium, quod nunc est, non determinat autem, quod sit nunc. Alexan. aphr. in 5. topic. cap. 2. char. 64. col. 1.

Locus a proprio est, si assignat proprium, quod aliter nō est manifestum esse quam sensu. Ale. aphrod. ibidem.

Locus a proprio est, si definitio loco proprii assignatur. Ale. aphrod. ibidem. col. 3.

Locus a proprio est, si non separatur ab alijs, & non reducitur subiectum sub genere. Alexand. aphrod. ibidem.

Locus a proprio destructiuus, proprium nō esse alicuius proprium, si assignatum proprium alicuius nulli ipso- rum videtur inesse, siue inest omni, non tamen, quatenus illi, cui soli non inest, siue non omnibus inest sub ipso, cuius assignatur proprium, non est proprium. Ale. aphr. in 5. top. cap. 2. char. 65. col. 1.

Locus a proprio est, si subiectum proprium assignauit eius, quod est esse in subiecto. Ale. aphro. ibid. colum. 2.

Locus a proprio est, si secundum participationem assignauit proprium. Alexand. aphr. ibidem.

Locus a proprio est, si non est simul, sed vel prius, vel posterior. Ale. aphrod. in 5. top. cap. 2. char. 65. colum. 3.

Locus a proprio est, si est propriū generis alicuius, & non est proprium omnium specierum. Ale. aphr. ibid. c. 4.

Locus a proprio est, si quæ vnt eadem genere, quæ inter se specie differunt, horum necesse est etiam propria eadem genere esse. Alexan. aphrod. in quinto topicorum. cap. secundo. char. 66. colum. 1.

Locus a proprio est, si quod natura inest, volens assignare, secundum locutionem ponat, quod semper inest. Alex. aphr. in 5. topicorum. cap. 2. c. 66. col. 3.

Locus a proprio est, cum alia primo insunt, alia non primo, sed secundum aliud, si loco primi, non primū assignatum est. Ale. aphr. in 5. topic. cap. 2. c. 66. colum. 3.

Locus a proprio est, quia non determinat quomodo propriū designat. Ale. aphr. in 5. topic. cap. 2. c. 67. col. 1.

Locus a proprio est, si multiuocum loco proprii assignat. Ale. aphr. in 5. topic. cap. 2. ch. 67. col. 3.

Locus a proprio est, si in partibus similibus, quod assignatur de toto non conuenit partibus, & si parti, non conuenit toto. Ale. aphr. in 5. top. c. 2. char. 67. col. 3.

Locus a proprio est contrarijs, si contrariæ rei non est contrarium proprium, construenti contra. Alex. aphrod. in 5. topicorum. cap. 3. ch. 67. col. 4.

Locus a proprio est ex ad aliqd, si propriū vnus nō est proprium reliqui. Ale. aphr. in 5. top. cap. 3. ch. 68. colum. 1.

Locus a proprio est ex ijs, quæ sunt fm habitū, & priuationem, si ipsius habitus, id quæ fm habitū dī, non est propriū, nec vtique priuationis id, quod fm priuationē dī erit, proprium; & si priuationis, id, quod fm priuationem dī, non est proprium, neque habitus ipsius, id, quæ, secū dū habitū dī, erit propriū. Ale. aphr. in 5. top. c. 3. c. 68. c. 1.

Locus a proprio est ex affirmationibus, & negationibus, si affirmatiuū proprium erit, impossibile est contradictorium eius proprium esse. Alexander. aphrod. in quinto topicorum. capit. tertio. chart. 68. colum. 2.

Locus a proprio est a subiectis, si affirmationis assignatum est proprium, id est subiecti dicti affirmatiue, non erit idem negati subiecti proprium. Alexander. aphrod. in 5. topicorum. ca. 3. c. 68. colum. 3.

Locus a proprio est a casibus, si casus, casus non est propriū, item in oppositis ex similibus, & ijs, quæ eodem modo se habent. Ale. aphrod. in 5. top. ca. 3. c. 69. col. 1.

Locus a proprio est, si quæ fm esse dī nō ē i^o, quæ fm esse dī, proprium. Alex. aphr. in 5. topicorum. c. 3. char. 69. col. 2.

Locus a proprio est ex magis, & minus, quia vt se habent in vno, etiam in reliquis, qui in quatuor locos diuiditur. vnus ad vnum, duorum ad duo, duorum ad vnum, & vnus ad duo, & ab his quæ insunt eisdem similiter. Alexan. aphr. in 5. topic. ca. 3. char. 69. colum. 3.

Locus a proprio est, si quis proprium assignans ad potentiam, & ad ens assignauit proprium potentia, cum non contingat ei potentia inesse, cum ens non est. Alexan. aphr. in quinto topic. ca. 3. char. 70. col. 2.

Locus a proprio est, si per superabundantiam posuit proprium. Ale. aphr. in 5. topic. cap. 3. c. 70. col. 3.

Loci proprii, de quibus tractatur ab Aristotele in primo, & secundo capitulo quinti libri, sunt proprii ipsius proprii; reliqui vero, qui in alijs quinti libri capitulis tractantur: sunt communes omnibus problematibus. Auer. in 5. topic. cap. 2. char. 296.

Locus ab accidente.

Locus a communiter accidentibus est. Cui non inest aliquid, ei nec illud, quod eius est consequens inesse. potest. Boeth. de differ. topic. lib. 2. char. 868.

Locus alis est a definitione. Aristoteles rhetoricorum, 2. chart. 120.
 Locus à definitione est. Si obscura interpretatione vitur quæ vel æquiuoca, vel multiplex sit. Ale. aphrod. in 6. topicor. capit. 1. chart. 71. colum. 2.
 Locus a definitione. Si amplius in definitione, quam par sit sumptis, Ale. aphrod. in 6. topi. cap. 2. char. 71. col. 2.
 Locus a definitione. Si definitio ad omnia non conuenit. Ale. aphrod. ibidem, col. 2.
 Locus a definitione. Si multipliciter dicitur, inquitque æquiuocatio. Ale. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si secundum metaphoram definit. Ale. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si non positis nominibus vitur, id est consuetis, Ale. aphr. in 6. top. capit. 2. char. 71. col. 4.
 Locus a definitione. Si ex assignatione definitionis non est manifesta ratio contraria. Ale. aphrod. in 6. topicorum, cap. secundo. char. 72. colum. 1.
 Locus a definitione. Si superflua addit, ea enim omnia sunt superflua in definitione, quibus sublatis, reliquū indicat, quod est definitio. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 2. char. 72. colum. 3.
 Locus a definitione. Si aliquid, quod in oratione est, non omnibus inest, quæ sunt sub eadem specie. Ale. aphr. in 6. topic. cap. 2. chart. 72. colum. 4.
 Locus a definitione. Si quis idem sæpe actu in definitione ponit. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 2. char. 72. c. 4.
 Locus a definitione. Si vniuersali dicto addit, & particulare. Ale. aphrod. in 6. top. cap. 2. c. 73. colum. 2.
 Locus a definitione. Si definitio non est facta per priora, & notiora. Ale. aphr. in 6. top. cap. 3. c. 73. col. 4.
 Locus a definitione. Si non ex notis simpliciter, nec quoad nos. Ale. aphr. in 6. top. cap. 3. c. 74. col. 2.
 Locus a definitione. Si eius, quod quiescit, per id quod est in motu, & determinati per indeterminatū definitionem facit. Ale. aphr. in 6. topi. capit. 3. char. 74. col. 2.
 Locus a definitione. Si non ex prioribus definiuit; cuius tres sunt loci. Primus, si per opposita oppositum definiuit. Secundus si eodem ei, quod definitur; vsus est. Tertius, si quis id, quod est contra diuisum, per contradiuifum definiret, & si per inferiora. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 3. c. 74. colum. 3.
 Locus a definitione. Si aliquid habens genus, non definitur sumendo ipsius genus in definitione. Ale. aphrod. in 6. topi. cap. 3. char. 75. col. 1.
 Locus a definitione. Si definiens, quod ad plura dicitur, non ad omnia assignat ipsum. Ale. aphr. ibid. col. 2.
 Locus a definitione. Si non ponitur in proprio genere, sed in alio. Ale. aphr. in 6. topic. cap. 3. c. 75. colum. 2.
 Locus a definitione. De erratis, quæ ob differentias definitioni accidunt, si proprias generis differentias suscipit. Ale. aphr. in 6. topi. cap. 3. ch. 75. col. 3.
 Locus a definitione. Si in definitione ponitur negatio, vt propositi generis differentia. Ale. aphr. ibidem.
 Locus a definitione. Si speciem, vt differentiam assignat. Ale. aphr. in 6. top. cap. 2. char. 76. colum. 2.
 Locus a definitione. Si assignatur differentia, non quale quid, sed quid significat. Ale. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si loco differentia accepit accidens. Ale. aph. in 6. top. cap. 3. c. 76. colum. 3.
 Locus a definitione. Si aliqua differentia alicuius assignatorum in definitione, & deterius generis differentia est, quod neque continet id, cuius accepta est differentia, nec ab ipso continetur, ambæ sab eodem sunt genere. Alexand. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si species, vel aliquid eorū sub specie de differentia prædicatum est. Ale. aphr. ibid. col. 4.
 Locus a definitione. Videndum, si quis definiens aliquam substantiam, accipit differentiam in definitione hoc

alicubi esse significantem. Alexander aphrod. in sexto topicorum, cap. 3. c. 77. colum. 1.
 Locus a definitione. Si affectum differentiam assignauit. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 3. c. 77. colum. 1.
 Locus a definitione. Si alicuius eorum, quæ sunt ad aliquid, non ad aliquid differentiam assignauit. Ale. aphr. in 6. topicor. cap. 3. char. 77. colum. 2.
 Locus a definitione. Si non est susceptiuum definitum illud, scilicet affectio, vel dispositio, vel habitus, vel quoduis aliud illius, de quo assignauit definiens, sic peccauit. Ale. aphrod. in 6. topic. cap. 3. c. 77. col. 4.
 Locus a definitione. Si in definitione accipiunt tale, quod non est susceptiuum definiti, vel ponunt factum in effectuum, vel effectiuum in factum. Ale. aphr. ibidem.
 Locus a definitione. Si dissonat fm tēpus definiti assignatū in definitione. Ale. aphr. in sexto top. c. 3. c. 78. c. 1.
 Locus a definitione. Considerandum, an secundum aliquam aliam rationem potest dici propositum definitum, & locus hic ex similitudine, & comparatione est. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 3. ch. 78. col. 2.
 Locus a definitione. Si definitum suscipit intensionem, & id, quod secundum rationem assignatum non suscipit, & econtra. Ale. aphr. in 6. top. c. 3. c. 78. col. 2.
 Locus a definitione. Quærere oportet, si ad duo assignauit definitionem secundum vtrunque. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 3. char. 78. colum. 3.
 Locus a definitione. Oportet pro nominibus positis in definitione, siue genera, siue differentia sint, accipere ipsorum definitiones, & considerare si dissonant. Ale. aphrod. in 6. topic. cap. 3. c. 78. col. 4.
 Locus a definitione. Si assignans in definitione aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid, non assignauerit, ad quod dicitur, si est, quod per se est, ad aliquid, vel secundum genus; non bene assignat. Ale. aphrod. in 6. topicorum capit. 4. chart. 79. colum. 1.
 Locus a definitione. Si definitum est aliquid, & dicitur ad duo, quorum alterum ad alterum habet rationem, estque aliud finis, aliud ad finem, si non ad finem, sed ad aliquid eorum ad finem assignant. Ale. aphrod. in 6. top. cap. 4. char. 79. colum. 2.
 Locus a definitione. Si generatio, vel actus, vel motus, ad quod assignata est definitio: neutrum enim horum finis est, quia alter sit, alter efficitur, alter mouetur. Ale. aphrod. in 6. top. cap. 4. c. 79. col. 2.
 Locus a definitione. Si definit aliquid ens, quod aliquam differentiam habet in aliquo prædicamento, sine illa differentia. Ale. aphr. in 6. top. cap. 4. ch. 79. col. 3.
 Locus a definitione. Si est illis rebus, in quibus est genus appetitus, definiens non addit appetitum, ita vt appareat. Ale. aphrod. in 6. topic. cap. 4. c. 79. col. 3.
 Locus a definitione. A coniugatis, & a contrariis contraria contrarijs, diuerso modo se habet, cognata cognatis, eodem. Ale. aphrod. in 6. top. cap. 4. c. 79. col. 4.
 Locus a definitione. In his, quæ sunt ad aliquid, si ad quæ genus assignatur genus, & species ad speciem. Alexand. aphrod. in 6. topi. cap. 4. c. 79. colum. 4.
 Locus a definitione. Si quod secundum priuationem dicitur, definiens non complexus est hoc, cuius priuatione definitum dicitur, non recte definit. Ale. aphrod. in 6. topicor. cap. 4. c. 80. col. 4.
 Locus a definitione. Qui non priuatiuum, vt priuatiuum definit. Ale. aphrod. in 6. top. cap. 4. chart. 80. col. 3.
 Locus a definitione. Si casibus definiti, casus competunt definitionis. Ale. aphr. in 6. topi. cap. 4. c. 80. col. 3.
 Locus a definitione. Si assignata ratio alicuius non cōpetit idee. Ale. aphr. in 6. top. cap. 4. char. 80. col. 4.
 Locus a definitione. Si æquiuoce dictorum vnam communem rationem assignat. Alexand. aphrod. in 6. topicor. cap. 5. char. 80. colum. 4.
 Locus a definitione. Interrogans debet de æquiuocis atguere, vt sint vniuoca, respōdens ea diuidere. Alexand. aphrod.

aphrod. in 6. topicorum. capit. 5. chart. 81. colum. 1.
 Locus a definitione. Si definit æquiuoce, quia eadem ratio omnibus non conuenit. Alexand. aphr. ibid. col. 2.
 Locus a definitione. Si compositum definitur, & ab ipso aliquid auferatur, si relicta pars, relicta competit, bona est definitio, si non, non est bona. Alexand. aphrod. in 6. topicor. capit. 5. chart. 81. colum. 3.
 Locus a definitione. Si composita ratio de aliquo assignata fuerit, totidem partes habens, quot compositum cuius assignatur definitio, non est illius definitio. Alexand. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si per transumptionem assignatur definitio, per ignotioraq; nomina. Alex. aphr. ibid. c. 4.
 Locus a definitione. Si sumptum in commutatione nominum non æquiualeat eidem. Alex. aphr. ibidem.
 Locus a definitione. Si aliquis alterius nominis transumptionem faciens, non differentie, vt occultioris, sed generis, cum sit notum, fecerit. Alexand. aphrod. in 6. topicor. capit. 5. chart. 82. colum. 1.
 Locus a definitione est; cum transumpta fuerit differentia in orationem, considerare oportet, si assignata oratio differentia, & alicui alij competit. Nam si non competit, non est definitio transumptæ differentia. Alexand. aphrod. ibid. colum. 2.
 Locus a definitione. Si entium assignata est definitio. Alexand. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si definiens ad aliquid vnum, non determinat ad quod dicitur illud, quod sub communi definiunt. Alexand. aphrod. ibid. colum. 3.
 Locus a definitione. Si definitio non est rei bene se habentis, & perfectæ. Alexan. aphrod. ibid. colum. 4.
 Locus a definitione. Si per se eligibile definit, vt alterius actuum, & effectiuum, vel propter hoc eligibile. Alex. aphrod. in 6. topic. capit. 5. chart. 83. colum. 1.
 Locus a definitione. Si definiens, aut hoc, aut quod est ex his, aut hoc cum illo definiuit. Ale. aphr. ibid. colum. 2.
 Locus a definitione. Si definiens definitum, cuius definitionem assignat, in vno quodam est, in quo primo natura est fieri, & ea, ex quibus definiuit, nō sunt in eodē prio, sed in alio, & alio, nō definit. Ale. aphro. ibid. c. 3.
 Locus a definitione. Si partes, & totum in aliquo primo fuerint, & nō in eodem, sed in altero totum, in altero partes fuerint, non erit definitio. Ale. aphrod. ibidem.
 Locus a definitione. Si quis definit aliquid ex partibus, corrupto toto necesse est partes similiter corrumpi, ex quibus definitum est totum. Alexander aphrod. in 6. topicor. capit. 6. char. 83. colum. 3.
 Locus a definitione. Si totum bonum, & partes neutra, bonum non contingit sic recte definiri propositum ex partibus. Ale. aphro. in 6. top. cap. 6. c. 83. col. 3.
 Locus a definitione. Compositum ex quibusdam, quorum est magis aliud, & aliud minus, quia videretur tale magis sequi, si definiens aliquis assignarit aliquod compositum ex bono, & malo, quorum bonum magis est bonum, quam malum, & malum, quod non est magis bonum definit, non recte definit. Alexander aphrod. in 6. topicor. capit. 6. char. 83. colum. 4.
 Locus a definitione. Si aliquis dictum ex meliore & peiore, non fuerit meliore peius, & peiore melius, nec congruè ex his esse diceretur. Alexander aphrod. in sexto topicor. capit. 6. char. 83. colum. 4.
 Locus a definitione. Nec definit, qui dicit aliquid ex aliquibus esse, quorum vnum aliquid in toto hoc ex omnibus vniuocum est. Alexander aphrod. in sexto topicorum, capit. 6. char. 84. colum. 1.
 Locus a definitione. Nec definit, qui ex quibusdam componi definitum dicit, non autem modum exponit ipsius compositionis. Alexander aphrod. in sexto topicorum, capit. 6. char. 84. colum. 1.
 Locus a definitione. Si assignans alicuius definitionem assignando hoc cum illo nihil interest, si dixerit hæc

quædam esse, vel hoc ex his. Ale. aphrod. in 6. topicor. capit. 6. chart. 84. colum. 1.
 Locus a definitione. Si assignata definitione alicuius hoc cum hoc, quod quatuor dicitur modis, vel nullo modo cum illo, vel est in eodem subiecto, vel in eodem loco, vel in eodem tēpore, si non recte assignata sunt, non est definitio. Alexander aphrod. in 6. topicorum capit. 6. chart. 84. colum. 1.
 Locus a definitione. Si quis supradictorum compositionem totum esse definit, errat. Alexander aphrod. in sexto topicorum cap. 6. char. 84. colum. 1.
 Locus a definitione a similibus. Si non compositio vniuersaliter, nec qualiscunq; compositio erit. Alexander aphrod. in 6. topicor. cap. 6. char. 84. colum. 3.
 Locus a definitione. Si aliquid fuerit susceptiuum inuicem contrariorum, definiens hoc per alterum contrarium non assignat eius definitionem. Alexander aphrod. in 6. topicor. capit. 6. char. 84. col. 3.
 Locus a definitione. Oportet si ad totam definitionem non habet aliquis argumentum, eo quod non sit tota nota, ad aliquam partem argumentati si sit nota, & non bene assignata appareat. Alexander aphrod. in 6. topicor. cap. 6. char. 84. colum. 4.
 Locus a definitione. Si definitione ab aduersario posita, a te alia melior ponatur. Alexander aphrod. in sexto topicor. capit. 6. char. 84. col. 4.
 Locus a definitione. Exercitatu esse oportet, qui omnia vult definire. Alexander aphrod. in 6. topicorum capit. 6. chart. 85. colum. 1.
 Locus, quo cognoscimus bene esse assignatam definitionem est, si est bene assignatum genus, a contrario illius cognoscemus. Alexander aphrod. in septimo topicorum cap. 2. char. 86. colum. 3.
 Locus definitionem bene assignatam eliciens est, si de contrario definiti contrarie differentia prædicantur. Alexander aphrod. in 7. topic. capit. 2. ch. 87. colum. 1.
 Locus de definitione bene assignata ex casibus, & coniugatis. Alex. aphrod. in 7. topicor. capi. 2. ch. 87. col. 2.
 Locus est de definitione bene assignata ex eo, quod est magis, & ex eo, quod est similiter. Ale. aphrod. in septimo topicor. cap. 2. c. 87. col. 2.
 Locus destructiuus definitionum est, quando fit translatio de metaphora nominis, vel vniuersale vitur ab ipso, & non proprio nomine. Ale. aphrod. in septimo topi. cap. 3. char. 88. colum. 1.
 Locus destructiuus definitionum, si non conuertitur, de quo oratio, & nomen, & sufficit ostendere, non in vniuersali, sed in aliquo. Ale. aphrod. in septimo topi. cap. 3. char. 88. colum. 2.
 Locus est, cum sumimus definitionem subiecti, & prædicati, & videre si quid non verum, vt verum sumptū est, & hic locus destructiuus est. Ale. aphrod. in secundo topi. cap. 2. c. 21. col. 4.
 Locus est per definitionem accidentis. Ale. aphrod. in secundo topicor. cap. 2. c. 25. col. 3.
 Loci definitionum quinque indigent conditionibus. Vna est, quod definitio inest definito. Secunda, quod sumatur in definitione genus connexum differentie. Tertia, quod definitio sit æqualis definito. Quarta, quod secundum has tres res proferat ipsam definitionem, sed cum hoc illa non dicit, neque profert de ipsa re quid res sit. Quinta, quod proferat definitionem, sed eam non proferat apte, & perfectè, sed quod profert deficit ab ipsa perfectione. Auerroes in sexto topicorum, capite primo. chart. 301.
 Locus a definitione generis. Cui definitio non conuenit, id eius, cuius ea est definitio, species non est. Boethius de differen. topi. libt. secundo char. 866.
 Locus a definitione. Vnde definitio abest, inde illud quoque abesse, quod definitur. Boethius de differenc. topicorum lib. 3. char. 873.

Locus à definitione utilissimus est ad concludendum. Albertus magnus in topic. char. 270. col. 1.

Locus à toto.

Loci separatio differt à formæ separatione, & si vtraque corrumpit; quia corruptio formæ est corruptio loci, & non sequitur, si locum separatur a loco absque eo, quod corrumpatur. Auer. in 4. phys. te. 18. c. 60. c. 1.

Locus totius, & partis, ut est idem in corporibus graui- bus, & leuibus, ita debet esse in corporibus celestibus, id est, quod locus eorū, qui est medius, sit idē, imo magis debet esse hoc in corporibus celestibus, quā in elementis, sed perfectius in celestibus, quia habent eandem naturam, & non habent contrarium. Auer. 2. de celo. te. 35. char. 55. colum. 4.

Locus a toto est. Quod toti congruit id congruit, & parti. Boethius de differ. topic. lib. secundo. char. 867.

Locus a toto est, quoties argumentum ex alicuius definitione termini, qui est in quæstione tractatur, siue subiecti, siue prædicati. Boeth. in topic. Cic. lib. 1. c. 768.

Locus à substantia.

Loci à substantia duplex est modus, à definitione, & descriptione. Boethius de differ. topic. l. 2. char. 866. Loci à substantia in sola definitione consistunt. Boeth. ibid. Loci ducti ab ijs, quæ substantiam consequuntur, multi sunt, ut ex toto, ex partibus, ex causis, vel efficientibus, vel materia, vel naturali forma, vel fine, aut effectibus, vel à corruptionibus, aut ab vñibus, & præter hos omnes à communiter accidentibus. Boethius de differ. topic. lib. secundo. char. 867.

Locus à diuisione.

Locus alius est à diuisione. Aristoteles rhetoricorum secundo chart. 120.

Locorum, quæ videntur enthymemata, vnus est ex dictione, & enthymematibus contortē, & oppositē disserere, enthymema videtur; alius est in æquiuocatione: alius à coniunctis, & disiunctis; alius est confirmare, & infirmare cum indignatione, ut cum rem factam non demonstrarit, eam exaggeret: alius a signo. Aristotel. rhetoricorum 2. chart. 127.

Loci eorum, quæ videntur enthymemata sunt ex accidenti, ex consequenti, & cum non causa sumitur ut causa, alius à defectione temporis, & modi, & penes simpliciter, & non simpliciter. Arist. rhetor. 2. char. 129.

Locus est, qui in tria diuiditur; secundum aliquid quādo, ubi. Alexander aphrod. in tertio topicorum, capit. prim. chart. 35. colum. 1.

Loci, aut ducuntur à terminis, qui sunt in propositione, subiecto, s. & prædicato, vel extrinsecus, aut a medijs, qui inter vrosque versantur. Boethius de different. topicor. lib. secundo. chart. 866.

Loci, qui ducuntur à terminis, vnus à substantia ducitur ipsorum, alius ab ijs, qui substantiam consequuntur. Boet. de differ. topic. lib. 2. chart. 866.

Loci medijs sumuntur, vel ex casu, vel ex coniugatis, vel ex diuisione. Boethius de differ. topic. lib. 2. char. 870.

Loci, aut in quæstionum terminis habentur, aut extrinsecus assumuntur. Boet. de differ. top. lib. 2. chart. 872.

Loci, qui in quæstionum terminis habentur, alij sunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectibus ei rei, de qua quæritur. Boethius de differ. topic. lib. 3. char. 872.

Locus à partibus.

Locus alius est à partibus. Arist. rhetor. 2. chart. 121. Locus à partibus est. Quod singulis partibus inest, id

toti inesse necesse est. Boet. de differ. top. lib. 2. c. 867. Locus a partibus. A quibus partes absunt, totum quod abesse necesse est. Boeth. de diff. topic. li. 3. ch. 873. Locus a partibus sufficienter enumeratis in prædicatis secundum realem existentiam, tenet etiam negatiuē. D. Tho. de Vio in prædicam. c. 44. col. 2.

Locus ex causa.

Locus alius est ex causa non vera. Aristoteles rhetoricorum 2. chart. 123.

Locus est à causa effectum inferente. Arist. rhet. 2. c. 125. Locus à causa efficienti. Vbi causa est, ibi effectus abesse non potest. Boeth. de differ. topic. li. 3. char. 874.

Locus a causis est. Quorum efficientes sunt causæ naturales, ipsa quoque sunt naturalia. Boethius de differ. topic. lib. secundo. chart. 868.

Locus a causis efficientibus est. Quod vniuscuiusq; causa est, id eam rem efficit, cuius est causa. Boethius de differ. topic. lib. secundo. char. 868.

Locus a forma. In formis spectari generum proprietates. Boethius de differ. topic. lib. tertio. chart. 873.

Locus a fine. Cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est. Boethius de differ. top. lib. 2. c. 868.

Locus a forma. Tm vñquoque pot, quantū forma naturalis sua permittit. Boeth. de differ. topic. lib. 2. c. 868.

Locus ab efficientibus.

Locus ab efficientibus est. Cuius effectio bona est, ipsum quoque bonum est, & econuerso. Boeth. de differ. topic. lib. 2. char. 868.

Locus à generantibus, & corruptentibus.

Locus est in generationibus, & corruptionibus. Alexander aphrod. in 4. topic. cap. 4. chart. 54. col. 1.

Locus est in potentijs, vñibus, generatiuis, & corruptiuis. Alexander aphrod. in 4. top. cap. 4. c. 54. colum. 2.

Locus a generationibus corruptionibus, & ab effectis corruptiuis. Alexand. aphrod. in 2. topicor. capit. 3. chart. 32. colum. 2.

Locus a corruptionibus est. Cuius corruptio mala, ipsū bonum est, & econuerso. Boet. de dif. top. l. 2. ch. 868.

Locus ab vsu.

Locus ab vsu. Cuius vsus bonus est, ipsū quoq; bonū est, & econuerso. Boeth. de diff. top. l. 2. c. 868.

Locus sophisticus.

Locus sophisticus præcipuus est ille, qui ex verbis nascitur, qui ex homonymia, vel ex ambiguitate, vel vtraque ducit, q̄ ideo nascit, quia natura rebus nō impposuit nomina, sed nos pluribus rebus eadem nomina posuimus. Alexand. aphrod. in lib. elenc. c. 6.

Locus 1. sophisticarum ad deducendum in falsitatem est, non quæstionem ponere, aut rogare, sed disputare non periculi causa faciendi, sed ut discat. Alexand. aphrod. in lib. elenc. c. 58.

Locus 2. est ponere aliquam quæstionem, ac eam omittere, & ad alia se conuertere, quæ non sint ei quæstioni necessaria. Alex. aphr. in lib. elenc. char. 58.

Locus 3. Videndū cuius scētæ, & philosophiæ est is qui tecum disputat, & perquirendum, quæ illi dixerunt, quæ sint ceterorum opinionibus contraria, & de illo interroga. Alex. aphr. in lib. elenc. char. 58.

Locus 4. Sæper volūtates hominū cōtrariæ sunt claris opinionibus, si tu tueris, claras hominum opiniones, fac, ut respondēs cōtra claras argumētēs, si cōtra, cōtra vt

vt naturæ leges cōtra leges scriptas, & sic de alijs. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 59.

Locus 5. Interrogare per repugnantiam, in quibus si respondet contrariam opinionibus omnium dicere iudicatur, quæ sunt ille, in quibus vulgus à sapientibus dissentit. Alex. aphr. in lib. elenc. char. 70.

Loci respondentis, & primò, vt sit excitatus, vt celeriter respondeat; multum enim differt, vt sit exercitatus, vel ne. Alex. aphrod. in lib. elenc. chart. 71.

Locus 2. Respondens debet dissoluere, & explicare argumenta non vera explicatione, sed ea, quæ veram fallaciter imitatur, maxime cū captiones sint verarum captionum simulacra. Alex. aphrod. in lib. elenc. chart. 72.

Locus 3. Cum reprehensiones non sunt veræ, debet explicare quare reuera non reprehenduntur. Alex. aphr. in lib. elenc. char. 72.

Locus 4. Si homonymum interrogatur non simpliciter respondere, sed partim esse, partim non esse respondere. Alexand. aphrod. in lib. elenc. chart. 73.

Locus 5. Ambiguum interrogatus illud distinguere debet, & rogare, in qua significatione posuerit is, qui interrogat. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 74.

Locus 6. Ostendere captionem non aliquid manifestum, & occultum postea interrogant. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 75.

Locus 7. Si interrogans petet principium, statim respondet ei, tum repeti id, quod initio propositum est. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 76.

Locus 8. Si res vniuersa, de qua sermo est, non nomine suo, sed similitudine tractatur, dicendum est non similitudine, sed proprijs terminis tractandum. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 77.

Locus 9. In nominibus, quæ sua propria vi dicuntur, vt homo, nisi sint homonyma, respondendum nulla adhibita distinctione. In ijs autem, quæ truncatim interrogantur non omnino respondendum etiam, vel non. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 78.

Locus 10. In ijs, quæ se cōsequuntur, singularius est magis concedendum. Alex. aphr. in lib. elenc. char. 78.

Locus 11. Si quis interrogat ambas partes quæstionis, si illi opus est vna, alteram concede. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 79.

Locus 12. In quibus non est perspicua veritas, sed de ijs sunt opiniones ambiguae, in his si nomina transferas, & accomodes ad id, quod tuo proposito cōducit, latebit, vel maxime. Alexand. aphr. in lib. elenc. c. 79.

Locus 13. Ad ambiguum interrogationem non debemus respondere negando, sed vel fortasse, vel partim esse, partim non. At si concefferimus propositionem, cum ignoramus, corrigendum est in conclusione. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 83.

Locus 14. Si oratio aliud significat coniuncta, & aliud disiuncta verbis, cum id, de quo agitur conclusum est, tu contrarium dicito. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 84.

Locus 15. Captionibus, quæ eueniunt ex forma verbi, idem vsu venit, quod in homonymis. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 8.

Locus 16. Videndum est, ne cum quantitatem interrogant sophisticæ, concludant qualitatem. Aphr. in lib. elenc. char. 90.

Locus 17. Captiones semper ex contrario debent explicari. Alexand. aphro. in lib. elenc. char. 94.

Locus 18. Loci ab accidentibus vna solutio est: nanque alia vere dicuntur etiam de subiecto ipsius rei, alia rei non cōueniunt: & in omnibus his non necesse est, vt quod accidenti conuenit, & rei conueniat, & in quibusdam conuenit, in quibusdam non. & aduertendum quod ex duabus affirmatiuis in secunda nihil concluditur. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 95.

Locus 19. Non est reprehensio, & secundum reprehensionem, quæ est in rebus, quæ est omnino nisi omnino

concludatur, partim enim esse, partim non esse potest. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 100.

Locus 20. Si quis querat an aliquid sit duplex, & nō duplex, fatendum est, sed alia, & alia ratione. Alex. aphr. in lib. elenc. char. 104.

Locus 21. Si quis petit principium, etiam si probabile dicat, non est concedendum, sed aduertendum petere principium. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 104.

Locus 22. Si sit argumentatio a consequentibus, aduertendum est duplex esse cōsequens, vnum cum ex parte totum sequitur, aliud ex contrario, cum hoc in se sequitur, illius etiam contrarium alterius contrarium sequitur. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 105.

Locus 23. Cum non causa, vt causa sumitur, ostendendū est non propter nostram negationem leui conclusionem, & quod ad argumentationem nihil pertinet sumptum esse, Alex. aphrod. in lib. elenc. 106.

Locus 24. Fallaces conclusiones, quibus ex multis interrogationibus vna fit, initio distinguendæ sunt, eisque occurrendum est, significando multas esse interrogationes, nec concedendum est, nec negandum, sed declarandum est ex multis interrogationibus vnam factā esse. Alex. aphrod. in lib. elenc. char. 106.

Locus 25. Quod captiones, quæ nomina iterare faciunt, non est concedendum nomina, quæ cum aliquo conferuntur, per se aliquid significare. Alexand. aphrod. in lib. elenc. char. 108.

Locus 26. In subiectis, & prædicatis, in quibus alia declarantur, dicendū est non idem separatim nec per se dictum significare. Alex. aphrod. in lib. elenc. ch. 109. Loci sophistici alio modo distinguuntur, & alio dialectici. Alber. Magn. in elenc. char. 284. colum. 4.

Locus, vt extrinsecus sumitur.

Loci, qui extrinsecus sumuntur, sunt, vel ex rei iudicio, ex similibus, a maiore, a minore, a proportionē, ex oppositis, ex transumptione. Boet. de differentijs topic. lib. 2. char. 868.

Loci extrinsecus sumpti sunt cōiugati ex genere, ex forma, ex similitudine, ex differentia, ex contrario, ex cōiugatis ex antecedētibus, ex consequentibus, ex repugnantibus, ex causis, ex comparatione maiorum, minorū, & parium. Boeth. de differe. topic. lib. 3. c. 873.

Locus à rei iudicio.

Locus a rei iudicio est. Quod omnibus, vel pluribus, vel sapientibus hominibus videtur, ei contradici nō oportet. Boeth. de differ. topic. lib. 2. char. 868.

Locus a similibus.

Locus alius a iudicio de eadem re, vel simili, vel contraria, maxime si omnes, & semper, vel saltem plurimi, aut boni, aut si ipsi iudices, aut ij, qui a iudicibus approbantur, aut ij contra quos iudicare non licet, aut contra quos iudicare honestum non est, vt deos, patrem, aut præceptores. Arist. rhetor. 2. char. 121. Locus est ex proportionē ipsorum & similitudine, cuius vsus sophisticus est. Alex. aphr. in 2. topic. c. 4. c. 32. c. 4. Locus est a similibus. Alexand. aphrod. in 1. topic. capit. 4. char. 54. colum. 1.

Locus a similibus. Si quod similiter inest nō est propriū, nec id, de quo quæritur, esse proprium potest. Boeth. de differ. topic. lib. 2. char. 868.

Locus a similibus in duo diuiditur, aut est in qualitate, & est similitudo, aut in quantitate, & æqualitas nuncupatur. Boeth. de differ. topic. lib. 2. char. 868.

Locus a simili. De similibus idem est iudicium. Boeth. de differ. topic. lib. 3. chart. 873.

Locus a simili. In prædicatis essentialibus non est locus constructiuus, sed in accidentalibus. Albertus Magnus in topic. cap. 242. colum. 3.

Locus à maiori.

Locus alius est a maiori, & minori, ut si cui magis inesse debet, non inest, nec cui minus, & si quod minus est, etiam quod magis est, et si neque magis, neque minus. Arist. rhet. 2. char. 119.

Loci quam maxime vniuersales eius, quod est magis, & minus, sumendi sunt, nam sic sumpti ad plura vtiliter erunt. Arist. topico. lib. 3. cap. 4. char. 442.

Loci ex ipso magis, & minus, quatuor sunt. primus, si magis sequitur magis vnius de vno, secundo, vnius ad duo, tertius duorum de vno, quartus, duo de duobus. totidem sunt loci ipsius minus, & similiter. Alex. aphr. in 2. topico. cap. 4. char. 33. colum. 2.

Loci constructiuum solum ex appositione vnius ad aliud sunt duo, quorum primus est, quod est additum alicui tale ipsum facit cum non prius fuerit tale ipsum multo prius fuit tale. secundus, si addatur alicui, magis tale facit, & ipsum erit tale. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 4. char. 34. colum. 1.

Locus in suscipientibus magis, & minus, & comparationem secundum hoc. Alex. aphrod. in 2. topic. cap. 4. char. 34. colum. 2.

Locus a maiori est solum destructiuus, locus a minori constructiuus. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 4. char. 45. colum. 3.

Locus secundum magis, & minus. Si quod videtur magis inesse, fuerit verum, tunc locus est demonstratiuus, si probabile, est probabilis. Auer. in topic. c. 4. c. 275.

Locus ab eo, quod magis est. Si quod magis videtur inesse, non inest, nec id, quod minus videtur inesse, inest. Boeti. de differentiis topi. lib. 2. char. 869.

Locus a maiori, minori, simili, & sic de alijs sunt principia communia dialecticorum syllogismorum. Alex. de ales in 4. metaph. char. 91. tex. 18. colum. 1.

Locus a maiori dicitur is, in cuius conclusione ponitur minus, aut multo minus, locus vero a minori, in quo magis, aut multo magis. Dan. Barb. in 2. rhe. c. 4. c. 142.

Locus à minori.

Locus a minori. Si id, quod minus videtur inesse inest, id quod magis videtur inesse, inest. Boeth. de differ. top. lib. 2. char. 869.

Locus à proportionem.

Locus alius est ex proportionem. Aristoteles rhetoricorum 2. chart. 123.

Locus ex proportionem & similitudine, cuius vsus sophisticus est. Alex. aphrod. in 2. top. c. 4. char. 32. col. 4.

Locus a proportionem differt a loco a simili, quia in loco a proportionem spectatur habitudo, in simili vna res alij comparatur. Boet. de differen. top. lib. 2. char. 869.

Locus a proportionem est. Id quod vni rei euenit, eius proportionali euenire necesse est. Boeti. de differen. topi. lib. 2. char. 869.

Locus ab oppositis.

Locus alius est ab oppositis. Aristoteles rhetoricorum 2. chart. 121.

Locus ab oppositis secundum habitum, & dispositionem, in quo duo sunt loci. Primus a contrarijs generi, & speciei, si oppositum priuatio est sub eodem genere, sub quo, & habitus, non est genus. Secundus, posito generi priuatio aliqua opposita sub priuatione oppo-

sita in genere, neque propositum est genus. Alex. aphrod. in 4. topi. cap. 4. char. 54. colum. 3.

Loca ab oppositis, a casibus, a coniugatis, a similibus, a magis, & minus communia sunt omnibus problematibus. Auer. in topic. 4. char. 292. colum. 4.

Locus ex oppositis alius est ex contrarijs, alius ex oppositis secundum habitum, & priuationem, alius ut relatio, alius, ut affirmatio, & negatio. Boeth. de differ. topic. lib. 2. char. 869.

Locus ab oppositis secundum habitum, & priuationem. Vbi priuatio abesse potest, habitus non est proprius. Boeti. de differen. topic. lib. 2. char. 869.

Locus ab oppositis secundum relationem. Oppositorum ad se relatorum propria, & ipsa ad se referuntur. Boeti. de differen. topic. lib. 2. char. 869.

Locus ab oppositis secundum affirmationem, & negationem est. Oppositorum opposita propria esse oportet. Boeti. de differen. topic. lib. 2. char. 869.

Locus à contrarijs, & c. ontradiçtorijs.

Locus vnus, qui oppositus est ad ostendendum, est a contrarijs, an contrarium contrario inest resellenti, an non inest confirmati quod inest. Ari. rhet. 2. c. 117.

Locus ex ijs, quæ fieri contraria factis. Ari. rhet. 2. c. 126.

Locus a contradictione, est considerandum contrario modo, ut in accidente consideramus. Alex. aphrod. in 4. topic. cap. 4. char. 54. colum. 4.

Locus est, si contraria eidem inesse ostendimus, genus considerandum est, & ex specie generi, in quo ad construendum primus falsus, secundus verus, contra ad destruendum. Alex. aphro. in 2. topic. cap. 2. chart. 25. col. 1.

Locus a complicatione contrariorum, & immediatorum, & mediatorum. Alex. aphro. in 2. topic. ca. 3. c. 29. c. 2.

Locus, si positum est contraria eidem inesse, contrarium ostendemus. Alex. aphrod. in 2. topic. ca. 3. c. 30. c. 2.

Locus est, quod idem contrariorum receptiuum est. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 3. char. 30. colum. 2.

Locus est a contrarijs coniugatis. Alex. aphrod. in 2. topic. cap. 3. char. 32. colum. 2.

Locus a contrarijs intrat scientias aliquo modo, scilicet, cum prædicatum fuerit contrarium prædicato proprio, & subiectum habuerit aliquod contrarium, tunc necesse est, ut contrarium prædicati. inueniatur in contrario subiecti. Auer. primo de celo te. 124. c. 40. c. 3.

Locus a contrarijs. Contraria contrarijs conueniunt. Boeti. de differen. topic. lib. 2. chart. 869.

Locus a contrarijs priuantibus, & negantibus contraria sibi conuenire non posse. Boet. de differ. top. l. 3. c. 874.

Locus à coniugatis.

Locus est a coniugatis, & casibus. Alex. aphrod. in 2. topi. cap. 3. char. 32. colum. 3.

Locus a vero coniunctum ad verum simpliciter, & separatim, & non coniunctim, est locus sophisticus. Auer. ex destructi. dest. disputati. cap. 3. char. 21. colum. 3.

Locus a coniugatis: coniugatorum eandem esse naturam. Boeti. de differ. topi. lib. 3. chart. 873.

Locus à differentia.

Locus est ex rerum differentia. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 2. char. 28. colum. 1.

Loca ex differentiis habent tres bases: vnâ, ut differentia prædicetur in eo, quod qualis res sit: secundâ, quod differentia sit vnum, aut plusquam vnum oppositum, quibus genus prima diuisione diuidatur: tertîâ, quod differentia non sit his, quæ sunt per accidens: quartâ, quod differentia relationis sit in relatione. Auer. in 6. topic. capit. 2. chart. 304.

Locus

Locus a differentia. Differentium rerum non idem est iudicium. Boethius de differ. topic. lib. 3. chart. 873.

Locus à relatiuis.

Locus ad aliquid, & primus est. Si posita species in genere ad aliquid est, & genus ad aliquid erit. Secundus. Ad quod species dicitur per se ad hoc oportet, & secundum genus ipsum dicitur. Tertius. Si dicitur secundum casus species, & genus. Quartus, quia omnia dicuntur ad conuertentiam. Quintus, si non ad equalia species, & genus dicitur. Sextus, si oppositi, & genus oppositum. Septimus, eo modo quo intelligitur vnum, & reliquum erit, ut si ex necessitate vnum, & reliquum ex necessitate, & similia. Alex. aphrod. in 4. topic. cap. 4. chart. 55. colum. 3.

Locus a relatiuis, absque se relatiua esse non posse. Boet. de differ. topic. lib. 3. chart. 874.

Locus ex adiunctis. Est ex adiunctis adiuncta perpendi. Boet. de differ. topic. lib. 3. chart. 874.

Locus ab antecedenti.

Locus ab antecedenti, & consequenti est, posito antecedenti comitari, quod sequitur, & interempto consequenti, perimi, quod antecedit. Boeth. de differ. topic. lib. 3. chart. 874.

Locus à repugnantibus.

Locus ex repugnantibus, ad refutandum appositus. Aristot. rhetor. 2. chart. 125.

Locus ex pugna, & contrarietate immediatis contrarijs congruit. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 2. chart. 27. col. 4.

Locus a repugnantibus. Repugnantia sibi conuenire non possunt. Boethius de dif. top. lib. 3. char. 874.

Locus ab effectiuis.

Locus ex effectiuis, corruptiuis, generationibus & corruptionibus, & omnino ex his, quæ similiter se habent alterum ad alterum. Alex. aphrod. in 7. topic. cap. 1. chart. 85. colum. 2.

Locus ab effectu. Vbi effectus est, ubi causa abesse non potest. Boeth. de dif. topic. lib. 3. char. 874.

Locus à comparatione.

Locus alius est ab his, quæ inter se conferuntur. Nam si in alterum cadit, quod honeste, aut iuste fecerit, in alterum, ut passus sit; & si ut iusserit etiam, ut fecerit. Aristot. rhetoric. 2. chart. 118.

Locus a comparatione. Eligibilis est, quod diuturnius, & firmitus est. Alex. aphr. in 3. topi. c. 1. char. 35. col. 2.

Locus a comparatione. Eligibilis, quod ex electione meliorum, & iudicio. Alex. aphrod. in 3. top. c. 1. c. 35. c. 3.

Locus a comparatione, cum est ab eo, quod proprie illud significat. Alex. aphr. in 3. top. cap. 1. char. 36. colum. 3.

Locus a comparatione. Bonorum, & eligibilium ea sunt eligibilia, quæ sunt propter se eligibilia. Alex. aphr. in 3. topic. cap. 1. char. 37. colum. 1.

Locus a comparatione. Quod per se eligibile, eo, quod est per accidens, eligibilis est. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 1. char. 37. colum. 2.

Locus a comparatione. Quod causa boni per se est, est eo eligibilis, quod est causa per accidens. Alex. aphr. in 3. topic. cap. 1. char. 37. colum. 2.

Locus a comparatione. Quod simpliciter bonum est, eo, quod alicuius, eligibilis est. Alex. aphro. in 3. top. cap. 1. chart. 37. colum. 3.

Locus a comparatione. Quod natura, eo quod non na-

tura, eligibilis. Alex. aphr. in 3. top. c. 1. char. 37. col. 4.

Locus a comparatione. Quod meliori, & honorabiliori inest, eligibilis; in quo videndum est si possunt ambo inesse. Alex. aphr. in 3. topic. cap. 1. char. 37. col. 4.

Locus a comparatione. Quod melioris proprium, melius quam, quod peioris. Alex. aphr. in 3. top. c. 1. c. 37. c. 4.

Locus a comparatione. Si comparatorum inuicem eligibile aliud in melioribus fuerit, aliud in peioribus, vel aliud in prioribus, aliud in posterioribus, aliud in honoratioribus, aliud in talibus minus, eligendum est, quod in excedentibus. Alex. aphr. in 3. topi. c. 1. c. 38. c. 1.

Locus a comparatione. Finis eligibilior eo, quod ad finem perducit. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 1. ch. 38. col. 2.

Locus a comparatione est. Si duo sunt, id, quod ad finem propinquius est, eligibilis. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 1. chart. 38. colum. 2.

Locus a comparatione est. Quæ ad vltimam finem, & perfectissimum conferunt, eligibilia sunt conferentibus ad aliquid aliud. Alex. aphrod. in 3. topi. c. 1. c. 38. c. 2.

Locus a comparatione est. Quod possibile est, eligibilis est impossibile. Alex. aphr. in 3. top. cap. 1. char. 38. col. 3.

Locus a comparatione. Si duo quædam fuerint effectiua finium, cuius finis melior, & eligibilior, & ipsum melius est. Alex. aphr. in 3. top. cap. 1. ch. 39. col. 3.

Locus a comparatione. Finem alicuius, ac factiuum alicuius finis comparare. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 1. chart. 38. colum. 3.

Locus a comparatione. Quod propter se honorabilis, & laudabilis est. Alex. aphr. in 3. top. ca. 1. c. 39. col. 1.

Locus a comparatione, ex consequentibus: Nam quod maius bonum id eligibilis, contra quod minus malum. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 2. char. 39. colum. 1.

Locus a comparatione. Flura bona paucioribus eligenda sunt. Alex. aphrod. in 3. topi. c. 2. ch. 39. colum. 3.

Locus a comparatione. Bonum aliquod cum non bono nihil prohibet eligibilis esse pluribus bonis. Alex. aphr. in 3. top. cap. 2. chart. 39. colum. 4.

Locus a comparatione. Bona cum voluptate bonis sine voluptate eligibilia sunt. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 2. chart. 39. colum. 4.

Locus a comparatione. Bona sine tristitia, bonis cum tristitia eligibilia. Alex. aphr. in 3. top. c. 5. ch. 39. col. 4.

Locus a comparatione. Eligibilium vnum quodque eligibilis est eo tempore, quo maxime est eius vsus. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 2. chart. 40. colum. 1.

Locus a comparatione. Eligibilium id eligibilis est, quod in omni tempore vtile est, quam in aliquo. Alex. aphr. in 3. topi. cap. 2. chart. 40. colum. 1.

Locus a comparatione. Eligibilium id, quod cum omnes haberemus nihil alio indigeremus, eo eligibilis est quam quod, cum haberemus, indigeremus reliquo. Alex. aphrod. in 3. topi. cap. 2. chart. 40. colum. 1.

Locus a comparatione. Cuius corruptiua sunt fugienda, hoc eligibile, & cuius effectiua eligibilia ipsum eligibile, & contra, cuius corruptiua eligibilia, ipsum fugibile, & cuius effectiua fugibilia, ipsum fugibile. Alex. aphrod. in 3. topi. cap. 2. chart. 40. colum. 2.

Locus a comparatione est. Quod propinquius, & quod similis bono, eligibilis est, & quod meliori eorum similis est. ita quod tres loci possunt esse. Alex. aphr. in 3. topi. cap. 2. char. 40. colum. 3.

Locus a comparatione, si cum accipitur similitudo comparatorum, id est si duo sunt, & hoc meliori illud peiori similis est, quod est similis meliori, eligibilis est. Alex. aphrod. in 3. topi. cap. 2. ch. 41. colum. 1.

Locus a comparatione est. Quod maxime nobile, eo, quod minus: & magis proprium, eo, quod communius: & quod magis incommunicabilis. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 2. chart. 41. colum. 1.

Locus a comparatione. Si quid simpliciter aliquod genus aliquo genere, vel species specie melior, & hoc in meliori genere,

genere, vel specie; optimum melius erit quam optimū in minori. Alexand. aphrod. in topi. c. 2. ch. 41. col. 2.

Locus a comparatione. Si duo bona æqualiter eligibilia sunt, quibus est amicos participare, eligibilia sunt. Alexand. aphrod. in 3. topi. cap. 2. chart. 4.

Locus a comparatione ex circumstantijs, & necessarijs. Meliora necessaria sunt, sine quibus impossibile est esse aliquid, ex circumstantia autem, quæ non ex necessitate, sed alia quædam adiunguntur, vt viuere, bene viuere. Alex. aphrod. in 3. topi. c. 2. char. 41. col. 3.

Locus a comparatione. Rariora communioribus eligibilia. Alex. aphr. in 3. topi. cap. 2. ch. 41. col. 4.

Locus a comparatione. Si duo sunt eligibilia, & alterum sine altero nõ fuerit eligibile, & alterum eligibile fuerit, & per se sine altero ipsorum, eligibilis est. Alexand. aphrod. in 3. top. cap. 2. chart. 41. column. 4.

Locus a comparatione. Si duorum eligibilium, alterum negamus adesse nobis pro hoc videri alterum nobis adesse, quod volumus nobis adesse, eligibilis est. Alex. aphrod. in 3. topi. cap. 2. chart. 41. column. 4.

Locus a comparatione. Pro cuius absentia minus increpandi sunt moleste ferentes, eligibilis. Alex. aphr. in 3. top. cap. 2. char. 42. column. 1.

Locus a comparatione. Pro cuius absentia non moleste ferentem, magis increpandum, id eligibilis. Alexand. aphr. in 3. topi. cap. 2. char. 42. column. 1.

Locus a comparatione. Eorum, quæ sunt sub eadem specie, quod habet propriam virtutem, eligibilis est eo, quod non habet. Alex. aphr. in 3. top. ca. 2. ch. 42. col. 1.

Locus a comparatione. Si hoc facit bonum illud, cui adest, illud non, quod facit eligibilis. Alexand. aphrod. in 3. top. cap. 3. chart. 42. column. 2.

Locus a comparatione. Si aliquo eodem aliud maius bonum est, & illud minus, eligibilis est maius. Alexand. aphrod. in 3. top. cap. 3. chart. 42. column. 3.

Locus a comparatione. Cuius extremitas, & ex superabundantia eligibilior est, & ipsum eligibilis. Alexand. aphr. in 3. top. cap. 3. chart. 42. col. 4.

Locus a comparatione ex appositione. Si eidem in parte, aliud additur, & fit vnum, aliquando eligibilis, aliquando non. Alexand. aphrod. in topi. c. 3. c. 42. col. 4.

Locus a comparatione. Additum minori bono, & totum maius bonum efficiens eligibilis est, & maiore addito, & totum toto minus faciente. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 3. char. 43. column. 1.

Locus a comparatione. Propter se eligibilis est, quod eligitur propter gloriam. Alexand. aphrod. in 3. topi. cap. 3. chart. 43. column. 2.

Locus a comparatione. Propter se, & propter gloriam, quod eligitur, eligibilis est eo, quod per alterum tantum. Alexand. aphrod. in 3. top. cap. 3. char. 43. col. 2.

Locus a comparatione ex diuisione eligibilis, quod tribus dicitur modis, vel vt bonum, vtile, & delectabile, quæ hæc tria habet eligibilis est eo, quod duo possidet, & quod melioris gratia. Alexand. aphrod. in 3. top. cap. 3. chart. 43. column. 3.

Locus a comparatione ex similitudine. Non minus eligibile fugibile est eo, quod est solum fugibile. Alexand. aphrod. in 3. top. cap. 3. char. 43. column. 4.

Locus a comparatione ex definitione. Recipiēs magis definitionem illam propositi magis est tale. Alex. aphrod. in 3. topi. cap. 4. char. 44. column. 4.

Locus secundum comparationem, quædam sunt communia cunctis rebus, vel naturalibus non voluntarijs, quædam sunt propria ipsis rebus eligibilibus, quædam sunt communia cunctis generibus comparationis. Auer. in top. 3. cap. 1. chart. 276.

Locus a comparatione maioris. Quod valet in maiore, valet in minore. Boethius de dif. top. l. 3. ch. 875.

Locus a comparatione minoris. Quod valet in minore, valet in maiore. Boeth. de differ. topi. lib. 3. chart. 875.

Locus a comparatione parium. Parium idē est iudiciū. Boethi. de dif. top. lib. ter. chart. 875.

Locus ab eo, quod dicitur quotupliciter.

Locus alius est ab eo, quod quotupliciter dicitur Aristot. rhet. 2. chart. 120.

Locus est ab his, quæ multipliciter sumuntur, vt ab æqui-uocis, & ex amphibologicis, & oportet diuidere non in omnia, sed in vtilia significata. Alexand. aphrod. in 2. topi. cap. 2. chart. 22. column. 4.

Locus ex translatione.

Locus est ex translatione, cum nomen occultum ad clarum transferimus. Alexand. aphrod. in secundo topic. capit. secundo, chart. 24. column. 3.

Locus ab inductione.

Locus alius ab inductione. Aristoteles rhetoricor. 2. chart. 120.

Locus ex illatione, si est necesse positum esse, & inferuit, & constructioni, & destructioni. Alexand. aphrod. in 2. topic. cap. secundo, char. 26. column. 1.

Locus ex illationibus, & sequelis secundum oppositiones, quæ sunt quatuor, habitus, & priuatio, ad aliquid, contradictio, aut contraria. Alexand. aphrod. in secundo topic. capit. tertio, char. 30. column. 4.

Locus à tempore.

Locus alius est ab animaduersione temporis. Aristot. rhetor. 2. char. 119.

Locus a tempore, quod si positum ex necessitate sequitur aliquid, dissonaret secundum tempus. Alex. aphr. in 2. topi. cap. 2. chart. 26. column. 3.

Locus à consequentibus.

Locus alius a consequentibus. Aristoteles rhetoricor. 2. chart. 121.

Locus ex consequentibus positus, & in actionem constructiuis. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 2. char. 27. col. 3.

Locus, si ab vno vnum aliquid, & in pluribus plura talia similiter se habent. Alexand. aphrod. in secundo topi. capit. 4. chart. 33. column. 1.

Locus a materia est. Vbi materia deest, & quod ex materia efficitur, deest. Boethi. de dif. top. l. 2. ch. 868.

Locus ex etimologia.

Locus a nomine. Aristoteles rhetor. secundo, ch. 126.

Locus ex etimologia transferendo nomen in orationem. Alex. aphrod. in 2. top. ca. 2. char. 28. column. 1.

Locus a nota, nominis interpretatione rem declarari. Boeth. de differ. top. lib. 3. chart. 873.

Locus à multiuocis.

Locus est a multiuocis, quia nihil sibi potest accedere, & aliud ab eo, cui accidit, & potest inesse, & non inesse. Alexander aphrod. in 2. topi. c. 2. c. 29. co. 1.

Locus à casibus.

Locus alius est, qui a similibus casibus est, quæ enim esse, ac non esse oportet. Aristot. rhetor. 2. char. 118.

Locus a casibus, vrbibus, actionibus, & operibus. Alexand. aphrod. in 3. topic. cap. 3. char. 42. column. 2.

Locus a casibus, & coniugatis, vt ille Terentianus ait. Homo

Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Alexand. aphrod. in 4. top. capit. 4. chart. 54. column. 1.

Locus de eodem.

Loci de eodē ad quæstiones definitionis vtilēs sunt: nam quibus idem esse probamus, & definitionem probamus: quibus diuersum, & definitionē diuersam esse ostendere possumus. Alexand. aphrod. in 6. topic. capit. 6. chart. 85. column. 1.

Locus de eodem est ex casibus coniugatis, & oppositis. Alexand. aphr. in 7. top. cap. 1. chart. 85. column. 2.

Locus de eodem. Quorum alterū maxime dicitur, quoduis esse, si & alterum eorum ipsorum secundum idem maxime dicitur. Alex. in 7. top. cap. pri. char. 85. col. 3.

Locus de eodem. Si cui alterum idem, & alterum idē, Alexand. aphr. in 7. top. cap. 1. chart. 85. column. 4.

Locus de eodem, ex ijs, quæ accidunt, & ex ijs, quibus hæc accidunt. Alex. aphr. in 7. top. cap. 1. char. 85. c. 4.

Locus de eodem. Si non in eodem genere prædicamenti. Alex. aphr. in 7. top. cap. 1. chart. 85. column. 4.

Locus de eodem. Si genus idem, differentia non eodem de vtroque prædicatur. Alexand. aphrod. in septimo topic. cap. pri. chart. 85. column. 4.

Locus de eodem, ex magis. Si hoc suscipit magis illud non. Alex. aphrod. in 7. topi. cap. 1. char. 86. column. 1.

Locus de eodem, ex oppositione. Si eidem vtrumque appositum non facit idem. Alexand. aphrod. in septimo topicorum, cap. pri. chart. 86. column. 1.

Locus de eodem, ex suppositione. Alex. aphr. in septimo topicorum, cap. pri. chart. 86. column. 1.

Locus de eodem. Quæ quouis modo ponuntur considerandum, de quo alterum prædicatur, de eo & alterū. Alex. aphrod. in 7. topi. cap. 1. char. 86. column. 1.

Locus de eodem, si cum genere, & specie eadem sint, nõ necesse est, & numero eadem esse, considerandum, si sunt, vel ne. Alexand. aphrod. in 7. topi. c. 2. ch. 86. c. 2.

Locus de eodem. Si alterum sine altero esse potest, non est idem. Alex. aphrod. in 7. topi. cap. 2. ch. 86. col. 2.

Locus, vt ad laudem pertinet.

Locus, in quo quis laudatur, considerandus est; facile enim est Athenienses laudare Athenis. Ari. rhe. l. c. 40.

Locus ex opinione.

Locus alius ex duplici opinione, cum publice res iusta efferunt laudibus, priuatim vtilēs, & hic locus inter eos, qui contra opinionem proferuntur, est potētissimus. Arist. rhet. 2. char. 123.

Locus ex contingenti.

Locus alius est ex contingenti. Aristoteles rhetoricor. 2. chart. 123.

Locus ex electione.

Locus alius ex electione. Aristoteles rhetoricorum 2. chart. 123.

Locus ex hortantibus.

Locus alius ex hortantibus, & dehortantibus. Arist. rhetoricorum 2. chart. 124.

Locus ex verisimilibus.

Locus alius ex ijs, quæ fieri existimantur illa quidē, sed fide carēt. Quæ in existimationem nõ cecidissent,

si vera non essent, aut parum abessent. & quod magis, quia aut ea, quæ sunt, aut quæ verisimilia sunt, opinantur, quod si credibile, & verisimile non est, verum erit. Arist. rhetoric. 2. chart. 124.

Locus ex diluenda suspitione.

Locus est ex diluenda suspitione. Aristoteles rhetoricorum 2. chart. 125.

Locus ex meliori.

Locus est ex meliori. Aristoteles rhetoricorum 2. chart. 126.

Locus in quo est peccatum accusare, vel defendere.

Locus ab ijs, in quibus peccatum est accusare, vel defendere. Aristoteles rhetoricor. secundo. chart. 126.

Locus interrogantis.

Locus interrogantis est, locum inuenire vnde debet arguere. Alex. aphrod. in 8. top. cap. 1. ch. 89. col. 3.

Locus interrogantis est, inuenito loco interrogationem formare. Alex. aphrod. in 8. top. cap. 1. char. 89. col. 3.

Locus interrogantis est, inuenta, & formata interrogatione, ad alterum interrogare. Alex. aphrod. in 8. top. capit. pri. chart. 89. column. 3.

Locus interrogantis est, scire propositiones superfluas inuenire, quæ vel ad occultationem, vel ad inductionē, vel ad ornatū, vel vt dilucidior fiat oratio, vtilēs sunt. Alex. aphrod. in 8. top. cap. pri. char. 90. column. 1.

Locus interrogantis est, manifestas propositiones paratas habere. Alexand. aphr. in 8. top. cap. 1. chart. 90. col. 1.

Locus interrogantis est, vt idoneas propositiones sumat, vt difficilius cognoscat quid concludendum sit. Alex. Aphrod. in 8. top. capite pri. chart. 90. column. 2.

Locus interrogantis est, si non solum necessarias, sed etiā vtilēs propositiones sumpserit. Alexand. aphrod. in 8. top. cap. pri. chart. 90. column. 3.

Locus interrogantis est, non statim dicere conclusiones, sed posterius simul ornes syllogizare. Alex. aphrod. in 8. topicor. cap. 1. chart. 90. column. 3.

Locus interrogantis est, non accipere propositiones in ordine, sed differre, & vicillim mutare. Alexand. aphrod. in 8. topic. cap. 1. chart. 90. col. 4.

Locus interrogantis est, definitionem sumere tentare in quibus contingit per definitionem accipere vniuersalem propositionem, non ad propositum, sed aliquid cognatorum eius. Alexand. aphr. ibidem.

Locus interrogantis est, interrogare vtilia ad ostensionē propositi, vt alterius gratia, & nõ accipere ea, ex quibus facilis est coniectura propositi. Alexand. aphr. in 8. topic. cap. 1. char. 91. col. 1.

Locus interrogantis est, non ab eodē, quod volumus accipere, sed ab alio quodam simili. Alexan. aphrod. in 8. topic. cap. pri. chart. 91. col. 1.

Locus interrogantis est, quod vult sibi concedi a respondente, & ipsum sibi ad aliquid interrogantem instare. Alexand. aphrod. in 8. topi. cap. 1. chart. 91. col. 1.

Locus interrogantis est, vtile est addere hoc, quod sit cōsuetum omnibus, & vtile. Alexand. aphrod. ibidem.

Locus interrogantis est, nõ agere diligenter circa, id quod admittendum est ab ipso respondente. Alex. aphrod. in 8. topicor. cap. pri. chart. 91. col. 2.

Locus interrogantis est, interrogare per similitudinem alterius gratia accipiendo, quod vult quis accipere. Alexander aphrod. in 8. topicor. ca. pri. c. 91. column. 2.

Locus interrogantis est, non interrogare ipsum, quod accipere volumus, sed id, quod hoc sequitur necessario. Alex.

Alexand.aphrod.in 8.topi.cor.capi.1.c.91.column.2.
Locus interrogantis est, interrogare alia quædam prius, & ante dissoluere, postea interrogare id, quod maxime vult sumere, sed non contraria interrogare. Alexand.aphrod.in 8.topi.cor.capi.1.ch.91.column.3.

Locus in terrogantis est, quædam differre, & interponere quædam interroganda nihil vtilis habentia ad proposita. Ale.aphr.in 8.topi.cor.capi.1.char.91.col.3.

Locus in terrogantis est, per similitudinem interrogare. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.2.char.91.col.4.

Locus interrogantis est, cum multis non sit commune nomen positum, vt ex illo nomine vniuersali inductio fiat, si nõ potest nomine, oratione circumscribere oportet, vt ambiguitatem tollamus. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.2.char.91.column.4.

Locus interrogantis, si postquam inductionem fecerimus, non concordet vniuersale, petenda est instantia. Alexand.aphrod. ibidem.

Locus interrogantis, accipientibus instantias, non in eo, de quo est sermo, sed in æquiuoco, diuisa æquiuocatione efficienda est interrogatio. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.2.char.92.column.1.

Locus interrogantis est, si alicuius facta est instãtia, quod non sit æquiuocum, sed in aliquo sub vniuersali, quod accipere volumus, per inductionem seruabimus, & talem instantiam eo concludimus propositum. Alexand.aphrod.in 8.topi.cap.2.char.92.column.2.

Locus interrogantis contra instantes, quod maiori bono maius opponitur malum, auferendum id, in quo fit instantia, quo ablato magis ponet, quod idem, & si negauerit, & non infiterit, faciendum est. Alexand.aphr.in 8.topi.cor.cap.2.char.92.column.2.

Locus interrogantis, si non fiet instantia proponenti in multis, postulandum est ponere vniuersale. Alexand.aphr. od.in 8.topi.cap.2.char.92.column.3.

Locus interrogantis, interrogantes propositiones tales interrogare debet, vt in pluribus sint planæ, & cõcessæ, & instantiam, vel vniuersaliter non habent, vel prompta, vel facilis in eis inueniri non possit. Ale.aphrod.in 8.topi.cor.cap.2.char.92.column.4.

Locus interrogantis, conclusio non est interroganda, vt propositio dialectica. Ale.aphr.in 8.top.c.2.c.92.c.4.

Locus interrogantis. Si quis syllogismum per plures interrogaciones interrogat, male interrogat. Alexand.aphrod.in 8.topi.cap.2.char.93.col.1.

Locus respondentis.

Locus respõdētis si problema est visum alicui alij, cui respondens fauet, oportet dare, quæ dat ille, & negare, quæ ille negat. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.2.ch.95.c.3.

Locus respondentis, si interrogatio est probabilis, & non ad orationem, oportet respondentem dare ipsam dicentem, quod est probabilis. Alexand.aphr. in 8.topi.cap.3.char.95.column.4.

Locus respondentis, si interrogatio est improbabilis, & non ad orationem, dandum quidem est aduertendo, quod est improbabilis, ne videatur insciens ab auditoribus. Alexand.aphrod.in 8.topi.cap.3.ch.95.col.4.

Locus respondentis, si interrogatio est probabilis, & ad orationem dandum est, & fateri, quod probabilis est, & valde propinqua proposito. Ale.aphr. ibid.

Locus respondentis, si interrogatio improbabilis erit, & ad orationem, oportet dicere si concordetur sequi propositum, sed quod stulta est interrogatio. Ale.aphr. in 8.topi.cap.3.char.95.col.4.

Locus respondentis, si interrogatio non est, neque probabilis, neque improbabilis oportet insinuare respondentem, quod concessio hoc accidit destrui positum. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.95.col.4.

Locus respondentis, si absõnum, & multipliciter inter-

rogatum est, non est conueniens dicere, non intelligo. Alex.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.96.col.1.

Locus respondentis, si multipliciter dicitur, diuidere debet, & de quo dicitur, concedendum, de quo non, negandum. Alex.aphr.in 8.topi.cap.3.char.96.col.2.

Locus respondentis, si quod ambiguum est non præiudicat, fatendum est, & dicendum, quod non ad hoc respiciens concedit, sed ad illud, quatenus erat verum dictum. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.96.col.2.

Locus respõdētis, particularia, si vera, & probabilia fuerint, concedenda sunt, & ad vniuersalia tendendum est illatum ex singularibus instare. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.96.col.3.

Locus respondentis, oportet prius respondentem substinere quædam rationem, ac sibi ipsi respondere primũ. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.96.col.4.

Locus respõdētis, inopinabilem suppositionem cauendum est sustinere. Ale.aphr.in 8.top.c.3.ch.96.col.1.

Locus respondentis est, si falsum syllogizatur, propositionem falsam destruere debemus. Alexand.aphrod. in 8.topi.cap.3.char.97.col.1.

Locus respondentis, non dare ea, quæ probabilia nõ sunt, & quæ non sunt probabiliora. Alexand.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.95.column.1.

Locus respondentis, non sunt danda inopinabilia. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.95.col.1.

Locus respondentis, respondens probabilia ponere debet. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.3.char.95.col.1.

Locus petendi principium.

Locus i. petendi principium, quinque dicitur modis. Primo si quis idem, quod eget ostensione petendo accipit, in multiuocis autem, quod nomen, & ratio idem sit, latet aliquando. Alexand.aphrod.in 8.topi.cap.4.char.100.column.1.

Locus 2. Si in multiuocis pro oratione nomen accipiunt. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.4.ch.100.col.1.

Locus 3. Si orationem pro oratione cum ambo idem significant. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.4.ch.100.col.1.

Locus 4. Si definitionem pro nomine. Ale.aphr. in 8.topi.cap.4.char.100.column.1.

Locus 5. Si duo quædam inuicem cõcurrunt, & utitur altero ad ostendendum alterum. Ale.aphr. in 8.topi.cap.4.char.100.column.1.

Locus 6. In vniuocis, p multiuocis, & in quibus nomen, & ratio est idem. Ale.aphr. in 8.topi.cap.4.c.100.c.1.

Locus 7. Si quod particulariter debet ostendere, vniuersaliter petit. Ale.aphr. in 8.topi.cap.4.ch.100.col.1.

Locus 8. Si quid vniuersaliter est ostendendum, particulariter petit. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.4.c.100.c.2.

Locus 9. Si quis diuidens petit problema. Ale.aphr. in 8.topi.cap.4.char.100.col.2.

Locus 10. Si quis eorum, quæ sequuntur inuicem ex necessitate, alterum petit. Alexand.aphrod. in 8. topic. cap.4.char.100.col.2.

Locus 11. Aequaliter, & contraria petunt ei, quod ex principio est. Alexand.aphrod. in 8. topicor. capit. 4. chart. 100. column. 2.

Locus 12. Si sumit, vel petitionem, & syllogismum contrariorum, vel secundum opposita contrapositione. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.4.char.100.col.2.

Locus 13. Si quis vniuersale petens, & accipiens particulare petierit contradictionem. Ale.aphr. ibid. col. 3.

Locus 14. Si quis particulare petens, & accipiens vniuersale, petierit contradictionem. Ale.aphrod. ibid.

Locus 15. Si quis peteret contrarium accidenti ex positis ex necessitate. Alexand.aphrod. ibid.

Locus 16. Si quis peteret talia quædam duo, quæ sequitur contradictio. Ale.aphrod. ibid.

Locus exercitationis dialecticæ.

Loci ad exercitium, meditationemque dialecticarum orationũ infra scripti sunt: & primo assuefcere oportet in conuersione syllogismorum. Ale.aphrod.in 8. topicor. cap. 4. chart. 100. col. 4.

Locus exercitationis dialecticæ est contrarium conclusionis sumere. Ale.aphrod.in 8.topi.cap.4.c.100.c.4.

Locus exercitationis dialecticæ, oppositum conclusionis accipere. Alexand.aphrod. ibidem.

Locus exercitationis dialecticæ; oportet in vnoquoque problemate exercitium ad vtrumque arguere. Ale.aphrod.in 8.topi.ca.4.char.101.column.1.

Locus exercitationis dialecticæ; problematum, quæ sæpiissime incidunt scire debemus, meditata, & prompta media, vt argumentari possimus. Ale.aphrod.in 8.topi.cor. cap. quarto. char. 101. column. 1.

Locus exercitationis dialecticæ; definitiones promptas habere debemus, & veras, & probabiles. Ale.aphrod. in 8.topi.ca.4.char.101. column. 2.

Locus exercitationis dialecticæ; locos communes præ manibus habere debemus, maxime illos, qui ad omnia genera vtilis sunt. Vtilis sunt a cognatis, casibus, generationibus, & corruptionibus. magis, & minus. Ale.aphr.in 8.topi.ca.4.c.101.col.2.

Locus exercitationis dialecticæ; vnam orationem singularem annectere vniuersali, & digressiones faciendæ a positis ad vniuersaliora immanifeste, & occulte. Ale.aphr.in 8.topi.ca.4.c.101.column.3.

Locus exercitationis dialecticæ; vniuersales sunt faciendæ orationes. Alexander.aphr.in octauo topicor. cap. quarto. char. 101. column. 3.

Locus exercitationis dialecticæ; videndum si in syllogismo est aliqua propositio vniuersalis. Ale.aphrod.in 8. topi. capit. 4. char. 101. column. 4.

Locus exercitationis dialecticæ, exercitatio ad rudem in ductione faciendæ, ad expertum syllogismo. Ale.aphr. in 8. topi. cap. 4. char. 101. column. 4.

Loci qui vtiliores.

Loci maxime opportuni sunt, & communes, qui sunt ex oppositis, coniugatis, & vsibus. Aristot. topi. lib. 3. capit. 4. chart. 443.

Loci vtilis sunt in corruptiuis, generationibus, & corruptionibus. Aristot. topi. lib. 3. capit. 4. chart. 443.

Loci maxime vtilis sunt ex magis, minus, & similiter. Aristoteles top. lib. 3. cap. quarto, char. 443.

Locus maxime aptus est, non solum ad destruendum ex alio genere, verũ & ex eodem, dum sumit quis, quod maxime tale est. Aristoteles topicorum, libr. tertio. capit. quarto. chart. 444.

Loci omnes, qui ad idẽ sunt destructiui, & ad terminos vtilis sunt. Nam si non idem indicet, & nomen, & oratio, non erit definitio assignata oratio. Constructiuorum vero locorum nullus est vtilis, quia non satis est ostendere, quod sit idem, vt sit definitio. Aristot. topicorum lib. 7. cap. 2. char. 539.

Loci vniuersales destructiui vtiliores sunt. Ale.aphrod. in secundo topicor. capit. 1. char. 19. column. 3.

Locusta mas differt a foemina, quod foeminae pes primus duplex est, mari simplex. Pinnæ autem parti supinæ ad nexæ, foeminae maiores, & quæ collo proximæ sunt, minores; mari omnes equæ minores, nec vsquam per diminutionem dissimiles. Ad hæc mari in nouissimis cruribus, velut calcaria maiuscula prominent acuta, quæ foemina parua habet. Aristoteles de historia animalium quarto, capit. secundo. char. 112.

Locustæ suis gubernaculis atterentes sonant. Aristoteles de historia animalium quarto, capit. 9. char. 136.

Locustæ inter crustata, quæ per coitum conceperunt,

oua gerunt tribus mensibus, Maio, Iunio, & Iulio: deinde sub alio oua deponunt, quæ oua more vermium augentur. quod idem de omnibus mollibus, & de piscibus ouiparis intelligitur. Fit igitur arenidum locustarum ouum in patte octo diductum. Aristoteles de historia animalium quinto, capit. 17. chart. 171.

Locustæ eodem cocunt, modo, ac alia insecta, minore superueniente maius; mares enim in hoc genere minores sunt foeminis. Pariunt in terra fixo cauliculo, quo mares vacant, ac vniuersæ, & loco eodem foetum deponunt, ita vt quasi fauus videatur esse. hinc vermiculi oui speciem gerentes oriuntur, qui terra quadam ptenui tanquam membranula ambiuntur: qua diffecta emergunt locustæ, ac volat. Ari. de hist. ani. 5. c. 28. c. 187.

Locustæ pariunt exitu veris, & statim a partu moriuntur, vermiculis circa collum innascentibus tempore partus, qui eas strangulent, & eodem tempore mares obeunt. Vere e terra emergunt. Aristoteles de historia animalium 5. ca. 28. chart. 187.

Locustæ locis montanis, aut tenuibus non fiunt, sed planis, rimosisque. in rimis enim pariunt sua oua, quæ durant hyeme. in terra ineunte æstate proueniunt ex foetu anni superioris. Aristoteles de historia animalium quinto, ca. 28. char. 181.

Locustis polyphi sunt superiores adeo, vt si in eisdem rebus senserit polypum locusta, præ timore moriatur. Arist. de historia animal. 8. capit. 2. char. 273.

Locustarum in Argo quoddam genus innasce aiunt, quæ aduersus scorpiones pugnatore nuncupatur. cum enim scorpionem viderit, in eum surgit: pari passu quoque scorpio contra illam irruit. hæc quidem in orbem oberrans, in ipsum fridorem emittit: ille aculeum, quo armatus est, eleuat, & in eam circumducit, mox aculeum remittit, ac demum omnimodè extendit, at illa eum circuncurfat, & postremo aggreditur, & deuorat. At hanc locustam comedere scorpionum icui optimum medicamentum aiunt. Aristoteles de admir. aud. numer. 135. char. 872.

Locusta, nec perfectum habet gressum, nec perfectum volatum, sed primo dat saltum, & vt magis perlongetur, addit motum alarum. Albert. Magnus de motib. ani. lib. 2. trac. 2. cap. 3. char. 47. column. 3.

Locusta dicitur quasi longa haita, & est vermis gregatim egrediens de terra in terram ad pabulum; ouat autumno; omnia deuorat; habet caput figuram habens capitibus equi, & ante os duo additamenta dura habet. Habet etiam longa crura ad saltum, & octo ad gradiendum: habet alas quatuor ad volandum membranales & tot simul vadunt, quod omnes fructus terræ destruunt, & mane noctis frigore stupefactæ manent immobiles. Albertus Magnus de animalib. libr. 26. chart. 204. column. 3.

Locutio, non nisi vocis per linguam explanatio est. Aristoteles de historia animalium quarto, capit. 9. ch. 135.

Locutio propria homini est. Aristoteles de historia animalium quarto, capit. 9. char. 138.

Locutio non est natura, cum vox sit natura: ideo homines varia vtuntur locutione. Aristoteles de historia animalium quarto, capit. 9. char. 139.

Locutionis duæ sunt species, communis sermo, & nutus. Auerroes prim. rhetoricorum tractat. 2. cap. 2. chart. 37. columna 3.

Locutio est vox articulata, cuius partes sunt literæ, quæ cõiunctæ locutionem faciunt. Boet. in li. de interp. c. 290.

Locutionis partes in arte poetica dicuntur esse elementa, syllabæ, coniunctiones, articuli, nomina, casus, verba, & orationes. Boet. in lib. de interp. char. 291.

Locutionis elementa literæ sunt, non syllabæ. D. Tho. in prim. physico. lec. 1. te. 1. chart. 1. column. 2.

Logica, sub qua demonstratiua, dialectica, têtatiua, & capiosa methodus reducitur, opus philosophiæ est, a qua

qua alia etiam artes ipsam accipiunt. Alexander aphr. in pri. prior. cap. 1. char. 3. colum. 1.

Logica finis est, quadam propositionum compositione. ex ijs, quæ ponuntur, necessario aliquid colligi. Alex. aphrod. in pri. prior. capit. 1. c. 3. colum. 1.

Logica, & si non sit philosophiæ pars, sed instrumentum, non ideo est minori studio digna. Alexander aphrod. in prim. prior. cap. 1. char. 3. colum. 1.

Logica conducit ad inveniendam veritatem, quæ est finis eius contemplationis, ad quam philosophus dirigitur. Alexan. aphrod. in prim. topicorum, cap. prim. char. 1. colum. 1.

Logica habet rationem organi in philosophia. Alexand. aphrod. in prim. topi. capit. 9. char. 13. colum. 1.

Logica problemata dicuntur, quæ suppeditant plures rationes, & argumenta. Alexander aphrod. in quinto topi. capit. prim. char. 61. colum. 2.

Logica ab Aristotele primum inuenta, ita perfecta, & ad tantam amplitudinem elata est, ut ei non modo magnam gratiam, sed etiam quam maximam in nobis fieri posset, habere debeam. Ale. aphr. in lib. elenc. c. 118.

Logica est philosophiæ instrumentum, & non pars. Ammonius in Porph. char. 3. colum. quarta.

Logica secundum Stoicos est pars philosophiæ, secundum Peripateticos instrumentum, secundum Platonem vtrunque. Ammonius in Porph. char. 15. colum. 3.

Logica non sui ipsius, sed alterius causa conflata est. Ammonius in Porph. char. 15. colum. 4.

Logica primo, ante philosophiam, & actiuam, & contemplatiuam addiscere debemus. Ammonius in præd. c. 3.

Logica facultatis finis est veritatem inuenire. Ammonius in lib. de inter. c. 57.

Logica est pars organica, ac instrumentalis philosophiæ, ut fabrorum regula, ac perpendicularum. Simplicius in prædicament. char. 5.

Logica, ut norma, & instrumentum, erit, sine materia, ut alicui nexa materiæ, pars dicenda est. Ioannes grammaticus in primo prior. chart. 13. colum. 3.

Logica est proprium instrumentum philosophiæ. Ioannes gramm. in prim. prior. capit. 31. char. 55. colum. 1.

Logica tractionis finis est liber de demonstratione. Ioannes gramm. in pri. poster. capit. 1. char. 2. colum. 1.

Logica volumina omnia ob demonstrationem tradita nobis sunt, de vocibus scilicet simplicibus, de prædicamentis, liber de interpretatione, & de syllogismo in prioribus analyticis. Ioannes gramm. in prim. poster. capit. 1. char. 2. colum. 1.

Logica argumenta appellantur ab Aristotele in libris posteriorum, quæ vera quidem sunt, sed communia. Ioannes gramm. in pri. post. cap. 20. c. 47. colum. 4.

Logica non speculatur errorem, qui est per accidens, ut non speculatur res, quæ sunt decentes, & rectæ secundum accidens. Auerroes ex quest. logic. quest. 1. chart. 361. colum. 2.

Logica argumentatio est, cuius propositiones sunt declaratæ in logica, & sunt acceptæ illic pro declaratis per se. Auer. in pri. phy. te. 35. char. 11. colum. 4.

Logica duobus modis visitatur in scientiis, aut, ut est instrumentum distinguens verum a falso, & hic est modus proprius; aut ea, quæ in illa sunt declarata, accipiuntur pro maximis in destruendo, vel construendo aliquid, & hæc consideratio cum visitatur in artibus particularibus, est non propria, in prima philosophia est propria. Auer. in pri. phy. te. 36. chart. 11. colum. 4.

Logica quædam vniuersalis est omnibus scientiis, & quædam propria vnicuique scientiæ. Auerroes in duodecimo metaphys. te. comment. 15. chart. 17.

Logicus, & metaphysicus ambo considerant de ente simpliciter. Auer. in 3. metaphysicor. te. com. 2. chart. 19.

Logice rationes magis propriæ sunt huic scientiæ, metaph. sc. quæ aliis. Auer. in 3. metaphysicor. text. comm. 4. char. 20.

Logica vtilissima est ad philosophiam. Boet. in Por. ex dialec. chart. 3.

Logica est illa, quæ nobis parat disputandi modum, ut quæ ratiocinatio nunc falsa, nunc vera sit, quæ semper falsa, quæ nunquam falsa possit agnosci. Boet. in pd. c. 47.

Logica vis duplex, alia in inueniendo, alia in iudicando. Boethius in Porph. char. 47.

Logica, ut suum finem etiam philosophia considerat, pars est philosophiæ: ut autem finis logices ad philosophiam pertinet, instrumentum est. Boet. in Por. c. 48.

Logice finis est inuentio, ac rationis iudicium. Boeth. ibidem.

Logica omnis syllogismorum ratione constituitur. Boet. in prædicament. char. 113.

Logica ab Aristotele esse diligens differendi ratio. Boethius in topi. Cicer. lib. pri. chart. 760.

Logica omnis, aut definit, aut partitur aliquid, aut colligit. Colligendi facultas tribus modis tractat, vel colligit ex veris, & necessariis, & est Demonstratio; vel ex probabilibus, & est Dialectica, vel ex apertissime falsis, & est phisica appellat. Boet. in topi. Cicer. lib. pri. char. 760.

Logica alia inueniendi, alia iudicandi est diligens ratio. Boethius in topi. Cicer. lib. primo. char. 760.

Logica ab inuentione separari nequit, nemo enim differere potest sine inuentione, & cum sit ratio differendi, ab eo iudicium abesse nequit. Boet. in topi. Cic. li. 1. c. 760.

Logica omnis in inuentione, quæ in libris topicorum tractatur, & in iudicio, quod in libris resolutoriis declaratur, constat. Boet. de diff. topi. li. 1. c. 857.

Logica quatuor facultatibus subiecta est, philosopho, oratori, dialectico, & sophista. Boethius de differentiis topi. libro primo. chart. 862.

Logica modus a natura quidem incipit, perficitur autem arte, & usu, & exercitio. Alb. mag. de prædicab. c. 1. c. 2.

Logica est vna specialium scientiarum. Albertus Magnus de prædicab. chart. 1. colum. 2.

Logicus utitur sermone, prout est pars instrumenti, per quod solum fides fit de incognito, cum notitia ipsius ex noto per complexionem argumenti arguitur. Albertus Magnus de præd. chart. 2. colum. 3.

Logica est tota de argumentatione, vel syllogismo, ut de subiecto, de aliis, autem vocibus incomplexis est propter illud. Albertus Magnus de prædicab. chart. 2. colum. quarta.

Logica ignorantem, ignoti perfectam cognitionem nullo modo acquirere possunt. Albertus Magnus de prædicab. chart. 1. colum. tertia.

Logica est vna partium philosophiæ generaliter dictæ, quæ omnis admirabilis intendit comprehendere veritatem secundum modum, secundum quem possibile est comprehendere eam ex propriis principis eius, quod admiratur. Albertus Magnus de prædicab. charta 1. colum. 3.

Logica secundum variationes ratiocinationis variatur, id est sciendi modus diuersus est. Albertus Magnus de prædicab. chart. 1. colum. tertia.

Logica scientia est necessaria ad omnem philosophiam. Albertus Magnus de prædic. c. 2. colum. 1.

Logica omnis tractat de syllogismo in communi, & in genere, vel de syllogismi, partibus. Albertus Magnus in prior. chart. 95. colum. tertia.

Logica omnis est scientia differendi, & diuiditur in scientiam inueniendi, & iudicandi. inuentum fit per localem terminorum ad inuicem habitudinem. iudicium per resolutionem. Albertus Magnus in prior. chart. 95. colum. tertia.

Logica non res, sed intentiones rerum considerat. Albertus Magnus in posterior. chart. 171. colum. 3.

Logica non penetrat ad considerandas causas. Albertus Magnus in posterior. chart. 181. colum. 4.

Logica dicitur a logos, quod est ratio, & non a logos, quod est sermo. Albertus mag. in elenc. chart. 275. c. 4.

Logica

Logica sophistica, alia est in inuentione, alia est iudicativa. Alb. Mag. in elen. chart. 275. colum. 4.

Logica dicitur inquisitiua, ad omnium methodorum principia via habens. Alb. Mag. in 1. phy. tr. 1. c. 1. c. 3.

Logica potius docet modum sciendi, quam scientiam, quæ sit pars essentialis philosophiæ. Albertus Magnus in pri. phy. tr. 2. c. 1. chart. 4. colum. 2.

Logica scientiæ non considerant ens, & partem entis aliquam secundum intentiones secundas circa res per sermonem positas, per quas viæ habentur veniendi de ignoto ad notum secundum syllogismum referentem, & probantem: ideo potius sunt modi scientiæ speculatiuæ, quam aliqua pars essentialis. Albertus Magnus in prim. metaph. tr. pri. ca. pri. ch. 56. colum. 2.

Logica non solum est rationalis ex hoc, quod est secundum rationem, & omnibus artibus communis est, sed etiam ex hoc, quod est circa ipsum actum rationis, ut circa propriam materiam. D. Tho. in post. c. 36. c. 3.

Logica, & prima philosophia est de communibus, sed diuerso modo: nam logica est de operationibus rationis, quæ ad omnes res se habet: prima philosophia est de communibus, quia eius consideratio est circa res communes, & circa ens, & eius partes. D. Tom. in posteriora. chart. 52. colum. 3.

Logica prius est addiscenda, quam reliquæ scientiæ, quia tradit communiter modum procedendi in alijs scientijs, & modus proprius singularium scientiarum circa principium tradi debet. D. Tho. 2. metaph. l. 5. t. 16. c. 116.

Logica magis vocari debet modus sciendi quam scientia. Ale. de ales in 2. metaph. char. 47. colum. 3.

Logica considerat de priori, posteriori, simili, dissimili, & huiusmodi alijs secundum discursum, metaphysica vero ut oriuntur a principio entis, de illis considerat. Ale. de ales. 3. metaphys. tex. 2. char. 50. colum. 2.

Logica visitatur in scientiis duobus modis. Vno modo, ut est instrumentum, quo vtuntur aliæ scientiæ. Alio modo secundum quod illud, quod declaratum est in ea, accipitur in alijs scientiis. Alexand. de ales in 7. metaphys. tex. 2. chart. 182. col. 2.

Logicus, & metaphysicus sunt circa totum ens, sed aliter & aliter: quia metaphysicus est circa ens in se, & circa accidentia, quæ sequuntur ens ut ens; logicus autem est circa secundas intentiones. Alexand. de ales 2. in 11. metaphys. chart. 309. colum. 2.

Logica est ars artium, rationis directiua, ordinaturque ad ipsum rationis opus, ut ad proprium finem. Thom. de Vio in prædicament. chart. 32. colum. 2.

Logici negotii intentio est reddere operationes rationis rectas facilliter, & potenter. Tho. De Vio in prædicament. char. 32. colum. 2.

Loligenes pisces sunt, ut dicit Plinius, iuxta Mauritaniam non longe a Lixo flumine in Oceano morantes: hi sunt longitudinis quinque cubitorum, & natantes sæpe efferunt se. extra aquam, sicut sagittæ volantes, & aliquando in tanto numero, quod naues obuiatæ demergunt. Habet hic piscis anteriorius duos pedes, quibus cibum ad os porrigit sicut locusta. Albert. Magn. de animalibus lib. 24. cap. 1. char. 198. colum. 1.

Longitudo latitudine prior est. Aristotel. 2. de celo. sum. 2. capit. 1. char. 294. colum. 2.

Longitudo est in causa inflexionum. Aristote. de animalium incesso. cap. 5. chart. 567.

Longitudinis diuisio per punctum fit, temporis per ipsum nunc. Simpl. in 4. physico. text. 107. chart. 265. col. 1.

Longitudo latitudine prior est, quia linea prior est superficie. Simp. in 2. de celo. tex. 104. char. 58. colum. 4.

Longitudo in omnibus corporibus dicitur maxima in ipsis distantia. Simp. in 2. de celo. te. 14. c. 59. c. 7. co. 1.

Longitudo, & latitudo non sunt sine corpore, sed sunt in corpore. Ioan. gramm. in 4. physico. cap. 83. text. 39. vide Simp. in 4. char. 208. colum. 2.

Longitudo recta, non est finita per se, sed propter rotundam superficiem. Auer. 4. de celo. te. 40. c. 123. col. 3.

Longitudo in animato corpore est illa, quæ porrigitur a sursum in deorsum, & cuius principium effectum est sursum, quod est calor cordis ex quo, ut ex habente virtutem formatiuam tota longitudo totius corporis producitur, & tandiu durat ista extensio longitudinis, quandiu potest calidum formatum extendere, & humidum radicale extendi. Albertus Magnus in 2. de celo. cap. 4. char. 24. colum. 3.

Longitudinis principium per se est sursum, per accidens deorsum, quia deorsum non est principium factuum longitudinis, sed potius terminatiuum, quia non potest longitudo extendi in infinitum, & ideo accipit terminum ab eo, quod est deorsum. Albertus Magnus in 2. de celo. tract. 1. cap. 4. char. 24. col. 4.

Longitudinem sumunt Astrologi motum super longitudinem climatum: latitudo est latitudo climatum. Alb. Magn. in 2. de celo. tract. 1. ca. 6. char. 26. col. 4.

Longitudo climatum distinguitur ab oriente in occidentem in toto hemisphærio habitabilis superioris. Albert. Magn. in 2. de celo. tract. 1. cap. 6. char. 26. col. 4.

Longitudo cuiuslibet terre est per mensuram ab oriente in occidentem acceptam, & quantus est arcus à Zenith caputem versus orientem totius habitabilis, tanta dicitur esse longitudo loci illius. Alb. Magn. de nat. locorum distinctio. 1. capit. 9. char. 96. col. 3.

Longitudinem Astrologi considerant secundum dimensionem nostram ab oriente in occidentem, & latitudinem, a meridie in septentrionem, quia pars hæc terræ a nobis habitata est in duplo maior ab oriente in occidentem, quæ a meridie ad septentrionem. Alb. mag. de nat. locor. c. 97. c. 3. Idem D. Tho. in 2. de celo. t. 14. l. 5. c. 32. col. 3.

Longitudo locorum habitabilium est ab aquilone in meridiem: latitudo ab oriente in occidentem. Alb. Mag. de natu. locorum dist. 1. cap. 9. char. 97. colum. 1.

Longitudo aliquando dicitur linea ducta in continuum quocumque modo ducta fuerit, & sic linea, & longitudo est vna species quantitatis. Aliquando dicitur longitudo maior linearum superficiem continentium dimensio. Aliquando dicitur longitudo maior dimensio extensa in quanto, quocumque modo extendatur, siue sint linee, siue sit aliquid aliud eius, cuius quantitas menturatur. Aliquando dicitur longitudo spatium, quod est inter caput, & pedes hominis, vel inter caput & caudam alterius animalis. Dicitur etiam longitudo spatium inter sursum, & deorsum, & dicitur longitudo climatis, vel habitationis arcus, qui interiacet inter punctum orientis, & meridiani cuiuslibet hominis. Alb. Mag. in 5. metaphys. tract. 2. cap. 2. char. 104. co. 1.

Loqui sine respiratione non multum possumus, quia consumitur spiritus, qui est in thorace. Ioan. gramm. in secundo de anim. te. 90. char. 63. colum. 1.

Loquentes motu manuum, & frequenter mouentes, im mundi, & eloquentes sunt, & deceptores. Alber. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. colum. 4.

Loquentes sine motu manuum, perfecti sunt intellectu, & bene dispositi, & sani consilii. Alb. mag. de anim. li. 1. tract. 2. cap. 26. char. 23. colum. 4.

Lubricum humidum est; ab humido enim aliquid passum est. Arist. 2. de gen. & cor. sum. 1. cap. 3. te. 11. ch. 426.

Lucentia sunt omnia illa, in quibus sunt spissatæ, & quasi calcatæ continuantur partes nobiliores diaphani. Alb. mag. in 2. de anim. tract. 3. cap. 12. c. 23. colum. 3.

Lucens actu, & illuminatum est commune igni, & corpori celesti. D. Tho. in 2. de ani. l. 14. te. 69. c. 34. col. 4.

Lucernæ lumen non album, sed purpureum apparet, & vinum, puniceum vero non. Ari. meteo. 3. fu. 2. c. 3. c. 547.

Lucida quæ habent lumen calcatum, & non obligatum materiæ, mouent diaphanum tenebrosam; & ideo videntur in tenebris, ut ignis, & stellæ. Albertus Mag.

in 2. de anim. tract. 3. capit. 7. chart. 22. column. 2.
Lucidorum triplex est gradus. Primus est, cum id, quod luminis susceptum est, est ita repletum lumine, quasi perfecte in actum redactum, ita ut nullius qualitatis susceptiui est, quod Soli conuenit. Secundus est eorum corporum, quæ de se non sunt lucida in actu, sed susceptiua luminis per totum, quæ sunt perspicua, vel diaphana. Tertius est terræ, quæ maxime distat a corpore coelesti, quæ non est nata in se suscipere lumen, sed in superficie tantum. D. Tho. de sen. & sen. l. 6. c. 7. c. 4.
Lucidæ sunt aues, pennas habentes noctilucas, ideo por rectis pennis vias demonstrant. Albert. Magn. de ani. lib. 23. capit. 14. char. 193. column. 4.
Lucius, & Nicolstratus post ipsum, dubitationes contra ea, quæ in libris prædicamentorum scripsit Aristot. conscripserunt. Simpl. in prædicament. char. 1.
Lucius est piscis notus dulcis aquæ, rostro longo, magni rictus, fauces dentatas habens. Alber. Magn. de anim. lib. 22. capit. 1. chart. 198. column. 2.
Lucrum est, cum quis plus habet, quam suum erat. Aris. 5. ethicor. Nicom. cap. 4. c. 19.
Lucrum, & iniuria quæque idem sunt subiecto, & differunt ratione, nam quod est lucrum respectu vnius, quod plus accipit, est iniuria respectu alterius a quo accipitur. D. Thom. 5. polit. l. 1. c. 71. col. 3.
Ludolatra est animal marinum, quatuor habens alas, duas in facie, & duas in dorso, & est velocissimum. Albertus Magnus de anim. lib. 24. cap. 1. c. 198. column. 1.
Ludi, quibus pueri assuescunt, sunt tales, ut sint imitatio nes eorum, quæ postea serio erunt faciendæ. Aristot. politicorum septimo, capit. 17. char. 754.
Ludus liberalis est, qui in dictis, & factis virtuti nullum facit præiudicium, sed iocunditatem facit facienti. Albertus Magn. ethicor. 4. tra. 3. ca. 4. ch. 56. col. 4.
Luligo animal est marinum, quod squamosum est, & profundæ aquoris sectatur, ut piscis: & cum squamis habet pennas, & per illas eleuatur in aere, ut auis, sed non diu volat, quia ventos non sustinens, recidit ad aquas, quando ventum senserit. Alb. Magn. de anima. lib. 24. cap. 1. chart. 198. column. 1.
Lumbi sunt, qui præcingunt partem posteriorem ventris, unde nomen Ophys inditum est. Aristo. de historia anim. prim. capit. 13. char. 34.
Lumbosi amatores ferarum, referuntur ad canes, & leones. Aristot. physiognom. capit. 9. chart. 347.

Luminis diuisio.

Lumen duplex, vnum, quod distinguitur a tenebris; aliud, quod nulli opponitur, ut Solis. Am. in pd. c. 32.
Lumen in medio cum sit causa sensus, habet esse intentionis, & esse reale, & naturale, licet debilius, & minus permanens in medio, quam in corpore luminoso. D. Tho. in 3. meteor. ex digres. de color. l. 6. c. 195.
Lumen igneum extinguitur, vel obtenebratur dupliciter, primo ex proprietate luminis, ut paruū lumē extinguit a maiori, alio modo ex proprietate ignis, quæ extinguitur in aqua. D. Thom. de sen. & sen. l. 3. c. 4. col. 4.

Lumen quid, est & ut sit.

Lumen est actus perspicui, ut est perspicuum, potentia autem in quo hoc inest, & tenebræ. Arist. de anim. 2. sum. 4. capit. tertio. te. 69. char. 632.
Lumen est, ut color perspicui, cum est actu perspicuum ab igne, aut huiusmodi quale quod sursum corpus. etenim huic aliquid inest, vnum, & idem. Arist. secundo de ani. su. 4. cap. 3. te. 69. chart. 632.
Lumen non est ignis, nec corpus, nec defluxus corporis vllijs, sed ignis, aut alicuius huiusmodi præsentia in perspicuo; duo enim corpora in eodem esse simul im-

possibile est. Ari. 2. de ani. su. 4. cap. 3. te. 36. c. 632.
Lumen est color perspicui secundum accidens, quando enim inest aliquid igneum in perspicuo, illius præsentia lumen est, priuatio vero tenebræ. Aristoteles de sen. & sen. capit. 3. char. 10.
Luminis natura, in indeterminato perspicuo est. Aristot. de sens. & sen. capit. 3. char. 10.
Lumen esse colorem ignis perspicuum ex eo est, quod nullum alium, quam hunc inuenitur habere colorem, tum quia hic solum est per se visibilis, alia per hunc. Aristoteles de colorib. cap. 1. char. 877.
Lumen cum elabens ab aliquibus coloratur, fit puniceum, aut herbaceum, & si in aliud incidit, rursus aliud accipit temperamentum. Ari. de color. cap. 3. c. 882.
Lumen ipsum secundum Aristotelem a planis refractionem patitur, ac colores cum ipso, cum colores sint luminis motiui, ita, quod illud quodammodo colorant. Ale. aphr. in 3. meteor. cap. 4. co. 15. c. 75. col. 2.
Lumen ut lumen, perspicui actus, & perfectio iudicatur. Ale. aphr. in pri. de ani. ca. 13. c. 35. column. 3.
Lumen rei perspicuæ quodammodo color est, qui statim fit vbi ignis, vel celeste corpus, quæ illuminare nata sunt, p̄sto affuerit. Ale. aphr. 1. pri. de ani. c. 13. c. 35. c. 4.
Lumen, nec lumini simile relictum est in niue, nec id albedinis causa est; a frigiditate enim lumen illud concernitur. Ale. aphr. in 2. de ani. cap. 33. c. 48. column. 4.
Lumē si est, corpus, vel ignis erit, vel ignis defluxus, quæ splendorem vocant; sed ignis non potest esse, quia lumen est, vel maius, vel minus, ignis, nec magis, nec minus; lumen non excalefacit, nec vrit, ignis, & excalefacit, & vrit: lumen est in aqua, ignis in aqua esse impossibile est. & cum non sit ignis, nec defluxus ab igne esse potest. Ale. aphr. in 2. de ani. c. 36. chart. 48. column. 3.
Lumen est actus perspicui, ut perspicuum est. Ale. aphr. in secundo de ani. ca. 38. char. 50. column. 2.
Lumen in omni perspicuo, ut etiam, & tenebræ, fit nō in tempore. Ale. aphr. in secundo de ani. c. 38. c. 50. col. 2.
Lumen non est affecto perspicui, sed per habitudinem quandam horum præsentia in perspicuo est. Ale. aphr. in secundo de ani. ca. 38. char. 50. column. 3.
Lumen est actus, & forma interminati perspicui, quæ perspicuum. Alex. aphrod. in 1. natur. q. ca. 2. c. 1.
Lumen si non est natura perspicui forma, nec aliqua substantia eius: non enim est simul cum perspicuo, nec in eius substantia, sed ex præsentia alicuius in ipso sit, & p̄p̄ habitudine alius ad aliud erit, & ipsū passio quæ, quæ sit p̄ habitudine, & p̄sentia alicuius in perspicuo, quæ est coloris p̄portionale. Alexand. aphr. pri. nat. q. c. 21. c. 5.
Luminum coniunctio nulla fit, cum a diuersis collucantibus rebus duo lumina proficiuntur, ita ut quamuis simul esse queant, quoniam tamen vbi ea collucantia, a quibus ducuntur lumina, disteterint, etiam hæc ipsa lumina inter se distabunt, & vnum ab altero segregabitur. Alexan. aphrod. de sens. & sens. ex digres. comment. 8. char. 9. column. 1.
Lumen, & si est causa videndi, tamen desiderat aerem, vel aliud quoddam perlucidum. Ale. aphr. ibidem.
Lumen non est diaphani color, sed quasi color. Simpl. in secundo de ani. te. 36. char. 37. column. 1.
Luminis essentia non est corporea. Simpl. in secundo de ani. te. 37. char. 37. column. 2.
Lumen principaliter visibile est, & lucidum illud, quod lumen reddit. Simpl. in 2. de ani. te. 73. char. 37. col. 3.
Luminosum per se habet naturam communicantem naturæ ignis. Auer. in 2. de celo. te. 32. char. 54. column. 3.
Lumen non est corpus. Auer. ex paraph. 2. de celo. text. 42. char. 139. column. 1.
Lumen nō est proprietas ignis, sed potius accidit igni cum commissetur corpori diaphano spissato per aliquam causam. Alb. Mag. in 2. de celo. tra. 1. ca. 2. ch. 23. col. 4.
Lumen non ex motu, quo mouetur, sed ex motu, quo mouet,

mouet, & dissoluit materiam, & mouet eam vniuersaliter ad formam, est in causa caloris. Albert. Magnus in 2. de celo. cap. 3. char. 33. col. 1.
Lumen est in causa caloris. Albertus Magn. in 1. meteor. tract. 1. cap. 12. chart. 80. col. 3.
Lumen est intentio formæ corporis luminosi, in perspicuo secundum esse spirituale generata. Alber. Magn. in 1. meteor. tract. 1. 2. cap. 6. ch. 81. col. 3.
Lumen ad visum non exigitur propter colorem, sed propter medium, & per accidens fertur circulariter, quia medium circulariter circumstat. Alb. Mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 6. char. 21. col. 3.
Lumen non est corpus, sed forma, & qualitas corporis, & est comparabilis ad duo subiecta, quorum vnum est subiectum eius, & causa in illo semper est, & hoc est corpus luminosum; aliud est subiectum eius tantum, & hoc est peruium, & ideo aliquando est sine lumine. Albert. Magn. in 2. de ani. tract. 3. ca. 10. ch. 23. col. 2.
Lumen est intentio spirituale esse habens in perspicuo, ut color est habens esse intentionale in medio, sed in hoc differunt; quia lux est forma nobilior, & simplicior, quæ color, & facit ipsum esse actu, quod facere nequit color. Alber. Magn. in 2. de ani. tract. 3. cap. 12. ch. 23. c. 3.
Lumen est viuificatum, & motiuum ad esse generabiliū, ut est instrumentum intelligentiæ, quæ per motum luminarium lumine emisso mouet ad esse omne, quod in natura est. Alb. Magn. in 2. de ani. tra. 3. c. 12. c. 23. c. 3.
Lumen est hypostasis colorum secundum esse formale, quod est simpliciter colorum. Albertus Magnus in 2. de ani. tract. 3. cap. 12. char. 23. col. 3.
Lumen, quo illuminat aer, non est relatio respectu vnius, & non respectu alterius, sed comparatum ad omnes: sic, & lumen deferens & illuminans aerem facit aerem luminosum respectu omnium, & lumē maius a pluribus lucentibus congregatis tantum modo egreditur. Alber. Magn. de sens. & sensato. tract. 1. cap. 7. c. 4. c. 2.
Lumen est color perspicui secundum actum facti; quando color accipitur: quia re vera lumen est actus colorū in eo quod colores sunt, & ideo est natura formalis colorum. Alb. Mag. de sensu, & sensato tra. 2. c. 1. c. 9. c. 2.
Lumen secundum se acceptum non est color, nisi large sumpto colore. Albert. Magn. de sensu, & sensato tra. 2. cap. 2. chart. 11. col. 1.
Lumen a multis simul videtur, quia non est corpus, quod in diuersis partibus medijs idem secundum se remaneat, sed est passio, & motio formalis primorum sensibilium, & hoc esse non habet sine corpore, nec idem esse in diuersis corporibus, & idem in olfactu, & auditu accidit. Albertus Magnus de sensu, & sensato tra. 3. cap. secundo chart. 18. column. 2.
Lumen ut ad aliquid est, non quod sit relatiuum, sed est semper alicuius: id autem, cuius est motus localis luminosi corporis illius, & illius finem consequitur perspicui illuminatio sicut effectus consequitur causam. Alb. Magn. de sensu, & sensato tra. 3. c. 2. ch. 18. c. 2.
Lumen calidum est secundum effectum, et si aliquando lumen facit hoc, non facit, ut lumen, sed ut istius, vel illius corporis. Albert. Mag. de propriet. elem. tra. 2. lib. 1. cap. 12. char. 112. col. 2.
Lumen, quod est actus diaphani, est eadem ratione in his inferioribus, & in coelesti corpore. D. Thom. in 2. de celo. lect. 14. te. 53. chart. 43. col. 4.
Lumen per se est actus diaphani. D. Thom. in 3. meteor. ex digres. de coloribus lect. 3. ch. 195.
Lumen proficitur ab agente naturali, idest a corpore lucido per reductionem medijs de potentia naturali, quæ erat lucidum in potentia, ad esse lucidum actu. D. Tho. in 3. meteor. ex digres. de coloribus. l. 6. ch. 195.
Lumen est participatio, vel effectus lucis in diaphano. D. Thom. in 2. de ani. lec. 14. te. 70. ch. 75. col. 3.
Lumen est commune ad omnem effectum lucis in dia-

phano. D. Tho. in 2. de ani. lec. 14. te. 70. ch. 35. col. 31.
Lumen vocatur participatio lucis effecta in diaphano. D. Tho. de natu. lumi. opus. 1. ch. 84. col. 1.
Lumen est commune nomen ad omnem effectum lucis in diaphano. D. Tho. de nat. lum. opus. 5. ch. 14. col. 1.

Lumē, ut diuinū, & ut recipit a Sole, & ut forma celestis.

Lumen quamquam a Solis lumine illuminatur, nihil patitur, nec obtenebratur. Alexand. aphrod. in 2. de anim. cap. 38. chart. 50. col. 3.
Lumen maxime Soli tribuitur, & syderibus, deinceps igni, & quæ de igne plus referant. Them. in 2. de anim. cap. 23. te. 69. ch. 25. col. 3.
Luminis corporum coelestium natura videtur communicare cum natura formæ ignis, & præsertim lumē lunæ. Auer. de gen. animalium 3. cap. 1. ch. 238. col. 1.
Lumen per hoc, quod est forma celestis, cuius esse spirituale est, habet virtutem conferendi esse spiritualiter perspicuo ei, quod materialiter est in corpore materialiter terminato. Alb. Magn. de sex. princ. ch. 69. col. 3.
Lumen, ut lumen cœli calefacit calore viuifico, licet aliam proprietatem habere possit in quantum est lumē huius corporis, vel illius, ut alterius naturæ est lumen Iouis, alterius Martis. Alb. Mag. de celo l. 2. tra. 3. c. 3. c. 32. c. 4.
Lumen diuinæ bonitatis ab intellectualibus intellectualiter, & naturalibus naturaliter, a corporibus corporaliter, a celestibus mobiliter secundum vbi, a generabilibus secundum potentiam motus ad formam percipitur, & omnia mouet, & in se præcipue tria habet: idest, quod est per se sine priuatione intellectuæ (priuatio enim non nisi per alterum, est in intellectu) & est substantialiter sine assimilatione sicut ea, quæ non per se, sed sua similitudine sunt in intellectu, ut ea, quæ sunt cum continuo, & tempore: & tertio est primum, & vltimum bonum omnis boni, quod est principium, & finis idem manens perfectum. Alber. Mag. in 11. metaphy. tract. 2. cap. 6. ch. 153. col. 1.
Lumen Solis, est ut Solis calidum: ut autem accipit virtutē a Luna, est humidum. D. Tho. in 2. meteor. l. 13. c. 150.

Lumen, ut recipitur a Stellis.

Luminari apta nata sunt astra, & ignis, & si aliud est corpus huiusmodi. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 38. chart. 50. col. 2.
Lumen est propria forma stellarum, & corporis celestis, quæ vniuersaliter mouet materiam generabilium ad esse. Alb. Mag. in 2. de celo. tra. 3. cap. 3. c. 32. col. 4.
Lumen receptum a stellis in profunditate stellarum recipitur, & sic stellis incorporatum induit virtutem stellarum, & efficitur in effectum diuersarum qualitatum, ut diuersificantur stellæ, in quibus incorporatur. Albertus Magnus in 1. de celo tra. 1. cap. 11. ch. 7. col. 4.
Lumen alicuius stelle si facit frigus, non est ut lumē Solis, sed quia est lumen Solis in stellarum substantiam incorporatum, alterius sit naturæ. Alb. Mag. in 1. meteor. tra. 1. cap. 12. ch. 80. col. 3.
Lumen suscipit orbis, vel ut mediū deferens, & sic in parte, i qua nō lucet: vel ut suscipit in profundo, & sic in stellis in via lactea. Alb. Mag. in 1. mete. tra. 2. c. 5. c. 81. c. 3.

Lumen, ut penetrat vitrum.

Lumen per vitrum penetrat ob transparentiam corporis. Ioan. gram. in 1. post. cap. 24. ch. 51. col. 4.
Luminis virtus, & quam maxime suscipiatur.
Luminis maxime susceptiuū est ignis primo, secundo aer, tertio aqua. Alexand. aphrod. in 2. de anim. capit. 39. chart. 51. column. 2.

Lumen aeri aduenit non ex aliqua ipsius transmutatione factum, vt eius indicat præsentia, & absentia, nulum secum trahens tempus. Simp. in pri. de anim. te. 25. chart. 18. column. 1.
Lumen est necessarium ad videndum, non ex parte coloris, eo quod facit colores esse in actu, sed tantum in potentia, cum est in tenebris, sed ex parte diaphani, in quantum ipsum esse actu facit. D. Thom. de nat. lumen. opus. 5. chart. 84. colum. 2.

Lumen, vt habet contrarium, vt se habet ad tenebras, & vt est vicinum.

Lumen videtur esse contrarium tenebris. Aristoteles secundo de anim. sum. 4. cap. 3. text. 70. char. 632.
Lumen semper repercutitur, non enim fieret vbiq; lumen, sed tenebræ extra locum Sole illustratum: sed non sic repercutitur, vt ab aqua, aut aere, aut aliquo, lauium, vt vmbra faciat, qua lumen terminamus. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 4. te. 80. ch. 635.
Lumen vbi potentia est, ibi quoque haberi tenebræ possunt. The. in 2. de ani. cap. 22. te. 66. ch. 75. col. 2.
Luminis vicinitas est tribus modis: vel breuitate diametri: vel oppositione ad Zenith capitis: vel ad diametrum, vel ad lineam non multum a diametro distantem; tertio arctitudo spheræ, in qua Sol, vel alia stella calidi luminis mouetur, id est, loca solstitialia, in quibus parua est declinationis differentia. Alb. Magn. in 2. de celo tract. 3. cap. 3. chart. 32. col. 3.
Lumen in tenebris nullo modo extingui potest, cum tenebræ nihil sint. Albert. Magn. de sen. & sen. tract. 1. capit. 12. chart. 7. colum. 3.
Lumen nullum habet contrarium; colorum enim contrarietas non ex lumine est, sed ex contrarijs perspicui dispositionibus, quæ sunt opacitas, & transparentia partium determinati corporis in superficie continentæ. Alb. Magn. de sens. & sen. tract. 2. cap. 2. char. 10. col. 1.

Lumen, vt incidit in perspicuum.

Lumen perspicuo interminato, vt sua præsentia est causa coloris, & absentia, tenebræ, sic, & in terminatis corporibus plurima mistio perspicui corporis, vt album, quod tamen color, & maxime visibilis est. Alex. aphrod. in pri. natur. q. cap. 2. chart. 1.
Lumini hoc natura insitum est, vt quando in seque aliquod, & splendidum corpus inciderit, sic in illud agat, vt & ipsum similem operationem remittat. Ioan. grammat. in 2. de anim. te. 69. col. 1.
Lumen calefacere per reflexionem sensus iudicat. Auer. ex paraph. 2. de celo. te. 42. char. 139. col. 1.
Lumen incidens in corpus transparens ab ipso corpore polito, terminato, & corraso reflectitur ad purum angulum. Alb. magn. in sex. princ. ch. 69. col. 3.
Luminis susceptiuum, quod est, alteratur. Alber. Magn. in pri. meteor. tract. 2. cap. 6. char. 61. col. 3.
Lumen suscipit orbis, vel vt medium differens, & sic in parte in qua non lucet, vel vt suscipit in profundo, & sic in stellis in via lactea. Alber. Magn. in pri. meteor. tract. 2. cap. 6. chart. 81. col. 3.
Lumen nihil separat a corpore colorato per esse materiale, sed similem formam generat in medio, sicut similitudo formæ sigilli generatur in cera. Albert. Magn. de sens. & sen. tract. 1. cap. 10. ch. 6. col. 3.
Lumen interius requiritur ad visionem. D. Thom. de sens. & sensat. lec. 5. chart. 6. col. 2.
Lumen comparatur ad diaphanum, vt color ad corpus terminatum, quia vtrumque est actus, & forma sui susceptiui. D. Thom. in 2. de ani. cap. 12. ch. 34. col. 3.
Lumine, & ijs quæ ad visum pertinent, vt in rebus intellectualibus ob nobilitate sensus visus, qui est spi-

ritualior, & subtilior inter omnes sensus. D. Thom. in 2. de anim. lect. 14. te. 20. ch. 35. col. 2.
Lumen necessarium est ad videndum non ex parte coloris, eo quod facit colores esse actu, sed ex parte diaphani. D. Tho. in 2. de ani. l. 14. te. 20. ch. 35. col. 3.
Luminare, lux, lumen, & splendor differunt: quia luminare est corpus, quod in se, vt formam, habet lucem, vt Sol, Luna, & Stellæ. Lux dicitur forma luminis in luminari, vt in eo, quod est forma luminis primi. Lumen est, quod receptum est in alio corpore illuminato; lucens autem corpus non est ex alio lucens, nisi quod conueniunt in eo multæ partes nobiles formales diaphani, & in illis lumen generatum tenetur non amissum. Splendor est diuicatio luminis super corpus politum, & tersum. Alber. Magn. in secundo de anim. tract. 3. cap. secundo chart. 22. col. 2.
Luminare dicitur, quod in profundo sui recipit, & continet lumen secundum plenam sui capacitatem, vt stella. Alb. Magn. ethic. pri. tract. 6. cap. 6. ch. 16. col. 3.
Lunam sphericam esse visu patet, non enim fieret accrescens, & decrescens, plurimum quidem altera ex parte curua, & altera concaua, aut vtrinque curua, semel autem bipartita, & Solis eclipses nõ essent lunule speciem præferentes. Aristote. 2. de celo sum. 3. capit. 3. te. 59. chart. 312.
Luna circa eclipses semper curuam habet diffinientem lineam, quare quoniam patitur eclipsim propter terræ obiectionem; terræ circumferentia spherica existens, figuræ causa erit. Ari. 2. de celo sum. 3. c. 7. t. 109. c. 329.
Luna est principium generationis propter Solis societatem, receptumque lucis; sit enim quasi alter Sol minor; ideo cõducit ad omnes generationes, & perfectiones. Arist. de gene. ant. 4. cap. 4. char. 260.
Lunæ vmbra cur maiores quam Solis sunt, cum eodem proueniât perpendiculari? quia Sol superior quàm Luna est, itaque radius, qui de superiori prodierit, inferius cadere necesse est. Ari. pblematũ sect. 15. nu. 9. c. 493.
Lunam cur que in spheræ faciem conglobatur, rectam, cum semiplena est, cernimus? quia eodem in plano aspectus noster versatur, & circuli ambitus, quæ Lunæ Sol ingruens facit, quod cum agitur, Sol recta linea videtur. Cum enim, quod suum aspectum spheræ admouerit, orbem videre necesse sit, Lunaque spheræ faciem gerat, Solque eam aspiciat, orbis id profecto esse debet, quod a Sole efficitur. Hic ergo cum e regione se nobis præbet, plenilunium videtur. cum autem mutatur, & pterit, propter solis discessum, portio eius aspici potest: itaque sit, vt Luna altera parte recta videatur, cum altera orbem colligat, quoniam hemispherium aspectui ex diuerso positum est, quod semicirculum repræsentarit. Sæper enim aspectui obuia Luna est. At quoties Sol radios admouerit suos, respici nequit. Repletur post diem octauum de medio, quia paulatim euadens, orbem nobis exhibet propensioem. Cum itaque circulus aspectui se opponit, turbinis sectionem imitatur, curuatur in cornua iam Sole dimoto. Vbi enim Solis circumferentia ad puncta deuenit vltima, per quam orbis æqua portione secari videtur, circumferentia ipsius orbis apparet. non enim insuper ex aduerso oculis est, sed iam præterire incepit, & cum ita agatur, & orbis per eadem ducatur puncta, curuari in cornua necesse est. pars enim aliqua orbis prioris aduersi protinus aspectui se obducit, vt de parte lucida abscondi aliquid possit. Tum, etiam extrema in eodem persifunt, vt curuari in cornua necesse sit, sed plus minus ve pro Solis dimotione. Cum enim Sol dimouet sese, circulus quoque in eadem reuertitur puncta: quippe cum fieri possit, vt infinito numero inclinetur, siquidem summi circuli per eadem puncta describi facile infiniti possunt. Arist. problema. sec. 15. num. 6. chart. 492.
Luna mense suũ pagit cursũ augecẽs vicissim, imminutaq; tabe-

tabescens. Sol anni spacio suum orbem metitur, & Lucifer, & Mercurius eum æquante cursu. Pyrois spacio altero tanto maiore, Iouis Stella spacio Pyrois sex cuplic. Vltima Saturni, quæ dicitur tempore sesquialtero maiore quam quantum est id, quo circumagitur illa, quæ infra ipsam est proxime. Aristotel. de mundo. cap. 7. chart. 830.
Luna cum quadriformi noetur habitu, primo cum æqua portione diuisa est humida, & aliquantulum calida regit: secundo pleniter orbe, calida quodammo- do, & siccora est: tertio cum senescit, sicca, & frigida red dicitur: quarto, cum luce omni exhausta filet, frigida, humidaque euadit. Alexand. aphrod. problemat. 1. numer. 66. char. 686.
Lunæ defectus cur crebriores sunt quam Solis? quia Luna tam in terminos deficiendi coituum, quam in turbine vmbra, ex terra per Solis diametrum ortu incurrit, & quidem crebrius Lunam eo deuenire propter sui orbis celeriores absolutionem necesse est. Sol autem per coitus tantum defectuoni deputatos obumbratur, cum Luna cursum per eos agat, occultetque faciem superiorem, & quia Sol longe maior quam Luna est, ideo totus abscondi nequit. Luna sæpius tota occultatur. Mouere æs ferrumque multitudo, quoties Sol aut Luna deficit, consuevit quasi spiritus quosdã vitiosos velint depellere, haud enim per id tempus lumina benigne terram aspiciunt, nec benefica delibatio inde manat, qua mali infestique spiritus repelli possint, & cohereri. Ale. aphr. prob. 2. nu. 47. char. 740.
Lunæ defectus a Thalete Milesio prius inuenti sunt. Ammon. in præd. c. 24. idem Simp. in præd. c. 49.
Lunæ defectus in plenilunio tantum fit. Ammo. in prædicament. chart. 74.
Lunæ obliquus circulus est, secundum quem nodi transmutantur. Simplic. in 2. de celo te. 51. comment. 36. chart. 70. colum. 3.
Luna a coitus cum Sole tempore vsque ad semiplenam veris proportionem habet; a semiplena ad plenam, æstatis; a plena ad aliam semiplenam, autumnii: a quo a solis coniunctione hiemis proportionem gerit. Ioan. grammat. de generatione animal. libr. quarto. capit. 2. chart. 76. colum. 1.
Lunam, animam, ac maria foeminas proferimus, quia vt foemina in se ipsis recipiunt, ea quæ possident. Magn. in lib. de interpreta. char. 8.
Lunæ natura est similis naturæ terræ. Auerr. 1. de celo tex. 14. chart. 6. colum. 4.
Lunæ diuersitas eclipsis potest accidere ei propter diuersitatem sui situs ex loco, cum imaginati fuerimus, quod poli sui orbis mouentur super polos alterius orbis. Auer. 2. de celo text. 35. char. 56. colum. 1.
Lunæ macula rectius est quod sit aliqua pars in superficie Lunæ, quæ non recipiat lumen a Sole secundum modum recipiendi aliarum partium, & hoc non est prohibitum in corporibus celestibus, quoniam sicut in eis inuenitur illuminosum aliquo modo, ita obscurum, vt Luna. Auer. 2. de celo te. 49. char. 61. col. 4.
Lunæ lux a Sole acquisita non est secundum reflexionem, sed illuminatio eius est vt lumen secundum illuminationem per se, & cum ita sit, primo fit luminosum a Sole, deinde prouenit ab eo secundum quod lumen prouenit ab alijs Stellis, scilicet vt ab omni puncto eius exeant radii infiniti. Et si illuminatio eius esset secundum reflexionem, non illuminarentur ex terra, nisi loca terminata secundum suum situm: nam reflexio non fit, nisi secundum angulos terminatos. Auer. 2. de celo text. 49. chart. 61. colum. 4.
Lunæ macula si esset forma alicuius corporis montium, vel maris, vel esset corpus medium, contingeret, vt fieret diuersitas aspectus. Auerr. 2. de celo. text. 49. chart. 61. colum. 4.

Lunæ receptio luminis a Sole, impossibile est, vt sit per refractionem, vel reflexionem. Auer. meteor. pri. cap. 3. chart. 186. colum. 4.
Luna forte composita est ex naturis diaphanis, & ex naturis luminosis. Auer. 2. de anim. tex. 71. ch. 141. col. 1.
Lunæ draconis motum inuenerunt antiqui post Aristotelem. Auer. in 12. metaphy. te. co. 45. char. 154.
Lunæ effectus cognoscitur, & ostenditur in maturacione fructuum, & generatione plantarum. Auer. in epi. metaphy. trac. 4. char. 185. col. 3.
Lunæ vmbra, quæ in ipso Lunæ corpore cernitur, est ex parte Orientis versus inferiorem arcum Lunæ, & habet figuram draconis conuertentis caput ad occidentem, & caudam ad Orientem, reuoluentis ex parte in ferioris arcus, cuius cauda in fine est lata per modum folij, habentis tres portiones circuli ad se inuicem cõterminatas, in cuius draconis dorso erigitur figura arboris, cuius rami a medio stipite obliquantur inferiori parte Lunæ versus Orientem, & super obliquum stipitis eius per vlnas, & caput appodiatum est, homo cuius crura descendunt a superiori parte Lunæ, versus partem Occidentalem. Albertus Magnus in 2. de celo. tract. 3. capit. 8. char. 35. colum. 4.
Lunæ spheræ nata est mouere aquam, per quod mare ingreditur, & egreditur ad quantitatem, & ætatem Lunæ. Albertus magnus de gen. & cor. tractat. 6. capit. 4. char. 70. colum. 3.
Luna maxime principatum habet in corporibus terrenis (vt ait Ptolomæus) primo propter vicinitatem: secundo, quia in ea congregatæ sunt omnes virtutes mouentium superiorum, & quia ex lumine a Sole accepto efficitur quasi alter Sol. Albert. Magn. de iuuent. & sen. tra. 1. ca. 2. char. 48. colum. 3.
Lunæ circulationis differentia est ætatum differentia, quia primo cum accenditur est calida, & humida, vt prima ætas; deinde fit calida, & sicca vt est secunda ætas: tertio, cum humido egrediente deficit calidum, & sic tertia ætas: quarto fit sicca, & sic Luna cadens a plenitudine, & sic quarta ætas. Alber. Magn. de iuuen. & senec. tract. 1. cap. 2. c. 48. colum. 3.
Luna elementales qualitates non patitur, sed ista imaginamur, quia in inferiora hæc efficit. Albert. Mag. de iuuen. & sen. tract. 1. ca. secundo. c. 48. colum. 3.
Luna vocatur regina cœli, quia regit humiditates corporum inferiorum. Albert. magn. de propr. ele. l. 1. trac. 2. cap. 4. char. 108. colum. 3.
Lunæ effectus in humido elemento mirabiles sunt, quoniam de longinquo trahit, & mouet illud. Alb. magn. de proprie. elem. l. 1. tract. cap. 5. char. 109. col. 1.
Luna dimidia parum mouet aquas propter angulum Lunæ rectum. Albertus Magnus de proprie. elem. l. 1. tract. 2. cap. 6. char. 109. colum. 3.
Luna lumen Solis habet, sed temperaturum cum frigido, & humido. Albertus Magnus de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. capit. 9. char. 175. colum. 1.
Lunæ orbis (vt ait Aristot.) in aliquo terrestris est. Albertus Magnus de caus. & proces. vniuers. a caus. pri. lib. 1. tract. 4. cap. 8. char. 198. colum. 4.
Lunæ natura magnam habet communicationem cum substantia terræ, vt terra est generationis locus. Alb. Magnus de ani. li. 17. tract. 2. cap. 4. c. 150. col. 4.
Lunæ maculam, alii dicunt esse aliquod corpus inter nos, & Lunam interpositum, quod prohibet omnino ne claritatem Lunæ videamus, quod falsum est, nõ enim in omnibus partibus orbis eodem modo videretur. Alii asserunt esse similitudinem terræ, maris, vel montium, quæ resultat in Luna, vt forma in speculo, quod est falsum, quia in diuersis partibus terræ non esset eadem. Alii dicunt, quod est propter dispositionem substantiæ Lunæ, & horum alii dixerunt in inferiori superficie eius contineri, quasi exemplarem diuersitatem

tatem corporum; hæc sunt magis distincta, cuius opinionis est Iamblicus. Alij autem corpora cœlestia esse alterius naturæ a quatuor elementis; esse tamen excellentiori modo proprietates elementorum, in superioribus, quam in corporibus inferiorum: & cum Luna sit infimum cœlestium corporum, & terra elementorum, proportionaliter terra assimilatur naturæ eius ideo non est omnino illustrabilis a Sole. D. Thom. in 2. de cœl. l. 12. text. 49. c. 42. colum. 1.

Luna sapius eclipsatur, quam Sol, quia eclipsis Solis imeditur propter diuersitatem aspectus. Diuus Thom. in secundo de cœlo. l. 21. te. 75. char. 49. colum. 4.

Lunæ sphaera est nata mouere aquam. D. Thom. de gen. & cor. l. 24. te. 84. c. 22. col. 3.

Lupus ceruarius interna omnia lupo familia habet. Arif. de lust. anim. 2. cap. 17. c. 63.

Lupus fert, & parit, vt canis, coit vno tempore tantum, & parit ineunte æstate, & non verum esse videntur, lupos omnes termino dierum 12. parere. Aristoteles de historia animalium 6. capit. 35. char. 245.

Lupus canarius cœcos parit luporum ritu numero quam plurimum quatuor. Aristoteles de historia animalium sexto, capite 35. char. 245.

Lupus ceruarius coit vt canis, & cœcos generat numero duos, vel tres, aut quatuor, corpore longior, & cauda porrectior est, sed proceritate breuior: celeritate æque præstat. quamuis crura habeat breuia, mollis enim, & agilis est, prosilireque ob eam rem potest. Aristotel. de historia anim. 6. cap. 35. char. 245.

Lupi cum esuriunt, aiunt, quandam terram edere, quod ipsis est peculiare, nec alio tempore, nisi cum ægrotant, herbas tangunt, vt canes. Aristoteles de historia animalium 8. capit. quinto. char. 280.

Lupi homines petunt potius inertes, quam qui venatores. Aristoteles de hist. anim. 8. cap. quinto. char. 281.

Lupi in Corenensi agro cum canibus coeunt. Aristoteles de historia animal. 8. capit. 28. char. 310.

Lupus, Asino, Tauro, & Vulpi est hostis, quia eius carnes deuorant. Aristoteles de historia animalium 9. capit. prim. chart. 317.

Lupi apud Meotidem paludem sunt piscatorum familiares (vt aiunt) & nisi partem suam a piscatoribus acceperunt, retia cum in terra expansa reficcantur, lace-rant. Aristot. de historia ani. 9. cap. 36. char. 347.

Lupi ceruarii hominem diligunt, nec offendunt, nec me-tuunt: valde pugnant cum canibus, & leonibus. Arif. de historia animal. 9. capit. 44. char. 521.

Lupi eodem modo coeunt, ac canes. Aristotel. de histo. anim. 5. capit. 2. char. 148.

Lupi sæpe manducant, maxime solitarij lupi. Alber. mag. de anim. l. 7. tract. 1. cap. 5. char. 65. colum. 2.

Lupi Leopardum interficiunt, & cum vnus non possit, plures ipsum insequuntur. Albertus Magnus de animalib. li. 8. tract. 2. ca. 2. char. 74. colum. 4.

Lupi aquatici inueniuntur iuxta paludem Meotidem, qui fugant pisces & pellunt eos in retia, & piscatores captis piscibus dant partem lupis, alioqui absentibus piscatoribus frangunt retia. Albertus Magnus de ani. lib. 8. tract. 2. ca. 5. c. 78. colum. 2.

Lupi quoddam genus est, quod vocatur Chabem, & amat homines, & pugnat cum leonibus, & canibus. Albert. Magnus. de ani. li. 8. tract. 5. ca. 1. c. 82. colum. 4.

Lupi, & leones semper cum electionem habent manducandi hominem, vel aliud animal, parcut homini. Albertus Magn. de ani. l. 8. tract. 5. cap. 1. c. 82. col. 4.

Lupus est animal notum, ferox, & dolosum, & si hominem prius videt, vocem aufert: si videtur prius ab homine, audaciam amittit; & si homo soluerit amictum, vocem recuperat. Oues naturaliter odit, & non solum, quæ sibi sunt satis, ab ipso occiduntur, sed quas potest, occidit. Toto anno duodecim tantum diebus

lupi coeunt, & tunc sunt ferociores, & virgam offeant habent: ex equo inter se prædam diuidunt, & si super-est, alios vlulatu clamant. Cordæ de visceribus ouium, cum cordis de visceribus lupi permixta non fonant. Vestimenta de lana animalis à lupo comesti sunt pediculosa semper. Lupi cauda ad boum præsepe suspensa, non permittit comedere boues. Si aliquis in lancea calcaneum lupæ femine deferat, & alij lanceati contra ipsum veniant, non ei nocebunt, quandiu in lancea calcaneus remanet. Tympanum ex corio lupi factum, & percussum, facit crepare omnia tympana. Cauda lupi in villa sepulta prohibet lupos, & muscas ab introitu. Dentes corium, vel oculos lupi qui secum defert in causa obtinebit, si aduocatum habeat, & erit diues apud omnes gentes. Stercus cum vino albo, & subtili coctum nimis confert colico. Albertus Magnus de animalib. li. 22. tract. 2. ca. 1. c. 181. colum. 3.

Luscina parit æstate quinque aut sex oua, & conditur ab autumno vsque ad vernos dies. Aristoteles de historia animalium quinto, capit. 9. char. 155.

Lusciofitas accidit oculis nigris, quæ est copia humorum, quæ minoribus natu potius accidit; cerebrum enim eorum humidius est. Aristoteles de generatione animalium, quinto, capit. 1. char. 267.

Lusionis causa serio laborare, & agere, puerile, & stultum est. Aristo. 10. ethicor. nicom. ca. 6. char. 254.

Lusus, & iocus differunt, quia lusu intelligitur beneficare animus illius, in quem est lusus; ioco vero intelligitur, vt delectetur iocans cum illo, ideo boni ludunt, sed non iocantur. Auerroes rhetoricorum secundo, ca. quarto. char. 45. colum. 3.

Luter animal est notum catto longius, & corporis latioris, longa cauda, breuium crurium, colore fusco, & nitente. Viuit venatione piscium, & in antris habitat; domatur aliquando, & tunc pellit pisces in retia, est dentium acutorum, & valde mordax. Albertus Mag. de ani. li. 22. tra. 2. char. 181. colum. 3.

Lutum sapientiæ fit ex testa contrita, & iterum comista, & decocta, & cum est factum vas, non comminuitur ab igne. Alb. Mag. in 4. de miner. ca. 7. c. 149. col. 1.

Lux, quæ tenuior, & velocior est, cur corpora densa non penetrat, & strepitus potest: quia lux directo itinere fertur, & ita si quid illi sit obuium, lucem discludi necesse est. At strepitus, quia spiritus est, ferri non recte etiam potest: itaque vndique strepitum sentire licet, & non tantum recte procedentem. Aristotel. proble. sec. 11. num. 49. chart. 467.

Lucem cur percipimus, cum per noctem inter dormiendum oculos repente aperimus? quia spiritus videndi coactus, amplificatusque in dormiendo vniuersus largæ copia erumpit per tenebras, atque elucet, itaque speciem quandam lucis potest conspiciari. Ale. aphrod. problem. prim. num. 69. char. 687.

Lux fit per habitum earum rerum, quæ per lustrare possunt, ad ea, quæ collustrari nata sunt, nec enim lumen est corpus, ideo citra tempus fit. Alexander aphrod. in prim. de anim. ca. 13. char. 35. colum. 3.

Lux non est corpus, tam repentinus enim non esset motus. Io. gram. in 2. de ani. te. 69. chart. 53. colum. 4.

Lux procedit secundum rectum, non secundum circulum. Io. gram. in 2. de ani. te. 69. char. 53. colum. 4.

Lux est non corpus, sed perspicui operatio, quæ est perspicua, quæ ab effectiuo fit. Ioan. grammat. in 2. de anim. te. 69. chart. 54. colum. 3.

Luci tenebræ contrariæ sunt secundum quid, & secundum quid non. Similiter secundum quid priuatio, secundum quid non. Si quis enim sumat priuationem, vt ad formam non reuertitur, non sunt tenebræ priuatio, sed contrarium. Si formæ solum absentiam, quæ ad formam reuertitur, sunt tenebræ priuatio. Et si contraria sumuntur, vt forma prædita sunt, tenebræ

tenebræ non sunt contrariæ luci. Ioannes grammat. in secundo de anim. te. 69. char. 56. colum. 3.

Lux corpus non est, cum sit operatio, & nulla operatio est corpus. Io. gram. in 2. de ani. te. 69. ch. 56. col. 3.

Lux fieri videtur in hoc corpore igneo, diaphano simplici, quod est in concauo Lunæ, cum agit in corpore denso, vt ei admiscetur. Auer. de subst. orb. c. 2. c. 4. c. 4.

Lux non indicat astra ignem esse, quia omne, quod lucet, non est ignis. Auer. in paraphr. 2. de cœlo te. 42. char. 139. colum. 1.

Lux est necessaria in videndo colorem, quia facit diaphanum in potentia, diaphanum in actu. Auer. 1. de anim. te. 67. chart. 140. col. 1.

Lux necessaria est in essendo colores visibiles, aut quia dat coloribus formam, & habitum, quo agunt in diaphano: aut quia dat diaphano formam, qua recipit motum a coloribus: aut vtrunque. Auerr. 2. de anim. te. 67. chart. 140. col. 2.

Lucem coloribus habitum, & formam largiri impossibile est, aliter comparatio visionis ad colorem, esset accidentalis. Auer. ibid.

Lux non est necessaria in essendo colorem mouentem in in actus, nisi secundum quod dat subiecto sibi proprio receptionem motus a se. Auerr. ibidem.

Lux est illud, quod facit colores motiuos in actu. Auerroes ibidem.

Lux non est nisi habitus corporis diaphani. Auerroes ibidem colum. 4.

Lux est visibilis per se, color est visibilis mediante luce, & ideo coloris natura est alia à lucis natura. Auerroes secundo de anim. te. 73. char. 141. colum. 2.

Lux largitur diaphano præparationem, vt moueatur a coloribus, non quod largiatur coloribus habitum. Auer. secundo de ani. te. 73. chart. 141. col. 2.

Lux duas habet reflexiones, fortem, & debilem; fortis, facit lucem secundam: secunda est lux debilis, propter quam videtur res in vmbra. Auerroes 2. de anim. tex. 80. chart. 142. colum. 4.

Lux innata est exire a lucido secundum rectas illuminationes ad partem oppositam lucidæ parti ex corpore luminoso. Auer. 2. de ani. te. 80. ch. 142. col. 4.

Lux est colorum hypostasis. Albertus Magnus in topic. chart. 265. colum. 2.

Lux est in vapore ad formam, & subtilitatem aeris condensati, & a terrestri depurata, micans, & inmans. Albert. Magn. in topic. ch. 263. col. 1.

Lux eadem est in aere, & in corpore terminato essentia: at in aere est lux, in corpore terminato est color albus, vel viridis, secundum diuersitatem corporis terminati. Alb. Magn. in 2. phy. tra. 2. cap. 9. ch. 21. col. 2.

Lux non est corpus, iuxta Peripatericorum opinionem. Alb. Magn. in 4. phy. tra. 2. cap. 8. chart. 50. col. 2.

Lucens omne tegit corpora, quæ sunt post se, siue lucens calefcens sit cœleste, vt stella: siue ignis, vt flamma. ignis non tegit corpora cœlestia, ergo non lucet. Alb. Mag. in 1. meteor. tract. 2. cap. 6. chart. 81. col. 2.

Lucidi naturam sapit omne transparens. Albertus Magn. in prim. meteor. trac. 2. cap. 6. char. 81. col. 3.

Lux a corpore luminoso in pyramide egreditur a quolibet puncto corporis luminosi, & basis est circularis superficies luminosa, cuius diameter a cono veniens, & per centrum basis transiens, fortioris est luminis, & irrumpit vaporem, vt lapis aquam, & vapor irruptus trahit se circulariter ad extremum, & illuminatur ibi, & fit halo: & tanto maiori fit, quanto longius fecatur a corpore luminoso. Albertus Magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 4. chart. 110. col. 3.

Lux omnium colorum est hypostasis, & substantia formalis, & constituit colores intincta radijs suis in per-

spicuo denso. Alb. Mag. in 3. met. tr. 4. c. 9. c. 111. c. 4.

Lux, & lumen est qualitas corporis luminosi, vt est luminosum, quæ ab ipso procedit generata, & formatur tã in diaphanum terminatum, q̃ in diaphanum peruium, & sic est eius actus ipsum pficiens in esse accidentali, quo ipsum est perspicuum; procedens autem in id, quod est terminatum, est actus colorum. Alber. Magn. in secundo de anim. tra. 3. cap. 12. chart. 23. colum. 3.

Lux, lucere, & lumen si in se considerantur, nullam realem differentiam habent, vel paruam; si autem relata ad alia quædam, tunc magnam inter se habent differentiam, quia lux est forma luminis in corpore, quod fundit lucem; lucere est emanare formam illam in aliud; & lumen est iã recepta forma illa ab eo, qd̃ primo lucet. Alb. Magn. ex pri. de intel. & intel. trac. 3. c. 1. c. 88. c. 4.

Lux est de natura perspicui, & connaturalis perfectio ipsius. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tra. 1. c. 7. c. 70. col. 2.

Lux est qualitas actiua corporis cœlestis, per quam agit; & est in tertia specie qualitatis, vt est color. D. Thom. in secundo de ani. l. 14. te. 70. ch. 35. col. 2.

Lux differt a colore, quia lux est qualitas primi corporis alterantis, quod non habet contrarium; color autem est aliquod contrarium. D. Thomas in secundo de ani. l. 14. tex. 70. cha. 75. col. 2.

Lux est qualitas actiua corporis cœlestis, per quam agit, & est in tertia specie qualitatis. D. Thom. de natur. lumin. opus. 5. chart. 84. col. 1.

Lux non habet contrarium, cum sit qualitas corporis primi alterantis, & ideo diaphanum semper est in vltima dispositione ad formam; ideo statim illuminatur, quia luci nihil est contrarium. D. Thom. de nat. lum. opus. 5. chart. 84. colum. 1.

Lux quodammodo est substantia coloris, & ad eã omne visibile actu reducitur. D. Tho. de natur. lumin. opus. 5. chart. 84. colum. 2.

Lucis ratio cœli est ibi in ratione visibilitatis: Alex de ales in 12. metaph. te. 50. chart. 350. col. 3.

Luxuriosus est, qui est albi coloris, & hirsutus, rectis capillis, & crassis, & nigris; & tempora hirsuta, oculus pinguis, & lasciuus. Arif. de physio. cap. 6. ch. 342.

Luxuria facit in luxuriosis id, quod ætas facit in pueris. Albert. Mag. in 7. phy. tra. 1. cap. 9. ch. 85. col. 3.

Lyncem vrinam terra operire scribitur, eo quod ad multa, præsertimque ad gemmarum vtilitatem, præstat. Arif. de admir. aud. numer. 74. chart. 851.

Lynx est animal notum, præspicax oculis, linguam serpentinam habens, quam vltra modum extendit, collum circum agit, & oculos habet prominentes, & vngnes magnos. Lupo longior est, sed crura habet longiora, velox saltu, venatu viuit, & innocuum est homini. Alb. Magn. de animalib. li. 22. tra. 2. cap. 1. ch. 181. col. 2.

Ligdamis Naxius cum exules eiecisset, nec qui illorum res vellet emere, nisi paruo pretio, inueniretur, ipsis exulibus vendidit. Statuas quoque, & alia eiusdem generis dona Dijs immortalibus dicanda, quæcunque illi in quibusdam officinis imperfecta reliquerant, partim ipsis exulibus, partim cæterorum cuique volenti ita vendidit, vt ementis nomen vnicuique rei sic emptæ inscriberetur. Arif. de re fam. chart. 804.

Lyngis est auicula quatuor vngnes habens, vtrunque binos, paulo maior, quam Fringilla, colore vario. Habet linguam serpentibus similem, quippe quam in longitudinem mensura quatuor digitorum porrigat, rursumque contrahat intra rostrum: collum etiam inauersum circum agit, reliquo quiescente corpore, modo serpentum, vnde torquilla vulgo appellata est, quam turbo ab antiquis. Vngnes ei grandes, & similes, vt monedulis exeunt, & voce stridet. Aristoteles de historia animalium secundo, cap. 12. char. 53.

M



MAGISTRATUS omnes moriuntur, vt plurimum, calore acuto consumante substantiam. Albert. Magn. de mort. & vit. tract. 2. capit. 7. chart. 61. col. 4.

Magentinus fuit post Ammonium. Mag. in lib. de interpr. c. 8.

Magis, & minus suscipere duobus modis intelligitur; primo, quod est esse perfectius, & imperfectius, & sic omne genus suscipit magis, & minus: alio modo, pro eo, quod est intendi, & remitti, & sic, nec substantia, nec quantitas suscipit magis, vel minus. Thom. de Vio in præd. chart. 51. col. 2.

Magis, & minus in formis non sunt, nisi quædam participationes formarum secundum diuersos gradus. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 18. ch. 90. col. 3.

Magis, & minus aliter est in positiuis, aliter in priuatiuis; in positiuis est per diuersum accessum, ad aliquod primum; in positiuis, per diuersum recessum ab aliquo primo. Alex. de ales in 4. metaph. te. 18. ch. 90. col. 3.

Magistratum gerere, in republica omnes, impossibile est; sed, aut per annum, aut per aliud determinatum tempus. Arist. polit. 2. cap. 1. ch. 516.

Magistratum, si ijdem semper gererent in republica, melius foret, si fieri posset, existimauit Plato. Arist. ibid.

Magistratus semper eisdem esse, periculosum est. Arist. polit. 2. cap. 3. chart. 525.

Magistratus, non solum optimos, sed ditissimos esse Carthaginenses volebant; quasi impossibile sit, si quis egenus existat; eum bene magistratum gerere, aut quietè optare. Arist. polit. 2. cap. 9. chart. 551.

Magistratus maximos venales esse, prauum est, totam enim ciuitatem ad studium pecuniarum conuertit. Nam quicquid apud ciuitatis principes habetur in pretio, necessario, & aliorum ciuium opinionem sequitur. Ari. ibid.

Magistratus plures ab vno geti, vt Carthaginensibus contigit prauum esse videtur; vnum enim opus ab vno optime perficitur. Arist. ibid. chart. 552.

Magistratus non sunt existimandi omnes, qui eliguntur; vel assumuntur sorte, vt Sacerdotes, & qui pompas ducunt, vt Præcones, & Legati. Ari. pol. 4. ca. 15. ch. 635.

Magistratus illi maxime, & simpliciter dicendi sunt, quibus datum est deliberare de quibusdam, & statuere, & maxime hoc extremum: nã iubere imperiosius est. Ari. ibi.

Magistratus singuli ad singula opera reipublicæ sunt deputandi; nisi ob paucos ciues in parua ciuitate aliter faciendum sit. Arist. ibid. chart. 636.

Magistratum oportet esse in ciuitate; cui cura sit populû consilio præuenire, ne ociosus sit. Aristoteles politic. 4. cap. 15. chart. 638.

Magistratum consideratio in tres fit partes; prima, qui sunt, qui magistratus constituunt; alia, ex quibus constituuntur; tertia, per quem modum. Arist. politicor. 4. cap. 15. chart. 638.

Magistratus, qui constituunt, sunt vel omnes ciues, aut quidam; vel ex omnibus, vel ex quibusdam determinatis, vt vel per censum, vel per genus, vel per virtutem, vel per aliquid tale. Et hoc, aut per electionem, aut per sortem. Et hæc simul conduplicata, vt aut quosdam aliqui, aut quosdam omnes, & quidam ex omnibus, & quidam ex quibusdam, & quædam electione, quædam sorte: & sic vniuersiusque quatuor sunt modi, aut omnes ex omnibus per electionem, aut omnes ex omnibus per sortem: & vel ex cunctis, vel quasi diuisim per tri-

bus, & conuentus, & societates, quousque transeat per vniuersos ciues; aut semper ex omnibus, partim sic, partim illo modo. Et si pauci constituunt magistratus, aut ex omnibus per electionem, aut ex omnibus per sortem, aut ex quibusdam per electionem, aut ex quibusdam per sortem, vel partim hoc modo, partim illo; id est, partim ex omnibus per electionem, partim per sortem; & ita duodecim efficiuntur modi sortium, duobus conduplicatis. Arist. pol. 4. cap. 15. ch. 638.

Magistratus creandi constitutiones populares sunt, omnes ex omnibus eligere, vel sorte facere, vel partim sorte, partim electione. Arist. pol. 4. cap. 15. ch. 638.

Magistratus creandi constitutiones reipublicæ sunt ex omnibus constituere, vel ex quibusdam, vel sorte, vel electione, vel vtroque modo, aut partim ex omnibus, partim ex quibusdam vtroque modo, id est, partim electione, partim sorte. Arist. ibidem.

Magistratus creandi constitutiones paucorum potentia sunt, quosdam ex omnibus constituere, partim ex electione, partim ex sorte, aut vtroque modo, illos sorte, hos electione. Arist. polit. 4. cap. 15. ch. 638.

Magistratus creandi constitutiones optimatum sunt, quosdam ex omnibus, quosdam ex quibusdam, vel quosdam electione, quosdam sorte. Arist. ibid.

Magistratum a nobilibus teneri, optimatum est. Arist. pol. 5. cap. 8. chart. 668.

Magistratus principales, qui sunt suscepturi, tria habere debent. Primo, vt ament præsentem ciuitatis statum. Deinde, vt habeant potentiam maximam ad ea exequenda, quæ magistratus requirit. Tertio, vt habeant virtutem, & iustitiam in vnaquaque republica ad ipsam rempublicam. Arist. pol. 5. cap. 9. ch. 669.

Magistratus qui habere debent, si sit in re militari, potius ad scientiam rei militaris, quam ad probitatem animaduertendum est: & si sit in administratione ærarij, plus probitatis requiritur, quam scientiæ. Arist. polit. 5. cap. 9. chart. 670.

Magistratus, alij sunt, sine quibus respublica esse nequit; alij sunt, sine quibus bene habitari ciuitas non valet. Arist. polit. 6. cap. 8. chart. 707.

Magistratus primo creandi sunt, qui curam rerum necessarium habeant, vt in foro adsint, & venundentur, & curam habeant circa honestatem, & contractus. Altera cura est, de publicis, & priuatis rebus, de ædificatione decenti, de viarum conseruatione, ac directione, & præterea sint, qui curam habeant pecuniarum, & is apud quem præscribi oportet priuatorum contractus, & iudicium sententias, & qui versantur circa executionem eorum, qui damnati sunt, & circa eorum pœnas, & custodias. Arist. polit. 6. capite 8. ch. 707.

Magistratus creandi sunt in ciuitate, qui curam habeant custodiæ vrbs, & circa ea omnia, quæ ad bellicam expeditionem ordinantur, & super vnoquoque Præfecti instituantur, & supra hos alium creare oportet magistratum, qui ipse nihil tractet, sed rationes repetat, & corrigat; & præter hos necessarius est, qui præsideat multitudini. Arist. ibid.

Magistratus species quædam est, quæ circa omne diuinum versatur, vt Sacerdotes; & æditui circa templa, & circa sacrificia publica. Arist. polit. 6. cap. 8. ch. 711.

Magistratus sunt tres, per quos assumunt quidam summæ potestates: Conseruatores legum, & Præconsultores, & Consilium. Conseruatorum legum est optimatum magistratus: Præconsultores paucorum: Consilium populare. Ari. polit. 6. ca. 8. ch. 712.

Magistratum præsentia ante oculos posita gignit veram reuerentiam, & liberalem pudorem. Aristot. politic. 7. cap. 12. chart. 739.

Magistratum, qui gerit, multis benefacere potest. Arist. rhetor. 2. chart. 97.

Magi-

Magistratum edicta sunt, quæ Prætores vrbs, vel peregrini, vel ædiles curules iura dedere. Boet. in topic. Cic. 1. 3. chart. 796.

Magister primus nunquam creditur dixisse aliquid sine forti probatione. Auer. pri. de gen. tex. 38. c. 161. c. 1.

Magnales aues sunt Orientis, valde magnæ, pedibus nigris, & rostro, hominibus non nocentes, piscibus insidiantur, & non comedunt illos. Albertus Magnus de anim. lib. 23. cap. 24. chart. 193. col. 4.

Magnanimitas quid est, & circa quæ versatur.

Magnanimitas est mediocritas circa honorem, & ignominiam: excessus, inflatio: defectus, pusillanimitas. Arist. 2. ethicorum nicom. cap. 7. char. 43.

Magnanimus is est, qui cum magnis sit dignus, magnis quoque se esse dignum existimat: nam qui pro dignitate id non facit, stolidus est. Arist. 4. ethic. nico. c. 3. c. 90.

Magnanimus esse magnitudine extremus, in eo vero quod oportet, melius: eo enim dignum se censet, quod pro dignitate est. Arist. 4. ethic. nico. cap. 2. char. 91.

Magnanimus circa honores, & ignominias versatur. Ari. 4. ethic. nico. cap. 3. char. 91.

Magnanimitas est quasi ornamentum virtutis. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 92.

Magnanimi contemptores esse videntur. Ari. ibid. c. 93.

Magnanimitas est insolentia, & pusillanimitatis mediocritas, & circa honorem, & inhonorantiam versatur, & honorem quidem non a multis, sed a probis attributum, qui ei præcipue conueniat. Arist. mag. mor. pri. cap. 23. chart. 301.

Magnanimitas non est de omni honore, sed de optimo. Arist. mag. moral. pri. cap. 23. char. 301.

Magnanimus est, qui non se ita obijcit, vt minore quam sit par honore velit honestari, nec rursus quam deceat maiori, nec omni. Arist. mag. mor. pri. cap. 23. ch. 301.

Magnanimitas est virtus animæ, per quam ferre possunt homines vtranque fortunam, honorem, & ignominiam. Arist. de virtutib. char. 477.

Magnanimitatis est pulchre ferre, & foelicitatè, & infoelicitatè, & honorè, & ignominiam, & non admirari, nec delicias, nec clientelas, nec potestates, nec victorias gymnicas: habere autem quandam animi altitudinem; & magnitudinem. Est autem, nec vitam magni faciens magnanimus, nec vitæ amans, simplex porro moribus, & generosus, iniuria potens lacessiri, & non vindex. Magnanimitatem autem sequitur simplicitas, & veritas. Arist. de virtutib. chart. 480.

Magnanimitas est virtus magna conferens beneficia. Ari. rhetor. pri. chart. 37.

Magnanimitati contraria, & quæ ei conueniunt.

Magnanimitati respōdet virtus, quæ circa parua versatur, quæ innominata est, vt magnanimitas circa magna, cuius excessus est ambitio, defectus in ambitio: medium vacat nomine, sed appetit honorem, vt oportet. Arist. 2. ethic. nico. cap. 7. chart. 43.

Magnanimus, cum maximis honoribus dignus sit, optimus quoque sit necesse est: maiori enim honore dignus est, qui est melior, & maximis optimus. Arist. ethicor. nico. capit. 3. chart. 91.

Magnanimo nullo pacto conuenit, vt suasionem aliqua fraudolenter vtatur, ac fugiat, aut iniuste agat; cuius enim causa turpe aliquid faciet is, cui nihil est magnū? Arist. 4. ethi. nico. cap. 3. chart. 92.

Magnanimus, si non est bonus, ridiculus est. Aristote. 4. ethicorum nico. capite 3. chart. 92.

Magnanimum esse difficile est, cum id existere sine integritate nullo modo queat, id est sine virtutum omnium perfectione. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. ch. 92.

Magnanimus honores, qui a quibuslibet e vulgo hominibus exhibentur, vt quibus non est dignus, contemnet; & simili modo ignominiam, vt quæ circa ipsam iure non accidat. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. ch. 92.

Magnanimus ob eos honores, qui magni sunt, & a probis viris exhibentur, mediocriter lætabitur, vt sibi accomodatos, vel etiam minores, quam sibi conueniat. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 92.

Magnanimus in diuitijs, & potestatibus, & omni tā prospera, quam aduersa fortuna vtrūque contigerit, moderate se geret, vt neque prosperis succubibus lætitia gestat, nec in aduersis tristitia supra modum obruat, nec circa honorem quasi bonorum maximum ita se geret. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. ch. 92.

Magnanimitatem fortunæ prosperitates conferunt. Ari. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 93.

Magnanimus non parua, nec frequenter pericula subit, sed raro, & ob magnas res periculis se exponit. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 94.

Magnanimi est a nemine quippiam, aut vix tandem petere, sed prompte alijs ministrare. Aristot. 4. ethicor. nico. cap. 3. chart. 94.

Magnanimus magnum se præstare debet apud eos, qui in dignitate sunt, præclaræque fortuna vtuntur: apud mediocres vero mediocrem, eo quod illos superare difficile, atque egregium; hos facile est; & inter illos gloriari a generoso animo non est alienum, inter humiles, inuidiosum. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. ch. 94.

Magnanimus maiorem curam habere debet veritatis, quam opinionis, & agit omnia, & dicit aperte. Ideo liberior est in loquendo, nisi vbi dissimulatione vtitur, qua ad multitudinem vtitur. Arist. 4. ethi. nico. c. 3. c. 95.

Magnanimi est viuere ad alterius arbitrium non posse, nisi ad amici: est enim seruile alterius arbitrio viuere. Arist. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 95.

Magnanimus non est admirator: nihil enim magnū apud ipsum est, nec iniuriarum memor. Aristot. 4. ethicor. nico. capit. 3. chart. 95.

Magnanimi non est meminisse, & præsertim malorum, sed ea potius despiciere. Arist. 4. ethi. nico. ca. 3. ch. 95.

Magnanimus nec de se, nec de altero quippiam dicit, nec vt ipse laudetur, nec vt alij vituperentur, curat. Sed nec laudator, nec maledicus est. Aristot. 4. ethicor. nico. cap. 3. chart. 95.

Magnanimus de necessarijs, & paruis non est querulus, nec precabundus, & eiusmodi est, vt infructuosa magis quam fructuosa, & vtilia acquirat, & possideat. Ari. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 95.

Magnanimi motus tardus est, vox pergrauis, & locutio stabilis. Ari. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 95.

Magnanimitati pusillanimitas est magis opposita, quam inflatio, vt quæ contingat, & prior sit. Aristot. 4. ethic. nico. cap. 3. chart. 96.

Magnanimitas, vel omnes virtutes consequitur, vel ipsam omnes virtutes consequuntur. Aristot. mor. eud. capit. 7. chart. 422.

Magnanimus magis spectat quid vni sapienti probetur, quam multitudini, vt vulgo. Arist. eud. 3. c. 7. ch. 423.

Magnificer putant homines ab ijs, qui inferiores sunt genere, & virtute, & pecunijs, & ab ijs, quibus aliquis putat conuenire, vt sibi benigne fiat. hi autem sunt, quibus ipse benigne fecit, aut facit, aut aliquis suorum, aut per ipsum, aut vult, aut voluit. Ari. rhet. 2. ch. 70.

Magnanimus sermonem de Deo facere debet. Eust. 4. ethicor. cap. 3. chart. 186.

Magnes trahit ferrum, quia ferrum ad lapidem fertur, non trahentem ipsum vi ad se, sed huius desiderio, quo ipsum indiget: habet autem ipsum lapis, lapis enim videtur esse terræ, ex qua ferrum foditur, aridus, vel a tēpore, vel ab alia causa: non enim solū animata, sed inanimata et desiderant. Ale. aph. in 2. nat. q. c. 23. c. 10. Magnes

Magnes lapis trahit ferrum, qui Hercules etiam nuncupatur. Simpl. in 7. physic. char. 374. col. 2.
Magnes ideo trahit ferrum, & electrum paleam, quia sunt quidam defluxus corporei, qui proficiuntur ab ipsis quiescentibus, & sic trahentibus, quibus tangentibus, & connexis (vt quidam aiunt) trahuntur ea, quæ trahi videntur. Simpl. in 7. phy. ch. 374. col. 2.
Magnes lapis secundum alteram, & alteram partem attrahit, & expetit ferrum. Io. gra. in 3. phy. te. 34. c. 61. c. 1.
Magnes attrahit ferrum aere mediante, non tamè ipsum aere ad se trahit. Auerr. ex paraph. 2. de cælo tex. 32. char. 139. column. 1.
Magnes mouetur ad ferrum propter similitudinem formæ, quam habet cum ferro, & ideo ferrum est locus eius, & ideo cum impeditur vis illius similitudinis, linendo succo allii, non amplius attrahit. Alber. magn. in 7. phy. tract. 1. cap. 3. col. 2.
Magnes ideo mouet ferrum, quia alterat solum virtute sua, & generat aliquid circa ipsum. Albert. magn. in 8. physic. tract. 2. cap. 5. ch. 94. col. 4.
Magnes est lapis ferruginei coloris, qui in mari Indico, vt plurimum inuenitur: attrahit ferrum: vnctus allio nõ trahit ferrum, nec si ei superponatur adamas. Et inuētus est vnus magnes, qui ab vno latere traxit ferrum, ab alio fugauit. Cum mulla acceptum curat hydropicos. Albertus magn. in 2. de miner. ex tract. 2. capit. 10. chart. 140. column. 4.
Magnetis quoddam genus in vno latere attrahit ferrum, in alio fugit ferrum. Albertus magn. de natur. locor. dist. 1. cap. 4. chart. 94. col. 2.
Magnes dum mouet ferrum, dat ei aliquam qualitatem tribus de causis. Primo, quia non trahit nisi de propinquo. Secundo, quia si perungatur allijs, nõ trahit. Tertio, quia si magnes est paruus, prius ferrum oportet illiniri magnetem. D. Thom. in 7. physicor. l. 3. tex. 10. chart. 109. col. 3.
Magnesia niger est lapis, qua vtuntur vitrearii. Distillat in magno, & forti igne, & immixtus vitro, purificat vitri substantiam. Albert. magn. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 10. chart. 141. col. 1.
Magnificentia quid est, & quæ dicuntur magnifica.
Magnificentia est iactationis, & vilitatis medietas, versaturque circa sumptus, quos magnificum facere par est. Arist. magn. moral. pri. cap. 24. ch. 301.
Magnificus non ex qualibet operatione dicitur, sed ex sumptibus. Arist. moral. eud. 6. cap. 8. ch. 425.
Magnificentia non est absque sumptibus. Arist. moral. eud. 6. cap. 8. chart. 425.
Magnificentia virtus est, quæ magnitudinem in sumptibus adhibet; pusillanimitas, & paruificentia contra. Aristot. rhetoric. 1. char. 37.
Magnificentissimus est sumptus, qui in magna re est magnus. Aristot. 4. ethic. nicom. cap. 2. ch. 89.
Magnifici est, vt in quocunque genere quippiam fecerit, magnifice id faciat. Quod enim eiusmodi est: & separari non facile potest, & ita se habet: vt sumptus dignitas postulat. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. ch. 89.
Magnificum, quod est, admirabile est, operisque magnificentia virtus in magnitudine est. Aristote. 4. ethicor. nicom. cap. 2. chart. 88.
Magnificas impensas, & honorabiles dicimus, quæ ad decorum donaria, edificaciones, & sacrificia pertinent, quæque ad omne geniorum numen spectant, quæ item ad publicam munificentiam, gloriosæ sunt. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. chart. 88.
Magnificentia est mediocritas circa pecunias: excessus est decori imperitia, vel indecorum, & ineptitudo operaria, defectus paruificentia. Arist. 2. ethic. nicom. c. 7. ch. 43.
Magnificus non dicitur, qui in paruis, aut mediocribus

pro dignitate sumptus facit, sed qui in magnis. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. chart. 86.
Magnificetia est liberalitatis pars. Eust. 4. mor. c. 2. c. 111.
Magnificus, vt differt à liberali.

Magnificus qui est, liberalis continuo est: at qui liberalis, non continuo magnificus. Aristoteles 4. ethic. nicom. cap. 2. chart. 87.
Magnificus in toto differt substantia, & diffinitione a liberali: nam in liberali non mouet nisi gratuita comunicatio suorum: in magnifico potius magnum decens expendentem, & eum, circa quem fit expensa. Albert. magn. ethic. 4. trac. 1. cap. 9. ch. 50. col. 2.
Magnificus in expendendo modum quendam habet liberalitatis in hoc, quod non retracta manu, sed libera, & extenta expedite donat. Albert. magn. 4. ethicor. trac. 1. cap. 9. chart. 50. col. 2.

Magnificentia opera, & sumptus.

Magnifici sumptus, & magni, & decentes sunt; talia enim, & opera esse debent, ita vt sumptus, & operi decorus euadat, & sumptus opere, & opus sumptu dignum sit, vel etiam excedat. & magis considerabit quomodo pulcherrimum, & decentissimum opus efficiatur, quam quanti constet, quomodoque fieri minimo pretio possit. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. ch. 87.
Magnificus in nis impensis priuatis consideratur, quæ semel fieri consueuerunt, vt nuptiæ, & quid tale. Aristot. 4. ethic. nicom. cap. 2. chart. 88.
Magnificus non in suum, sed in publicum decus sumptuosus est. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. chart. 89.
Magnifici est ita ædes extruere, vt diuitis conueniant, & sumptus facere in ea opera, quæ sunt magis diuturna, & in singulis decorum seruare, nam non eadem sunt dijs, & hominibus; & ad templum, & sepulchrum accommodata. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. ch. 89.

Magnitudinis diuisio.

Magnitudo alia ad vnum, & est linea; alia ad duo, & est superficies; alia ad tria, & est corpus. & præter hanc nulla est magnitudo. Arist. 1. de cælo. tex. 2. c. 244.
Magnitudo omnis, vel finita, vel infinita, at nulla est magnitudo infinita. Arist. 12. metaph. c. 3. te. 41. ch. 254.
Magnitudo imperfecta generatione prior est, substantia posterior, vt inanimatum animato. Arist. 12. metaph. ex sum. 1. cap. 2. chart. 267.
Magnitudo duplex: alia materiata, & indefinita, quæ secundum extensionem, & ipsiusmet in res pene innumerabiles effusionem consideratur: alia autem determinata, ac formata forma, & metro. Simpl. in 4. physic. tex. 15. chart. 193. col. 1.
Magnitudines quinque sunt, linea, superficies, corpus, locus, & tempus. Simp. in 6. phy. te. 1. c. 350. col. 2.
Magnitudo duobus modis opponitur: absolute, & relative. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 10. ch. 293. col. 4.

Magnitudo quid est, & vt cognoscitur.

Magnitudo omnis continua est. Arist. physic. 4. su. 3. cap. 3. tex. 99. ch. 109.
Magnitudo dicitur, quod est diuisibile potestate in continua, si ad vnum, linea; si ad duo, superficies; si ad tria, corpus. Arist. 5. metaph. cap. 18. ch. 102.
Magnitudinem esse omne, quod habet partes, nõ est necesse: numerus enim partes habet, nec est magnitudo. Alexander aphrod. in pri. de. anim. capitu. 9. chart. 34. column. 1.
Magnitudo est quantum continuum, Simp. in. præ. c. 31. Magni-

Magnitudo est quædam forma: magnum, & paruū sunt differentie. Simpl. in 4. phy. te. 84. char. 251. col. 2.
Magnitudinis partes faciens est magnitudo. Auer. pri. de gener. te. 30. char. 160. col. 1.
Magnitudines non cognoscuntur ab anima per contactum intelligentiæ, quia sic non posset anima intelligere nisi magnitudines existentes, sed intelligit magnitudines quæ non sunt: potest enim intelligere anima duplam quantitatem quantitatis cæli. D. Thom. de mem. & rem. lect. 7. char. 30. colum. 3.
Magnitudines non certificantur, nec notificantur, nisi, vt sunt numeri. Ale. de ales. in 5. metaph. te. 19. c. 137. c. 1.
Magnitudo absolute dicta est fundamentum æqualitatis vt induit rationem vnus, & vt induit rationem multitudinis, est fundamentum magni, & paru. Alexand. de ales in 10. metaph. te. 19. char. 295. col. 1.

Magnitudo è quibus constat, & a quibus, & quō considerat.

Magnitudo nulla fit ex intelligibilibus. Arist. physic. 4. sum. 1. cap. 1. te. 10. char. 79.
Magnitudo, motus, & tempus quo ad compositionem ex indiuisibilibus eodem modo se habent, vel omnia sunt ex indiuisibilibus, vel nullum. Aristot. physico. 6. sum. 1. ca. 1. te. 4. char. 146.
Magnitudo omnis in magnitudine diuisibili est, est enim continua, & continuum ex indiuisibilibus non est. Arist. phy. 6. sum. 1. c. 2. te. 11. c. 148.
Magnitudinem ex non magnitudinibus esse incōueniēs est. Ari. 1. de gene. & cor. ca. 2. te. 8. c. 385.
Magnitudo nulla fit ex partibus carentibus, cum extensionem nullam habeant. ergo nec ex punctis linea, nec ex instantibus tempus componitur. Ari. de lineis infec. chart. 93.
Magnitudinem ex indiuisibilibus componi non est possibile. Ari. 12. metaph. ex sum. 2. ca. 3. ch. 285.
Magnitudo quædam etli conceditur, quod sit, quæ non sentitur, ideo non est putandum magnam quandam molem esse, quæ sensum non feriat, & quandam minimam a sensu comprehensibilem. Ale. aphr. de sensu, & sens. ex lectio. 4. commen. 60. char. 23. col. 1.
Magnitudo non potest componi ex punctis, quia circulus non posset diuidi in paria, vel punctum posset diuidi: nam potest ex imparibus consistere circulus punctis. Them. in 6. phy. te. 3. c. 48. col. 4.
Magnitudinis experts esse debet id, ad cuius constitutionem nullus est magnitudinis vsus, etiam si diuidi ac distrahi per accidens possit. Themisti. in 1. de anima ca. 20. te. 47. chart. 65. col. 4.
Magnitudo infinita ex partibus separatis esse non potest, quia infinito daretur infinitum maius. Simpl. in 1. phy. te. 38. char. 57. col. 2.
Magnitudo nulla ex indiuisibilibus constat, nec ex ipsis componitur. Io. gram. in 4. phy. te. 10. char. 107. col. 4.
Magnitudine carens magnitudinem constituere non potest. Ioannes grammat. in 1. de generat. & corru. te. 8. comment. 33. char. 15.
Magnitudines considerat Euclides in decimo, vt sunt numeri. Auer. in phy. 4. te. 109. char. 86. col. 3.
Magnitudo prima non inuenitur ex magnitudine rei, a qua incipit generatio. Auer. in phy. 6. t. 130. c. 59. co. 3.
Magnitudines considerantur a philosopho naturali vt sūt fines, seu extrema, & termini corporum naturalium materialium. Auer. 3. phy. expositi. med. ch. 206. col. 4.
Magnitudines considerantur a mathematico, vt abstracta a materia naturali, vt sunt vltima materia. Auer. in 1. de cælo. te. 1. char. 2. col. 2.
Magnitudines, lineæ, & superficies, aliter a Geometra, & aliter a Naturali considerantur: nam Naturalis corpora considerat, vt mobilia, & superficies, & lineas vt sunt termini corporum mobilium: Geometra au-

tem pro ut sunt quædam quanta mēsurabilia. D. Thom. in 1. de cælo 71. te. 1. lect. 1. col. 3.
Magnitudo rei attenditur secundum multitudinem partium, ex quibus componitur secundum aliquem modum. D. Tho. 7. politic. lect. 3. char. 105. col. 3.

Magnitudinis proprietates, & differentia.

Magnitudines diuisæ in partes æquas semper in infinitum diuisent. Ari. phy. 3. c. 7. te. 60. char. 74.
Magnitudo, & tempus eodem se habent modo: si vnū in finitum est, & reliquum infinitum erit; & si reliquum finitum erit, finitum erit alterū, vel diuisione, vel extremis. Ari. phy. 6. sum. 2. ca. 3. te. 18. char. 151.
Magnitudo, & tempus isdem, & æqualibus diuisionibus diuiditur. Ari. phy. 6. su. 1. ca. 1. char. 150.
Magnitudine quod caret, id mouere nõ potest. Ari. phy. 8. sum. 4. ca. 1. te. 83. char. 241.
Magnitudines si essent infinitæ, & loca infinita esse necessarium est, & eorum motus infiniti erunt. Arist. 1. de cælo. te. 58. char. 262.
Magnitudo eadem per congregationem non fit grauior. Arist. 3. de cælo sum. 8. c. 1. te. 57. char. 352.
Magnitudinem aliquam habere debet id, quod augetur. Ari. de gene. & cor. c. 2. te. 32. char. 398.
Magnitudine nulla res naturalis priuata est, vt videntur sensibilia separata, in formis sensibilibus intelligibilia sunt, & quæ in abstractione dicuntur, & quæcunque sensibilem habitus, & passiones sunt. Ari. 3. de anima. sum. 1. cap. 5. te. 39. char. 663.
Magnitudinibus, quæ profunditate inæquales sunt accidit, vt si partem leuiorem moueas, circumferatur, qñ iacitur; quia non potest grauius ita velociter ferri, ac leuius, cum eisdem viribus iactum est. Sed cum uotum moueri necesse sit, fieri vero non possit, vt æque omni ex parte moueatur, sequitur, vt si pari celeritate feratur, eandem lineam peragant. Sin aut alterū altero feratur celerius, circulo ferri necesse est, cum hoc solo in genere figuræ efficiatur, vt puncta eadem subalterna lineas inæquales possint eodem tempore permeare. Aristot. problem. sec. 16. nume. 3. ch. 497.
Magnitudo omnis diuisa cur minor suo toto videtur? quoniam omnia numerum recipiunt, quamquam magnitudinis ratione minora, quam vnum illud, existat: totum autem potius magnitudinis præferat naturam, vt continuum: partes vero potius numeri naturam sortiuntur. Ari. proble. sec. 16. nu. 7. c. 499.
Magnitudo finita non habet potentiam finitam. Ari. 12. metaph. c. 3. te. 41. ch. 254.
Magnitudine terminas vno intervallo, minor est illa magnitudine, quæ terminat. Ale. aph. in 1. top. c. 2. c. 5. c. 3.
Magnitudines & si in infinitum diuidi possunt, nõ tñ actu in finitum sunt diuisibiles. The. in 3. phy. c. 31. c. 4. Idem D. Thom. in 6. phy. l. 10. te. 74. char. 102. colum. 1.
Magnitudo non potest crescere in infinitum, sed tantum solum quantum abraße diuisione partes in vnum collecte efficiunt: non enim datur cælo magnitudo maior. Them. in pri. phy. te. 60. c. 31. col. 4.
Magnitudo ex sua natura videtur infinitatem indepta, quia in magnitudines alias deinceps extrahitur. The. in 3. phy. te. 70. char. 32. col. 4.
Magnitudo omnis continua, aut scetilis est, aut insectilis: non insectilis, quia non esset continua, ergo scetilis. Them. in 6. phy. te. 2. ch. 48. col. 4.
Magnitudo, & si fit in infinitum indiuisibilis, non tamen partes eius actu infinitæ sunt, sed vna quidem actu, potentia vero multæ. Simplicius in prim. physicor. char. 47. colum. 1.
Magnitudo non est potentia in infinitum diuisa, sed diuisibilis. Simplicius in prim. physicor. chart. 47. columna secunda.

Magnitudine data quavis non licet maiorem accipere, quia non datur magnitudo maior cœlo. Simplicius in tertio physicor. te. 61. char. 178. col. 2.
Magnitudo non augetur sine potentia. Simp. in 8. phys. te. 80. char. 429. col. 2.
Magnitudine quacunque data, minorem inuenire licet, si non actu, potentia tamen. Ioannes grammati. in 3. phy. te. 61. char. 71. col. 2.
Magnitudo si non diuideretur in rem diuisibilem velocius non posset moueri per magnitudinem in aliquo tempore, ut moueretur tardius in illo tempore, quia diuideretur in diuisibile. Auerroes phy. sexto. te. 11. char. 116. columna 2.
Magnitudinis partes, ex quibus generatum, generatur, sunt diuersæ in specie, & sunt in motu locali, & in augmento eadem in specie, & diuersæ in numero. Auerroes phy. 6. te. 59. char. 130. column. 2.
Magnitudo diuiditur in tres mensuras, quia non est quarta mensura, in quam diuidatur ipsa magnitudo. Auerroes prim. de cœlo. tex. 2. char. 2. colum. 3.
Magnitudinem habere latius patet, quam corpus habere. Auer. ex paraph. pri. de cœlo. char. 125. col. 3.
Magnitudo, cum de se mensura sit, ideo motum mensurat, & si quo ad nos, & per accidens magnitudinem motum mensuramus. Alb. mag. in 4. phy. tr. 3. c. 9. ch. 55. col. 2.
Magnitudo omnis habet potentia pluralitatem. D. Tho. in pri. de cœlo. l. 3. te. 5. char. 3. col. 2.
Magnitudines duæ æqualis quãtãtatis non possunt differre, nisi secundum situm. D. Tho. in 4. phy. l. 15. t. 76. c. 60. c. 2.

Magnitudo, ut se habet ad motum, & potentiam.

Magnitudo vna vnum motum habet. Arist. phys. 6. su. 3. cap. 2. te. 35. c. 156.
Magnitudinem finitam pertransire infinitum in tempore finito, impossibile est. Aristotel. physicor. 6. sum. 4. capit. 3. tex. 63. char. 166.
Magnitudinem minorem moueri nil prohibet, quam ut visioni sit manifesta, & in magna fieri visibile. Aristot. q. mechan. nu. 1. c. 781.
Magnitudo eadem iisdem mota viribus in aere plusquam in aqua progreditur, & ob id magis in contrarium procedit nauigium quam remi ipsius palmula. Aristoteles quæst. mechan. nu. 5. char. 781.
Magnitudinem maiorem ubi asserre licet, ibi maiorem vim asserre licet. Them. in 8. phy. te. 20. c. 59. col. 1.
Magnitudines maiores similibus motibus secundum naturam citius mouentur, quam minores. Simplic. in 2. de cœlo. te. 46. com. 3. i. char. 68. col. 4.
Magnitudinis diuisibilitas est in causa in diuisibilitate velocitatis, & tarditatis in infinitum. Auerr. sexto phys. te. 15. char. 117. col. 3.
Magnitudines non esse indiuisibiles tribus probauit Aristoteles. Primo, ex natura continuorum, & contiguum. Secundo, ex natura moti, & motus. Tertio, ex natura velocioris, & tardioris. Auer. phy. sexto te. 22. c. 119. c. 4.

Magnitudo ut ad corpus pertinet.

Magnitudinis virtus est superare proceritate, altitudine, & latitudine plerisque tanto magis, ut ne tardiores reddat motiones. Arist. rhet. pri. char. 23.
Magni valde qui sunt, tardi: latione enim sanguinis magnum locum continente motus tarde accedunt ad sapere. Aristoteles physiognom. capit. 10. char. 356.
Magni, qui humidis vtuntur carnibus, & aut coloribus, qui propter frigiditatem innascuntur, nihil perficiunt. existente enim latione in magno loco, & tardo propter frigiditatem non permittit aliquid accedere ad sapere. Aristoteles physiognom. capit. 10. char. 356.
Magni siccis carnibus vtentes, & coloribus per calidita-

tem, fiunt perfectiui, & sensitiui. existente enim latione in loco magna, & tarda propter frigiditatem, nihil conducet accedens ad sapere. Aristotel. physiognom. ca. 10. char. 356.
Magni siccis carnibus vtentes, & coloribus propter caliditatem, fiunt perfectiui & sensitiui. magnitudinis enim excessum, & carnium, & coloris caliditas acquisiuit, ut commensurata sit ad perficiendum. Aristotel. physiognom. capit. 10. chart. 356.
Magnum, & paruum de quanto continuo dicuntur, multum, & paucum de discreto. Am. in prædic. chart. 62. Idem Ale. de ales 10. metaph. te. 295. col. 4.
Magnum, & paruum sunt de numero relatiuæ quantitas. Auer. 3. de cœlo. te. 50. char. 98. col. 4.
Maior terminus consideratur in plus, quam medium, & minor. Aristot. poste. l. 2. c. 11. te. 24. chart. 384.
Maiora sunt composita, quam simplicia, ex quibus componuntur. Ale. aphr. in 1. prior. cap. 33. te. 61. col. 1.
Maiora de minoribus, non autem minora de maioribus prædicantur. Boet. in porphy. ex dialo. chart. 11.
Maior extremitas est, quæ prædicatur in 1. figura. Boet. de syllog. cat. char. 592.
Maior extremitas in 2. figura est, de qua primo medium prædicatur. Boet. cod. loco. char. 593.
Maior extremitas in 3. figura est, quæ primo prædicatur. Boet. loco. cod. char. 595.
Maius omne diuiditur in æquale, & plus. D. Thom. in 3. de cœlo. lib. 3. tex. 9. char. 58. col. 1.
Malachias est piscis extra mollis, & interius durus, compositus ex substantia, quæ est media inter carnem & cartilaginem. Alb. mag. de ani. lib. 4. tr. 8. c. 1. cha. 45. col. 4.
Malachia ex membris habent pedes, & caput, & hoc caput est inter pedes suos, & suum corpus est conculcatum super caput suum: & inter caput, & pedes habent quædam membra, & alas, & communiter 8. pedes, et si aliquando plures. Alb. mag. de animalibus lib. 4. tract. 1. capit. 1. chart. 46. colum. 1.
Malachia, & sepiæ coeunt ponentes ora super ora, & in inuoluendo pedes circa pedes. Alb. mag. de animalibus lib. 5. ca. 2. te. 1. char. 53. col. 1.
Mala granata stercore porcino radicibus iniecto, & aqua dulci frigida rigata, meliora redduntur. Aristot. 1. de plan. cap. 3. char. 375.
Malum granatum vult locum arenosum, & pingue fere, ut vitis. Alb. mag. de veg. & plan. l. 7. tr. 2. c. 3. c. 178. c. 3.
Mali succus bullit ut vinum, & sæpe conuertitur in acetum, & ex syluestribus melius acetum efficitur. Alb. mag. de veg. lib. 6. tract. 1. ca. 25. char. 156. col. 3.
Malitia, & virtus non sunt contrariæ, sed opponuntur, ut priuatio, & habitus. Ioannes grammati. in 1. phys. te. 48. char. 20. col. 1.
Malitiæ excessus esse potest circa vitia omnibus virtutibus opposita. D. Tho. ethi. 7. lect. 5. char. 121. col. 3.
Mallue est piscis, qui in corpore nullam prorsus habet superfluam humiditatem, nec vas alicuius superfluitatis. Alb. mag. de animalibus lib. 4. tract. 1. ca. 1. ch. 45. col. 4.
Malua est herba habens folia ut luna, quæ anfitireos est, florem album habens, in mane ad orientem, & in sero ad occidentem, in meridie autem statim erectum, & est frigida, & humida. Al. mag. de veg. & plan. l. 6. t. 2. c. 12. c. 167. c. 4.

Malum quid est, & eius diuisio.

Malum multiplex, bonum vnum solum est. Aristot. mag. moral. 1. cap. 22. char. 300.
Malum grauissimum est solitudo. Aristot. lib. 1. mag. moral. cap. 1. char. 430.
Mala omnia non metuuntur. Ari. rhet. 2. char. 79.
Malum secundum se nihil est, nec substantia, nec accedens, sed priuatio. Alb. mag. in præd. chart. 62. col. 4.
Malum non est nisi priuatio modi, & commensurationis ad bonum. Alb. mag. ibidem. char. 63. col. 1.

Malum

Malum nihil aliud est, nisi infirmari, & corrumpi in modis, & commensurationibus, siue proportionibus, & habitudinibus participandi bonum illud, secundum gradum vniuersiuique nature debitum. Albert. mag. in 1. metaph. tract. 2. c. 5. char. 60. col. 2.
Malum in natura non est aliquid existentium, ideo non habet causam aliquam essentialem, sed priuatio est harmoniæ, & commensurationis principiorum constituentium, & priuatio modi ipsorum. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 15. char. 87. col. 1.
Malum non est ens, & si dicantur stellæ quædam malæ, & iniustæ, hoc quo ad nos, non quo ad ipsas est. Alb. mag. in 9. metaph. tract. 4. cap. 4. c. 141. col. 4.
Malum non determinatur per formam, sed per priuationem formæ, vel per priuationem habitudinis ad formam. Alb. mag. ethicorum. 1. tr. 2. ca. 5. char. 4. col. 4.
Malum primum est essentialiter malum. Albert. magnus ethico. 1. tract. 1. cap. 5. char. 4. col. 4.
Malum omne, aut est malum corporis, aut malum animæ, vel malum angeli. Malum corporis est contra naturam esse. Malum animæ contra potentiam esse. Malum angeli est contra Dei formam intellectum esse. Alb. mag. ethico. 1. tract. 2. cap. 5. char. 5. col. 1.
Mali locus est bonum: malum infinitum est: malum omnifarium est, ut inquit Pythagoras. Alb. mag. ethico. 1. tract. 2. ca. 5. char. 5. col. 1.
Malum nullius rei est principium, quia ex priuatione nihil entium constituitur. Alb. mag. ethico. 5. tract. 2. ca. 5. char. 5. col. 2.
Malum nullum summum est, quia nihil est adeo malum, quod non possit fieri peius. Alb. mag. ethico. 1. tract. 2. cap. 5. char. 5. colum. 2.
Malum diuiditur in malum culpæ, & in malum pœnæ. malum culpæ fortis non expectat: malum autem pœnæ dupliciter consideratur in se, & ut admittit honestum bonum; in se non est malum, nisi in quantum contrariatur nature boni, & admittit illum. Albertus magnus ethico. 3. tract. 2. cap. 2. char. 42. col. 2.
Malum non aufert totum bonum, sed particulare bonum, cuius est priuatio. D. Tho. ethico. 4. le. 13. c. 72. col. 1.
Malum non potest esse integrum. D. Tho. ethico. 4. lect. 13. char. 72. colum. 1.
Malum minus de duobus malis est semper eligendum. D. Thom. 6. polit. l. 2. char. 92. col. 2.
Malum est quoddam non esse, & esse est quoddam bonum. Alexan. de ales in 1. metaphys. char. 15. col. 4.
Malum non cadit sub appetitu, quia nemo operatur ad malum aspiciens ad malum, sed operatur malum in natura boni. Ale. de ales in 5. metha. te. 3. char. 106. co. 2.
Malum est priuatio perfectionis, quæ aliqua res est apta nata habere. Ideo ubi malum, ibi potentia. Ale. de ales in 9. metaph. te. 19. char. 273. col. 3.
Malum non est purum dare, quod non sit admistum alicui bono. Ale. de ales 11. meta. te. 1. char. 309. col. 2.

Malum in quo est, & vnde prouenit.

Mali nulla scientia, & facultas causa est. Aristot. mag. moral. 1. cap. 2. char. 271.
Mala nemo sponte agit, ubi scit esse mala. Aristotel. mag. moral. 1. cap. 12. text. 289.
Mala, quæ quis arbitratur, nemo vult. Aristot. mora. eudem. 2. cap. 8. char. 396.
Malum non est præter res, quia non est sine potentia. Arist. 9. metaphys. te. 19. ca. 5. c. 189.
Malum in rebus per materiam, & potestiam est & potestiam per se. Alex. aphr. in 8. meta. vel. 9. com. 21. ch. 244. col. 1.
Malum prouenit ab imbecillitate materiæ, & a priuatione ipsi inhærente. Them. 11. meta. char. 24.
Malum non existit in diuino, sed in natura mortalium. Auer. 3. de cœlo. te. 25. col. 4.
Mala proueniunt propter necessitatem materiæ. Auer.

epitome metaph. tractat. 4. chart. 85. columna 3.
Malum non habet causam efficientem, sed ex defectu fit. Albert. mag. in 1. metaph. te. 3. cap. 11. char. 63. col. 3.
Mali omnis nihil potest esse causa. Albertus Magnus ethico. 1. tract. 2. cap. 5. char. 4. col. 4.

Malum ut expetit, & cognoscitur.

Malum qui agit sponte, peior est eo, qui agit vi. Aristoteles 5. meta. te. 34. ca. 29. ch. 17.
Mala si expetuntur, non sub mali specie, sed sub boni optantur. Ale. aphr. in lib. elen. ch. 102. Idem. Amm. in porphy. ch. 1. colum. 4.
Mali cognitio bona est. Io. gr. in 1. de ani. te. 1. ch. 5. c. 2.
Malum non vitatur, nisi cognitum. Albertus magnus ethico. 1. tract. 3. cap. 2. ch. 6. col. 3.
Male dicentes dicimus non posse dicere. Aristot. meta. 5. te. 19. cap. 11. char. 11.
Mammæ sunt laxior contextus corporis, quibus iuncta est papilla, per quam foemina lac transfusum elicitur. Aristot. de histo. animal. ca. 12. ch. 23.
Mamillarum caro spissa est in masculis, in mulieribus fungosa, & foraminulenta est. Ari. de hist. ani. 1. c. 12. c. 23.
Mammæ nullum animal (præter hominem) gerit in parte prioris: elephas enim non in pectore, sed paulo citra duas habet. Arist. de histo. anim. 2. cap. 1. c. 37.
Mammæ animalia varie habere compertum est: nam aliis sunt iuxta pectus binæ, binisque papillis, ut homini, ut elephantis: sub armis duæ tam mari, quam foeminae quam exigua. Vrsæ quaternæ: aliis binæ mammæ, & papillæ sunt, ut ouibus. Aliis quatuor papillæ, ut vacis. Aliæ habent in ventre, & plures, ut canes, & fues: panthera ventre medio quatuor gerit. Camelus duas cum quatuor papillis, ut vacca habet. Leæna duas in ventre. Solipedis maribus non sunt mammæ, nisi ijs, qui similes matribus prodire, quod in equorum genere euenit. Ari. de histo. ani. 2. ca. 1. char. 42.
Mammæ oibus animalibus negatæ sunt, quæ aial nequeunt generare, sed tamen ijs datæ sunt, quæ inter se protinus aial formant. Vnde delphinus mamas hæt, animal. n. concipit, & creat. Ari. de histo. ani. 2. ca. 13. char. 55.
Mammæ datæ sunt ijs, quæ aial intra se concipiunt & in lucem edunt, ut homo, & equus, & in aquatilibus delphinus, vitulus marinus, & balena. Ari. de hist. ani. 3. cap. 20. char. 101.
Mammæ quadrupedibus non sunt inter crura in pectore, quæ essent impedimento: at homini cum non impediatur, ibi constitutæ sunt: maribus quæ, quæ couenit sic ut operiatur cordis sedes, sed foeminis ad alterum quocumque vsu natura concessit: cibum. n. in his suis paruulis recondit. homini binæ, quia binæ sunt partes, dextra & sinistra. Aristot. de partib. animal. 4. ca. 10. ch. 535.
Mammæ aialia quadrupeda hüt, quæ sola ungula constât, aut cornua, & partem numero pauciores. hæc mamas inter femora hüt, easque binas: quæ aut numerosiori partu, & pedes multitudine sunt, hæc plures hüt, duplici ordine utroque de latere, ut fues, & canes: aut duas tantum medio ventre, ut leo, quia minus lacte abundat. Aristoteles de partibus animalium quarto. capit. 10. chart. 536.
Mammæ nulla animalia inter femora habent, cui pedes discreti in digitos sunt. Aristoteles ibidem.
Mammæ numerosiores habent, quæ multæ proles sunt. Aristot. de partib. anim. quarto. capit. 10. char. 537.
Mammæ inter femora habent, quæ non multifida, sed de prolia sunt, aut cornuta, ut equa, Asina, Camelus. Ari. de partib. anim. quarto. cap. 10. c. 537.
Mammæ in homine, & mas, & foemina habent: in ceteris nonnulli carent, ut equi; non enim omnes, sed tantum qui matri similes prodire, habent. Aristoteles de part. animal. 4. capit. 10. chart. 537.
Mamillæ sunt exterius in pectore, ex venis, & neruis, & arterijs creatæ, inter quas continuat caro laxa, glândulosa

alba, quæ modicum habet sensum, & est instrumentum lactis ad nutrimentum nati, vt sanguinis epar est formatiuum ad nutrimentum interiorum. Alb. mag. de ani. l. 1. tractat. 2. cap. 23. char. 20. colum. 3.

Mamillæ in masculis sunt ad decorem, vel forte, vt expurgetur aliqua superfluitas per carnem illam laxam ipsarum, & euaporet. Alberus magnus. ibidem.

Mamillæ cui pendent, & molli carne circumdatæ sunt, effeminatione, & vinolentiæ, & intemperantiam pati designant. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 23. c. 20. colum. 3.

Mamillas duas hêt mulier, elephas, & simia: sed in situ differunt, qa elephas hêt mamillas iuxta subcellaria sua, & paruas respectu suæ quantitatis: mulier vero contra, magnas habet mamillas respectu sui corporis, qa diu lacte sustentari vult infans, vt elephas paruo tpe nutrit mamillis. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 1. c. 3. c. 30. col. 4.

Mamillas alia aialia hêt quatuor, vt vacca, & alia duo, vt homines: alia in ventre hêt, vt canes, porci, & huiusmodi, alia in pectore. Albertus magnus de animal. lib. 2. tract. 1. ca. 3. chart. 30. columna. 4.

Mamillas multas hêt ferè oia aialia quadrupeda fidentia pedes in multos digitos, & dêtes feræ hêtia: sed in aliquibus non ita est, vt in leopardo, leæna, camela. Alb. Magnus de animalibus li. 2. tract. 1. c. 3. chart. 30. col. 4.

Mamilla hêt cõuenientiam cum partu singularem, ita vt expertum sit in partu hominis, q̄ immittere papillam mamillæ in os partus, valet contra omnia nocumenta, quæ accidere possunt partui, si sepius hoc fiat, & mulgere lac in corpus, & faciem eius, valet ad rectam figuram, & membrorum dispositionem. Alber. magn. de animalibus. li. 3. tra. 2. ca. 9. char. 44. columna 4.

Mamillarum poma continue intumescunt, quousq; suo pondere decidant, & tunc subactæ fiunt mamillæ pendentes plenæ impregnantibus, vacuæ non impregnantibus. Albert. magn. de ani. l. 9. tract. 1. ca. 1. c. 85. co. 2.

Mammonetus est animal minus quàm simia, fuscû in dorso, in ventre candidum, cauda longa, & villosa, & habet nasum distinctum ab ore vt homo. Pugnat cum simijs implacabili odio, & audacia præualet, etsi viribus est impar. Alb. mag. de anim. li. 22. tra. 2. ch. 181. col. 4.

Mandibula secundum tres motus, quos habet, musculos habet mouentes. Primus aperiendi motus, musculos inferius habet aperiendi. Claudendi aut motus habet superius. Molendi vero cibû, cum sit motus transuersus mouens mandibulam, habet musculos transuersos. Motus claudendi duobus perficitur musculis temporum, quia qui cerebro vicini sunt, non distinguuntur ab ipso nisi ossè capitis; molles esse necesse est: & quia sunt cerebro vicini, lesi inducunt phrenesim, & mortem: Ideo natura sepeliunt eos sub ossè paris, & quousque durefcunt, protenduntur in canali ossis, & tunc decrefcunt, & chordas emittunt, & in homine parui sunt, quia non est fortis morsu, at in alijs animalibus fortis morsus, sunt magni hi musculi. Quia tamen frequens est iste motus, ideo duos alios musculos duos adiumento illis dedit natura interius descendentes, & se innectunt ad fornices, vel arcus mandibulæ. Musculi vero aperientes mandibulam veniunt ex quibusdam additamentis, quæ sunt post aurem, qui descendentes colliguntur, & fiunt vnus musculus, & deinde faciunt chordam, & iterum fit musculus, qui applicans fila sua mento, aperit mandibulam. Musculus masticationis duplex est, vnus ab vna parte, alius ab alia mittentes villos, & sunt trianguli musculi, quorum vterque mittit filum vnum ad mandibulam inferius, & aliud ad os superius, ita, vt inter ista est basis creata continua, & per illam mouent transuersè mandibulam. Albert. magn. de ani. l. 1. tract. 2. ca. 14. c. 14. col. 2.

Mandibulam inferiorem omne animal mouet præter tẽ cham. Alb. magn. de ani. li. 3. tract. 2. cap. 1. c. 39. col. 3.

Mandragora radicem habet, quæ tenet similitudinem

formæ hominis. frigida, & sicca est, masculus, & foemina, hæc folia, vt lactuca, illa, vt bliti. Albert. magn. de veget. & plant. l. 6. tra. 2. cap. 11. char. 167. col. 3.

Mandragoram si quis biberit cum vino, si secandus, vel mutilandus est, dormiens secabitur sine sensu: herispilam sanat cum aceto superposita radix eius trita. Albert. magn. de veget. & plant. l. 6. tr. 2. c. 12. c. 167. c. 3.

Manifesta per immanifesta monstrare est non potentis indicare, quod per seipsum, & non per seipsum notum est. Aristot. phys. 2. cap. 4. te. 6. char. 31.

Manifestus tribus modis contemplatur. Primo cum hoc quod aliquid sit, manifestus est, quam cur sit. Secundo, vt cum dicimus vniuersale, & confusum nobis manifestus esse, quam particulare. Tertio, quod quo ad nos primum, & secundum quo ad naturam, vt composita nobis notiora, simplicia naturæ. Ioannes grammatic. in secundo de anim. text. 12. c. 38. c. 1.

Manifestis per se vtitur Aristot. quandoque pro manifestis apud eos, qui nati sunt recipere illud, quod est notum per se, & quandoque vtitur in declaratione eorû propositionibus famosioribus eis ad confirmandum. Auer. in phys. 2. te. 85. c. 38. columna 3.

Manna est ros, & est de genere mellis, in terris calidis cadens, spissius melle communi, & exsiccat, multam virtutem contrahit ab eo, super quod cadit. Albertus magnus in 2. meteorolog. tractat. 1. capit. 14. char. 87. colum. 1.

Mansueti signa, grauis specie, carnosus, caro humida, & multa: bonæ magnitudinis, & commensuratus: figura curuus: curfus capillorum fursum vultus. Aristoteles phisiognom. capit. 6. chart. 341.

Mansuetudo est medium circa iram, excessus iracundia, defectus iræ vacuitas. Aristoteles secundo ethicorum Nicomac. capit. 7. char. 43.

Mansuetudo, & si ad defectum declinare videtur, tamen cum nomen non habeat medium, medijs nomine appellatur. Aristot. quarto ethicorum ad Nicomachum capit. 5. chart. 98.

Mansuetus esse potest, qui irascitur ob quæ, & quibus, & quomodo, & quousque, & quando oportet, & laudatur. Aristotel. quarto ethicorum ad Nicomachum capit. 5. chart. 98.

Mansuetus est ille, qui perturbatione vacat, & ab affectu minime ducitur, sed vt ratio ipsa statuerit, ita, & ob id, & tãdiu succenset, & peccare potius videtur in defectu, vt qui non ad vltionem, sed ad veniam dandam promptior est, & in omnibus supradictis conditionibus esse potest excessus, & defectus. Aristoteles quarto ethicorum ad Nicomachum capit. 5. char. 98.

Mansuetudini magis opponitur excessus, quippe cum, & magis fiat, & ad conuictum hominum infestis etiam peiores sint. Aristoteles quarto ethicorum Nicomac. capit. 5. chart. 99.

Mansuetudo est inter mansuetudinem, & mansuetudinis cessationem. Aristoteles magn. moral. prim. capit. 21. chart. 299.

Mansuetudo est virtus animosæ, qua qui præditi sunt, difficulter ira incitantur. Arist. de virtu. char. 477.

Mansuetudinis est posse ferre moderate obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec esse de facili mobilis ad iram: esse vero moribus, & mitè, & ingenio quieto, & stabili. Arist. de virtutib. c. 479.

Mansuetudo, & fortitudo, & aliæ plures virtutes insunt secundum concupiscentias, & iras sensibiles. Albert. mag. de anim. lib. 21. tra. 1. cap. 1. c. 169. col. 2.

Mantichora (vt scribit Etesia) est bellua apud Indos quæ dentes triplici ordine hêt, hñs magnitudinem, hirtitudinè, & pedes leonis, faciè, & aures hominis, oculis cęsijs, colorè rubricę, caudam scorpionis aculeo armatã spiculaque agnata iaculans, vocem fistulæ, & tubę nõ absimilem, cursum non minoris pernicitatis, quam cerui,

cerui, & ita fera, vt nunquam possit mitescere, & habet appetitum maxime carnis humanæ. Aristoteles de hist. animal. 2. capit. 1. char. 45.

Manus quid est.

Manus non est pars hominis omni modo, sed quando potest complere actionem. Aristoteles metaph. 7. cap. 13. te. 39. c. 149.

Manus instrumentum sunt, immo instrumentum ante instrumenta. Arist. de partib. ani. 4. capit. 10. chart. 533.

Manus est, & vnguis, & vngula, & cornu, & hasta, & ensis, & quoduis aliud genus armorum, & instrumentorû, quia omnia sumere põt, & tenere. Ari. ibid. c. 534.

Manus forma est sensus; vel potentia ipsi ab anima suggesta ad proprium munus fungendum. Alex. aphrod. in 6. metaph. vel secund. lat. 7. com. 30. c. 203. col. 1.

Manus est, quod ex digitis, & palma constituitur. Mich. ephes. de ani. mot. c. 50. col. 4.

Manus, & si sunt intellectus organa, ideo sunt organum organorum, tamen intellectus non est virtus organica, quia nihil accipit a manu, sed potius mouet manû conferendo ei speciem artis, quam producit exterius in materia. Albertus magnus contra Auer. de vnit. intel. capit. 5. c. 81. col. 3.

Manus se habet ad intellectum, vt instrumentum. Alber. magnus de animalibus. li. 14. tract. 2. capit. 2. ch. 122. c. 2.

Manus licet substantia sit vnus instrumentum, tamen ratione non est vnus, sed multa: est enim vt organum recipiens in se formas multorum vsuum, & multarum specie, & genere operationum. Albertus magnus de anim. lib. 14. tra. 2. cap. 2. c. 122. col. 3.

Manus est organum organorum, quia datæ sunt hominibus loco organorum, quæ data sunt omnibus alijs animalibus ad defensionem, impugnationem, vel cooperationem. D. Tho. in 3. de ani. l. 13. te. 38. col. 1.

Manus non est pars hominis quocunque modo, sed sic est disposita, vt possit perficere opus manus. D. Tho. in tertio metaph. lect. 11. te. 38. ch. 506.

Manus constitutio, & partes.

Manus partes sunt, palma, & digiti quinque; numero. Aristoteles de hist. anim. 1. cap. 15. char. 26.

Manus pars interior vola dicitur, carnosæ est, & scissuris vitæ indicibus distincta, longioris scilicet vitæ, singulis aut binis ductis per totam, breuioris binis, quæ nõ longitudinem totam designent. exterior nervosa est nomine carens. Aristoteles de historia animal. prim. cap. prim. chart. 26.

Manus interior articulo vacat. Aristoteles problemat. sec. 10. numer. 48. char. 442.

Manus cutem melius sentire, & maxime digitorum extremitatem, existimat Galenus, quia est temperatior. Auer. de partib. anim. 2. capit. prim. char. 68.

Manus rasceta ex octo componitur ossibus durissimis, & medullis carentibus: dura enim esse oportuit, vt sint fortia ad tenendum, & ne cito frangantur a multis impulsibus, & læsionibus, quæ incidunt in ea. Ossa breuia sunt octo, ex quibus tria tendunt versus arundines, quartum tribus est adiunctum in inferiori parte in adiutorium, & stringitur valde versus arundines, & ligatur fortissima ligatura, sed valde laxa, vt manus, quamuis parte bene moueatur: quæ quatuor ossa propter manus capacitatem dilatantur, & illis obuiant. Alia quatuor ossa breuia durissima, & sine medulla, & recipiunt digitorum ossa, quibus quatuor digiti obuiant. qui constant ex tribus ossibus. Albertus Magnus de animalibus. l. 1. tractat. 2. capit. 11. chart. 13. columna 2.

Manus rascetam dilatantes musculi, vnus est cum alio

sic continuus, vt duo sunt vnus musculus exoriens a medio facili inferioris, cuius chorda cum pollice hæret. Alterius origo est a facili superiori, cuius chorda hæret primo ossium rascetæ, quod ponitur coram pollice: & cum isti duo simul mouentur, dilatant rascetam cum parua giratione: & cum secudus solus mouetur, facit eam iacere supinam: & cum primus solus mouetur, fit prolongatio inter pollicem, & indicem. Musculus etiam iacens super facile superius a parte syluestri, facit ad motum rascetæ, cuius ortus est ab inferiori parte capitis adiutorii, & ab ipso procedit chorda habens duo capita, quorum vnus hæret pectinis manus medio coram indice, & digito medio. Alterius autem chorda inferior est, incipiens altius, quam ille, & peruenit ad eundem locum. Alber. magnus de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 15. c. 15. col. 2.

Manus rascetam constringentes musculi sunt par vnus, quod est super syluestre latus brachii, & cum eis est musculus, qui incipit ab inferioribus adiutorii partibus, & mediat loca prædictorum, & habet duo extrema in cidentia se per modum crucis, & hæret loco, qui est inter pollicem, & indicem, & medium, & cum illi ambo mouentur, constringunt. Albertus magnus de ani. l. 1. tractat. 2. cap. 15. c. 15. col. 2.

Manus girantes musculi sunt, qui constringunt, & qui dilatant, & resupinant manum, cum duo oppositi ex eis in situ transuersus mouentur; sed cum musculus qui hæret pectini coram auriculari solus mouetur, girat plantam. Cum autem musculus pollicis ipsum adiuuat plenarie, plantam supinam iacere facit. Cum autem ille, qui hæret rascetæ cum pollice mouetur, solus girat ipsum parumper, cum musculo autem auriculari hærenti efficit girationem perfectam. Albertus magn. de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 15. c. 15. colum. 2.

Manus volæ musculi sunt 18. in duabus aciebus ordinati sibi inuicem suppositi. Vna acies est ad inferiorem interius tendens. Altera supra cutem exteriorem. Septem sunt in acie inferiori, quorum quinque inclinant digitos ad superiora, & ille, qui ex eis alligatus est pollici, oritur a principio ossis rascetæ. Sextus est curtus, & latus, nullum habens transuersum, & oritur a pectine manus, & pertingit in rectitudinè medi digiti, & chorda eius cû pollice hæret, & inclinatur eû ad inferiora. Septimus est apud auricularè, incipiens ab ossè pectinis, quod est in directo eius, & inclinatur eundem digitum ad inferiora. Nullus horum musculorû cõstringit, sed eleuant quinque, & duo flectunt inferius. In acie superiori sub musculo, q̄ expandit super plãtã manû, quæ solus Galenus cognouit, sunt 11. ex quibus octo sunt, quorû quinque duo cû prima iunctura quatuor digitorû continuant, vnus, s. super alium, vt eam stringat, sed semper inferior duorum constringit cum depressione, & reflexione. Superior enim stringit aliquantum eleuando, & ascendendo ad superiora parumper, & cum coniunctim operantur, diriguntur: tres autem pollici sunt proprii, quorû vnus primã iuncturã cõstringit, duo secudã. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 15. c. 15. c. 3.

Manus differentia.

Manus, & pes dextri, a suis sinistris differunt, oculus, & auditus non differunt, qa immista, & sincera elementa sũq; deq; sunt. Discrimen vero situm in his est, q̄ elementorû coitu constant. Sũt aut sensus isti synceris illis, immistisq; visus, s. ex igne, auditus ex aere. Arist. problematum, sec. 31. numero. 30. char. 638.

Manus dextra est leua robustior. Simp. in 2. de celo. tex. 7. co. 4. c. 58. colum. 4.

Manus dextra, & pes dexter minor est, maior sinistra in feminis, contra in mare. Albertus magnus de anim. l. 1. tractat. 2. cap. 2. c. 6. colum. 3.

Manu sinistra nullum animal ita expedite utitur, ut dextra, homine excepto. Albertus magnus de animalib. lib. 2. tract. 1. capit. 1. chart. 29. colum. 2.

Manum dextram, & sinistram homines uti eodem modo, & ita expedite accidit ob calorem multum cordis in sinistro, & epatis in dextro. Albertus magnus de animalib. lib. 2. tract. 1. cap. 1. c. 29. colum. 2.

Manus, ut mouetur.

Manus nasceta, ut & alia membra mouetur, extensione, constrictione, girando, & resupinando quos motus faciunt muscoli, qui illi dati sunt. Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 15. c. 15. colum. 2.

Manus, pedes, coxæ, & brachia, sunt membra dextri, & sinistri, quæ sunt principia latitudinis, & non nisi ad respectum aliquem inferius, & superius sunt longitudinis principia: & ideo contingit, quod cum naturaliter adiutorium brachii diminuitur, ut in sinistra parte, etiam in eadem parte diminuitur coxa, & pes, & manus, & causa diminutionis est diminutio virtutis. Albertus magnus de animalib. lib. 1. tract. 2. c. 26. c. 22. c. 4. am. interior quatuor modos plicaturarum, & linearum habet propter quatuor modos iuncturarum, quæ sunt in ipsa: ibi enim stricta, & soluta, & quæ est per longitudinem ossium, & quæ per ossium extrema, siue secundum latitudinem ipsorum. Albertus magnus de ani. lib. 1. tractat. 2. capit. 26. ch. 22. colum. 4.

Manus significationes.

Manus crassæ, & digitos breues ultra modum habentes, furem, invidiosum, & tergiuerforem significat. Albertus magnus de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. c. 2.

Manus, quæ tortæ sunt, & tenues, significat loquacem, & voracem. Alber. mag. de anim. lib. 1. tra. 2. c. 26. c. 23. c. 2.

Manus hominem habere, signum est esse pluris intellectus ceteris animalibus, & maioris ingenii. Albertus magnus de ani. lib. 1. tract. 2. c. 2. c. 122. colum. 2.

Marchesita est lapis, & multas species habet, & sic vocatur argentea, aurea, & sic de aliis metallis. Alb. magnus in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 11. c. 241. col. 1.

Marchesita habet naturam tam lapidis, quam metalli, sed habet materiam, & colorem metalli, non speciem. Alb. mag. in 5. de miner. ex tract. 2. ca. 4. c. 150. col. 1.

Marchesita visui prodest, & collo suspensa pueris, aufert ab eis timorem. Albertus magnus in 2. de minera. ex tract. 2. ca. 6. c. 150. colum. 1.

Mare quid est, & quot dicitur modis.

Mare est omnis fluuiialis aqua, in nullo enim differt a fluuiis, nisi in eo, quod salsum est. Aristot. meteor. 2. sum. 1. ca. 3. char. 501.

Mare est elementum aque, & origo, seu tanquam fons illius, sed non omne mare: sed mare, quod vocatur continens, est maximum eorum, & maioris profunditatis, & remotioris omnibus aliis. Et ex hoc mari est principium omnium fluminum, & marium: fluminum, propter humiditatem ascendentem ab ipso: marium, quia a medio eius ad omnia maria mouet, & oia maria mouentur ad ipsum. Auer. meteorolo. 2. c. 1. c. 193. col. 3.

Mare duobus dicitur modis: primo, ut aque subiectum: secundo, ut aqua cum qualitate. Alb. magnus in secundum meteor. tract. 3. cap. 10. c. 94. colum. 1.

Maria quibus constant, & quot sunt.

Maria non constare ex fontibus patet, cum Rubrum, Hircanum, & Caspium, circa quæ vndique est habitatio, non habeant fontes. Ari. meteor. 2. su. 1. c. 1. c. 494.

Maria orbis quartæ Orientalis sunt octo; Caspium, Persicum, Tyberiadis, Aspulthenos, Rubrum, Arabicum, Carpatium, & Mortuum. Alb. magnus de natur. locor. dist. 3. cap. 1. c. 101. col. 2.

Maria quartæ partis Occidentalis sunt undecim; Tirrenum, Adriaticum, Orchadum, Gaditanum, Ionium, Aegeum, Laddates, Tyles, Erani, mare ad columnas Herculis, & mare, quod dicitur Fretum. Alber. magnus de natur. locor. dist. 3. cap. 2. c. 101. col. 4.

Maria quartæ Septentrionalis sunt nouem; Hicilum, Pontum, Meotis, Bosphoros, Ferres, Cimortum, Tertium, Propontidis, Iusolati. Albertus magnus de natura locor. dist. 3. cap. 3. c. 102. colum. 4.

Maria quartæ Meridianæ sunt duo; Casfortium, & Tirrenum. Alb. mag. de nat. locor. dist. 3. capit. 1. c. 103. c. 1.

Marium diuersa qualitates.

Mare Sardonium, & Tirrenum profundissimum est. Arist. meteor. 2. sum. pri. ca. pri. char. 494.

Mare principium totius aquæ, existimant antiqui, quia moles esse debebat aquæ, ut est aliorum elementorum. Arist. meteor. 2. sum. 1. cap. 2. char. 495.

Mare falsum est, quia dulce, & potabile propter leuitatem sursum ducitur omne a Solis calore: falsum vero subsidet propter grauitatem in proprio loco. Aristoteles meteor. 2. sum. prim. capit. 2. chart. 497.

Mare secundum totum non putrescit, & similiter alia aqua: secundum partes diuisum putrescit. Aristot. meteor. 4. lu. 1. cap. 2. te. 13. c. 561.

Mare habet dulcem humorem, quod patet eo experimento, quia si ex cera vas tenui latere finxeris, idque annexa linea in mare demittas, inane die, ac nocte vna, humoris copiam dulcis intra se colliget. Aristoteles de historia animalium 8. capit. secund. char. 272.

Maris fluctus per alti superfrangi non solent, sed tantum parui, & breues, quia parum humoris, cum fertur, discerni a spiritu facilius potest, quam multum. Aristot. problemat. sec. 23. num. 1. c. 553.

Mare Ponticum candidius est, quam Aegei, vel propter visus refractionem factam de mari in aerem. Est enim aer Ponti crassus, & albidus; & ideo pars maris supra ita esse videtur. At Aegei, quia a longinquo vsque purus, & liquidus est, ceruleus cernitur: quocirca, & mare aeri renitens, colorem eundem representat. Vel quia lacus omnes quam mare candidiores sunt. Pontus autem in lacus speciem propemodum transit, quia in eo multi fluuii effluunt. Nec solum mari candidior est lacus, sed etiam fluuiis. Vnde Pictores fluuiia pallida, mare ceruleum, lacum candidum pingere non inepte consueverunt. Vel quia per aquam bibi idoneam visus penetrare facile potest, aerem versus reflectitur: e mari autem, nec sursum reflecti potest, quoniam leuis aqua non est, & deorsum progrediens defatigatur, & ita mare nigrum videtur. Atqui mari, quod lacum simulat pars dulcis per summa innatat: falsa in imo est, quæ obrem quod id penetrare aspectus nequit, sed ad lucem reflectitur, albedinem per summa ostendit. Aristot. proble. sec. 23. nu. 6. c. 556.

Mare cur minus quam aqua bibi idonea frigidum est, & omnes falsi humores, non ut dulces frigidi sunt: vel quia mare corpulentius est, & tale vnumquodque minus refrigerari potest: ut et amplius incalescere aptum est, ut quod ob densitatem calorem suum feruere melius potest. Vel quia mare pinguius est, quocirca flammam non ita extinguere, ut cetera aqua potest: & quod pinguius, calidius est. Vel quia multum terræ in se continet, propterea siccius est: & quod siccius est, idem calidius est. Aristot. problemat. sec. 2. numer. 7. char. 556.

Mari qui se lauerint, ocyus resiccantur, quam qui in aqua dulci, quia crassius, & terrosius est: ergo cum parum

rum humoris habeat, merito sicari potest celerius. Aristoteles problem. 23. num. 8. char. 557.

Mare perspectius, & trans lucidius est persilante aquilone quam austro, quia mare cum serenum est, attrahere sibi colorem solet: inest enim aliquid pingue in succo falso, indicium, quod die tepidiore oleosum quoddam fecerni videmus. Ergo tranquillo, & tepidiori succus iste sua leuitate per summa panditur, quod aquilone fieri minus potest causa frigoris: & aqua oleo est trans lucidior. Arist. problematum sec. 23. numer. 9. ch. 357.

Mare cur deuri potest, aqua non potest? an, & aqua deurit, sed mare minus ignem extinguit, quoniam pinguius est, cuius rei indicium oleum facit, quod ex sale depromi potest. Vel quia meatus maris minus congruat igni, ut qui crassiores sunt, & eo magis, quod salis ratio non deest. Ut igitur, quod siccum est minus extingueret, quam quod humidum potest, ita, & quod amplius siccum est, vrentius esse debet, & alterum magis altero: quo enim siccius, eo calidius est. mari autem istec ambo inesse plenius palam est. Aristoteles problematum sec. 23. num. 13. chart. 558.

Mare dilucidius est, quam aqua potu idonea, cum aqua dulcis falsi tenuior est, vel quia tenuitas causa non est cur mare dilucidius sit, sed directi meatus id faciunt, quos tum plurimos, tum amplissimos continet. Ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarum partium est, amplioribus interstitijs falsa inanit. Vel quia mare purius, & sincerius est, terra enim nulla in eo permanet: arena suo pondere delapsa, in imum subsidet. At humor dulcis mistus cum terra est, quæ interueniens facit, ut cito perturbetur. Ari. prob. sec. 23. nu. 15. c. 558.

Mare cur superius calidius sit, & falsius, quam inferius, & puteis potu idoneis pars superior falsior sit, quam ima? quia Sol, & aer partem humorum leuissimam assidue detrahunt. Aristoteles problematum, sec. 23. numer. 30. chart. 563.

Maris pars terræ proxima dulcior est, quia frequentius mouetur; falsius autem humor cum mouetur; dulcior redditur: vel quia aqua in profundo falsior est, & minus alta, quæ prope terram est. Aristoteles problem. sec. 23. num. 31. chart. 563.

Mare solum omnium aquarum deuri potest, quia pinguiusculum est, quod oleum monstrat. quod in sale resudetur. Arist. probl. sec. 23. num. 32. chart. 563.

Mare simul, & falsum, & amarum est, quia nil prohibet in mari plures esse sapes, cum falsum amaro coniungi, esseque simul latissime pateat. Aristoteles problematum, sec. 23. numero 35. chart. 564.

Mare cum grauius sit, quam aqua potu idonea, clarius tamen, ac perfectius est, quia non est, sed videtur, quia aqua dulcis est, vel fluminis, vel fontis, & fons non emit tit suam aquam sine terra, ut purissima esse nequeat, flumen tum terram, tum fecem detrahat. & hoc est causa cur dulcis minus perlucida appareat. Aristot. problemat. sec. 23. num. 38. chart. 565.

Mari qui natant, cur ventre salubriter euacuantur? non enim quia laborant, nam qui curricula eunt, vehementius elaborant, sed tamen non ita euacuantur. At non omnis labor id facit, sed solus, qui nullam causam dat tabescendi intestinorum. maris autem motu, vel omnino edaciorem, & ventris inanitate adustiore reddi hominem videmus: est enim vapor magis calidus, & siccus. Ari. problematum, sec. 23. num. 39. ch. 566.

Maris undabundi, quod desistit, albicat: quod prouoluitur, nigricat, quia quod minus cernimus, nigrum id esse videtur: minus autem cernimus, quod mouetur, quæ quod quiescit: vel quoniam candet, quod transpicitur: nigrescit, quod aspectu peruium nou est, minus autem id transpicitur, quod mouetur. Aristoteles problemat. sec. 23. num. 41. chart. 566.

Mari quæ accidunt, proportionem respondent ijs, quæ

fiunt in terra. Arist. de mund. cap. 5. chart. 821.

Maria, ac lacus, & stagna foemini generis apud Græcos sunt ita ut quasi foeminarum modo aquas recipiant. Ammonius in libr. de interpret. chart. 20.

Mare æternum est secundum speciem: secundum partem generabile, & corruptibile. Auerroes meteorol. 2. cap. pri. chart. 193. column. 3.

Maria sunt aquæ grosso, terreo, & combusto admixta, & aquæ sub terra sunt grossæ conuersæ ad terræ naturam. Alb. magnus in 1. meteor. tract. 1. c. 4. ch. 78. c. 4.

Mare in genere suo calidum est propter terreitre combustum sibi immixtum, & propter multam radiorum diuagationem super ipsum: deo loca iuxta ipsum sunt, vel calida, & sicca; vel calida, & humida superfluo humore; vel frigida, & humida. Albertus magnus de natur. locor. dist. 1. cap. 13. chart. 98. col. 2.

Mare odorem habet, quia siccum terrestre in eo est admixtum humido aqueo. D. Thom. de sen. & sens. lec. 12. chart. 14. column. 3.

Maria, ut mutant locum, & eorum motus.

Mare fit ubi arida, & ubi mare, fit arida. Aristoteles meteorol. 1. sum. 4. cap. 2. chart. 485.

Mare cur quiescit, & residet, cum aliquid eo iactum est undabundum, & æstuans, ut anchora? Vel quia mare ponderi cedit, quod defertur, quo cum aer delabatur: qui cum per directum in imum defertur, & attrahitur, secum eodem id trahit, quod mare de latere concitat: æstus autem maris non desuper tendit ad ima, sed per summa versatur, quo sedato tranquillitas oritur. Ad hæc cum mare in ea spacia coit, quæ ponderi descendenti cesserint, vertiginem mouet, quæ non nisi circulo agitur. At cum linea recta circulum per punctum attingat, fluctusque ad lineam rectam oblique ferantur, fieri potest, ut fluctus ipsi per punctum horas vertiginis attingant: nec predictam ob causam tantum, sed quod ipsa quoque vertigo accedens, suo impetu circum vndique illos depellit. quod cum itaque fluctibus pars ea vertiginosa careat, merito vnda iacta anchora residet, & tranquillatur. Adde quod aer, qui cum pondere illo delapsus descendit, mox sese referens, vndaque sursum compellens, bullas excitat: quippe cum bulla humore consistat, qui de imis ad supera pulsus ab aere efferatur: omnis autem bulla lenis, serenaque est. Inditium, quod vnda, qua pondus in imum corruit, submissa in cauum paulo post refurgit, & mari circumdanti æquiparat. Arist. problemat. sec. 23. nu. 4. c. 554.

Mare quod Siciliam, Iraliamque fecernit, vna cum incremento Lunari, decremento ve augeri, minuique asserunt. Aristot. de admit. aud. nu. 53. char. 848.

Mare fluit ab Aquilone in Meridiem, quia in Aquilone propter frigus multiplicatur aqua, a Meridie diminuuntur propter calorem. Alb. Mag. in 2. de celo. tract. 1. cap. 5. c. 26. col. 2. Idem 2. meteor. tract. 3. c. 5. c. 92. c. 4.

Mare nulla alia de re mouetur, nec alia est eius motus causa, excepto motu fluxus, & refluxus, qui sequitur motum orbis Lunæ propter declinationem locorum. Alb. Magnus in 2. meteor. tract. 3. cap. 6. c. 93. col. 1.

Maris aquæ purgantur, & emittunt ad litus omnes sordes, quia vapor eleuatus in fundo maris ex lumine Lunæ procreatus extrudit aquas ad litus, ac eadē violentia omnes sordes repellit. Albertus magnus in 2. meteor. tract. 3. cap. 19. chart. 95. col. 4.

Mare Pisanum stat, nec accedit, nec recedit. Alber. magnus de propriet. clement. 1. 1. tract. 2. cap. 4. ch. 108. c. 3.

Mare Pisanum, & indig: mari omnium Insularum, quæ sunt inter hæc: mare Adriaticum, & omnia his similia maria accedunt, & recedunt bis in die naturali. Alb. magnus de propr. ele. 1. 1. tract. 2. cap. 4. ch. 108. col. 3.

Maris accessio, & recessio, non est, nisi cum Luna tangit circum-

circulum aliquē hemisphærij illius maris, quod est accedens, vel recedens. Albertus mag. de propriet. elem. l. pri. tract. 2. cap. 4. ch. 108. col. 3.

Maris accessus, & recessus ex tribus fit; primo ex dispositione aquæ, quæ recedit; & recedit: secundo ex dispositione loci; cum quo accedit, & recedit: tertio ex situ Lunæ mouentis aquam recedentem, & accedentem. Alb. magn. de propriet. elem. l. 1. tra. 2. cap. 5. ch. 108. col. 4.

Mare accedens effundit aquam calidam, & foetidam, quia expirat cum ea vapor inclusus, qui est calidus corruptus: cum reuertitur trahit aquam frigidam, & minus foerentem, quia aqua super litora dilata frigidior est, & minus fortis. Albert. magnus de propriet. elem. li. 1. tract. 2. cap. 5. char. 109. col. 2.

Maris accessus, & recessus quinque auxiliantur. Distantia Lunæ a Sole. Proximitas Lunæ ad mare. Accessus, vel recessus eius a Zenith capitis eorum, quæ sunt iuxta mare. Quantitas temporis suæ præsentis super terram. Vltimo, adiutorium a cæteris stellis. Albertus magnus de propriet. elem. l. 1. tract. 2. capit. 6. chart. 109. col. 2.

Maria in quibus est causa accessionis, & recessionis; tamen nec accedunt, nec recedunt, sunt in hac passione propter tres causas. Prima, quia Lunæ accessio a circulo hemisphærij non respicit, nisi vnum litorum eius, quia nimis magnam est spacium inter vnum litus, & aliud, vt in mari Pisano. Alia causa est, quod Luna, quamuis sit in directo supra aliquod mare, non habet tamen litora demissa, & insulas, quibus superfundatur, sed cōstringitur accessus ad altitudinem litoris. Tertia causa est, quod aliquod mare fluit, & cum mouetur a Luna, spirat, & statim defluit antequam extra locum possit extrudi. Albert. magnus de propriet. elem. li. 1. tract. 2. cap. 8. char. 110. col. 3.

Maria, in quibus sentitur accessus, & recessus, sunt quæ habent aquas spissas, & fundum solidum, & litora solida, & frequenter montuosa, & habent alicubi litora depressa, plana, & lata super quam planitiem superfunditur aqua, & ab eis liberum reditum habet mare. Alb. mag. de propriet. elem. l. 1. tract. 2. c. 8. ch. 110. col. 3.

Maria, vt nauigabilia, & innauigabilia.

Maria in partibus aquilonaribus raro nauigabilia sunt propter immensam frigiditatem quia tempore hiemis sunt glaciæ solidissima congelata: æstatis autem tempore fluit glaciæ in eis, vel quæ in mari, vel quæ in fluminibus congelata erat, & alijs temporibus propter ventos, & tempestates innauigabiles sunt. Alb. magn. de nat. locor. dist. 1. cap. 8. ch. 96. eol. 3.

Maris vtilitas.

Maris communio ciuitatibus vtilis est, nã si quid boni ob id euenit, ciuitas suscipiet: si autem aliquid mali, legibus cauere non est difficile. Aristoteles polit. 7. cap. 6. chart. 726.

Margarita lapis est in obscuris conchilijs iuuentus: meliores ab India veniunt: iuuenes conchæ meliores sunt: aliæ perforatæ sunt, aliæ non nitent cum sint albæ. Auunt quod in tonitruo ostrea euomunt eas. spiritus confortant, & valent contra fluxum sanguinis, contra lientericum, & diariam cordiacam, & syncopim. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 11. ch. 141. col. 1.

Margaritæ quædam sunt, quæ medicæ sunt inter naturam ostreae, & conchæ ostreae, & de sensibus non habent nisi

gustum debilem, vt est quidam tactus; & est quoddam medium inter animal, & plantam, nec animam habet, nisi vt ossa animalium, & debiliter dilatatur, & cōstringitur debiliter. Albertus magnus de anim. l. 4. tract. 1. cap. 7. chart. 47. colum. 4.

Margaritarum oua, quæ in ostreis reperiuntur, sunt ex viscoso terrestri retento intra humidum complexionale, & calor circundans rotundat eas, & per foramen, quod est in medio, inspirauit humidum subtile aqueum in tempore. Albertus magnus de anim. lib. 4. tract. 1. capit. 6. chart. 49. column. 2.

Margaritæ sunt de genere ostreorum, duræ testæ, & habitant in conchis. Hæc ostrea ad litus venientia rorem celi accipiunt, ex quo concipiunt claram margaritam, si ros matutinus lucidus sit, & corpus ostrei bene desiccatum. si autem vespertinus sit ros, & corpus ostrei non purgatum, concipit turbidam. In aceto margaritæ positæ soluuntur, & mollescunt, & inueniuntur aliquando in coniunctione concharum, aliquando in ostreis, aliquando inter lapides. Albertus magnus de ani. l. 2. cap. 1. chart. 198. col. 3.

Marintomorium est bellua Orientis, raro visa, magnitudine Leonis, rubicundi coloris: tres ordines dentium habens in ore, pedes Leonis, faciem, oculos, aures vt hominis, caudam vt scorpionis agrestis. Sonus eius est tubæ, & vocem imitatur hominis, & deceptos interficit & deuorat. Est velocitatis magnæ. Albe. magn. de anim. l. 2. tract. 2. ch. 181. col. 4.

Mas quid est.

Mas appellatur, quod in alterum mittit semen prolificum. Arist. de hist. ani. 1. cap. 3. ch. 11.

Mas est id animal, quod in alio gignit. Aristot. de gener. anim. pri. cap. 2. chart. 98.

Mas, & foemina potentia, & impotentia definiunt. Quod enim potest concoquere, & constituere, & fecernere semen, atque principium obtinet forme, mas est. Principium scilicet, non vt materia, sed id, quod primo moueat, vel ipse seipso, siue in altero hoc possit facere. Quod autem recipit, nec potest constituere, & fecernere, id foemina est. Arist. de gener. anim. 4. cap. 4. ch. 227.

Masculinum est, quod ex suo semine in alio suæ speciei generat indiuiduum, per modum agentis in generatione se habens. Albert. magn. de veget. l. 1. tract. 1. capit. 7. chart. 123. column. 4.

Maris ratio est, vt in alio suæ speciei ex proprio semine generet, formando conceptum. Alber. magn. de ani. lib. 5. tra. 1. cap. 1. chart. 52. col. 2.

Mas in animalibus, in quibus est mas, & foemina, est principium generationis: foemina vero, vt materia. Albert. mag. de anim. l. 1. tra. 1. cap. 1. ch. 126. col. 2.

Mas vocatur, qui potest perfecta nature potentia. Foemina attribuitur debilitas, & adiutorium operationis nature per materiam administrationem. Alb. mag. de ani. l. 18. tra. 1. cap. 1. ch. 153. col. 1.

Maris partes, & eius qualitates.

Masibus mammæ conspectiores, & feminatiores tum iunioribus, tum senioribus sunt, qui humidiores sunt, leuiiores, nec vinulenti: & magis ijs, qui fusci, quæ qui candidi sunt. Arist. de hist. ani. 7. cap. 1. ch. 250.

Mares sunt feminis animosiores, ferociiores, simpliciiores, & minus insidiosi. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. ch. 311.

Marium instrumentum ad rem veneream differt pro discrimine corporum, non enim æque neruosa natura omnia constant. & hoc membrum solum absque vlla mutatione augetur, & minuitur, & partim neruo, partim cartilagine constat. Aristoteles de partib. animal. quarto capit. 10. char. 538.

Mares

Mares quam feminæ calidiores sunt, si omnis concoctio calore fit. Arist. de gener. anim. 4. cap. 1. chart. 227.

Mares vt plurimum patri similes sunt, matri foemina: at si motus, qui a mare est, superarit, qui vero a Socrate est, non superarit, aut hic superarit, ille non, ita fit, vt mares matri similes, foemina: patri generentur similes. Arist. de gener. anim. 4. cap. 3. ch. 134.

Mares foeminis sunt longioris vitæ, quia calidius est mas animal, quam foemina. Aristoteles de longit. & breuit. vit. cap. 3. chart. 296.

Masculorum corpora crescere impediuntur, si adhuc auigente corpore coeunt. Arist. pol. 7. c. 16. ch. 750.

Mares circa trigessimum septimum annu nubere debent. Arist. polit. 7. cap. 16. chart. 75.

Mares foeminis calidiores sunt. Ioan. gram. de gener. ani. l. 4. cap. 1. chart. 74. colum. 1.

Masculina complexio in omnia membra præter cor manet a testiculis: ideo ipsis amputatis, necesse est mutari omnium membrorum complexionem. Albert. mag. de anim. l. 15. tract. 1. cap. 8. char. 128. col. 3.

Mas nobilior est foemina, quia est mouens secundum formam in generatione. Albertus magn. de ani. l. 16. trac. 1. cap. 1. chart. 134. column. 4.

Masculinus animus, vt in pluribus vehemens est ad impetum: facilis odiis; liberalis; apertus, qui non facile hebetatur, aut circunuenitur re aliqua, vel ingenio; vincens per virtutem; studiosus; magnanimus; strenuus, & huiusmodi. Albertus magnus de animal. lib. 1. trac. 2. cap. 2. chart. 6. column. 3.

Mas dextram partem minorem sinistra habens, vel foemina maiorem, signum est iactantis, & mendacis, vt, & ipsæ partes mendosum sexum sibi assumpserunt. Alb. magn. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 2. char. 6. col. 3.

Masculus in animalibus habet partes superiores grossiores, in feminis est cōtra. Petr. de Aluer. de long. & breuit. vit. l. 3. chart. 61. col. 4.

Maris considerationes, vt ad generationem pertinet.

Masculus cum gignit, in alio gignit, & ambo sunt a seipsis separati. Arist. 1. de plant. cap. 1. ch. 363.

Mares concipere facit Aquilonis flatus, Austri foeminas. Aristot. de histor. animal. 6. cap. 19. chart. 330.

Mas præbet fetui formam, & motus principium: foemina materiam, ac corpus. Arist. de gen. ani. 1. ca. 20. c. 133.

Mas est in generatione, vt agens: foemina, vt patiens: ergo foemina non genituram, sed materiam præbet. Arist. de gener. anim. 1. cap. 20. chart. 133.

Maris, & foemina coitio, & iunctio ad generationis officium commune ambobus est. Aristoteles de gener. ani. 2. capit. 1. chart. 140.

Maris, & foemina contrarietatem esse in feminibus, Anaxagoras, & alij naturales existimarunt. Etenim semen ex mare gigni, foeminam præstare locum. marem a parte dextra, & in parte dextra vteri contineri. contra foemina a sinistra, & in sinistra. Aristoteles de gener. ani. 4. cap. 1. chart. 222.

Maris, & foemina generatione vtero ascribit Empedocles; quæ enim vterum calidum subirent, hæc mares fieri; quæ frigidum, foeminas: & caliditatis, frigiditatisque causam esse confluuium menstruorum, quod frigidius calidiusue sit, & aut antiquius, aut recentius. Aristot. de histo. ani. 4. cap. 1. chart. 223.

Maris, & foemina differentiam fieri in matre ait Democritus Abderites: sed non caliditate, frigiditateve fieri alterum marem, alterum foeminam: sed vtrius tadem semen euerit, quod ab ea prodijset parte, qua mas, & foemina inter se differunt. Aristoteles de gener. ani. 4. cap. pri. chart. 223.

Mas, & foemina sæpe in eadem parte vteri gemini generantur, vt in dissectionibus viuiparorum in speximus.

Aristoteles de gener. anima. capitu. prim. chart. 224. Mas sæpe visus in parte leua, foemina in dextra, & ambo in eadem parte. Arist. de gener. ani. 4. c. 1. ch. 226.

Mas alterum, alterum foemina qua de causa fiat aperte constat. Cum enim principium non superat, nec concoquere potest propter caloris inopiam, nec ducit in suam formam, sed tantisper superatur, mutari in contrarium necesse est. Contrarium autem maris foemina est, & cum facultates suæ virtutis differentiam habeat, instrumentum quoque habet auersum. itaque in tale mutatur. & parte aliqua opportune mutata, constitutio tota animalis multo discrepat forma, vt in spadonibus, qui vna parte truncati tam a pristina forma discedunt, parumque a foemina specie distant. Cuius causa est, quod partes nonnullæ principia sunt: & principio mutato, multa ex ijs, quæ sequuntur, mutari necesse est. Arist. de gener. ani. 4. cap. 1. ch. 228.

Maris semen differt, quod principium in se continet tale, quo moueat, & alimentum in animali vltimum, concoquat. foemina semen materiam tantum præbet. quoties igitur semen maris superat, ad se ducit: cum superatum est, in contrarium demutat, id est in corruptionem. Contrarium autem maris est foemina. Arist. de gener. ani. 4. c. 1. chart. 229.

Mares gignuntur potius flatibus aquiloniis, quam austrinis, excrementis enim eiusmodi corpora abundat. plus autem excrementi concoctu difficilius est. quam obrem maribus semen, mulieribus menstrua decidunt humidiora. Arist. de gener. ani. 4. cap. 2. ch. 230.

Maris, & foemina natiuitas diuerfa fit iuxta partorum dictum, non solum spirantibus aquilonibus, sed etiam si, cum pecus coit, spectat ad aquilonem, vel austrum, Arist. de gener. ani. 4. cap. 2. char. 231.

Mares multus foeminis iuncti non generant, qui, & quæ, si disiungantur, alijsque coniungantur, generant, ob caloris inæqualitatem, vel maiorem, vel minorem. Arist. de gener. ani. 4. cap. 2. chart. 231.

Maris, vel foemina ad procreationem interest multum qualitatis, & corporis dispositio ex alimento, & temperamento aeris continentis, & cibi ingredientis, sed præcipue ex aqua. huius enim visus in omnibus est, & in omnibus aqua alimento est, etiam liccis. Quam obrem aquæ crudæ, & frigida, aut sterilitatē, aut partum foemineū faciunt. Arist. de gener. ani. 4. c. 2. c. 230.

Mares potius, quam foemina in hominum genere nascuntur oblæsi, cum in cæteris animalibus nihilo potius mares quam foemina ita proueniant, quia in hominibus longe mas differt a foemina calore nature. & ideo mobiliores sunt in vtero quam foemina. motu autem ipso franguntur, cum recens quoduis facile pro sua imbecillitate frangi possit. & ideo foemina in utero parentem longiore tempore conficitur, quam mas: at vbi in lucem venerit, celerius foemina quam mares perficiuntur. nam, & pubes, & vigor, & senectus citius foeminis venit, quam maribus. Aristoteles de gener. ani. 4. capit. 6. chart. 252.

Mares fetus magna ex parte circa quadragesimum diem dextro potius latere mouentur: foemina sinistro circa nonagesimum. Sed in iis nihil certi affirmare licet. multis enim foeminam feretibus, motus fit in dextro, & multis contra in sinistro gerentibus marem. Arist. de hist. ani. 7. cap. 4. chart. 254.

Mas abortus intra 40. dies si in quoduis mittatur, aboletur: sed si in aquam frigidam, consistit; vt in membrana, qua rupta fetus apparet magnitudine formicæ maiusculæ, membraque discretæ sunt. Arist. de histo. ani. 7. cap. 3. chart. 254.

Mares in coitu tum contrectationem, voluptatemque tum feminis emissionem sentiunt: foemina vero voluptatem, contrectationemque per genitale sentiunt: humor vero non excernitur, nec ex ipso omnino egreditur,

ditur, sed in aliquam vulgæ partem confluit. Io. gram. de genera. anim. lib. 1. cap. 20. ch. 23. col. 2.

Mares an sint apti ad generationem, experitur, si semen in aquæ frigidæ cyatho impostum, in fundum densatum, connexumque tendit: si dispergitur, sunt inapti ad generationem. Ioan. gramm. de generatio. anima. lib. 2. cap. 5. chart. 50. column. 3.

Maris, & foeminae actus in generatione impossibile est, vt sit idem specie. Auer. 1. de gene. ani. ch. 217. col. 2.

Masculinum omne generat eiciendo semē suum in foeminam: foemina non eicit, sed immittit decimum a se semen in suam matricem. Alber. mag. de anim. lib. 1. trac. 1. cap. 5. chart. 3. col. 4.

Masculinum secundum naturæ dispositionem in dextero matricis formatur: foemina in sinistro, licet aliquo accidente aliter contingat. Albertus magn. de ani. lib. 6. trac. 2. cap. 1. char. 59. col. 3.

Mares si coeant cum foemina tempore partus, malum est, quia tunc nimis prouocatur matrix, & forte eicit fetum ante tempus. Alber. magnus de ani. lib. 6. trac. 3. cap. 1. chart. 61. col. 2.

Masculus formatur in maiori tempore in quadraginta diebus in minori in viginti quinque. Alb. mag. de ani. 1.9. trac. 2. cap. 5. chart. 91. col. 2.

Masculini partus signū est, quod lac mamillæ dextræ est spissum, ita quod stat super vnguem, & si destilletur super speculum, & ponatur in Sole, non diffunditur, sed stat in lacrima argenti viui, & papilla mamillæ dextræ rubeſcit, & eius venæ fiunt rubeæ. Et expertū est, quod si mouetur mater improuise, mouet primo pedem, & manum dextram, & oculus dexter magis velociter mouetur, & masculus post tres menses mouetur, foemina post quatuor. Albert. magn. de ani. lib. 10. trac. 2. cap. 3. ch. 95. col. 2.

Maris sperma per se non habet vltutem ad vitam, & ad animam, nec foeminę per se: sed conuictum ex ambo- bus habet virtutem ad vitam, & animam. Alb. magn. de ani. lib. 16. trac. 1. cap. 1. char. 135. col. 1.

Masculus fit, si calidum spermatis viri vincit, quod est terminans, & formans, & proprias virtutes membris conferens: at si indigestionem patitur, foemina procreatur. Vtrum autem hæc caliditas sit in toto corpore, vel in parte, dicendum quod primo molinſin patitur humidum, quod est materia inguinum, & membrorum genitalium, aut etiam calorem habet generantem complete: si passa molinſin est humiditas, fit sexus foemininus: si digeratur ad cōplementum, formatur in sexum masculinum. Alber. mag. de ani. lib. 16. trac. 1. cap. 14. chart. 140. col. 2.

Mares in vtero citius crescunt, quam mulieres, & contra extra vterum crescunt magis foemina quam mares; quia foeminae maribus sunt debiliores, quia sunt natura frigidiores. omnes enim res minoris virtutis citius veniunt ad complementum tale, quale permit- tente natura suscipere possunt. Alber. mag. de ani. lib. 18. trac. 2. cap. 5. chart. 157. col. 1.

Masculum facit iuuenis, qui in pubertate videt testiculū dextrum magis prominentem; si sinistrum foeminas. Albertus magnus de ani. lib. 22. trac. 1. capit. 3. chart. 173. column. 2.

Masculus creatur (vt ait Galenus) si sperma in dexteram partem ceciderit; si in sinistra, foemina. Alber. mag. de ani. lib. 22. trac. 1. cap. 22. chart. 173. col. 2.

Masculi, vel foeminae generatio est in dispositione spermatis. Alb. mag. de ani. lib. 18. trac. 1. c. 1. ch. 152. col. 1.

Mares generantur maxime flantibus ventis septentrio- nalibus, quia frigiditate sua claudunt poros, & intus calor naturalis melius sperma digerit: foeminae ob con- trarium flantibus austrinis. Albert. mag. de ani. lib. 18. trac. 1. cap. 3. char. 153. col. 2.

Masculinitatis plures causæ assignari possunt. Prima

quod agens variatur. secūda ex qualitate feminis mu- lieris; quia si calidum est, magis facit masculum, si frigidum; foeminam. tertia quantitas feminis, quia si multum, & calidum, facile facit masculum: si parum & frigidum foeminam. quarta ætas: quia multum iu- uenes, & senes facile faciunt foeminas: prouectiores ætate masculos. Alexand. de ales in 10. metaph. tex. 25. chart. 302 column. 2.

Masculi, qui multum coeunt, sunt vitæ breuioris, quam foeminae, quia magis spermatizant Petr. de Aluernia de long. & bre. vitæ. lib. 13. ch. 61. col. 2.

Maris, & foeminae considerationes.

MAs, & foemina nullo alio membro interiori differunt, nisi vtero. Arist. de hist. ani. 1. cap. 19. ch. 35.

Mas, & foemina est in mollibus, & crusta coopertis, & in pedestribus tum bipedibus, & crusta coopertis, & in ijs, quæ animal per coitum generant, aut vermem. Ari. de histo. anim. 4. cap. 11. chart. 147.

Mares in pedestribus sanguineis, non ouiparis maxima ex parte maioris, longiorisque vitæ sunt, quam foeminae, præterquam in genere mulorum, eius. n. foeminae maiores, & viuaciores sunt quam mares. Arist. de hist. anim. 4. cap. 11. chart. 143.

Maris in omni genere partes superiores, & priores sunt potiores, validiores, & aptiores. Aristoteles de hist. ani. 4. cap. 11. chart. 143.

Mas, & foemina ratione differunt, & facultas vtriusque diuersa est; sensu autem partibus quibusdā differunt: mari sunt testes, & coles: foeminae vteri, & vuluæ. Ari. de gene. anim. 1. cap. 2. chart. 98.

Mas, & foemina & si diuersa sunt animalia, tamen specie idem sunt. Aristot. de gener. ani. 1. cap. 20. ch. 137.

Mas est foemina in potentia: & potentia, & impotentia ratio sic describenda est, vt facultas adsit, & desit conco- quendi vltimum alimentum, quod in sanguineis san- guis appellatur, in alijs aliquid proportionale; & eius causa in principio, & parte, quæ originem caloris naturalis continet, sita est, cor profecto in sanguineis cō- sicuti necesse est, in alijs, quod mari, & foeminae pro- portionale est. Arist. de gene. anim. 4. cap. 1. ch. 229.

Mares habent maiora superiora quam foeminae. Arist. de long. & breui. vitæ. cap. 4. chart. 278.

Mares maiori corpore ex toto fere sunt, quam foeminae, vel quia calidiores, & calor vim augendi obtinet; vel quia mares præditi natura integra sunt, foeminae mæca, oblesaque desciscunt; vel quod mares longo tem- poris spatio perficiuntur, foeminae breui. Arist. proble. sec. 10. tex. 10. chart. 428.

Masculus, & foemina animalis sunt passiones, non secun- dum substantiam, sed in materia, & corpore: propter quod idem sperma masculus, aut foemina fit patiens passionem aliquam. Aristoteles 10. metaphysic. te. 25. cap. 8. chart. 211.

Masculus est melior secundum naturam, foemina deter- ior: hic imperat, illa parat. Arist. polit. 1. c. 3. ch. 495.

Mas, & foemina in hominibus non solum efficiendi causa, sed etiam bene efficiendi coniunguntur, & filios procreant non solum, vt id tributum ferant naturæ, verum etiā, vt commoda inde suscipiant. Aristoteles econom. 1. cap. 3. chart. 777.

Mas, & foemina non differunt ratione, sed materiali affe- ctione. non igitur differunt specie. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 59. chart. 54. col. 3.

Mas proiciendi semen, foemina vero suscipiendi habent potestatem. Ioan. gra. in 1. post. ch. 46. col. 4.

Masculus, & foemina sunt in omni genere animalium, eiusdem speciei. Auer. in 10. metaph. te. 10. ch. 129. c. 2.

Masculinum, & foemininum sunt animalis proprie passio- nes, sed nō differentie, quia causantur ab accidentibus materiæ,

materiæ, quæ subijcitur generationi. Ideo masculus, & foemina non differunt specie. Albert. magn. in 10. me- thaphysic. cap. 11. tract. 2. char. 146. col. 4.

Masculus, & foemina est in omnibus animalibus, præter- quam in anguilla, in qua adhuc discretio sexus non ha- betur. Alb. mag. de nut. & nutrib. tr. 1. c. 2. ch. 66. col. 3.

Masculus est agens, quia in generatione ministrat vim actiuam, foemina patiens, quia in generatione ministrat materiam. Alexand. de ales 1. 10. metaphysicor. te. 25. chart. 302. column. 4.

Maris est serpens multarum specierum, in hoc cum ter- restribus conueniunt, quod pedes nō habent, sed modo anguillari repūt in fundo, & natant. In omnibus autē serpentibus similes sunt præterquam in capite, & sunt malitiosus, sed venenum minus nocet in aqua, quam in terra. Alb. magn. de ani. lib. 25. char. 202. col. 2.

Marmacara est herba calida, & sicca. Alb. mag. de vege. & plantis lib. 6. tract. 2. cap. 12. ch. 167. col. 3.

Marmor est genus nobilior ceteris lapidibus non pretio- sis, quia superficies eius fulget, vel micat. Alb. mag. in 1. de min. ex tract. 2. c. 3. ch. 137. col. 2.

Marmor albus fit ex terrestri subtilissimo cōmixto aqueo multo: niger ex terrestri fuliginoso commixto coagula- to: glaucus ex terrestri opaco, quod alterauit modicum albu, quod ex terrestri subtili, & aqueo multo coagu- lari cepit: virens ex multo aqueo vaporibus simul ir- rorantibus mixto, & coagulato. Albertus mag. in 1. de minera. ex tract. 2. cap. 3. ch. 137. col. 2.

Mars in lapide sculptus, iracundiam audaciamque pro- uocat. Albertus magnus in 1. de mineral. ex tract. 3. cap. 5. chart. 143. col. 3.

Martarus est animal figuræ mustellæ, quantitatem ha- bens catti, sed longius, & breuia crura habens: in dor- so sulcum, in ventre, & gutture album, vt mustella, aliud est fagineum, & aliud abietum dictum. Sed mi- scentur mutuo, & pellis vtriusque est preciosa, & diu durans, & pulchra. Alb. magn. de ani. lib. 21. tract. 2. ca. 1. chart. 187. column. 1.

Marubium est herba, quæ est, & alba, & nigra: & vtraque est calida, & sicca. Alber. magn. de vege. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 12. chart. 166. col. 1.

Matix est arbor, & gūma illius eodem nomine vocatur. est alba, & melior; & alia est nigra. Alb. mag. de vege. & plant. lib. 6. tract. 1. chart. 156. col. 3.

Materia diuisio.

Materia duplex: sensibilis, & intelligibilis. Aristot. 7. metaph. cap. 12. tex. 35. ch. 146. Idem Arist. 7. meta. cap. 1. tex. 15. ch. 172. Idem D. Tho. in post. c. 74. col. 1.

Materia analogia, proportionemque cognoscibilis est, & opinabilis. Alex. aphr. in 1. metaph. vel secundum la- tin. 2. co. 20. ch. 52. col. 2.

Materiæ plures eiusdem sunt, quædam proximiores, quæ- dam remotiores. Io. gra. in 2. phys. te. 21. ch. 36. col. 1.

Materia multis dicitur modis. Vel per mundum composi- tionis, vt litera, materia syllabarum. Vel transmutationis, vt panis, qui est sanguinis materia. Vel vtroque mo- do compositione, & transmutatione, vt aqua, & terra, quæ animalium, & plantarum existit materia. Auer. 2. phys. ex posi. med. ch. 202. col. 1.

Materia alia communis omnibus, alia propria vnicuique enti. Auer. in 3. metaph. tex. commen. 5. ch. 51.

Materia, alia sensibilis, alia intelligibilis. Auer. in 7. meta. tex. comm. 34. ch. 87. Idem D. Tho. in post. c. 74. c. 4.

Materia propinqua est materia simpliciter; remota enim non dicitur materia simpliciter, nec in potentia simpli- citer. Auerroes in 9. metaphysicorum tex. co. 12. c. 112.

Materia diuersimode dicitur. Nam quædam est materia prima, quæ est imperceptibilis, Quædam habens for- mam, vt elementa, quæ sunt materia corporum com-

positorum. Et hoc genus materiæ est duplex, Vnum est, de cuius proprietate est, quod non corrumpitur eius forma totali corruptione, adueniente alia forma, imo inest ei forma materia cum quodam modo, vt de- claratum est in primo de gen. & corrup. Aliud, in quo remanet forma materiæ, adueniente forma, & est dis- positum, quæ inuenitur in quibusdam corporibus simi- larium partium ad recipiendam animam: hoc tamen appropriatur nomine subiecti. Nonnunquam etiā di- citur, quod partes compositi ratione quantitatis sunt materia compositi: & secundum hunc modum ponentes partes indiuisibiles, appellant eas nomine materiæ. Auer. epitom. metaph. tract. 1. ch. 171. col. 3.

Materia alique quantitate, vel est simplex, vel composita; si simplex, indiuisibilis est per omnem modum: si est composita, vel est composita ex substantialibus; vel ex accidente, & substantia. & vt se habet accidens ad sub- stantiam; sic compositio accidentalis ad substantialem: ergo, cum accidens causetur a substantia; compositio accidentalis proficiscitur a compositione substantiali. Ergo, vbi non erit compositio substantialis, non erit nec accidentalis. Ergo, vbi non erit compositio substā- tialis, ibi nulla erit compositio. Ergo prima compositio, cum non sit in materia prima, erit in potentia, & actu. Ergo absolute prima materia est indiuisibilis. Alb. magnus in 1. phys. ex tract. 2. cap. 4. ch. 5. col. 3.

Materia prima, alia est primo prima; de qua nihil demon- strat physicus. Alia secūdo prima, quæ est in genere prima. hoc est subiectum primum rerum naturalium. Alber. magn. in 2. phys. tract. 1. cap. 10. ch. 19. col. 2.

Materiæ multi sunt modi. Aliquando dicitur, quod sine omni sui mutatione est receptibile alicuius, vt tabula rasa receptibilis est imaginis. Aliquando fit receptibilis cum aliqua permutatione; & hoc fit dupliciter. Vel est causa cum permutatione situs partium; aut cum permutatione situs, & alteratione. Si cum permuta- tione situs, fit dupliciter. Aut est permutatio cum transpositione partium materiæ tantum. Aut cum abie- ctione partium aliquarum, & cum transpositione partium est materia, vt cera sigilli. Si cum ablatione, & additione, vel altero horum modorum; tunc est, vt figura incisionis vt ex ligno Eiculapius. Si cum alteratione, aut est solum vnicum alterationis subiectum, aut vnu cum alijs. Si cum alijs est, vt miscibilia materia mixta. Si autem per se solum, tunc aut est materia, ex qua fit tunc, aut subijcitur cum priuatione, aut cum cōtrario, aut simpliciter. Ideo est subiectū mutationis per hoc, quod est in potentia: & fundamentum per hoc, quod est suscipiens, & substans. Albertus magn. in 5. metaph. tract. 1. cap. 3. chart. 99. col. 3.

Materiæ duplex est consideratio: Vel vt substantia, quædam, vel vt materia. Albertus magn. in 7. metaph. tract. 1. cap. 5. ch. 121. col. 1.

Materia alia sensibilis, alia intellectualis. Sensibilis est, quæ qualitatibus actiuis, & passiuis distinguitur. Intel- lectualis est, quæ per rationem intellectualem abstra- cta est a motu, Et materia secundum esse autem est in- sensibilis, non vt sensibilia, sed vt quantitatem dis- cretam, vel continuam habetia, vt sunt mathematica. Alb. magn. in 7. metaph. tract. 3. cap. 5. ch. 128. col. 3.

Materia, alia est, ex qua fit res in ipsa re saluata, vt subie- ctum. Et hæc non dat rationem, nec formam. Et est materia circa quam est res. Et hæc in omnibus volun- tariis est finis voluntatis. Alb. magn. ethicorum 2. trac. 2. cap. 6. chart. 32. column. 2.

Materia duplex: sensibilis, a qua abstrahuntur mathema- tica: & intelligibilis, quam mathematica concernunt. D. Tho. in 3. de ani. lib. 8. te. ro. ch. 56. col. 2.

Materia est alia sensibilis alia intelligibilis, sensibilis, vt es, & lignum: intelligibilis, quæ est in sensibilibus, non vt sensibilia, sicut mathematica D. Thomas 7. metaphy- sic.

pore sit simul. Et ideo est hoc, quod forma accidentalis est compositioni, & non materiæ cōtingens: materia enim non finit accidens, nisi finita forma substantiali. Albert. mag. in 11. metaph. tract. 1. cap. 12. c. 150. col. 3.

Materia non habet principium actiuum, sed sufficit ad motum naturalem, vt habeat passiuum principium, quod est potentia naturalis ad actum. D. Thom. in 8. phys. 1. 8. tex. 32. char. 128. col. 4.

Materialia ab intellectu immaterialiter cognoscuntur. D. Th. 3. metaph. lec. 10. tex. 13. char. 155.

Materia est pars integralis rei, & ideo de re prædicari non potest. D. Tho. 7. metaph. l. 1. 2. tex. 43. char. 525.

Materia definitur, & determinatur per id, ad quod est in potentia. D. Tho. 9. metaph. l. 6. tex. 12. char. 651.

Materialia respectu immaterialium dicentur esse ex additione. Alex. de ales in pri. metaph. char. 8. col. 1.

Materia irresolubilis est. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 32. c. 164. col. 2.

Materia dicatur substantia, quia est in potentia ad formam substantialem, & suscipit eam. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. char. 188. col. 2.

Materiæ entitas non est prædicamentalis, quia oë prædicamentum a formalitate sumitur, sed magis est essentia trahibilis ad prædicamenta, quia potest trahi ad omnem formam prædicamentalem, quæ potest deduci de potentia materiæ. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. char. 188. col. 4.

Materiæ essentia licet sit trahibilis ad oë prædicamentum, tamen quia primo suus aspectus est ad formam substantialem, secundo vero ad accidens. ideo magis reducitur ad substantiæ prædicamentum, quam ad accidens. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. c. 188. col. 4.

Materia non habet esse formale de se. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. c. 189. col. 3.

Materiæ insunt aliqua per naturam materiæ, vt essentialia, vt esse in potentia, & esse vltimum; alia insunt ei per vim agentis, & est esse formale. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. char. 189. col. 4.

Materia, vt materia, non habet, nisi rationem moti, non autem motoris. Alexand. de ales in 7. metaph. tex. 7. c. 190. col. 1.

Materia de ratione sui habet, quod sit in potentia ad omnem formam generabilem, & corruptibilem: & quod per formam perficiatur. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. char. 190. col. 1.

Materia est medium inter esse, & non esse. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 10. c. 191. col. 2.

Materia est principium generationis, in qua est aptitudo ad formam, quæ aptitudo quodammodo est pars formæ; & hæc aptitudo aliquando a natura potest deduci ad actum, vt aptitudo ad sanitatem. Aliquando tantum ab arte deduci potest ad actum, vt aptitudo lapidis ad statuum. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 29. c. 214. col. 3.

Materia nō est pars diffinitiuæ respectu illius, cuius est ratio. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 39. c. 219. col. 2.

Materia potest esse de essentia speciei: materiale non. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 34. c. 219. col. 2.

Materia est in omni eo, in quo differt quidditas, & cuius est quidditas, & ob hanc materiā semicirculus est pars circuli particularis, non vniuersalis. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 39. char. 225. col. 3.

Materia est mediū inter ens, & nihil, id est inter ens formale, & non ens formale. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. char. 246. col. 1.

Materia nec est quale, nec quantū, & sic de aliis rationibus prædicamentibus: quidditas autē accipitur pro entitate rei terminatæ, ac actuali; & sic materia non habet quidditatem, sed est infra ambitum entis. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. c. 246. col. 1.

Materia est fundamentum naturæ, & nullam habet distinctionem nec essentialem, nec materialem de se; sed tamen ipsa contra formam distinguitur. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. ch. 246. col. 1.

Materia, & si non posset generari; quia supponitur generationi; creari tamen potest. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. char. 246. col. 2.

Materia est aliqua entitas; alioqui motus, & forma non essent actus entis. Alex. de ales, ibid. col. 3.

Materia, q̄ est subiecta generationi, est subiecta augmento. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. char. 247. col. 1.

Materia est ex cōposito per modū resolutionis, vt cōpositum ex materia per modū compositionis. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 11. c. 254. col. 2.

Materia dicit rem suam in potētia ad formā, vt est trāsmutabilis per viam motus, & fieri. Subiectum dicit rem suam, quia sustentat formam, & quia actū est sub forma, & in hoc differunt. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 12. char. 255. col. 1.

Materia de sui natura est, quod sit trahibilis ad naturā contrariorum: si cælum haberet materiā; haberet contrarium, quod est impossibile. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 14. char. 256. col. 4.

Materia elementorum, quia potest trahi ad diuersas determinationes formales, est principium motus ad formam. Materia cæli non est principium motus, nisi localis, quia nō potest trahi ad diuersas terminaciones formales. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 14. ch. 257. col. 2.

Materia dici potest omne illud, quod habet rationem terminabilem per aliquid aliud. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 15. c. 258. col. 3.

Materiæ proprietates.

Materia nec est separabilis a re, nec continens est locus, & separatur, & continet. Arist. phys. 4. cap. 7. tex. 38. c. 88.

Materiæ a magnitudine esse separatum impossibile est. Arist. 1. de gene. & cor. cap. 2. tex. 32. ch. 398.

Materia in gñabilibus est causa, quod possibile sit, & nō sit. Arist. 2. de gener. & cor. su. 3. cap. 1. tex. 31. c. 441.

Materiæ est pati, & moueri: mouere autem, & facere est alterius potentiæ. Arist. 2. de gener. & cor. su. 3. cap. 1. tex. 13. c. 443.

Materiam habenti impossibile est non habere contrariū aliquo modo. Arist. de long. & breui. vit. cap. 2. c. 293.

Materia animalium, ex qua est vnū quodq; , non est idē, & habitus, & dispositiones ipsius. Arist. de inuent. & fenec. vit. & mor. & respir. cap. 13. char. 324.

Materia est in causa, quod aliquid accidit præter illud, quod est in pluribus. Arist. 6. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 5. c. 123.

Materia non est oīum: sed quorū est generatio, & corruptio ad inuicem. Arist. 8. metaph. cap. 7. tex. 14. c. 170.

Materia non est in potentia æqualiter ad contraria: quia est in potentia ad formam, vt ad habitū: & in potentia ad aliud, vt ad corruptionem, & priuationē. Arist. 8. metaph. cap. 7. tex. 14. ch. 170.

Materia, quæ rectum, & exactum ordinē suscipere nequit, est in causa, quod hiems cito incipiat, vel tardet, & sic de reliquis temporibus. Alex. aphr. in 2. meteor. cap. 3. co. 14. c. 43. col. 2.

Materia est causa vnicuiq; eorum, quæ natura, vel arte fiunt, vt sit, vel non sit. Alex. aphrod. in 6. metaph. vel secund. latin. 7. co. 19. char. 193. col. 1.

Materia, vt materia, non habet nec prius, nec posterius. Alex. aphrod. in 6. metaph. vel secund. lat. 7. co. 37. c. 210. col. 1.

Materia earum rerum est, quæ factæ, ac ortæ nondum sunt. Them. in pri. phys. char. 20. col. 1.

Materia causa permanens est, & vna cū forma, cuius est coniu-

coniungere, vt mater gignendis rebus præsto est. Them. in pri. phys. tex. 80. c. 20. col. 4.

Materia est causa, cuius merito reliqua omnia proueniunt. Them. in 2. phys. tex. 96. c. 26. col. 2.

Materia per se non mouetur: quoniam per se nunquam est actus. Them. in 3. phys. tex. 9. c. 27. col. 3.

Materia ob priuationem est causa malorum: cū nequeat recipere sempiternorū rectam ordinatiōē, & dispositionem. Simp. in pri. phys. tex. 80. c. 87. col. 1.

Materia proxima non solum causa est eius, quod fit sed et eius gratia. Simp. in 2. phys. tex. 28. c. 109. col. 1.

Materia non est in ingenitis, nec in his, q̄ sunt p̄ accidēs, nisi per relationē. Simp. in 2. phys. tex. 69. c. 127. col. 2.

Materia est causa omnis imperfectionis: perfectionis forma. Simp. in 4. phys. char. 217. col. 1.

Materia est causa, vt formæ agunt, & patiantur; quæ scilicet suapte natura agere, & pati queunt. Io. gram. in 4. phys. tex. 39. c. 83. col. 2.

Materia habentia sola agunt, & patiuntur. Ioan. gram. in 4. phys. tex. 59. c. 83. col. 2.

Materia potestate existens contrariorum susceptiua, ac sempiterna successiue cōtraria recipiēs, causa est, quod non deficiat nostra corruptio, & generatio. Io. gram. in pri. de gener. & cor. tex. 15. co. 57. c. 27.

Materiæ substantiæ accidit, vt sit in potentia omnes formæ, non quod potentia eius sit in substantia, que sit pars diffinitionis eius; nam si potētia esset in eius diffinitione, esse eius destrueretur ablatione potentiæ, & præsentia formæ in actu. Auerr. in phys. prim. tex. 70. char. 20. col. 1.

Materiam habens omne est generabile, & corruptibile: nam in materiæ natura est priuatio formæ, alioqui nō reciperet formas: vt, si priuatio esset in ea simpliciter, nihil ex ea generaretur: est ergo quasi cōposita ex esse, & non esse. Auerr. in phy. pri. tex. 79. c. 21. col. 4.

Materia est causa ipsius nihil, & infinitatis: forma ipsius esse, & finitatis. Auerr. in 3. phys. tex. 60. c. 53. col. 3.

Materiæ proprium est, vt habeat dimensionem in potentia. Auerr. in 4. phys. tex. 15. c. 59. col. 3.

Materia nunquam mouetur. Auerr. in 3. phys. expo. med. c. 204. col. 4.

Materia si esset, cuius potentia nūquam exiret ad actū; tunc ista potentia esset otiosa, & superflua. Auerr. pri. de cælo. tex. 20. c. 8. col. 3.

Materia vt materia nullum hēt esse in actu in rebus naturalibus. Auerr. 2. de ani. sum. 1. tex. 9. c. 128. col. 3.

Materia si non esset, non esset passio. Auerr. 3. de ani. tex. 12. c. 168. col. 3.

Materia non est causa receptionis simpliciter; sed receptionis trāsmutationis, id est huius entis indiuiduantis. Auerr. 3. de ani. tex. 28. c. 173. col. 2.

Materia non admittit quod comprehendit minus perfectum ex eis comprehendentibus, necesse est, vt comprehendat perfectius, & non e contrario. Auerr. 3. de anima, tex. 36. char. 177. col. 2.

Materia nō mouet p̄ se. Auerr. 1. metaph. tex. co. 11. c. 6.

Materiale non trāsmutatur, nisi ab alio materiali. Auerr. in pri. metaph. tex. com. 31. c. 10.

Materia quod mouet, necessario est corpus habens qualitatem actiuam, aut potentiam, quæ agit per corpus habens qualitatem actiuam. Auerr. in 7. metaph. tex. com. 31. char. 85.

Materia non prædicatur de re nomine principali Auerr. in 7. metaph. phys. cor. tex. com. 43. cha. 92.

Materia recipiens vitam habet in se potentiam ad mortem per accidens, quia in ea est potentia ad corruptionem vitæ: non quia recipit mortem, vt viuum: quia sic mortuum reciperet vitam, vt viuum. Auerr. in 8. metaph. tex. com. 14. char. 104.

Materia, que potest, simpliciter nō indiget in hoc, quod exeat in actum, nisi vno motore tantum. Materia au-

tem, quæ non dicitur posse simpliciter, sed per potentiam remotam, exit in actum per plures motores secundum remotionem, & propinquitatem. Auerr. in 9. metaph. tex. co. 12. char. 112.

Materia non prædicatur de re materiata nomine principali, sed denominatiuo. Auerr. in 9. metaph. phys. tex. co. 12. c. 112.

Materia natura trāsmutatur secundum modos naturæ trāsmutationis. Auerr. in 12. metaph. phys. tex. co. 10. c. 139.

Materia est causa potestate in rebus, in quibus est potentia. Auerr. in 12. metaph. tex. com. 30. char. 148.

Materia necessitas est in causa, vt aliqua sint sine solitudine, non ex diminutione agentis. Auerr. in 12. metaph. phys. tex. co. 52. c. 158.

Materiæ non est diuisio, nisi vt habeat qualitatem. Auerr. de subst. orbis. cap. 1. c. 3. col. 2.

Materiæ primum, quod in ea existit, sunt tres dimensiones, quæ sunt corpus. Auerr. de subst. orbis. cap. 1. c. 3. col. 2.

Materia omnis indiuiduationis est principium, & causa. Alber. mag. in prædicab. c. 5. col. 4.

Materia, vt est substantia quædam, nullas habet vices temporis. Alb. mag. 8. phys. l. 1. c. 6. c. 90. col. 3.

Materia antequam corpus induxerit, indiuisibilis est. Alb. mag. in pri. de cælo. trac. 3. cap. 4. c. 14. col. 4.

Materia subiicitur & trāsmutationi, & receptioni, quia receptio est finis trāsmutationis. Alber. mag. in 3. de anim. trac. 2. cap. 17. ch. 40. col. 3.

Materia diuisibile successiuum materiale habet, & comitatur eam compositio, & diuersitas: & compositio, & diuisio per numerum, vel per naturam materiæ, & huiusmodi multa. Alber. mag. de intel. & intel. cap. prim. char. 53. col. 3.

Materiæ condiciones sunt ex, quæ eam sequuntur, prout est in esse naturali, vt differentia loci, temporis oppositio, & compositio, & similia. Alber. mag. ex prim. de intel. & intel. cap. 1. c. 35. col. 3.

Materiæ proprium est suscipere per modum potentiæ exeuntis ad actum per motū. Alb. mag. contra Auerr. de vnit. intel. cap. 3. ch. 84. col. 2.

Materia non est causa virtutis, & formæ. Alber. mag. de natur. locor. distin. 1. cap. 5. ch. 94. col. 3.

Materia corporea a prima materia habet suscipiendi virtutem; & sustinendi, & formandi, & materia cōtrarietate formata a materia corporea, has habet virtutes. Alber. mag. de cau. & proces. vniuersa cau. pri. l. 1. trac. 4. cap. 4. char. 195. col. 4.

Materia non est causa, quod forma sit forma. Alb. mag. de cau. & proces. vniuersa cau. 1. l. 2. trac. 1. cap. 21. c. 206. col. 1.

Materia passibilitatē habet a seipsa, si passibilitas dicitur receptibilitas formæ; si aut passio est a contrario, tūc passibilitatē hēt a cōtrariorū susceptibilitate, & a cōtrariis susceptis, & secundū actum agentibus. Alber. mag. in pri. metaph. trac. 4. cap. 8. char. 67. col. 4.

Materia sola est causa indiuiduationis, & nihil est singulare, nisi materia, & per materiam. Alb. mag. in 3. metaph. trac. 3. cap. 10. c. 85. col. 3.

Materiæ quinq; accidūt, ex quib. pprie, & perfecte eius natura cognoscitur. Primum est, qd accidentia sensibilia sunt, quib. subiicitur materia ppria vniuersalibus. Et forma non est subiectū illorum accidentiū, sed materia. Et ideo materia est primo quāta potētia, & quāta fm actū subiicitur sensibilibus: & ideo notitia materiæ est illud, qd in se sentitur, & subiicitur quātitati, & sensui, & sensibilibus: & secundum hoc dicitur materia, cum qua est hoc aliquid ens, quia ipsa est primum principium indiuiduationis. Et, cum indiuiduat ens apparens propter hoc, quod est sensibilis, distincta qualitate sensibili, & quantitate: & hæc duo sunt

funt propria materia, quod sit cum hoc aliquid, in quantum sit individuans. Secundum, quod sit apparens, in quantum ipsa est id, quod quantitate, & sensibili qualitate determinatur in substantiis sensibilibus; Tertium est, quod non intelligitur, nisi per analogiam ad hoc aliquid, ad sensibilem substantiam, quæ est per formam. Quartum est, quod accidit materiæ proximæ, & non remotæ: hoc enim est hoc aliquid secundum causam, quia ipsa est causa huius, in quantum est hoc apparens in sensu designatum, Quintum est, quod melius, & magis proprium omnibus est, quia cum resoluimus posterius in prius secundum formam, & actum, in potentiam, inuenimus semper communius, & vniuersalius, in quo stat resolutio: & hoc scito, non scitur res, nisi in potentia. Ita cum proximam materiam in priorem, & notioem resoluimus, non facimus hoc, nisi per formæ absolutionem: ideo forma nulla est, cum accipitur materia prima: sed per priuationem formarum intelligitur: ideo communitas formæ primæ, & materiæ primæ sunt æquiuocæ, quia vna est per formarum priuationem, & altera per simplicissimæ formæ potentiam; & sic materia non est in natura, sed in intellectu accepta per priuationem formarum; & non est in potentia, vt sensibilem materia. Si autem accipi debeat, prout est materia quædam non sensibilem, accipietur quidem, prout ipsa, & hoc aliquid, non quidem in esse formali, sed apparens in ipso ad sensum præter formas; & secundum hoc quæcunque in re ipsa sunt tactus, & continuatione, & non complantatione, siue ordine, sunt materia subiecti, cuius est materia; quia materia est id, quod determinatur continuitate, & tactu in rebus. Complantatio autem vnius cum alio, ordinatio omnis fit per formam, quia materia nec est causa complantationis naturæ, nec ordinis, sed forma: ideo in separatis non est materia. Albertus mag. in 11. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 148. col. 4.

Materia secundum se considerata semper trahit ad id, quod indignius est. D. Th. in perih. c. 11. col. 1.

Materiam quodcunque habet, mobile est. D. Th. in pri. phy. l. 1. tex. 1. c. 1. col. 2.

Materia non solum est principium indiuiduationis in singularibus sensibilibus, sed & in mathematicis. Diuus Tho. 7. metaph. l. 10. tex. 36. char. 500.

Materia non est cuiuslibet rei, sed duorum, quæ per se generantur, & tranſmutantur inuicem. Diuus Thomas octauo metaphysicorum. lect. 4. text. 14. char. 620.

Materiam quod habet, solum mouetur. D. Th. 11. metaph. l. 7. tex. 1. c. 785.

Materiam habent quæcunque; sunt vnum specie, & multa numero. Diuus Thom. 12. metaph. l. 10. tex. 49. char. 896.

Materiæ Antiqui quatuor attribuebant proprietates: primo, quod est illud, ex quo fit aliud: secundo, quod est illud, ex quo primo fit aliquid: tertio, quod est illud, in quod resoluitur factum: quarto, quod oportet eam manere in omni mutatione. Quæ conditiones, & si materiæ conueniunt, vt ipsi dicebant, quod materia manebat eadem secundum substantialem actum, variata solum secundum passionem, & accidentia. Alexander de ales in prim. metaphysicor. char. 12. colum. 3.

Materiam dicere esse ens actu, & esse materiam est implicatio contradictionis. Alexander de ales in 1. metaphysicor. char. 12. col. 4.

Materialiter quod est in aliquo, efficienter est in alio. Alexander de ales in primo metaphysicor. charta 13. columna 4.

Materia est causa corruptionis. Alexan. de ales in 7. metaph. c. 273. col. 2.

Materiæ propriū est recipere, & quod recipit materiæ assimilatur. Ale. de ales in 7. metaph. te. 39. c. 225. c. 2.

Materiam localem quod habet, non est necesse, vt habeat materiam generabilem, & corruptibilem. Ale. de ales in 8. metaph. te. 4. c. 245. col. 3.

Materia non habet essentiam, quia omnis essentia est a forma. Ale. de ales in 8. metaph. te. 4. c. 246. col. 4.

Materia est in omni eo, quod mouetur. Alex. de ales in secundo metaph. char. 45. col. 1.

Materiam quod habet, impossibile est non habere contrarium. Petr. de aluer. de long. & breu. vit. l. 1. c. 59. c. 3.

Materia, vt materia prima.

Materiam vnam facientes inter elementa, separabilem, & corpoream, peccant. Aristotel. 2. de gener. & cor. su. 1. ca. 1. te. 2. c. 423.

Materia prima, & si est communis omnibus, tamen proxima alia, & alia est, & eiusdem sunt plures materiæ, cum vna materia est ex alia. Arist. 8. metaph. capit. 5. te. 10. char. 168.

Materia denominat compositū, & si inuenitur aliquod primum, quod non ab alio denominatur, hæc est prima materia. Ari. 9. metaph. ca. 1. te. 12. c. 183.

Materiam informem præter materiam appellare possumus: nam materia, quæ compositis corporibus subijcitur, materia quidem est, non autem simpliciter materia, quia & huius est alia materia. Ale. aphro. de ani. l. 1. cap. 2. char. 30. colum. 3.

Materia sui ratione qualitibus carens, infigurataque existens, a potentia diuinorum corporum fit sine actu corpus, & formatur, & figuratur, vt quod plus accedit ad diuinum corpus, plus participat eius potentia, formaturque caliditate, & siccitate, quæ sunt primæ a diuinis corporibus in corpora passiones. Ale. aphr. in 2. natur. q. ca. 3. c. 7.

Materia prima nulli est contraria, cum sit omnis qualitatis expers. Ale. aphr. in 11. metaph. char. 307.

Materia ad suam essentiam constituendam non indiget potestate, sed prima res est quædam in se, & actu. The. in prim. physico. te. 61. char. 19. col. 4.

Materia prima, quanquam non sit numerabilis, & hoc aliquid, tamen proprius ad numerum accedit, quæ priuatio. Them. in pri. phy. te. 66. c. 20. col. 2.

Materiam primam ante Aristotel. descripsit Plato. Simplic. in pri. phy. c. 75. col. 2.

Materia prima est subiectum omnium, & vt subiectum omni forma, & qualitate expers esse oportet. Simplic. in prim. phys. te. 70. char. 78. colum. 2.

Materiam primam cognoscere, non est simpliciter, vt eam rerū, quæ in sublimibus consistunt, principia percipere, sed simpliciter corporū. Io. gr. in pri. phy. c. 3. c. 2.

Materia principalissima primum principium est, vt corporum, & vt animalium, plantarum, metallorum, & eorum, quæ in sublimi fiunt: at celestium aliud peculiare principium est. Io. gram. in pri. phy. c. 4. col. 3.

Materia prima a primo proficiscitur, & pendet, non a natura. Ioannes grammaticus in prim. physico. char. 4. columna 3.

Materiæ primæ diffinitio non significat eius substantiam, sed habitum; nec rationem, quam ipsa erga formas habet, declarat. Io. gram. in pri. phy. te. 82. c. 30. col. 2.

Materia prima eo quod aliam, & aliam recipit formam, ideo a forma diuersa est. Io. gr. in 4. phy. t. 15. c. 78. c. 1.

Materia prima est verè elementum, ex quo omnia componuntur, & est in vnaquaque earum, & in quod dissoluuntur omnia, & est causa omnium aliorum elementorum. Auer. in 5. metaph. tex. com. 4. char. 50.

Materia prima est in potentia vtriq; contrariorum eodem termino, scilicet cum alterum fuerit actu, reliquum fuerit potentia. Auer. in 8. metaph. t. co. 14. c. 104.

Materia

Materia prima habet nomen elementi completi: elementa enim quatuor sunt elementa compositorum, sed non prima, quia sunt ex prima materia, & formis simplicibus. Auer. in 10. metaph. te. co. 2. c. 118.

Materia prima quamuis sit vna, tamen multa est in potentia. Auerro. in 12. metaph. te. com. 11. ch. 140.

Materia prima est vnum secundum subiectum, & multa secundum habilitates. Auer. in 12. metaph. t. co. 11. c. 140.

Materia prima primo habet habilitates ad recipiendum primas contrarietates, scilicet formas omnium quatuor elementorum. Secundo potentias consimilium partium mediantibus formis quatuor elementorum: & istæ potentia diuersantur secundum diuersitatem mixtionis quatuor elementorum, ita vt ex hoc diuersentur formæ generabilium. Auerroes in 12. metaph. text. comment. 11. ch. 140.

Materia prima est vna secundum numerum, quia differentia indiuisibiles absunt, & carent formis, quibus inuenitur pluralitas in numeris: est autem communis rebus pluribus in numero, quia caret forma prima, qua res dicuntur vna, non quia habet formam communem. Auerroes in 12. metaph. tex. co. 14. c. 141.

Materia vt est communis omnibus generabilibus, & corruptibilibus, non habet esse extra animam, cum sic non intelligatur, nisi secundum priuationem. Et cum ita sit, illud quo differt a non esse, & est aliquod ens extra animam, est, quia est subiectum indiuidui sensibilibus, quod videtur, non illud, quod intelligitur ex ea: & hæc est perfecta materiæ imaginatio. Auer. in 12. metaph. te. comment. 14. char. 141.

Materiæ primæ differentia substantialis est potentia. Auer. de substant. orbis. capit. 1. char. 3. colum. 2.

Materia prima recipit omnes formas, quia eius substantia est in posse: sed posse, quo substantiatur hoc subiectum, differt a natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse, in hoc, quod posse dicitur respectu formæ; hoc autem subiectum est vnum entium existentium per se, & elementum vnum æternum existentium per se, quorum substantia est in potentia: ideo difficile intelligitur, nisi in comparatione ad aliud. Auer. de substant. orbis. ca. 1. char. 3. colum. 2.

Materia prima nunquam denudatur a dimensionibus non terminatis, quia si denudaretur, corpus esset ex non corpore, & dimensio ex non dimensione, & formæ corporales essent contrariæ. Auerroes de substant. orbis. ca. 1. ch. 1. colum. 2.

Materia prima non potest recipere in eadem parte duas dimensiones terminatæ quantitatis, nisi per alterius deductionem, & per agens extrahens illas de potentia ad actum. Ideo sunt contrariæ formæ istæ. Auer. de sub. orbis. ca. 1. ch. 3. colum. 3.

Materia prima necesse est vt sit vnum, quia non habet formam dantem nomen, & diffinitionem vnā, & necesse est vt tres dimensiones, quæ videntur ab ipsa in separabiles, & eadem numero, quæ dicuntur corpus, sint accidentia, & vnum, quia subiectum eorum non habet nomen, nec diffinitionem vnā numero. Auer. in phy. pri. te. 63. c. 18. col. 3.

Materia prima non denudatur a corporeitate, quia tunc haberet dispositionem substantialem, & haberet nomen, & diffinitionem. Auer. in phy. pri. te. 63. c. 18. c. 4.

Materia prima, cum non possit denudari a forma, est in causa eius, quæ est per accidens, vt causa eius, quod est per accidens in generatione a priuatione est quod illud, quod generandum est, debet esse priuatum. Auerroes in phy. pri. te. 76. char. 21. colum. 2.

Materiam primam Arist. inuenit, & principaliter sciuit. Auer. in phy. pri. te. 78. c. 21. colum. 3.

Materia prima sola est in causa corruptionis, & generationis propter non esse, quod in eius substantia admissum est. Auer. in phy. pri. te. 79. c. 21. colum. 4.

Materia prima non est composita ex materia, & forma: Auerroes in secundo phy. te. 10. c. 25. col. 1.

Materia prima non potest declarari esse proprie, nisi per signum naturale. Auer. in phy. 2. te. 22. c. 27. col. 2.

Materia prima parata est recipere duo contraria æqualiter, & ideo receptio vniuscuiusque contrariorum est ei naturalis. Auer. in phy. 2. te. 48. c. 32. col. 1.

Materiam primam potentiam habere ad esse, & non esse, intelligendum est duo contraria inuenire in ea in temporibus æqualibus oppositis, vt pluuiam esse, & non esse æqualiter. Auer. in phy. 2. te. 48. c. 32. col. 1.

Materiæ primæ esse non admiscetur actus omnino. Auer. phy. 5. te. 8. c. 98. col. 1.

Materia prima nunquam percepta fuit a Platone. Auer. 4. de celo te. 25. c. 90. col. 1.

Materia prima non est ens in actu, sed est ens in ente in actu non distinctum ab eo. Auer. 3. de celo. t. 29. c. 92. c. 1.

Materia prima, quæ est materia elementorum, non est generabilis, nec corruptibilis. Auer. 3. de celo. te. 65. c. 103. c. 3.

Materia prima est materia corporū simplicium primo, secundo compositorum mediantibus simplicibus: elementa vero sunt materia corporū compositorū, & in hoc differunt. Auer. 3. de celo te. 67. c. 105. col. 2.

Materia prima vnica est secundum subiectum, & plura secundum habilitatem, & sua habilitas ad recipienda duo contraria est æqualis. Auer. 4. de celo te. 35. c. 121. col. 2.

Materia prima non est causa receptionis, sed receptionis transmutabilis, excepto alicuius singularis, causa autem receptionis simpliciter est intellectus. Auer. 3. de anim. te. 15. chart. 168. colum. 4.

Materia prima, vt est simplex substantia non suscipit contraria, sed vt est quanta, & cum quantitas sit ante contrarietatem, ideo non suscipit contraria. Alb. magn. in prædic. char. 46. col. 3.

Materia prima secundum esse non consideratur, nisi in corpore moto ex mobili, in quo est potentia ad situm. Alb. mag. in pri. phy. ex 3. tract. ca. 11. c. 12. col. 2.

Materia exiit in esse a causa, & cadit in mente diuina, vt lignum in mente artificis, non vt lignum, sed vt artis susceptibile. Alb. mag. in pri. phy. ex 3. tr. c. 13. c. 13. c. 1.

Materiæ appetitus non est, vt conferetur in eo, in quo est, sed vt tranſmutetur in id, quod appetit. Alb. mag. in 1. phy. ex 3. tract. ca. 16. char. 15. colum. 1.

Materia prima est, quæ est in potentia ad formam primam, & est indispota: materia autem consequens primam est, quæ se habet ad formam consequentem, vt materia prima se habet ad formam primam; & hæc triplex in genere, commixta, vt in mineralibus: complexio nata, vt in plantis: organata, vt in ani. Alb. mag. 2. phy. t. 2. c. 1. c. 14. c. 4.

Materiæ primæ essentiæ cum forma substantiali eductam esse ex nihilo a Deo in esse, non negant præcipui peripateticorum. Albert. magn. in 8. physic. trac. 1. cap. 4. char. 89. colum. 4.

Materia prima non est punctum, nec prima eius forma est corporeitas, sed alia essentialis forma est ante eam, quæ non diuiditur quantitatis diuisione. Alb. mag. in 3. de celo, trac. 1. cap. 3. ch. 45. col. 4.

Materiæ primæ subtilitas nihil addit supra hyle, nisi modum negationis, qui non videtur esse in subiecto. Alb. mag. in 5. metaph. trac. 2. cap. 2. ch. 104. col. 2.

Materia prima non exiit in esse per causam aliquam generabilem, vel mouentem, sed est perpetua. Alb. mag. in 11. metaph. trac. 2. cap. 20. ch. 156. col. 4.

Materiæ principia, quæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum, non operantur aliquid ad uitæ potentiam, nisi prout sunt informata a primis vitæ principijs, quæ sunt causa prima, & intelligentiæ. Alber. mag. ethic. 6. trac. 2. cap. 18. ch. 75. col. 4.

Materia prima est elementum, non tamen corporale, sed absque omni forma, vt in se consideratur. D. Thom. in pri. de celo, l. 18. te. 91. ch. 19. col. 1.

Materia prima, & si sit communis omnibus, tamē materiæ propriæ sunt diuersæ diuersorum, & quibusdā est propria materia. D. Tho. 8. metaph. l. 4. tex. 11. c. 6. 17. **Materia prima** licet sit in potentia ad omnes formas, tamē quodam ordine accipit eas. Primo enim est in potentia ad formas elementales, & eis mediātibus secundum diuersas proportionales commixtionem est in potentia ad diuersas formas. Diuus Thom. 1. 2. metaph. l. 2. tex. 10. char. 842. **Materia prima** est prima simpliciter. Alexander de Ales in quinto metaph. text. 4. char. 109. col. 1. **Materia prima** indiuisibilis est, & secundum quantitatem, & secundum formam. Alex. de Ales. ibid. col. 2. **Materia prima**, & potentia prima videntur conuerti: potentia uero prima nō uidetur dicere aliquem actum, imo uidetur præcedere omnem actum uniuersaliter. Alex. de Ales in 8. metaph. tex. 4. c. 246. col. 1. **Materia prima** est pura potentia, quod intelligendum, quod non est prima potentia simpliciter, sed in genere. Alex. de Ales ibid.

Materia ut se habet ad formam.

Materia, & priuatio diuersa sunt: materia quidem nō ens est secundum accidens, priuatio uero per se: & materia prope, & quodammodo substantia, priuatio nequaquam. Arist. phy. prim. cap. 9. tex. 79. c. 26. **Materia** appetit formam, ut foemina marē, & turpe pulchrum: at turpe, & foemina appetunt non per se, sed per accidens. Arist. phy. 1. cap. 4. tex. 81. char. 27. **Materia**, & infinitum continetur, forma autē continet. Aristot. phys. 3. cap. 7. tex. 67. char. 74. **Materia** nunquam sine passione, neq; sine forma esse potest. Arist. 1. de gen. & cor. su. 2. cap. 2. tex. 29. c. 443. **Materia** si est ingenita, multo magis forma ingenita est. Arist. in 3. metaph. ex su. 2. cap. 2. tex. 12. char. 50. **Materia** non præexistere, impossibile est aliquid factum esse: materia enim compositi est pars, & forma compositi quoque pars est. Aristot. 7. metaph. cap. 6. tex. 24. c. 139. **Materia** & forma licet concurrant ad compositum, tamen principalis ratio essendi est ipsa forma, & formā necesse est esse sempiternam, quod uerum est de formis per se subsistentibus: aut corruptibilem, sine corrumpi, aut factā sine fieri, quod est uerum de formis existentibus in materia: tertio quod substantiæ formales sunt, ut numeri. Aristoteles octauo metaph. cap. 4. text. 8. char. 166. **Materia** potestate quadam formas habet. Theophrastus metaph. lib. 2. cap. 6. char. 323. **Materiam** aliquam non est sumere in eo, quod actum est, quod per uniuersum manens in ipso eadem numero recipit additionem aliquam in quantitate: ois enim fuit; forma autem semper eadem manet, quousq; res seruetur. Alex. aphr. in pri. natur. q. cap. 5. c. 2. **Materia** esse nequit absq; forma, sed absq; hac forma esse potest. Alex. aphr. in pri. natur. q. cap. 8. char. 3. **Materia** sunt omnia, quæ sunt per mutationem, ex priuatione, in quæ generantur. Alex. ad. aphro. in pri. natur. q. cap. 24. c. 6. **Materia** prædita forma communicantia eadem sunt specie, non numero: immaterialia autem eadem sunt specie, & numero. Alex. aphro. in pri. nat. q. 25. c. 6. **Materia** non potest sine aliqua forma subsistere. Alex. aphro. in 4. natural. quæst. cap. 29. char. 23. **Materia**, & forma proprie sunt elementa. Alex. aphrod. in pri. meteor. cap. 1. tex. sum. c. 1. col. 2. **Materia** semper alio, & alio modo variatur, forma uero immutabilis est. Alex. aphro. de mist. c. 60. col. 1. **Materia** absq; aliqua forma per seipsā subsistere nequit: tamen in compositis corporibus hoc continenter ex-

cipitur, non quod simpliciter materia sit, sed quod cum alicuius materia sit, per se subsistere uidetur. Alex. an. aphro. de ani. l. 1. cap. 2. c. 30. col. 3. **Materia** omnis citra tactilem qualitatem, & contrarietatem habetur, & corpus quidem per se subsistens est, materia uero indiget forma, ut sit. Alex. aphro. de ani. lib. 1. cap. 2. char. 30. col. 4. **Materia** ex accidenti perit, quoniam priuatio, quæ ipsi accidit in generatione eorum, quæ ex materia fiunt, aboletur per se: tamen materia immortalis est. Alexand. aphrod. ex pri. min. vel secun. latin. 2. metaph. co. 14. c. 50. col. 2. **Materia** nulla ex se ad formam mouetur. Them. 1. 2. metaph. c. 11. **Materia** semper potentia est, forma actu. Amo. in lib. de inter. c. 139. **Materia** plus rationis substantiæ habet, quam oppositio, scilicet forma, & priuatio. Simp. in pri. phy. tex. 52. c. 69. colum. 1. **Materia**, forma, & priuatio non sunt omnium rerum principia: nam non sunt eorum principia, quæ per uoluntatem, & per electionem geruntur, nec omnium naturalium rerum: nam nō sunt principia cælestium, quæ naturalia sunt, cum in motu uersentur, quæ naturalia appellantur, non ob substantialem mutationem, sed ob motum localem. Simp. in pri. phy. tex. 68. ca. 76. colum. 1. **Materia**, forma, & priuatio sunt principia naturalium corporum, ut naturalia. Simp. in pri. phy. c. 76. col. 2. **Materia**, & priuatio simul, & si malum uideatur esse, est tamen a Deo diuinitus perfecta, ut ex bono consistit, magnumq; commodum opificio cōseruando præbet. Simp. in pri. phy. tex. 80. c. 87. col. 1. **Materia** accidens dicitur priuatio, forma autem non, & priuationis interitus dicitur per accidens esse materiæ, sed formæ corruptio nullo pacto tribuitur materiæ, qua ipsa materia corrumpitur, imo tunc apparet, cum forma contumpitur. Simp. in pri. phy. tex. 82. cap. 88. colum. 2. **Materia** per priuationem corrumpitur, per potentiam autem incorruptibilis est. Simp. ibid. **Materia** differt a priuatione, quia ex ipsa in existente fit aliquid; comunicat aut cum priuatione, quod ex ipsa fit aliquid. Simp. in 2. phy. tex. 28. c. 109. col. 1. **Materia** a forma differt, quia id, quod fit, non fit ex forma, sed secundum formam. Simp. ibid. **Materia** proxima non solum causa est eius, quod fit, sed etiam eius genera. Simp. ibid. **Materia** non ob seipsam, sed ob formam necessitatem habet, quia formæ subijci debet. Simp. in 2. phy. tex. 88. cap. 136. col. 2. **Materia** suapte natura indeterminata est, & determinatur a forma. Simp. in tertio phy. tex. 66. c. 180. col. 1. **Materia** nunquam per se fit, sed semper cum aliqua forma, & actu. Simp. in 4. phy. tex. 7. c. 295. col. 2. **Materiam** infinitam, Plato dicebat, quia rerum cōtinuarum infinitum est, non secundum formam, sed secundum materiam. Psel. in 3. phy. c. 22. **Materia** necessitatem habet per existentiam formæ. Io. gra. in 2. post. cap. 11. c. 64. col. 2. **Materia**, & forma non sunt corporis partes, sed elementa. Io. gra. in pri. phy. tex. 36. c. 17. col. 2. **Materia**, & si nunquam sit sine forma, tamē ea prior est natura. Io. gra. in pri. phy. c. 24. col. 3. **Materia** est magis substantia, quam forma secundum aliquid; & secundum aliquid forma est magis substantia. Io. gra. in pri. phy. tex. 70. c. 27. col. 1. **Materia**, & priuatio idē sunt subiecto, ratione differunt. Io. gra. in pri. phy. tex. 79. c. 29. col. 1. **Materia** nunquam nudatur forma, quæ forma actu est hoc aliquid. Io. gra. in 1. de ani. t. 6. c. 7. col. 3.

Materia

Materia primum quidem est principium, ut subiecta formæ materiali, in dignitate tamē forma dignior est materia. Io. gra. in 2. de gen. & cor. tex. 6. co. 6. c. 104. **Materia** non potest fieri a se idonea ad recipiendam formam, sed indiget causa effectiua. Io. gra. in 2. de gen. & cor. tex. 51. co. 41. c. 140. **Materiam** habenti impossibile est non existere aliquo aliter contrarium. Mich. ephes. de long. & breuit. vit. c. 26. col. 1. **Materia** non simpliciter, ut materia formæ igneæ contraria est: sed, ut habet omnium aliarum priuationē, & quæ, modo actu, modo potentia est. Mich. ephes. ibid. colum. 2. **Materia** licet non sit aliquid in actu, ut materia, tamen dignior est, ut sit aliquid monstrarum, quam priuatio. Auer. in pri. phy. tex. 66. c. 19. col. 2. **Materia** non habet formam propriam, nec propriam priuationem: nam si aliquam harum haberet, non reciperet omnem formam. Auerr. in phy. prim. tex. 66. c. 19. col. 2. **Materia** habet appetitum naturalem ad recipiendum omnes formas, & recipit eas alternatim cum forma agens est præsens. Auerr. in prim. phys. cor. tex. 81. char. 22. col. 2. **Materia** diligit induere formam post aliam, per diminutionem contingentem sibi. Auer. ibid. **Materia** nunquam separatur a forma, nisi induat aliam, alioqui quod non est actu, esset actu. Auer. in 2. phys. tex. 12. c. 25. col. 2. **Materiam** considerari in respectu formæ, est consideratio naturalis: sed ut est unum entium, pertinet ad diuinum. Auer. in 2. phy. tex. 27. c. 27. col. 1. **Materia** est causa formæ, ut forma non pot inueniri nisi per illam; forma est causa materiæ, ut materia non pot esse in actu, & demonstrata, nisi per illam, & præcipue prima materia. Auer. in secundo phys. tex. 30. char. 29. colum. 1. **Materiæ**, formæ, & accidentibus cōpetit esse in alio, sed differunt; quia accidentia, & formæ sunt in subiecto, materia uero est subiectum. Auer. in tertio phys. tex. 65. e. 54. col. 3. **Materia** inuenitur per formam, ut formam est perfectio eius. Auer. ibid. **Materia**, & forma sunt partes rei secundum qualitatem, non secundum quantitatem. Auer. in 4. phys. tex. 20. char. 66. col. 2. **Materia**, & forma mouetur per formam rei. Auer. ibid. **Materia** est tanquam pars, forma est, ut totum. Auer. in 4. phy. tex. 49. c. 68. col. 3. **Materia** diuersa existente, diuersa erit & forma. Auer. in 8. phys. tex. 46. c. 176. col. 3. **Materiæ** accipiuntur in definitionibus formarum. Auer. in 8. phy. tex. 53. c. 179. col. 1. **Materia** nō denudatur a formis, & successiue succedentibus, nec a possibilitate, quæ sibi debetur. Auer. in pri. phy. expof. med. c. 200. col. 2. **Materia** non habet in se potentiam, nisi apud separationem eius a forma. Auer. in pri. de cæl. tex. 20. c. 8. col. 2. **Materia** omnis habens formam, receptibilis est quarundam formarum. Auer. 3. de cælo. tex. 67. c. 105. col. 2. **Materia** est in cōtinuo fluxu, forma est permanens. Auer. pri. de gener. & corrup. tex. 35. c. 160. col. 4. **Materiæ** dispositio est propter mutationem non conuenientem accidentem formæ, quæ est in materia. Auer. meteor. 4. c. 210. col. 4. **Materia** non differt a forma in composito, nisi in potentia: & cōpositum non est ens in actu, nisi per formam. Auer. 2. de anim. su. 1. tex. 7. char. 127. col. 4. **Materia** cū forma ita coniungitur, & unitur, ut aggregatum ex ipsis efficiatur quid unum, & præcipue intellectus materialis, & ipse conceptus intelligibilis actu;

quoniam id, quod ex eis constat, nō est aliquod diuersum ab eis. Auer. 3. de ani. tex. 5. c. 164. col. 4. **Materia** non prædicatur de habente formam uera prædicatione, nedum ut prædicetur per se. Auer. in 7. metaph. tex. co. 34. c. 87. **Materia** apparet in definitionibus compositorum ex materia, & forma. Auer. ibid. **Materia** per se non cognoscitur, sed cognoscitur per formam. Auer. in 7. metaph. tex. co. 35. char. 88. **Materia** non est sensibilis per se, sed per formam, & nō habet esse, quia sentit propter illud, quo fit sensibilis, & hæc est forma. Auer. in 12. metaph. tex. co. 14. c. 141. **Materiale** operari in immateriale, nisi ut forma solū, impossibile est. Auer. de ani. beat. cap. 4. c. 65. col. 3. **Materia**, ac forma omnia constant, uel ijs, quæ materiæ, ac formæ correspondent. Boet. in præd. char. 88. **Materia** corrupti mutatur, dum transit ad aliam formam. Albertus magnus in sex princip. c. 78. col. 3. **Materia** nūquam separata est a formis omnibus propter sui imperfectionem, quæ ad esse non sufficit sine forma, & hæc imperfectio nunquam relinquit materiā: & ideo cum forma semper erit secundum actum. Albertus magnus in pri. phys. ex 2. tract. ca. quarto. char. 5. colum. 4. **Materia** non subijcitur motui, nisi in quantum mista est priuationi. Albertus magnus in primo phys. ex 3. tract. ca. 9. char. 11. col. 2. **Materia** unum numero potius dicitur cum priuatione, quam cum forma: quia materia, & priuatio non numerantur diuersa principia, cum priuatio non subijcitur motui, nisi gratia materiæ, forma autem per se reducitur ad motum. Alb. magnus in pri. phys. ex 2. trac. cap. 9. char. 11. col. 3. **Materia**, & forma nō sunt eiusdē esētia. Alber. magnus in pri. phys. ex 3. trac. cap. 13. c. 13. col. 3. **Materiam** illud non habet, cuius naturæ nō est priuatio mista. Alb. mag. in 1. phy. ex 3. trac. ca. 16. c. 15. col. 1. **Materia** in naturalibus non quaritur propter se, sed quæ forma subsistit in ipsa. Albertus magnus in 2. phys. trac. 1. cap. 7. c. 18. col. 1. **Materia** aliquando sola sufficit, ut fiat cum forma cōpositum, ut in elementis: aliquando autem non sufficit materia sola, sed ut sit disposita opus est, & illa dispositio fit per materias diuersarum rerum coniunctas: & illi materiæ aliquando sufficit coniunctio tantum, ut multi homines constituunt exercitum. Aliquando cum coniunctione oportet, ut sit compositio dissimilium specierum, ut ad constructionem domus, lapidum, & lignorum coniunctio. Aliquando compositioni, & coniunctioni addi debet alteratio, & conuersio coniunctorum, & compositorum, ut in electuarijs, & tyriaca; & in naturali animalium constitutione ex elementis. Alber. magnus in 2. physico. tract. 2. cap. 1. c. 20. colum. 1. **Materiæ** diuersitas non potest esse causa diuersitatis formæ, sed contra. Alber. in octauo Physico. tract. 1. cap. 13. c. 93. colum. 4. **Materia** nunquam subijcitur motui, & transmutationi, nisi per priuationem, quæ est in ipsa. Alb. mag. in pri. de cæl. tract. 1. cap. 9. c. 5. col. 1. **Materia** omnis est in actu per esse formæ, per quod efficitur particularis. Alb. mag. in 2. de cæl. tract. 1. cap. 2. c. 23. colum. 4. **Materia** in toto tempore motus est sub forma, quæ subijcitur propter alterationem. Alb. mag. in 1. de gen. & cor. trac. 1. cap. 21. c. 62. col. 3. **Materia** non est hæc materia, nisi per hanc formam facientē eā esse materiā huius; & ideo hæc materia non est potētia quælibet forma, quia uniuersalitas proportionis eius prohibetur ab hoc, quod est materia huius. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. cap. 1. c. 35. col. 3.
Materia

Materia propter priuationem, & mutationem turbat verum esse. Albertus magnus in tertio de ani. trac. 2. cap. 19. c. 41. col. 3.
Materia omnis diuersitas est propter diuersitatem formæ. Albertus magnus ex pri. de intel. & intel. trac. 1. cap. 5. c. 51. col. 1.
Materia in actu non est, nisi per formam, etsi a forma dependet. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. prim. lib. 1. trac. 1. cap. 10. char. 189. col. 3.
Materia non dicitur natura propter eius dispositionem, sed propter analogiam ad formam. Alber. magnus de ani. l. 1. trac. 1. cap. 3. c. 97. col. 4.
Materia nullo modo a corporeitate separari potest, quod autem sit maioris, vel minoris spatii, vel rara, vel densa, vel alterius figuræ, hoc habet a forma physica, quæ separabilis est ab ipsa. Albertus mag. in 5. metaph. tracta. 2. cap. 3. c. 104. col. 3.
Materia actu a forma corporis non separatur. Albertus magnus ibid.
Materia non comparatur ad id, cuius materia est, sicut non indiget alio, sed ut imperfectum indiget forma. & ideo non comparatur, nisi ut pars, quæ est in potentia aliud esse. Ideo in se subsistens non intelligitur, nisi per analogiam ad formam, & in hoc genere differt. Alb. mag. col. li. tra. 9. cap. 10. c. 114. col. 4.
Materia nullo modo est idem formæ, quia aliter idem esset agens, & patiens, & contradictoria simul vera. Alb. mag. in 8. metaph. trac. 2. cap. 3. c. 137. col. 2.
Materia, & forma per actum, & potentiam proprie non distinguitur, sed potius per potentiam materia referatur ad formam, & analogiam habet ad ipsam: & hoc non est distinguere, sed viuere. Alb. mag. in 8. metaph. tract. 2. cap. 6. c. 137. col. 4.
Materia nou facit cognoscere, nisi eo modo, quo habet analogiam ad actum. Alber. mag. in 8. metaph. trac. 2. cap. 2. c. 136. col. 1.
Materia cognoscitur, & ostenditur negatione formæ, quæ est primo. Alber. mag. in 10. metaph. trac. 2. cap. 9. c. 146. col. 3.
Materia multiplicitas, & diuersitas, quæ per se, & naturaliter est in omnibus, est in illa per diuersitatem, quæ est in forma. Alber. mag. ethic. 6. tract. 2. cap. 16. c. 74. columna 4.
Materia dat genus, forma differentiam. D. Thom. in perihier. c. 7. col. 2.
Materia est ad aliquid, non quod sit in genere relationis, sed quod cuiuslibet formæ determinatur propria materia. D. Tho. in 2. phy. l. 4. tex. 26. c. 20. col. 2.
Materia nunquam denudatur ab omni forma, ita ut sit sola sub priuatione. D. Tho. in primo de gener. & cor. lec. 8. tex. 18. c. 8. col. 3.
Materia cum priuatione adiuncta hic intelligitur non ens simpliciter. D. Tho. in pri. de gener. & cor. lec. 8. tex. 18. c. 8. colum. 3.
Materia nunquam est sub priuatione vnius formæ sine alia forma. D. Thomas in primo de gener. & cor. l. 9. tex. 20. col. 3.
Materia secundum idem diuersas elementorum formas suscipere impossibile est. Diuus Tho. in 2. de gener. & cor. c. 37.
Materia quandoque non sustentat formam secundum esse simpliciter, sed ut est forma huius habens esse in hoc, ut se habet corpus humanum ad animam rationalem. D. Tho. 5. metaph. l. 2. tex. 2. c. 262.
Materia dicitur natura, quia est formæ susceptibilis. D. Tho. 5. metaph. lec. 5. tex. 5. c. 289.
Materia non fit ens actu, nisi per formam. D. Tho. 7. metaph. lec. 2. tex. 8. c. 434.
Materia non potest per se existere sine forma, per quam est ens actu, cum de se sit potentia tantum. D. Tho. 7. metaph. lec. 2. tex. 8. c. 438.

Materia, & si non est pars formæ, tamen materia, sine qua non potest concipi in intellectu forma, oportet, quod ponatur in definitione formæ, ut corpus organicum ponitur in definitione animæ. D. Tho. 7. metaph. l. 9. tex. 34. c. 495.
Materia, si de se haberet aliquam formam propriam, per eam esset aliquod actu. D. Thom. 8. metaph. l. 1. tex. 4. c. 587.
Materia magis est receptiua quidditatis, & actus, quam sit actus, & quidditas. Alex. de ales 12. metaph. tex. 49. c. 349. col. 4.
Materia, quod aliquando participat formam, aliquando non, hoc fit ab agente. Alex. de ales 12. metaph. text. 56. c. 353. col. 2.
Materia nunquam separata inuenitur, quin sit sub aliqua formarum. Alexand. de ales in 3. metaph. tex. 7. c. 61. col. 1.
Materia, & forma, ut sunt principia in essendo, sic genus, & species in cognoscendo: & ut forma est magis principium essendi, quam materia, sic species est magis principium cognoscendi, quam genus. Alex. de ales eod. lib. tex. 11. c. 66. col. 1.
Materia perpetuitas arguit perpetuitatem formæ. Alexand. de ales eod. lib. tex. 12. c. 67. col. 2.
Materia ipsa continue est sub aliqua forma. Alexand. de ales, ibid.
Materia appetitus cum perpetuitatem assequi non potest sub vna forma in numero, assequi conatur sub formis sibi inuicem succedentibus continue. Alexand. de ales, ibid.
Materia naturali ordine formali, & essentiali est sub forma. Alex. de ales in 5. metaph. l. 5. c. 110. col. 3.
Materia ideo dicitur natura, quia est in quadam analogia ad formam, quæ proprie natura est. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 5. c. 111. col. 1.
Materia de se est indifferens ad motum sursum, vel deorsum, quia hoc habet a forma. Alex. de ales, ibid. col. 3.
Materia non est in potentia ad suam substantiam, sed ad substantiam formæ, vel compositi. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. c. 188. col. 3.
Materia, vel pura potentia nunquam reperitur, quæ non sit sub aliquo actu. Alex. de ales ibi. 190. col. 4.
Materia ratione, quod conuenit alicui, non omni conuenit; quod ratione formæ conuenit, omni conuenit. Alex. de ales in 7. metaph. l. 21. c. 205. col. 4.
Materia nunquam est sine actu formali: & existens sub vno actu formali, potest trahi ad alium. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. c. 145. col. 2.
Materia nunquam transit ad formam vni, nisi medio aliqua formæ. Alex. de ales eod. lib. l. 14. c. 256. col. 1.
Materia habet esse per formam, sed non per omnem formam, sed per formam eductam de potentia materiæ: & sic solius rei possibilis est, non rerum necessariarum. Alexand. de ales, ibid. col. 2.
Materia omnis, quæ est principium generationis, & corruptionis, potest trahi ad diuersas determinaciones formales. Alex. de ales ibi. c. 257. col. 2.
Materia, & forma, & si simul sunt, tamen prioritate nature materia præcedit formam. Alexand. de Ales in 8. metaph. tex. 16. c. 258. col. 4.
Materia per formam perficitur. Alex. de ales in 12. metaph. tex. 6. c. 331. col. 3.

Materia, ut causa.

Materia, cum sit idem potentia vtriusque, idem est densum, & rarum: vna enim materia est ipsorum: densum autem est graue, rarum leue. Aristot. phy. 4. su. 2. cap. 6. tex. 84. c. 104.
Materia subesse, & ei, quod fit, & ei, quod mutatur, oportet. Aristot. phy. 5. cap. 13. tex. 15. c. 129.
 Materialis

Materialis causa, peior est causarum, ac ex ipsa cognitio obtusior est. Alex. & Eust. in 2. post. c. 4. col. 2.
Materia, & efficiens proprie in generationibus reperitur, & per participationem in celestibus, & in anima nostra. Simpli. in 3. de anim. ex sec. 2. tex. 17. chart. 63. column. 3.
Materia vbi apparet, ibi apparet forma, efficiens, & finis, sed non contra. Auerr. epit. in logic. ch. 354. col. 3.
Materia vbi est, ibi sunt omnis causæ. Auerr. in 2. phy. l. 70. chart. 35. col. 2.
Materia apparet in definitionibus naturalibus, vel manifeste, vel consecutiue. Auerr. in 2. physicor. te. 91. chart. 40. column. 2.
Materia cum est in potentia illius, cuius est materia, necesse est, ut habeat naturam illius, in quod potest, quod si fuerit potens in substantiam, erit substantia: si in accidens, erit accidens. Auerr. 4. de celo. te. 35. c. 121. c. 1.
Materia potest esse causa per accidens tribus modis. Primo, cum subiicitur materia cum forma; quam necesse est remoueri, antequam susceptibilis sit formæ. Secundo, cum non significatur nomine dispositionis, quæ adaptatur formæ. Tertio, cum significatur nomine efficientis causæ. Albertus magnus in 2. physic. tra. 2. cap. 8. chart. 22. column. 3.
Materia sæpe trahit principium actuum, & vincit: aliquando vincitur a principio factiuo, ut in coitu asini, & eque videre licet. Albertus mag. de ani. l. 16. trac. 1. cap. 15. chart. 140. col. 4.
Materia est vltimum in cognitione, quia est propter formam, & forma est ab agente propter finem, nisi ipsa sit finis. D. Tho. in 1. phy. l. 1. te. 1. ch. 1. col. 3.
Materia solus naturalis considerare debet. D. Thom. in pri. de ani. l. 2. te. 16. ch. 3. col. 4.
Materia esse, arguit efficientem causam, sicut efficiens arguit finale causam. Alexand. de ales in 1. metaph. chart. 14. col. 4.
Materia, ut non induit se forma, sed induitur ab agente, sic agens non induit materiam, nisi moueatur a fine. Alexand. de ales in 1. metaph. ch. 14. col. 4.
Materia respectu agentis habet rationem posterioris, & agens habet rationem prioris respectu finis. Alex. de ales in 1. metaph. chart. 14. col. 4.
Materia diuisione specifica essentia vna multa indiuidua constituit. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 23. col. 2.
Materia non aspicit ens, ut ens, sed ens mobile: ideo ad naturalem pertinet de ipsa tractare. Alex. de ales in 4. metaph. te. 1. chart. 75. col. 4.

Materia, ut inferiorum, & celestium.

Materia si eadem esset in diuinis, & corruptibilibus, corruptibilia diuina essent. Alex. aphrod. in prim. natur. q. cap. 15. c. 4.
Materia, si esset eadem, & æque se haberet ad omnes formas, necesse esset, ut ea, quæ sub Luna sunt, & celestia, mutuo mutarentur, & alia in altera vicissim. Simp. in 8. phy. in digres. contra Ioan. gram. post. co. 101. char. 475. column. 1.
Materia corporum celestium, alia est a materia, quæ ingenerabilis est. Io. gra. in 1. phy. ch. 4. col. 3.
Materia celestium diuersitas est in causa, quod agentes in inferiora non reperiuntur. Ioan. gram. in 1. de gene. & cor. te. 43. co. 103. char. 65.
Materia generabilium, & æternorum eadem est, & forma item in illis, & in istis consideratur. Sed generabilium materia consideratur, ut est in potentia ad contraria. In æternis autem semper actu, nec vnquam est potentia, nec illa forma priuata, contrariisque carēs. Io. gra. in 2. de gen. & cor. te. 51. co. 41. c. 136.
Materia æternorum, non solum ob formam, quæ non habet contrarietatem, permanet eadem, nec mutatur;

sed quia non habet esse in potentia, ut materia generabilium, & corruptibilium. Ioan. grammatic. in 2. de gen. & cor. te. 51. co. 41. c. 140.
Materia si dicitur de celestibus corporibus, dicitur equiocationis modo. Auerr. in epito. metaph. tract. 2. c. 175. column. 3.
Materia corporum celestium non est ad vbi per se, sed per accidens, quia secundum vbi aliquod forma, vel figura determinatur, secundum quam celum mouetur. Albert. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. prim. lib. 2. tract. 5. cap. 5. chart. 227. col. 4.
Materia æquiuoce dicitur de corporibus celestibus, quæ sunt in potentia ad vbi tantum, & ijs, quæ sunt in potentia ad vbi, & formam. Albert. mag. in 2. metaph. cap. 13. c. 77. col. 1. Idem Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 2. tract. 5. cap. 5. c. 227. col. 4.
Materia inferior non potest pertingere ad perfectam similitudinem superioris agentis. D. Tho. 12. metaph. l. 3. tex. 23. c. 843.
Materia in elementis, & in celo non est secundum vnam rationem, quia materia elementorum excedit formam suam: materia, quæ est in celo, non. Alex. de ales in 8. metaph. te. 14. char. 157. col. 1.
Materia elementorum est ad totam distantiam contrariorum, nec potest exire illam. Materia coeli non excedit formam suam. Alex. de ales ibidem.

Materia, ut vna, vel plures.

Materia vna, ut vna non potest suscipere diuersas formas. Aristot. post. l. 2. cap. 10. te. 94. c. 233.
Materia vna, est calidi, & frigidi, & reliquarum physicarum contrarietatum: & ex eo, quod potentia est, fit, quod actu fit; & non est separabilis materia: ipso autem esse diuersa est, & vna numero. Aristot. physic. 4. su. 2. cap. 6. te. 84. chart. 103.
Materia vno modo est, ut eadem, & alio, ut altera: quod enim, quandoque existens subiicitur, idem esse vero non idem. Aristot. prim. de gener. & cor. c. 3. tex. 22. chart. 394.
Materia omnibus inseparabilis est vna, & eadem numero existens; ratione autem non vna. Aristot. de gener. & corrup. sum. 2. cap. 2. te. 29. ch. 397.
Materia vna existente fieri contingit diuersa propter mouentem causam. Aristot. 8. metaph. ca. 6. te. 11. ch. 169.
Materia quæcunque nec intellectualem, nec sensibilem habent, statim vnumquodque eorum vnum est. Aristot. 8. metaph. cap. 8. te. 16. chart. 172.
Materia omnis non est nata eandem perfectionem suscipere. Alex. aphrod. in 1. de ani. cap. 3. c. 31. c. 2.
Materia eiusdem compures esse possunt, cum materiæ habetur materia, ut si ex dulci fiat pingue, ex pingui pituita, pituita dulces fuerint materiæ, pingue proxima, dulce remota. Alexand. aphrod. in 7. metaph. vel 8. co. 10. chart. 226. col. 1.
Materia licet sit eadem; & idem agens, non tamen propter hoc erit idem effectus numero. Auerr. 2. de gen. & cor. te. 70. chart. 176. col. 2.
Materia entium oppositorum, seu contrariorum, debent esse opposita, siue contraria. Auerr. meteor. 2. cap. 2. chart. 199. col. 4.
Materia tres dantur in omni generato. Materia subiecta ipsi formæ generati, quod est semen maris. Et materia subiecta rei generatæ, & est materia feminæ. Et materia nutritiua, & est excrementum semine. Auerr. de gene. anim. 3. c. 11. c. 238. col. 2.
Materia est vna numero, ut est subiectum formarum, indiuidualium. Et multa secundum formas, quia diuiditur per eas. Auerr. in 1. metaph. l. co. 17. c. 7.
Materia vnam habent vniuersaliter omnia, quæ ad inuicem transmutantur. Auerr. in 5. metaph. chart. 176. col. 2.

tex.co. 11. c. 57. Idem Aucr. 10. metaphysic. tex.co. 11. chart. 122.

Materia existente vna, & motore vno, necessario generatum est vnum. Aucr. 10. metaphysic. te.co. 11. chart. 143.

Materia non est vna communis vnicuique rerum naturalium, nisi ex rebus habentibus generationem, & corruptionem. Auer. in 8. metaph. te.co. 14. ch. 104.

Materiam in esse substantiæ eandem esse numero aliud est, & aliud dicere materiam in esse materiæ, id est esse numero, & aliud dicere hoc aliquid esse idem numero.

Alb. mag. in 5. metaph. tr. 2. c. 4. char. 104. col. 4.

Materia alicuius rei aliquando simpliciter est vna. Aliquando plures sunt vnius rei adunatæ materiæ, quæ tripliciter sunt. Vel secundum ordinem tantum, vt in exercitu homines. Aliquando non solū ordine, sed & contactu, & colligatione, vt in domo. Aliquando super hoc additur alteratio componentium. D. Tho. 5. metaphysic. l. 2. te. 2. c. 263.

Materia vna existente diuersa fieri cōtingit propter mouentem causam. D. Tho. 8. metaph. l. 4. te. 11. ch. 617.

Materia cum se habet ad diuersa secundum ordinem non potest ex posteriori rediri in id, quod præcedit secundum ordinem; vt in generatione animalis, ex cibo fit sanguis; ex sanguine semen, & menstruum, ex quibus animal non potest autē mutari ordo. D. Tho. 8. metaph. l. 4. te. 14. chart. 622.

Materia, vt differt à subiecto.

Materia maxime est subiectum, & proprie generationis, & corruptionis susceptibile: modo autem aliquo est subiectum aliarum transmutationum. Ari. 1. de gener. & corrup. su. 1. cap. 4. tex. 24. c. 395.

Materia duobus nominibus significatur, subiecto, & materia. Materia magis accedit ad eam naturam, quam ipsa per se obtinet. Subiectum contra propius ad eam considerationem, secundum quam refertur ad aliam. The. m. in 1. phy. te. 61. ch. 19. col. 4.

Materia, cum accipitur pro subiecto, tunc cum priuatione non est. Them. in 1. phy. ch. 20. col. 1.

Materiæ appellatio ad futura pertinet: subiecti ad facta, & producta. Them. in 1. phy. ch. 20. col. 1.

Materia per formam aliquam terminata dici potest subiectum, materia non potest. Them. in pri. physicor. chart. 20. column. 1.

Materia est propter finem; subiectum propter formam. Et materia, & subiectum causa ex necessitate est. The. in secund. phy. te. 88. ch. 26. col. 2.

Materia prior est his, quæ ex materia constant. Them. in 12. metaphysic. chart. 7.

Materiam esse subiectum debet declarari in scientia naturali: ipsum vero esse substantiam in hac scientia. Auer. in 8. metaphysic. te. commen. 4. ch. 99.

Materia, & subiectum est omne id, cuius natura est in contactu, & cōtinatione cum alio, vt perficiatur per ipsum. Auer. in 12. metaph. te.co. 14. ch. 141.

Materia dupliciter. Vnum, quod est subiectum transmutationis substantiæ, & proprie nominatur materia. Aliud est subiectum aliarum transmutationum, & proprie appellatur subiectum. Auer. in epitom. metaphysic. tract. 2. chart. 175. col. 3.

Materia, vt subiectum, & fundamentum, incorruptibilis est, & ingenita: per esse tamen, quod habet a disponentibus, corrumpitur, & generatur. Et corruptio vnius est generatio alterius. Alb. mag. in 3. metaphysic. tract. 3. cap. 16. ch. 87. col. 2.

Materia, & substantia, & fundamentum est, prior est ad materiam, secundum quod materia in potētia est: quia isto modo est subiectum mutationis, & motus, Priori autem modo, vt materia, est ante mutationē, & mo-

tum. Albert. magn. in 1. metaph. tra. 2. c. 4. c. 104. e. 4.

Materia, & si substat omnibus, non tamen facit omnia existere: quia forma substantialis secundum esse, & existere, prout ipsa essentia est, non dependet ab ipsa, sed potius ab intellectu agente, cuius ipsa est lumen.

Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 5. ch. 121. col. 1.

Materia non per se substat accidenti, sed potius substat ipsi, prout esse primum habet a forma substantiali. Albert. magnus ibidem.

Materia, quæ vere est materia, distinguitur a quibusdā, à materia quæ est, vt materia: quia materia, quæ est vere materia, est, quæ est subiectum omnium, & fundamentum formarum. Materia verò, quæ est, vt materia, est quantitas, cuius mensuram sequuntur formæ. Albertus magnus in 7. metaphysico. tract. 3. cap. 1. chart. 127. column. 3.

Materia, & si omnibus substat, non tamen est maxime substantia; quia & si substat omnibus, quod relinquunt post omnia, verum sit; imperfectissimam tamen arguit entitatem, quæ indiget determinari per omnia accidentalia, & substantialia, antequam possit in actu completo designari. Alb. mag. in 7. metaphysic. tract. 1. cap. 3. char. 121. col. 1.

Materia non est subiectum formæ, nisi per assimilationem eius. Alb. mag. ethic. 6. tr. 1. cap. 3. c. 69. col. 2.

Materia, & subiectum dupliciter differunt, vt potentia dupliciter dicitur. Potentia enim alia est, quæ est ad formam substantialem, & est materia. Et alia potentia est, quæ est ad formam accidentalem, & vocatur subiectum. Et sic materia nihil ostendit in actu: subiectum vero dicit aliquod in actu. Alex. de ales in prim. metaph. chart. 12. col. 1.

Materia, quæ est subiecta generationi, est subiecta augmento. Alex. de ales in 8. metaph. te. 4. ch. 247. col. 1.

Materia, vt se habet ad genus.

Materia differt à genere, quia genus est forma vniuersalis. Materia non habet esse in actu, & ex eis, quæ recipit nullam habet formam vniuersalem, nec particularem, & est vna numero in multis secundum quod eius esse in potentia. Genus autē est vnum in forma media inter actum, & potentiam in multis: & ideo prædicatur de pluribus speciebus, & indiuiduis illarū specierum. Materia autem prædicari non potest de speciebus ex ea generatis. Aucr. in 1. meta. t. co. 18. c. 8.

Materia, & genus tres habent conuenientias. Prima, quod genus est forma huius compositi, quod est propinqua materia, vel remota. Secunda, quod materia non est aliquid, nisi in potentia; sic & genus. Tertia, vt materia in potentia est habens formas, ita genus potestate habet differentias, quæ sunt eius qualitates, vt forma substantialis essentialis est qualitas materiæ. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 6. cap. 10. c. 115. col. 1.

Materia aliter diuersificatur per formas, aliter genus per differentias: forma enim non est hoc ipsum, quod materia, sed facit compositionem cum ea. D. Thom. 10. metaphysic. lec. 10. te. 24. chart. 736.

Materia dicit partem, genus totum, quod totum idem dicit genus, & species; & si alio, & alio modo. Alex. de ales in 7. metaph. te. 43. ch. 228. col. 3.

Materia diuersificatur per formas, genus per differentias. Alexander de ales in 10. metaphysic. te. 24. char. 300. column. 3.

Materia, vt sensibilis, & intelligibilis.

Materia existente inæquali, & non vbiq; eadem, necesse est generationes esse inæquales, & has celeriores, illas tardiores. Aristotel. 2. de gener. & corrup. cap. 2. te. 59. chart. 445.

Materiam

Materiam non esse de substantia rei in formis mathematicis statim apparet: quia circuli substantia non est es, nec lapis. Arist. 7. metaph. ca. 13. te. 37. c. 147.

Materia non est in mathematicis, sed forma. Aristoteles octauo metaphysicor. cap. 8. te. 16. c. 172.

Materia, cum nullum sit actu entium, proportionem intelligibilis est. Ale. aphr. in pri. natur. quæ. ca. 1. c. 1.

Materia, quæ à nutritiua potestate conficitur, ac consumitur, si copiosior est, quam ea, quæ consumitur, & defluit; tunc, præterquam, quod nutritur subiectum, augetur quoque. Ale. aphr. c. 60. col. 3.

Materia in augmentatione non permanet eadem, sed hoc defluit, hoc acciuit, nec possibile est dicere materiam augetur, partemque quamcunque maiorem fieri. Io. gram. in pri. de gen. & corrup. te. com. 94. char. 53.

Materia in his, quæ augetur, nunquam est eadem; forma autem, quæ ei inest, vna, & eadem numero existens crescit ad maiorem molem, non actu, vt forma, sed, vt quanta. Ioannes grammaticus in prim. de generat. & corrup. te. 35. commen. 94. char. 54.

Materia, quæ augetur, non est eadem per partes, Ingreddiente altera loco alterius, & non corrupta vniuersa, & sic eadem permanet forma. Ioannes grammaticus in prim. de gener. & corrup. te. 35. co. 94. c. 54.

Materiæ, & si in augmento aliqua pars corrumpitur, & loco illius, alia subingreditur: non tamē totā transpirare putandum est: alioqui æterna essent indiuidua, sed solidiora numero eadem permanent. Io. gramm. in prim. de gen. & corrup. te. 55. co. 94. c. 55.

Materiæ plurimorum indiuiduorum sunt terminatæ quantitatis, & excessus inter eas est terminatus. Auer. prim. de celo te. 95. c. 30. col. 3.

Materia, vt sit intelligibilis, hoc ei non euenit ex eo, quod est materia, sed quia est in actu; sed, si intelligamus materiam primam, fit per attributionem, & de materiis proprijs, quia accidit eis habere actum. Auer. in epitom. metaph. tract. 2. c. 173. col. 4.

Materia sensibilis non cadit in definitionibus mathematicorum, sed potius materia intelligibilis. Alb. mag. in prim. physic. ca. 1. char. 1. column. 2.

Materia intelligibilis est quantitas imaginabilis, & ideo abstrahens ab omni materia sensibili. Alb. magn. ibid.

Materia intelligibilis sine priuatione accepta, & sine forma est simplex; non tamen in fine simplicitatis: licet non sit composita ex diuersis essentijs, & quantitate: contracta tamen est habitudinibus, & est componibilis. Et ideo est in ipsa habitudo ad formam, cuius potest esse subiectum. Et fortē est relatio potentialis ad formam, & tunc potentia, qua subiectum esse potest, diuersa est a materia: sed non dicit rem, sed rationem, quare fertur ad formam, & illi potentie substat per ipsam, quia materia per seipsam est subiectum formæ primæ, vel potentie ad primam formam. Albertus magnus in prim. physicor. ex 3. tractat. capit. 13. chart. 13. column. 1.

Materia sensibilis est pars essentiae substantiarum naturalium non solum, vt ad indiuidua, sed vt ad species ipsas. Diuus Thom. 7. metaphysicor. lib. 9. text. 34. chart. 494.

Materia intelligi nequit sine intellectu formæ, cum non apprehendatur, nisi vt ens in potentia ad formam. D. Thom. in 8. metaph. l. 1. te. 3. char. 586.

Materia est extra quidditatem formarum mathematicarum. Ale. de ales in 7. metaph. te. 34. c. 219. col. 2.

Materia a forma mathematica separatur in conceptu, quia separatur in esse. Alexand. de ales in 7. metaphysic. te. 36. c. 223. column. 4.

Materia est de essentia rerum naturalium. Alexand. de ales in 7. metaphysic. te. 34. c. 222. col. 1.

Materia, vt artificialis.

Materiæ aptitudo est in causa, vt aliqua fiant ab arte, aliqua a casu; quæ aptitudo aliquando a natura, aliquando ab arte moueri potest. Et alia sine arte nata sunt moueri a natura, alia non; vt lapides ad domū sine arte moueri non possunt. Ari. septimo metaphysicor. ca. 9. te. 29. char. 141.

Materia in artificialibus est nobis notior, quam in naturalibus. Alexand. de ales in septimo metaphysicor. te. 7. c. 188. column. 1.

Materia in artificialibus vna existente, ob diuersitatem agentium diuersa fieri contingit. Auer. in octauo metaphysic. te. com. 11. char. 103.

Materia cuius rei causa est.

Materiam aliquā supponi oportet in omni eo, quod fit, & permutatur. Ari. 11. metaphysic. ex sum. 4. ca. tertio, char. 240.

Materia in quacunque transmutatione cuiuscunque generis dat, quod sit in potentia ad vtrunque contrarium. Ari. 12. meta. ex su. 1. c. 2. te. 7. ch. 244.

Materiam omnia transmutabilia habent, sed aliam semipiternorum, quæ non generabilia, sed mobilia tamen latione, non generabilem. Ari. 12. metaphysic. ex sum. 1. ca. 2. te. 8. char. 245.

Materia non est omnis rei, sed earum tantum, quibus est mutua alterius in alteram mutatio: nam quæ sine mutatione sunt, & non sunt, vt contactus, horum non est materia. Alexand. aphrod. in 7. metaph. vel 8. chart. 227. column. 2.

Materia quæ vacant, ea singula simpliciter, & prope vnum, atque ens sunt. Alexand. aphrod. in 7. metaphysic. vel 8. commen. 14. char. 229.

Materiam quicquid non habet, vt sunt intelligibilia, non est diuisibile, sed partibus vacat. Alex. aphrod. in 11. metaph. vel 12. com. 39. c. 306. col. 2.

Mathematices diuisio.

Mathematicæ aliæ sunt primæ, vt quæ circa plana versantur: aliæ secundæ, vt quæ circa solida; aliæ tertiæ, vt astrologica, quæ solida, quæ in motu sunt, cōsiderant: aliæ mechanicæ, quæ nascentia, & interuentia tractant. Qui idem ordo in substantijs quoque reperitur: nam primæ sunt ingenitæ, & immortales, quæ corpore vacant, nec mouentur: De quibus prima philosophia edisserit. Secunda vero philosophia de semipiternis est, quæ motu cidentur. Tertia, quæ substantias considerat nascentes, & intereuntes. Nam hæc substantiæ, vltimæ sunt. Alexand. aphrod. in 3. metaphysicor. vel apud Latin. 4. comment. 10. chart. 67. column. secunda.

Mathematica, in Geometriam, Astronomiam, Musicam, ac Arithmetica diuiditur. Ammon. in porphy. char. 2. column. 3.

Mathematicæ scientiæ aliæ sunt de subiecto abstracto, vt Arithmetica, & Geometria, quæ simpliciter scientiæ sunt mathematicæ: quædam per applicationem principiorum mathematicorum ad res naturales, vt Astrologia & Musica. D. Tho. in poste. c. 56. col. 3.

Mathematicæ aliæ applicantur ad motum, vt Astrologia: aliæ immobiles sunt, & Geometria, & Arithmetica. D. Tho. 6. meta. l. 1. te. 2. c. 406.

Mathematica scientia alia est de magnitudine, vt Geometria, cui subalternatur perspectiua, quæ est de linea visibili: alia est de numeris, vt Arithmetica, cui subalternatur Musica, quæ est de numero sonoro: Alia considerat quantitatem motuum cælestium, quæ est Astrologia. Et quæ quantitatem motuum cōsiderat, & non.

non motum, ideo computatur inter scientias mathematicas. Ale. de ales in 1. metaph. ch. 1. col. 4.

Mathematica quid est.

Mathematica est theorica, quia, speculatur circa entia, ut immobilia, & ut separabilia. Aristotel. 6. metaph. ex sum. 1. cap. 1. te. 2. char. 1. 20.
 Mathematica non se se contingunt, sed duo extrema reuertuntur in vnum, & sic assimilantur continuo. Arist. physic. 5. tex. 22. chart. 102. col. 3.
 Mathematica non sunt substantiæ rerum, sed accidentia supervenientia substantijs. D. Thom. 3. metaph. l. 13. te. 18. c. 178.
 Mathematica, ut non sunt præter sensibilia, sic nec species rerum separate sunt præter mathematica, & sensibilia. D. Thom. 3. metaph. l. 14. te. 10. char. 180.
 Mathematica res non sunt substantiæ, quia sunt in genere quantitatis. Alex. de ales in 3. metaphysicor. tex. 17. chart. 74. col. 1.
 Mathematica secundum veritatem non sunt substantiæ rerum. Alex. de ales in 5. metaph. te. 15. c. 123. c. 1.

Mathematici subiectum, & finis, ac considerandi motus.

Mathematici nolunt lineam infinitam, & si infinitam ponunt, sed volunt finitam, sed tantum quantum volunt: & hoc patet, quia quod declarant in maxima, possunt declarare in minori. Aristot. physicor. 3. cap. 7. te. 71. chart. 75.
 Mathematici semper sumunt principia finita, aut specie, aut quantitate. Arist. de celo te. 31. ch. 343.
 Mathematica magnitudines dicuntur habere tactum aliquo modo ad invicem, cum non separantur a loco. Arist. de gene. & cor. su. 4. cap. 2. te. 44. c. 404.
 Mathematici cur non delectantur, si triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, vel ne, ut si vicissim meminimus Olympiæ ludis, oblectamur? quia hæc, vel fuerunt, vel consilio nostro, aut humano, & opera. At quæ natura lege incommutabili ita esse voluerat, hæc suæ rationis contemplatione tantum nos alluciant. Arist. proble. sec. 30. num. 6. c. 625.
 Mathematicus separans a natura continui omnes qualitates sensibiles, ut gravitatem, levitatem, duritiem, molliem, caliditatem, frigiditatem, relinquit in sua consideratione quantum secundum se, siue sit continuum ad unam dimensionem, ut lineam; siue ad duas, ut superficies; siue ad tres, ut corpus. Arist. 1. metaph. ex sum. 2. cap. 1. chart. 220.
 Mathematica de pulchro tractant: nam & si non dicunt, cum tamen opera, & rationes ostendunt, non ne tractant de eis? Arist. 13. metaph. ex su. 1. cap. 3. ch. 271.
 Mathematica sunt circa formas, de subiecto enim nullo dicuntur. Arist. post. l. 1. cap. 10. te. 30. ch. 320.
 Mathematicus tractat ea, quæ partim materiæ coniuncta sunt, partim a materia avulsa sunt. Ammon. in Porph. ch. 2. col. 3.
 Mathematica quantitatem tractat. Ammon. in Por. ch. 2. c. 4.
 Mathematica scientiæ substantiam affinitate quadam, & interitio utriusque naturæ ancipitem habent, eo quod si in communiōne spectes, materiæ sunt expertes, si dimensionem ipsam, discretionemque particularem, ac sensibilem, a materia distinguunt, atque aucti non possunt. Them. in 1. phy. ch. 14. col. 1.
 Mathematica quædam habentur, quarum veluti locus est animus speculantis. Them. in 3. phy. te. 71. c. 32. c. 4.
 Mathematica imaginatione tantum locum obtinent. Them. in 4. phy. te. 5. char. 330. col. 4.
 Mathematica scientiæ inuenta sunt, ut per ea anima traiciatur a sensibus ad intellectualia. Simplic. in 2. phy. te. 69. ch. 127. col. 2.

Mathematica ablatione esse dicuntur, quia auferentes quæcunque insunt naturalibus magnitudinibus, locum, quantitatem, tempus, hæc solum intervalla vel continuum quantum inquirimus. Simplic. in 3. physicor. chart. 183. column. 2.
 Mathematica & si non sunt in loco, tamen differentias loci habent relatione ad nos. Simplic. in 4. physicor. chart. 188. column. 2.
 Mathematica introductio plurimum confert ad divinas substantias contemplandas. Ioan. gram. in pri. de anim. ex. proem. ch. 2. col. 2.
 Mathematicus non circa omnes formas versatur, sed tantum circa illas, quæ a materia separari possunt. Io. gra. in pri. de ani. te. 16. ch. 11. col. 1.
 Mathematicus separat formas a materia in animo, non re ipsa. Io. gra. in 1. de ani. te. 17. ch. 12. col. 1.
 Mathematica non considerat materiam: & efficiens, & finis in illis non inveniuntur, nisi per accidens. Auero. in epitom. logic. ch. 354. col. 3.
 Mathematicus abstrahit a materia sensibili. Auero. in phy. 2. te. 18. ch. 26. col. 2.
 Mathematica propositiones fere sunt imaginabiles absque eo, quod sunt extra animam. Auero. in phy. 3. te. 60. chart. 53. col. 3.
 Mathematicis causis accedit, propinquis scilicet in mathesi, ut sint causæ primæ plurimum rerum naturalium, ut accedit scientijs subalternantibus cum subalternis. Auero. phy. 8. te. 76. ch. 191. col. 1.
 Mathematica licet sit immota, tamen non movetur nisi per accidens. Auero. 3. metaph. te. com. 3. ch. 20.
 Mathematica scientiæ considerant de numeris, & magnitudinibus definitis ab eis; & considerant de eis, & finis accidentibus essentialibus. Auero. in 4. metaph. tex. co. 1. chart. 30.
 Mathematicarum materia est materia intelligibilis. Auero. in 8. metaph. te. comment. 16. ch. 105.
 Mathematica licet non habeant materias sensibiles, tamen habent res, quarum proportio ad ipsas est proportio materiæ sensibilibus ad formam naturalem. Auero. in epitom. metaph. tract. 2. ch. 175. col. 2.
 Mathematica secundum esse sunt singularia, & si per rationem definitivam sint separata, & abstracta. Albert. magn. in poster. chart. 192. col. 2.
 Mathematicus, & si abstrahat a materia sensibili, tamen non abstrahit passiones a subiectis. Alb. mag. in post. c. 210. col. 2. Idem D. Thom. in post. ch. 89. col. 2.
 Mathematica, & si secundum esse sunt ab efficiente aliquo, & habeant aliquem finem, propter quem fiunt, tum quia mathematicus non considerat ea secundum, quod sunt a tali efficiente, & ad talem finem, ideo non definit passiones, neque per efficientem, nec per finem, sed tantum per formam, & materiam intelligibilem. Alb. mag. in post. ch. 210. col. 3.
 Mathematici non indigent infinito actu, quia non accipiunt quantitatem secundum esse, sed secundum imaginationem. Albert. mag. in 3. physicor. tract. 2. capit. 17. chart. 36. col. 4.
 Mathematica non habent loci differentias, nisi quo ad nos. Alb. mag. in 4. phy. tract. 3. cap. 8. ch. 49. col. 4.
 Mathematica concipiunt subiectum in sua ratione definitiva non imaginatum, sed intellectu conceptum per propria principia substantiæ corporeæ solam. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 3. cap. 2. ch. 108. col. 3.
 Mathematica non multis indigent tempore, & experimento, quia talia probantur per causam propter quid, & sunt separata: ideo in talibus excellunt iuvenes. Albertus magnus in prim. metaphysicor. tract. 1. c. 8. ch. 38. column. 2.
 Mathematica non sunt separata a sensibilibus secundum se, sed solum ratione. D. Thom. 11. metaphysicor. l. 1. tex. 1. chart. 751.

Mathema-

Mathematica scientiæ subiecta sunt esse sunt in materia sensibili: secundum sui definitionem non concernunt materiam sensibilem. Ale. de ales in pri. meta. c. 1. c. 3.
 Mathematica scientiæ versantur circa quantitatem. Ale. de ales in pri. metaph. c. 1. col. 3.
 Mathematicus abstrahit a motu, & materia secundum rationem, & definitionem, non secundum esse. Ale. de ales in 1. metaph. c. 21. c. 4. Idem in 1. meta. c. 26. col. 4.
 Mathematica, ut numeri, quos ponbat Plato rerum principia, abstrahunt a ratione agendi, & per consequens a ratione cauendi, & mouendi: & ita non possunt poni causa motus, & mutationis. Ale. de ales in 1. meta. chart. 26. column. 4.
 Mathematica non sunt separata a materia quoad esse, sed solum, quoad conceptum. Ale. de ales in secundo metaphysicor. char. 48. col. 1.
 Mathematica nec mouent, nec mouentur: non mouent, quia omne mouens concernit esse existentiam, & mathematica in conceptu, licet non inesse, abstrahunt, ab esse existentiam: nec mouentur, quia non concernunt esse sensibile. Alexander de ales in 3. metaphysicor. te. 3. ch. 53. col. 3.
 Mathematica formæ habent materiam intelligibilem, & sensibilem. Alexander de ales in 7. metaphysicor. te. 38. ch. 224. col. 3.
 Mathematica forma tota potest commisci præter quamlibet materiam concernentem sensibilitatem: forma vero naturalis, ut naturalis, non potest corrumpi præter sensum, & motum. Ale. de ales in 7. metaphysicor. te. 39. c. 225. column. 1.
 Mathematicus abstrahit a naturalibus secundum definitionem, non secundum esse. Ale. de ales 11. meta. te. 1. c. 305. c. 2.
 Mathematica sola abstrahunt a materia sensibili formam. Ale. de ales 11. meta. c. 315. col. 4.

Mathematicis probationum, & cognitionis modi, & quibus tradendæ sunt.

Mathematica per primam figuram demonstrationes ferunt, & fere quæcunque per quid considerationem faciunt, aut omnino, aut ut plurimum, & in plurimis per primam figuram faciunt syllogismum. Arist. poster. l. 3. ca. 11. te. 25. char. 32.
 Mathematica nihil ostendunt per causam finalem, quia nullum sermonem de bonis, vel malis faciunt. Arist. in 3. meta. ex su. 2. ca. 1. te. 3. ch. 42.
 Mathematica rationes a Dialecticis differunt, quod hæc faciliores sunt resolutæ, quam Dialecticæ; in mathematica non sumitur falsum. Them. in 1. post. c. 26. t. 5. c. 4.
 Mathematica, aut sensu, aut inductione comprobantur. Them. in 1. poster. ca. 33. char. 6. col. 4.
 Mathematicus non ita definit figuras, ut terminos, sed ut species quasdam, & formas per se circa motum, & materiam consistentes. Them. in 2. phy. te. 16. c. 22. col. 1.
 Mathematicas disciplinas, & auctorem numerorum, & temporis qui non agnoscit, ut neque vestibulum quidem ipsum philosophiæ naturalis ingressus. Them. in pri. phy. te. 33. c. 30. col. 1.
 Mathematica scientiæ habent causam materiale, & formalem, quia Geometriam secundum seipsam nancisci studemus, ut vitæ quippiam conferat: probat enim principia artis mechanicæ, & maxime conferat Astronomiæ, ut assuescamus substantijs incorporeis. Simplic. in 1. physicor. com. 3. col. 1.
 Mathematicum intervallum non natura est, sed animi perceptione cognoscitur. Ioan. gram. in 4. physicor. te. 37. c. 82. col. 4.
 Mathematicarum cognitio per abstractionem fieri dicitur, quia non vnum genere subiectum habent, sed in diversis esse possunt. Eustr. 6. ethic. cap. 8. c. 316.
 Mathematica non habent in se errorem, nisi accidat eis

fallacia materiæ; quia intellectus manifestat earum differentias, ut sentus rerum differentias, quas sentit in actu. Auero. 1. poster. tex. 90. ch. 157.
 Mathematica intelliguntur ab intellectu secundum abstractionem a materia, & si re vera non sunt abstracta. Auero. 1. de ani. tex. 17. c. 111. col. 3.
 Mathematica demonstrationes sunt in primo gradu certitudinis, quas consequuntur naturales. Auero. in 2. metaph. tex. com. 16. ch. 17.
 Mathematica non demonstrat per efficientem, nec per finem, nec cum abstrahat a materia, ipsam curat: ideo sola in mathematicis forma contemplanda est. Albert. mag. in 1. phy. trac. 1. cap. 3. c. 2. col. 4.
 Mathematicis scientijs, & doctrinalibus gaudet studijs, quorum organum imaginationis ad recipiendum figuras per temperate siccum, & complexionale non congelans frigidum præparatum est, & intellectus reflexus ad ipsum. Alb. mag. in 1. metaph. trac. 1. c. 5. c. 57. col. 2.
 Mathematica non demonstrat nisi per causam formalem. D. Tho. in 1. phys. l. 1. tex. 1. ch. 1. col. 3.
 Mathematica se habet per abstractionem a naturalibus, & naturalia per appositionem ad mathematica: super addunt enim eis motum, & naturam sensibilem, quæ mathematica abstrahunt. D. Tho. in tertio de celo, lec. 5. tex. 6. c. 57. col. 3.
 Mathematici, quia utuntur lineis in abstractione, ideo apud eos plures lineæ æquales recte accipiuntur, ut una. D. Tho. 10. metaph. l. 4. tex. 10. ch. 700.
 Mathematica nulla scientia est, quæ considerat ea, quæ sunt quantitatis, ut est quantitas; nam hoc pertinet ad metaphysicam. D. Tho. 11. metaph. l. 4. tex. 1. c. 768.

Mathematicas, & aliarum scientiarum differentie.

Mathematica considerat res non separabiles quidem, sed in quantum non talis corporis passiones, sed ex remotione. Arist. de ani. pri. su. 1. cap. 2. tex. 17. ch. 591.
 Mathematica omnia entia præter ea, quæ cadunt sub Astrologia, sine motu sunt. Arist. in pri. metaph. ex su. 3. cap. 3. tex. 19. char. 25.
 Mathematica Astrologia non in omnibus est expetenda, sed in non habentibus materiam. Arist. in 2. metaph. cap. 3. tex. 15. c. 38.
 Mathematicus, & naturalis differunt, quia naturalis non solum accidentia, ut mathematicus considerat, sed omnem materiam: & circa accidentia diuerso modo considerat, quia naturalis lineas, plana, & puncta considerat, ut terminos corporis naturalis, & mobilis; mathematicus autem motum ipsorum non considerat. Simplic. in 2. phy. c. 102. col. 2.
 Mathematicus differt a naturali in modo docendi, non quod de rebus differentibus tractet. Ioan. gram. in 2. phy. tex. 13. c. 34. col. 2.
 Mathematicus differt a naturali, quia naturalis considerat de lineis, quæ sunt extra animam: mathematicus vero de lineis, & magnitudinibus, quæ sunt in anima. Auero. in post. pri. cap. 10. tex. 80. ch. 153.
 Mathematica rationes non sunt ponendæ in scientijs naturalibus. Auero. meteor. 3. cap. 2. c. 205. col. 4.
 Mathematica formæ differunt definitione a formis sensibilibus. Auero. in 3. metaph. tex. com. 18. ch. 30.
 Mathematica est secunda inter philosophiæ naturalis partes, quæ quidem cum motu concipiuntur, & materia sensibili secundum esse, non tamen secundum rationem. Alb. mag. in pri. phy. trac. 1. cap. 1. c. 1. col. 1.

Mathematica à quibus inuenta.

Mathematica artes circa Aegyptum primo subterunt, ubi gens sacerdotum vacare dimissa est. Arist. in pri. metaph. ex su. 1. c. 11. ch. 6.

Mathematicæ, vt primo ab otiosis hominibus, sacerdotibus, Ægypti inuentæ fuerunt, sic ipsarum usus otium requirit. Ale. aphr. in pri. meta. co. 5. ch. 4. col. 2.
Mathematicæ primo reperiuntur in Ægypto vbi sacerdotes liberi a redditibus a regibus donatis libere in scholam intrare, & studere concessum est. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 1. ca. 11. char. 59. col. 2.

Intervalla in mathematicis non dari.

Mathematica intermedia non est dare, quia præter sensibile cælum, Solem, Lunam, & cælestia, esset aliud cælum, Sol, Luna, & cælestia, quæ immobilia esse irrationabile est: mobilia vero impossibile, nec nõ sensus etiam intermedij essent. Arist. in 3. metaphysic. ex su. 2. cap. 1. te. 7. c. 45.

Mathematica intermedia, qui ponunt, sequitur mathematica, & species eadem esse, & duo corpora solida in eodem loco inesse, & mathematica in sensibilibus existentia immobilia non erunt, cælum sensibile, & cælum mathematicum in eodem loco erunt, quod impossibile est. Aristot. in 3. metaph. ex su. 2. capit. 1. te. 9. char. 46.

Mathematicas substantias in sensibilibus esse impossibile est: duo enim solida simul impossibile est esse. Arist. 3. metaph. ex su. 1. ca. 2. c. 265.

Mathematicæ si essent substantiæ, indiuisibiles essent, quia diuiderentur secundum superficiem, & hæc secundum lineam, & hæc secundum punctum, at si punctum impossibile est diuidere, ergo & cætera indiuisibilia sunt. Ari. 13. meta. ex su. 1. ca. 2. c. 265.

Mathematicæ substantiæ non possunt esse separatæ a sensibilibus, quia necesse erit superficies, lineas, & puncta esse separatæ, & sic multa genera mathematicarum scientiarum erunt. Aristoteles 13. metaphysicorum ex su. 1. ca. 2. char. 266.

Mathematica si separata essent, non inessent in corporibus passiones eorum. Ari. 14. metaph. c. 5. c. 305.

Matrimoniorum curam habere debet legislator: nam viro generare potente, si mulier concipere non potest; vel muliere ad conceptum apta, si vir non potest; lites, & discordiæ inter eos oriuntur. Ari. politi. 7. c. 6. 749.

Matrimonia fieri possunt in mulieribus anno. 12. & in viris anno. 14. Quia tunc valent dare consensum, sed melius esset ad utilitatem, profectumque ciuitatis, vt ferius fierent. D. Th. 7. polit. lect. 12. ch. 121. col. 1.

Matrix non facit ad esse in conuersione feminis, sed ad bene esse: ideo mentitur Constantinus dicens ipsum operari a spiritu, qui est in exteriori matricis. Alb. mag. de nutri. & nutri. tract. 2. c. 2. c. 66. colum. 3.

Matrix in multis est similis virgæ virili, & vasa spermatis mulieris virilibus vasis, sed virga virilis est quid completum, & perfectum quod ad anteriora procedit, matrix cum ijs, quæ sibi adiunguntur, est quoddam imperfectum, & incompletum, quod interiora detinetur. Alb. mag. de ani. lib. 1. tra. 20. ca. 24. col. 4.

Matrix in figura est, vt conuersum instrumentum viro- rum: collum enim matricis ad os vuluæ deueniens est, vt virga virorum: pellis autem matricis est, vt osseum virorum continens, qui osseus, ampliat, & contrahitur vt matrix: & globi, qui testiculi sunt in viris, sunt etiam in mulieribus: at in viris magis apparentes exteriori suspensi, longi, ad rotunditatem tendentes: in mulieribus parui, non omnino rotundi, & intrinseci, sed in principio colli matricis positi sunt. Ita viri, & mulieres spermatis vasa hñt, sed in viris vasa spermatis incipiunt in globo, & eleuantur ad superiora versus interiori virgæ partē: in foemina declinant canales illi ad ilia, & deinde deriuant ad duo emulgoria, quæ sunt viæ procedentes ad duo inguina, & ibi ad collū vuluæ emittitur sperma, & in hoc vasa spermatis differunt, quæ

in mulieribus continuant cū duobus globis, & penetrant in duobus additamentis, & est quiddam exortum ex globorū singulo, per quod expellit sperma ad duo cornua, quæ vuluam dilatant, vt recipiat viri sperma, quæ spermatis expulsoria vocatur. Alb. magn. de ani. 1. tract. 2. ca. 24. c. 20. col. 4.

Matrix plurimas habet venas pulsantes, & quietas, ramicatas in intrinseco sui, vt super orificia illarum vegetetur embrio, & distillet per ea sanguis menstruus, & deriuatur a vena aorthi, quæ pulsatur, & a quietas, quæ vocatur ventrem habens. Alb. magn. de animal. 1. tractat. 2. ca. 24. col. 1.

Matrix ligata est fortibus ligamenti cum dorso versus vesicam, & super os foemoris, sed omnia ligamēta sunt laxa. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. c. 24. c. 21. col. 1.

Matrix est ex substantia neruosa, non qdē ex neruis protensis a cerebro, sed neruosa dicitur substantia, quæ est alba priuata sanguine, viscosa, extensibilis: quod fit, vt in impregnatione extendi possit, & post partum iterum contrahi. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. c. 24. c. 21. col. 1.

Matricis quantitas in impregnatione perficitur, ante illud tempus est vacua, & non necessaria corpori. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. ca. 24. c. 21. col. 1.

Matrix in foemina hominum duas habet concauitates, quæ sunt quasi duæ camerae, in alijs foeminis tot sunt, vt papule in suis mamillis. Alb. mag. de ani. 1. tract. 2. ca. 24. c. 21. col. 1.

Matricis locus in muliere est post vesicam, & extenditur ultra eam supra, vt vesica extenditur supra eam infra: ante autem matricem suat intestina. Alb. mag. de ani. 1. tract. 2. ca. 24. c. 21. col. 1.

Matricis longitudo, est supra 6. digitos vsque ad 12. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. ca. 24. c. 21. col. 2.

Matricis tunica interior omnes villos, & longitudinales, & latitudinales continet. Alb. mag. de anim. 1. tract. 2. ca. 24. ch. 21. col. 2.

Matrix tempore menstrui impinguatur, & ingrossatur, & cum purgata est, extenuatur. Alb. mag. de ani. 1. tract. 2. ca. 24. c. 21. col. 2.

Matricis collum est carnis lacertosæ, quasi sit contextum ex cordis musculorū, & durū, quasi sit cartilagosū, & rugosum. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. c. 24. c. 21. col. 2.

Matrix os intrinsecum habet in fine colli, quod est oppositum vuluæ, quæ est os extrinsecum, & in illo deglutit sperma, & euomit menstruum, & per illud emittit impetu foetum: sed meatui vrinae est in collo alius locus superior in ore vuluæ. Alber. mag. de ani. 1. tract. 2. cap. 24. ch. 21. col. 2.

Matricis aliquæ mulieres collū ad dextrū, alię ad sinistrū incuruati hñt. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. c. 24. c. 21. col. 2.

Matricis aialij generatiu sibi simile, sunt sub pariete versus ostia iliorum, vt in mulieribus, & foeminis canum, porcorum, equorum, & omnium cornua habentium. Alb. magn. de ani. 1. tra. 2. ca. 4. c. 35. col. 2.

Matricis aialij, quæ ouat, extra se emittetia oua, diuisæ sunt valde: quæ volatiliu sunt sub diaphragmate super eas apud dorsum; pisciu autem matricis in inferiori ventris sunt. Alb. mag. de ani. 1. 2. tract. 2. cap. 4. c. 35. col. 2.

Matrix nõ per seipsā attrahit sperma, sed per utilitatē generationis. Alb. mag. de ani. 1. 9. tr. 2. ca. 2. c. 86. col. 4.

Matrix per oia sana, prio debet esse sita in loco competēti ei fœm naturā positionis mēbrorū ad facile concipere, & bene cōceptū tenere, ita vt situs eius nõ sit diuersus in partibus, ite vt vna pars ipsius nõ sit profunda, altera demissa. Alb. mag. de ani. 1. 10. tr. 2. c. 1. c. 92. col. 2.

Matricis orificiū i statu naturali siccū esse debet, non tñ durū. Alb. mag. de ani. 1. 10. tr. 1. cap. 1. c. 92. col. 3.

Matricis bonæ signū est, quæ illi aliquid accidat tumor sine dolore. Alb. mag. de ani. 1. 10. tract. 1. c. 1. c. 92. col. 3.

Matrix est substantia neruosa extensibilis, vt coriū. Alb. mag. de ani. 1. 10. tract. 1. cap. 1. char. 93. col. 1.

Matrix

Matrix in animalibus sibi simile generantibus est in parte anteriori, in ouantibus est in parte dorsi: in illis autem quæ, & ouant, & animalia extra generant secundum duas dictas dispositiones veniunt propter communitatem, quam cum illis habent. Albert. magn. de ani. 1. 15. tract. 1. ca. 6. c. 127. col. 4.

Matrices non sunt nisi contexti fines multarum venarū. Alb. magn. de ani. 1. 15. tra. 1. ca. 7. c. 144. col. 2.

Matricis os in omnibus, quæ non mingunt, deriuatur ad anum, in his, quæ mingunt, ad os vesicæ. Albert. mag. de ani. 1. 23. ca. 24. c. 194. col. 3.

Maturatio est concoctio, quædam, & dicitur concoctio alimentum maturatio in his, quæ circa fructum, quæ tñ perfecta est, quando semina, quæ in eo, quod circa fructum, possunt efficere tale alterum, quale ipsum. Ari. meteor. 4. u. 1. ca. 4. te. 19. char. 563.

Maturatio dicitur translatione, quia nomina non sunt posita secundum vnamquamque perfectionem circa ea, quæ terminatur a naturali caliditate, & frigiditate, vt tuberculorum, & pituitæ, & talium maturatio, quæ a naturali calido inexistentis humidus est concoctio, impossibile enim est, terminare non dominans. Ari. meteor. 4. su. 1. ca. 4. te. 19. c. 563.

Maturata omnia ex spirituosissis fiunt, aquosa ex aquosis. terrestria consistunt: ex tenuibus enim semper crassiora fiunt, & hæc natura ducit ad murationem, hæc autem eiicit. Ari. meteor. 4. su. 1. c. 4. te. 19. c. 363.

Maturatio cum sit perfectio, cruditas est imperfectio. Ari. meteor. 4. su. 1. c. 4. te. 20. c. 363.

Maturitas est a calore naturali, & humore naturali. Auerr. meteor. 4. te. 20. c. 215. col. 3.

Maturantur quæ sunt spiritualia per opus spiritualis calor in humiditate aquosa. Auerr. meteor. 4. te. 23. c. 215. colum. 4.

Maturatio melius dicitur de animalibus, quam de plantis, & melius de plantis, quam de mineralibus. Auerr. meteor. 4. te. 26. c. 216. col. 1.

Maturatio fit, quia primo calor digerens agit in humidum acreum, quod est spumofum, & euaporat subtilia, & condensat reliqua, & conuertit in humorem aqueum: deinde, subtilem reddit aqueum humorem. ac cum euaporat reliquumque condensat, terminat, & digerit cum sicco, & fit semen. D. Thom. in 4. meteor. ex digres. & color. lect. 4. c. 223.

Mausolus Cariæ tyrannus, rege a se tributum nuncios exigente, regionis opulentiissimos cogit, ac regem tributum esclagitare indicauit, & sibi non esse vnde solueret. Tunc quidam ad hoc ipsum comparati viri e vestigio illi polliciti sunt, quantum quisque esset collatorus. Quod cum hoc fecissent, opulentiores partim pudore adducti, partim metu, longe illi plura polliciti sunt. Et item a Mylassensibus sub prætextu ædificandi ciuitatis muros, pecuniæ summā suscepit, & postquam pecuniam habuit, dixit murum condi in præsentia Deo non placet. Arist. œcono. 2. char. 809.

Maxilla duplex est: cuius pars prior, mentum; posterior mandibula est. Ari. de his. anim. prim. ca. 11. c. 22.

Maxillam inferiorem omnia animalia mouent, præter crocodilum fluuiatilem, qui solus superiorem mouet. Ari. de his. ani. pri. ca. 11. char. 22.

Maxillam homo, & viuiparæ quadrupes sursum, deorsum, & in latus mouet: pisces, & aues, & ouipara quadrupeda sursum, & deorsum tantum, quæ non mouent cibum, non autem habent dentes maxillares. Arist. de partib. anim. 4. cap. 11. c. 544.

Maxillam superior em crocodilus solus mouet, quia pedes ad capiendum habet, & retinendum inuiles, & ei natura loco pedum fortitudinis os ei tribuit. Arist. de partib. anima. 4. ca. 11. char. 543.

Maxilla cõponitur ex molli carne, musculis, latis, & neruosis, ex quibus est motus eius. Alber. magn. de anim.

lib. 1. tractat. 2. capit. 9. char. 10. colum. 4.

Maxilla est ad multas utilitates, quarum vna est necessitas, quia continet cibum, qui dentibus corrodendus est. Alb. mag. de ani. 1. 1. tract. 2. ca. 9. c. 10. c. 4.

Maxilla duos motus habet, vnus inferius, & superius qui sequitur motum mandibulæ, & alium ante, & retro cum labijs communem. Motus primus est a musculo, qui est gena maxillæ; at vnusquisque musculorum mouentium maxillam componitur ex quatuor: quoniam re vera villi, qui inuoluunt musculos motiuos maxillæ, ex quatuor locis sursum deorsum diriguntur. Vnus est cetus a forcula, cuius villi ad extremum labij inferioris perueniunt, & trahunt ipsum inferius reuoluit labium motu voluntario. Secundus oritur inter furculam, & thoracem a dextra, & sinistra: sed villi transuersi veniunt, quia ortus a dextro venit in finem sinistri labij, & a sinistro in finem dextri. Tertius oritur ab osse spatulæ, quod vocatur rostrum corui, & extendit se in musculo continuo, & trahit labiū simili attractione in duas partes. Quartus autem ab articulis spinæ colli, & tenditur sub termino aurium, & continuatur cum fine maxillæ, & mouet eam. Et motus eius sequitur labium, & aliquibus musculis iste venit sub aure, & isti mouent, vel vnam, vel ambas aures. Alb. mag. de ani. 1. 1. tract. 2. c. 14. c. 14. col. 2.

Maximum si maximo præstat, & ipsa ipsis, & quæcunq; ipsa ipsis, & maximum maximo, vt si maximus vir maxima muliere maior, etiam omnino viri mulieribus maiores, & si viri mulieribus maiores, etiam viri maxime maxima muliere maior. Ari. rhet. pri. c. 29.

Maximum ibi est, vbi maius, & minus est. Boeth. in topic. Cicer. lib. 1. char. 765. Idem Alexand. de ales 10. metaph. te. 3. char. 239. c. 2.

Maximæ propositiones appellantur, quæ manifestæ sunt, & probatione non indigent. Boeth. in topic. Cicer. lib. 1. char. 765.

Meanze aues ab imitatione vocis sic dictæ anantibus maiores sunt: breui collo, breuibus pedibus, coloris cinerei, oculis giacis, rostro ex parte croceo, ex parte rubeo: cadaveribus hominum præcipue cupidissime, clamantes. Alb. mag. de ani. li. 23. ca. 24. c. 194. col. 1.

Medica herba lactis copiam extinguit, cyttisus auget, & eruum maxime ruminantibus: sed cyttisus dum floret incommodus est: vrit enim tantisper, atque extinguit. Eruum prægnantibus non prodest, facit enim partum difficiliorem. Ari. de his. am. 3. ca. 21. ch. 103.

Medicæ herbe prima falx vitio datur, & cum foetida aqua rigatur, incommoda est. Aristoteles de historia animalium 8. ca. octauo. ch. 284.

Medicina quid est.

Medicina non est ex scientia naturali, est enim ars factua, quæ assumit principia sua a scientia naturali. Auerr. contra Algaz. in physico. disput. 1. char. 55. colum. 3.

Medicina est scientia practica de iisdem vniuersalibus, de quibus est, & scientia, sed tamen non eodem modo: quia per naturam praxis hoc habet, quod est de iisdem vniuersalibus per industriam medici applicatis ad particularia, & est de iisdem vniuersalibus non ab solutè, sed vt sunt regula directiuã operum, ad quæ se extendit medici industria. Ale. de ales in 5. metaph. te. 20. c. 144. col. 1.

Medicina principia, & consideratio ad quid tendit.

Medicina incipit, vbi desinit naturalis contemplatio. Aristoteles de sens. & sens. capit. primo chart. 4.

Medici qui disertis, & diligentiores sunt, de natura dñt, g 2 &

& principia inde sumunt, & inter eos, qui de natura tractant, elegantissimi vsque ad medicinalia principia desinunt. Ari. de san. & mor. char. 332.

Medicus cur ad sanitatem solum suam præstat operam? vel quia fieri nequit, vt ex sanitate aliud efficiatur, vel si quid fieri potest, ad aliam spectat scientiam. Aristot. problem. sec. 30. num. 7. c. 625.

Medicinarum principia sunt ea, quæ a philosophis de natura tradita sunt, quæ sub philosophia, vt sub tutore ponenda est. Alexander aphrod. de sens. & sensat. ex sec. prim. ex digres. chart. 5. colum. 1.

Medicus per accidens seipsum curat. Ioannes grammat. in secundo physicor. chart. 31. colum. 1.

Medicus non speculatur formam sanitatis animalis in medendo. Aer. pri. ethi. ca. 6. char. 4. col. 2.

Medicinam naturalis philosophus considerat veniens a primis in posteriora, & ab vniuersalibus in particularia, terminatque considerationes suas de animatis ad ea, quæ sunt causæ sanitatis, & infirmitatis particularis. Alb. mag. de sens. & sen. tr. 2. c. 1. c. 2. col. 2.

Medici naturali arte vtentens a particularibus egritudinibus in signa, & accidentia, causasque communes ascēdunt, eo quod morbum non sanant, nisi remota causa morbi, & inducta causa sanitatis. Alb. mag. de sens. & sen. tract. 1. cap. 1. c. 2. col. 2.

Medicus non sanat hominem, nisi per accidens, sed per se sanat Calliam. Alb. magn. in prim. metaphys. tra. 1. cap. 8. char. 58. col. 3.

Medicinarum finis est sanitas. Alb. magn. ethic. prim. tract. 6. ca. prim. char. 15. colum. 2.

Medicus nihil aliud facit, quam auxiliatur naturæ ad expellendum morbum, quo auxilio natura non egeret, si esset fortis. D. Th. in 2. de ani. l. 1. te. 58. c. 32. col. 2.

Medicus a naturali tanquam a principali suæ scientiæ principia sumit, vt gubernator nauis ab Astrologo. D. Tho. de sens. & sens. l. 1. c. 2. col. 1.

Medicina, vt ad medicamenta pertinet.

Medicamentis curanda, quæ in ala, aut in inguine abscesserunt, diducta enim partim laboriosa, partim periculosa redduntur. Ari. pro. sec. 1. nu. 34. char. 342.

Medicamenta quædam alium soluunt, & non vesicam; alia vesicam, & non alium, quia ea, quæ aquæ sunt, si medendi obtinent facultatem, vesicam soluunt; subsident enim in ea humores, qui putredine immunes euaferunt: quippe vesica pro eius humoris conceptaculo habetur, qui minime in ventre concoquitur, qui non manet; nec priusquam agat quicquam, aut patitur, excernitur. At quæ terrenam fortiuntur naturam, si vires habent medicas, alium hæc fundere queunt. In hanc enim terrena quæque materia se prouoluit, itaque turbat, si mouendi habet facultatem. Ari. proble. sec. 1. num. 41. char. 344.

Medicamenta acerbis, acor, malusque odor comitantur, quia medicamentorum genus cibo contrarium est. Ari. prob. sec. 1. nu. 43. char. 346.

Medicamenta alia superiorem ventrem mouent, vt veratrum, alia inferiorem, vt scammonia, alia citant vtrumque, vt elaterium, & thapsiæ succus, quia ex medicamentis, quæ ventrem mouent, alia frigida, alia calida sunt. Calida superiora loca petunt, & feruore excrementa perturbant flatumque excitant multum, quod obsidens, & vexans, demum vomitum mouet. Alia frigida sunt, & pondere suo deorsum labuntur, & inde excrementa deducunt. Alia sunt vtriusque qualitatis capacia, mixtaque ex calido, & frigido, & vtrumque præstare possunt. Aristoteles problematum sec. 1. numer. 42. chart. 344.

Medicamenta purgare valent, cum alia pleraque amara, ceterisque eiusmodi qualitibus insigniora id

facere nequeant quia non ob huiusmodi vires, purgandi vim obtinent, sed quia concoqui nequeunt: etenim quæ ob excessum caliditatis, aut frigiditatis, quauis exiguo corpore incoctilia sint, aptaque vincere, non vincunt ab animalium calore, resoluuntque a ventre facile vtrilibet possint, hæc medicamenta habentur. Vbi enim ventrem adierunt, & resoluta sunt, statim ad venas per eadem feruntur semitas, quibus permeat cibus: mox cum nihilo concoqui potuerunt, sed victrice persiste- rint potentia, relabuntur, & quæ sibi obsistunt, secum detrahunt, quæ res purgatio vocatur. Es vero, argentum, & cætera eiusdem generis, & si concoqui a calore animalium non possint, resoluunt a ventris non possunt. Oleum, mel, lac, & huiusmodi purgandi quidē vim obtinent, sed quantitatis non qualitatis ratione, ob enim multitudinem concoqui nequeunt. Medicamenta autē acerbis, acor, malus odor concomitantur, quia cibo contraria sunt. Ari. problematum sec. 1. numer. 43. char. 345.

Medicamenti naturam obtinet, quod conuinci, domari minime potest: sed venas ingressum per excessum caliditatis, frigiditatis ve suæ perturbant. Aristot. problem. sec. 1. numer. 43. char. 346.

Medicamenta & res amaræ, & sædæ magna ex parte purgare possunt, quia amara quæcunque, & male olentia concoqui nequeunt. Ideo, & medicamenta amara, & fetida sunt. Aristoteles prob. sec. 1. numer. 48. c. 387.

Medicamenti naturam obtinent, quæ concoctionē nullam admittunt, mouereque cum amaritudine possunt, & si iusto plus data sint, perimunt. Ari. problematum sec. 1. nu. 48. chart. 347.

Medicamenta non sunt, quæ non sui generis qualitate purgare queant: sunt enim multi, quæ si largius sumuntur, purgant, sed non sunt medicamenta, vt hæc, oleum, sed non solum a concoctione immune debet esse medicamentum, sed et motus efficiens. Ari. prob. se. 1. nu. 48. chart. 347.

Medicamenta iō purgandi vim habere queunt, quia humores ducere propriū est calidorum, error est; nam piper, cum longe calidius sit multis medicamentis, vim non trahendi, sed corroborandi, & concoquendi obtinet. Alex. aphro. proble. 1. nu. 2. c. 664.

Medicina clysteribus vtif apte quæ mel vice bilis continet: nitrum, quia purgat, & morfu incitat intestina, & musculos ad expellendū: aqua, & oleum, vt humefaciat, & molliat feces, quæ febre exaruerunt. Ale. aph. pb. l. 1. nu. 90. c. 698.

Medicamenta simplicia nonnulla cur contrarias vires obtinent, vt mastiche abstergit, & digerit, & firmat: acetum calefacit, & frige facit? quia eorum particule per appositionē non per confusionem coeunt, & sic diuersis eorum particulis diuersæ sunt vires, quæ confundi inuicem recusant. Ale. aphr. prob. 1. num. 105. char. 106.

Medicina purgantij epota cur primo oculi caligent, post purgationē emēdatur, & acuti vsque a principio humores natura mouet, & trahit ad ventrem, quare vaporum copia excitat, quæ ad caput effertur, & perturbat cerebrum, vt nec sensus, nec cogitatio consistere integre possit. post vbi materiam excefferunt, extinctusque est omnis vapor, nihil præterea est, quod vel sensum, vel rationem impediatur. Ale. aphr. probl. 2. nu. 34. c. 736.

Medicina an theoretica vel practica sit.

Medicina duplicem aspectum habet: vnum ad medicinale, quod est obiectum, ita quod est sic vera species scientiarum: alium aspectum habet ad medicinam industriam, & sic est praxis. Ale. de ales in 5. metaphys. te. 20. char. 147. col. 1.

Medicina non est scientia speculatiua nec in scientiis speculatiuis. Ale. de ales in 5. metaph. te. 20. c. 147. col. 1.

Mediocritas omnis est habitus, non autem e contra. Euf. 5. moral. cap. 5. char. 139.

Mediocritas est quædam moderatio, & modificatio, quæ nec excedit in actionibus, & affectibus, nec deficit. Eufra. 6. ethico. ca. 1. c. 264.

Meditari nihil aliud est, quam crebro repetere imagines atque recurrere, non vt in se spectata sunt, sed vt imagines aliorum. Themisti. de mem. & rem. l. 1. capit. 15. char. 93. colum. 4.

Meditari nihil aliud est, quam speculari multoties aliqd idem, sicut imaginem rei præteritam non per se. Alber. mag. de mem. & rem. tra. 1. ca. 4. c. 22. col. 2.

Meditationes ad gaudium, & bonam spem, cordis fortitudinem significant, & æqualitatem complexionis: at quæ declinant ad sollicitudinem, excessum in calore significant: quæ ad tumorem, & tristitiam declinant, excessum in frigiditate significant. Albert. magnus de anima. l. 1. tr. 3. ca. 4. c. 27. col. 1.

Meditari nil aliud est quam multoties rem aliquam considerare. D. Tho. de mem. & remi. te. 27. l. 3. col. 3.

Medium quid est.

Medium contrariorum quodammodo est extrema. Ari. phy. 5. ca. 1. te. 6. c. 125.

Medium est illud, in quod permutari prius est necesse, quod permutatur ab extremo ad extremum. Aristot. 10. meta. ca. 6. te. 22. char. 207.

Medium est æquale quoddam inter excessum, & defectum. Ari. 2. ethico. ad Nicom. ca. 6. c. 39.

Medium rei id est, quod ab vtroque extremo æque distat, estque vnum, & idem omnibus: quantum vero ad nos, quod nec modum excedit, nec deficit. Ari. 2. ethico. ad Nicom. ca. 6. c. 40.

Medium est, quod vndeque distat æqualiter ab extremo. Simp. in 4. de celo. te. 32. com. 17. ch. 107. col. 3.

Medium est quasi inter spirituale, & corporale: secundum ergo naturam spiritus accidit in partibus aliqua penetratio: vnde vidimus diuersos motus non impediri a se inuicem in aqua: secundum vero corporeitatem expellunt se inuicem, ita quod ex eis duobus exitimam, quod aer motus in eis est, qui transfertur per se, & lapis proiectus de necessitate transfertur per translationem illius partis, quæ defert motum, & cessat illa cessante. Auer. phy. 8. te. 82. c. 194. col. 4.

Medium, vt medium, forma est comparata ad duo: & iō duo habet opposita, nec impedit quod contraria maxime distent, quamuis habeant media, quia medium non impedit distantiam extremorum. Alber. magn. in 9. metaph. ca. 7. te. 2. c. 145. col. 2.

Medium est id, in quod prius venit transmutatum, quam extremum. Alb. mag. in 9. meta. tr. 2. c. 7. ch. 145. col. 2.

Medium nullum est inter esse, & compositum in genere subiecti; in genere causæ est aliquid. Ale. de. ales in 5. meta. te. 23. c. 153. col. 3.

Medium, vt in rebus naturalibus reperitur.

Medium in causa efficiente, & finali contrario se habet modo: quia in efficiente medium est principium, in finali est vltimum causarum. Aristot. poste. l. 2. te. 10. ca. 11. char. 369.

Medium duplex, magnitudinis, & rei. Ari. 2. de celo sum. 4. ca. 1. te. 74. char. 318.

Medium duplex, vniuersi, & terræ. Ari. 2. de celo sum. 4. ca. 6. te. 99. char. 326.

Medium esse terminatum ad quod grauitatem habentia feruntur, & a quo leuia, patet, quia in infinitum nihil fertur, & ignis sursum ad similes angulos fertur, terra deorsum, & omne, quod grauitatem habet. Arist. 4. de celo sum. 3. ca. 3. te. 33. char. 371.

Medium vnum vel plura inter contraria esse nihil prohibet, vt in coloribus. Aristoteles quarto de celo sum.

tertia capit. quarto text. 38. chart. 373.

Media omnia aut composita sunt ex rebus simplicibus, simpliciter aut ex rebus simplicibus in respectu mediōrum, aut ex formis ipsorum mediōrum. Aristot. in 1. metaph. ex sum. 3. ca. 3. te. 39. c. 30.

Media, quæ sunt inter contraria, componuntur ex contrariis. Ari. 10. metaph. cap. 6. te. 22. char. 207.

Media omnia, & quorū sunt media, in eodē genere esse necesse est. Ari. 10. meta. c. 6. te. 22. c. 207.

Media omnia semper sunt inter opposita, quia motus per se est semper inter opposita. Aristot. 10. metaphysico. capit. 6. te. 22. c. 207.

Medium non est inter opposita contradictione, quia contradictionis non est medium. Aristot. 10. metaphysico. capit. 6. te. 22. char. 207.

Media omnia componuntur ex contrariis. Aristotel. 10. meta. ca. 6. te. 22. char. 207.

Medium omne est inter contraria. Aristoteles 11. metaphysico. ex sum. 4. capit. 4. char. 202.

Medium non est inter augens, & quod auget; & inter minuens, & quod diminuit. Simpl. 7. phy. c. 376. col. 2.

Medium meatus proximus cum corde consistit. Ioannes gram. de gen. ani. ca. 2. te. 96. col. 4.

Medium contrarium est vtrique extremo, non simpliciter, vt extrema inter se sunt contraria, sed est contrarium per illud, quod est in eo de reliquo extremo, & contrarietas in eo differt a contrarietate inter extrema quæ non inueniunt in eo contrariū in sua vltima perfectione vt in ipso extremo. Auer. phy. 5. te. 52. c. 110. col. 1.

Medietatem pertransire est transire in potentia, non actu. Auer. phy. 6. te. 52. ch. 128. col. 2.

Medium nullum esse inter motorem, & motum maximum fundamentum est in rebus naturalibus. Auer. phy. 7. te. 10. char. 143. colum. 2.

Medium non est nisi per corpus sphericum, & corpora spherica non sunt, nisi per corpora existētia in medio. Auer. 1. de celo te. 78. char. 25. col. 2.

Medium non est causa quietis terræ, nisi per accidens. Auer. 2. de celo te. 102. char. 77. col. 2.

Medium est causa conseruans quietem potius, quam augens, quia terra generata non est secundum totum. Auer. 2. de celo te. 102. char. 77. col. 2.

Medium non est necesse moueri eo motu, quo res mouetur vltimo motu. Auer. ex paraphra. 2. de celo te. 42. char. 139. colum. 1.

Medij saporis componuntur ex extremis saporibus, vt medij odores componuntur ex extremis odoribus. Auer. 2. de ani. te. 95. char. 185. colum. 3.

Media extrinseca non recipiunt sensibilia cum corporibus, in quibus existunt. Auer. 2. de ani. t. 109. c. 146. c. 1.

Medium nullum est inter motum per se, & per accidens, vt nec inter subiectum, & accidens. Albertus magnus in 5. phy. trac. 1. ca. 1. char. 59. col. 4.

Mediū, in quo est terra, est immobile, quia est remotissimū a circumferētia, & per frigiditatem inspissat, & ea, quæ ibi manent, sunt graua, & immobilia, & hæc eā efficiēs imobilitatis terræ. Alb. mag. in 2. de celo tra. 4. ca. 8. c. 43. col. 1.

Mediū componit dupliciter; aut ad actū, & formā medij ex formis contrariōrum, vt in coloribus mediis: aut cōponit ad potētiam, & virtutē medij, & non ad actū, eo quod participat aliquo modo virtutes extremorū, & non ad actū, sicut e in medio spaci, & sit, & sic e i qualitibus, quæ non hnt mediū in actu. Alb. mag. i 10. meta. t. 2. c. 9. c. 146. c. 1.

Medii omnis inuentio a ratione est, & omnis medij determinatio est ex principiis rationis, & sic omne medium in eo, quod medium, a ratione est, & eodem modo in artificialibus, & scientiis. Albertus magnus ethi. 6. tr. 1. ca. 1. char. 68. colum. 3.

Medium non inuenitur in aliquo corpore, nisi proportionē habita ad extrema in diuidendo totum. D. Th. in 11. metaphysico. lect. 10. char. 808.

Medium proprie acceptum non est dare si daretur infinitum, quia medium tres conditiones habere debet, vel proprietates. Vna est, quod, eo ipso, quod medium non est primum in causalitate, nec habet virtutem super omnia causata, quia causatum non habet virtutem super seipsum. Secunda proprietates, quod ipsum medium semper est in respectu ad primum, quia sua causalitas, per quam potest causare, non est nisi virtute primi, & deriuata a primo. Et tertia est, quod omne agens mediū est mouēs motū. Ale. de ales 1.2. meta. c. 40. c. 2.

Medium datur inter priuationem, & habitum. Alex. de ales in 5. metaph. te. 27. c. 157. col. 1.

Medij rationem, quod habet, oportet, quod sit negatio extremorum, ita vt sint inter vnum genus. Ale. de ales in 10. metaph. te. 19. c. 293. col. 3.

Medij inuenticio.

Medium vniuersalis conclusionis affirmatiuæ inuenire cupientes, sumere oportet vnum, quod antecedit prædicatum, & consequatur subiectum, vt homo, aīal, sumere debet rationale. Alb. mag. in prior. c. 132. c. 1.

Medium particularis affirmatiuæ construere volentes sumere debent aliquod antecedens, quod vtrunque prædicatum, & subiectum sequatur: si enim antecedit ad vtrūque horū, per illud concludetur prædicatū de subiecto illo particulariter. Alb. mag. in prio. c. 132. col. 1.

Medium vniuersalis negatiuæ concludere licet, si sumpserit repugnans prædicato, cui oportet prædicatum non inesse, vel a quo prædicatum necessario remouetur, & consequentia subiectum: quod si erit idem, hoc erit medium. Item alio modo consequentia prædicati, & repugnantia subiecti, & si idem sunt, hoc erit medium in secundo modo secundæ figuræ. Alb. mag. in prior. char. 132. column. 1.

Medium particularis negatiuæ inueniemus, si perspexerimus antecedens subiecti, & repugnans prædicati: si est idem, erit medium. Alb. mag. in prior. c. 132. col. 1.

Medium ad probandum particulare affirmatiuum, quod concludit indirecte, cum particularis affirmatiua in se ipsam conuerti possit, est inuenire antecedens subiecti, & consequens prædicati. Alb. mag. in prior. c. 132. c. 3.

Medium vt in virtutibus reperitur.

Medium in virtutibus est ratio extremorum, vt centrum in circulo est ratio diametri, & circumferentiar. Alb. mag. ethi. 3. tr. 3. ca. 2. c. 45. column. 1.

Medij diuersa considerationes.

Medio determinato, & eū, q̄ sursum est, locū determinatū esse necesse est. Ari. 1. de celo. t. 44. c. 258.

Media oriuntur commisione contrariorum, & si plus habuerint media alicuius contrarij, in eodem ordine collocabuntur, in quo contrarium positum est. Ale. aphr. de sens. & sens. ex sec. 5. co. 69. c. 23. col. 4.

Medium, quod est proprie aliquorum, id proprie est huiusmodi, vt ex ipso in vtrunque oppositum mutatio fieri valeat. Ale. aphr. in 3. metaph. vel secund. latin. 4. com. 65. chart. 121. column. 1.

Medium aliud est, quod est medium per negationem, vt inter marem, & feminam, aliud, quod ex veris, quod fit mistione, vt fuscū mistione albi, & nigri, aliud, quod fieri vtrunque aptum est. Simplicius in prim. physico. te. 62. chart. 47. column. 2.

Medium aliud diuersatur secundum magis, & minus, aliud secundum formam, & qualitatem. Auerr. phy. 6. te. 32. char. 122. col. 2.

Medium non est inter ens, & non ens. Auerr. phy. 6. te. 42. c. 124. column. 4.

Medium relatiuum dicit in respectu extremorum. Auerr. phy. 7. te. 17. c. 146. column. 1.

Media, quæ non dicuntur secundum comparisonem, constant ex extremis contrarijs. Auerr. 4. de celo te. 26. c. 118. column. 1.

Medij dispositio hæc est, vt in eo congregentur contraria. Auerr. 4. de celo te. 40. c. 123. col. 2.

Medium non reperitur in relatiuis, nisi in quibus est contrarietas. Auerr. in 10. metaph. te. co. 22. c. 127.

Medium inueniri sine duobus extremis impossibile est. Auerr. in epitom. metaph. trac. 3. c. 180. col. 4.

Medium duobus modis consideratur, vt est medium, & vt est id, quod est in ratione medij. Albertus magnus in poster. char. 204. column. 3.

Medium duplex. Aliud est, quod est secundum formam qualitatis aliquam, quæ est specie diuersa ab extremis, & non tantum secundum magis, & minus differens ab extremis, vt inter album, & nigrum, fuscum, & ceteri medij colores. Aliud est, quod non differt ab extremo specie, sed per magis, & minus intensum, vt tepidum inter calidum, & frigidum. Albertus magnus in sexto physico. trac. secundo. cap. 1. c. 71. col. 3.

Medium duobus dicitur modis. Aliud, quod per æqualem distantiam est medium, & vere est medium. Et medium, quod habet rationem medij, quia est inter extrema, & sic non est centrū in medio, sed regio media. Alb. magn. in prim. de celo, trac. 1. c. 3. c. 9. col. 2.

Medium duplex; aliud per compositionem ex extremis, aliud per comparisonem ad extrema. Albertus magn. in 4. de celo, tr. 7. c. 4. c. 56. col. 3.

Medium non oportet nominatum esse, sed sufficit per abnegationem extremorum nominari. Albertus magnus in 9. metaph. trac. 2. ca. 7. c. 145. col. 2.

Media omnia sunt in eodem genere cum his, quorum sunt media, & media omnia componuntur ex extremis. Alb. mag. in 10. metaph. tr. 2. c. 9. c. 146. col. 2.

Medium esse dicere inter ea, quæ non sunt eiusdem generis, est ridiculum. D. Tho. in pri. de generatio. & corrupt. l. 24. te. 84. c. 24. col. 1.

Medium inter substantiam, & accidens esse fieri nequit. D. Tho. in secundo de gener. & cor. char. 37.

Medium nullum est, vbi non sunt partes extremæ. D. Tho. in secundo metaph. lec. 2. te. 7. c. 107.

Medium omne, per quod deuenit vnum in aliud, potest vocari ianua respectu illius, ad quod deuenitur. Alex. de ales in secundo metaph. c. 34. col. 4.

Medij natura est, quod sit in quadam analogia ad principium, & finem. Alexander de ales in secundo metaph. c. 42. col. 2.

Media infinita capi possunt inter extrema, quorum vnū est infinitæ perfectionis, quia illa media multiplicantur, quia attingunt illud extremum infinitum, & quia non potest esse finis in attingendo extremum illud infinitum, non potest esse finis in medijs. Alexander de ales in secundo metaph. c. 46. col. 2.

Medium de ratione sua sumitur secundum determinatam distantiam ad extremum. Alexander de ales in vndecimo metaph. c. 323. column. 4.

Medium aliquo modo habet rationem contrarij. Ale. de ales in 11. metaph. c. 324. col. 4.

Medium duplex, per participationem, quod scilicet participat ambo extrema, vt pallidum, quod nec album, nec nigrum est, & quod per negationem, quod vtriusque extremi negationem obtinet, vt lapis, nec prauus, nec studiosus. Tho. de Vio in prædic. c. 80. col. 1.

Medium, vt ad syllogismi formationem pertinet.

Mediū in syllogismo primæ figuræ est, quod ipsum in alio, & aliud in ipso est. Aristotel. prior. lib. 2. sec. 1. c. 5. char. 153.

Medium

Medium in secūda figura est, quod de vtriusque prædicatur extremis. Arist. prior. l. 1. sec. 1. cap. 5. ch. 156.

Medium in tertia figura est, de quo ambo prædicantur extrema. Arist. prior. l. 1. sec. 1. cap. 6. ch. 160.

Medius terminus in propositionibus agnoscitur, eo quod extrinsecus assumitur, & bis, & in vtriusque propositionibus. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 4. ch. 9. col. 2.

Medium in ratiocinatione, vel inter extrema est, ita vt in maiori subiiciatur, & minori prædicetur; vel prædicatur de extremis, vel subiicitur extremis; alio modo esse nō potest. Alex. aphr. in 1. prior. c. 23. c. 45. c. 1.

Medius terminus in secūda figura ideo dicitur primus, quia de ambobus prædicatur; positione. n. primus est. Ioan. gra. in prior. cap. 5. ch. 18. col. 3.

Medius terminus non debet esse vniuersalis tempore, sed simpliciter, vt fiat conclusio. Ioan. gram. in prior. capite 15. chart. 36. col. 3.

Medius terminus vnus, & idem esse debet in ambabus propositionibus. Io. gra. in 1. prior. cap. 29. c. 53. c. 2.

Medius terminus in syllogismis dialecticis, & sophisticis est causa conclusionis, non autem rei: at in demonstratiuis, & rei, & conclusionis est causa. Ioan. gramm. in sec. poster. cap. 1. char. 56. col. 3.

Medius terminus est definitio in demonstratione; ideo non docet hic de definitione per accidens; nā proprie tractat de ipsa 7. metaph. Ioan. gramm. in 2. post. cap. 1. chart. 56. column. 3.

Medius terminus non est causa maioris secundum se, nec ipsum essendi in minori, sed solū minoris. Auerr. in quæst. logic. quæst. 10. ch. 372. col. 4.

Medium in prima figura, & subiicitur, & prædicatur. Boet. de syl. cat. c. 592.

Medium in secunda figura semper prædicatur. Boetius ibidem c. 593.

Mediū vt syllogismi sit medium, duo requiruntur; primo, vt subiiciatur vni, & prædicetur de altero; secundo, vt coniungatur extrema. Albertus magnus in prior. chart. 104. column. 3.

Medium syllogismi dialectici duplicem habet identitatem. Vna scilicet medij comparari ad extrema, & hæc aliquam admittit diuersitatem; nam sic medium in parte est idem extremitati, & in parte diuersum. Alia est medij, vt medium est acceptum secundum suam substantiam, secundum quod bis positum est in præmissis, & sic non est diuersum, imo eodem modo se habet in ambabus. Albertus magnus in elenchos. chart. 284. column. 2.

Medium extra ponitur, cum est diuersum a maiori termino, vel cum est communius, & non conuertitur cū maiori termino. D. Tho. in post. ch. 55. col. 4.

Medium in demonstratione est medium causale, non tantum medium in situ. Alexan. de ales in 7. metaph. te. 59. chart. 203. col. 2.

Medium, vt lapis.

Medius lapis est, qui à Medorum regione venit, alter niger, alter viridis, contra veterem podagram, cecitatem, refouet lassos, & debiles, ac fessos. Si niger in aqua calida resoluatur, & aliquis illa aqua lauerit, incurrit membrorum excoriationem; & si biberit ex eo, peribit vomendo. Albert. magn. in sec. de miner. ex tract. 2. cap. 11. ch. 141. col. 1.

Medulla arboris a quibusdam matrix, ab alijs viscera, ab alijs cor dicitur. Arist. de plant. cap. 3. ch. 370.

Medulla est natura quædam sanguinis, non vt quidam dicunt, vis genituræ feminalis; & quibus sanguis seuo similis per concoctionem euadit, iis medulla seuo similis est. Arist. de partibus anim. 2. cap. 6. ch. 437.

Medulla spinæ dorsii non est similis cæteris medullis; cōtinua enim esse debet. Ari. de part. ani. 2. c. 6. c. 437.

Medullam animalia aliqua nulla commentationem dignam habent, vt quibus ossa sunt robusta, & solida, vt leo. Arist. de partibus animal. 2. cap. 6. char. 438.

Medulla est alimenti sanguinis, quod in ossa, spinamve distribuatur, contentumque concoctum excrementum. Arist. de part. anim. 2. cap. 6. char. 438.

Medulla calida suapte natura est. Arist. de partibus anim. 2. cap. 7. char. 439.

Medullæ vtilitas specialis per Aristotelem inuenta est, quod sit iuuamentum sensus, & motus. Auerr. de partibus animal. 2. cap. 6. chart. 72.

Medulla plantarum aliquando est quasi purpura, paruo humore continuata; aliquando est humida, & mollis. Albertus magnus de veget. lib. 1. tract. prim. capit. 1. chart. 127. col. 1.

Medullæ plantarū sunt vice virtutis radicalis. Alb. mag. de veget. lib. 2. tract. 1. cap. 3. ch. 132. col. 2.

Medulla magis sanguinosa est in corpore iuuenum, & mollis quam in corporibus eorum, qui ætate præceterunt. Albertus magn. de animal. lib. 3. tract. 2. cap. 7. chart. 43. column. 4.

Medulla est ex dissolutione subtilis, & aquosi sanguinis, qui ad perfectam digestionem non peruenit. Albert. mag. de ani. l. 12. tra. 1. cap. 7. ch. 105. col. 1.

Medulla est sanguis alteratus ad naturam ossis. Albert. magn. de anim. lib. 12. tract. 1. cap. 7. ch. 105. col. 1.

Medulla est naturæ sanguineæ, & est superfluum nutrimenti ossium, & cibus eorum, & generatur ex sanguine bonæ, & facilis decoctionis. Alber. magn. de anim. lib. 12. tract. 2. cap. 2. ch. 106. col. 1.

Megarici existimantur primū domesticum homini esse vacationem a perturbationibus, & curis. Alex. aphr. in secund. de ani. cap. 40. ch. 51. col. 3.

Megarici est piscis maris, vbi capitur non reputatus, cum tamen recens melioris sit saporis, sed falsus longius defertur, vbi propter varietatem desideratur. Alber. mag. de anim. lib. 24. cap. 1. ch. 198. col. 3.

Mel non ex flore fieri constat, quia cum autumno mel detrahitur, non amplius reparatur, cum tamen, & iā illo tempore flores proueniant. Sublato itaque melle, & cibo, nulloque extante, aut exiguo, repeterent apes munus mellis conficiendi, si ex floribus accipere possent. Arist. de hist. animal. 5. capite 22. ch. 183.

Mel tempore concoctum crassescit; initio enim, vt aqua dilutum est, & primis diebus sine crassitudine cernitur. Quod si eo tempore exceptum sit, crassitudine caret, & vicesimo maxime die spissatur. Arist. de hist. anim. 5. capite 22. chart. 183.

Mel dulcius est, quod crassius est. Aristoteles de historia animalium 5. capite 22. chart. 183.

Mel ad Amisum urbem cōuehitur a locis superioribus, candidum, crassumque maiorem in modum, quod apes faciunt arboribus sine fauo, quale etiam fieri in Ponto cognitum est. Aristoteles de histo. anim. 5. c. 22. chart. 184.

Mel apibus ætate, & hyeme est in cibo. Aristoteles de historia animalium 9. cap. 40. ch. 360.

Mellis exilior pars fluitat, quæ eximenda est; pura vero, & valida sublidet. Aristotel. de historia animalium 9. cap. 40. chart. 363.

Mellis, & fucorum copia annis prosperis euenit: Imbris vero crebris fetus superat: humor. n. facit plus excrementi in corporibus ducum: anni vero temperies facit hoc idem in apibus: cum enim corpore sint minore, temperiem magis desiderant. Aristot. de gen. anim. 3. cap. 10. chart. 213.

Mel in locis quibusdam Cappadociæ fieri absque fauo fertur, ac spissitudine sua oleo simile euadere. Arist. de admirand. aud. numero 16. ch. 842.

Mel in Trapezonto, quæ in Ponto est, grauitur olens ex buxo generari aiunt, quod quidem si edatur, fanos mente

mete abalienare, comitiali verò morbo prehensos integre absoluerunt. Aristoteles de admirand. aud. num. 7. chart. 842.

Mollis copiam Lidios arbores generate narrant nonnulli, ac incolas ex ipso passillos absque cera conficere, & abscondentes passillos vehementiori fractione egere. In Thracia quoque, & si non tam solidum, ceu tamen arenaceum gignitur. Vniuersum verò coactū mel, non vt aqua, & cetera humida, parum fortiri, magnitudinem aiunt. Aristoteles de admir. aud. numero 18. chart. 483.

Mel cur amarum a regio morbo laborantibus sentitur? quia eorum lingua bile amara redundat. Alex. aphr. problem. 1. numer. 101. chart. 703.

Mel inueteratum, aut fumme coctum amarum euadit, quia omnem suum humorem amittit, qui calorem immodicum temperare potest. Alexander aphrod. problematum 2. num. 71. char. 755.

Mel cur comedimus, quod acrius sentitur, & mediocriter calidum esse id existimamus, cum acritudo non nisi per calorem immodicum consistere solcat: cōsēndum non acre esse mel, sed temperatum; sed linguam suo calore plenius calefaciendo in acritudinem vertere: dulce enim omne acre primum, post incalescens nimium amarum redditur. Alexander aphr. problem. secundo numero 79. chart. 761.

Melli montis Hymeti, terræ Atticæ, laus præcipua datur propter florum singularem præstantiam. Alex. aphrod. problem. 2. num. 79. chart. 762.

Mel cur vlcerebus aere, gustui dulce sentitur? quoniam vlcerebus, horridis, resiccatisque, mellis tenuitas occurrit: tenue autē omne acre est. At gustus, quia humidus est, mellis percipere potest lenitatem. Alex. aphrod. problem. 2. num. 133. ch. 774.

Mel deguttare in somnis, qui videt, morbi inditium est, quia morbi initium erit phlegma ipsum: Mich. ephes. de diuinit. lib. de somn. chart. 2. col. 1.

Mel non coctum soluit ventrem. Albertus magn. in 2. meteor. tract. 1. cap. 14. chart. 87. col. 1.

Mel est occultus ros cadens super flores, & alias platas, & super lapides, quod apes colligunt. Albert. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 14. chart. 87. col. 1.

Mel optimū est, quod est consimile in partibus, & subtile, quod habet auri colorem. Alb. mag. de animalib. lib. 8. tract. 4. cap. 3. ch. 80. col. 3.

Mel si multum in abstractione aufertur, periculum est apes famæ morituras: si multum relinquitur, non multum sunt sollicitæ apes ad mellis operationē. Alb. mag. de animal. lib. 8. tra. 4. cap. 5. ch. 81. col. 4.

Melancholici multimodas visiones vident. Arist. de diuinit. per somn. capite 2. chart. 74.

Melancholici propter vehementiam, vt iacientes eminus, bene coniectant, & propter permutationem hærens imaginantur sibi, & propter vehementiam non expellitur eorum motus ab alio motu. Arist. de diuinit. per somn. cap. 2. chart. 75.

Melancholicos quosdam penitus resolui, & labi in crapulis nouimus. Aristoteles problem. sec. 3. numero 16. chart. 372.

Melancholicos, & vehementer æstuantem in somnia tenent: alteros, quia refrigeratus est humor penitus: alteros quia nullus, aut minimus humor extat. Arist. problem. sec. 3. num. 24. chart. 375.

Melancholico habitu sunt, qui lingua hæsitant, quia prope sequi imaginationem non nisi esse melancholicū est, & tales sunt hæsitantes; animus enim visa sequitur, & idem balbis accidit. Aristoteles problemat. sec. 11. num. 38. chart. 464.

Melancholici semper medela indigent; corpus enim eorum semper mordetur ex tēperatura, & semper appetitu vehementi incitantur. Aristot. 7. ethicorum

nicom. cap. 14. chart. 186.

Melancholici cur naturæ opera omnia faciunt, animæ non? quoniam vitiosus hic habitus sedem animi, qua sapimus, id est cerebrum, occupat, & deprauat. Alex. aphrod. problem. 2. num. 28. chart. 739.

Melancholici cum natura eorum pergelida, & algosa, fit, euaporatio multa vi caloris intestini tolli non potest: hinc edaci auaritate sunt, quia sicca, & calida eorum temperatura est. Themist. de somn. & vigil. cap. 18. chart. 98. column. 1.

Melancholia est multæ, & crassi spiritus simul, & inspissati motus. Mich. ephes. de mem. & remin. chart. 8. column. 4.

Melancholici sunt veriores in somnis alijs, quia non habent multam humiditatem, ita vt etiam melancholici in vigilia comprehendant, quod alij in somnio: non enim ita labuntur in complexione frigida, & sicca imagines, vt in humida. Auerro. de diuin. per somn. chart. 202. column. 4.

Melancholici acutius speculantur in vere, & fiunt dementes facilius in autumno. Albertus magn. in sex. princip. cap. 1. chart. 73.

Melancholie signum est multum persuasivis verbis impertinentibus abundare. Albert. magnus de mem. & rem. tract. 2. cap. 7. ch. 14. col. 4.

Melancholici somnum non diligunt, quia locus caloris interioris exsiccatus est, ideo non facit euaporationē; & ideo edaces sunt. Albert. magn. de som. & vigil. 1. tract. 2. cap. 8. ch. 30. col. 3.

Melancholici fere omnes amentias patiuntur, somniacque illorum multarum imaginum sunt, diuque illis durant. Albertus magn. de som. & vigil. 3. tract. 2. cap. 4. chart. 39. col. 2.

Melancholici fuerunt omnes fere excelsi in sapientia, & heroicis virtutes habentes. Albert. magn. de motib. anim. 1. tract. 2. cap. 5. ch. 44. col. 1.

Melancholici non multum delectantur in cibis, etiam si bene comedant, quia non penetrant interiora membrorum, vt linguæ. Alber. magn. de nutrim. & nutrib. tract. 1. cap. 5. chart. 65. col. 4.

Melancholici tristes dicuntur, & graues, & terribiles imagines patientes, propter sanguinis melancholici frigiditatem, & horrorem, quia imagines receptæ in horrido sunt horribiles. contra sanguinei. Alber. magn. de anim. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 6. col. 3.

Melancholia est humor, qui boni sanguinis sex, siue turbulentia, vel hypostasis est, ab eo separata per residentiam turbulentia in profundo, & non per infrigidationem, vel aduersionem: cuius sapor est inter dulce, & ponticum, quæ in hepate generatur. Alb. mag. de animal. 3. tract. 2. cap. 13. chart. 42. col. 1.

Melancholia partim cum sanguine vadit, alia ad splenem vadit; quæ cum sanguine, vadit duabus de causis, quarum vna est necessitatis, vt nutriat membra grossa, & terrestria, vt sunt ossa. Alia vtilitatis, vt sanguinem stringat, confortet, & inspillet, quia corpora animalium sunt magis terrestria, & nutriti non possunt, nisi sanguine, in quo multum sit terrestreitas. Alb. mag. de anim. lib. 3. tract. 2. cap. 3. chart. 42. col. 1.

Melancholia, quæ defertur ad splenem, defertur duabus de causis: necessitatis, & vtilitatis. Et necessitatis duplex est causa, vniuersalis, & particularis, vt splenem nutriat conuenienti nutrimento. Vtilitatis causa duplex est, quia stringit, & confortat os ventriculi, & per suam acredinem os stomachi commouet ad famem. Albertus magnus de animal. lib. 3. tract. 2. capit. tert. chart. 42. column. 1.

Melancholia innaturalis quadruplex est. Vna, quæ a cholera rubea separatur per aduersionem. Alia per aduersionem separatur e phlegmate; & hæc duplex. Alia per aduersionem cinerea a subtili phlegmate separatur, &

& hæc est falsa tendens parum ad ponticitatem, & non est multum mala: quædam per aduersionem separatur a phlegmate grosso, & est aliquando acris, aliquando pontica, vel commisti saporis; nec hæc multum nocet. Tertia separatur per aduersionem a sanguine, quæ est saporis potici vertentis ad dulcedinem; nec hæc multum nocet. Quarta separatur a melancholia, & hæc duobus fit modis. Aliquando enim per aduersionem cineream separatur a melancholia naturali subtili, & hæc est nigra, acris, & acetosa, bulliens quando cadit super terram per eiectionem: cuius gustum muscæ, & alia animalia fugiunt, & perneccabilis est, & excoctiua, nisi statim in principio occurratur, nec de facili recipit medicinam. Aliquando separatur a melancholia grossa, & hæc est maioris acridinis, paucam habens ponticitatē: tardius autem nocet, sed tardius recipit medicinam. Alber. magnus de anim. lib. 3. tra. 2. cap. 3. chart. 42. col. 1.

Melancholiæ efficiens causa est temperamentū caloris hepatis cū aliquo refrigerio. Materialis est id, quod de nutrientibus est vehementer grossum, & parum humidum. Formalis est residentia grauado hypostasive descendens. Finalis est causa necessitatis corporis, & vtilitas melancholiæ. Albert. magn. de anim. lib. 3. tract. 2. cap. 4. chart. 42. col. 3.

Melancholiæ multitudo, qua sæpe multa animalium corpora abundant, ex quinque causis generalibus prouenit: prima est superflua hepatis caliditas incinerans humores: secunda splentis attrahentis causa debilitans: tertia est frigoris intensio, & abundantia ad terrestreitatem: humores deducens per humidam expressionem: quarta est frigoris non excellentis continua perseverantia propter eandem causam: quinta est multitudo infirmitatum, maxime si longæ sint. Albertus magnus de anim. lib. 3. tract. 2. cap. 4. chart. 42. column. 3.

Melancholia multiplicata stat inter stomachū, & hepar, & tunc oportet, vt sanguinis, & aliorum humorum generatio minor fiat. Albert. magn. de animalibus lib. 3. tract. 2. cap. 4. chart. 42. column. 3.

Melancholici maxime secundum irrefrenatam incontinentiam sunt incontinentes. Albert. mag. ethicorum 7. tract. 1. cap. 12. chart. 87. col. 1.

Melancholici propter vehementiam passionis, quæ causatur ex hoc, quod forma delectabilis inspecta melancholico fortissima tenetur, ad quam de necessitate sequitur totius corporis motus, & concupiscentiæ, non recipiunt freni in positionem. Albert. magn. ethicor. 7. tract. 1. cap. 12. chart. 87. col. 1.

Melancholia habet naturalem dispositionem ad pertinaciam. D. Thom. ethicorum 7. lec. 9. ch. 125. col. 4.

Melancholicus est avis sic dicta, quia mortificat est, quantitate parua, fecunditate magna: fouet 20. oua, & educit omnes filios, & ita diligenter pascit, quod in nidis pinguisissimi sunt. Albertus magnus de animalib. lib. 23. cap. 24. char. 193. col. 4.

Melilotus est herba calida, & sicca, quæ etsi frigida est, caliditas tamen superat frigiditatem. Alb. mag. de veget. lib. 2. tract. 2. cap. 12. ch. 168. col. 1.

Melissi, & Parmenidis rationes falsa assumunt, & non syllogizant; sed Melissi magis onerosa est, nullamque habet difficultatem. Aristoteles in pri. physicorum ex sum. pri. cap. 2. tex. 10. ch. 5.

Melissus asseruit principium rerum esse vnum, immobile, & infinitum. Ioan. grammaticus in primo physicorum chart. 5. column. 2.

Melius in plus est, quam eligibilibus: nam quod eligibilibus est, melius est, non autem econtra. Alexander aphrod. in tertio topico. cap. primo cha. 35. col. 3.

Melius, & præstantius est, quod est peioris expert, eo quod est cum peiore commixtum. Alexander aphr.

in octauo metaphysicorum vel secundum. lat. 9. co. 20. char. 243. col. 2.

Melius est non esse omnino, quā esse semper in eo, quod est præter naturam. Simplic. in 1. de celo. te. 11. co. 11. chart. 7. column. 2.

Melius est id, quod in sui demonstratione non indiget alio, quam id, quod indiget. Auer. in post. lib. 1. capit. 19. te. 172. ch. 188.

Melius in animalibus est possibile, in æternis est necessarium: nullum enim possibile in eis est, quia nulla potentia in eis est ad recipiendum contrarium, quod habent. Auer. 2. de coel. te. 34. ch. 55. col. 3.

Meliora sunt quorum virtus, id est vltimum potestatis est ad actum meliorem. Albertus magnus in post. chart. 196. column. 4.

Melochites lapis est arabicus, grossæ viriditatis, mollis, & non lucidus: custodit gestantem a nociuis calibus, & cunabula infantium. Alb. mag. de mineralib. ex tra. 2. cap. 11. char. 141. col. 3.

Membranæ sunt in sanguineis animalibus, quæ similes sunt cuti prætenui, & spissæ, sed diuersum est genus, quippe quod nec fissile, nec euulsile est. Ambit membrana singula ossa, & viscera, & rāmeque inter membranas duæ sunt, quæ cerebrum operiunt; altera supra adhæret ossi, quæ firmior est: altera infra contigua cerebro est, mox quæ operit cor, magna habetur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 13. chart. 94.

Membrana præcisā ipsa sincera non coit, & ossa suis spoliata membranis siderantur. Aristoteles de historia animalium 3. cap. 13. chart. 94.

Membranarum robustissima sunt, quæ cor, aut cerebrū ambiunt, & hoc maxima ratione: principalibus enim membris maxima tutela adhibenda est. Arist. otel. de partib. anim. 3. cap. 11. chart. 496.

Membranæ sunt ex substantia paruorum neruorum, & sunt, vt sua inuolutione conferuentur membra, quæ inuoluuntur in sua figura, ipsique dent aliquem sensum. Albertus magnus de animal. lib. pri. tract. 1. cap. 1. chart. 6. column. 2.

Membrorum diuisio, ac eorum operatio.

Membri inferioris bipartita compactio, est Crus. huius Femur, quod biceps. Mola, quod locum orbiculatum foris adiectū est. Tibia, quod gemino osse subiacet: cuius pars prior Crura, posterior Sura, Caro neruosa, & venosa, alijs gracilior, alijs plenior. Postremum Cruris Malleolus geminus vtrique lateri partitus, & subijs Pes. Aristoteles de historia animalium. 1. cap. 15. chart. 26.

Membris pluribus communicans locus, tribus dicitur modis. Primo, quod plura membra ad ipsum referuntur. Secundo, quod per se quidem est membrum, sed habet collimitationem cum alio per neruum ligantē. Tertio, cum expellit ad ipsum superfluitates, & cum ipso cotinuat, vt ascellæ cordi, vel cum per se inuicē iunant. Alb. mag. de anim. 1. tr. 2. cap. 25. ch. 22. c. 3.

Membra posteriora sunt quasi fundamenta sustentantia: & anteriora, vt principia alterationis sensibilis. Alber. magn. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 26. ch. 22. col. 3.

Membra superiora sunt ad animæ operationes, quæ dicuntur animales: inferiora autem ad motū progressuum. Alb. mag. de ani. 1. tr. 2. cap. 26. ch. 22. col. 3.

Membra interiora magis sunt similia in animalibus, & homine, quam exteriora; quia interiora sunt elementaria facientia materiam exteriorum. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 1. chart. 23. col. 4.

Membra armantia, quæ sunt dentes, cornua, & ungues, frequenter fortiora sunt in masculis, quā in feminis: in quibusdam autem forte maiora iuueniuntur in feminis: namque vaccarum cornua fortiora, & maiora, & lon-

& longiora sunt cornibus taurorum masculorum nō castratorum. Alb. mag. de ani. lib. 4. tr. 2. c. 4. c. 5. 1. c. 4. Membra, quæ sunt ad vitæ necessitatem, eodem modo sunt in maribus, & foeminis, licet minorâ: sed quæ sunt ad artem, vel non habent foeminæ, vel diuersa sunt. Albertus magnus de animalibus lib. 12. tract. 3. cap. 6. chart. 111. col. 3.

Membrâ interiora aliquo modo sunt dupla, quia corpus secundum omnes sū dimensiones in duo diuiditur, inferius videlicet, & superius; ante, & retro; dextrorsum, & sinistrorsum. Albertus magnus de ani. lib. 13. tract. 1. cap. 6. char. 115. col. 4.

Membrâ interiora omnia sunt propter cibum, quia alia recipiunt, alia alterant, & alia recipiunt superfluum, impurum, quod est recipiendum. Alber. magn. de ani. l. 13. tract. 2. cap. 1. char. 117. col. 3.

Membrû dupliciter dicitur; primo a diuisione: alio modo, in quo est prima diuisio corporis animalis. Alber. mag. de animal. l. 1. tract. 1. cap. 2. ch. 1. col. 3.

Membrâ, alia virtutem suscipiunt, & in alia refundunt, ut cerebrum, & epar; alia suscipiunt, & non dant, ut caro; aliqua non suscipiunt ab aliquo, quod sit intractabile, sed dant omnibus, & hoc est cor. Alb. mag. de animal. l. 1. tr. 1. cap. 5. ch. 4. col. 1.

Membrâ in quocunque, vel paruo, vel magno animali, alia sunt principalia, alia defernentia. principalia sunt, quæ operantur salutem indiuidui singularis, aut salutem speciei, quæ sunt tria, cor, a quo pendet vitæ virtus; cerebrum a quo sensus virtus pendet, & in relatione ad cor: & hepar, a quo per virtutem, quæ haurit a corde, pendet virtus nutriendi: inter quæ cor est magis principale: & propter generationem additur testiculus. Ministrantia autem in duo genera diuiduntur; quia aliqua præparant id, in quo membrum principale operatur; alia ministrant deferendo id, in quo membrum principale operatum est suam operationem. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 1. cap. 5. ch. 4. col. 4.

Membrum quid est.

Membrâ sunt, quæ cum ipsa totius integritate describuntur, habent tamen intra se partes diuersas, sicutque generis opificia, ut caput, & manus, & brachium, & pectus, & pes. Arist. de gen. ani. pri. ca. 1. c. 3. Membrum animalis est, in quod diuiditur, & ex quo integratur, & componitur corpus. Albertus magnus de animal. lib. pri. cap. 2. char. 1. col. 2.

Membrum vocatur pars, quæ determinat sitū aliquem in toto eterogeneo. Albertus Magnus in 5. metaphysic. trac. 6. cap. 4. c. 114. col. 2.

Membrum, ut simile, vel dissimilare.

Membrum simile vnam tantum virtutem habet. Auerr. de partib. ani. 2. cap. 1. ch. 68.

Membrum simile est quoddam animalis, in quod cum diuisum sit corpus animalis, non diuiditur in forma membri, & a quo incipit compositio corporis animalis, & diuiditur diuisione elementari, quæ est diuisio cōtinui, id est quando omnes partes diuidentes habent nomen, & rationem diuisi. Albert. magn. de anima. l. 1. tract. 1. cap. 2. chart. 1. col. 2.

Membrum dissimile, vel organicum est, quod componitur in forma membri ex partibus similibus. Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 1. cap. 2. ch. 1. col. 2.

Membrorum homogeneorum generatio perficitur calore, & frigore complexionalibus. Alber. mag. de ani. lib. 16. tract. 2. cap. 4. ch. 143. col. 2.

Membrâ omnia eterogenea a similibus habent ortum. Albertus magnus de animal. lib. primo tract. pri. cap. 1. chart. 1. col. 1.

Membra non sine ordine in animalibus oriuntur.

Aristot. de partib. ani. pri. cap. 1. chart. 403. Membrum vnum esse credit Arist. quod sit principium sanguinis, venarum, & spiritus. Auerr. de partibus ani. 3. capite 4. chart. 82.

Membrorum figura in generatione ob duas causas tardatur: prima est sera exigentia vsus eorum: secunda est difficilis ipsorum possibilitas. Auerr. de generatio. anim. 2. cap. 4. chart. 227. col. 1.

Membrâ principia sunt tria: cor, epar, & cerebrum. Alb. mag. de anim. l. 12. tract. 5. cap. 3. ch. 101.

Membrum vniuersale est, quod in se continet multitudinem, & vniuersitatem quâdam partium compositarū ad singulos actus communis alicuius partis animæ, multas vitæ potentias exercentis, ut caput. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 2. ch. 1. col. 3.

Membrum nullum in corpore est adeo frigidum, ut cerebrum, & oculi. Albert. mag. de anim. lib. 16. tract. 2. cap. 5. chart. 143. column. 4.

Membrum, ut sanum, egrum; & nutritibile.

Membrâ si igni admouent, qui extremis perfrixere, dolent vehementer; quod ad subitam qualitatis mutationem accidere arbitrandum est. Alex. aphrod. problem. prim. num. 44. chart. 678.

Membrâ aliqua sanantur per phlebotomiā arteriarum, & earum scissionem. Auerr. de partib. ani. 3. c. 4. c. 83.

Membrum omne in maiori parte lædit, quam elementum, quod in eo dominatur. Auerr. de som. & vigil. char. 201. column. 3.

Membrum sanum iudicamus, cum complet munus suū. Alb. mag. de ani. lib. 10. trac. 1. cap. 1. ch. 92. col. 2.

Membrâ nobilia accipiunt cibum mundum, & bonum: minus nobilia peiorem cibum sumunt. Alb. magn. de ani. lib. 16. trac. 2. cap. 6. ch. 144. col. 1.

Membrû omne talem habet in se cibum, a quo nutriatur, qualis est illi, vel fuit, a quo generatur. Alb. magn. de anim. l. 18. trac. 1. cap. 2. ch. 152. col. 4.

Membrâ, ut ad motum pertinent.

Membrâ posteriora ad priora mouentur per diametrum: post enim dextrum prius, sinistrum mouet posterius; ita sinistrum prius post illud autem dextrum posterius: quoniam si priora simul, & prius, distraherentur sicut, aut prociua esset ambulatio, & quasi tractus extensione posterioribus, & non progressus, sed saltus esset. Arist. de ani. inces. cap. 11. ch. 579.

Membrâ cætera, cum fricantur, solent pleniora euadere venter extenuatur: quia quæque concalefacta liqueunt, & ea magis, quæ intensa sua natura sunt, venter cuteus est, cutis vero sua natura tēsiōnem habet. Arist. problem. fec. 5. num. 14. ch. 399.

Mēbri melioris melior est actio. Auc. 8. eth. c. 6. c. 75. c. 1.

Membrum quocunque habet motum, qui est alterius proprius, habet illum a musculo, qui est illius mēbri; & si habet motum communem cum alio membro, hoc erit per muscū communem vtriusque membro. Alb. magn. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 1. ch. 14. col. 2.

Membrum virile hoc proprium habet, quod solum inter corporis membra augetur, & minuitur sine læsione substantiæ membri. Alber. mag. de ani. l. 14. tract. 2. cap. 4. chart. 123. column. 2.

Membrâ, ut sentiunt, a quo sustentantur, & corrumpunt.

Membrâ omnia a calido sustentantur, & nutriuntur. Mich. ephes. de som. & vig. ch. 14. col. 2.

Membrum

Membrum idem appetere, & attrahere aliquid secundum naturam, & illud ipsum reiicere peracta vtilitate, non est inconueniens. Albertus mag. de animalibus. lib. 9. trac. 2. cap. 1. chart. 89. col. 4.

Membrâ omnia, quæ sunt simplia, terrea in animato corpore fere non sentiunt, ut ossa exceptis dentibus, qui quandam habent medietatem in tactu. Alber. magn. in 1. de ani. tra. 2. cap. 12. ch. 9. col. 4.

Membrum quoduis intercepta via spiritus stupidum insensibile, immobileque restat, cum tamen figuram, & quantitatem suam retineat, & forte nutriatur, quia spiritus a corde informatur, ut sit viuificus, talisque esse debet, si debet esse sensitiuus, & motiuus. Alber. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 2. cap. 3. ch. 55. col. 4.

Membrâ, ut ad orationem pertinent.

Membrum est in vno spiritu prolata oratio, quæ vel sententiam vniuersam, vel eius partem breuiter, & absque interuallo absolvit: & quæ breuia sunt, cæsa dicuntur, quæ longiora, membra. Daniel Barbar. 3. rhetor. cap. 7. chart. 166.

Memoria quid est, & eius vires, & officium.

Memoria est, neque sensus, neque existimatio, sed horū alicuius, aut habitus, aut passio, cum factum fuerit tempus. Arist. de mem. & remin. cap. 1. ch. 39.

Memoria per se primi sensitiui est, per accidens intellectiui. Arist. de memor. & rem. cap. 1. ch. 77.

Memorabilia sunt per se, quorum est imaginatio: per accidens autem, & quæcunque non sine imaginatione. Arist. de mem. & rem. cap. 1. ch. 37.

Memoria honestarum rerum iucunda est, vtilium non admodum, vel minus: at expectatio contrario modo se habere videtur. Arist. 4. ethico. nico. cap. 7. ch. 228.

Memoria, & recordatio sunt custodia quædam, & salutaria vitæ subsidia. Alexand. aphrod. de sens. & sensat. ex sect. 1. comment. 2. ch. 5. col. 1.

Memorie munus est separatim aliqua retinere posse, nō autem sensus. Alexand. aphrod. de sens. & sensat. ex sect. 5. comment. 82. ch. 28. col. 4.

Memoria est habitus phantasmatis, quasi imaginis eius, cuius est imaginatio: nec ad memoriam satis est imago secundum imaginationem, sed oportet, ut actus in ipsam, tãquam in imaginem fiat, id est, quasi ab alio fuerit effecta. Alex. aphrod. in pri. metaphysic. com. 2. chart. 3. column. 2.

Memoriæ officium est, simulachrum rei eius, quæ sensibus accepta est, in suo thesauro custodire. Themist. in 2. poster. cap. 34. ch. 12. col. 4.

Memoria est habitus, quo imagines rerum post impressionem custodiuntur, & retinentur: & hoc non in tota anima, sed in sensu primario, & in ea vi, quæ prima notitiam temporis animantibus commostrar. Them. de memor. & remin. lib. 1. cap. 15. ch. 93. col. 4.

Memoria est phantasmatis, & conceptaculū. Them. de mem. & rem. l. 1. cap. 11. ch. 99. col. 2.

Memoria nō est potestate, sed actus. Them. 12. met. c. 14.

Memoria est phantasmatis, ut eius imaginis habitus. Michael ephes. de mem. & rem. ch. 4. col. 3. Idem Michael ephes. de anim. motu. chart. 45. col. 1.

Memoria intelligibile est per accidens; per se autem vniuersalium est intellectus, ut phantasia ipsa imaginabile; per accidens autem vniuersalium est memoria. Michael ephesius de memo. & remin. ch. 2. col. 3.

Memoria est phantasmatis veluti imaginis, cuius est spectrum, detentio, & conseruatio: si quidem phantasia frequentius reiterata memoria confirmatur, & erigitur. Michael ephes. de mem. & rem. ch. 1. col. 3.

Memoria est thesaurus formarum sensibilium prius ac-

ceptarū in potentij sibi adiunctis, quæ sunt imaginatiua, phantasia, & estimatiua. Alb. mag. post. c. 218. c. 1. Memoria animæ rationalis, quæ non potest esse potentia, siue pars ipsius, est semper actus, & non habitus. Alb. magn. in topic. char. 247. col. 3.

Memoria est primi sensitiui, ut id, in quo quiescunt motus primi sensitiui, & a quo fit reflexio in rem primo per sensum acceptam. Albert. magn. de mem. & rem. tract. 1. cap. 1. chart. 21. col. 2.

Memoria nec est sensus, nec opinio rationalis, sed habitus, vel passio cuiusdam horum, quæ sunt sensibilis, vel rationalis animæ, cum fiat determinatio præteriti temporis circa sensibile, vel opinabile. Alb. magn. de mem. & rem. trac. 1. cap. 2. ch. 21. col. 3.

Memoria non est in ipso nunc præsentis: eius enim sensus est, futuri spes, præteriti autem memoria. Albert. mag. de memo. & remin. tract. 1. cap. 2. ch. 21. col. 3.

Memorable concernit differentiam temporis, quæ est futuri. Albertus magn. de mem. & rem. tra. 1. cap. 2. chart. 21. column. 3.

Memoria est partis sensibilis accipientis quantitatem, & & tempus, cuius est phantasia. Albert. mag. de mem. & rem. cap. 3. tract. 1. ch. 21. col. 1.

Memorabilia per accidens sunt, quæcunque sunt cum phantasia. Alb. magn. de mem. & rem. tract. 1. cap. 3. chart. 22. column. 1.

Memoria per se est phantasmatis, non ut phantasma, sed ut imago. Albert. magn. de mem. & rem. trac. 1. cap. 4. chart. 22. column. 2.

Memoria est conseruatio conuenientium ad vitam, ad quam intenditur per motum. Alb. mag. in 1. metaph. trac. 1. cap. 6. chart. 57. col. 4.

Memoria nō solum est sensibiliū, ut cū quis memorat se sensitisse, sed intelligibiliū, cum memoratur se intellexisse. D. Thom. de memo. & rem. l. 2. chart. 25. c. 4.

Memoria est recta acceptio alicuius sub ratione prius comprehensi. D. Tho. de ani. motu. lec. 6. c. 53. col. 4.

Memoria virtutem obtinet alterandi corpus. D. Tho. de ani. motu. l. 6. char. 53. col. 4.

Memoria locus, tempus & quæ animalia ea prædita sunt.

Memoria est præteritorum. Arist. de memo. & rem. cap. 1. chart. 35.

Memoriâ habent animalia sola, quæ tempus sentiunt. Arist. de memo. & rem. capite. 1. col. 36.

Memoria non solum homini, sed alijs animalibus inest. Arist. de mem. & rem. cap. 1. chart. 57.

Memoriâ etiam nonnulla animalia irrationabilia habent, reminiscientiam autem tantum ratione prædita animalia. Michael ephes. de mem. & rem. c. 1. c. 4.

Memoriatiua animæ potentia, & conseruatiua sunt in posteriore parte cerebri, & due sunt in actu vna in subiecto. Auerr. cōtra. Algazelem ex disputa. 2. c. 59. col. 3.

Memoria est in posteriori parte cerebri; imaginatiua in anteriori; cogitatiua in medio, & talis ordo harū virtutum est in cerebro demonstrationem dante esse, & causam. Auerr. 3. de ani. tex. 6. ch. 157. col. 1.

Memoria est in posteriori parte cerebri, quia locus est ficcus, propter nervos motiuos, qui oriuntur ab ipso. Alb. mag. 2. de ani. tract. 4. cap. 7. ch. 31. col. 4.

Memoria quia est intelligibile per accidens, ideo in alijs animalibus ab homine inest memoria. Alb. mag. de memo. & rem. cap. 3. te. 1. ch. 21. col. 4.

Memoria, & ira non inuenitur nisi in animalibus per se. D. Tho. de sens. & sensato lec. 1. ch. 1. col. 4.

Memoria a quo proficiuntur, & quid facit.

Memoria fit ex sensu, & memoria, quæ sit eiusdem plerumque experimentum est. Arist. post. l. 2. cap. 18. tex. 27. chart. 386.

Memorie

Memoriæ multæ numero experientia est. Arist. post. l. 2. cap. 18. char. 386. Idem Them. post cap. 34. col. 4.

Memoria, peritia & solertia, vel manant a prudentia, vel prudentiæ sunt affectus: aut partim prudentiæ administracula, vt experiētia, & memoria; partim tāquā prudentiæ partes, vt cōsiliū, & solertia. Arist. de virtuti. c. 479.

Memoria a sensu proficitur; a memoria, peritia, & experientia. Themist. in 2. post. cap. 34. te. 12. col. 4.

Memoria ad primū sensitiuū spectat, cuius sensoriū est cor: hoc enim primo mediāte sensu tēporis sensum habemus. Michael Ephes. de memo. & rem. char. 4. col. 3.

Memoria ex his, q̄ sunt apud animā, reflectitur in res per accidēs intelligibilia, eō q̄ ipsa reflexio aliqñ incipit ab intelligibili prius accepto. Per se autē est primi sensitiui, q̄ p̄fectio memoriæ nūquā fit sine eo, quod acceptū est a primo sēsitiuo, q̄ est magnitudo determinata, & tps. Alb. mag. de mem. & rem. tr. l. c. 3. c. 21. c. 4.

Memoria agit, vt rēpresentans aliquid, quod prius sensit. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 1. cap. 3. char. 22. c. 1.

Memoria agit cum determinatione tēporis: quia prius, & posterius est in tempore. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 1. cap. 3. char. 21. col. 1.

Memoramus magis ea, quibus vehementer intendimus. D. Thom. de mem. & remin. lect. 5. char. 28. col. 3.

Memoria sequitur phantasiā, quæ est motus factus a sensu secundum actum. D. Thom. 1. metaph. lect. 1. char. 5.

Memoriam iuuantia, & nocentia, & qui memoria præditi sunt.

Memoriæ qui student, simulacra faciunt. Arist. 2. de anima. sum. 7. cap. 1. tex. 153. char. 653.

Memoratiui, & reminiscitiui nō sunt idē frequēter, sed magis memoratiui sunt tardi, & reminiscitiui veloces, & dociles. Arist. de mem. & remin. cap. 1. char. 35.

Memoria nō sit ijs, qui in motu multo, aut propter passionem sunt, aut propter ætatem, tanquam in aquam fluentem incidente motu, & sigillo: alijs autem, quia frigida sunt, vt antiqua ædificiorum, & propter duritiem accipientis passionem, non gignitur figura. Arist. de mem. & remin. cap. 2. char. 37.

Memoratiui male sunt senes, & iuuenes valde: illi propter decrementum: isti propter augmentum: & similiter etiam multum veloces, & multum tardi: illi, quia humidiores quā oporteat, sunt: isti, quia duriores: illis non manent in anima phantasmata: hos non tangunt. Arist. de mem. & rem. cap. 2. char. 38.

Memoriā cōseruant meditationes reminiscēdo: hoc autē nil aliud est, quā speculari sæpe, vt imaginem, & nō secundum se. Arist. de mem. & rem. cap. 2. char. 39.

Memoratiui minus existūt, q̄ superiora maiora habent, & similes nanis, quia multam grauitatem habent insensitiuo; & iuuenes valde, & senes valde non sunt memoratiui. Arist. de mem. & rem. cap. 4. char. 45.

Memores sunt, qui habent superiora pulchra, & carnosā magis. Arist. physio. te. 6. c. 382.

Memoria est morbis obnoxia, quorum sæpe iniuriam sentiens, aut vniuersa commoritur, obliteraturque, aut insigniter lacessitur. Them. de mem. & remin. l. 1. cap. 12. char. 93. col. 3.

Memoriæ bonitas attribuitur iuuenibus, & obliuio pueris, & senibus: pueris propter humiditatem naturalem, senibus propter accidentalem. Auer. de mem. & remin. char. 196. col. 2.

Memoria perficitur sicco competenti, & lucido spiritu bene digesto, & subtili ea, quæ reseruat, reostendit: & horum contrarijs, & maxime humido, & frigido destruitur. Albert. magn. de ani. 8. tract. 6. cap. 1. char. 84. col. 3.

Memoria in hoīe secundū 4. virtutes inuenitur: prima, q̄ tenet bene formas in sensu acceptas: alia, q̄ bene tenet

intentiones ex sensibilibus p̄ estimationē elicitas: tertia est p̄ bene redire p̄ recordationē ad sensibilia accepta: & quarta est p̄ bene redire ad intētionē ex sensibilibus elicitas. Alb. mag. de ani. l. 2. ca. 4. c. 171. c. 1. Memoria sicco confortatur. Alb. magn. de ani. l. 23. cap. 24. ch. 194. col. 3.

Memoria p̄ belle p̄diti sunt, q̄ sunt tardi ad inueniendū, & discendū. D. Tho. de mem. & rem. l. 1. c. 24. col. 3.

Memoriam, vel reminiscētiā bene habere quatuor sunt documenta: primū, vt studeat, quæ vult retinere in aliquem ordinem deducere: secundū, vt intente eis mentem apponat: tertium, vt frequenter meditetur secundū ordinem; quartū, vt incipiat reminisci a principio. D. Tho. de mem. & rem. l. 5. char. 29. col. 4.

Memoramur facile, si loca quædam ordinata imaginamur, quibus phantasmata eorum, quæ memorari volumus, quodam ordine distribuuntur. D. Thom. de mem. & rem. l. 6. char. 29. col. 4.

Memoria vt est idem, & differt a phantasia, & reminiscētia.

Memorari differt a reminisci tum secundū tempus, tum quia reminisci nullum animal præter hominem potest, quia reminisci est vt syllogismus quidam. Arist. de mem. & rem. cap. 4. ch. 44.

Memoria cum phantasia idem subiecto est; ratione differt. Michael. ephes. de memo. & rem. ch. 1. col. 1.

Memoria differt a reminiscētia, quia reminiscētia est reiteratio prioris memoriæ, cum obliuio innata continuitatem eradicauerit. Michael ephes. de mem. & rem. char. 1. col. 2.

Memoria, & imaginatio subiecto idem sunt. Michael. ephes. de mem. & rem. char. 3. col. 2.

Memoria tempore præcedit reminiscētiā, quia hæc illius est renouatio. Michael ephes. de mem. & rem. char. 8. col. 3.

Memoria differt a reminiscētia, quia reminiscētiæ solus homo particeps est: nullum enim animal potest (hominem excepto) syllogismum conseruare, est enim reminiscētia cum deliberatione syllogizante. Alb. mag. de memo. & rem. tract. 2. cap. 6. c. 24. col. 3.

Memoria respicit intētionē, imaginatio formā p̄ sensum apprehensam. D. Tho. de memo. & rem. l. 3. c. 27. c. 2: Meminimus re absente, quia motus rei sensibilis imprimat velut figuram quandam sensibilis, vt signantes anulis. Arist. de memo. & rem. cap. 2. c. 37.

Meminisse per accidens nil prohibet eorum, quæ scimus meminisse autem secundum se, non est ante factum tempus. Arist. de mem. & rem. cap. 3. c. 40.

Meminisse est inesse potentiam mouentem: hoc autem ita vt ex ipso, & quibus habet motibus moueatur. Arist. de mem. & rem. cap. 3. c. 41.

Meminisse melius valemus, q̄ mane primū percipimus; deinde procedente die memoria hebetatur, quia multa iā perreptauius. Arist. probl. sec. 30. nu. 4. chart. 624.

Mendacium per se prauum est, & vituperatione dignū, sed magis arrogantis. Arist. 4. ethicorum ad Nicom. cap. 7. char. 102.

Mendax est alter, qui mendacio gaudet, alter, qui vel gloriam, vel lucrum appetit. Arist. 4. Ethic. ad Nicom. cap. 7. ch. 103.

Mendaces alij mentiuntur cupientes ex hoc exaltari, alij qui mendacio gaudent. Auer. 4. ethicorum. cap. 7. char. 30. colum. 4.

Mendacium, quod est in problematibus, peccatum est, maxime in mendaci consensu respondentis. Alb. mag. in topic. char. 230. col. 4.

Mendaciū triplex: aliud est perniciosum, quod in se causam habet nocuenti: aliud est iocosum, ad quod nō mouet nisi iocus: & est mendacium, quod reuera mendacium

dacium est, ad quod non mouet, nisi mendacium, & vt mendacium placet. Albertus mag. ethicorum. l. 9. cap. char. 56. colum. 1.

Mendici indigentes pecunijs cum abūdarent mancipijs, sciuerunt, vt relictijs cuique mare vno, & vna foemina cuncta alia venderentur, vt priuati qui essent, possent ciuitati commodare pecunias. Arist. œcono. 2. c. 815.

Menonides quædam vocantur aues, quæ cateruatum ab Aegypto volant ad sepulchrum Menonis Pithagorici Philosophi semper in quinto anno, & cū biduo ibi circumuolauerunt, decimo die pugnam ineunt, & se rostris, & vnguibus lacerant, & tunc reuertuntur in Aegyptum. Albertus magnus de anim. l. 23. cap. 24. char. 193. colum. 3.

Mens sola extrinsecus accedit, eaq; sola diuina est: nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Aristot. de gener. ani. 2. cap. 3. ch. 152.

Mens est naturæ opus. Aristot. problem. sec. 30. nume. 4. charta 624.

Mens præcipue est homo. Aristot. 4. ethicorum. nicom. cap. 8. ch. 230.

Mens omnis, quod sibi optimū est, eligit, & probus menti obtemperat, & sic optima facit. Arist. 9. ethicorum. nicom. cap. 8. c. 230.

Mens est circa principia intellectuum: ideo mens non scientia est circa principia. Arist. magn. moral. pri. cap. 33. char. 316.

Mens ope sensus percipit ea, quæ in sensum cadunt, postquam enim a sensu percepta sunt, illa mens contemplari aggreditur. Alex. aphro. de sens. & sensa. ex sec. 4. comm. 53. c. 21. colum. 4.

Mentis falsitas ad orationis falsitatem redigi potest, quia mens est quædam oratio. Alex. aphro. in 4. metaph. vel secun. latin. 5. com. 45. c. 168. col. 2.

Mentis actiones duæ; vna cognitionis, vt intelligentia, opinio, sensus, phantasia, alia appetitionis, vt volūtas, consilium, ira, cupiditas. Amon. in Porph. c. 2. col. 4.

Mentis excessu laborantes futura præuident facile, quia intestinis motibus cum non laborant, facilius extrinsecus facta sentiunt. Them. de diuin. per som. cap. 9. c. 101. colum. 4.

Mens est proprie efficiens causa secundum species in se ipsas assimilans ad ea, quæ fiunt: exemplaria autem propria erunt, quæ sunt supra species. Simpl. in 2. physico. char. 110. colum. 2.

Mens est, quæ terminos propositionū cognoscimus. Simpl. in 2. physico. ch. 135. col. 2.

Mens ipsa admodū veneranda, & post ipsam anima principalissima causa est generabilium. Simpl. in 2. physico. char. 111. colum. 2.

Mens, & natura vniuersi sunt effectrices causæ. Simpl. in 2. physico. tex. 67. c. 125. col. 2.

Mens intelligentiæ alicui aduenire nequit sine anima. Simpl. in 4. physico. ch. 225. col. 2.

Mens est in ipsa anima pars melior, & diuiniore. Simpl. in 6. physico. tex. 32. ch. 344. col. 1.

Mens, & sensus argumenta ac ratiocinationes non efficiunt, quia mens præ acerrima acie sua percipiendi, illico quidquid capit, ratiocinandi laborem nō patitur: sensus autem ignauia sua talem ratiocinandi prouinciam non audet assumere. Ioan. gramm. in prim. prior. char. 2. colum. 1.

Mens solum est eorum, qui solū sapientes videri volunt, omnia tueri, ac sustinere, & quæ sibi videntur vera, cōprobare; quæ falsa, improbare. Ioan. gramm. in primo prior. char. 2. colum. 2.

Mens, quia illico omnia percipit, non indiget ratiocinatione. Ioan. gram. in 1. prior. cap. 1. c. 7. col. 2.

Mens est potentia animæ susceptiua diuorum, & intelligibilium. Ioannes grammat. in 2. poster. cap. 2. ch. 57. colum. 1.

Mens separata, non vt actiua separatur: ea enim ratione inseparabilis est, sed vt contemplatiua. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 32. ch. 44. col. 2.

Mens non eget aliquo exteriori, vt illam perficiat. Ioan. gramm. in 2. de ani. tex. 59. ch. 55. col. 1.

Mens aliena fit in somnis eo quod noctu apertiores sunt naturales facultates: rationalis autem hebes, & obtusa redditur, quæ magis interdiu operatur. Io. gramm. in 3. de ani. tex. 150. c. 79. col. 3.

Mens, quæ ab actu sensus impressa sunt illi, ac inscripta, intuens speculari que vniuersales rerum diffinitiones abradit. Mich. ephes. de mem. & rem. c. 2. col. 2.

Mens nullo alio modo melius rationes, & omnia cognoscit, quam per demonstrationem. Mag. in prior. tex. 47. colum. 4.

Mens a metior metiris dicitur eo quod omnia ratione, & intellectu mensurantur. Alber. magnus in prædic. char. 28. colum. 4.

Mentis non est motio per intellectum exiens spacium continuum & sibi subiectum super quod mouetur, & vt exigit id, quod fertur corporaliter secundum locū, sed potius mentis motio est per intentiones specierū citra. Albertus magnus in 6. phys. tract. 3. de lineis indiuis. cap. 2. c. 79. col. 1.

Mens humana est ratio, & similitudo quædam veritatis proprie, quæ est semen quoddam omnis veritatis. Alber. mag. in 2. de intel. & intel. cap. 8. c. 55. col. 1.

Mens vocatur vis animæ rationalis omnibus inferioribus secundum rationem boni, & honesti metas imponens. Alb. mag. moral. 1. tract. 1. cap. 1. c. 1. col. 2.

Mens est vbi luna iterum ad idem punctum, vnde moueri cepit, redierit, aut potius cum a Sole discedens, rursus ad idem punctum secundum longitudinē coierit, quod de lunari mense intelligendum est. Amonius in prædicam. char. 55.

Mensis principium alij circa plenilunium incipiunt, alij circa nouilunium. Simpl. in 4. phy. tex. 25. c. 314. col. 1.

Menstruus sanguis in mulieribus plurimus fieri solet: quod sanguinis genus vitiatum, egrotansque fluit immodice, atque profluuium ob eam rem dictum est. Cæteris sanguinis morbis minus mulieres infestantur quam viri, & paucis mulieribus fiunt varices, & mariscæ, aut è naribus sanguinis profusio; & si quid acciderit, detrimentum in mensrua decumbit. Arist. de hist. anim. 3. cap. 19. c. 99.

Menstruorum purgatio nulli fit, vt equæ, & mulieri. Arist. de hist. anim. 6. cap. 18. ch. 227.

Mensrua cœniunt puellis præcipue, cum vbera ad duos digitos iam prominent, & eodem tempore vox in grauiorem mutatur; & tunc maxime custodiri debet: maxime enim ad vsum rei veneræ incitantur, cum hæc incipiunt. Aristot. de historia animal. septimo, cap. primo. char. 249.

Mensrua quibus vel magis putrefacta quam sanis, vel absque ordine, aut ampliora, aut pauciora redduntur, maiorem curationem desiderant, vt cum id impedimento fit ad fetificationem. Aristot. de hist. anim. 10. cap. 2. char. 383.

Mensruorum si in ordine, vel in copia immutatio est, & reliquum corpus non simili modo se habeat, sed modo humidius sit, modo siccus, vteri nihil in causa sūt, quippe cum habitum corporis sequantur. Arist. de hist. anim. 10. cap. 2. c. 383.

Mensrua incipiunt ab albis, quæ lacteo colore prædita sint, & inodora permaneant. Quæ autem purpurea a principio sunt, & albiora desinunt, extremæ colliuationis sunt: odoremq; alba hæc habent, nō putredinis, sed acriorem, & grauiorem, neque item puris, quin etiam sine colliuatione, sed cum caliditate, quando hic mensruorum modus est: & quibus hoc accidit, ijs vteri, vt conuenit, bene dispositi sunt ad concipiendos

cipiendos fetus. Arist. de hist. ani. 10. cap. 2. ch. 382.
Menstruorum, & feminis eadem est natura. Arist. de som. cap. 2. c. 64.
Menstrua excrementa sunt, & proportione, vt maribus genituram, sic foeminis mēstrua prouenire patet. Arist. de gener. anim. cap. 19. c. 127.
Menstrua feminis, & genitura maribus eodem tempore seceperuntur: & mammae crescunt, & vox mutatur, & eodem tempore foeminis mēstrua, & maribus genitura cessat. Arist. de gener. ani. cap. 19. c. 127.
Mēstrua effluere a conceptu non est absurdum: nam & post aliquādiu proueniunt, quāquam parce, & nō semper. Arist. de gene. anim. cap. 19. c. 129.
Menstruorum materiam ad generationem a femina datam patet. Arist. de gene. ani. cap. 19. c. 129.
Menstrua sic in venis veniunt, vt in alio cruditate profluuium accidit, sed hoc morbo citatur, mēstrua sunt naturalia. Arist. de gen. ani. cap. 20. c. 131.
Menstrua sunt semen non purum, sed indigens cōfectionis. Arist. de gener. anim. cap. 20. c. 131.
Menstrua nulli animali tantum redundant quantū mulieri. Arist. de gener. anim. cap. 20. c. 131.
Menstrua incipiunt plurimis mulieribus, cum bino digito extolluntur mammae. Arist. de gener. anim. cap. 20. char. 132.
Mēstrua sunt semen, licet non purum, quamuis originē, & principium animæ non habeant. Arist. de gener. ani. mal. 2. cap. 3. ch. 154.
Menstrua nullo circuitu certo describuntur, tendunt tamen moueri decrefcente mense: sunt enim corpora animalium frigida, & mensium coitus frigidi sunt propter hunc defectum. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 156.
Menstrua, & ea, quæ alba vocantur, cum modice exeunt, seruant corpora integra: cum non fit, vel immodice fit damnum euenit. aut enim moriuntur, aut corpus marcescit, & extenuatur. Arist. de gene. anim. 2. cap. 4. char. 156.
Menstrua omnibus foeminis fiant necesse est, sed sanguineis amplius, & earum mulieribus plurimum. Arist. de gen. ani. cap. 4. c. 157.
Menstrua secundum naturam mensibus decrefcentibus ob frigiditatem, & humiditatem fiunt, tunc enim propter hoc decrementum mensis frigidus, & humidus est. Quod enim Sol per totum annum, hyemem, æstatem, & cætera tempora facit, id Luna per mensem agit: quod fit nō accessu, vel discessu Lunæ, sed crescente, aut decrefcente lumine. Arist. de gen. ani. 4. cap. 2. char. 231.
Menstrua mulierum cur colligantur? quoniam per vitā otiosam amplius materia reduntat: sanguis enim largior in homine est, quam cætera materiæ, & ob id is cum vacet amplius, leuandi corporis gratia egeri solitus est. Ale. aphro. proble. 2. nu. 108. c. 770.
Menstruum bifarium diuiditur: altera enim eius portio in cordis, ac vmbilici, qui statim post ipsū procreatur, descriptionem, alimentumq; absumitur: altera in id, quod omnium, quæ reliquæ sunt, partium formam exprimat, commutatur. Io. gram. de gen. ani. l. 2. cap. 4. ch. 42. colum. 1.
Menstruorum penuria sterilitatis causa, potissimum vero frigiditas est. Ioan. gramm. de gen. anim. l. 2. cap. 6. char. 52. col. 4.
Menstrua non habentia animalia, foetui nutrimentum dare non possunt. Ioan. gram. de gen. ani. l. 2. cap. 6. char. 53. col. 3.
Menstrua non ob calorē, sed ob frigiditatem foeminis accidunt. Ioā. gram. de gen. ani. l. 4. cap. 1. ch. 74. col. 1.
Menstruum in tot diuiditur, in quot genitura. Io. gram. in 4. de gene. anim. cap. 4. ch. 81. col. 3.
Menstruum est in causa, vt mulieres uenerem appetant.

Ioan. gram. in 4. de gen. anim. cap. 6. c. 85. col. 2.
Menstrui causa est in muliere paruitas caloris consumētis humidum digestum, quod cum nō possit membris assimilari, suo pōdere propellitur ad exitum residans ex orificiis venarum. Alb. mag. de ani. l. 9. tra. 1. cap. 2. char. 86. colum. 1.
Menstruum cessat in pluribus mulieribus post annos 45. & in quibusdam post 50. & tunc cessat generandi potentia, in viro est potentia generandi vsque ad 60. annos, & in aliquibus vsq; ad 70. sed in paucis. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. cap. 6. char. 88. col. 1.
Menstruum generaliter vocat omnes peripatetici omne id, quod est in matrice deseruiens ad conceptum. Alb. mag. de anim. l. 9. trac. 2. cap. 3. ch. 90. col. 2.
Menstrua eodem tempore apparēt mulieribus, quo sperma viris: quia eodem tempore vasa spermatis, & menstrui in mulieribus aperiuntur, & effundūt eas superfluitates. Albertus magn. de anim. l. 15. trac. 2. cap. 7. char. 132. col. 4.
Menstrua magis fluūt mulieribus, cum luna occultatur sub Sole: quia corpora animalium tunc sunt magis frigida, quia aer tunc est frigidior. Alb. mag. de ani. l. 16. trac. 1. cap. 15. ch. 140. col. 4.
Menstruum generatur ex superfluitate vltimi digesti, vt & semen. Diuus Thomas de insom. lec. 3. char. 40. columna 4.

Mensura diuisio.

Mensura duplex: alia separata, alia constituta: & una extensa, & ordinata cum eo, quod mensuratur, & eiusdem speciei. Ioann. gram. in quarto phys. tex. 114. char. 111. col. 1.
Mensura alia est secundum intellectum accepta, & intellectualiter extēsa duratio, & sic durationis primi nihil prohibet esse mensurā. Alia est esse quantū esse rei attingit causam sui esse habet virtutē & quantitatem, & sic primi non est mensura, sed ipsum est mēsurā aliorū in quolibet genere. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a 1. cau. l. 2. trac. 1. cap. 8. ch. 202. col. 1.
Mensura quædam est extrinseca, quædam intrinseca. Intrinseca est propria lōgitudine, latitudo, & profunditas. Extrinseca tempus, & locus. D. Tho. in 3. phys. lec. 5. tex. 22. char. 35. col. 4.
Mensuram alicui cōuenire dupliciter potest. Primo modo quoad notitiam nostram, & sic mensuræ ratio conuenit primo quantitati. Alio modo quantum ad rem in se, & sic mensuræ ratio proprie conuenit Deo. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 8. ch. 285. col. 1.

Mensura quæ est, & quæ sunt mensurabilia.

Mensura nihil aliud esse videtur, quam multæ mensuræ totum. Arist. phys. 4. cap. 9. tex. 133. ch. 122.
Mensura motuum omnium est celi latitudo, quia sola continua est, & sempiterna, & in vnoquoque mensura est, quod minimum: minimum autem est motus velocissimus. Arist. 2. de celo sum. 2. cap. 3. te. 28. ch. 300.
Mensura prima respectu mensurati est principium; quia id, quo cognoscimus rem in quolibet genere, est principium respectu rei. Arist. quinto metaph. cap. 5. tex. 12. char. 94.
Mensura est maxime primum vniuscuiusque generis, & maxime quantitatis, & ex hac ad alia venit. Arist. 10. metaph. ex sum. 1. cap. 2. te. 2. ch. 194.
Mensura est, qua primo quantitas cognoscitur. Arist. 10. metaph. ex sum. 1. cap. 2. te. 2. c. 194.
Mensura in diuisibili est, quædam secundum formam, quædam secundum sensum. Arist. 12. metaph. cap. 3. char. 298.

Mensu-

Mensurabile aut mensuratur eisdem mensuris, & tunc est æquale: aut pluribus, aut potioribus, & tunc inæquale erit. Ergo omne quantum, cum sit mensurabile, erit vel æquale, vel inæquale. Simp. in præd. c. 39.
Mensuræ quatuor existunt; numerus, magnitudo, locus, & æuum. Simpli. in 4. phys. ex digressio. tex. 154. char. 242. col. 1.
Mensura eius, quod est in loco, est ipse locus. Ideo locus est æqualis rei, quæ in loco est. Ioan. gram. in 4. phys. char. 85. col. 1.
Mensurabile omne, & mensurans ex sua natura quantum est. Auerr. in præd. char. 45.
Mensura prima eorum, quæ sunt in aliquo genere, est indiuisibilis in illo genere. Auerr. 4. phys. cor. tex. 14. char. 95. col. 1.
Mensurantia se inuicem sunt illa, in quibus inuenitur qualitas. Auerr. phys. 7. tex. 21. char. 148. col. 3.
Mensura est prima in esse, & cognitione. Auerr. in 5. metaph. tex. 10. char. 54. num. 12.
Mensurantur alia ex vnius mensura. Auerr. in epito. metaph. trac. 3. char. 179. col. 1.
Mensura prima in quolibet genere non semper numero idem, & vnum, & indiuisibile est, sed aliquando sunt plura, quæ ponuntur vt vnum, vt in musica semitonium, quod habet duo discrimina, quæ sunt duo dies. Alb. mag. in 10. metaph. trac. 1. cap. 4. c. 142. col. 4.
Mensura est homogenea mensurato. D. Tho. in poster. char. 69. col. 1.
Mensuratio proprie quantitati debetur. D. Thom. in 4. phys. l. 20. tex. 119. ch. 68. col. 3.
Mensuram esse est propria ratio vnius, vt est numeri principium. D. Tho. 5. metaph. lec. 8. tex. 12. char. 305.
Mensura omnis in quantitate continua aliquo modo est a numero. D. Tho. 5. metaph. l. 17. tex. 20. char. 366.
Mensura cuiuscunque generis est id, quod principale est in illo genere. D. Th. ethic. 8. l. 13. c. 151. colum. 1.
Mensurari duo aliqua per aliquod tertium, est resolui ad illud tertium, per quod mensurantur. Alex. de ales in pri. metaph. ch. 11. col. 1.
Mensuræ ratio primo saluatur in quantitate discreta; quia continua, vt continua, non mensuratur nisi per resolutionem ad discretā. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 19. char. 137. col. 1.
Mensura est in re, mensuratum in intellectu. Alexan. de ales in 6. metaph. tex. 8. c. 180. col. 3.
Mensurati ratio vbicunq; reperitur, ibi reperitur aliqualiter ratio quantitatis. Alexan. de ales in 10. metaph. tex. 3. char. 279. col. 3.
Mensura omnium entium est primum ens, & prima substantia. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 8. c. 284. col. 4.

Mensura conditiones.

Mensura semper est vnigena rei mensurata. Arist. de imo metaphys. ex sum. 1. cap. 13. tex. 4. c. 195.
Idem Ioā. gram. in 4. phys. tex. 114. char. 112. col. 1.
Mensura omnis debet adæquari omni ei, quod mēsuratur. Simp. in 4. phys. char. 230. colum. 1.
Mensura certa, & definita esse oportet, ac minima illius rei. Ioan. gram. in 2. phys. tex. 69. char. 46. col. 1.
Mensura in actu eius non est infinita, in diuisione vero est infinita in potentia. Auerr. in tertio phys. tex. 56. ch. 52. col. 2.
Mensura nulla est indiuisibilis. Auerr. in 3. phys. tex. 56. char. 52. colum. 2.
Mensuræ diuisio nota est per se, & causa eius indiget demonstratione. Auerr. in 3. phys. tex. 69. c. 55. col. 3.
Mensurans debet esse de genere mensurati. Auerr. in 4. phys. tex. 118. char. 89. col. 3.
Mensurare per minorem mensuram semper est certius. Auerr. in 10. metaph. tex. com. 3. char. 118.

Mensura non accidit inter diuersas magnitudines in genere. Auerr. in 10. metaph. tex. com. 14. char. 123.
Mensura est vniuscuiusque rei debet esse, quæ notissima est in illo genere. D. Thom. in quarto phys. l. 18. tex. 105. c. 65. col. 3.
Mensura cuiuscunque rei est eiusdem generis cum mensurata. Diuus Thom. in 4. phys. l. 20. tex. 111. ch. 67. colum. 3.
Mensura omnis certissima debet esse. D. Th. in 4. phys. lec. 23. tex. 133. ch. 71. col. 4.
Mensuræ duæ vnius esse possunt, scilicet maior, & minor, ita quod maior resoluat ad minorem. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 4. c. 281. col. 3.
Mensura de sui ratione debet habere rationem vnius, & per consequens, rationem irresolubilis, quæ proprietas propriissime conuenit Deo: & debet habere rationem indiuisibilis, & independentis, & causantis, quæ omnia propriissime Deo conueniunt. Alexan. de ales in 10. metaph. tex. 8. c. 285. col. 1.

Mensurari, & numerari differentia.

Mensurare, & numerare non sunt idem: nam mensurare est prioris, & posterioris qualiscunque motus. Simpli. in præd. char. 90.
Mensuratum omne, & numeratum mensuratur, & mouetur quodam sibi cognato. Simpli. in 4. phys. tex. 133. c. 280. col. 1.

Mensura consideratio ad quem pertinet.

Mensuræ consideratio philosophi naturalis est, vt est finis, & existens in materia: geometræ vero consideratio est secundū quod est abstracta a materia, & si considerari his duobus modis habet oppositas dispositiones conuenientes. Auerr. in phy. tex. 60. c. 53. col. 3.
Mentham herbam belli tēpore, nec edito, neque serito, in prouerbio est: quia mentha corpora refrigerare potest, vt corruptione constat feminis genitalis, & hoc aduersum est ad fortitudinem, & animositatē. Arist. probl. lec. 20. num. 2. ch. 528.
Mentha herba est calida & sicca: fata intet caules prohibet generari ab oleribus animalia noxia. Alber. mag. de veget. & plant. l. 6. trac. 2. cap. 2. char. 168. col. 1.
Mentum qui habent acutum, animosi sunt, referuntur ad canes. Arist. phys. iog. cap. 10. ch. 354.
Mentum est membrum, quod est sub ore, vbi concurrūt duo ossa mandibulæ inferioris, & super eam est caro ex musculis mouentibus eum: & quia iungūtur duo ossa, ideo signum habet diuisionis in medio sui, quod signum in quibusdam hominibus non apparet. Albertus magnus de animalib. lib. 1. trac. 2. cap. 10. char. 11. columna 4.
Mentum prolixius minus iracundum, & perturbatum demonstrat animum, aliquando pietatem declarat. Alber. mag. ibidem.
Mentum paruum, & breue habentes, vitā di sunt, quia præter cætera immites, & immundi sunt. Albertus magnus de animal. lib. primo, trac. 2. cap. 10. char. 11. columna 4.
Mentum si in rotundum desinat, muliebrem indicat animum. Alber. mag. ibid.
Mentum commensuratum ad quadraturam accedens vtilius est. Alber. mag. ibidem.
Mentum si in longum, & prolixum distendatur, dolum ostendit. Alber. mag. ibidem.
Meothides paludes ita creuerunt alluione fluiuorum, vt naues minores magnitudine nunc inueniunt, quam antea. Arist. meteor. pri. su. 4. cap. 2. ch. 490.
Mercatores, nec artifices nō debent esse ciues: vtilis enim est huiuscemodi vita, & virtuti aduersa. Aristot. politicorum

ticorum 7. capite 4. char. 731.
Mercaturæ tres sunt partes, nauigatio, deuectio, negotiatio. Arist. politic. 1. cap. 7. char. 507.
Mercenaria alia est vilium artium, & alia sine arte, solo corpore ministrante. Arist. polit. pri. cap. 7. char. 507.
Mercuriū sub Venere esse cōprehenditur ex obseruationibus, quib. narratur Mercurij stellā subiuisse Veneris stellam. Simp. in 2. de cēl. tex. 58. c. 38. col. 2.
Mercurius inscriptus lapidi, scientiam dat. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 3. cap. 5. c. 143. col. 1.
Mergi, & gauriæ saxi maritimis oua bina, ternave parūt: sed gauriæ æstate, mergi a bruma ineūte vere, & incubant ceterarum auium more. Arist. de histo. animal. 5. cap. 9. char. 155.
Meridies tranquillissima est pars diei, quia maxime Sol dissoluit exhalationem circa terrā: dominatur enim Sol maxime circa meridiem. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 525.
Meridionalis pars velocius recipit frigiditatem, quam caliditatem propter paucitatem stellarum, quæ sunt in parte meridionali, & altitudine partis meridionalis, si habitabilis est hæc terra. Auerr. meteor. 2. cap. 2. c. 198. col. 2.
Meriones aues sunt parue, rapaces aliquando docentur, quod quatuor spe auxiliij hominis cygnum proferunt: tunc vnus capiti, duo alis insident, & vnus pectus occupat, cygnumque opprimunt, ac deiiciunt, vt ab aucupe capiat. sunt in colore, & figura, vt merule, excepto, quod pedes, vngues, & rostrum habent aduncos ad capiendum. Alber. magnus de anim. l. 23. cap. 24. c. 194. col. 1.
Merita nuncupantur, cum vltra quod debitum est, recte facimus præstandi benevolentia, & benignitate tribuendi. Boetius de disti. c. 655.
Merops auis est de picorum genere, aliquantum viridis in pectore, subratilis, in ventre pallet, caliditate natu rali, fodit in terram ad altitudinem pedum sex, & ibi nidum constituit. Albert. mag. de anim. l. 23. cap. 24. c. 194. col. 1.
Merula turturem amat. Arist. de histo. ani. 9. cap. 1. c. 319.
Merularum duo sunt genera: alterum nigrum, alterum album: sed non nascitur album, nisi circa Cyllenam Arcadiæ. Arist. de histo. ani. 9. cap. 19. char. 337.
Merula in Cyllene Arcadiæ monte pullos albos pariūt, nec vsquam alibi enasci aiunt, ac diuersas voces emittere, & noctu aduersus Lunā incedere. si quis interdium ipsas capere tentarit, id maxima difficultate adipisci poterit. Arist. de admir. aud. nu. 14. c. 842.
Merula sic vocatur, quia modulos edit, & nouem vocū modos, quibus omnis cantilena componitur, adeo bene modulatur, quod a nullo hominum perfecte imitari potest. Alb. magn. de ani. l. 23. cap. 24. c. 194. col. 1.
Meses spirat inter Cæciam, & Boream, & nō habet contrarium, & est medius. Arist. meteor. 2. fu. 2. cap. 13. char. 519.
Meseraicæ per virtutem hepatis æqualiter chilum cōuertunt ad calorem sanguinis, antequam ad solum hepatis perueniat. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 3. cap. 5. ch. 27. col. 3.
Mespilus si deficit in aliqua regione & inferatur persici flagrum in trunco spinæ faginæ, oriuntur mespila maxima. Albert. magnus de veget. l. 6. tract. 1. cap. 26. char. 157. col. 1.
Metalla omnia sunt exhalationes vaporosæ, & sunt aut fusilia, aut ductilia. Arist. meteor. 3. cap. 6. char. 556.
Metalla potentia sunt aqua. Aristotel. meteor. 3. cap. 6. char. 556.
Metalla reperiri aiunt circa Philippos Macedoniæ, ex quibus frustra cicta grādescere proditur, aurūque vt clarū est, producere. Arist. de admir. aud. nu. 40. c. 846.

Metallum cæruleum chrysolamq; Demonefius Carthaginensium Insula a Demonefio primo eius cultore nomen sortita, obtinet, quam optimam ad auri precium aliquis inuenire poterit: est enim oculorum medicamentum, atque ibi æs geminos passus supernatās in mari reperitur, ex quo statua illa confecta est, quæ in Sicyonia vetustissimo Apollinis templo conspicitur. Arist. de admir. aud. nu. 56. c. 449.
Metalla omnia a calido soluantur. Alex. aphro. in 4. meteor. cap. 10. co. 33. c. 108. col. 2.
Metalla omnia, quæ liquefunt, pro materia humidum habent. Alex. aphrod. de ani. l. 1. cap. 2. c. 30. col. 2.
Metalla si quis augeri concedat, vegetatiuam quoque vitam in ipsis esse concedit. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 59. c. 82. col. 4.
Metallorum generatio frequenter in ipsis lapidibus fit, tanquam lapidum substantia sit locus proprius metallorum generationi. Alber. mag. in 3. de miner. ex trac. 1. cap. 1. c. 143. col. 3.
Metallorum humiditates non solum sunt simpliciter aquæ, sed etiam passæ aliquid ab aliis elementis. Alb. mag. li. eo. trac. 3. cap. 2. c. 43. col. 4.
Metallorum prima materia est humidum, vinctuosum, subtile, incorporatum terrestri subtili, fortiterq; commistum, ita vt plurimum vtriusq; non tantum cū plurimo vtriusque, sed etiam in plurimo vtriusq;. Alber. mag. in 3. de miner. ex trac. 1. cap. 2. c. 144. col. 1.
Metallorum causa generatiua propria est cœli motus calidum terminans, & calidum digerens. Alber. mag. li. eo. tr. 1. cap. 5. c. 144. col. 4.
Metallorum genera magis a plantarū virtutibus, quam ab aliis stellis formam essentialem sumunt. Alb. mag. in 3. de miner. ex tr. 1. cap. 6. c. 114. col. 4.
Metalla omnia permutat Alchimiista de specie in specie, excepto auro, quod nisi fiat, quia corrupta vnus forma inducatur alterius forma, aliter fieri nequit. Alb. mag. ibid. cap. 6. c. 145. col. 1.
Metallorum materiā docti Alchimiici purgant multū argenti viui, & sulfuris, qua purgata fouent virtutes martiæ, quæ ei elementales, & cœlestes insunt, ad proportionem mitionis metalli, quod intendūt inducere, & tūc natura operatur, & nō ars, nisi organice iuuado, & expediendo. Alb. mag. ibid. cap. 9. c. 145. col. 2.
Metalla dicuntur, quia in illis est humidum in sicco clausum, non omnino ligatum. Alb. mag. in 3. de miner. ex tr. 2. cap. 2. c. 146. col. 2.
Metalla tres habent colores. Vnus cōis, qui est splendēs, vt lux in corpore colorato incorporata. Alius est albus, & tunc habent metalla secūdū plus, & minus. Argentū est albiſſimum, post ipsum stannū, deinde plūbum, & nihil ferrū. Tertius color est citrinus, vel subrubeus, quem habet aurum, & sub ipso, qui vergit ad nigrum adustum. Alb. mag. ibid. cap. 3. ch. 146. col. 3.
Metallorum maxime vaporatiuum est æs, & post hoc ferrum. Alb. mag. ibid. cap. 4. c. 146. col. 4.
Metallorum vapores, & odores maxime fici sunt, ideo profunt oculis fluentibus, & nocent præcordiis. Alb. mag. ibid. c. 147. col. 1.
Metalla sunt adustibilia, nō ob argentum viuum, sed ob sulfurem. Alb. mag. ibid. cap. 5. ch. 147. col. 1.
Metallorum generatio ex se inuicem circularis est. Alb. mag. in 3. de miner. ex tr. 2. cap. 6. c. 147. col. 2.
Metallorum quasi pater est sulfur, & quasi mater argentum viuum. Alber. magnus in 4. de miner. ex tr. 2. capi. 1. c. 147. col. 2.
Metalla differunt secundum speciem tantum, inuicem tamen transmutari possunt, quia sunt naturalia, & materia est vna. Diuus Thom. in quarto meteor. ex digref. de color. l. 1. char. 215.
Metallorum omnium materia propinqua est argentum viuum, & sulfur, quorum naturæ transmutari possunt. D. Th.

D. Th. in 4. meteor. ex digref. de color. l. 1. c. 215.
Metalla sunt meliora, quæ ab omni parte æqualiter ducuntur. Diuus Tho. in 4. meteor. ex digref. de color. l. 12. c. 253.
Metaphoræ, & tropicæ dictiones obscuritatem in definitionibus parant. Alexander & Eustr. in 2. poster. c. 93. colum. 2.
Metaphoricæ dictiones dicuntur conuersuæ, quæ proprie hoc significant: transferuntur autem a nobis ad aliquam aliam significationem. Ioann. gramm. in 2. poster. cap. 15. c. 71. col. 2.
Metaphora accipitur secundum aliquid simile: ideo metaphoricè nō debet fieri definitio, quia debet ad omnia competere. D. Tho. in post. ch. 96. col. 3.
Metaphoras sumi ait Cicero ab inanimatis ad inanimata, aut ab inanimatis ad animata: sed Arist. a specie ad genus, aut a genere ad speciem, aut a proportione. Dan. Bar. in 3. rhet. c. 2. ch. 158.

Metaphysicæ diuisio, & quem locum inter scientias obtinet.

Metaphysica diuiditur in tres partes. In prima speculatur de rebus sensibilibus, vt sunt entia, & de omnibus generibus eorum, quæ sunt decē prædicamenta, & de omnibus consequentibus ea. In secunda, contemplatur de principiis substantiæ, quæ sunt res separatæ, & notificat quale habeant esse, quæ referunt ad suum primum principium, quod est Deus glorioſus, & notificat attributa, & operationes, quæ appropriantur ei, & declarat proportionem aliorum entium ad ipsum, & quæ est vltima perfectio, prima forma, primum agens, & de reliquis rebus, quibus apprehenditur vnumquodque separatim, & de communibus pluribus vno ipſorum. Tertia, speculatur de subiectis scientiarum particularium, & remouet errores, in quibus inciderunt antiqui, in logica scilicet, & naturali, & mathematica. Auerr. epitom. in metaph. trac. pri. ch. 168. col. 4.
Metaphysicæ partes sunt naturalis, & mathematica, & particularis scientia est pars vniuersalis. D. Th. 1. metaph. lec. 4. tex. 1. char. 768.

Metaphysica quid est, & cur sic dicitur.

Metaphysica speculatiua est scientia causarum omnium primarum, & primorum principiorum: nā finis, & bonum est vna causa, quam ipsa speculatur. Arist. pri. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 8.
Metaphysica est speculatiua, & non actiua. Arist. 1. metaph. ex su. 1. cap. 2. char. 8.
Metaphysica sola suimet causa est: ergo sola libera. Arist. primo metaph. ex sum. pri. cap. 2. ch. 8.
Metaphysicæ consideratio est appropriare ens ad suas causas vltimas. Auerr. epitom. metaph. tract. 4. c. 181. columna 1.
Metaphysica vocatur scientia hæc, quia natura quedam determinata quantitate, vel contrarietate fundatur per principia essendi simpliciter, quæ transcendunt esse sic vocatum physicum. Alber. mag. in 1. metaph. trac. 1. c. 56. colum. 2.
Metaphysica tria nomina sortita est secundum tres considerationes. Theologia, vt de Deo, & de substantijs abstractis considerat. Metaphysica, vt de ente, & ijs, quæ ens consequuntur, considerat. Et prima philosophia, vt primas rerum causas considerat. D. Tho. pri. metaph. proœ. char. 2.
Metaphysica est scientia vniuersalis, quia tractat de primo ente increato, quantum per vim rationis humanæ tractari potest. Alexā. de ales in 6. metaph. tex. 3. char. 173. colum. 2.

Metaphysicæ subiectum, quid considerat, & quo medio.

Metaphysicus considerat res, quæ sunt separatæ. Aristoteles primo de anim. sum. pri. cap. secundo, tex. 17. char. 591.
Metaphysicæ omnia nouit, & circa vniuersalia, quæ difficilissima sunt, versatur, & circa certiores causas, & scientia sui causa est. Arist. pri. metaph. ex su. 1. cap. 2. char. 7.
Metaphysica inter scientias sola de Deo sermonē habet, quia de principali causis, inter quas est Deus, & illā, vel solus, vel maxime habet, & sic diuina sola dicitur. Arist. pri. metaph. ex su. 1. cap. 2. c. 9.
Metaphysicus substantiæ principia querit, & causas; quia scientia omnis semper, & vbiq; est proprie primi, ex quo alia pendent, & cum hoc sit substantia, ideo de ea principia queri debent. Arist. 4. metaph. ex su. pri. cap. secundo. tex. 2. char. 60.
Metaphysici est speculari posse de omnibus, id est de cōmunibus, alioqui nulla alia sciētia hoc inuestigat. Arist. 4. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 5. char. 62.
Metaphysica vna considerat de substantia, & de principijs: ista enim principia sunt communia omnibus generibus entium, & non sunt vnus generis proprii, & omnes scientiæ vtuntur istis, quia sunt entis simpliciter, & genus cuiuslibet scientiæ est ens, & scientiæ istis vtuntur principijs vniuersalibus, non vt vniuersalia, sed vt sufficiunt ad subiectum proprium illius scientiæ. Aristoteles 4. metaph. ex sum. 2. cap. prim. tex. 7. char. 64.
Metaphysicus considerat de substantiis sensibilibus, vt ducunt ad substantiam immaterialem, quia consideratio sensibilis formæ est proprie naturalis. Arist. 7. metaph. cap. 13. tex. 39. char. 149.
Metaphysicus eodem modo, vt mathematicus, versatur circa quantum: sic versatur circa ens, & huius accidentia, vt est ens, & circa contrarietates ipsius, vt ens. Arist. 11. metaph. ex su. 2. cap. 1. char. 220.
Metaphysicæ munus est entis, in eo quod ens est, contemplari, & de accidentibus, quæ enti communiter accident, speculari. Alex. aphrod. in 2. metaph. vel secundum latin. 3. com. 7. c. 56. colum. 2.
Metaphysici est de anima, quæ materia caret, & de intellectualibus disputare. Ioan. gramm. in pri. de ani. tex. 15. c. 10. col. 4.
Metaphysicus de formis omnino a materia separabilibus disputat. Ioan. gramm. in prim. de anim. tex. 16. c. 11. colum. 2.
Metaphysicus disputat de formis indiuisibilibus, quæ in anima rationali exiunt. Ioan. grammaticus in primo de anim. tex. 16. c. 11. col. 2.
Metaphysica intendit per inquisitionem finem determinatum, qui est scientia entium per suas maximas causas, & in eo, quod sunt entia. Auerr. in poster. lib. pri. cap. 12. tex. 85. char. 155.
Metaphysica habet subiectum appropriatum, id est ens absolute, id est in eo, quod est ens. Auerr. ibid.
Metaphysico incumbit disputare contra negantes primas propositiones, & destruentes scire. Auerr. in 4. metaph. tex. 10. co. 1. c. 30.
Metaphysica est illa, quæ considerat de nobilissima causa, scilicet de primo fine, & prima forma. Auerr. in 4. metaph. tex. co. 1. c. 30.
Metaphysica non cōsiderat entia particularia, sed entia, vt entia. Auerr. in 6. metaph. su. pri. tex. co. 1. char. 68.
Metaphysicus primo de ente considerare debet. Auerr. in 6. metaph. sum. 2. tex. com. 4. char. 69.
Metaphysicus recipit a Naturali illius esse, & modum, quo est motor, vt recipit numerū motorum ab Astronomica. Auerr. in epit. metaph. trac. 1. c. 168. col. 4.
Metaphysica locari debet post scientiam naturalem. Auerr.

roes epito. in metaph. trac. pri. ch. 169. col. 1.
Metaphysici solius ex communitate subiecti, & logici ex medio suæ argumentationis, quæ procedit ex communibus, quæ inueniuntur in multis, & non sunt essentialia illis, est ad destruendam principia cuiusvis scientiæ disputare. Albert. mag. in pri. physic. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.
Metaphysicus, & si omnes causas considerat, non tam eas in eo, quod causantes sunt, considerat; quia non considerat materiam, & formam, vt ingrediuntur re, quam componendo constituunt: sed potius, vt reducuntur in rationem substantiæ, quæ est verum ens, & principium aliorum, quæ metaphysicus attendit. Alb. mag. in pri. phy. trac. 1. cap. 5. char. 2. col. 4.
Metaphysica sic perficit intellectum, vt est diuinum quoddam in nobis, vt scientia naturalis perficit eundem prout est cū tempore, & vt perfectus est a doctrinalibus in quantum ad continuum inclinatur. Alb. mag. in pri. metaph. trac. 1. cap. 1. c. 56. col. 1.
Metaphysica demonstrat per causam formalem, vt finalem, ac etiam agentem. D. Tho. in pri. physic. l. 1. tex. 1. ch. 1. colum. 2.
Metaphysica est de primis substantijs, quæ sunt substantiæ immateriales. D. Thom. in 7. metaph. l. 1. tex. 38. c. 509.
Metaphysicæ incūbit considerare, de quo tractant scientiæ mathematicæ. Diuus Tho. 11. metaph. l. 1. tex. 1. char. 752.
Metaphysica præcipue considerat communia, non quod principia sint communia, vt Platonici posuerunt; considerat autem & principia intrinseca rerum, vt materiam, & formam. D. Tho. ibid.
Metaphysica non intendit de partibus entis, vt aliquid accidit vnicuique eorum, sed speculatur vnumquodque communium talium circa ens, vt ens. D. Thom. 11. metaph. l. 4. tex. 1. c. 768.
Metaphysica circa omnia esse, duobus modis intelligitur; primo, vt attingat omnia in particulari, quod non est verum de hac; secundo, vt attingat omnia, vt induunt entis naturam, & hoc est verum. Alex. de ales in pri. metaph. char. 7. col. 3.
Metaphysica considerat vltimum finem. Alexander de ales in primo metaph. char. 8. col. 4.
Metaphysices subiectum est ens; vt ens. Alex. de ales in pri. metaph. c. 10. col. 2.
Metaphysica considerat ens, vt ens; & ideo tantum se extendit, quantum se extendit ens. Alex. de ales in 1. metaph. char. 26. col. 2.
Metaphysica mouente considerat causam finalem, & formalem, & mouentem aliquo modo. Alex. de ales in primo metaph. c. 24. col. 2.
Metaphysica in speciali considerat causam finalem, quia dum considerat ens, vt ens, considerat etiam illud, in quo maxime saluatur ratio entis, quod est omnium finis, quod est ipsum primum ens, quod est omnium finis, quia omnia appetūt assimilari suo modo primo enti. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 3. c. 53. col. 4.
Metaphysica considerat causam agentem, quia considerat substantias separatas, quæ se habent in ratione agentium in hæc inferiora. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 3. char. 54. col. 1.
Metaphysica considerat causam formalem, quia cū considerat ens, vt ens debet considerare formalitatem. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 3. ch. 14. col. 1.
Metaphysica non considerat principaliter causam materiale, quia materia non est causa totius entis, sed solum entis particularis. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 3. ch. 54. col. 1.
Metaphysica licet determinet de ente, vt ens, tamē specialiter determinat de substantia, & de principiis substantiæ, quia alia entia non sunt entia, nisi quia sunt in

substantia. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 4. c. 78.
Metaphysica proprie est circa ens rei, dialectica circa ens rationis. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 5. c. 81. col. 1.
Metaphysica præcipue considerat de vltimo fine, quia non acquiritur per motum. Alex. de ales 11. metaph. tex. 1. c. 305. col. 2.
Metaphysica est circa substantias sensibiles, vt habent rationem substantiæ; physica autem, vt habent rationem motus. Alex. de ales 11. metaph. tex. 1. c. 305. col. 3.
Metaphysica est circa principia intrinseca rei; quæ sunt materia, & forma. Alexand. de ales 11. metaph. tex. 1. c. 306. colum. 1.
Metaphysica non abstrahit ea, quæ cadunt sub ipsa, quia proprie sub ea cadunt substantiæ separatæ. Alex. de ales 11. metaph. char. 315. col. 4.

Metaphysicæ dignitas, & qui optimi ad ipsam capescendam sunt.

Metaphysica scientia non debet iudicari humana, quia a natura humana multis necessitatibus subdita, perfecte considerari non potest. Arist. pri. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 8.
Metaphysica dignior est aliis scientijs, quamuis aliæ necessariorum sint ipsa. Aristot. primo metaph. ex su. 1. cap. 2. c. 9.
Metaphysica scientia speculatiua vocatur, quia speculationis finis veritas est. Aristot. secundo metaph. cap. prim. tex. 3. ch. 35.
Metaphysica est magis desiderabilis omnibus scientijs. Arist. 6. metaph. ex sum. prim. cap. 1. tex. 2. char. 120.
Metaphysices principijs sublati, auferuntur item ceterarum scientiarum principia. Alex. aphrod. in 10. metaph. vel 11. co. 16. c. 277. col. 1.
Metaphysica scientia est posterior via doctrinæ, sed est prima secundum naturam. Auerr. in 6. metaph. sum. pri. tex. com. 3. char. 68.
Metaphysica est prima inter philosophiæ naturalis partes, secundum ordinem rei, quæ est vniuersalis de ente, secundum quod ens, quod non concipitur cum motu, & materia sensibili secundum se, & secundum sua principia, nec secundum esse, nec secundum rationem. Albert. magnus in primo physic. trac. 1. cap. 1. char. 1. columna 1.
Metaphysicæ optime operam dantes sunt, qui optimū organum habent phantasie, & imaginationis in quantitate, & qualitate, & complexione, & compositione, & figura, & omnibus alijs, quæ exiguntur ad organum imaginatiuæ potentie bonitatem. Sed nisi adsit ei lumen intelligentiæ, efficiuntur multiplices in rationibus phantasticis propter imaginationis mobilitatem, & multipliciter. Et ideo isti confundunt sophisticas veras sapientias, & innituntur probabilibus, & talia placent eis, & sunt abundantes in rhetoricis & ciuilibus, quæ omnia probabilitatem in imaginibus habent. Albertus magnus de som. & vigil. l. 3. trac. 1. capit. 5. c. 36. colum. 2.
Metaphysices scientia vna est, quia licet sit de multis, de omnibus tamen illis, vt reducta sunt ad ens; tractat, in quibus omnibus ens habet vnitatem analogam. Albertus magnus in primo metaph. trac. prim. cap. 3. ch. 56. colum. 4.
Metaphysica prior est, & antiquior omni alia scientia, quæ famulatur. Albet. magnus in pri. metaph. trac. 2. cap. 2. c. 59. col. 4.
Metaphysica est maxime doctrinalis, & per consequens maxime desiderat scire. Alber. mag. in pri. metaph. trac. 2. cap. 4. c. 60. colum. 2.
Metaphysica est de quatuor in vniuerso. Est de ente, vt ens, & de partibus entis. Secundo, de consequentibus ens, vt est ens, quæ sunt ante ens mathematicum, vel
physicum.

**physicum. Tertio est, quod est de physicis conceptis cum motu, & materia, & de mathematicis secundum esse in materia existentibus, vt est de motu, materia, & quantitate, & huiusmodi. Sed non est de his, quæ in materia sunt, imo de his, quæ a principiis esse simpliciter habent esse. Quartum est de his, quæ ad ea, quæ nunc dicta sunt, habent modum oppositum: & hæc sunt separata omnino per esse suum vbiq; & semper existentia, vt Deus, & intelligentiæ; & conuenit cum topica, & sophistica, quia, & istæ sunt de ijs quatuor: sed differt hæc ab illis, quia illæ non solum sunt de ijs secundum esse simplex, sed secundum esse additum, quod est physicum, vel mathematicum, eo quod procedunt a communibus, quæ in singulis inueniuntur, & a topica specialiter differt, quia hæc ex veris principiis docet, illa ex verisimilibus. Alb. mag. in pri. metaph. trac. secundo, cap. 11. c. 61. col. 4.
Metaphysica scientia dignior est admiratione, & cōtēplatione. Alex. de ales in 1. metaph. c. 6. col. 3.**

Metaphysices libri consideratio.

Metaphysices liber primus Arist. est, quantum ex diuendi caractere, & disputandi ratione coniecturare possumus: non tamen solidus, sed mutilatus, & libri pars quædam esse videtur, si libri initium, & exiguitatem quis spectet. Alex. aphrod. ex 1. metaph. vel secun. lat. 2. co. 1. c. 44. colum. 1.
Metaphysices liber secundus, vel secundum latinos tertius totus dubitatus est. Sirianus in 2. metaph. vel secundum latin. 3. char. 1.
Metaphysicorum librum minorem, qui spurium esse aiunt deridendi sunt: quia hoc in loco ad ea, quæ in illo libro tradita sunt, nos remittit Arist. Sirian. in 2. metaph. vel secundum latin. 3. char. 17.
Metaphysicorum liber secundus est, quasi proemium ad totam metaphysicam. D. Th. 3. metaph. l. 1. c. 120.
**Metaphysicorum habentes magnum, & bene carnosum, & articulatam, fortes sunt secundum animam: referuntur ad masculinum. Qui imbecille, & non carnosum, & inarticulatam, molles sunt secundum animam: referuntur ad femininum. At quibus est curuum valde, humeriq; ad pectus contracti, mali moris sunt: referuntur ad apparentem conuenientiam: quia apparent ea, quæ antorsum, conuenientia videri. Qui eminentes habent, gloriosi, & insipientes: referuntur ad equos. Quoniam autem, nec curuū vehementer oportet esse, nec concuum metaphysicorum, quærendum bene formati. Arist. phys. cap. 9. char. 348.
**Meteorologium vocabant antiqui quæcumq; accidunt secundum naturam quidem, inordinatiorem tamen, primi elementi corporum, circa locum maxime propinquum latiori astrorum; vt de lacte, de cometis, & ignitis, motis imaginibus, & quæcumque aeris, & aquæ sunt passionis: & adhuc de passionibus partium terre, ex quibus fiunt flatus, & terremotus. Arist. meteor. pri. su. l. 1. c. 1. tex. 1. char. 452.
Meteororum quartus magis accommodatur tractatui de generatione, & corruptione. Alexand. aphrod. in 3. nat. q. cap. 14. c. 15.
Meteororum lib. quartus conuenienter est post tertium, quia confert mineralibus, de quibus in tertio. D. Th. in 4. meteor. ex digress. de colorib. l. 2. ch. 214.
Meteorologia appellatur, quia ea, quæ fiunt in alto, mirabiliora sunt, & magis desiderata, quam ea, quæ in imo fiunt. D. Tho. in pri. meteor. l. 1. ch. 2.
Methodum inuenire propositum est, per quam poterimus de omni proposito problemate ex probabilibus syllogismum generare, & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. Aristot. top. prima. cap. 1. char. 388.****

Methodus artificiosa circa fidem, versatur: fides vero demonstrationis quædam est. Aristot. meteor. 1. c. 6. Idem rhet. pri. c. 6.
Methodum tradere, qua omnes quæstiones resolvere, & reducere possumus, non est idem, ac reducere rationes in figuras. Alexand. aphrod. in pri. prior. cap. 32. c. 60. colum. 4.
Methodi quatuor sunt: definitiua, demonstratiua, diuisiua, & resolutiua. Alex. & Eustr. in secundo poster. char. 4. colum. 2.
Methodus (ait Alex.) est omnis habitus speculatiuus eorum, quæ ad ipsum attinent cum ratione, id est cum causa, id est processus ad cognoscibile cum quædam via rite recteq; ordinata. Simp. in 1. phys. c. 3. col. 1.
Methodum cognoscitiuæ scientiæ, vel vna, vel plures sint, non est facile inuenire, quia vna esse videtur, quia in simplicibus vna datur; plures ob diuersitates differentiarum generum, & specierum: & ita rectum est, & vnam, & plures esse methodum. Simp. in pri. de anim. tex. 4. c. 2. col. 1.
Methodi quæstio non est propria tractationi de anima, sed omnibus alijs, quæ ipsam quidem inquirunt. Simp. ibid.
Methodi secundum philosophum quatuor sunt, quæ instrumenta dialectica sunt: diuisio, diffinitio, demonstratio, & resolutio. Ioan. gram. in 1. priorum, cap. 31. char. 55. colum. 2.
Methodus diuisiua syllogismi aliquid concludere non potest. Ioannes grammat. in prim. priorum, cap. 32. char. 55. colum. 2.
Methodus diuisiua particula est demonstratiui methodi, quia demonstratio fit ex diffinitionibus, & diffinitiones non sunt sine diuisiua methodo. Ioan. gram. in 1. prior. cap. 32. char. 55. col. 2.
Methodus est quidam habitus, qui viam præstat cum ratione cuique, qui ad aliquas scientias acquirendas animum adiungit. Ioannes grammat. in primo physic. char. 3. colum. 1.
Methodi quinque sunt: naturalis, ars particularis, dialectica, mathematica, & prima philosophia. Ioannes gram. in 1. de ani. tex. 16. char. 10. col. 4.
Methodus est via breuis, quæ via est via compendij, quæ vulgo appellatur summa. Albertus magnus in topic. char. 219. colum. 2.
Methodus dicitur vniuersalis tribus modis: primo quoad ea, de quibus est, & sic methodus libri topicorum dicitur vniuersalis: secundo quantum ad illud, quod construitur in ipsa: tertio quæ ad singula problema inferenda est vniuersalis. Albertus magnus in topic. char. 224. colum. 2.
Methodus est doctrina viam dans in terminum, vel finem intentum per doctrinam. Alber. magnus ethic. 1. trac. 2. cap. 3. char. 6. col. 3.
Metrum, & mensura primo competit vnitati, hinc autem alijs, mensura enim vniuersalis est in longitudine in latitudine in profunditate in grauitate & velocitate. Arist. 10. metaph. sum. 2. cap. 2. ch. 144. tex. 2.
Metuunt nonnulli etiam nullo terribile contingente. Arist. 1. de ani. sum. 1. cap. 1. tex. 14. char. 590.
Metus est refrigeratio partis superioris. Arist. problem. sect. 2. char. 360. num. 31.
Metuentes cur tremunt? propter refrigerationem: deficit enim calor, & contrahitur, ex qua alius quoque perisque ob timorem effundi solitus est. Arist. problem. sect. 27. char. 599. nu. 1.
Metuentes, & qui sunt tormenta adituri sitiunt. An non eodem loco refrigerentur, & caleant, sed refrigerentur per summa corporis, vnde calor discedit: caleant per intima caloris introrsum efficientia. cuius rei inditium alui quoque solutio facit. Sitis autem parte quadam interiore siccata solet accidere, nec aliter agi videtur,

videretur, quam in iis, quos epiala exercet, qui simul & frigent, & sitiunt; nec illis pars eadem corporis in alge scit, & concalescit. Arist. ibid. num. 2.

Metuentes cur tremunt voce, manibus, & labio inferiori? quia hic affectus calor defectio est ex locis superioribus, ex quo pauor accidit. Et quia pectus calor deserit, vox obtremit: id enim refrigeratur, quod vocem mouet: & manus quoque pari ratione sunt; sed quæ optima, ut quæ ex pectore pendeant. Inferius tamen non superius labrum quatitur, quia superius eo pendet, quo suapte natura vergit. Inferius sursum calor beneficio stabilitur, atque quiescit, quo sublato in alge scit, & tremit. Et eadem de causa in excandescendo imum labrum laxatur, & pendet; quod latè in pueris patet: calor enim in cordis sedem conferre se consuevit. Et voce tremunt, quia calor deficit maribus, & labro quia nobiliores sunt partes, & minime sanguinolentæ. Bilem deiiciunt, & testiculos contrahunt: deiiciunt, quia calor descendens diffundit: contrahunt, quia metus inuectus extrinsecus est; ut fugam in aduersum agi oporteat. Aristote. ibidem num. 6. char. 601.

Metuentes, & algent, & sitiunt, quæ affectiones contrariæ inter se sunt, quia algent refrigerati, sitiunt calefacti: calor enim superiora deserit loca, & sic algent, oritur, & quod humor deficit, sitis, exultat. Arist. ibidem num. 8. char. 602.

Metus & dolor cum sit quædam ægritudo, qui dolent clamant; qui metuunt tacent: quia, dolent, suum retinent spiritum, itaque is vniversus erumpens, cum clamore emittitur: metuuntibus corpus refrigeratur, & calor ima petit, qui spiritum mouet. Et dolentes suum retinent spiritum, quia hunc, qui cohibet, adiuvat calorem: & calor ad dolores vel omnes, vel plures est adiumento. Arist. ibid. num. 9.

Metuentibus, & alui funduntur, & libido vrinæ laceffit, quia calor ad ima descendens hoc facit: quæcunque enim vrinam mouent, calida sunt. Arist. ibidem num. 10. char. 603.

Metuentes suos testiculos contrahunt, quia metuentes similes sunt frigentibus: enim calor summa corporis deseruit, retrahendum sane est: quamobrè ventris quoque murmur citatur cum timor vehemens detinet. Cutem quoque argentum summam videmus contrahi, ut cum calor inde destituerit omnis, ex quo subsequi horror consuevit. Scortum ergo sursum conuellitur, atque eo contracto, vna testiculi contrahuntur, quod melius in coitu venereo patet. metus enim excernit, multisque conturbatis, aut perterritis, genitalia mouetur profluuium. Arist. ibidem num. 11.

Metus communis cogit in vno etiam eos, qui prius erant minutissimi. Arist. polit. 5. cap. 5. c. 654.

Metuentem nemo diligit. Arist. rhetor. 2. char. 78.

Metus sit molestia quædam, aut perturbatio ex phantasia futuri mali, aut interimendi vim habentis aut molesti. Arist. ibid. char. 79.

Metuenda non sunt, quæ longe admodum absunt. Arist. ibid. char. 80.

Metuenda sunt, quæ vim magnam habent interimendis aut detrimentis illis afficiendi, quæ molestiam magnam exhibent. itaque & rerum eiusmodi signa sunt maxime metuenda. Arist. ibidem.

Metuendæ sunt inimicitia, & iniustitia, quæ viribus prædita est, & hi, qui possunt aliquid facere, & consensu ei, qui aliquid atrox commisit, metuendi sunt; & qui possunt iniuriam facere, & qui iniuriam passi sunt, & rerum earundem competitors. Arist. ibidem.

Metuendi sunt præstantiores, & qui præstantiores se subulerunt, & qui infirmiores se inuaserunt, & ex his, qui iniuriam passi sunt, aut ex aduersariis, non qui facile excandescunt, & libere loquuntur, sed qui mites,

malitiosi, & dissimulatores sunt. Arist. ibid. c. 81.

Metuenda omnia terribiora sunt, quæcunque si errarint, corrigi non contingit, sed aut omnino non possunt, aut non in se, sed in aduersariis sunt. Et quorum auxilia, aut nulla sunt, aut non facilia. Arist. ibid.

Metuunt illi, qui se passuros aliquid arbitrantur, & qui ab his, & hæc, & tunc. Arist. ibid.

Metuentes cur contremiscere consueuerunt? quoniam vis animalis per consensum naturalem diffugiens nos relinquit imbecillos, qui suo robore membra sustinent, firmaque tuentur. Et ob id, & alio funduntur, & minguunt inconsulte, quia musculi debilitantur, & retinere, & meatus claudere non possunt. Alexan. aphrod. proble. 1. nu. 13. c. 666.

Metu nimio cur nonnulli è vita discesserunt? quia vis naturalis admodum interiorem subiens partem sanguine, calorem insitum, & vitalem solitum de corde oriari obruit vniversum, atque extinguit, ut multum oleum lucernam extinguere potest: & qui dolore nimio vexantur, è vita discedere possunt: interit enim motus interior natiui caloris, ut ignis obturatus extinguitur. Alex. aphro. proble. 1. nu. 16. c. 670.

Milago est piscis, qui in signum lætitiæ, cum cessat tempestas, euolat super vndas maris. Alber. mag. de anim. 1. 24. cap. 1. char. 198. col. 3.

Milites tunc timidi efficiuntur, cum, vel crescit periculum, vel copiis, & apparatus desituuntur: primi enim fugiunt, & ciuilis exercitus manet, mortemque operit. Arist. ethic. 3. cap. 8. char. 69.

Milites tot annulos accipiebant, quot expeditiones apud Carthagenenses factæ erant, in quibus militauerant. Arist. politic. cap. 2. char. 718.

Militaris finis est victoria. Alber. mag. in 1. ethic. trac. 6. cap. 1. c. 15. col. 2.

Miles protectus scuto coronatus significat strenue sustinuisse hostium iras, & insultus. Alber. mag. ethic. 1. trac. 8. cap. 1. c. 24. col. 3.

Milites experti comparantur ad inexpertos, ut armati ad inermes. D. Tho. 3. ethic. l. 16. char. 50. col. 4.

Milo Crotoniensis adeo viribus, & robore omnes superauit, ut taurum humeris gestans per stadium ingressus fuerit. Eustrat. 2. ethic. cap. 6. char. 89.

Miluus bina oua magna ex parte parit, interdum terna, totidemque excludit pullos, sed qui ætoliis nuncupatur, quaternos aliquando edit. Aristot. de histor. ani. 6. cap. 6. c. 205.

Miluus cum coruo pugnat, eripit enim miluus a coruo quicquid tenet, ut qui, & vnguibus, & volatu præstantior sit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 12. char. 317.

Milui iuxta Elides carnes è manibus eorum, qui per plateam deferunt, eripiunt, at eos, qui sacra conficiunt, minime tangere autumant. Aristot. de admir. aud. nu. 119. c. 867.

Miluus est auis nota magnitudinis accipitris: pulliculis domesticis insidiatur, & podagram patitur. Alb. magnus de ani. l. 25. cap. 28. ch. 193. col. 4.

Mineralia duorum generum sunt: alia sunt fossibilia, alia metallica. Arist. meteor. 3. cap. 6. char. 556.

Mineralium librum ab Aristotele scriptum non habemus, & de plantis nisi duos tractatus. Auer. in physic. pri. tex. 57. char. 17. col. 1.

Mineralia aliquando ex nube cadunt, & præcipue ferrum: quia ex terrestri luto & viscoso decoquitur ab igne nubis: sed nec liquefuit, nec fabricabilia sunt, sed cum in igne ponuntur, euaporant in cineres. Albert. mag. in 3. meteor. tract. 5. cap. 23. c. 109. col. 3.

Mingunt foemina intento corpore, mares non: quia foeminarum vesica temotior tum profunditate, tum longitudine est: iacet enim vulua earum interius sedem, atque vesicam. Itaque humor emittendus vni propter spacium vuluæ desiderat pleniorum, quæ per spiritum

corpore intenso acquiritur. Aristoteles problematum sec. 10. nume. 22. char. 432.

Mingentes cur sæpe, & flatum ventris extrudunt? quoniam vesica vrinæ plena intumescit, & premit, & adducit rectum intestinum. Itaque cum vrina egeritur, intestinum illud relaxatur, & flatibus intestinis inclusis libertatem effluendi concedit. Sunt tamen, qui dum vrina secerunt, consensum quandam membrorum effici omnium censeant. Ale. aph. problem. pri. numer. 33. char. 675.

Mingendo cur inhorrescimus? quia bilis acrior confluens, & mordens vesicam, totum excitat corpus ad consentiendum, prætendendumque paulisper suas excernendi vires, horror enim talis excitatio est, quod quidem pueris potissimum accidit, quoniam largiore extremæ torum copia redundat propter nimium edendi vsu, & varium. Alexan. aphr. problematum sec. 1. numer. 117. char. 709.

Mingunt alia animalia posterius, ut leo, Camelus, & catus, & generaliter omnis foemina quadrupedum, nisi se erigat super duos pedes, ut de quibusdam simijs dicitur. Alber. mag. de ani. l. 2. tra. 1. ca. 3. c. 32. col. 1.

Minimum in quantitate non est accipere, & quicquid accipitur, non ut minimum accipitur: & idem accipi videtur, ut aliquoties sumptum reddat totum. Ideo a numero aliquo videtur esse denominatum, ut dimidium, vel tertium, vel quartum, & sic deinceps. Alber. mag. in pri. meta. tra. 2. ca. 10. c. 61. col. 2.

Minister in artibus locum instrumenti obtinet. Ari. pol. pri. ca. 3. c. 492.

Minus fluuius nascitur iuxta Pirichum: currit milliaria 310. & mergitur in Oceanum occidentalem. Alb. mag. de nat. loco. dis. 3. ca. 2. c. 102. col. 2.

Minora citius ad finem deueniunt, & in artis, & in naturæ operibus. Ari. de gene. ani. 4. ca. 6. c. 253.

Minus non fit nisi ex mixtione contrarij. Auer. phy. 5. te. 19. c. 102. col. 1.

Minus mensurat maius. Auer. phy. 6. te. 64. c. 132. col. 3.

Minor extremitas in prima figura est, quæ in medio termino subijcitur. Boethi. de syllog. cat. ch. 592.

Minor extremitas in secunda figura est, de qua medius terminus posterius prædicatur. Boethi. de syl. cat. c. 593.

Minor extremitas in tertia figura est, quæ vltimo prædicatur. Boethi. de syl. cat. c. 593.

Minus per se non est minus, sed comparatione maioris, & maius minoris comparatione maius est. Boethi. in topi. Cicer. lib. 6. ch. 845.

Minus de maiori prædicari in nulla propositione euenit. Boethi. de differen. top. l. primo. c. 859.

Mirabile ex admirando accidere non est absurdum. Ari. q. mechan. c. 776.

Mirabilia sunt, quæ secundum suam causam difficilius ab homine cognoscuntur. Albertus magnus moral. 1. tra. 1. ca. 1. ch. 1. c. 1.

Miracula sunt, quæ natura contingunt, quorum ignorantur causæ. Ari. q. mechan. c. 775.

Miraculum esse probatum est sensu, & consideratione omnibus hominibus repertis, & qui reperiuntur vsque ad diem iudicij. Auer. contra Algaz. in physico. disput. prim. c. 56. col. 1.

Mirandum ipsum per se gratum esse hic patet, quod oēs aliquid huicmodi dum nunciant, ut in gratiam dicturi, id semper exaggerant. Ari. de poet. ca. 22. c. 295.

Misericordes quicunque pulchri, & albi coloris, & habent oculos pingues, & aures deorsum distantes, & semper plorant. Idem etiam sunt mulierum amatores & genitores foeminarum, & circa mares in amorem propensi, & semper memore, & ingeniosi, & callidi, misericors est sapiens, & timidus, & modestus: immisericors insipiens, & inuerecundus. Aristoteles physio. capit. 6. char. 342.

Miserum me esse satis est. Aristot. 9. ethi. nicom. cap. 11. charta 238.

Misericordia sit molestia quædam ob malum apparens interius, & molestiæ efficiendæ vim habens, quia eo fit indignius, quod, & ipse se passurum, aut aliquem suorum expectet, idque quoties propinquum videtur. Arist. rhet. 2. char. 88.

Misericordia non commouentur, qui funditus perdit sunt, nec valde beati, sed qui se passuros existimant, vel iam passi sunt, atque euaserunt, & senes tum propter prudentiam, tum propter peritiam, & imbecilli, & magis timidores, & eruditi, & qui parentes, liberos, & vxores habent. Arist. rhet. 2. c. 89.

Miserabilia sunt, quæ vim habent perdendi, & mala magnitudine præstantia, quæ a fortuna proficiuntur. tristitiam autem afferunt mortes, & verberationes, & cruciatus corporum, & senectus, & morbi, & alimtorum inopia; & si vnde boni aliquid suppetere conueniebat, mali aliquid contigerit. Aristoteles rhetor. secundo. char. 90.

Miserentur homines propter familiares. Aristot. rhetor. 2. char. 90.

Miserentur homines cum atrocitas propinqua est, & similes ætate, moribus, dignitate, genere; & verba eorum, qui in mali perfectione versantur, ut eorum, qui iam animam agunt. Arist. rhet. 2. c. 90.

Misilia cur longius feruntur funda, quam manu? Quia in funda commotum missile funditor proijcit: fundam enim subinde circulo rotans, id iaculatur: ex manu autem a quiete est initium: omnia autem cum in motu sunt, facilius mouentur, quam cum quiescunt. Et quia in funda manus fit centrum: funda vero quod a centro exit, & quanto productius est id, quod a centro est, tanto citius mouetur. iactus autem, qui manu fit, fundæ respectu breuis est. Aristot. quæst. mechan. quæstion. 12. char. 686.

Mistio quid est.

Mistio est miscibilium alteratorum vnio. Aristot. 1. de gener. & corrup. cap. 3. te. 70. ch. 421.

Mistorum partium definitio, & totius debet esse eadè. Auer. in 1. de gen. & cor. te. 86. ch. 166. col. 4.

Mistio est, cum miscetur aliquid mistorum in actu conuertibile in formam mistorum, ex eo quod vnūquodque mistorum existit in eo potentia propinqua ad actum, & non in potentia remota ab eo. Auer. ex paraph. 1. de gene. & corrup. ch. 177. col. 1.

Mista mouentur secundum elementum dominans. Auer. 2. de ani. sum. 1. te. 13. ch. 129. col. 4.

Misti cuiuslibet forma attribuitur dominio alicuius quatuor qualitatum. Auerroes de sens. & sens. ex paraph. chart. 162. column. 3.

Mistio vera est, ut mistia alterentur inuicem, fiat ex eis forma media. Auer. in 1. metaph. te. 16. ch. 7.

Mistio in naturalibus est miscibilium alteratorum vnio ad actum alicuius medij, quod ex omnibus ex se inuicem alterantibus mistis generatur. Alb. mag. in priora chart. 108. col. 1.

Mistio, de qua agitur in hoc libro, est tantum in ordine ad generationem. Alb. magn. in 2. de gene. & cor. trac. 2. cap. 16. ch. 75. col. 3.

Mistio, & si non est actu aliquid miscibilium, est tamen aliquid actu. D. Thom. 1. metaphysic. 155. lec. 12. ch. 71. tex. 18.

Mistio quomodo fit, & quæ miscentur, & quot ad missionem requiruntur.

Mistio vbi est, necesse est entia illa esse tactiua, & si aliquid facit, hoc etiam principaliter patitur. Ari. 1. de

de gener. & corruptio. sum. 4. cap. 1. ch. 404. tex. 44.
Mistio non est eorum, quorum non est eadem materia.
 Arif. 1. de gener. & corrup. cap. 8. char. 418. tex. 8.
Mistionem non faciunt actiuorum, & passiuorum quæ-
 eunque sunt facile diuisibilia, multa quidem paucis,
 & magna paruis composita, sed augmentationem do-
 minantis. Arif. primo de gener. & corru. cap. 8. char.
 420. tex. 88.
Miscibilia sunt, quæ potentiis quodammodo adæquan-
 tur, tunc mutatur quidem vtrunque in dominans ex
 sui ipsius natura, non generatur autem alterum, sed
 medium, & commune. Arif. 1. de gener. & corru. ca-
 pit. 8. char. 420. tex. 89.
Miscetur magis parua fecus parua posita, facilius enim
 inuicem permittantur, & citius: multum autem, & a
 multo, hoc tardius operatur. Arif. 1. de gen. & corru.
 cap. 8. char. 420. tex. 89.
Miscibilia sunt facile terminabilia: facilius enim in par-
 ua diuiduntur. Arif. 1. de gener. & corrup. cap. 8.
 char. 420. tex. 89.
Miscibilia maxime corporum sunt humida, facile enim
 terminabile est, nisi viscosum fuerit. Arif. 1. de gener.
 & corru. cap. 8. char. 420. tex. 89.
Miscetur parum aut nihil, cum alterum passiuum erit ve-
 hementer, alterum valde remisse, aut nihil, vt cuprum,
 & stannum. Arif. primo de gener. & corru. cap. 8.
 char. 420. tex. 89.
Mistis omnibus terra inest, quia vnumquodque est ma-
 xime & multum in proprio loco: aqua inest, quia ipsa
 composita indigent terminari, aer, & ignis, quia ter-
 re, & aquæ sunt contraria, vt contingit substantiæ sub-
 stantiam contrariam esse. Arif. 2. de gene. & corrup.
 sum. 3. c. 2. tex. 47. c. 440.
Misceri primum non contingit non tangentia se inuicem
 alicuius. Arif. primo de gener. & corru. sum. 4. cap. 1.
 char. 404. tex. 43.
Miscibile omne non est omni miscibile, sed oportet exi-
 stere separabile vtrunque mistorum. Arif. 1. de gener.
 & cor. cap. 2. char. 418. tex. 83.
Miscibilia videntur prius ex separatis conuenientia, &
 possibilia separari rursus. Arif. 1. de gen. & corru. cap. 7.
 char. 418. tex. 84.
Mistionem Democritus existimauit fieri proximo cor-
 porum situ, quæ diuidatur, & in minutas partes tem-
 perentur, & vicino situ mistionem efficiunt: negatq;
 aliqua vere temperata esse, & corpora illa propriam
 naturam conseruare affirmat. Alexan. aphrod. de mi-
 stione. char. 57. col. 2.
Mistionem Epicurus ait fieri proximo corporum situ, non
 tñ seruatis in diuisione, sed in elementis, ac atomis di-
 uisis, ac resolutis. Ale. aphr. de mistio. char. 57. col. 2.
Mistionem fieri Chrysippus Stoicus ait, vnica vniuersa
 substantia spiritu quodam per eam totam penetrante,
 per quem sibi ipsa cohereret, ac perdurat, communesq;
 cum eo affectiones habet. Ex omnibus autem, quæ
 miscentur, corporibus, quasdam mistiones proximo
 situ fieri affirmat, duabus quibusdam, aut plurib. sub-
 stantijs in eundem aceruum compositis, atque conie-
 ctis, & proxime appositis, per motum, vt aiunt, ratio-
 ne vacantem, seruante tamen vtraq; ipsarum in eius-
 modi proximo situ iuxta ambitum, & circumscriptionem
 propriam, & substantiam, & qualitatem, vt in tri-
 vici congerie fieri solet. Nonnullas autem confusiones
 esse per omnes partes, verum substantijs, ac ipsorum
 qualitibus mutua abolitione deperditis, vt in phar-
 macis per corruptionem eorum, quæ miscentur, alio
 ex ipsis genito corpore. Quasdam deniq; fieri mistio-
 nes affirmat per totas quasdam substantias, & qualita-
 tes inter se contra extensas, ita tamen, vt et substan-
 tiæ, & qualitates, quæ primæ erant, conseruentur. Que
 sola proprie mistio appellatur. Contra extensionem

duorum, plurimve corporum inter se integrorum
 per integra, ita vt vnumquodq; seruet propriam sub-
 stantiam, & qualitatem, quæ in ipsa est, solam ex mi-
 stionibus, crasin appellat. Nam proprium tempera-
 torum esse ait, vt a se possint denuo separari. Alexan.
 aphrod. de mist. char. 57. col. 3.
Mistio est in iis, quæ suapte natura subsistere possunt:
 quare videntur denuo segregari posse mista, & cum
 sola substantia subsistere possit, solius substantiæ mi-
 stio esse videtur. Alexander aphrod. de misti. char.
 59. colum. 2.
Mistio non esse potest affectionum, quia per se subsiste-
 re non possunt: & eadem ratione nec formæ substan-
 tiales misceri possunt. Alexan. aphrod. de mistio. char.
 59. colum. 2.
Miscetur solæ substantiæ, & hæ separabiles, & quæ sua-
 pte natura subsistere, locumque occupare possunt: &
 hæc sunt corpora ipsa. Alexan. aphrod. de mistio. char.
 59. colum. 3.
Mistio est intercedente actione, & affectione corporum
 iuxta se inuicem positorum per transmutationem, ci-
 traque corruptionem vnio. Alex. aphrod. de mistio.
 char. 59. colum. 3.
Mistum quod est, non est aliquod corpus actu eorum,
 quæ mistionem ingrediuntur. Alexan. aphrod. de mi-
 sti. char. 59. col. 4.
Mistio est eorum, quæ separata sunt, & per se subsistere
 valent, qualia non sunt accidentia. Alex. aphrod. in 1.
 metaph. com. 67. char. 33. col. 2.
Mistio est corporum, & per contrarietatem efficitur.
 Alexand. aphrod. in pri. metaphyses comm. 67. char.
 33. colum. 2.
Mistio in tribus constat: pulchritudine, veritate, com-
 mensuratione. Alexand. & Eufr. in secundo poster.
 char. 6. col. 2.
Mistio vt fiat mistorum ipsorum mutua vnio, vt sit se-
 cundum mediocritatem, necesse est, ne propter super-
 abundantiam aliud trāsmutet in sui naturam. Simpl.
 in 1. de ani. tex. 57. ch. 14. col. 3.
Miscetur agentia, & patientia contrarietatem habentia,
 humida existentia, ac quodammodo equata potē-
 tijs. Ioan. gramm. in 1. de gene. & corrupt. tex. 89.
 com. 135. chart. 99.
Miscibilia cum agant se tangendo equaliter inter ipsa, &
 magis se tangant diuisa, minorem enim profunditatē
 habent, ideo diuisa magis miscentur. Ioan. gramm. in 1.
 de gene. & corrup. te. 89. com. 136. chart. 99.
Miscibilia magis omnium sunt humida, nisi sint viscosa.
 Auerro. 1. de gener. & corruptio. te. 86. col. 4. ch. 166.
Miscendi difficultas accidit ex sicco. Auerr. 1. de gener. &
 corruptio. tex. 88. char. 166. col. 4.
Miscibilia sunt illa, inter quæ aduenit humiditas ab ex-
 tra, & humefiunt, & hoc propter apertionem pororū.
 Et horum alia sunt velociter passibilia vt butyrum:
 alia non, vt lana: & alia in principio suæ miscibilitatis
 liquefiunt, vt salnitrum. Auerroes meteor. 4. chart.
 212. colum. 3.
Mixta se tangunt, postea se admiscuntur. Auerr. in 12.
 Metaphy. te. 10. char. 141.
Mistionem non mouet violentia, sed natura. Alb. mag.
 in 1. de gene. & corru. tract. 6. cap. 4. ch. 70. col. 4. Idem.
 D. Tho. in 1. de gene. & corru. char. 22. lec. 24. text.
 4. columna 4.
Mixtum aliquid fieri nequit, vt habeat plus de frigi-
 ditate quam de caliditate, cum frigidum sit quali-
 tas abscindens mistum, & mortificatiua. Alber. ma-
 gnus in 2. de gener. & corruptio. tract. 2. cap. 15. char.
 75. colum. 2.
Mistura fieri debet secundum proportionem, & exi-
 gentiam speciei, quæ constituitur per misturam, ita
 vt in omnibus mistis abundet terra, & aqua: quia si
 effect

esset maior quantitas ignis, & aeris propter raritatē,
 non contineretur: aqua, & terra. Ideo nullum mi-
 storum locum habet in igne, & aere, sed in aqua, &
 terra. Et si aliquando lapides, & metalla generantur
 in montibus, itatim tendunt ad locum terræ, & ibi
 saluantur: & eadem ratione aqua non dominatur in
 mistis, quia non contineret figuras. Alb. mag. de nat.
 loco. tract. 2. cap. 1. char. 99. col. 2.

Mistiones cuiuslibet rei compositæ ex contrarijs dux
 sunt: vna, quæ est secundum proportionem speciei
 suæ: alia quæ est ex loco, in quo est perfecta eius ge-
 neratio. Albertus mag. de nat. locorum tract. 2. cap. 2.
 char. 99. col. 3.

Miscibilia sunt, quæ sunt de numero patientium, vel a-
 gentium, & habent contrarietatem, quia sunt inui-
 cem passiuæ. D. Thom. 1. de gener. & corru. com. 23.
 l. 24. tex. 87. col. 4.

Mistum oē magis delectabile est, quā simplex, vt simpho-
 ma. D. Th. in 3. de ani. l. 2. tex. 143. c. 39. col. 4.

Mista vt sunt in medio, & vt sunt in misto.

Mista sunt quodammodo, quodammodo non sunt,
 actu quidem existente alio generato ex ipsis, po-
 tentia autem quid utriusque corū, quæ erant ante-
 quam miscerentur, & non deperdita. Arif. 1. de gene.
 & corru. cap. 7. char. 418. tex. 84.

Mistum, si est aliquid, quod mistum est, simularium oportet
 esse partium, & vt aquæ pars aqua, ita & temperati.
 Arif. 1. de gene. & corrup. cap. 7. char. 418. tex. 84.

Miscibilia non permanent actu, vt corpus, & album nec
 corrumpuntur, nec alterum, nec ambo: saluatur enim
 virtus eorum. Arif. primo de gener. & corru. cap. 7.
 tex. 86. char. 418.

Mistionem quæ ingrediuntur, nō seruant naturam suā
 incolumem. Alexan. aphrod. in 1. de ani. cap. 4. char.
 32. colum. 1.

Miscibilia proprie non augentur, sed appositione maio-
 ra fiunt. Ioan. gramm. in 1. de gener. & corru. char. 50.
 tex. 54. com. 91.

Mista non participant contraria secundum simplices, &
 puros actus contrariorum, sed secundum medios a-
 ctus. Alb. mag. in topic. c. 245. col. 2.

Mistionem intrantia secundum actum non sunt in mi-
 sto, secundum potētiā sunt: quia eorum virtus con-
 seruatur. Albertus mag. de gener. & corru. tract. 6. cap.
 3. char. 70. col. 3.

Misti non est tanta actu caliditas, quanta simplicis. quan-
 titatem autem tantum essentia nil prohibet esse, &
 sic de alijs qualitibus. Alb. mag. in 1. de gen. & cor.
 tract. 6. cap. 6. c. 70. col. 4.

Misti forma substantialis est simplex, vt diuersa a mistu-
 ra. Albertus magnus in 4. meteor. tract. 1. cap. 4. char.
 117. colum. 3.

Mista postquam mista sunt, contingit alicuius esse, ali-
 qualiter non esse in misto: sunt enim potentia præser-
 uata virtute eorum, sed non sunt ibi actu. D. Th. in 1.
 de gen. & corru. l. 24. tex. 84. c. 22. col. 3.

Miscibilia alicuius in misto manent, vt in medio extre-
 ma. D. Tho. 4. politi. l. 8. char. 60. col. 3.

Miscibilia non saluantur in misto secundum actus pro-
 prios. D. Tho. 4. politi. l. 8. c. 60. col. 3.

Miscibilia & si sunt in potentia in misto, tamen non
 sunt in eo in potentia pure passiuæ, manent enim vir-
 tutes in misto. Diuus Thomas primo metaph. lec. 12.
 char. 71. te. 18.

Mistum habet virtutes, & operationes corporum mi-
 scibilium. Diuus Tho. primo metaph. sec. 12. char.
 71. tex. 18.

Mista nou sunt in actu, sed in potentia, ita vt nihil est in
 actu distinctum in misto. Alexander de ales in primo

metaphysic. char. 25. colum. 4.

Multum, & quantum diuisibilia sunt, sed differunt, quia mi-
 stum diuisibile est in partes, quæ nō sunt in misto, nisi
 virtualiter: et si sunt (vt aliqui dicunt) sunt secundum
 esse diminutum, & refractum. Compositum diuisibi-
 le est in materiam, & formam, quæ realiter sunt in ip-
 so toto: & in hoc differt a misto. Alex. de ales in 5. me-
 taphysic. tex. 18. char. 153. col. 1.

Mistio vt differt a compositione, & a generatione.

Mistio, & compositio differunt: quia compositio est
 quædam mistio, & compositio fit ex similib. quan-
 doque, & eiusdem speciei fit: mistio autē ex differen-
 tibus, & indifferentibus, quare tritici aceruus est com-
 positio, & non mistio. Alexander aphrod. de mist.
 ch. 59. colum. 3.

Mistio differt a corruptione, & generatione, quod in ijs
 integrum alterum in alterum transeat, & contrarieta-
 tes assumat, per quas id, quod passum est, penitus pri-
 stinas suas deponit, & amittit. In compositione au-
 tem quoties plura corpora, quæ agendi vim, ac patien-
 di vicissim habent, in idem coeant, nec contrarietati-
 bus adeo alterum ab altero separari possit, vt in illius
 naturam migret, tunc ita agunt, vt abiecta contrarie-
 tatum excellentia vnica qualitatem efficiant vnica
 ea materia, quæ omnibus subiiciebatur, & fit in corpo-
 ribus humidis. Alexan. aphrod. de mist. c. 59. col. 3.

Mistio vt ad syllogismum pertinet.

Mistio in syllogismo metaphorice dicitur: proprie
 enim in naturalibus est mistio. Albertus magnus
 in prior. c. 108. col. 1.

Mistio in syllogismo est ordo diuersarum propositionū
 de inesse, & de modo, ad vnum eliciendum, quod na-
 tura illarum est, conueniens cum vtraque, quæ est con-
 clusio. Alber. mag. in prior. c. 108. col. 1.

Mistio in omni figura triplex est: necessarii, & inesse, con-
 tingentis, & inesse; necessarii, & contingentis. Alber-
 magnus in prior. c. 126. col. 4.

Mistio, vt ad amorem pertinet.

Mistio in amore est signum, quod amās est affectus
 animæ, cui animus adiecit. Ioann. gramm. in 2.
 prior. cap. 22. ch. 82. col. 1.

Mobile omne potest, & velocius moueri, & tardius. Ari-
 stot. physic. sum. 1. cap. 2. te. 15. ch. 149.

Mobile quod est, non est actu, sed potentia. Arif. phys. 8.
 sum. 2. cap. 4. te. 40. c. 214.

Mobile quippiam non est rationale esse sempiternum,
 cuius non contingit esse secundum naturam motum
 sempiternum. Arif. secundo de celo. su. 2. cap. 2. tex.
 35. c. 298.

Mobile omne dum mouetur, est in termino a quo, &
 non in termino ad quem. Arif. 1. metaph. ex su. 2.
 cap. 4. c. 225.

Mobile omne per animam desiderio alicuius, vel aucto-
 ritate mouetur. Alexander aphrod. in prim. natu. q.
 cap. 25. ch. 6.

Mobilia omnia æquali tempore mouerentur, si per in-
 diuisibilia esset motus. Alexander aphrod. in 2. natur.
 q. cap. 1. c. 6.

Mobilia facile alia sunt dispositiones, quæ propter id qua-
 litates sunt, & ei, quod disponitur, characterem im-
 primunt: alia motus facile solubiles, qui in solis passio-
 nibus considerantur, nec qualitates appellantur. Simp-
 lic. in præd. c. 68.

Mobilia per accidens hoc proprie ad locum accedere, &
 in loco esse, nec dici, nec affirmari par est. Simplic. in
 quarto

quarto physic. te. 32. ch. 205. colum. 1.
Mobilia, quæ in vasis ponuntur, per accidens mouentur. Simplicius in 4. phys. char. 211. col. 1.
Mobilia a se ipsis sunt, quæ, & standi in seipsis principia habent, & mouendi. Simpl. in 8. phys. c. 442. col. 1.
Mobile est in tempore per se, immobile per accidens. Dix. in præd. c. 51.
Mobile necessario est actu, sed non mouetur, vt est in actu, quia hac ratione quiescit, sed mouetur, vt est in potentia. Auer. 3. phys. exp. media. c. 204. col. 4.
Mobile præcedit tempore motum duobus modis: quorum vnus est, vt motum, in quo est potentia, sit alterius speciei a specie motu, in quo est ipse motus. Secundus, vt illud mobile, in quo est potentia ad motum, sit motum in actu, id est, quod motum in potentia sit idem numero cum motu in actu. Primus modus inuenitur in duobus, scilicet in motibus generationis, & corruptionis, & in motu translationis corporum simplicium. Auerroes physic. 8. tex. 4. c. 155. col. 1.
Mobile & immobile non habent principium, nisi commune. Auer. 12. metaph. te. com. 6. c. 135.
Mobile omne, vt a primo motore, mouetur a causa prima, quæ per intellectum mouet. Et intendit per motum moueri in aliquod, quod est esse diuinum per modum, per quem potest aliquo modo assimilari. Ideo appetitus intellectualis est, quo appetit materia simili primo in esse diuino. Alb. mag. in primo physic. ex 3. trac. cap. 17. c. 15. col. 2.
Mobilia quædam mouentur ex se, ita vt principium sui motus in seipsis habeant, vt animata, & intelligentia; quæ omnia habent motorem, qui est in actu. Alia non habent principium in seipsis, & hæc sunt duplicia. Nam alia, nec primum mouens habent in se, nec formam, quam dat motor, vt quæ motu locali violenter mouentur. Alia, & si non habent primum mouens, tamen habent in se per aliquem modum formam motoris, vt corpora simplicia, quæ mouentur a generante. Alber. mag. in 4. phys. trac. 2. cap. 7. ch. 49. col. 1.
Mobilia tripliciter in motu participant velocitatem, & tarditatem; scilicet, aut ex motore solo, cum, & motor, & mobile est actu, vt corpora cælestia: aut ex medio iuante potentiam motoris, vt corpora simplicia: aut vtroque, vt animalia, quæ in aere, vel in aqua motu progressiuo mouentur. Alb. mag. in 4. phys. trac. 2. cap. 7. ch. 49. colum. 2.
Mobile nullum secundum naturam est mobile, nisi aliquo motore naturali. Alber. mag. in 4. physic. tract. 2. cap. 7. ch. 49. col. 3.
Mobilia extra naturam ad aliquem locum, extra naturam etiam quiescit in eodem loco. Alber. mag. in 4. physic. trac. 3. cap. 8. c. 68. col. 2.
Mobilia omne conuenit velocius, & tardius moueri considerato motu in vniuersali, non contracto ad aliquam materiam. Albertus magnus in 6. physicorum, trac. 1. cap. 4. c. 69. colum. 4.
Mobilia non contractum ad aliquam materiam non ponit aliquam formam determinatam, qua vel tardatur, vel fiat velocior eius motus. Alber. mag. in 6. physicorum, trac. 1. cap. 4. ch. 70. col. 1.
Mobili alia a motore intrinseco, alia ab extrinseco mouentur. Quæ ab extrinseco mouentur, causa vt non moueantur triplex est: absentia motoris, aut distantia eius ab ipso mobili, aut presentia impedimenti motus a motore, vel in mobili, vel in vtroque ipsorum. Albertus magnus in octauo physic. trac. pri. cap. 10. char. 91. colum. 4.
Mobilia ad formam etiam est mobile ad locum, sed non conuertitur. Albertus magnus in pri. de cæl. tract. 1. cap. 1. c. 1. colum. 2.
Mobilia omne naturale secundum locum, habet locum naturalem, ad quem mouetur, & locum innaturalem

a quo recedit, & locum, per quem transit. Albertus magnus in primo de cælo. tract. secundo, cap. 4. c. 10. colum. 4.
Mobilis consideratio alia est simplex secundum simpliciore potentiam ad motum, quæ est potentia ad locum, de quo in libris de cælo. Alia de simplici mobili secundum minus simplicem potentiam ad motum, qui suscipit tam substantialem, quam accidentalem formam, de quo in libris de gener. & corrup. Alber. mag. in pri. de gene. & corru. trac. 1. cap. 1. e. 59. col. 3.
Mobilium rerum propter multationem potentiam non est nisi opinio. Albertus magnus in 9. metaph. tract. 4. cap. 6. char. 141. colum. 3.
Mobilia cum iam peruenit ad terminum motus, in ultimo, quo peruenit, potest moueri sed tunc non mouetur, sed est in motum esse. D. Thom. in 8. physic. l. 2. te. 82. c. 149. colum. 3.
Molesti signa, in motibus tardus, & loquens tarde: vox tarda, & plena spiritu, & mitis, oculus hilaris, non splendidus, niger, nec valde apertus, nec omnino clausus, conueniens tarde: oculorum enim qui celeriter conueniunt, hi quidem timidum, illi vero callidum significat. Arif. physiog. cap. 6. ch. 340.
Molestus huiusmodi est, vt imminui sua non difficulter patitur. Aristot. quinto ethicorum. nicom. cap. 18. char. 131.
Molestus est circa quæ, & æquus: nempe circa iusta, quæ omnia a legislatore, non satis ad vnguem definita sunt. Arif. mag. moral. 2. cap. 2. ch. 322.
Modos multos prætermittit Aristoteles, quia ad rationem vtilis ipsorum differentia non est. Alexand. aphrod. in 1. prior. cap. 2. c. 7. col. 3.
Modus in propositionibus est, necessarium, impossibile, contingens, possibile, bene, sapienter, iuste. Amo. in li. de interpretatione. ch. 4.
Modus est vox, quæ, quo pacto insit in subiecto prædicatum, significat. Amon. in lib. de interpre. ch. 119.
Modi considerantur in eo, quod a nobis pronuntiat: materia vero in rebus, quæ in propositionibus sunt natura. Amo. in lib. de interpre. c. 120.
Modus est, qui indicat, quo pacto in subiecto insit prædicatum. Amon. in lib. de interpre. ch. 120.
Modus est pars præstantissima in propositionibus cum modo, quibus etiam dat nomen. Amon. in libro de interpre. ch. 121.
Modi non ex natura rerum, sed ex nostra prolatione dicuntur. Ioannes gramm. in 1. priorum. cap. 2. char. 9. colum. 2.
Modi, in quibus concluditur de omni, & de nullo, syllogistici sunt. Ioan. gramm. in pri. prior. cap. 15. char. 36. colum. 2.
Modi sunt, si est, quid est, quæ simplicia sunt: quia est, & propter quid est, quæ composita sunt. Ioan. gramm. in 2. poster. cap. 1. char. 57. colum. 1.
Modus rationem habet formæ: reliqua omnia in propositione rationem materiam habent. Magent. in lib. de interpre. char. 31.
Modi infiniti sunt, nam quot aduerbia qualitatem declarant, sunt modi. Magent. in li. de interpre. c. 31.
Modi, qui rei naturam indicant, sunt tres: necessarium, contingens, & impossibile. Magent. in lib. de interpre. charta 31.
Modus prolatione cognoscitur, materia intelligentia sola cognoscitur. Mag. in li. de interpre. ch. 31.
Modus in propositionibus modalibus pars est præstantior: ideo ad faciendum ex affirmatione negationem, modo applicanda est particula, non. Magent. in lib. de interpre. char. 31.
Modi sunt dictiones significantes modum inuentionis prædicati in subiecto. Auerroes epitom. in logicam. char. 343. col. 3.

Modus in propositione de inesse prædicatur, ita vt totum propositionis contineat. Boethius in libro de interpretatione char. 269.
Modi in libro de interpretatione quatuor sunt, possibile, impossibile, necessarium, & contingens. Boethius in libro de interpretatione char. 426.
Modo si addatur negatio, fit modi negatio: si autem ad esse negatio addatur, erit modalis negatio. Both. de syllog. hip. l. 1. char. 612.
Modus duplex: alius determinat verbum, vt Socrates currit velociter: alius determinat compositionem ipsam prædicari cum subiecto, vt Socratem currere possibile est. Tho. de Vio in perih. c. 26. col. 1.
Modi sunt prædicationes in modalibus propositionibus: reliqua sunt subiecta. Tho. de Vio in perih. c. 20. co. 2.
Modus non habet solum habitudinem prædicati respectu sui subiecti, scilicet esse, & non esse, sed habitudinem syncategorematis distributiu: sed non secundum quantitatem partium subiectarum ipsius subiecti, sed secundum quantitatem partium temporis subiecti. Tho. de Vio in perih. c. 32. col. 2.
Mechanicæ artes sunt, quas non propter se, sed propter alterius utilitatem quaerimus, vt futoria propter calcem. Alber. magn. in 1. metaph. tr. 1. ca. 6. c. 57. col. 4.

Mola, vt vitium vteri.

Molam mulieres pariunt, & cum aliquibus hæc affectio senescit, & comoritur: quod accidit, cum neque ita frigidus vterus est, vt emittere possit; nec ita calidus, vt possit concoquere: & adeo durum id euadit, vt securi scindi non possit, sed raro id existit, & medium defectus ijs accidit, quia eo absumentur excrementa: & cognoscitur si vterus habet molam, cum ita est, vt qui gerit infantem, & ei os sit tale, quale, qui conceperit. Ari. de hist. ani. 10. ca. 9. c. 296.
Mola est vitium, quod accidit mulieribus prægnantibus, quamquam raro. Arif. de gen. anim. cap. 7. char. 255.
Mola aliquando per multos annos, aliquando per totam vitam durat. Arif. de gener. anim. cap. 7. char. 255.
Mola, quæ prodierit, ita obdurefcit, vt vix ferro transigi possit, quod ob cruditatem est. Aristot. de generatio. anim. 4. cap. 7. char. 255.
Mola gignitur, cum conceptus consistit ex humore concoctu difficili, & mulieribus, aut solis, aut maxime fit. Arif. de gener. anim. 4. cap. 7. char. 256.
Mala concoquuntur a calore absoluto, non naturali. Auer. de generatione animalium 4. ca. 7. ch. 246. col. 4.
Mola causa duplex est: vel quia recipitur sperma mulieris sine viri spermate in somno, aut vigilia, aut conuersione sperma viri sine spermate mulieris: sed aliquando accidit mulieribus impregnatis, cum aliqua pars spermatis viri manet non commista cum mulieris spermate, aut mulieris, quæ non sit commista cum viri spermate, & egreditur cum partu, & raro viuunt mulieres, quibus hoc accidit per multum sanguinem de corporibus suis educit. In hoc autem differt mola ab impregnatione, quia motus molæ non fit, nisi aliqua hora, sed sæpe fit motus, & venter durior est, si mulier molam habet, quam si puerum. Alber. magn. de anim. lib. 10. tract. 2. cap. 2. ch. 94. col. 4.
Mola sæpe durat in matrice vsq; ad senectutem, & quæ conceptus inuenit molam in matrice, raro euadit mulier, quæ moritur in puerperio in regionibus aquilonaribus ob maximam superfluitatem, quæ euacuatur. Albertus mag. de animalib. lib. 18. tractat. 2. ca. 6. c. 157. colum. 2.
Molesta sustinere difficilius, quam a iucundis abstinere. Aristoteles tertio ethicorum, cap. 9. char. 71.
Molesti, aut non suavis conuersatione nemo vt potest. Aristoteles 8. ethicorum, capit. quinto. chart. 196.

Molestiam assidue sustinere nemo vult. Aristoteles 8. ethic. cap. 6. c. 198.

Molle, vt qualitas.

Molle est, quod in seipsum cedit. Aristot. 3. de cælo cap. 1. te. 11. c. 335. Idem 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 2. te. 12. char. 426.
Molle est humidum, durum sicci. Aristoteles secundo de gener. & corruptio. sum. 1. ca. 2. te. 12. ch. 426.
Molle est, quod cedit in seipsum, non circum obfistendo. Aristot. meteor. 4. sum. 2. ca. 1. te. 29. char. 568.
Mollificabilia sunt concretorum, quæcunque non ex aqua, velat glacies, sed quæcunque terræ magis, & neque totum humidum euaporauit, vt in nitro, & sale, nec hinc inæqualiter, vt fictile, sed sunt trahibilia non existentia humectabilia, aut ductilia non existentia aquæ, & mollificabilia igne, vt ferrum, cornu, & ligna. Ari. meteor. 4. su. 3. ca. 2. te. 43. c. 577.
Molle est, quod habet potentiam, vt facile diuidatur. Sim. in præd. ch. 64. Idem Boeth. in prædic. ch. 177.
Molle est, id quod minus retinet speciem. Simp. in præd. ch. 66.
Mollefactio, & grossitudo nil aliud est, quam augmentum quantitatis, & diminutio eius. Auer. mete. 4. c. 210. c. 4.
Mollefactionem consequitur subtilitas. Auerroes mete. 4. char. 210. col. 4.
Mollia sunt illa, in quibus profundatur digitus, & remanent superficies earum in dispositione, secundum quam non separantur, seu non discontinuantur, vt est dispositio in aqua: contrarium vero huius est lapis durus, & per relationem ad tactum definiuntur. Auer. mete. 4. char. 212. colum. 3.
Mollia passibilia sunt, quæ cum hoc, quod digitus profundatur in superficie eorum, non redeunt ad illud, in quo fuerunt. Auer. meteor. 4. c. 212. col. 5.

Molle, ut pisces.

Molles omnes pisces caput inter pedes, & ventrem habent: brachia tergo octona omnibus binis, ac tabulorum ordinibus, ductu perpetuo omnibus, excepto genere vno polyporum. Ari. de hist. ani. 4. ca. 1. c. 107.
Mollia habent atramentum, sed plurimum in sepia est, quod effundunt metu percussa, maxime sepia. Ari. de hist. ani. 4. c. 1. ch. 209.
Molle nullum crustatum, vel vocem, vel sonum aliquem mittit naturalem. Arif. de hist. ani. 4. c. 9. c. 136.
Mollia omnia coeunt oribus inuicem admotis, complexuque mutuo brachiorum libidinem explent. Aristoteles de historia animalium quinto, capite 6. chart. 152.
Mollia quoque verno tempore pariunt, & sepia in primis. Parit hæc omnibus anni temporibus, & cum egerit, mas subsequitur, & super oua spargit atramentum, & ea solidescunt. Aristoteles de historia animalium 5. c. 12. c. 158.
Mollia copulatione, ac venereo coitu ouum concipiunt candidum, quod in dies arenidum, quale illud crustati generis, euadit. Ari. de hist. ani. 5. c. 18. c. 173.
Mollum astutissima sepia est: suo enim atramento vitæ, & cum timet, & cum absconditur. Aristoteles de hist. animalium 9. ca. 36. ch. 350.
Mollia pedes omnes continent in ea parte, quam priorem appellamus: cuius causa est, quod eius pars posterior ad priorem adducta est, extremaque coeunt, & confunduntur. Ari. de partib. ani. 4. ca. 9. c. 526.
Mollia ore coeunt, complexuque mutuo brachiorum, quæ natura exitum excrementi in os inflectendo adduxerit. Aristot. de gener. animal. 1. ca. 15. c. 111.

Mollis, vt ad mores pertinet.

Mollis, & delicatus est, qui deficit in iis, aduersus quæ plerique renuntant, & possunt. Aristoteles septimo

Septimo ethicorum ad Nicomachum capit. 7. ch. 174. Molosus est bestia magna, dentes fortes habens, & prominentes, ideo dure bellatur, & licet omnibus infesta sit, puerorum tamen verbera fugit, & timet. Albertus mag. de anima. lib. 22. tractat. 2. chart. 181. column. 4. Momento quædam fieri dicimus, cum ad earum perfectionem nulla temporis perfunctio exigitur. Them. in prim. de anim. capit. 20. text. 47. chart. 65. column. 4. Momentum non est grauitas, aut leuitas, sed mensura grauitatis, & leuitatis. Simplicius in prædic. char. 33. Monedularum tria sunt genera. Vnum quod Graculus vocatur, magnitudine quanta Cornix, rostro rotundo, & rutilo. Alterum Lupus cognominatum, paruū, & scurra. Tertium, quod familiare Lydiæ, & Phrigiæ terræ, idemque palmipes est. Aristoteles de historia animalium 9. capit. 24. char. 339. Monedularum ingens copia apud Venetos deferri aiunt, quæ totam regionem deuantant, quibus ipsi antequam ad sua loca aduolant, inter confinia diuersorum generum munera apponunt, & ea feminare consueuere: quæ si monedula degustarint, adeo in confinio remorantur, ceu si hostium impetus eas repelleret. Aristoteles de admir. aud. numer. 114. char. 865. Monedula quasi monetam tollens dicitur, vel diligens. est auis nigra, in superiori capitis vergens aliquantulum in cineritatem nitentem: grata est auis, & omnem monetam, quam inuenit, abscondit: voces humanas imitatur cum in pullo docta fuerit: pedes nigros habet, & gaudet si fricetur in capite, & carnes eius comestum prurium in capite inducunt. Albertus magnus de anim. lib. 23. capit. 24. char. 194. column. 1. Monoceros est animal ex multis compositum, mugitu horridum, equino corpore, elephantinis pedibus, cauda suilla, capite ceruino, in media fronte cornu gestans splendore pulchrum, quatuor pedum longitudinem acutum. Non venit viuum in hominis potestatem, sed se videns vinci, occidit furore seipsum. Albertus mag. de ani. l. 22. tract. it. 2. char. 181. column. 4. Monstra sunt peccata illius, qui per aliquid agit. Aristot. physico. 2. capit. 3. text. 82. char. 50. Monstra ex homine, & cane oriri non possunt, quia tempore grauiditatis in homine, & cane plurimum discerpant, & nullum nasci nisi suo tempore potest. Aristot. de generatione animalium 4. capit. 4. chart. 238. Monstra dicuntur quod prodeant forma multi membri. Aristoteles de gene. ani. 4. cap. quarto char. 238. Monstrum est oblatio quædam. Aristot. de generatione animalium 4. capit. 4. chart. 238. Monstra crebrius fiunt in gallinis. Ari. de ge. ani. 4. c. 4. c. 238. Monstrorum causa ponenda est in materia. Aristoteles de generatione animalium 4. capite 4. char. 239. Monstra minus in homine visuntur, sed in locis, quibus mulieres profecundæ sunt, vt in Aegypto sepe veniunt monstra: Ari. de generat. animalium 4. cap. 4. ch. 240. Monstra gignunt interdum pluribus, quam iustum sit, digitis: alia vno solo, & sic in ceteris partibus. Non nulla duplici genitali, maris, & foeminae in homine, sed magis in capris id fit. Iam & in crure cornu gerens capra inspecta est; & partibus internis mutationes accidit. Aristot. de generatione anim. 4. capit. quarto char. 240. Monstra vnum, vel plura esse iudicandum est, si principium, vt cor, sit vnum, vnum animal: si duo, duo animalia: partes vero superuacuas agnationes sunt. Aristot. de gene. anim. 4. capit. quarto char. 247. Monstra paruæ quadrupedes parunt: homo autem, & grandes animantes omnes minus, & equi, & Asini, quia paruæ, vt canes, sues, capræ, oues longe fecundiores sunt, quam grandes: & monstra tunc fieri solent, cum plura semina coherescunt, & confunduntur. Vnde, & aues monstra edunt. Oua nanque vitello pariunt geminato. Monstrum autem ex geminatis illis

consistit, quorum vitelli nulla interiecta membrana distinguuntur. Aristoteles problematum section. 10. numer. 60. chart. 447. Monstra vocantur præcantus citharedorum, quos inarticulatè canunt, vt experiantur chordarum discordantiam, & tunc secundum conuenientem melodiam rationem extensæ sunt. Io. gram. in pri. pos. ca. 18. c. 40. col. 3. Monstra uon sunt nec natura particularis, nec secundum particularem naturam, sed sunt secundum vniuersalem naturam, quia nihil est in vniuerso præter naturam. Io. gra. in 2. phy. ch. 32. col. 1. Monstra sunt peccata naturæ, nec ea facere natura intendit, ideo naturæ finis non est monstra procreare. Ioannes gram. in pri. phy. te. 75. ch. 47. col. 3. Monstra fiunt ob materiam. Io. gra. in 1. de ani. ex proem. char. 4. col. 2. Monstra in ouis fiunt pro ratione separationis albuminis, & pro quantitate vitelli. Ioannes gramm. in 4. de gene. ani. ca. 4. c. 80. col. 2. Monstruosa raro fiunt. Auer. in phy. 2. te. 77. c. 36. col. 2. Monstra licet sint ex natura, tamen non a natura fiunt per se, sed propter materiæ defectum. Albertus magn. in 2. phy. tract. 1. ca. 4. c. 17. col. 1. Monstra, quæ a natura producuntur potius occasionata quam causalia dici debent. Albertus magnus in secundo physico. tract. 2. c. 12. char. 25. col. 4. Monstra propter quatuor causas fiunt: primo propter materiæ diminutionem: secundo propter materiæ superfluitatem: tertio propter qualitatum improprietatem ad materiam, quarto propter continentis malitiam. Albertus magnus in secundo physico. tra. 2. ca. 3. char. 28. col. 3. Monstra propter diminutionem materiæ tribus fiunt modis: secundum diminutionem membrorum tantum, & non secundum numerum: secundo secundum diminutionem, & secundum numerum: tertio secundum numerum, & non secundum magnitudinem. Albertus magnus in 2. phy. tract. 2. ca. 3. c. 28. col. 1. Monstra, quæ fiunt propter diminutionem materiæ, secundum quantitatem magnitudinis, vel secundum numerum, vel secundum diminutionem fiunt, vel ex diminutione materiæ, vel ex debilitate virtutis formatiæ, quæ non potest formare, nisi partem de materia, & reijcit aliam: & sic contra, quæ propter superfluitatem materiæ. Albertus magnus in secundo physico. tr. 2. ca. 3. ch. 28. col. 1. Monstra magis fiunt in animalibus, quam in plantis, quia animalium semen mollius est, & plura exiguntur ad terminationem eius, quam seminis plantæ, & animal est difficilis generationis, & planta facilis. Albert. mag. in 2. phy. tract. 2. ca. 3. c. 28. col. 3. Monstra conuolueri, & generari faciunt quædam loca in celo cum illis luminaria conuenerint, & impediunt in propria, & efficaci materia figuram humanam generari. Alb. mag. in 2. de miner. ex tra. 3. c. 2. c. 142. col. 2. Monstra morum (vt ait Plato) fiunt, vt monstra naturæ. Alb. mag. de mot. ani. l. 2. tr. 2. ca. 5. c. 48. col. 1. Monstruositas naturæ, eo quod inditium est corruptionis organorum, in quibus fiunt spiritus mouentium, sepe causat monstruositatem morum. Albertus magn. de motib. ani. l. 2. tr. 2. ca. 5. c. 48. col. 1. Monstrum in corpore est etiam (vt Moyses Aegyptius ait) monstrum in anima, & moribus. Albertus magnus de mot. ani. l. 2. tr. 2. ca. 5. char. 48. col. 1. Monstrorum causa in materia est, & in modo impregnationis, & creationis eius, quod concipitur. Albertus magnus de animal. l. 18. tract. 1. ca. 6. chart. 155. col. 2. Monstruositas accidit ex errore aliquo operationis naturæ, secundum abundantiam, vel defectum, aut positionem, aut figuram membrorum. Albertus magnus ibidem column. 2.

Monstrum in corpore (vt aitnt Physiognomi) est monstrum in anima. Alb. magn. ethi. 1. tr. 7. ca. 2. ch. 19. c. 2. Monstra generantur pp corruptionem alicuius principij. D. Tho. in post. ch. 36. col. 4. Monstra si duo capita habent, vel duo alia membra, vtrū sint vnum animal, vel plura, patet ex hoc, si cor vnum habent, sunt vnum animal, si plura, plura. Petr. de Auer. de long. & breuit. vit. l. 3. c. 62. col. 2. Montana loca velut spongia super suspensam multam aquam multitudinem accipiunt, & ascendentem vaporem in frigidant, & iterum in aquam condensant. Ari. meteo. prim. sum. 4. ca. 1. c. 482. Mons Gonium in Carthaginensium regno extat, multis variisque arboribus refertus, ac florum copia adeo distinctus, vt loca proxima gratam olentiam efficiant. Ea tamen in regione fontem olei exoriri asserunt, qui redolentiam ramentis cedri proxima detinet. ad huc autem neminem accedere fas est, nisi naturæ fontis nescius sit. hac vero ignorantia seruata, fontem plurimam olei copiam efferuere inquit, adeo vt tuto id exhaurire liceat. Aiuntque fontem prope lapidem magnum, & sponse natum inesse, qui æstatis feruore ineunte, ignis flammam effundit: at algore hyemis procedente ex eodem loco aquæ emanationem erumpere, quæ adeo frigida est, vt collecta non differat, a niue. nec quidem hoc modico tempore apertum est, sed vniuerso æstu ignem emittit, cæteris vero anni temporibus aquam. At circa Iouis delubrum coruus geminos continue degere aiunt, quorum vnum alio minime aduolare, ac alterum in anteriori parte colli albicare traditur. Ari. de admir. aud. num. 109. ch. 863. Montes campestres frigidiores sunt. Simplicius in secundo de celo te. 42. commen. 29. c. 67. column. 2. Montium eleuationes ad tantam magnitudinem terræ non sunt sufficientes ipsius sphericam figuram auferre. Simp. in 2. de celo te. 112. co. 67. chart. 33. column. 3. Montes alti sunt in partibus aquilonibus, quia quanto sunt frigidiora in superficie, tanto magis recludunt in se vapores calidos diu in terræ ventre congregatos, qui frequenter erumpunt in montes altos. Albertus magnus de natur. locor. distinct. prim. ca. 8. ch. 96. c. 3. Montium multa vicinitas diuersas dat proprietates locis ex situ, & altitudine ipsorum. Humiles non multum alterant ipsorum naturam. Alti si sunt ante locum versus Aquilonem, locus est calidus, quia reflectuntur radij, & vna fortia generantur. Si ad meridiem, & versus Aquilonem, locus est frigidus vehementer, tum ex niuibus, tum etiam, quia detectus est locus vento Aquilonari. Si ad Orientem, & habitatio ad Occidentem, erit frigida, & humida. Si ex parte Occidentis sunt montes, & locus ad Occidentem, locus frigidus, & humidus erit. Locus iuxta montes, niuosos, & frigidus, & inter montes conclusus est omnimode malus. Albertus magnus de natur. locor. distinctio. capit. 13. char. 98. column. 3. Montes orbis quartæ Orientalis sunt 7. Caucasus, Armenus, Cameses, Sina, Hediam, Libanus, Caspius. Alb. magnus de nat. locor. distin. 3. cap. 1. c. 101. column. 2. Montes quartæ partis Occidentalis famosi sunt 15. Menus, Alpes, quæ plurimæ sunt inter Lombardiam, & Theutonium, Apenninus, Balearis, Cirthimi montes, Albanus, Pyreneus, qui Fræciam ab Hispania diuidit, Marfos, Tiburnes, Cimus, Soracte, Olympus, Octanius, Tantaus, Fida. Et præter hos sunt alij multi, qui apud gentes habitantur, & nominantur, quæ sunt vicinæ eis. Albertus magnus de natur. locor. distinctio. 3. capit. 2. char. 101. column. 4. Montes quartæ Septentrionalis sunt 10. Hyperboreū, Rypheum, Iffanum, Caucasum, Hemū, Taurum, Eno dij, Ethna, Caumastes, Grichus. Albertus magnus de natur. locor. distinctio. 3. capit. 3. chart. 102. column. 4.

Montes quartæ Meridianæ sunt 6. Piramos, Peroniceus, Pareus, Ferarus, Arlanth, Cornofia. Albertus magnus de natur. locor. distinctio. 3. capit. 4. c. 103. c. 1. Montes, & valles duabus de causis generantur, prima est vniuersalis ex tremotum, cum superficies terræ est solida, causa accidentaliter duplex est, prima alluio maris, secunda est terra arenosa, quam venti colligunt, & montes faciunt. Albertus magnus de proprietat. elem. lib. 2. tr. 2. capit. 5. chart. 116. column. 3.

Moralis philosophia quid est, & quot modis dicitur.

Moralis scientiæ auditor bene moribus institutus esse debet, & hic vel iam habet, vel accipere principia facile potest. Ari. ethi. 1. ca. 4. char. 7. Moralis dicitur, qui suos ipse mores exornat. Ammon. in Porphy. char. 2. column. 4. Moralis scientia est species philosophiæ actiue, quæ circa hominum morum compositionem versatur. Eust. pri. mor. c. 1. Moralis est animarum medicina, vt ars medica corporum. Eustratius primo moralium. char. 18. Moralem solam philosophiam esse existimantur Stoici. Alb. mag. mor. pri. tra. 1. ca. 3. char. 2. col. 4. Moralis philosophus est modum philosophiæ ponens in his, quæ sunt virtutis, & in actibus humanis, proponendo, assumendo, & concludendo philosophiæ modum. Alb. mag. mor. pri. tr. pri. ca. 3. char. 2. col. 2. Moralis scientia, & si aliquo modo est de consideratione philosophiæ, non tamen cum Stoicis concedimus esse hanc solam philosophiam. Albertus magnus ethicorum pri. tractat. 1. ca. 3. c. 2. col. 2.

Moralis materia, & finis.

Moralis tractatio non est, vt speculemur, sed vt boni efficiamur. Ari. 2. ethicor. ad Nicomach. ca. 2. ch. 32. Moralis philosophiæ est per virtutes perfectio. Simplicius in prædicament. char. 2. Moralis scientiæ finis est, vt boni fiamus, quod fit si attinamus perfectum, & vltimum, quod quinque contingit modis. Primo est bonum in genere. Secundo est bonum naturæ, & rationis. Tertio est virtus consuecibilis, quæ in anima generatur, per quam homo efficitur potens ad agendum secundum virtutem. Quarto, in perficiendo comparatione inferiorum ad superiora: quod dupliciter est. Nam opus est ratione, ne corruat in præceps, & hæc retentio est mens, quæ continet secundum virtutem, ad quam perfectio fit idoneus per multas operationes secundum virtutem. Quinto, ex hac exercitatione acquirit heroicam virtutem, secundum quam operatur, & non potest homo propter hæc querere amplius secundum facultatem vitæ humanæ. Albertus magnus ethicor. pri. tra. 1. ca. 6. char. 3. column. 2. Moralis scientiæ materiæ sunt res pertinentes ad vitam, secundum quod ad felicitatem deseruiunt, & actiones voluntariæ, quæ sunt circa res illas, quibus iniunctæ sunt: tamen vniuntur per analogiam ad vnum. Albertus magnus ethicorum 1. tractat. 4. ca. 1. c. 9. c. 2. Morales rationes necessitatem non habent, sed sub motu liberi arbitrij sunt. Albertus magnus ethicorum 7. tractat. primo capit. 1. char. 106. column. 2. Moralem scientiam, qui refert ad opus, recte facit, nam practica est tam docens, quam vtens: docens enim non docet nisi secundum rationem operabilis. Albertus magnus ethicor. prim. tractat. 1. capit. 4. chart. 2. col. 4. Moralis philosophiæ subiectum est bonum hominis, in quantum est homo. Albertus magnus ethicorum pri. tractat. prim. capit. 5. chart. 3. column. 1. Moralis philosophiæ proprium est considerare operationes humanas, vt sunt inuicem ordinatæ, vt ad finem, quæ scilicet a voluntate hominis procedant secundum rationem ordinis. Diuus Thomas ethico-

ethicorum primo, lect. prim. text. secund. chart. 1. **M**oralis materiei non conuenit perfecta certitudo. D. Tho. ethicorum primo, lect. 3. char. 3. colum. 3. **M**oralia speciem variant ex fine, quæ intendunt. D. Tho. ethicorum quarto, lect. 8. char. 66.

Moralis philosophiæ utilitas.

Moralis doctrina ijs utilis est, qui secundum rationem, appetitiones, & actiones suas moderantur. Aristot. ethicor. prim. cap. 2. char. 6. **M**oralis virtus circa voluptates, ac dolores versatur: quippe cum ob voluptatem mala agamus; ob dolorem vero ab honestis abstineamus. Ari. 2. ethi. ad Nic. c. 3. ch. 34. **M**orales animæ partes due sunt, quarum altera virtus naturalis est, altera virtus propriæ: & harum quæ propriæ virtus est, non sine prudentia existit. Ari. 6. ethic. ad Nico. ca. 13. char. 156. **M**oralis docens omnibus prodest ostendendo studiosis viam, quamuis non profit omnibus operando, & perficiendo virtutem. Albertus magnus ethicorum prim. tract. quarto. ca. 6. c. 10. col. 2. **M**orales sermones veri, & opere probati non solum ad scire utiles sunt, sed etiam ad totam vitæ conuersationem. Alb. mag. ethicor. 10. tr. 1. ca. 2. ch. 107. col. 1. **M**oralis sola est de bono, & honorabili per essentiam, & in bono, & honorabili omnes excellit. Albertus magn. moral. prim. tract. 1. ca. 1. char. 1. col. 1. **M**oralis sola inter scientias possessorem secundum esse perficit boni, & honesti. Albertus magnus moral. pri. tra. 1. ca. 1. c. 1. col. 1. **M**oralis scientia est causa, vt omnes philosophi omnibus alijs scientis decursis, in ista vitam finierint. Albertus magnus moral. pri. tra. 1. ca. 1. c. 1. col. 1. **M**oralis sola ordinat omnia, quæ in homine sunt. Secundum virtutem morale ordinat animalitatem: secundum intellectualem ordinat discursiuam rationem: secundum heroicam virtutem ordinat, & perficit mentem: secundum virtutem contemplatiuam perficit intellectum. Albertus magnus moral. septimo. tractat. prim. cap. 1. c. 1. col. 1. **M**oralis scientia docet homines sequi rationem, & discedere ab his, ad quæ passionibus animæ inclinât, quæ sunt concupiscentia, ira; in quæ aliqui dupliciter tendunt. Vno modo ex electione. Alio modo, cum aliquis proponit a noxijs delectationibus abstinere, vincitur tamen interdum ab impetu passionis, vt contra suum propositum impetum passionis sequatur, qui vocatur incontinens. D. Tho. ethi. 1. lect. 4. char. 4. col. 1.

Moralis philosophiæ, quæ sint, & quot instrumenta.

Moralia sunt quæ sita, quæ habent relationem ad fugam, & electionem. Alexan. aphr. in 1. topic. cap. 9. c. 12. col. 4. **M**oralis scientiæ instrumenta sunt velle, & perseuerare in difficilibus. Alb. magn. moral. 1. tr. 1. c. 3. c. 2. col. 1. **M**oralis virtutis vniuersi cuiusque est id, circa quod modum ratio imponit. D. Tho. 2. ethic. l. 3. c. 24. col. 2. **M**oralis virtutis perfectio consistit in hoc, quod appetitus regulatur secundum rationem. Diuus Thom. 2. ethic. l. 4. c. 26. col. 2.

Moralis ad reliquas philosophiæ partes relatio.

Moralis videtur esse maxime principalis, & architectonica, quippe cum ea sit, quæ quasi nâ esse in ciuitatibus scientias oporteat, tum quales quemque discere, & quousque constituat, & sub ea honorabiles facultates constitutæ sunt, vt militaris, familiaris, & oratoria. Et cum ceteris actiuis hæc vtatur, quid item agendum, & a quibus

abstinendum præscribat, ac fanciat: eius finis aliarum omnium fines complectetur, efficieturque, vt is bonum ipsum humanum sit. Arist. ethic. 1. cap. 2. c. 5. **M**orales scientiæ naturales præcedere debent, cum ad vitæ nostræ institutionem pertineant. Themist. in pri. phys. in præfat. ch. 14. col. 4. **M**oralis non est mechanica, sed liberalis. Alb. mag. ethi. pri. trac. 1. cap. 4. ch. 3. col. 1. **M**oralis docens est theoretica, & moralis vtens est practica. Alb. mag. ethic. 1. trac. 1. cap. 4. c. 3. col. 1. **M**orbi, qui faciunt pulmonem durum, aut tuberculis, aut excrementis, aut caliditatis egritudinalis excessu, vt in febribus, crebrum spiritum faciunt; quia non possunt tollere longè sursum pulmonem, & deprimere, & tandem cum amplius non possunt mouere, moriuntur expirantes. Arist. de iuu. & se. vit. & mor. & resp. ca. 14. c. 328. **M**orbi committendi vim habent exuperantiæ nimie, quia vel excessum, vel defectum efficiunt: quare morbum consistere certum est. Arist. proble. sec. 1. nu. 1. c. 330. **M**orbum in defectu, vel excessu consistere certum est. Arist. proble. sec. 1. nu. 1. ch. 330. **M**orbi sæpe curari possunt, vbi quis abunde excessit, vel per vini excessum, vel per aquam, vel per salugines, vel cibi, vel inedia: quia causæ, quæ morbos comitantur, aduersæ inter se sunt: & ita efficitur, vt genus alterum duci per excessum alterius in medium possit. Arist. proble. sec. 1. nu. 2. ch. 330. **M**orbos temporum, flatuumque mutationes intendunt, tollunt, vt indicant, vel committunt, quia aut frigida, aut calida, aut sicca, aut humida sunt, morbosque; qualitatum horum excessus committit. Arist. probl. sec. 1. nu. 3. c. 331. **M**orbis si per humidam, aut frigidam materiam consistit, tempus accidens contrarium tollere illam poterit. At si similis status temporis subsequatur, interimet: quo etiam sit, vt qui bene valeant, ægrotate tempore mutato incipiant: corporis enim proinde temperamentum mutari necesse est, quippe quod non nisi temporum, ætatum, locorum statu idoneo aptum sit augeri, seruarique. Arist. proble. sec. 1. nu. 3. char. 331. **M**orbi acuti, qui ex bili consistunt, per hiemem potius vrgent: & si vitia bilis per ætatem contrahi debent, quia febribus illi comitati acuti propterea sunt, quia violenti: violentia vero contra naturam est: locis enim quibusdam in corpore humescentibus, feruens oritur inflammatio, quæ cum non nisi caloris exuperantia sit, febres accendere potest. Aestiuo igitur tempore arida, calidaque vitia male homines habent, hyberno autem humida, & calida perinde acuta. celeriter nanque interimunt, cum propter humoris supercrefcentis abundantiam concoqui nequeant. Arist. proble. sec. 1. nu. 6. c. 352. **M**orbis pestilens solus afficit eos, qui ad laborantes eo morbo prope accesserint, quia is morbus solus communis est hominibus omnibus. Itaque pestem omnibus facile infert, qui iam habitu sunt deprauato. sit enim, vt morbo cubantis veluti quodam fomite succedente, vitium illud protinus exulset, concipiaturque in alijs. Arist. proble. sec. 1. nu. 7. c. 332. **M**orbi corpora exercent tam vere, quam ætate cum hyems pluuiosa fuit, ver autem siccum, & aquilonium, quia hyemis tepor, & humor faciunt, vt corpora temporis eiusmodi proxima in qualitate reddantur: humida enim, & laxa, & soluta fiant necesse est, quæ cum ita se habeant, vere frigidum, & sicco facile concrefcere possunt, & indurari. Aristoteles problemat. sect. 1. nu. 9. charta 333. **M**orbo lingo laborantes a Vergiliarum occasu Fauonij vsque flatus pereunt, & senes potius quam iuuenes, quia vitis diu turnis laborantes non secus, ac senes effecti sunt, corpora enim, & sicca, & frigida habentur, quapropter cum vel paruo momento corpora patent, hyemis rigor quasi ignis

ignis igni iniungitur, & ita interimunt. Aristoteles problematum sec. 1. nu. 17. c. 336. **M**orbis longus quasi senectus esse videtur: corpora enim sicca, & frigida altera ob ætatem, altera ob languorem efficiuntur. Aristoteles problemat. sec. 1. nu. 17. ch. 336. **M**orbis ver, & autumnus infestant, quia mutationes graues occurrunt: sed autumnus vere grauior est, quia corpore calido refrigerante quam frigido incalescente potius ægrotamus. Aristoteles problematum, sect. 1. numero 27. char. 340. **M**orbis, qui contrahuntur a pituita, libido immodica prodest, quia semen genitale est extractio excrementi, ideo naturam præfert pituitæ, & quia multum pituitæ detrahit, iō inu. Arist. prob. sec. 1. nu. 51. c. 348. **M**orborum alij ab igne, alij a rore creantur. Curat morbos ignis, ros, roris vero ignis: hic enim exicat rorem. Arist. proble. sec. 1. nu. 59. c. 351. **M**orbos naturalis ordinis corporum esse motiones nulli dubium est. Aristoteles problematum, sectio. 19. numero 38. char. 521. **M**orbo regio laborantes cur astricto sunt alio, extremæ taque admodum alba egerunt? quoniam flaua bilis per totum corpus effusa est, quod, & cutis, & totius corporis colore percipitur, nec ita ad intestina confluit, vt tingere possit excrementa, nec per suam acredinem vim excrementariam excitat. Ale. aphr. problematum pri. numer. 90. c. 698. **M**orbi, qui crebrius veniunt, curari possunt facilius quam qui raro, quoniam qui sæpius euenire solent, minus naturam infestant, & crebriores praua deprauatio committere potest, graues magna inducit, & quod ex causa leuiori prodijt, facilius curatur. Ale. aphr. problem. 2. num. 29. char. 731. **M**orbis nullus cur in corde consistere possit? quia per membri opportunitatem ante mors rapit, quam morbus pateat. Ale. aphr. probl. 2. nu. 127. c. 773. **M**orbi aliqui per uigilium, & insomnium afferunt, vt, & somni copia inualentibus, & valentibus contingit. The. de som. & vigil. capit. 4. c. 96. colum. 3. **M**orbi sunt quidam, qui corpora præter naturam, afficiunt, alij etiam animis attingunt, vt etiam ipsarum facultates lædant, & offendunt. Eust. 6. ethi. c. 1. c. 266. **M**orosus est, qui nullius conuersatione, aut colloquio capitur, sed a suo more. Ari. mag. mor. 1. ca. 26. ch. 303. **M**orosus dicitur quasi mores aliorum improbens, libique placens. Aristot. ibidem.

Mors quid est, & quotuplex.

Mors alia est violenta, alia secundum naturam. Violenta, cum principium extrinsecus fuerit. Secundum autem naturam cum in ipso, & partis consentientia ex principio talis, sed non aduentitia aliqua passio. Quæ in plantis vocat ariditas, in animalibus senectus. Ari. de iuuent. & senect. vita & mor. & resp. ca. 14. ch. 327. **M**ors violenta est calidi extinctio, & marcor, quæ autem secundum naturam, est calidi marcescens propter temporis longitudinem, & perfectionem. Arist. de iuuent. senect. vita & mort. & resp. ca. 14. ch. 328. **M**ors est secundum metaphoram finis, quia ambo vltima. Aristoteles quinto metaphysicor. tractat. quarto capit. 16. te. 21. char. 118. **M**ors maxime omnium rerum est horribilis, cum terminus sit, & nihil magis homini mortuo, nec bonum, nec malum accidat. Ari. 3. ethi. ca. 6. c. 65. **M**ortale id simpliciter est, quod substantia deletum esse potest. Ale. aphr. in 8. metaph. vel. 9. secundum latin. com. 18. char. 142. col. 2. **M**ors est quidem vltimum, non tamen finis, quia non est id, quod præstantius est. Themist. in 1. physicorum te. 23. char. 22. colum. 3.

Mors est quoddam frigidum; & siccum, vt vita calidum, & humidum. Ioannes grammatic. in 5. de gene. anim. cap. 12. char. 8. colum. 3. **M**ortale vel dicit viuentis passionem, & tunc dicit causam abesse, & non est constitutiuum: vel compositi viuentis formam. Alb. mag. in præd. ch. 24. col. 3. **M**ors est præter cursum nature particularis, quia non mouet ad mortem, sed non est extra cursum naturæ vniuersalis, vt est mensura vitæ per periodum. Albe. mag. in 2. phys. 1. cap. 5. ch. 17. colum. 3. **M**ors non est finis, propter quem fiat; quod fit, quia ex malitia complexionis eius, quod mouetur, incidit præter intentionem motoris. Albert. mag. in 2. phys. tractat. 5. capit. 11. char. 19. colum. 2. **M**ors est vitæ priuatio procedens ex corruptione proportionis, quæ est inter viuificans, & viuificatum. Albert. magn. de mor. & vit. tract. 1. cap. 3. char. 59. col. 1. **M**ors vltimum est, non intantum, sed corruptio eius, quæ intantum erat. Alb. mag. in 5. meta. tr. 4. c. 1. c. 211. col. 2. **M**ors non est vltimum, vt finis & perficiens, sed vt destruens omnem vitæ operationem. Alb. mag. ethicor. 1. tract. 7. cap. 9. char. 21. col. 3. **M**ors, & corruptio sunt fines metaphoricè, non autem absolute: quia, & si sunt vltimum, non tamen eorum causa sit aliquid. D. Th. 5. meta. l. 18. te. 21. char. 373. **M**ortuum est viui corruptio. D. Tho. 8. metaphysicorum lect. 4. te. 14. char. 621. **M**ors, & combustio non sunt prædicata accidentaliter ratione eorum, quæ morti & combustionibus subiacet, sed sunt prædicata opposita subiectis. Tho. de uio. Caiet. in præd. ch. 29. colum. 1. **M**ors est quædam corruptio. Petrus de aluer. de long. & breuit. vitæ l. 1. char. 58. colum. 3. **M**ors duplex: violenta, cuius principium est ab extra: & naturalis, cuius principium est intra. Petr. de aluer. de iuuent. & senect. vita & mort. & resp. l. 17. char. 79. c. 4.

Mors unde prouenit.

Mortem nihil a seipso procreat, sed a contrario. Ambr. in porphi. char. 12. colum. 3. **M**ortis causa est frigiditas, & siccitas. Albertus magnus de iuuent. & senect. tra. 1. ca. 6. char. 50. col. 2. **M**ori generata omnia necesse est, tum quia quæ ingeritur, extraneum est, & dissimile cum in membra intrat, quamuis alimenter postea; tum quia omne quæ est ex contrarijs, distat in suis componentibus; tum et quia membra indurantur calore epotato aliquo substantiali humido, & sic tandem requiescere oportet; tum etiam, quia a calore circumdante educitur humidum, & cum eo calidum, & sic corpora arefcunt, tum etiam, quia animalia vel mouentur, vel quiescunt: si quiescunt, frigus complexionis inualefcit: si mouentur accenditur calor, qui educit humidum, & inducit senium. Sexta causa est, quia cum vacare animal non possit a motibus animalibus; qui exercentur per animales virtutes, vt imaginari, sentire, & cogitare, etiam illi distrahendo ad exteriorem spiritum, & calorem, paulatim resoluunt humidum, & inducunt senium. Albertus magnus de iuuent. & senectur. tractat. 2. cap. 2. char. 50. col. 4.

Mortalis nature proprietates.

Mortalis natura inepta est ad optimum simpliciter possidendum, quod soli diuinæ conuenit. Simpl. in 2. phys. cor. te. 74. char. 129. colum. 2.

Mortis accidentia.

Mori maxime accidit post solitium per centum dierum spatium, quia catenus vtraque vehementia calor, &

& frigoris se dilatat, quæ morbum perniciemque infirmis affert. Aristot. problem. sect. 2. nu. 26. c. 340.

Moriuntur cæleriter homines paruis passionibus aduenientibus in senectute, quia paucum est calidum, velut primo euaporato in multitudine vitæ. Arist. de iuuent. senect. vita & mor. & respir. ca. 4. ch. 327.

Mors in senectute est sine dolore: nulla enim violentia ipsis passione contingente moriuntur, sed insensibilis animæ absolutio fit omnino. Ari. de iuuentu. & senect. & mor. & vit. & respir. ca. 18. ch. 328.

Mori necesse est omnes, quibus cor vulneratum est. Ale. aphr. in 1. prior. ca. 47. c. 70. col. 3.

Mortale existens, vt singulare, est æternum: communia enim omni speciei insunt. Ale. aphr. in 1. natur. quæst. cap. 3. char. 1.

Moritur nemo in tempore, sed in termino, & confinio temporis. The. in 6. phy. te. 45. c. 51. c. 1.

Mori iniussu Dei vetat Plato. Ammo. in porphy. chart. 1. column. 3.

Morientes pro patria non patiuntur, sed agunt, vt Iamblicus ait. Simp. in præd. c. 84. col. 5.

Mortalia labore, dum agunt, defatigantur: ideo egent quiete ab actione secundum continuationem, sed æternum non afficitur labore. Simplic. in physicorum te. 44. ch. 445. col. 2.

Mortuum non dicitur, nisi animal, quod caret vita, nam principio motus, & sensus. Auer. 1. de anima. text. 95. chart. 126. column. 2.

Mortuum non dicitur de animali, nisi cum caruerit communicatione, quam habet cum plantis. Auer. 2. de anima. te. 2. te. 37. ch. 134. col. 3.

Mors iuuenum difficilis est supra modum, eo quod instrumentum habile animæ, & adhuc in medio complexionantium existens, fortissimum habet sensum, & difficilis separationis ab anima. Albert. magnus in 5. phy. tract. 3. ca. 7. ch. 67. col. 4.

Mors senum non est amara, cum calidum pungens in eis fit quasi nullum, & quod est, est ab alieno humido suffocatum, & non est potens ad pungendum: membraque sunt, quasi putrida, & insensibilia. Albert. mag. de mort. & vita tract. 2. ca. 7. c. 61. col. 4.

Mortui aperiunt os, quia modus claudendi mandibulam est contra pondus naturæ mandibulæ. Alber. magnus de ani. l. 1. tract. 2. ca. 14. c. 14. col. 2.

Mortui attingunt hanc præsentem vitam solum, vt remaneant in memorijs hominum viuentium. D. Tho. eth. 1. l. 17. char. 18. col. 2.

Mortem potius esse perferendam, & quæcunque durissima quam quædam grauiâ perpetranda. D. Thom. 3. eth. l. 2. c. 36. col. 2.

Mors in senectute est sine tristitia, quia dolor accidit ex concurrentia contrarij passionum violentiam inferentis, & in morte senum nulla fit passio violenta, nec contra inclinationem. Petr. de aluer. de iuuent. & senect. De vit. & mor. & respir. l. 17. char. 80. column. 2.

Mors, quæ accidit in senectute, est marcesfactio calidi in parte refrigeratiua propter impotentiam refrigerandi, quæ accidit propter longitudinem temporis. Petr. de aluer. de iuuent. & senectute de vita & mor. & respir. l. 80. char. 80. column. 4.

Mors, & generatio communia sunt omnibus animalibus. Petr. de aluer. de iuuent. & senectute vita & mor. & respir. l. 17. ch. 79. column. 4.

Morsus venenatorum grauiores sunt, si alterum ederit alterum. Arist. de hist. ani. 8. ca. 29. ch. 311.

Morsus peiores luna crescente habent animalia venenosa, quorum venenum est humidum, quia est fortius. Alb. mag. de propriet. elemen. l. 1. tract. 2. cap. 7. char. 110. column. 2.

Morus in omnibus ficus naturam habet, nisi quod est

peioris nutrimenti, & deterius stomacho. Alb. magna. de vegetab. l. 6. tract. 1. c. 126. c. 157. co. 2.

Mori cortex est tyriaca contra iusquamum. Albertus magnus ibidem.

Mos non est pars alterius rei quam ciuilis. Aristot. mag. moral. 1. ca. 1. char. 269.

Moribus efferis, & aspectibus sunt, qui in nimio, vel æstu vel frigore colunt: quia optima temperies, non corporis solum, verum & intelligentiæ hominis prodest: excessus autem omnes dimouent, & vt corporis, ita etiam mentis temperamentum peruertunt. Aristot. problemat. sect. 14. nu. 1. char. 483.

Mores ex motionibus iudicantur, vt & corpora. Aristot. 4. eth. ad Nico. ca. 8. char. 105.

Morum fugiendorum tres sunt species, vitium, incontinentia, & feritas. Ari. 7. ethico. ad Nicomachum capit. 1. char. 158.

Morum virtuti plurimum prodest, si gaudemus quibus oportet, & oderimus, quæ odio habenda sunt. Aristot. 10. ethico. ad Nicomachum cap. 1. c. 240.

Mos a consuetudine incrementum capit. Ari. mor. eud. 2. ca. 4. c. 385.

Morem animæ iuxta intemperantem rationem vocari, ac potentia qualitatem sequi recte dicimus. Ari. mor. eudem. 2. ca. 4. c. 386.

Mores dicuntur iuxta potentias passionum, a quibus passui, & iuxta habitus modum erga affectus, vel affecti aliquo modo, vel passionibus minime obnoxij. Ari. mor. eude. 2. ca. 4. c. 386.

Mores oratoris ad fidem faciendam potissimum prope modum fidem obtinent. Ari. the. primus char. 9.

Mores nobilitatis sunt, vt qui eam adepti sunt, honoris cupidores sint, & contemnant alios. Aristot. rhetor. 2. char. 102.

Mores diuitem sunt, vt sint contumeliosi, & contumaces, delicati, arrogantes, & (vt breuiter dicam) demeritis beati morum diuitiæ sunt. Aristoteles rhetor. 2. chart. 103.

Mores diuitem, qui nouis fruuntur diuitijs, & eorum, qui antiquis, differunt: quia omnibus malis, ijsque grauioribus cumulati sunt magis, qui nouis, nam nouas diuitias possidere, est quasi rudem diuitiarum esse, & iniurias inferunt non malitiæ, sed partim contumeliæ, partim incontinentiæ plenas, vt in verberatione, & adulterio. Arist. rhe. 2. c. 102.

Mores potentium sunt fere iisdem, ac diuitem, & partim meliores: sunt enim honoris audiores, & moribus viriliores, quia ea affectant negocia, quæ ipsis administrare propter potentiam licet: & studio magis dediti, quia in sedulitate sunt toti: & si iniuriam faciunt, non paruum, sed magnam faciunt. Ari. rhe. 2. c. 104.

Mores fortunæ prosperitates sunt, vt simus meliore conditione in ijs, quæ ad liberorum probitatem, & ad bona corporis pertinent, ac superbiores, & inconsideratiores ob fortunæ prosperitatem. Ari. rhe. 2. c. 104.

Mores optimi vni illi fortunam sequuntur, qui eos colunt, & erga diuinum numen aliquo modo affecti sunt, fidem habentes, propter ea bona, quæ a fortuna suppeditantur. Ari. rhetor. 2. c. 104.

Mos, est quo qualis voluntas sit in his rebus, & quibus non satis liquet, sectetur, ne quid, au fugiat ipse dicēs, declaratur. Arist. poetic. ca. 4. c. 226.

Mores quatuor consideranda proponit, primo, vt probitatem præ se ferant: secundo, vt conuenientes sint: tertio, vt constant sibi: quarto, vt æquali tenore procedant. Ari. de poetic. ca. 12. c. 277.

Mos est hominis ornatus. Ammonius in Porphy. chart. 3. column. 1.

Mos est in sermonibus demonstratiuis dare summam eorum, quæ dicta sunt. Auerroes physicorum 5. text. 5. char. 96. column. 3.

Mos est, quod in ciuitate solitum est fieri. Boeth. in top. Cic. l. 2. chart. 795.

Mos proprie in actibus est in appetibilibus, & fugibilibus, vel communicatiuis determinatus. Alber. magn. ethico. 2. tract. 1. cap. 1. char. 27. col. 1.

Mores deteriores ita cognoscuntur ex operationibus exterioribus, vt per motus corporales exteriores discernuntur deteriores corporum dispositiones. Diuus Tho. ethico. 4. l. 16. ch. 76. col. 3.

Motorum diuisio.

Motor duplex: materialis, qui constituitur per rem motam, & in generabilibus: & motor immaterialis, & hoc non dicitur continuum, nisi per accidens. Auer. physic. 8. te. 44. chart. 175. col. 2.

Motor per accidens æquiuoce dicitur de generabilibus, & æternis. Auer. phy. 8. te. 5. 2. ch. 179. col. 1.

Motor, vt primus.

Motor primus impartibilis est, & nullam habet magnitudinem. Aristoteles physicorum 8. sum. 4. cap. 1. text. 78. chart. 238.

Motor primus, si mouendo non mouetur, potest semper mouere, & non fatigabitur. Aristot. phy. 84. cap. 2. text. 81. chart. 241.

Motoris primi quidditatis consideratio non est naturalis, sed tantum considerat de hoc motore Philosophus naturalis ipsum vt est tantum. Auer. in physic. 2. te. 73. chart. 3. 5. col. 3.

Motor primus impossibile est, vt declaretur esse, nisi per signum naturale. Auer. phy. 2. te. 22. ch. 27. col. 2.

Motor primus non est quiescens, nisi æquiuoce. Auer. 8. phy. te. 21. ch. 162. col. 2.

Motor primus est prior medio motore, & secundum naturam, & secundum causam. Auerroes physic. 8. text. 33. ch. 169. column.

Motor primus, aut est in centro, aut in circulo. Auer. physic. 8. sum. 4. cap. 1. te. 84. ch. 241.

Motor primus est principium, vt motor, vt forma, & vt finis. Auer. in 10. metaph. te. com. 7. ch. 120.

Motor primus non est corpus, nec est virtus in corpore: partes vero æternæ sunt necessariae esse in subiecto, aut vniuersaliter, vt in quatuor elementis, aut diuidualiter, vt in corpore cælesti. Auer. ex dest. dest. disput. 10. chart. 46. col. 2.

Motorem primum cognoscere non possumus, nisi per posteriora ipso, quæ priora sunt quo ad nos. Albert. mag. in 8. phy. tr. 4. cap. 1. ch. 106. col. 2.

Motor omnis per locum reduci, & resolui debet per naturam ad motorem primum, qui est immobilis secundum locum, & simpliciter. Albertus magn. in pri. de celo tract. 1. cap. 11. chart. 7. col. 2.

Motor primus incorporeus agit in materiam ex contrarijs, & elementis existentem per instrumentum corporeum quadrupliciter. Primo, per virtutem, quæ est in corporibus cælestibus. Secundo, per virtutem, quæ est in lumine cælesti descendente. Tertio, per motum cælestem. Quarto est per qualitates primas, quæ sunt in elementis. Albertus magnus in prim. de amm. tract. 2. cap. 15. chart. 11. column. 1.

Motori primo propinquissima perfectiora sunt, & bonitatem eius magis suscipiunt, quam ea, quæ ab ipso distant. Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a caus. pri. lib. 1. tract. 1. cap. 6. chart. 188. col. 1.

Motor primus per intellectum suum est metrum entis, quod est in substantia; quia intellectus suus est causa eius, & lumen intellectus siue forma est hypostasis entium iteratum in ipsis entibus, & conferens omni entis essentialitatem, & ad ipsum mensurata entia en-

titatem habent longiorem, vel propinquiorem. Et illud lumen, vt est in proprijs essentialibus, & naturalibus, maiorem, & minorem accipit determinationem. Et ideo ens determinatum mensurat per primo penitus simplici. Albert. magn. in 10. metaph. tract. 1. cap. 5. chart. 143. column. 1.

Motor primus, qui nunquam mouetur, non potest dici proprie quiescere. D. Thom. in 8. physico. 1. 5. text. 21. chart. 124. column. 2.

Motor primus, & si sit immobilis, ab ipso tamen non excludit Aristot. operationem, quæ est in operante, prout intelligere est motus, & prout appetitus mouetur ab appetibili. D. Tho. in 8. phy. te. 55. col. 1.

Motus primi immobilis respicit reiterationem motus continui sempiterni: quia si semper eodem modo se habet, poterit semper reiterare motum: eodem modo virtus infinita motoris respicit ad totam motus sempiternitatem, vel infinitatem. D. Tho. in 8. phy. l. 23. te. 86. chart. 150. column. 4.

Motor separatus, qui est substantia incorporea, & immaterialis, non habet ex mente Arist. finitum excessum supra corpus, quod ab eo mouetur, sed infinitum, vt pote extra totum magnitudinis corpus existens, & per materiam non determinatam. Quod est contra Auerroem, qui ait, quod additio primi motoris supra potentiam moti, non est infinita nisi in tempore infinito. D. Tho. in 2. de celo. l. 14. te. 71. ch. 48. col. 4.

Motor, vt cælestis, & sublunaris.

Motorum, qui sunt in materia, si aliquis haberet potentiam infinitam, moueret in nō tempore. Auer. physic. 7. te. 35. chart. 152. col. 3.

Motibus multis actu existentibus vna eorum pars in illo mota operatur in potentia, quia vnus non mouet solus rem illam, & sic vltimus motor extrahit motum in actu. Auer. phy. 7. te. 37. ch. 152. col. 1.

Motorem mouere voluntarie ponunt Saraceni. Auer. phys. 8. sum. 1. te. 14. ch. 159. col. 1.

Motorem in animalibus distinctam esse a moto per definitionem est per se manifestum. Auer. phys. 8. text. 28. chart. 166. col. 4.

Motor omnis, qui est in corpore, transfertur per accidens per translationem corporis, & ista translatio non est, vt translatio partis cum translatione totius, sed vt albedinis cum translatione subiecti; & motus eius est a causis extrinsecis propter motum sui subiecti ab eis in loco, id est, vt augmentetur, & alteretur. Auer. phys. 8. te. 5. 2. chart. 178. col. 3.

Motores cælestes, etsi non sint motores in materia, sed excedunt in velocitate inuicem. Auer. phys. 6. te. 78. chart. 194. column. 2.

Motores corporum cælestium nullo alio modo mouere possunt, nisi per modum imaginationis per intellectum, quæ sequitur desiderium, vt mouet desiderati desiderans. Auerroes epitom. metaphysic. tract. 4. chart. 182. column. 3.

Motores cælestes se præcedunt nobilitate, quia qui mouet motu diurno, nobilior est, cum omnes moueantur ab ipso per accidens, & ipse non moueatur ab ipsis: illud adhuc, cuius corpus est maius, & motus velocior, nobilior est. Auer. epitom. metaph. tract. 4. chart. 182. column. 4.

Motor vnusquisque cælestis habet conceptum vniuersalem, id est, communem, & proprium sibi. Vniuersalis est, quem habent omnia ad primum motorem. Proprius est, quem habent ad proprium motorem, & hæc comparatio est rerum comparatarum ad vnum aliquod, quod præcedit eas, & est causa, vt sint. Auer. epitom. metaph. tract. 4. chart. 183. col. 1.

Motorum cælestium nobilior est motor orbis stellarum, & est

& est alij prima causa. Auerr. epit. metaphysic. tract. 4. chart. 184. column. 1.
Motor orbis stellarum de necessitate est in causa forme cœli stellati, & esse ipsi orbis motori, qui est post ipsu in gradu siue in ordine. Ideo ab ipso procedit tatum vna forma. Auerr. epit. metaph. tract. 4. c. 184. c. 2.
Motor quilibet, qui indiget ad motionem stellæ pluribus motoribus, est proculdubio sibi quædam imperfectio respectu illius, qui minoribus indicet. Auerr. in epit. metaph. tract. 4. ch. 180. col. 2.
Motor materialis nõ potest mouere, nisi in virtute eius, quæ nõ est in materia. Auerr. de ani. beati. c. 4. c. 85. c. 2.
Motores naturales determinatarum sunt virtutum. Alb. magn. in 6. phy. tra. 1. cap. 4. ch. 69. col. 4.
Motores spherarum cœlestium licet moueant per modum naturæ, eo quod mouent vno modo, & quod motus ille est naturalis corpori cœli plusquam motus processiuus cõueniat corpori animato, tamẽ sunt separati, neque per esse, neque per definitionem dependentiam habentes ad corpora ipsa, sed comparatur ad ipsa, vt intellectus artificis comparatur ad corpus, quod mouetur instrumentaliter ad formam artis induendam in materia. Propter quod forma, quæ est in motore proprie est, nec vniuersalis, nec particularis: hoc enim accidit formis, vt abstrahuntur a rebus per potẽtias apprehensiuas; nisi ita dicatur vniuersalis, vt vna numero causa dicitur vniuersalis, vt est multorum factiua. Talis intellectus sic informatus insuit motum particularem corpori, qui particularis est prout est in eo, quod particulare, & singulare mobile: habet tamẽ vniuersam virtutem explicandi omne illud, cui debet induci forma, quam intendit inducere motor per suam scientiam actiuam. Alb. mag. in 1. de cœlo. tract. 1. cap. 3. ch. 3. col. 1.

Motor, vt ad motorem & motum refertur.

Motoris, & moti actus vnus est, vt idem spacium est vnum ad duo, & duo ad vnum, & accliuæ, & decliuæ vnum enim sunt, subiecto scilicet, differunt tamen ratione. Arist. phy. 3. su. 2. cap. 6. te. 18. ch. 58.
Motor si idem est, hoc tempore per tantum mouet, & per dimidium in dimidio mouebit, & dimidia virtus per dimidium mouebitur in æquali tempore per æqualem. Arist. phy. 7. su. 4. cap. 2. te. 36. ch. 191.
Motor est de causis extrinsecis motus. Auerr. phy. 4. te. 3. chart. 95. column. 4.
Motor omnis de necessitate mouetur secundũ. Platonẽ. Auerr. phys. 8. te. 36. chart. 172. col. 3.
Motor vnus non mouet essentialiter, nisi vno motu. Auerr. phy. 8. te. 51. ch. 178. col. 4.
Motor nobilior est materia. Auerroes in 5. metaphysic. text. comment. 33. chart. 66.
Mor non mouet, nisi quia potentia eius est maior potentia moti: & quanto maius fuerit, tanto maior potentia eius: & si potentia motoris non superabundauerit, non potest mouere ipsum: & si modicum superabundat, mouebit tardius. Auerroes in 12. metaphysic. text. comment. 41. chart. 152.
Motoris essentia, vt sit essentia materiæ, impossibile est. Auerr. in 12. metaph. te. comment. 54. ch. 159.
Motor a mobili nil accipit, sed multa imprimat in illo. Alb. magn. in 1. phy. ex 3. tract. cap. 11. ch. 11. col. 2.
Motor a mobili non distinguitur per esse, sed per definitionem: & aliter se habet in anima rationali intellectuali, quam per esse, & definitionẽ separatur. Alb. mag. in 8. phy. tra. 2. cap. 3. ch. 96. col. 2.
Motores duo in nulla natura determinatur ad vnũ mobile, ita quod vterque sit intellectus: sed si sunt duo, vnum erit, vt intellectus, alius, vt phantasia mouens. Alb. mag. in 1. de cœlo tract. 3. cap. 5. ch. 15. col. 2.

Motor vnus neque in natura generabilium, nec in natura perpetuorum inuenitur, qui duo, vel tria, vel plura mobilia æque immediate motorem respicientia moueat: at cum mouet vnum per aliud, tunc non æque motorem respiciunt: at anima se habet ad corpus, vt motor, & sic hæc habitudo animæ propria nõ potest intelligi quod vna anima sit mouens omnia corpora, quæ mouentur: sed tot sunt animæ, quot corpora mota, quia constat, quod anima non mouet corpus vnum per alterum: ergo post mortem tot sunt animæ quot corpora. Alb. mag. contra Auerr. de vnitae intelligi. cap. 5. chart. 82. col. 1.
Motor corporis mobilis causa est, & principium simplicis, continui, & regularis motus. Albertus magn. de caus. & proces. vniuers. a causa 1. l. 2. tract. prim. cap. 12. chart. 203. col. 1.
Motor, vt se habet ad mobile, sic partes motoris se habent ad partes mobilis, siue eius, quod mouetur. Alb. magnus de motibus anima. l. prim. tract. prim. cap. 1. chart. 40. column. 4.
Motor non mouet, nisi per similitudinẽ cœlestis motoris. Albert. magn. de mot. anima. l. 2. tract. 1. capit. 2. chart. 45. column. 4.

Motor, vt in animali accidit.

Motor non mouet, nisi vt est actu, & quod motum est mouetur, vt est in potentia. Auerr. in phy. 3. te. 17. chart. 43. col. 4.
Motor omnis, a quo procedit appetitus ad mouere, est motor vno modo, & mouens alio modo. Auerr. 8. phy. text. 15. chart. 59. col. 3.
Motor omnis in loco corpus est. Auerr. 3. de cœlo text. 20. chart. 87. col. 3.
Motor omnis primus, si fuerit corporalis, componitur ex motore non moto, & ex motore moto, vt componitur res ex materia, & forma. Auerr. 2. de ani. sum. 2. te. 45. chart. 136. col. 2.
Motor omnis, qui mouetur per accidens eius, quod ipse mouet, necessario etiam iam mouetur secundum locum. Albertus magnus in 8. physico. tract. 2. cap. 10. chart. 101. col. 2.

Motor ut extrinsecus mouet.

Motor extrinsecus non mouet, nisi motus ab alio. Albertus magnus in 8. physico. tract. 1. capit. 10. chart. 91. column. 4.
Motor omnis per apprehensionem mouens, indigens est, & propter diuersitatem apprehensionis nõ potest esse causa, & principium motus simplicis, & continui, & regularis. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a causa 1. l. 2. tract. 1. cap. 31. chart. 203. col. 1.
Motor corporeus nullus regit in motu aliquid, quod inordinatum habet motum per se ipsum, nisi aliquo corporeo trahente, & relaxante id, quod regitur. Albertus mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 14. ch. 14. col. 1.
Motores separari plures sunt. Alb. mag. in 11. metaph. tract. 2. cap. 18. ch. 165. col. 2.
Motor omnis, qui mouendo firmatur ad aliud, habet aliquid prius eo in mouendo, id scilicet, cui firmatur. D. Tho. de ani. motu l. 3. chart. 49. col. 4.

Motui in vniuersali quid accidit.

Motu ignorato, necesse est ignorare naturam. Arist. phy. 3. sum. 1. cap. 1. te. 1. ch. 53.
Motus non est præter res. Aristotel. phys. 3. sum. 1. c. 1. te. 4. chart. 54.
Motus omnis non est omni motui comparabilis. Arist. phys. 7. sum. 4. cap. 1. te. 21. chart. 187.

Motus

Motus inuicem comparabiles cognoscuntur, si considerabimus, quæ per se mouentur, & nõ per accidens: et si fuerint diuersa, & motus diuersi: si in genere, in genere, si in specie, in specie: et si in numero, in numero. Arist. phys. 7. sum. 4. cap. 1. te. 32. ch. 190.
Motum destruentem non debet impugnare physicus, nec contra eum disputare. Aristoteles phys. 8. sum. 7. cap. 1. te. 12. chart. 202.
Moueri omnia falsum quidem est, sed minus præter methodum scientiæ naturalis. Arist. phys. 8. sum. 2. c. 1. te. 23. chart. 203.
Motum omne semper duabus ad minus instrumentalibus vtens partibus mutationem efficit, vt altera quasi comprimatur, altera comprimatur, quod. n. stat, comprimitur, quoniam fert: quod eleuatur, extenditur ad id, quod pondus sustinet. Arist. de anim. in cessu. cap. 3. chart. 561.
Motio membrorum fit per diametrum, non solum in ijs, quæ quatuor pedibus mouentur, sed etiam quæ multis mouentur pedibus. Aristot. de anim. in cessu. cap. 11. chart. 580.
Motus semper est aut fugiẽtis, aut persequẽtis aliquid. Arist. 3. de ani. sum. 2. cap. 1. te. 46. ch. 665.
Motus nisi sunt magni, in die latent: at in nocte parui magni videntur esse. Aristoteles de diuin. per somn. capit. 2. chart. 72.
Motus impedit rectum somnium. Aristoteles de diuin. per somn. cap. 2. chart. 72.
Moueri impossibile est nullo quiescente: aliqua. n. particula quiescere oportet. Ideo animalibus insunt flexus. Arist. de ani. mot. cap. 1. chart. 78.
Moueri si debet, & animal, & vniuersum, nõ solũ oportet, vt eius, quod intra ipsum est, aliquid quiescat, sed vt aliquid extra sit immobile, ad quod innixum moueatur, quod mouetur. Aristoteles de anim. mot. cap. prim. chart. 79.
Moueri non potest, quod non tangitur, & quicquam ab eo, quod non mouet, affici nequit. Arist. de gen. ani. 2. cap. prim. chart. 145.
Mouetur cur facilius commotum, quam manens: quia, difficillimum est pondus mouere, quod in contrariũ mouetur. aufertur enim quiddam ex motoris potentia, licet multo sit velocior: necesse namque est tardiorẽ esse impulsione illius, quod repellitur: & si quiescit, & quiescens resistit. Aristoteles quæstio. mechan. quæ. 31. chart. 803.
Motus non potest esse de genere subiectorum. Arist. 11. metaph. ex summa. 4. cap. 3. ch. 239.
Mouens, & forma in naturalibus, & artificialibus reducuntur in idem specie, & sic sunt 3. causæ. Aristot. 11. metaph. ex sum. 1. cap. 4. te. 24. ch. 248.
Moueri simpliciter naturæ, cœloque maxime peculiare existit. Theophrast. 1. metaph. cap. 8. ch. 326.
Motus tractatio necessaria est ei, qui naturalem scientiã discere vult. Them. in 1. phy. ch. 14. col. 3.
Motui accidit nõ ens esse, ex eo, quod procul est ab ente. Themist. in 1. phys. te. 13. ch. 28. col. 1.
Motus omnem conuersionem, & mutationem concomitatur. Them. in 8. phy. te. 13. ch. 54. col. 3.
Motus omnis, & passio in diuisione collocata est. Them. in 3. de ani. te. 14. ch. 53. col. 1.
Motus semper procedit, quousque attingit postremam perfectionem. Simp. in præd. ch. 81.
Motus ita se habet, vt se habent lineæ, super quas fit motus. Simp. in 1. de cœlo, te. 12. com. 12. ch. 8. col. 1.
Motus omnis fit circa manens. Simplic. in 2. de cœlo, te. 21. com. 2. ch. 61. col. 2.
Motus sub Luna omnes principium, & finem habent, ideo de illis non agit Arist. in 8. physico. Simp. in 8. physico. chart. 394. col. 1.
Mouens omne actu esse debet, non potentia. Psel. in.

tertio physico. chart. 21.
Moueri quod potest, moueri aliquando necesse est. Psel. in 8. physico. chart. 64.
Motus maior semper minorem secum trahit. Io. gram. in 1. de ani. te. 21. ch. 13. col. 1.
Motus magni paruos impediunt motus. Michael ephes. de diuinitio. per somn. ch. 22. col. 1.
Motus non dicitur vniuersus: ideo non habet definitionẽ dictam vniuersæ, sed secundum prius, & posterius: sed tamen hæc definitiones intrans in artibus demonstratiuis. Auerr. in 3. phy. te. 4. ch. 41. col. 2.
Moueri secundum partes, & non moueri totum, inopinabile est. Auerr. in 4. phy. te. 32. ch. 62. col. 4.
Motus natura sapit id, ad quod est motus. Auerr. in 5. phy. te. 16. chart. 101. col. 2.
Motum, quod habet secundum partem, possibile est, vt motus sit in toto, quia cum pars diuiditur, fit totum. Auerr. in 5. phy. te. 17. ch. 101. col. 2.
Motus tractatur in quinto physico, vt est motus, nõ vt est motus alicuius corporis. Auerr. in 5. physico. te. 45. chart. 108. col. 2.
Motum moto maius esse impossibile est. Auerr. in 6. phy. text. 6. chart. 114. column. 4.
Motum, & cessans sunt idem subiecto, sed ratione differunt. Auerr. in 3. phy. te. 70. ch. 133. col. 2.
Mota duo æqualia in velocitate pertransire inæquale spacium, verum est, cum illud, per quod est motus, fuerit quiescens. Auerr. in 6. phy. te. 82. ch. 136. col. 2.
Motus nomen æquiuocum est. Auerroes in 8. physico. te. 20. chart. 161. column. 3.
Motus oris habere debet motorem aliũ a se in esse. Auerr. in 8. physico. te. 34. chart. 169. col. 4.
Motum non transfertur, nisi transferatur cum eo coniunctum per aliquod spacium. Auerroes in 8. physico. te. 37. chart. 171. col. 2.
Motum antequam diuidat magnitudinem in duas medietates, diuidit illam medietatem in partes æquales in potentia, & sunt æquales sibi, & sic cõsumatur magnitudo. Auerr. in 8. phy. te. 68. ch. 187. col. 1.
Motus omnis, qui non est pars motus, nec perpetuus, necesse est, vt incipiat post quietem: motus enim non sequitur motum, nisi cum secundus est perfectio primi, non oppositus ei, aut hoc contingit per accidens, vt illuminatio domus per candelam, quæ sequitur candelam. Auerr. in 8. phy. te. 71. ch. 189. col. 1.
Mouet aliquid ratione formæ, sed mouetur ratione materiæ. Auerroes in 4. physico. exposit. med. chart. 204. column. 4.
Motum omne mouetur supra quiescens, & potentia quiescens addit supra potentiam mouentis, nisi quiescens moueatur a mouente. Auerroes secund. de cœlo. te. 17. chart. 50. col. 3.
Mouens nullum fit mouens infinitæ potentiæ. Auerr. eo. li. te. 62. chart. 66. col. 3.
Motum omne habet velocitatem terminatam, siue habuerit formam naturalem, siue non: & habet operationem finitam in qualitate, siue habuerit materialem formam, siue non. Auerr. eo. l. te. 71. ch. 68. col. 3.
Motus remotio dat grauitatem, quietem, & frigiditatem; vt vicinitas dat leuitatem, caliditatem, & motum. Auerr. 2. de cœlo. te. 95. chart. 75. col. 1.
Motum omne indiget aliquo quiescẽte, circa quod mouetur. Auerr. 2. de cœlo, te. 102. ch. 77. col. 1.
Motuum numerus consequitur numerũ suorum principiorum. Auerr. 3. de cœlo. te. 51. ch. 99. col. 1.
Motus non attribuitur homini essentialiter, nisi ob mēbra. Auerr. 1. de ani. te. 38. ch. 115. col. 2.
Motus attribuitur alterabili, & augmentabili modo accidentaliter: sed alterabili propter corpus differens, augmentabili autem, & diminuibili propter partes corporales augmentabiles, & minuibiles. Auerroes pri. de

de animal. text. 39. chart. 115. columna quarta.
Mouentia non mouent, nisi vt actu, & non mouentur, nisi vt sunt in potētia. Auer. 3. de ani. te. 4. c. 190. c. 2.
Motu in omni apparet, vt neceffe fit, vt illud a quo est motus, & ad quod est motus, fit quiescens. Auer. 3. de anima, te. 55. chart. 183. col. 4.
Motus omnis generatio, & corruptio est virtute, quæ est habiti, & omne, quod caret causis motus, neceffe est habere quietē, quæ est eius priuatio. Auerroes de sub. orbis. c. 5. chart. 6. col. 2.
Motor, quanto magis subijcitur poenæ in mouendo, tãtò est ignobilior: quanto minus, tanto est nobilior. Alb. mag. in 2. de cæl. tract. 1. cap. 2. ch. 24. col. 1.
Motus inducit calotem in corpore per confriationem partis ad partē, & ita rarefacit eas, & disponit ad calorem, quod in cælo facere nequit, quia non est ad id dispositus. Alb. mag. eo. lib. tra. 3. ca. 1. ch. 32. col. 1.
Motus de se nihil mutat de forma subiecti, quod mouetur. Albertus magnus primo de gen. & cor. tract. 5. cap. 7. chart. 68. col. 1.
Motiva virtus imperfectissima est, quæ non mouet, nisi ad motum primi sensitiui, quod est cor, & nõ mouet ad imitationem alicuius celestium corporum. Alber. mag. de prin. mot. proces. tr. 1. cap. 1. ch. 179. col. 2.
Motus nullus fieri potest ab animalibus, nisi aliquid extrinsecus existens sit immobile, super quod, & in quo moueat animal, quod de solis animalibus intelligendum est. Alb. mag. ibid. col. 4.
Motus omnis tria requirit, præter mouens simplex, & præter id, quod vltimo mouetur: primo quoddã esse ex iudicio discernens, & electionem, & motum debere fieri, quod operatur intel. cētus practicus: secundo motus electionem esse oportet, quod liberum arbitrium agit: tertio, oportet esse appetitum completum ad opus, quod voluntas operatur. Alb. mag. de princ. mot. proces. tract. 2. cap. 2. ch. 181. col. 3.
Motus nunquam fit, nisi sit iudicatum de bono simpliciter, vel vt nunc, & sic decretum motum fieri debere. Facto autē decreto, non tamen necessario, fit motus, quia forte non eligit, quod ex iudicio decretum est. In hoc. n. anima a natura differt, quia natura secundum formam, qua informata est, necessario mouetur. anima autem postquam concepit formam boni, vel vt nunc, vel simpliciter, non tamen necessario eligit eam. Alb. mag. de princ. mot. proces. tr. 2. cap. 2. c. 181. c. 3.
Mouent efficacius, quæ non multum distant. Alb. mag. de inuent. & senec. tr. 1. cap. 2. ch. 48. col. 3.
Mouens materiam est in materia, alioquin non posset mouere eam. Albert. magn. in prim. metaph. trac. 5. cap. 8. chart. 71. col. 4.
Motui omni conuenit, & omni generationi velocitas, & tarditas, quamuis alicui motui non conueniat secundum seipsum, tamen conuenit ei si ad alium comparetur. Alb. mag. ethi. 1. ex tra. 1. cap. 4. ch. 108. col. 2.
Motus omnis incipit a priuatione, & potentia. Alex. de ales in prim. metaph. chart. 11. col. 2.
Motus omnis potentialis incipit ab ignorantia dispositionis, & terminatur ad habitum terminantem illam ignorantiam. Alexander de ales in 1. metaph. chart. 11. column. 3.
Motus omnis includit negationem, vel priuationem eius, quod debet fieri. Alexander de ales in 4. metaph. tex. 29. chart. 101. col. 3.
Mota dum mouentur, de illis nihil verum potest affirmari. Alexander de ales in quarto metaph. tex. 29. chart. 102. column. 1.
Motus terminatur ad esse. Alexan. de ales in 5. metaph. tex. 21. chart. 151. col. 2.
Motus ociosus est, cum ad nullam realitatem terminat. Alexander de ales in 6. metaph. te. 4. chart. 184. col. 2.
Motus, & fieri est medium inter agens, & factum. Alex.

de ales in 7. metaph. te. 22. ch. 206. col. 2.
 Moueri, & forma, ad quam est motus, non differunt, nisi secundum magis, & minus. Alex. de ales in 9. metaph. te. 14. chart. 270. col. 2.

Motus species, diuisio, & differentia.

Motus species sunt. 6. generatio corruptio: augmentum decrementum alteratio, & secundum locum mutatio. Arist. in prædicam. cap. 4. chart. 95.
 Motus, & mutationis species tot sunt, quot entis. Arist. physic. 3. sum. 2. cap. 1. te. 5. chart. 55.
 Motus alius est latio, alius est augmentum, & decrementum; etenim in augmento, & decremento mutatur; & quod prius erat hic, iterum trãslatum est in maius, & minus. Aristotel. physicorum 4. sum. prim. cap. 6. text. 32. chart. 85.
 Motum aliud est per se actu, aliud per accidens: & quod per accidens, aliud potest moueri per se, vt partes corporis, & in nauigio clauus, alia non possunt, sed semper per accidens, vt albedo, & scientia. Arist. physic. 4. sum. 1. cap. 9. te. 32. chart. 85.
 Motus omnis, aut violentia, aut natura est: si est violentus, & naturalis est. Arist. phy. 4. cap. 3. te. 67. ch. 97.
 Mouens, vt & motum, mouetur aut per accidens, aut per partem, aut per seipsum primum. Arist. physic. 5. cap. prim. te. 2. chart. 124.
 Mouens est aliquid primum, & est aliquid, quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod. Arist. phy. 3. cap. 1. te. 3. ch. 124.
 Motus omnis, aut regularis est, aut non. Arist. physic. 5. cap. 2. te. 43. chart. 136.
 Motus ipse, vt contrario vtitur medio, ad vtrauis fiat mutatio. Arist. phy. 5. sum. 3. cap. 1. te. 52. ch. 139.
 Motus diuisibilis est dupliciter. vno modo tempore: alio secundum motus partium eius, quod mouetur. Arist. phys. 6. sum. 3. cap. 2. te. 33. chart. 156.
 Motum omne ab aliquo moueri neceffe est, vel in seipso habeat motus principium, vel non. Arist. phy. 7. su. 1. cap. 1. te. 1. chart. 177.
 Motus idem, vel est genere, vel specie, vel numero: & numero est idem motus, qui ex eodem in idem numero in eodem tempore numero fit. Sed si secundum aliud fit, non est amplius vnus numero, sed specie. Genere idem est motus, qui in eodem prædicamento est. Specie, qui ex eodem specie in idem specie. Arist. physic. 7. su. 2. cap. 4. te. 5. ch. 179.
 Motus sunt tres, secundum locum, secundum quale, & secundum quantum. Ergo & tria esse neceffe est, quæ mouentur: secundum locum, latio: secundum quale, alteratio: secundum quantum augmentum, & diminutio. Arist. phy. 7. sum. 3. cap. 1. te. 10. ch. 181.
 Motum, aut a seipso, aut ab alio mouetur; si a seipso, manifestum est, quod cum in ipso sit mouens, simul erit & mouens, & quod mouetur, atque nihil inter ipsa erit. Quod ab alio mouetur, quatuor modis mouet, pulsione, tractatione, vectione, & vertigine. Aristot. phys. 8. sum. 3. cap. 1. te. 16. chart. 181.
 Mouent alia singulariter, vt ignis: alia secundum contrarios motus, vt sciētia, quæ contrariorum videtur vna. Arist. phy. 8. sum. pri. cap. 1. te. 81. chart. 196.
 Mouentur omnia semper, vel quiescunt omnium semper, vel alia mouentur, alia quiescunt. Et rursus horum, aut ea, quæ mouentur, mouentur semper, quæ vero quiescunt, quiescunt semper: aut omnia apta nata sunt similiter moueri, & quiescere, aut reliquum adhuc, & tertium. Aristoteles physicorum 8. sum. 1. cap. 11. text. 22. chart. 202.
 Mouentium, & eorum, quæ mouentur, alia quidem per accidens mouent, & mouentur: alia per se. Per accidens, vt quæcunque ex eo, quia sunt in mouentibus. aut

aut ijs, quæ mouentur, & quæ per partem. Per se autem, quæcunque non ex eo, quia sunt in mouente, aut in eo, quod mouetur, nec ex eo, quod pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorum vero, quæ per se, alia a seipsis, alia ab alio mouentur. Et alia natura, alia violentia, & præter naturam. Et quæ ab alio mouentur, alia natura, alia præter naturam, vt terra sursum, ignis deorsum. Aristot. physicor. 8. sum. 2. cap. 2. text. 27. chart. 205.
 Motiua alia sunt natura, alia violentia, & sic mobile aliud natura, aliud vi. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 2. te. 3. ch. 207.
 Mota omnia ab aliquo mouentur, & hoc dupliciter: aut enim non per seipsum mouens, sed per alterum, quod mouet mouens, aut per seipsum. & hoc aut primum post vltimum, aut per plura. Arist. ibid. te. 33. ch. 209.
 Motum omne si mouetur a moto, tunc neceffe est, aut hoc accidat rebus per accidens, aut per se: si per accidens, contingit aliquando nihil eorum, quæ sunt moueri. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 3. te. 36. ch. 211.
 Mouens si non mouetur secundum accidens, sed ex neceffitate, & si non mouetur, non mouet, sequitur neceffario, vt si mouetur, moueatur, aut eodem modo, aut alio. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 3. te. 38. ch. 212.
 Mouens aliud mouet, cum moueatur ab alio, aliud immobile existens, & mouetur hoc quidem mouens, illud nihil mouens, & seipsum mouens, neceffe est ex immobili esse, mouente tamen, & adhuc ex eo, quod mouetur; non mouet autem necessario, sed vt euenit. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 4. te. 43. ch. 215.
 Motum diuisibile esse potest potentia, actu vero indiuisibile: sed si diuidatur, tamen natura eius non erit eadem. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 4. te. 44. ch. 216.
 Mouentur alia ab immobili sempiterno, & hæc semper mutantur: alia ab eo, quod mouetur, & mutat: quare & ipsa necessarium est mutari. Arist. phys. 8. sum. 2. cap. 5. te. 53. chart. 221.
 Motus alij sunt simplices, alij misti: simplicium corporum simplices, compositorum vero misti. Arist. 1. de cælo, te. 7. chart. 246.
 Motus omnis, aut est secundum naturam, aut præter naturam: & ille, qui est præter naturam vni corpori, est alij secundum naturam. ideo, & circularis motus alicui corpori esse natura neceffe est. Aristoteles primo de cælo, te. 14. chart. 248.
 Motus, vt inest corpori naturali, vel violentia, vel natura, sic quies: & si est motus aliquis secundum naturam, non vtique violenta latio erit solū, neque quies. Ari. 2. de cæl. su. 4. cap. 4. te. 84. chart. 322.
 Motus omnis alius est secundum naturam, alius violentus, cum quidem, qui est secundum naturam, vt lapidum, qui deorsum fit, velociorem faciet id, quod secundum naturam: cum autem, qui præter naturam, omnino ipsa. ad ambo autem, tanquam instrumento, vtitur aere: natus enim est hic, & leuis esse, & grauis. Arist. 3. de cælo. te. 28. chart. 340.
 Mouens, vt aliud mouet mouens, & aliud mouet immobile, sicut in faciente. Arist. 1. de gen. & cor. su. 4. cap. 2. te. 45. chart. 405.
 Mouere est in plus quam facere. Arist. 1. de gener. & cor. su. 4. cap. 2. te. 45. chart. 405.
 Mouentia quædam mobilia tangunt, & quædam non. Aristoteles ibidem.
 Mouens immobile illud quidem tangit ipsum mobile, illud autem nihil. Arist. ibid.
 Mouetur omne dupliciter; aut secundum alterum, aut secundum seipsum. Ari. 1. de ani. su. 3. c. 1. t. 37. c. 597.
 Motus species quatuor sunt: latio, alteratio, augmentum, decrementum. Arist. 1. de ani. su. 3. c. 1. t. 38. ch. 598.
 Motus ordinatus familiariter est natura, quam inordinatus. Argumentum, cum ordinate laboramus, bibimus, comedimus, naturam, viresque nostras seruamus,

& augemus. Contra, cum inordinate agimus, naturam deprauamus. Arist. probl. sec. 19. nu. 38. ch. 521.
 Mouens mouet alia per se, alia per accidens, alia per partes. Arist. 11. metaph. su. 4. cap. 3. ch. 237.
 Motus tot sunt, quot res, quæ mouentur. Them. in 3. physic. te. 4. chart. 26. col. 4.
 Motus non substat sine velocitate, vel tarditate. Them. in 4. phy. te. 71. chart. 39. col. 1.
 Motus vel proprius, vel improprius aliquod medium habent: in motibus propriis quies est medium. in impropriis, non quies, sed tempus est medium. Them. in 8. phy. te. 62. chart. 57. col. 3.
 Motus species sunt, generatio, & corruptio, augmentatio, & diminutio, alteratio, & secundum locum mutatio. Simplic. in præd. chart. 84.
 Mutationis quatuor sunt differentie: in substantia generatio, & corruptio: in quantitate, augmentum, & diminutio: in qualitate, alteratio: in vbi, in motu circulari, recto, & misto. Simp. in præd. chart. 110.
 Motus duplex esse potest: vnus oppositus quieti, alius, qui est quædã duratio, & extensio ipsius quietis. Simp. in 4. phy. te. 117. chart. 271. col. 2.
 Moueri posse duobus dicitur modis. Primo, quod habet perfectam potentiam productiuam actus, cui simul ad est actus, vt ignis sursum, aqua deorsum. Secundo, quod potentia mobile est, quod nondum habeat perfectam potentiam productiuam actus, sed aptum est obtinere. Simp. in 8. phy. te. 9. ch. 400. col. 1.
 Motus species diuersæ sunt: aliæ secundum locum, aliæ secundum alterationem, aliæ secundum augmentum. Simp. in 1. de cæl. te. 1. com. 1. ch. 3. col. 3.
 Motus compositus differt a simplici, quia in seipso habet principium multorum simplicium motuum: simplex autem, vnus tantum motus in se principium habet. Simp. in 1. de cæl. te. 7. co. 8. ch. 4. col. 4.
 Motus triplex; alius secundum mouere, quod principium in primo mouente habet: alius secundum moueri, quod principium in naturalibus est natura: alius secundum mouere simul, & moueri, quod proprie in seipso mobile, in quo idem est subiecto mouens, & quod mouetur. Simp. in 3. de cæl. te. 21. co. 20. ch. 88. col. 3.
 Motus species multæ sunt: auctio, diminutio, alteratio, generatio, corruptio: quorum omnium tempus est mensura, non vt augmentum, & diminuentium, sed vt mouentium. Io. gra. in 4. phy. te. 132. ch. 115. col. 2.
 Motus sex sunt genera: ortus, interitus, accessio, decessio, commutatio, & loci mutatio. Magen. in lib. de interpr. chart. 16.
 Motus alius est permutatio, alius motus permutationis duæ sunt species, generatio, & corruptio. Motus alius est secundum quantitatem, alius secundum qualitatem, alius secundum locum. Auer. in præd. ch. 211.
 Motus subiectum duobus intelligitur modis, vnus est, in quo est motus, id est motum. secundus est genus, in quo est motus, id est qualitas transmutationis, vel substantia, vel quantitas, vel vbi. Auer. phys. 5. text. 15. chart. 101. col. 1.
 Motus velocis, & tardi causæ sunt hæc quatuor; aut diuersitas eius, per quod est motus: aut diuersitas dispositionis moti in se: aut dispositionis motoris: aut dispositionis eius, ad quod est motus. Auer. phys. 5. te. 44. chart. 108. col. 1.
 Motus habet duplex subiectum; scilicet genus prædicamentorum, in quo est motus: & substantiam subiectam illi generi. Auer. phy. 6. te. 61. ch. 131. col. 2.
 Motum ex se omne, aut erit distinctum, aut diuisibile secundum distinctionem, aut secundum partes. Auer. phy. 8. text. 30. chart. 167. col. 2.
 Mota ab aliquo essentialiter, mouentur secundum naturam: accidentaliter vero præter naturam. Auerroes physic. 8. text. 31. chart. 167. col. 4.

Motus non diuiditur in rectum, & circularem propter diuisionem ipsius magnitudinis motæ secundum ista duo: sed propter diuisionem magnitudinis motæ sunt rectus, & circularis, scilicet, quod omne motum sit necessario, aut corpus rectarum dimensionum, aut rotundarum. Auer. 1. de cel. text. 5. ch. 4. col. 1.

Motum posuit Arist. speciem quantitatis in metaphysicis, quod non fecit in prædicamentis, & in prædicamentis posuit locum speciem qualitatis, quod non fecit in metaphysicis. Auer. in 5. metaph. te. co. 18. c. 59.

Mouens proprie nullâ facit passionem: ideo omne agens est mouens, sed non omne mouens est agens. Auer. in 12. metaph. te. com. n. 23. chart. 145.

Motus, quos ponit Astrologus, sunt tribus modis. primus comprehensus a vulgi visu: secundus in instrumentis. tertius ratione. Auer. in 12. metaph. text. com. 44. chart. 154.

Mouens, & agens differunt; quia mouens præstat mobili motum tantum; agens formam, propter quam fit motus. Auer. epit. in metaph. tra. 1. ch. 168. col. 4.

Motus, vel consideratur vniuersaliter, vt abstrahitur ab hoc, vel illo motu, vel secundum speciem. Alb. mag. in præd. chart. 64. col. 4.

Motus diuersi in animalibus principium in genere duplex est: aut est liberum, aut a natura quasi ex actu, & in actu. Liberum est, quod in se sui causa est in agendo, & non agendo, vt motus liberi arbitrij, & voluntatis rationalis. Extra actum autem est, quod in se non habet aliquod luminis intelligentiæ, quod ipsi prohibeat, quod omnes appetitus explicat, vt brutorum motus, & impetus. Albertus magnus in 2. physicorum tract. prim. cap. 2. chart. 16. col. 2.

Motus circumferentiæ dupliciter consideratur: primo, vt primi mobilis: secundo, vt circulatio non egrediens de loco suo. si primo modo, motus est a primo motore. si secundo, est ab immobilitate centri. Alb. mag. in 4. physic. tra. 1. cap. 15. ch. 45. col. 2.

Motus modi per accidens, & si sint multi, omnes tamen reducuntur ad hos. Nam aut semper quod transmutatur, transmutatur per accidens, ita vt nunquam per se moueri potest, vt musicum moueri: vel gratia partium, quod quidem per se non mouetur, sed in toto, licet pars moueri per se possit, si a toto separaretur; vt Socrates sanatur, si thorax, vel oculus sanatur. Alber. mag. in 5. phy. tra. 1. cap. 1. ch. 59. col. 4.

Motus speciem cognoscere ex his tribus sufficenter possumus: ex motore, ex mobili, & ex eo, in quo est motus. Alb. mag. in 5. phy. tra. 1. cap. 1. ch. 60. col. 2.

Motus perfectus est, vel secundum genus, vel secundum speciem, vel secundum substantiam. Secundum genus est, cuius generis perfectior motus est, vt localis. Secundum speciem perfectior est, cuius species est perfectior inter species motus perfecti. Secundum genus, vt circularis perfectior secundum substantiam, est perfectior secundum numerum, & hoc etiam modo circularis motus perfectus est. Alb. l. eo. tra. 3. c. 4. ch. 66. col. 4.

Motuum species aliæ sunt; quæ mouent, quæ non sunt corpora, nec virtutes corporales, siue virtutes in corpore, & sunt indiuisibiles motores, qui non multiplicantur quantitate corporis multiplicata, nec minuuntur quantitate diminuta per se, vel per accidens; vt intelligentiæ, siue moueant celestia, siue corpus humanum, quod ab intellectu mouetur. Aliæ, quæ non sunt corpora, sed tantum corporales virtutes, id est, quæ crescunt, & minuuntur multiplicata materia sua propria, & diminuta; vt grauitas, leuitas, & huiuscemodi. Alb. mag. in 7. physic. 2. cap. 6. ch. 87. col. 3.

Mouens generalius est, quam faciens, quia omnis factio est motio, non contra. Alb. mag. in 1. de gener. & cor. tract. 5. cap. 7. chart. 68. col. 1.

Motus duobus modis inducit calorem. Primo, quia cō-

fricando rarum, facit, & distrahit partes mobilis, & eius super quo, vel in quo fit motus, & sic alterando materiam, educit calorem, qui potentia fuit in ipsa, vt omnis forma potētia est in materia. Secundo, motus animalium voluntarius excitat calorem, quia ad mēbra motus dirigit spiritus, & sanguinem, vel illud, quod est loco sanguinis, quia spiritus calidi sunt, & sanguis est subiectum caloris. Alb. magn. in 1. meteor. cap. 11. chart. 80. col. 1.

Motus spiritus est primus motus secundum locum, qui apparet in corpore animato. Alber. mag. de spir. & res. spir. l. 1. tract. 1. cap. 1. chart. 51. col. 1.

Motus secundum actum, quod fiat, a tribus perficitur: quorum vnum est mouens, extra quod est delectabile, vel (vt vniuersaliter dicamus) bonum; alterum est carentia ipsius: tertium est possibilitas habendi ipsum per motum. Horum primum est ab eo, quod est extra: secundum est ab imperfectione per misti, & materialis, & elementalibus corporis: & tertium est a periodo, cuius intentio secundum naturam eorū, quæ mouentur, causat, quod ea, quæ sunt de perfectione animati, non simul, sed per motum, & iucceptionem acquiruntur. Alb. mag. de prin. mot. proces. tract. 2. cap. 13. chart. 185. col. 4.

Motus differentie in animatis terminantur sursum, & deorsum, secundum motum alimenti: ante, & retro, secundum motum sensus: dextrorsum, & sinistrorsum, secundum motum processuum, cuius principium est a parte dextra. D. Tho. in 3. phy. l. 9. te. 54. c. 41. col. 2.

Motus differentie in celo sunt, ante, hemispherium superius; retro; inferius; dextrū; oriens; sinistrū; occidens; sursum; meridies; deorsum, septentrio. D. Tho. ibid.

Motus principium duplex: actiuum, quod est ipse motor, & in animalibus est anima; aliud passiuum, secundum quod corpus habet aptitudinem, vt sic moueatur: & principium huius motus est in grauitibus, & leuibus. D. Tho. in 1. de cel. l. 3. tex. 5. ch. 3. col. 1.

Motus in animæ operationibus tripliciter inuenitur. Primo, proprie inuenitur in operationibus anime vegetabilis, vt augmentum, & in appetitu sensitivo secundum alterationem, & secundum motum localem, Secundo, minus proprie, qui inuenitur in operationibus anime sensitiuæ, & in his non est motus secundum esse naturæ, sed secundum esse spirituale. Tertio, minime proprie est in intellectu, quia in ipso non est mutatio, nec secundum esse spirituale, nec secundum esse naturæ, sed tantum, vt de intelligente in potentia est intelligens in actu. D. Tho. in 1. de anim. l. 10. tex. 65. chart. 14. col. 3.

Motus principium alia in se habent passiuum tantum, vt elementa: alia actiue solum, vt illud, quod ex simplici solum aliquid generat, vt ignis ex aere solum ignem generat: alia, & actiuum, & passiuum principium habent, vt animata. D. Tho. de ani. mot. l. 1. ch. 46. col. 1.

Motus proprie tripliciter dicitur: localis, alterationis, & diminutionis, & augmenti. D. Thom. de anim. mot. l. prim. chart. 45. col. 1.

Motus tripliciter consideratur: in se, & absolute, & sic hic, & in libro de anima consideratur. Secundo quātū ad differētiā, & sic in libro de generatione animalium. Tertio, si consideratur quo ad organa, & sic determinatū est in libro de progressu anime. D. Tho. ibid. c. 3.

Moueri hoc p hoc dupliciter intelligit, vel quia aliqui ipsa res, qua aliqd mouetur, motū sustinet, vel cū dico hominē moueri pede, quia pes mouet: vel quia res ipsa non sustinet motū, sed impellit aliqd ad motū, & sic hō mouet p animā. D. Tho. in 1. de ani. l. 10. te. 65. ch. 14. c. 3.

Moueri per accidens, vel dicitur, quod mouetur ad motum alterius, vel ad motū subiecti, vel vt forma substantialis ad motum corporis, vel vt cōtētum ad motum continentis. Alex. de ales 1. 1. metaph. c. 24. c. 2.

Moueri

Moueri per partem, est medium inter moueri per se, & moueri per accidens. Alex. de ales ibid. col. 3.

Motus duo in se habet, quæ considerare possumus; essentiam motus, & qualitatem motus. Alex. de ales in 5. metaph. te. 18. c. 136. col. 1.

Motus ad formā facit nos scire ens in potentia, & materiā: motus ad locum facit nos scire aliquid actu, qui modo est in vno, modo in alio, & in hoc inter se differunt. Alex. de ales in 8. metaph. te. 14. c. 256. col. 3.

Motus quid est, in quibus, & è quibus.

Motus est perfectio eius, quod existit in potentia, vt tale, vt alterabilis, vel alterabile, alteratio; & sic de augmento, decremento, generatione, corruptione, & latione. Arif. phys. 3. su. 2. ca. 2. te. 6. c. 55.

Motus est actus, sed imperfectus, quia ipsum possibile, cuius est actus, motus imperfectus est. Arif. phys. 3. su. 2. ca. 5. te. 15. c. 57.

Motus est actus mobilis, vt mobile existit. Arif. phys. 3. su. 2. ca. 5. te. 16. ch. 57.

Motus fit in moto per cōtactum motoris, quare simul, & patitur. Arif. phys. 3. su. 2. ca. 5. te. 17. ch. 58.

Motus est in ipso mobili, actus enim est huius, & ab ipso motio: motiui autem actus non alius est, oportet enim esse actum vtriusque. Arif. phys. 3. su. 2. ca. 6. te. 18. ch. 58.

Mouens est in eo, quod agit, & motum in eo, quod potest. Arif. phys. 3. su. 2. ca. 6. te. 8. ch. 58.

Motus expellit id, quod inest. Arif. phys. 4. su. 4. ca. 6. te. 117. ch. 55.

Motus omnis est ex quodam in quoddam: alterū enim est, quod primum mouet, & in quod mouetur, & ex quo. Arif. phys. 5. ca. 1. te. 3. ch. 124.

Motus est in materia, non in forma. Arif. phys. 5. ca. 1. te. 3. ch. 124.

Motus omnis est quædam mutatio. Arif. phys. 6. cap. 3. te. 9. ch. 127.

Motus contigui erunt, & qui neque iidem specie, nec genere. Arif. phys. 5. ca. 2. te. 40. ch. 135.

Motus regularis esse nequit, non in regulari magnitudine. Arif. phys. 5. ca. 2. te. 44. c. 136.

Motus est regularis, cuius est eadē velocitas: irregularis, cuius non est eadem. Arif. phys. 5. ca. 2. te. 44. c. 137.

Motus denominatur magis a termino ad quem, quam a termino a quo. Arif. phys. 5. su. 3. ca. 1. te. 48. c. 138.

Motus est mutatio ex quodam subiecto in quoddam subiectum. Arif. phys. 5. su. 3. ca. 1. te. 49. c. 138.

Moueri quod aptum natum est, vel quiescere, omne mouetur, vel quiescit quando aptum est, & vbi, & quo pacto. Arif. phys. 6. su. 4. ca. 4. te. 67. c. 167.

Motus partium alteri sunt, & secundum ipsas partes, & secundum motum totius. Arif. phys. 6. su. 5. cap. 2. te. 86. c. 173.

Motum omne impossibile est per maius moueri seipso priusquam aut per æquale, aut per minus. Arif. phys. 6. su. 5. cap. 2. te. 89. c. 174.

Mouens mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsque ad aliquid. Arif. phys. 7. su. 4. ca. 2. te. 35. c. 191.

Moueri id possibile est, quod neque mouetur, neque in seipso habet vllum motum, vt inanimata, quorum neque pars vlla, nec totum mouetur, sed quiescens mouetur aliquando. Arif. phys. 8. su. 1. ca. 2. te. 17. c. 200.

Mouens in infinitum abire impossibile est. Arif. phys. 8. su. 2. ca. 3. te. 34. c. 210.

Mouens iam actu est. Arif. phys. octauo. su. 2. cap. 4. te. 40. c. 214.

Mouens prius est magis causa mouendi, quam sequens. Arif. phys. 8. su. 2. ca. 4. te. 41. ch. 214.

Mouens seipsum necesse est omnem habere magnitudinem. Arif. phys. 8. su. 2. cap. 5. te. 46. ch. 217.

Motum dum mouetur, non mutat substantiam. Aristot. phy. 8. su. 3. cap. te. 59. chart. 225.

Motus simplices finiti sunt. Arist. 1. de cel. te. 57. ch. 361.

Moueri, quod non est aptū, impossibile est moueri. Arist. prim. de cel. text. 82. chart. 268.

Motum omne ex quodam in quiddam mutatur, & ex quo in quod, qui differunt specie. Aristot. 1. de celo. text. 82. chart. 268.

Motus principium voco, vnde his, quæ hæc habent motus principium, incipiunt. Aristot. de celo sum. 9. cap. primo tex. 8. chart. 293.

Motus Status est, aut vnde fertur, vt ijs, quæ præter naturam: aut quo fertur, vt quæ secundum naturam: aut in medio, vt proiectis. Aristot. 2. de celo sum. prima cap. 5. te. 31. chart. 303.

Motus inæqualis est inæquali existente distantia. Arist. de gene. & corrup. sum. 3. cap. 2. te. 56. ch. 444.

Motus potest disgregare aerem, & ignire. Arist. meteor. pri. sum. 1. cap. 4. te. 11. ch. 459.

Motus omnis est remotio eius, quod mouetur secundum quod mouetur. Aristot. pri. de anim. sum. 3. cap. prim. text. 43. chart. 599.

Mouentur omnia, & patiuntur ab actiuo, & actu existente. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 1. te. 54. ch. 628.

Mouens vnumquodque est appetituum. Arist. 3. de ani. sum. 2. cap. 2. te. 50. chart. 666.

Motus non est aliquid separatum a rebus. Arist. 12. metaph. ex sum. 4. cap. 1. chart. 232.

Motus est actus entis in potentia in quātum talis actus. Arist. 11. metaph. ex sum. 4. cap. 1. ch. 232.

Motus est actus rei, cum habuerit aliquem actū in perfectum, & non prius, nec posterius. Arist. 11. metaph. ex sum. 4. cap. 1. chart. 234.

Motus est actus motiui, vt scilicet fit ab eo, & est actus mobilis, vt est in eo, sed vnus amborum est actus. Arist. 11. metaph. ex sum. 4. cap. 1. chart. 234.

Motu in omne aliquid est, quod mouetur, & est tēpus, in quo mouetur, & terminus, in quo mouetur, & ad quē mouetur: & hic terminus, vel est species, vel passio, vel locus: species scilicet quantum ad generationem, passio, quantum ad alterationem: locus, ad motum localem. Arist. 11. metaph. ex sum. 4. c. 3. ch. 238.

Motus per se, & non per accidens non est inter quoscūque terminos, sed inter terminos, qui habent oppositionem ad inuicem, vel in contrario, vel medio, & in contradictione. Arist. 11. metaph. ex sum. 4. c. 3. ch. 238.

Mouentur omnia ab existente in nobis numine. Arist. moral. eud. 7. cap. 18. chart. 471.

Motus est quidam actus. Alexand. aphrod. in 2. natura. quest. cap. 18. chart. 9.

Mouetur aliquid, non cum totum mouetur, sed aliqua eius pars. Alexand. aphrod. de sensu & sens. ex sect. 5, com. 72. chart. 26. col. 3.

Motus non est quantitas; sed quantitatis particeps est. Porphy. in præd. chart. 15.

Motus est primus actus rei, quæ potestate est aliquid: & ideo primus dicitur, quia vltimus videtur esse forma, quam res quum primum affecta est quiescit. Themist. in 3. phys. te. 7. chart. 27. col. 2.

Motus per mobile definitur, quia eius natura est ad aliquid. Themist. in 3. phys. te. 16. ch. 28. col. 2. Idem Ioā. gram. in 3. phys. chart. 55. col. 1. te. 12. Idem Simpl. in 3. phys. chart. 155. col. 1. te. 17.

Motus est actus rei habentis potestatem, quia in re mobili motum constituere oportet. Themist. in 3. phys. te. 18. chart. 28. col. 4.

Motus propter magnitudinem in infinitum est, quia omnis motus circa magnitudinem versatur. Themist. 3. phys. te. 70. chart. 32. col. 4.

Motus per se non subsistit, sed continetur, atque inest in rebus. Themist. in 8. phys. te. 5. ch. 53. col. 4.

Motum

Motum omne, vt mouet, actu est; vt mouetur, potetia. Them. 1. de ani. ca. 16. te. 26. c. 64. col. 1.
Motus machina, qua vitatur appetitus ad motum, est locus circiter cor. Themist. in 3. de ani. cap. 66. tex. 55. char. 90. col. 3.
Motus est via eius, quod est in potentia, ad id, quod est actu. Amo. in præ 1. char. 56.
Motus & in agente, & in patiente spectari potest; si a patiente in agentem, passio appellatur: si contra, actio. Amo. in præd. ch. 103.
Motus omnis partibilis est. Simpli. in prædic. ch. 81.
Motus omnis semper diuisibilis est ob continuum. Simpli. in præd. ch. 92.
Motus est substantium: transmutari autem competit & illis, & istis. Simp. in præd. ch. 110.
Mouens necesse est, vt sit aliqua forma, quam largiatur ei, quod mouetur. Simplicius in 3. physic. tex. 24. ch. 160. colum. 1.
Motus est continuum & omne cōtinuum in infinitum diuisibile, nec non omnis motus est in loco & in tempore fit, & locus tempore magis notus est. Simpli. in 4. phys. tex. 87. c. 253. col. 2.
Motus subiectum est actus mobilis. Simp. in 4. phys. te. 102. char. 260. col. 1.
Motus cum sit medius inter locum, & tempus, vtrunq; mēsuram assumit, vel numerum eius, quod est prius, & posterius, & in loco dicitur locari, vel efficitur locus, in tempore vero tempus. Simpli. in 4. phys. char. 261. colum. 1.
Motus est actus eorum, quæ mouentur actu. Simpli. in 4. phys. tex. 115. ch. 168. col. 2.
Motus non fit secundum diuisibilia, nec ex momentis componitur. Simpli. in 4. phys. ch. 282. col. 2.
Motus est actus ipsius actu permanentis, velut hominis, qui mouetur: sed ortus est albi ex non albo, & totum est alteratio. Simpli. in 5. phys. te. 8. c. 397. col. 1.
Motus necessario est inter terminos motus, quæ momenta appellantur, & in continuatione motus. Simpli. in 6. phys. tex. 26. ch. 341. col. 2.
Moueri quodcūq; aptū est, nisi mouatur, quando aptū est, & vbi natum, & in priuatione est moueri, quiescat necesse est. Simpli. in 6. phys. tex. 71. c. 358. col. 2.
Motum primum illud dicitur, quod impartitur causam motus, velut qui trahit per funem, vel expellit per virgam. Simpli. in 7. phys. te. 20. c. 372. col. 1.
Motus non est eorum, quæ per se subsistunt, sed de numero eorū, quæ insunt aliis. Simp. in 8. phys. c. 394. c. 2.
Mouēs proprie est perfectum, & separatam ab eo, quod est in potentia. Simpli. in 8. phys. c. 404. col. 1.
Motus est sensus, & phantasia sensus mansio secundum actum, & opinio phantasię comprobatio. Simpli. in 8. phys. tex. 26. c. 425. col. 1.
Moueri est aliquid pati. Simplicius in 2. physic. tex. 30. c. 427. colum. 2.
Motus alicuius principium habere, est aptum esse moueri sibi illum motum. Simp. in 8. phys. c. 430. col. 2.
Motus est accidens non existētī, sed ei, quod est in fieri. Simp. in 1. de cę. tex. 11. co. 11. c. 5. col. 3.
Motus omnis per sustentationem fit. Mich. eph. de ani. in cę. 55. col. 1.
Motus a principio paruus factus, magnarū simul, & plurimarum differentiarum causa est. Michael eph. de anim. motu. ch. 49. col. 1.
Motus, & figura, & magnitudo est in incorporeis: nō autem huiuscemodi, quales in sensibilibus. Sirian. in 12. metaph. ex cap. 1. c. 51.
Motum dirimere est res naturales interimere. Io. gram. in 1. phy. tex. 7. c. 6. col. 2.
Motus est ille actus, qui durat vsq; ad formam quæ cum adest, motus deinde quiescit. Io. gram. in 3. phys. te. 7. char. 53. col. 3.

Motus non est ex us, quæ habent partium positionem, Io. gram. in 4. phy. tex. 99. c. 108. col. 2.
Motus in patiente est. Io. gram. in 3. de ani. tex. 139. c. 76. colum. 4.
Motus est actio motoris in moto, & quod non habet esse nisi in moto: & ideo accipit rem motam, quasi motus differentiam. Auer. in phy. 2. te. 3. c. 41. col. 1.
Motus nil aliud est, quam generatio partis positam illius perfectionem, ad quā intendit motus, donec perficiatur, & sit in actu. Auer. in phy. 3. te. 4. c. 41. col. 2.
Motus omnis, vt est in actu, & habet potentiam, habet duas perfectiones; perfectionem scilicet in actu, nō secundum quod est motum, & perfectionem, secundū quod est in potentia, quæ dicitur motus. Auer. in phys. 3. tex. 6. c. 41. col. 4.
Motus definitio communis est motui nouo, & æterno. Auer. in phy. tex. 6. c. 41. col. 4.
Motus, cum quiescit, est perfectio eius, quod est actu. Auer. in phys. 4. tex. 6. c. 41. col. 4.
Motus est perfectio moti, secundum quod est potentia. Auer. in phys. 3. te. 7. c. 42. co. 1.
Motus si esset perfectio actionis, quiditates rerū essent in motu. Auer. in phys. 3. tex. 9. c. 42. col. 2.
Motus non ingreditur sub genere eorum, quæ sunt in actu, quonia ea quiescūt: nec in genere eorū, quæ sūt in pura potentia, quoniam dum perseverat esse in potentia, sunt priuata. ergo erit in aliqua re, quæ sit in potentia, & actu. Auer. phy. 3. exp. med. c. 204. col. 4.
Motus definitio nō est manifesta per se, sed inueniri debet per viam aliquam earum, in quibus inueniuntur huiuscemodi definitiones, aut per viam diuisionis, aut per viam compositionis. Auer. in phys. 3. te. 12. c. 42. colum. 4.
Motum per se non habent, quæ nō sunt in loco, nec per se, nec per accidens. Auer. in phy. 4. te. 43. c. 67. col. 2.
Motus est in causa, vt antiqui opinati sunt locum esse, & vacuum. de loco vere opinati sunt, de vacuo vero falsum. Auer. in phy. 4. te. 61. c. 70. col. 4.
Motus nō est ens secundum suas omnes partes in actu. Auer. in phys. 4. tex. 114. c. 87. col. 3.
Motus est in moto, non in illo, ad quod est motus, & est forma, quod per se patet. Auer. in phys. 5. te. 3. c. 96. colum. 1.
Motus est in moto, & non in motore. Auer. phy. 5. tex. 3. c. 96. colum. 1.
Motus vt est via, est in genere termini, ad quem. Auer. phy. 5. te. 9. c. 99. col. 1.
Motus constituitur ex tribus: re mota, in quo est motus, & tempore. Vide oppositum supra com. 3. Auer. phys. 5. te. 34. c. 105. col. 1.
Motus completus in specie est motus, in quo non potest esse additio, vel diminutio, & est circularis, finitus per se. Auer. phy. 5. te. 41. c. 107. col. 2.
Motus translationis est prior motū naturaliter, & perfectior. Auer. phy. 5. te. 45. c. 107. col. 3.
Motus nihil aliud est, quam acquirere partem post aliā ex illo, ad quā res mota mouetur, donec acquirat illud perfecte, & tūc cessat. Auer. phys. 5. te. 48. c. 109. col. 1.
Motus a quo separatur, non est pars substantię eius, sed est accidens ei. Auer. phy. 5. te. 48. c. 109. col. 1.
Motus est de genere perfectionis, ad quam peruenit sed est perfectio diminuta, quia est coniuncta potentię, & esse vltimę perfectionis est in quiete. Auer. phys. 5. te. 54. c. 110. col. 3.
Motum oē diuisibile est. Auer. phy. 5. te. 62. c. 112. col. 4.
Motum dum mouetur, non est in eo, ex quo, nec in eo ad quod, sed inter vtrumque. Auer. 6. phys. te. 7. ch. 115. colum. 2.
Moueri natum, si non mouetur, de necessitate quiescit. Auer. 6. phy. te. 9. ch. 115. col. 4.
Motus motorum naturalū est terminatus in velocitate, &

te, & tarditate. Auer. 6. phy. te. 15. c. 117. col. 3.
Motum omne, vt est motum, possibile est, vt moueatur motu velociori suo motu, vt est motus, quia motus est de continuo, & velocitas, quæ est in motu, est similis diuisibilitati in continuo. Auer. 6. physic. tex. 15. char. 117. col. 3.
Motum æquali velocitate impossibile est, vt pertranseat totum, & partem; nedum, vt pertranscat tempore infinito. Auer. 6. phys. tex. 20. c. 119. col. 1.
Motus generationis, & corruptionis est compositus ex transmutatione in qualitate, & in substantia. Auer. phys. 6. tex. 59. c. 130. col. 3.
Motus non fit indiuisibilis, quia pars accedens, & recedens esset eadem. Auer. phy. 6. te. 70. c. 133. col. 4.
Motus puncti per motum corporis non est per se, sed per accidens. Oppositum 2. cęli. c. 24. Auer. phys. 6. tex. 86. c. 137. col. 4.
Motus est in eis, quæ habent medium. Auer. phy. 7. tex. 18. c. 146. col. 2.
Motus, cuius generatio est finis, & complementū suum subiectum est illud, ex quo est generatio, & sic de corruptione. Auer. phy. 8. tex. 4. c. 155. col. 1.
Motum nouem ponentes secundum genus, nō possunt soluere quare aliquid, quod non mouebatur, mouetur. Auer. phy. 8. te. 29. c. 161. col. 2.
Motus est manifestior quiete, quia est habitus, quies vero priuatio. Auer. phy. 8. te. 23. c. 163. col. 1.
Motus prima pars quodammodo est in actu, quodammodo est in potentia. Quoniam secundum quod illud, quod erit in actu, est determinatum, secundum hunc modum est indiuisibile: & secundum quod motus est continuus, est diuisibilis, & non est in eo primū naturaliter in actu, nisi quiesceret motum. Et sic, cū considerauerit in sexto, vt est continuus, dicit non habere primam partem: hic autem, cum consideret vt generatus est, postquam nō fuit, dicit habere primū. Auer. phy. 8. te. 23. c. 163. col. 4.
Motus ex se in animalibus differt a motu in corporibus simplicibus. Auer. phys. 8. tex. 44. c. 175. col. 2.
Mota ex se generabilia, & corruptibilia si nō essent determinata, & continuata a motibus corporum electum, non essent, nedum, vt continuaretur eis in eis. & ideo si poneretur totam generati, contingeret, vt esset pars alterius mundi. Auer. phys. 8. tex. 47. c. 177. col. 1.
Motus ex se est principium rerum motarum. Auer. phy. 8. tex. 60. c. 182. col. 2.
Motus simplices sunt duo, quia magnitudines simplices sunt duæ. Auer. phy. 8. tex. 75. c. 190. col. 4.
Motus nō reperitur primo nisi in mobile. Auer. phy. 3. ex pos. media. c. 204. col. 2.
Motus terræ non est secundum attractionem, nec secundum expulsionem. Auer. 1. de cę. te. 81. c. 26. col. 2.
Motus, ex quo generatur calor, est quasi vita omnium, quæ sunt secundum naturam. Auer. 2. de cęlo. tex. 42. c. 59. colum. 3.
Motus est perfectio corporis calidi. Auer. 2. de cęlo. tex. 42. c. 59. colum. 3.
Motus tanto est velocior, quāto magis eius desiderium erit fortius. Auer. 2. de cę. te. 58. c. 64. col. 3.
Motus fortes, & debiles sunt idem specie: non enim differunt, nisi secundum magis, & minus. Auer. 3. de cę. tex. 25. c. 90. col. 1.
Motus est perfectio rei in potentia. Auer. ex paraphr. 4. de cę. te. 27. c. 152. col. 2.
Motus est quædam generatio, & omnis generationis est dare complementum. Auer. ex paraphr. 4. de cę. tex. 33. c. 153. col. 1.
Motus pulsus fieri propter necessitatem spirationis tantum non est credendum, sed propter transmissionem caloris naturalis, qui est instrumentum virtutum ani-

mæ ad ipsa membra. Auer. de part. ani. 3. cap. 4. c. 82.
Motus est transmutatio rei in sua substantia. Auer. pri. de ani. te. 43. c. 117. col. 3.
Motus esse est esse transmutabile, & est compositum ex esse in potentia, & ex esse in actu. & ideo existimant plures antiquorum ipsum non esse. Auer. pri. de anim. text. 43. c. har. 116. col. 3.
Motus dicitur ens, quia est via ad verum est. Auer. in 4. metaph. c. 31. 2. co. 2.
Motus est quædam vita rebus naturalibus, & quasi extrahens partes ignis existentes in aere in potentia propinqua, ad actum perfectum. hinc est quod euentatio auget substantiā ignis. Auer. in epitome metaph. trac. 2. c. 178. col. 3.
Motus diurnus est mensura apud omnes gentes, cum sit velocior cæteris motibus, idest quod mensurat cæteros motus tempore huius motus, & cæterorum mobilium quies per hunc motum mensuratur. Auer. in epitome metaph. trac. 3. c. 179. col. 1.
Motus est actio animæ; & si non esset anima, non inueniretur nisi mobile: impossibile autem est aliquid nobilissimum animatorum inanimatum esse. Auer. epitome metaph. trac. 4. c. 181. col. 3.
Motus rebus naturalibus est quædam vita. Auer. epitome metaph. trac. 4. c. 182. col. 4.
Motus, si haberet motum, non esset motus, & elementum, si haberet elementum, non esset elementum. Auer. ex dest. dest. disput. 1. ca. 9. col. 4.
Motus est in re necessario. Auer. ibid. c. 14. col. 1.
Motus est actus perfectus, vt est actus mouentis, & agentis: est actus imperfectus, vt est actus mobilis, & patientis. Alber. magn. in sex principi. charta 68. col. tertia.
Motus in se non est vnus formæ, & nature: quia non est alicuius speciei entis perfectæ, sed fluxus de natura in naturam, de forma in formam, de potentia in actum. Alb. mag. in sex. phys. c. 68. col. 4.
Motus est proprius naturæ effectus. Alb. mag. in 3. phys. trac. 1. cap. 1. ch. 30. col. 1.
Motus est perfectio, & perfectio multipliciter dicitur, ergo & motus multipliciter dicitur. Alb. mag. in 3. phys. trac. 1. cap. 2. ch. 30. col. 2.
Motus est via ad primam perfectionem. Alb. magn. in 3. phys. trac. 1. ca. 2. ch. 30. col. 2.
Motus aliquando est perfectio pura, quando non est fluxus de non esse in esse, siue de potentia ad actū, vt est motus intelligentiæ. Et ideo moueri secundum contemplationem, est actus, & perfectio pura. Alb. mag. in 3. phys. trac. 1. cap. 4. c. 32. col. 2.
Motus non est perfectio naturalū rerum, vt sunt actu, sed vt sunt potentia. Alb. mag. in 3. phys. trac. 1. cap. 5. char. 32. col. 4.
Mouere nihil aliud est, quam ad talem quietem agere. Alb. mag. in 3. phys. tr. 1. ca. 7. c. 33. col. 2.
Motus nihil aliud est, nisi quod recipit id, quod mouetur a mouente. Albertus magnus in 3. phys. tracta. 1. cap. 8. char. 33. col. 4.
Moueri non dicit solum motum, sed esse motus, secundum quod est in subiecto recipiente ipsum a mouente. Alb. mag. in 3. phys. tr. 1. cap. 8. c. 34. col. 1.
Motus nihil aliud est, nisi vbi generatum post vbi, vel forma generata post formam, secundum cōtinuum processum de vno in aliud. Albertus mag. in phy. tract. 3. cap. 2. ch. 65. col. 3.
Motus partis non attribuitur toti, nisi per accidens. Alb. mag. in 7. phys. tra. 1. ca. 1. c. 81. col. 4.
Motus est perfectio mobilis, secundum quod mouetur. Alb. mag. in octauo phy. tr. 1. ca. 3. c. 89. col. 2.
Motus est vna ex passionibus rerum naturalium. Alber. mag. in octauo phy. tra. 2. ca. 1. ch. 95. col. 1.
Mouens omne est in actu, & quod mouetur, in potetia. Alb. mag. in 8. phy. trac. 2. cap. 3. c. 96. col. 3.

Motus diurnus est motus primi mobilis, & primi motoris. Albertus mag. in primo de celo tract. 3. ca. 5. char. 15. colum. 2.

Motus, & si oritur a posteriori parte cerebri, vel a nucha vicaria posterioris partis cerebri per spōdiles dorsī descendens, tamen non explicatur, nec diffunditur per organa motiua, nisi in latere dextro, per quod est principium latitudinis animalium. Alber. mag. in 2. de celo. trac. 1. cap. 4. c. 24. col. 4.

Motus est exitus de potentia ad actum. Alb. mag. de moti. ani. lec. 1. trac. 1. cap. 5. c. 42. col. 2.

Motus corporis principium Galenus, & eius sequaces esse posterioris capitis, vbi nucha descendit, dixerunt quinque rationibus fortioribus innixi. Prima, quia vbi est virtus, & facilitas animæ mouens, id videtur esse primum organum mouendi ex parte corporis: at cum intellectiua, & sensitiua sint solæ mouentes, & illæ operantur in capite, videtur quod in capite sit primum organum motus. Secunda, diuersarum virtutum, & non subalternatim positarum diuersa sunt organa: at motiua, & sensitiua sunt virtutes diuersæ: ergo diuersa organa. Ideo apprehendentibus anterior capita pars, mouentibus posterior attributa est. Tertia, quia in anatomia scissione nerui videntur continuari vsque ad nucham. Quarta, quia mollificantia neruos, & infrigidantia, quæ debilitant, & resoluunt neruos motiuos, descendunt a posteriori parte capitis, & cum ibi tangunt paruos, tollitur motus a membris, & fiunt contracta. ergo idem principium motus in toto corpore. Quinta, quia si ibi nerui incidantur & contrahantur, immobilitas accidit quorundam membrorum: quod non fieret, si ibi non esset principium motus. Alb. mag. de motibus animalium lec. 1. trac. 1. cap. 1. char. 42. col. 4.

Motus corporis principium cor esse sex rationibus peripatetici demonstrarunt. Prima, quia omne, quod in mundo mouetur, necesse est, quod ad primum corporis primi motum reducatur, vt ad causam: & primū membrum corporis est cor, ergo &c. Secundo, quod est principium substantiæ, est principium operationis, & motus aliorum membrorum: at cor est principium, prius enim efficitur, ergo &c. Tertia, quia omnis motus animalium fit in mutando vel fugiēdo, & his duobus percipitur cor moueri secundum sistolem, & diastolem. Quarta, quia passiones, quæ faciunt istos motus, sunt a corde, vt tristitia, spes, gaudium, delectatio, & amor. Quinta, quia per calorem, spiritum, & sanguinem præparantur ad motum organa, & hæc vel a corde fugiunt, vel ad illum accedunt. Sexto, quia opera vitæ omnia necesse est principium sumere a primo organo vitæ, quod est cor. Albertus magnus de motibus animalium lec. 1. tract. secundo, cap. secundo, char. 43. col. 1.

Motus principium cor est, quia ab ipso procedit, & ad ipsum refugit spiritus mouens. Alb. mag. de motib. animal. l. 1. trac. 2. cap. 3. c. 43. col. 2.

Mouens ad missionem est aliqua primarum qualitatum cum motu coeli. Alb. mag. de nutri. & nutrib. trac. 1. cap. 1. char. 63. col. 3.

Motus principium peripatetici concludunt cor esse inter omnia organa motus animalis: proximum autem, & determinatum est posterior pars cerebri, quæ per spiritum illuc protensum mouetur a corde, & sic inter ipsos & antiquos non est contradictio. Alb. mag. de motib. anim. l. 1. tr. 2. ca. 3. c. 43. col. 2.

Motus a sensu factus est phantasia. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 1. cap. 7. c. 15. col. 1.

Mouentur animalia omnia alicuius causa. Alb. mag. de prin. mot. proces. tr. 2. ca. 1. c. 181. col. 1.

Motus est forma post formam, vel vbi post vbi in esse continuo. Alber. mag. de cau. & proces. vniuersitatis a

pr. c. l. 2. trac. 2. cap. 3. char. 208. colum. 3.

Motus est actus mouentis, & actus mobilis: & vt actus mouentis, actus perfectus est totus simul. Alb. mag. ethic. 10. tr. 1. cap. 4. c. 108. col. 1.

Motus, vt procedit a mouente in mobile, est actus mouentis: vt autem est in mobili a mouente, est actus mobilis. D. Tho. in 3. phy. l. 4. tex. 18. c. 34. col. 3.

Motus omnis habet determinatam velocitatem, & proportionem potentia motoris ad mobile, etiam si nullū sit impedimentum. D. Tho. in 4. physic. l. 12. tex. 74. char. 59. col. 1.

Mouetur illud, cuius immobilitas quies est. D. Tho. in 4. physic. l. 20. te. 117. c. 68. col. 2.

Motus, qui est actus imperfectus, reducitur ad genus actus perfecti. D. Tho. in 4. phy. l. 3. tex. 9. ch. 74. col. 4.

Mouere aliquid seipsum, nihil aliud est, quā esse sibi causa motus. D. Tho. in 7. phy. l. 1. te. 2. c. 107. col. 2.

Motus omnis fundatur supra aliquod immobile. D. Tho. in 1. de cœ. lec. 4. te. 8. c. 3. col. 2.

Motus cuiuscunq; remissio fit per impotentiam. D. Tho. 2. de cœ. lec. 9. te. 37. ch. 38. col. 2.

Motus in operationibus non dicitur proprie, nisi cū opera illa sunt ad esse naturæ. D. Tho. in 1. de ani. l. 10. char. 65. colum. 3.

Mouēs principale esse dēt, vbi terminatur alterationes, & sensu mutationes, qd est cor. spiritus ergo in corde erit. D. Tho. de ani. mot. lec. 8. c. 55. col. 4.

Moueri aliquid ad aliquā rem, est quasi aliquid rei. Alexan. de ales in 11. metaph. te. 4. ch. 270. col. 3.

Motus ratio vbiunque est, est ratio possibilis, quia motus est actus entis in potentia, vt in potentia. Alex. de ales 11. metaph. tex. 36. ch. 344. col. 1.

Motus actiue est in agente, subiectiue autem in mobile. Alex. de ales in 1. meta. c. 12. col. 1.

Motus est, quasi instrumentum agentis per motū. Alex. de ales in 1. metaph. c. 14. col. 1.

Motus, & actus sunt in substantiis immobilibus, quia motus, & actus causantur actiue a substantia immobili. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 3. c. 53. col. 2.

Motus incipit ab aliquo quiescente, & terminatur ad aliquid quiescens. Alexan. de ales in 4. metaph. te. 29. ch. 102. col. 1.

Motus & quies in eandem causam reducuntur. Alex. de ales in 5. metaph. te. 2. c. 103. col. 4.

Motus omnis specificabilis est, est enim via ad terminū. Alex. de ales in 5. metaph. te. 5. c. 111. col. 3.

Motus quidam est inter oppositas opiniones. Thom. de Vio in periherm. char. 34. col. 4.

Motus, vt ad motorem refertur.

Motis nobis, necessario mouentur ea, quæ sunt in nobis. Arist. top. l. 2. c. 3. ch. 426.

Motus eius, quod in potentia existit, cum actu existens agit, aut idem, aut aliud agit, vt motus. Arist. phys. 3. sum. 2. cap. 4. te. 8. ch. 55.

Motum omne mouetur ex quodam in quoddam. Arist. phys. 4. sum. 3. cap. 3. te. 99. c. 109.

Motus vnus non sequitur aliū motum, nisi per accidēs. Arist. phys. 5. ca. 3. tex. 13. c. 218.

Mouetur ab altero necessario, si quid desinat moueri, eo quod aliquid aliud stetit. Arist. phys. 7. sum. 1. ca. 1. tex. 1. ch. 177.

Motus & mouens propinquum nihil habent medium. Arist. phys. 7. sum. 3. cap. 1. te. 10. ch. 182.

Mouetur semper in animali aliquod eorū, quæ cōgenita sunt, & huius motus non est animal causa, sed continēs forsitan. Arist. phys. 8. sum. i. ca. 2. te. 20. ch. 281.

Mouentur alia, & alia quiescunt. Arist. phys. 8. sum. 2. cap. 1. tex. 25. char. 204.

Mouens omne, & aliquid mouet, & aliquo. Arist. phys. 8. sum.

sum. 2. cap. 3. tex. 34. char. 210.

Mouens, quod mouetur, & id, quo mouet, necessario est esse. Id, quod mouetur, necesse est moueri, mouere autem non necesse est. Id autem, quo mouet, & mouere, & moueri: pariter enim mutatur hoc simul, & secundum idem cū eo, quod mouetur, existens, mouens autem immobile esse debet. Arist. phys. octauo, sum. 2. ca. 3. tex. 37. char. 211.

Mouens se ipsum penitus impossibile est mouere se ipsum. Arist. phys. 8. sum. 2. ca. 4. tex. 40. ch. 214.

Motum semper esse oportet, & non intermittere, ergo necesse est aliquid esse perpetuū, quod primum mouet, siue vnum, siue plura, & primum mouens immobile. Arist. phys. 8. sum. 2. cap. 5. te. 45. c. 217.

Motus non est sine naturali corpore. Arist. 1. de celo. tex. 99. char. 275.

Mota omnia quiescunt, quando venerint in proprium locum. Arist. 1. de celo te. 100. c. 276.

Motus natura aptus est ignire, & ligna, & lapides, & ferum. Arist. 2. de celo sum. 3. ca. 1. te. 42. c. 306.

Moueri putare totum per paruas mutationes, ridiculum est: terræ autem moles, ac magnitudo, nihil omnino est ad totum celum. Arist. meteo. 1. sum. 4. cap. 2. char. 488.

Motus minus putrescit, quam quod non mouetur: debilior enim est motus, qui ab ea, quæ in aere caliditate fit, quam qui in re præexistit. Ideo nihil facit permutari. Arist. meteo. 4. sum. 1. ca. 2. te. 11. c. 560.

Mouere aliquid, aut facere sine robore non est possibile. Arist. de som. & vigil. ca. 3. te. 53.

Mouentur quædam subito, vt arcæ, & obstrepunt, quæ nullo mouente, quod sensus nouerit, concitantur, & crepant, cum tamen potentia esse debeat tam quod mouet, quam quod mouetur: & eadem quæstio est de senectute, quæ sit a re insensibili, vt & de corruptione. An simile hoc est guttis, & lapidibus, quos plātę emergentes attollunt, atq; reiciunt: quorum non vltimum est, quod attollit, sed hæc vniuersa continuatio efficit: quæ quidem re insensibili accidit, vt motus ille sensibilibus nascatur. Arist. proble. sec. 11. nu. 28. c. 460.

Motum iapa est aliquid omnis eius, quod mouetur. Arist. 9. metaph. ex sum. 2. ca. 3. tex. 14. c. 186.

Motus de sui ratione est propter aliud, ergo propter mobile, & per consequens motus celestis propter astrum, quod mouetur. Arist. 12. metaph. ca. 4. tex. 47. c. 257.

Moueri nulla res potest, quæ tantum potentiam habet. Themist. phys. 3. tex. 9. c. 27. col. 3.

Motus principium afferri potest, & finis: primum autem in motum, & vltimum motum afferri nō potest. Themist. in 6. phys. tex. 58. c. 51. col. 2.

Mouens quocunq; quia mouetur, necesse est, vt tangendo moueatur, & moueat. Themist. in 8. phys. tex. 35. c. 56. colum. 2.

Motus quod causa est, idem quietis quoque causa est. Michael ephes. de anim. ince. ch. 56. col. 4.

Mouens omne, in tempore, ac loco mouet. Simplicius in præd. ch. 29.

Motum omne mouet, & patitur, quia in potentia est: sed mouetur, & facit, quatenus est actu. Simpli. in 3. phys. tex. 5. c. 148. col. 1.

Mouens per accidens diuersum esse a re mota nihil vetat. Simpli. in 5. phys. c. 293. col. 1.

Motus non solum est in eo, quod mouetur, sed est in eo, ex quo, & in eo, ad quod. Simpli. 5. phy. c. 293. col. 2.

Mouens & si in quibusdam non appareat, non prohibet ibi esse, quod moueat. Simplicius in septimo phys. tex. 1. c. 368. col. 2.

Mouens prius esse, quam illud, quod mouetur, necesse est: si quidem mouens ducat e potentia, quod mouetur, in actum. Simpli. in 8. phy. c. 404. col. 1.

Motum omne ab aliquo per se mouente moueri necesse est, vel proxime, vel per aliud medium, quod ab alio

moueatur. Simp. in 8. phy. tex. 34. c. 432. colum. 1.

Mouens hoc tantummodo potest non per accidens moueri, si motum a seipso in eodem manēs moueretur. Simpli. in 8. phys. text. 51. char. 447. col. 2.

Motus quiescit quiescente moto: siquidem motus est in eo, quod mouetur. Simplicius in 8. phys. cor. text. 82. c. 481. col. 1.

Mouens, & motum sunt perfectiora, quam agens, & patiens: cum omne agens sit mouēs, & non conuertitur. Auer. in phys. 3. te. 3. c. 41. col. 1.

Motus secundum quod non differt a perfectione, ad quam vadit, nisi secundum magis, & minus, necesse est, vt sit illius perfectionis. Auer. in phys. 3. tex. 4. ch. 91. colum. 2.

Mota res necessario debet habere cum motore aliquam resistantiam, qua potentia motoris excedat potētiam illius, & hoc est in motibus naturalibus, alioqui quilibet motor moueret quodlibet corpus, & propter hanc resistantiam diuersantur motus corporum celestium, & per hanc motor non mouet rem motam, nisi cum excedit potentia motoris potentiam rei motę. Auer. in phys. 4. tex. 71. c. 75. col. 1.

Mota res quodammodo est similis motori, quodammodo est contraria. Auerroes in phys. quarto. tex. 71. c. 75. colum. 1.

Mota res in elementis est in potentia, & motor in actu, cum sint composita ex prima materia, & formis simplicibus, & motor est forma, & res mota est materia. Auer. in phys. 4. te. 71. c. 75. col. 1.

Motum est notius moto, quia est demonstratum, & motus non est demonstratus scilicet congregatus insimul, sed mens facit ipsum. Auer. in phys. 4. te. 194. ch. 85. colum. 1.

Moueri aliquid ex se sensu apparet absq; eo, quod distinguitur sensu motor a moto. Auer. phys. 7. tex. 1. c. 139. colum. 4.

Mouentia, quæ mouentur ex alijs, non possunt procedere in infinitum. Auer. phys. octauo. te. 34. c. 170. colum. 4.

Mouens, & motum in lapide, & igne, & alijs simplicibus non distinguuntur in actu ab inuicem, vt in animalibus, sed sunt idem subiecto, differunt tamen modo. grauitas enim in lapide est motor, vt est forma tatum, & ipsa est mota, vt est in prima materia. Auer. 4. de celo. te. 22. c. 115. colum. 2.

Motus ex parte mobilis continuus esse potest, & ex parte motoris interruptus. Alb. mag. in præd. c. 54. col. 1.

Motus est in mobili, vt in subiecto. Alb. mag. in 3. phys. tract. primo, cap. 8. c. 35. colum. 3. Idem Alber. magn. in præd. c. 43. col. 3.

Motus, & mouere videntur esse idem formaliter, & essentialiter, licet differant secundum esse, & rationem. Alber. mag. in 3. phys. trac. 1. ca. 8. c. 35. col. 4.

Mouens & motum differunt, & opponuntur, præcipue si sunt mouentia naturalia. Alb. mag. in 3. phys. trac. 1. cap. 8. sc. 33. col. 4.

Mouens omne per se mouet ad formam aliquam, quæ est per aliquem modum in ipso mouente. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. trac. 1. cap. 5. c. 42. col. 2.

Mouens virtus omnis naturalis eo maior est, quo suo motiuo principio immobili vicinior est. Albertus mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. tertio, cap. 8. c. 221. col. 4.

Mouentia siue agant, siue patiantur mouentur, quia & agendo patiuntur, & mouendo mouentur, vt ignis, cum agit in ligna, patitur, vt ingrossatur per summū, cum flamma non sit nisi fumus ardens. D. Thom. in 3. phy. l. 2. te. 8. ch. 33. col. 1.

Mouens, & motum simul esse oportet. D. Tho. in 4. phy. l. 11. tex. 68. c. 57. col. 3.

Motum omnem indigere subiecto mobili non est contra nostram fidē, quia rerum vniuersalium productio

non est, nec motus, nec mutatio, sed simplex emanatio a Deo. D. Tho. in phys. l. 2. tex. 4. c. 119. col. 3.
Motus subiectum est magnitudo, & corpus, quia nihil mouetur, nisi generatum. D. Thom. pri. de cœl. ex proæ. c. 1. col. 2.
 Motu carent duo, perfectissimum, & propinquissimum imperfectissimo. D. Thom. in secundo de cœl. l. 18. tex. 63. c. 47. colum. 2.
 Motium non est sine sensitiuo, sensitiuum autem esse potest sine motiuo. D. Thom. in 2. de ani. l. 6. tex. 32. c. 26. colum. 3.
 Motum considerare volens, naturalia considerare oportet, quia naturalia sunt illa, quæ habent in se principium sui motus. D. Th. de ani. mot. l. 1. c. 36. col. 1.
 Mouens & motum non debent esse continua, sed approximata. D. Tho. de anim. motu l. 1. c. 47. col. 2.
 Mouens cum non moueat nisi in virtute finis, ideo de fine hoc in loco non fecit mentionem Arist. & quia forma aliquammodo est finis. Alex. de ales 12. metaph. tex. 23. ch. 337. col. 3.
 Motus prohibet, vt mobile non sit pura forma, quia pura forma est purus actus, purus actus nullo modo moueri potest, nec ad vbi, nec ad formam. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 17. ch. 272. col. 4.
 Motus subiectum mouetur, non terminus. Alex. de ales 11. metaph. char. 324. col. 4.

Motus, vt primus.

Mouens primum nõ vt id, cuius causa, sed vnde principium motus est, simul cum eo est, quod mouetur. Simul dico, quia nihil inter ipsa est, commune enim est hoc in omni, quod mouetur, & quod mouet. Arist. phy. 7. su. 2. cap. 1. tex. 9. char. 180.
 Mouens primum, & quod primo mouetur, nihil habent medium. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 1. tex. 13. c. 184.
 Mouens quoddam immobile est. Arist. phys. 3. su. 2. cap. 4. tex. 8. c. 55.
 Mouens primum, vel a seipso mouebitur, vel erit immobile. Arist. 8. sum. 2. cap. 4. tex. 41. c. 214.
 Mouens primum immobile est. Arist. phys. 8. sum. 2. ca. 4. tex. 44. ch. 216.
 Mouens primum vnum, & perpetuum esse necesse est. Arist. phys. 8. su. 2. cap. 5. tex. 49. ch. 219.
 Motus, qui inuenitur in primo moto, est primus motu. Arist. phy. 8. su. 3. cap. tex. 60. c. 225.
 Mouens primum immobile impossibile est habere aliquam magnitudinem. Aristote. phy. 8. su. 4. cap. 1. tex. 86. ch. 242.
 Mouens primum perpetuo mouet motu, & infinito tempore, indiuisibile est, & impartibile, & nullam habens magnitudinem. Arist. ibidem.
 Motibus primis finitis existentibus, necesse est, & species simplicium corporum finitas esse. Aristote. pri. de cœ. tex. 57. c. 261.
 Mouens primum oportet non vi mouere, sed secundum naturam: nam si non esset, quod secundum naturam mouet primo, in infinitum abibit. Arist. 3. de cœ. cap. 1. t. 20. ch. 338.
 Mouens primum impmbile est: igitur est aliquod, quod semper mouet ea, quæ mouentur, manens immobile. Arist. in 4. metaph. cap. 5. t. 29. ch. 83.
 Motus primus, & si nullus est primus natura, nos tamen vnus stadii motum cognoscimus, aut quempiam alium, quo totum motum mensuramus. Alex. apher. in 4. metaph. vel secun. lat. 5. co. 12. c. 137. col. 1.
 Motor primus immobilis est: non igitur corpus, quia corpus omne, quod mouet, mouendo etiam mouetur. Them. in 8. phys. tex. 20. ch. 59. col. 1.
 Mouentia primo, quæ sunt supra naturam, non solum sunt immobilia per se, sed etiam per accidens. Simplic.

in 5. phys. t. 6. c. 294. colum. 2.
 Mouens primum est, quod ab altero non mouetur. Simplicius in 8. phys. te. 34. c. 442. col. 1.
 Mouens primum, quãdoquidem omnino separatum est a corpore, non solum excedit motum per se, & ab eo est alienum, sed etiam ab eo, quod est per accidens. Simplic. in 8. phys. te. 48. c. 443. col. 2.
 Motus primus secundum naturam æternus est. Simplic. in 8. phys. te. 56. ch. 45. col. 1.
 Mouens primum, & si in cœlo collocatur, non mouetur tamen per accidens, quia nõ proprie est in cœlo, sed cœlum in ipso est. Simplic. in 8. phys. t. 84. c. 485. col. 1.
 Mouens primum continet totum mundum sua infinita potentia, ac vi. Simplic. in 8. phys. t. 84. c. 485. col. 1.
 Mouens primum mundi non solum est causa finalis, sed etiam efficiens, & hæc Deus est. Simplic. in octauo phys. te. 86. c. 487. col. 2.
 Mouens primum omnis partis, & magnitudinis expers esse debet, vt quod nullum corpus habet. Psel. octauo phys. c. 81.
 Motus si diuideretur in indiuisibile, nõ esset illic primus motus, & prima magnitudo, & primũ tempus. Auerr. phy. 6. te. 58. c. 129. col. 4.
 Mouentis primi causa omne tractatur, de quo hoc li. loquitur Arist. Auerr. phy. 1. te. 83. c. 23. col. 1.
 Motus primi motoris vtilitas est continuatio, & perpetuitas efficiendi. Auerr. 1. de cœl. te. 65. c. 22. col. 3.
 Mouentis primi forma aliquo modo est omnis forma. Auerr. in 12. metaph. te. com. 24. c. 145.
 Mouens primum immune est a potentia, & in nulla materia existit. Auerr. in 12. metaph. te. co. 35. c. 149.
 Mota omnia reducuntur ad primum motorem, qui est actus, in quo non est potentia omnino. Auerr. in 9. metaph. te. com. 27. c. 114.
 Mouens primum, & secundum, & sic deinceps nõ distinguuntur penes essentiam, qua mouent per se, quia illa est vna in omnibus eis, sed penes esse, quod est diuersum in ipsis. Alb. mag. in 2. phys. tr. 1. cap. 3. c. 21. col. 2.
 Mouens omne in natura reducitur ad motum mouētis primum, & per formam illius mouet omne mouens secundum. Alber. magnus in secundo phys. tract. 2. cap. 4. c. 28. col. 4.
 Motu ignorato ignoratur tota natura, quia ignoratur primus motor, quo ignorato ignorantur ceteri motores. Alb. mag. in 3. phys. tr. 1. cap. 1. c. 30. col. 1.
 Mouens primum duplex est: vnũ in genere, quod est mouens, quod seipsum mouet, & illud mouetur: aliud est extra genus, quod est mouens non motum. Alb. mag. in 8. phys. tr. 2. ca. 5. c. 97. col. 4.
 Mouens primum elementa immiscibile est. Alb. magnus in 1. de gene. & cor. tr. 6. ca. 4. c. 70. col. 3.
 Motorum ordo necesse est, vt sit in aliquo vno, & primo motore, a quo virtus motiua est in omnibus aliis, & ille est motor altior, & mirabilior omnibus ceteris motoribus motis, quæ sunt eiusdem ordinis, & talis primo mouens virtus est in membris. Alb. mag. de ani. li. 16. tr. 1. ca. 6. c. 137. col. 2.
 Motus primus per hoc infinitus est, quia vniformis. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. 2. tract. 3. cap. 2. ch. 220. col. 3.
 Mouens primum mouet non motum, & primum cõpositum mouet motum a specie primi mouentis. Alb. magnus de princ. mot. proces. tr. 2. cap. 1. c. 181. col. 1.
 Motus primus vnus est, qui est causa omnis alterius motus: vnde quæcunq; sunt in esse transmutabili, habent hoc ex illo primo motu, qui est motus primi mobilis. D. Th. in 4. phys. l. 17. tex. 98. c. 64. col. 2.
 Mouentia omnia a primo mouente vsque ad vltimum mouens, sese tangere necesse est. D. Tho. in 8. phys. l. 9. t. 37. c. 130. col. 1.
 Mouens primum est in aliqua parte sui mobilis, non per deter-

determinationem suæ substantiæ, sed per efficietiam motus, quia ex aliqua parte sui mobilis mouere incipit. D. Thom. in octauo phys. ic. l. 23. tex. 84. char. 154. colum. 2.
 Mouens primum simpliciter in ratione amati est bonum æternum semper existens vniuoce. D. Tho. de animal. motu. lec. 4. char. 51. col. 3.
 Motus primi necessitas subiacet voluntati Dei. D. Th. in 12. metaph. lec. 7. tex. 38. c. 870.
 Mouens primum mouet ad omnem formam, vt mouens propinquum ad formam particularem. Alex. de ales 12. metaph. tex. 24. ch. 337. col. 3.
 Mouens primum per se potest ad omnem formam. Alex. de ales 12. metaph. tex. 24. c. 337. col. 3.

Motus, vt naturalis.

Mouet omne, quod naturaliter mouet, cum sit in potentia mouens, & cuius immobilitas quies est. Arist. phy. 3. sum. 2. cap. 5. tex. 16. c. 57.
 Motu naturali non existente, non est etiam nec violentus. Arist. phy. 4. cap. 2. tex. 67. c. 97.
 Mouetur natura, quod a seipso, seipsum mouet, vt animalia. Arist. phy. 8. sum. 2. cap. 2. tex. 27. c. 206.
 Moueri se animatorum solum propriũ est, & non tantum vno mouetur motu, quod ex se mouetur. Arist. ibid. tex. 29. c. 207.
 Motuum naturales cause sunt caliditas, & frigiditas, quæ extrinsecus, & intrinsecus occurrunt. Arist. de anim. mot. cap. 8. c. 93.
 Motus principium, quod in generatione obtinet, mas melius, & diuinius est. Arist. de gen. ani. 2. ca. 1. c. 140.
 Motus acuti cur magis hebetes minus calefaciãt, ingressus tamen per accliuia, qui hebetiores sunt, magis mouent sudorem, profituntq; spiritu, quasi amplius calefaciant, quam decliuies. Quia graui cuique, vt ferri deorsum secundum naturam est, sic ferri sursum contra naturam est. Sic corpora descendendo nihil laborant, ascendendo magis, & spiritum caloris natura profitit. Quin etiam corporis varius inflexus non nihil afferre cause potest, vt directa spirandi reciprocatio auferatur. Arist. probl. sec. 2. nu. 38. c. 363.
 Motus nullus naturalis est retrorsum. Arist. de ani. inces. cap. 5. c. 565.
 Moueri cui per se inest in substantia, non oportet ab alio moueri, nisi per accidens. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 42. c. 599.
 Motum omne ab anima, ab aliquo mouetur. Alex. apher. in 1. natur. q. cap. 1. c. 1.
 Motus per animam fieri dicimus, quia anima est causa in nobis, qua sensus patiãtur, & feriantur a rebus. Them. in 1. de ani. cap. 25. tex. 63. c. 67. col. 2.
 Motus secundum naturam interpretet opinati sunt Peripateticos fatales existimare. Simplic. in 5. phys. tex. 58. c. 326. colum. 2.
 Motus naturalis omnis est secundũ naturam alicuius mobilis. Simplic. in 1. de cœl. tex. 14. c. 9. col. 3.
 Mouens ipsum in animalibus intrinsecus iacet. Simplic. in 1. de ani. te. 14. ch. 4. col. 3.
 Motus in ante est animalibus naturalis, in retro præter naturam. Mich. ephes. de anim. inces. c. 61. colum. 4.
 Mota omnia secundum naturam moueri, & vi, eorum intelligendum est, quæ mouentur motu recto, quia, quæ circulari mouentur, non habent contrarium. Io. gram. in pri. de ani. te. 40. ch. 18. col. 2.
 Motus naturalis causa, est causa quietis naturalis, & hæc est similitudo continentis ad contentum. Auerroes in quarto physico. text. 69. ch. 73. col. 2.
 Motus corporis cœlestis non habet diuersitatem, quia hoc est proprium corporis cœlestis, vt est cœlestis, nõ vt motum. Auerroes physicorum 5. text. 45. chart.

108. colum. 2.
 Mouetur naturaliter omne, quod mouetur per principium existens in eo. Auerroes physicorum 8. text. 27. c. 166. colum. 2.
 Motus omnis naturalis, & voluntarius habet velocitatem terminatam, quia omnis motus habet motorem terminatum. Auerroes 2. de cœlo text. 38. chart. 57. colum. 3.
 Motus attractionis fit villo longitudinalario, expulsio latitudinario, retentio transversali. Auerroes de partib. anim. cap. 4. char. 82.
 Motus pulsus fieri propter necessitatem spirationis tantum non est credendum, sed propter transmissionem caloris naturalis, qui est instrumentum virtutum animæ ad ipsa membra. Auerroes ibidem.
 Mouens potentia omnis existens in corpore, necessario mouetur accidentaliter, & non essentialiter. Auerr. in duodecimo metaph. tex. co. 41. char. 152.
 Mouens vltimum in animalibus, & plantis sponte genitis est ipsa corpora cœlestia per virtutes animatas sibi influxas ab eis, secundum Aristot. opinionem: secundum Modernos est intellectus agens. Auerr. in epito. metaph. tractat. 2. c. 263. col. 3.
 Motus naturalis tarditas, vel velocitas non proficitur ex proportione primi ad medium, sed potius ex potentia mouente relata ad medium. Albertus magnus in quarto physicorum tractat. secundo capite 7. chart. 49. columna 1.
 Motus naturalis fit velocior in fine, quia perfectius habet formam, cum ad proprium locum vicinior est. Albertus magnus in quarto physicorum tractat. 2. capit. 7. chart. 49. colum. 1.
 Motus omnis naturalis est per aliquod mouens intrinsecum, habitus non habet mouens intrinsecum, ergo nec motum. Alb. mag. in 5. phy. tra. 1. ca. 7. c. 62. col. 4.
 Motus naturalis processus est in naturalem formam, vel vbi, & quanto magis procedit, tanto magis acquirit, vigorem forme. Alb. mag. li. eo. tr. 3. ca. 8. ch. 68. col. 1.
 Motus principium in animali est ex corde, quod mouetur, & mouet alia, quæ mouentur. Albert. magn. in septimo phy. tract. 1. cap. 2. c. 82. col. 2.
 Motus cœli finem habere debet, quia quies eius ad alium statum mundi ordinabitur quam nunc ordinatur motus eius. Alber. mag. in 8. phy. tra. 1. ca. 7. ch. 90. col. 4.
 Motus animalium est præcipuus inter opera vitæ. Alb. magnus de motib. ani. li. 2. tr. 1. ca. 2. c. 43. col. 2.
 Motus organum imitatur motum cœlestem. Alb. magn. de mot. ani. li. 2. tr. 1. ca. 2. c. 46. col. 1.
 Mouentia omnia secunda sunt instrumenta primi, & mouentur virtute formæ intellectus agentis a primo vsque ad vltimum. Albertus magnus in tertio metaph. tract. 3. cap. 11. char. 86. col. 2.
 Motus in rebus naturalibus eo modo est principium, quo eis motus conuenit. Quibus conuenit mouere, est in eis principium actiuum motus. Quibus competit moueri, est in eis principium passiuum, quod est materia. D. Tho. in 2. physicor. l. 1. te. 1. ch. 16. col. 3.
 Motus omnis naturalis incipit a loco non naturali, & tẽdit in locum naturalem. D. Thom. in quarto phys. l. 12. t. 74. c. 59. col. 3.
 Motus omnis ab aliquo immobili procedit. D. Thom. in tertio de anim. lec. 15. te. 55. c. 65. col. 3.
 Motum nõ incepisse naturali via probat Arist. in octauo. Sed quod incepit rebus de nouo productis a primo rerum principio, vt fides nostra ponit, hoc Aristotelicis rationibus hic ab eo positus, probari nequit. D. Tho. in octauo phys. l. 2. t. 13. c. 121. col. 3.
 Mouetur aliquid etiam naturaliter in animali ab interiori principio, vt patet in mutationibus, quæ sunt in anima vegetabili, vt in digestionibus cibi, & in aliis sequentibus transmutationibus. D. Thom. in 8. physicor. lec. 4.

lec. 4. tex. 20. char. 123. colum. 4.
Motus naturales illi dicuntur, quibus corpora mouentur ad loca propria: violenti autem, quibus mouentur ad loca aliena. Diuus Thom. in 1. de cæl. 15. tex. 74. c. 16. colum. 2.

Motus, vt extrinsecus.

Motus violentus est præter naturam, & posterior eo, qui secundum naturam Aristot. physic. quarto cap. 3. te. 67. c. 97.
Motus ab arte incipit a specie, quæ est in anima, a casu vero non incipit ab illa, sed a principio factionis, præter tamen intellectum. Arist. 7. physic. cap. 6. tex. 23. c. 138.
Moueri, quod non mouetur, non est inconueniens, si aliquando sit id, quod mouetur, extrinsecum, aliquando non. Arist. phy. 8. su. 1. ca. 2. te. 19. c. 201.
Motus plures in animali fiunt a continente, & horum quibusdam intellectum, aut appetitum mouere. Arist. physicor. 8. su. 1. ca. te. 20. c. 201.
Moueri ab aliquo id, quod mouetur in iis, quæ præter naturam mouentur, maxime manifestum est, deinde, quæ a seipsis, vt animalium: sed latet quomodo oportet determinare in animalibus motorem a moto. Arist. physic. 8. su. 2. ca. 2. te. 28. ch. 206.
Motus præter naturam si contrarius est ei, qui secundum naturam est, vnum enim vni contrarium esse ueesse est, cum simplex circularis sit, si non est secundum naturam lati corporis, erit præter naturam. Aristot. 1. de cælo. te. 10. ch. 247.
Mouentur extrinsecus, quæ violentia mouentur: intrinsecus vero corpora, quæ natura mouentur, & ea quæ ab animi mouentur impulsu. Simplic. in 7. physic. tex. 1. char. 368. colum. 2.
Mouentur vi, quæ præter naturam mouentur, & quod præter naturam mouetur, ex suo proprio loco naturali, in quo aptum est quiescere, exit. Simplic. in 8. physic. tex. 25. char. 423. col. 2.
Motus præter naturam vniuersaliter dicitur ille, qui ei, qui secundum naturam eiusdem circulationis opponitur. Simplic. in 1. de cælo. te. 32. co. 36. c. 29. col. 3.
Motus præter naturam est peccatum, & transgressio motus secundum naturam. Simplic. in 3. de cælo. tex. 18. co. 18. c. 88. colum. 1.
Motus violentus nil aliud est, quam motus præter naturam. Io. gram. in 4. physic. te. 62. c. 95. col. 4.
Motum omne, quia est in moto, dicitur moueri per accidens. Auer. physic. 7. te. 10. c. 143. co. 3.
Motum per accidens nulla ars considerat. Auer. physic. 5. te. 1. c. 95. col. 3.
Motus violenti tempus maius esse tempore motus naturalis, impossibile est. Auer. physic. octauo, su. 1. tex. 15. c. 159. col. 1.
Moueri quædam a motore extrinsecus, postquam non mouebatur, triplex assignari potest causa, aut absentia motoris, aut distantia eius, aut præsentia impedimenti. Auer. physic. 8. tex. 19. ch. 161. col. 2.
Mouetur per accidens omne, quod mouetur, quia est in motu. Auer. physic. 8. tex. 51. ch. 178. col. 3.
Motuum appropinquatio, & remotio non operatur, nisi in motibus rerum, quarum mouens est extrinsecum secundum appropinquationem, & remotionem a mouente. Auer. 1. de cælo. 81. c. 26. col. 2.
Motus violenti causa tarditatis, est remotio a mouente extrinsecus. Auer. 1. de cælo. te. 89. c. 28. col. 1.
Motus violentus non intelligitur in corpore, nisi respectu naturalis. Auer. 2. de cælo. te. 83. c. 72. col. 1.
Motus violentus non inuenitur in aliquo, nisi post motum naturalem. Auer. tertio de cælo. su. pri. tex. 20. c. 87. colum. 2.
Motus compositus non inuenitur in motu violento.

Auerroes tertio de cælo. te. 28. chart. 91. colum. 4.
Mouens accidentaliter omne necesse est, vt moueat se, quia essentialiter mouet aliud motum a se. Auer. 3. de cælo. text. 28. chart. 92. col. 2.
Motus violentus non intelligitur, nisi in respectu motus naturalis. Auerroes prim. de anim. text. 3. i. chart. 115. colum. 4.
Motus, cuius principium est extrinsecum, & finis in anima, est motus sensus: & cuius principium est in anima, & finis extra, est motus rememorationis, qui forte peruenit ad sensum, & forte non. Auer. 1. de anim. text. 64. chart. 120. col. 4.
Motus omnis violentus corpori est a corpore ab extra. Auer. ex destr. deit. disp. 14. ch. 51. col. 4.
Mota violenter motore separato mouentur, quia cum mouentur, percutitur aer, & ille, quia leuis est, & non grauis naturaliter, non est sine naturali impetu, quo iuuat pellere ad locum, quo dirigitur motus eius, quod mouetur violenter. Vnde aer volocior est in expellendo, & fortior quam primum pellens, & sic motu aeris, qui non omnino violentus est, pellitur, & pulsus. Alb. mag. in 4. phy. tra. 2. cap. 5. chart. 47. col. 2.
Motus violenti velocitas, & tarditas supposita qualitate motiue virtutis, fit a dispositione mediæ. Alb. magn. in 4. phy. tra. 2. cap. 7. chart. 49. col. 1.
Motus, qui fit, cum remouetur prohibens, fit, quia omnis motor secundum elongationem a loco, ad quem mouet, trahit debilitatem quandam in virtute mouendi rem motam: ideo, & si talis motus tempus habet ex medio retardante motum, tamen etiã aliquid huiusmodi habet ex virtute motoris, quæ fit fortior, cum descendit ad locum, ad quem mouet. Alb. magn. in 4. physic. tra. 2. cap. 7. ch. 49. col. 2.
Motus violentus in fine est remissior. Alber. magn. in 5. physic. tra. 3. cap. 8. chart. 68. col. 2.
Motus violentus secundum aliquid naturalis est aeri, & aque, licet secundum mouens sit violentus. Alb. mag. in 2. de ani. tra. 3. cap. 21. chart. 26. col. 4.
Motus violentus est quædam declinatio a motu naturali. D. Tho. in 4. phy. l. 1. te. 67. ch. 57. col. 3.
Motus violentus est recessus a quiete naturali. D. Tho. in 8. physic. l. 6. te. 25. chart. 125. col. 4.
Mouet per accidens, qui remouet prohibens, non autem per se. D. Tho. in 8. phy. l. 8. te. 32. ch. 128. col. 4.
Mota ab alio reducuntur in cælum. Alexan. de ales 12. metaphy. te. 27. chart. 238. col. 3.

Motus, vt localis.

Motus omnis in loco est: quod enim non est in loco, non mouetur. Arist. phy. 5. cap. 2. te. 8. ch. 126.
Motus circularis alius est a motu recto. Aristot. ibidem text. 33. chart. 134.
Motum omne in ioco ab alio mouetur, & aliud ab alio, sed non in infinitum, quia erit aliquid, quod primo causa erit motus. Aristotel. physicorum 7. sum. 2. cap. pri. text. 3. chart. 178.
Motus omnis secundum locum, congregatio, & disgregatio est. Arist. eod. l. su. 3. cap. 2. te. 10. chart. 182.
Motu locali continuo non existente, secundum quem mouet primus motor, non erit, nec alteratio, nec augmentatio, nec generatio. Ergo motus localis prior est cæteris motibus secundum naturam. Arist. phy. 8. su. 3. cap. prim. te. 56. chart. 224.
Motus localis est prior tempore, quia perpetuis solum, competit moueri secundum hunc. Arist. ibid. te. 57.
Motus localis in his, quæ habent generationem, necesse est esse postremus motuum. post generationem, primus est alteratio, & augmentatio: sed latio est motus perfectorum. Arist. ibidem.
Motus localis essentialiter præcedit generationem. Ari. ibid. Motus

Motus localis, aut est circularis, aut rectus, aut mixtus. Ari. physicor. 8. sum. 3. c. 3. te. 64. ch. 227.
Motus rectus, vel circularis, si non est continuus, nec mixtus, ex his compositus continuus erit. Ari. phy. 8. su. 3. cap. 3. te. 64. char. 127.
Motus rectus non est continuus, quia reflectitur. Arist. phy. 8. su. 3. cap. 3. te. 64. chart. 227.
Motus reflexus constat ex motibus contrariis. Aristoteles ibidem.
Motus reflexus non solum in recta habet quietem, sed etiam, si secundum circulum feratur. Ari. ibidem te. 65. char. 228.
Motus medium in motu reflexo est vnum numero, & duo ratione. Ari. phy. su. 3. ca. 3. te. 65. char. 228.
Motus circularis est, qui est ab eodem in idem. Aristote. physic. 8. su. 3. ca. 4. te. 73. char. 234.
Motus rectus est, qui est ab eodem in aliud. Ari. physic. 8. su. 3. ca. quarto te. 73. char. 234.
Motus circularis solus perfectus est. Ari. phy. 8. su. 3. ca. quarto te. 73. char. 234.
Motu nullo contingit continue moueri, nisi circulari. Ari. phy. 8. su. 3. ca. 4. te. 74. char. 235.
Motus circularis regularis solus est: qui enim super recta fit, irregularis est. Aristot. physicor. 8. sum. 3. cap. 3. te. 76. char. 236.
Motus circularis solius, nec principium, neque finis in ipso natura est, sed extra. Aristot. phy. 8. sum. 3. capit. 5. text. 76. char. 236.
Mouentur celerrime, quæ proxima sunt mouenti: huiusmodi autem est ipsius totius circularis motus, in eo ergo est motor. Aristoteles physicorum 8. sum. 4. cap. 1. te. 84. ch. 241.
Motus circularis est, qui circa medium est. Aristoteles 1. de cælo te. 5. ch. 246.
Motus rectus est qui sursum, & deorsum, & sursum est, qui a medio, deorsum, qui ad medium. Ari. ibidem.
Motus circularis si est alicui lato secundum naturam, manifestum est, quod aliquod corpus simplex natum est circulariter moueri, vt ignis sursum, terra deorsum: si autem non est secundum naturam, irrationabile est hunc motum solum continuum esse. Aristote. prim. de cælo te. 15. char. 248.
Motus, qui fiunt super recta, inuicem opponuntur propter loca sursum, & deorsum, & loci est differentia, & contrarietas. Ari. pri. de cælo tex. 24. char. 252.
Motus, qui fiunt in circulo, cum mouentur ad eundem punctum, non sunt contrarij, quia contraria latio est determinata ex contrario in contrarium. Aristotel. pri. de cælo te. 30. char. 253.
Motus circularis si contrarius esset motui circulari, ocio sus esset alter eorum: In idem enim sunt ambo. Arist. pri. de cælo te. 31. ch. 253.
Motus principium maxime apparet in graui, & leui, quia proxime ad substantiam eorum materia est. Aristote. quarto de cælo su. 2. te. 24. ch. 367.
Motum secundum lationem perpetuum esse demonstratum est: & ideo necesse est his existentibus, & generationem esse continue. Aristote. 2. de gene. & corru. su. 3. ca. 1. te. 55. ch. 443.
Motus secundum locum progressiuus non est nutritiua potentia, semper enim propter aliquid fit, & vt aut cum imaginatione, aut appetitu fit: nihil enim non apparet, aut fugiens mouetur, nisi violentia. Et plantæ mouerentur motu progressiuo, si nutritiua potentia fieret motus hic. Aristoteles 3. de ani. sum. 2. ca. 1. tex. 44. char. 665.
Motus secundum locum progressiuus non est sensitua potentia, quia multa sunt animalia, quæ sensum habent, & non mouentur, quamuis perfecta sint animalia, & aliorum generatiua, & augmentum, & decrementum habeant. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 1. te. 45. ch. 665.

Motus secundum locum progressiuus non est nec ratio-cinatiuum, nec vocatus intellectus. Speculatiuus enim nihil speculatur agibile, nec dicit de persequendo, vel fugiendo quicquam, cum speculatur aliquid huiusmodi, iam præcipit aut persequi, aut fugere, vt sepe intelligit terribile aliquid, non iubet autem timere, sed cor mouetur, si autem delectabile, pars aliqua alia. Arist. ibidem.
Motus progressiuus secundum locum non est appetitus: nam appetentes, continent, & concupiscentes non operantur ea, quorum habent appetitum, sed sequuntur intellectum. Aristot. 3. de anim. su. 2. cap. 1. te. 42. ch. 666.
Motus progressiuus secundum locum fit ab his duobus, appetitu, & intellectu actiuo, scilicet si quis imaginationem ponat, vt intellectum quandam: multa enim præter scientiam sequuntur imaginationes, & in aliis animalibus non intellectio, nec ratio est, sed imaginatio. Arist. ibid. cap. 2. te. 48. c. 666.
Motus localis initia sunt impulsus, & tractus per se: per accidens autem motus, qui ab alio fertur. Arist. de ani. inces. cap. 2. ch. 561.
Mouentur citius, & facilius, quæ per maiores circulos tolluntur, & trahuntur, quia quæto maior fuerit, quæ a centro est, in æquali tempore maius mouetur spacium. Arist. quæst. mechan. q. 9. c. 788.
Mouentur facilius circa idem iugum maiores colopes, quam minores, & sic fuculæ, quæ graciliores sunt, ab eadem vi, quam crassiores. Quia fucula quidem, & iugum centrum est: prominentes autem longitudines eæ, quæ sunt a centro. Celerius autem, & plus mouentur, quæ maiorum sunt circularum ab eadem vi, quam quæ minorum. ab eadem enim vi plus transferitur id extremum, quod longius a centro distat. Quamobrem ad iugum quidem instrumenta faciunt colopas, quibus facilius versant: in gracilibus autem fuculis plus fit id, quod extra lignum est: hoc autem id efficitur, quod a centro exit. Arist. in quæst. mec. q. 13. c. 789.
Motus localis est motus continuus, & ille, qui circularis est. Aristote. metaphy. l. 12. ex sum. 2. cap. 2. t. 29. char. 250.
Motus soni simile est lationi, & odoris similis est alterationi, & permutationi. Alexander aphrod. de sen. & sen. ex sec. 5. com. 63. char. 24. colum. 1.
Motus localis omnem requirit motum. Amon. in prædic. c. 125.
Motus localis omnem consequitur motum. Amon. ibid. Motu directo quæ mouentur, toto digrediuntur loco. Them. in 4. phy. tex. 43. c. 37. col. 1.
Motus localis tantum sponte ab animalibus gignitur. Themist. in 8. phy. te. 50. c. 57. col. 1.
Motus circularis nunquam in eodem spacio est, quia nihil actu diffinitum in circulo habetur. Themist. in 8. phy. te. 73. ch. 58. col. 3.
Motus circularis est mensura temporis, vt est mensura omnium motuum. Simplic. in prædic. c. 90.
Motus localis maxime primus motus est, quippe qui corporibus inhæret maxime primis. Simplic. in 4. phy. tex. primo, c. 187. col. 1.
Motus circularis motus localis est. Simplic. in 4. phy. tex. 46. ch. 215. col. 2.
Motus lationis non vbique habet terminos diffinitos, quia & si in motu recto sursum, & deorsum diffinita sunt, sed nec animalium motus certi sunt termini, nec circularis motus termini contrarij sunt, & diffiniti. Simplic. in 6. phy. te. 88. c. 364. col. 2.
Motus localis primus est, quia ipso non existente, nec alij motus erunt. Simplic. in 7. phy. t. 6. c. 370. col. 1.
Motus rectus habet principium, finem, & medium actu distinctum. Simplic. in 8. phy. tex. 76. c. 469. col. 2.

Motus in dextram, & sinistram, ante, & retro, non est corporum simplicium, sed animalium dextrum, sinistram, ante, retro habentium. Simp. in 1. de celo. tex. 6. comment. 7. chart. 4. col. 3.

Motus secundum locum non ad substantiam, sed ad operationem tendit. ideo diuina corpora non dedignata sunt hoc motu moueri. Simpl. in 4. de celo text. 24. comm. 11. chart. 105. col. 4.

Motus secundum locum est potius actus, alij autem motus potius sunt passionis. Simpl. ibid.

Motus ambulatorius ex potensione, & tractione componitur. Io. gra. in 3. de ani. tex. 54. ch. 45. col. 2.

Motus principium animalia habent: plantæ carent motu locali: corpora simplicia carent omnibus alijs motibus, locali excepto. Idem 2. phys. ch. 32. col. 2.

Motum omne in loco necesse est mutare locum. Auer. phys. 6. tex. 85. ch. 137. col. 2.

Motum omne mutare locum necesse est, aut secundum formam, vt in sphaera: aut forma, & subiecto, vt quæ mouentur motu recto. Auer. physicorum sexto, text. 85. chart. 137. column. 2.

Motus nullus infinitus est, præter circulem. Auerro. phy. 6. text. 91. chart. 158. col. 4.

Motus translationis subiectum elementorum, in quo est potentia præcedens hunc motum in tempore, est corpus, ex quo est generatio elementis: vt quædo ignis generatur secundum totum, statim habet vbi, quod est superius secundum totum: & dum generatur pars singula illius, statim habet singulam partem illius vbi. Potentia igitur istius motus non est in subiecto, quod est ignis in actu, sed in subiecto, ex quo generatur ignis: & hoc ignorauit Ioannes Grammaticus. Auer. phys. 8. tex. 4. chart. 155. col. 1.

Motus nomen principaliter dicitur de motibus localibus: in alijs vero apparet continuatio, in alijs non. Auer. phys. 8. tex. 23. chart. 164. col. 1.

Motum omne in loco reducitur necessario ad motum ex se. Auer. phy. 8. tex. 46. char. 176. col. 3.

Motum in loco, si nou transmutatur ab extrinseco, non mouebitur ex motu sui subiecti in loco. Auer. phys. 8. tex. 51. chart. 168. col. 3.

Mouentium celestium perfectior est mouens in motu diurno, cui non accidit, vt moueatur ab alio. Auer. phy. 8. te. 52. chart. 189. col. 1.

Mota omnia eundo, & redeundo habent duas quietes, quod sensui apparet in animalibus. Auer. physicor. 8. tex. 85. chart. 185. col. 1.

Moti mutatio non sequitur ex mutatione ad vbi. Auer. phy. 8. te. 59. chart. 182. col. 1.

Motum ex se nihil inuenitur, nisi in motu locali. Auer. phys. 8. te. 20. chart. 192. col. 4. Idem Auer. physicor. 8. te. 60. chart. 182. col. 2.

Motus localis per accidens potest inducere in re mota alium motum. Auer. phy. 8. te. 60. ch. 182. col. 2.

Motus circularis non contrariatur motui circulari. Auer. 1. de celo. te. 6. chart. 4. col. 2.

Motus mixti est ab elemento prædominante. Idem eo. li. text. 7. chart. 4. column. 2.

Motus circularis aeris, ignis, & aquæ dicitur æquiuoce. Auer. 1. de celo. te. 10. chart. 5. col. 2.

Motum circulem in corporibus motis motu recto esse secundum accidens intelligit Arist. quod motus secundum accidens sit motus oppositus motui essentiali, non contrarius naturali. Contrarius enim motui naturali non inuenitur, nisi in aliquo quatuor corporum simplicium. Auer. 1. de celo. te. 14. ch. 6. col. 3.

Motus rectus differt a motu circulari secundum speciẽ, & contrarium differt a contrario secundum speciem. Auer. 1. de celo text. 24. ch. 10. col. 1.

Motui locali contrarietate magis occultum est inuenire, quàm in alteratione. Auer. 1. de celo. tex. 86. char. 27. col. 2.

Motus circularis non est a loco terminato ad locum terminatum naturaliter, cum non sit inter duo opposita. Auer. 2. de celo. tex. 38. c. 57. col. 3.

Moueri aliquid ab aliquo in loco, impossibile est mediante aliquo non moto a primo mouente. Auer. 4. de celo. tex. 42. c. 59. col. 1.

Motus corporum, quæ mouentur circulariter a motu primi mobilis non est violentus, quia est semper; nec est naturalis, quia ignis non mouetur illo motu a principio existente in eo. Auer. 3. de celo. su. 1. tex. 20. c. 87. column. 2.

Motus ad superius & inferius causa est forma corporis, & causa formæ est locus, & causa loci est corpus sphericum. Auer. 4. de celo. tex. 40. c. 123. col. 3.

Moti partes circulariter, semperque, mouentur in eodem loco. Auer. 1. de gen. & cor. te. 25. c. 159. col. 3.

Motus circularis competit elementis, terra excepta, & non est eis naturalis, nec violentus, sed neuter. Auer. meteor. 2. cap. 2. c. 197. col. 1.

Motum post cibum ducunt medici, quia effectus ex operante augentur in quiete: & quæ fiunt, indigent quiete, dum fuerint in locis suis propriis. Auer. meteor. 4. te. 10. c. 214. col. 3.

Motus omnis compositus ex attractione, & expulsionem, necesse est, vt principium, a quo est expulsio, sit finis, ad quem est attractio. Auer. tertio de ani. tex. 55. c. 183. col. 4.

Motus recti principium, & finis, sunt diuersa in diffinitione, & magnitudine: circularis autem in diffinitione tantum. Auer. 3. de ani. tex. 55. c. 183. col. 4.

Motus omnis animalis in loco componitur ex expulsionem, & attractionem. Auer. 3. de anima. tex. 55. char. 183. column. 4.

Motus omnis compositus ex attractionem, & expulsionem habet rem quiescentem, ex qua fit principium motus expulsui, & ad quem fit finis attractiui. Auer. 3. de anim. te. 55. c. 183. col. 4.

Motum in loco æternum omne habens, substantia est æterna. Auer. 12. metaph. tex. 41. c. 152.

Motus gratius est violentus, qui non accidit corporibus celestibus. Auer. in 12. metaph. c. 155. 2. co. 47.

Motus gratius, si ponatur super diuersis polis, nullum sequitur inconueniens, & omnibus apparitionibus conuenire potest. Auer. in duodecimo metaph. c. 155. 2. com. 47.

Motus gratius inuenitur in celo secundum conuenientiam inter motum diurnum, & motum stellatum, in suis orbibus declinibus, & est in orbe stellarum fixarum, & vocatur processus, & reuersionis motus. Auer. in 12. metaph. c. 155. 2. co. 47.

Motus localis continuus est veluti medium inter purum actum, & res, quæ sunt partim actum, partim potentia: assimilatur nanque rebus existentibus in actu propter æternitatem, quam habent per se, & quia nullam habent potentiam ad corruptionem, sed assimilatur rebus, quæ partim actum, partim potentia sunt propter varietatem, si autem quæ sibi accidit, est ratione motus localis. Auer. in epito. metaph. trac. 3. c. 178. col. 1.

Motus localis potentia colligat esse æternum, & corruptibile. Auer. in epito. metaph. trac. 3. c. 178. col. 2.

Motum localem corrumpi aliquo tempore, aut quiescere non est timendum: quia eius motor non habet potentiam, nec ad corruptionem, nec ad quietem. Auer. in epito. metaph. trac. 3. c. 178. col. 2.

Motui circulari mediante influitur vita omnibus entibus, quanto magis motus. Auerroes ex destr. destr. disput. 14. c. 52. col. 1.

Motus sursum non causatur a leuitate, nec motus deorsum a grauitate, sed a generante, vel a remouente prohibens. Alb. mag. in præd. c. 51. col. 1.

Motus ad locum non solum est, vt locus est superficies sola,

folia, sed prout habet potentiam actiuam, & perfectiuam locati, quæ est a virtute celesti loco infusa. Alb. mag. in 4. phy. trac. 1. ca. 10. c. 43. col. 4.

Motus in loco habet continuitatem a duobus, quorum vnum est proximum fluxum secundum vbi, non interrupti: alterum est primum, non proximum, quod est continuitas spatii. Alber. mag. in 4. phys. trac. 3. ca. 5. char. 53. column. 2.

Motus localis perfectior est omnibus alijs, quia est causa aliorum. Alber. mag. in 5. phys. trac. 3. cap. 4. char. 66. column. 1.

Motus circularis in genere motus localis perfectior est, quia non accipit nec additionem, nec diminutionem. Alb. mag. in 5. phys. trac. 3. cap. 4. c. 66. col. 1.

Motus circularis solus potest esse perpetuus per continuam circuli circulationem. Alber. mag. in 8. phys. trac. 1. cap. 1. ch. 88. col. 2.

Motus localis animalis fieri non potest, nisi prius facta aliqua conceptione. Alb. mag. in octauo phys. trac. 1. cap. 10. ch. 92. col. 1.

Motus circularis quia semper fit de actu alio in alium, conuenit ipsum secundum omne tempus moueri continue. Alber. mag. in octauo phys. trac. 3. cap. octauo, char. 105. col. 2.

Motus rectus non potest esse infinitus, cum omne mouens intendat finem determinatum, quem consequitur per motum: alioquin moueret in vanum, quod non datur in rebus naturæ. Albertus mag. in octauo phys. trac. 3. cap. 9. char. 105. col. 4.

Motus circularis nunquam cessare potest, qui si cessaret, hoc esset in puncto, quod actu describeretur super circumulum, quod non esse potest, quia circulus additionem reciperet. Albert. mag. in octauo phys. trac. 3. cap. 9. char. 105. col. 4.

Motus localis simpliciter motus est: alij autem potius sunt modi motus quidam, quam motus per se. Alb. mag. in 8. phy. trac. 3. ca. 10. c. 106. col. 2.

Motum localiter omne coniunctum habet motorem, & mouetur vel a natura, vel ab anima, nisi per accidens, & violenter moueatur. Si a natura, mouetur a generante, vel ab eo, qui remouet prohibens, & hic motus stat ad formam, & locum generati: motus autem circularis non stat ad formam, nec ad vbi secundum circuli naturam, & rationem. ergo natura infinitatis circularis motus causa non est. ergo vel anima, vel intelligentia. Non ab intelligentia, cum sit substantia separata, quæ nulli corpori coniuncta est secundum modum naturalis coniunctionis. ergo anima causa, est imediata motus circularis. Alb. mag. de caus. & proc. vn. a pri. cau. l. 2. trac. 3. ca. 2. char. 220. col. 2.

Motus a deorsum insursum & e conuerso competit etiã secundum processum, qui est a sursum in deorsum: & hic est motus motiue virtutis, quæ affixa est neruis, & musculis, quibus fit motus. hæc enim a sursum capitis est exiens vsque ad vltima organa pedum deorsum, per quem motus deambulationis perficitur. Albertus magnus de mot. anim. l. 2. trac. 1. cap. secundo, char. 45. col. 3.

Motum processiuum nihil perficit vno tantum motu organo: ideo quæcunque mouentur, duobus ad minus organis mouentur, nec prohibet saltatio, quia est cum tanto labore, quod animal diu sufferre non potest. Alb. mag. de motib. anima. l. 2. trac. 2. cap. 1. char. 46. column. 4.

Motus ad formam, & motus ad locum idem est, & quod non mouetur ad formam, non mouetur ad locum: vnde cum talium celestium corporum formæ separatae sint substantiæ secundum peripateticos, non debetur aliis locus secundum naturam suæ essentia, vt debetur aliis corporum formis. Sed quod sint in loco sic ordinata, debetur eis ex ordine dignitatum suarum, secundum

dum quem ordinem sunt causæ eorum, quæ fiunt in natura, in quo ordine vniuersalium causans est vltimus ambiens alia. Et ideo oportet, quod sit altus in loco secundum distantiam a centro, & claudens in se vndique per circuitum alia, quia aliter non vbi que per circuitum æqualiter efflueret virtutem adesse eorum, quæ sunt naturaliter. Albertus magnus de natura locorum distinct. 1. cap. 2. c. 93. col. 1.

Motus localis non est nisi propter alimentum, quod secundum locum est distans ab eo, quod indiget nutrimento: propter quod datur ei motus processiuus, vt ad alimentum procedat, sine quo viuere non potest. Albertus magnus de caus. & proces. vniuersita. a causa prima l. 2. tract. 1. cap. 1. ch. 203. col. 1.

Motus corporum grauium, & leuium, principium formale sui motus habent, quod principium tantum non potest dici potentia actiua, ad quam pertinet motus iste, sed comprehenditur sub potentia passiuâ contra Scotum. D. Thom. in 2. physicorum l. 1. te. 1. chart. 16. column. 3.

Motus nihil est particeps, nisi quod in loco est. D. Tho. in 3. phy. l. 1. te. 2. c. 31. col. 3.

Motus est non sit de necessitate corporis, est tamen de necessitate corporis, vt mouetur secundum locum. D. Tho. 4. phy. l. 5. te. 7. c. 17. col. 4.

Motus videtur repugnare termino a quo, & conuenire cum termino ad quem. Diuus Thom. in 4. physicor. l. 1. te. 4. ch. 73. col. 1.

Motui, & mutationi non opponitur quies in termino ad quem, sed in termino a quo. D. Thom. in 5. phys. l. 9. te. 55. c. 83. col. 3.

Mouere aliquid secundum locum ad se ipsum, fit tribus modis. primo, vt finis, vt trahit sua quemque voluptas, & locus trahit naturaliter vnumquemque. secundo vt mouet aliquid alterando ad ipsum aliquam, vt magnes ferrum. tertio cum aliquid attrahit ad se ipsum secundum locum solum. D. Thom. in 7. phys. l. 3. te. 10. ch. 109. col. 3.

Motus proiectionis quiescit per defectum virtutis mouendi. D. Tho. in 8. phy. te. 82. ch. 149. c. 3.

Motus localis fieri nequit ad aliquam distantiam, nisi in tempore. D. Tho. de sensu & sensato l. 8. c. 9. c. 4.

Motus secundum locum attribuitur ei, quod est in loco. D. Thom. 11. metaph. le. 12. c. 815.

Motus localis consideratio duplex est: potest enim considerari in se, & absolute: alio modo quo ad organa, & partes, mediantibus quibus exercetur, & sic de ipso actum est in libro de progressu animalium: vel ratione formæ, vel materiæ, & sic agitur de motu in hoc libro. D. Tho. de ani. motu. lec. 1. col. 2.

Motus processiuus compositus est ex pulsus, & tractu. D. Thom. de anima. motu le. 1. ch. 47. c. 2.

Motus partium animalis progressiuus, est quasi circularis. D. Thom. de ani. motu l. 1. char. 47. col. 2.

Motus localis vltimus est via generationis omnium motuum, qui fiunt in animalibus: prior tamen secundum substantiam, & affectionem. D. Thom. de animalium motu le. 4. ch. 51. c. 4.

Motus omnis formalis supponit distantiam formarum. Ale. de ales 4. metaph. te. 23. ch. 95. col. 2.

Motus circularis secundum fidem voluntarius est. Ale. de ales 12. metaph. te. 30. c. 340. col. 1.

Motus formalis oritur ex differentia formali, vt, nisi esset differentia formalis loci, non esset motus localis formalis, & sic de alijs. Ale. de ales in 1. meta. c. 14. c. 3.

Motus ad formam, est motus ad locum, & hinc tria sequuntur. Quod mouens, & generans, dando formam dant locum. Secundo, quod secundum diuersitatem formarum, & passionum naturalium, sunt diuersa loca. Tertio, quod qui largitur formam, largitur locum, & qui largitur locum largitur formam, & qui non potest

potest largiri locum, nō potest largiri formam, & qui non potest largiri diuersitatem secundum locum, nō potest largiri diuersitatem secundū formam, nec eōuerso. Alex. de ales in 1. metaph. trac. 27. c. ol. 2.
Motus ad locum ita nos docuit locum, vt motus ad formam nos ducit materiam. Alex. de ales in 7. meta. char. 45. col. 1.
Motus ad locum duplex; reclus, qui sequitur naturam elementorum; & circularis, qui sequitur naturā cæli. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 45. col. 1.
Motus ad locum nō arguit materiam, nisi quatenus est motus ad formam, iuxta Commentatoris opinionem. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 45. col. 2.

Motus vt vnus, & diuersus.

Motus vnus multipliciter dicitur: vel genere, vel specie, vel numero. Genere est vnus secundum prædicamentorum figuram. specie cum genere est vnus & in indiuidua specie fit. Arist. phys. 5. sum. 2. cap. 2. tex. 31. char. 133.
Motus diuersus est, si id, in quo est motus, est alterum specie. Arist. phys. 5. sum. 2. cap. 2. tex. 33. char. 134.
Motus simpliciter vnus est, qui substantia, & numero vnus est. Arist. phys. 5. sum. 2. cap. 2. tex. 34. char. 134.
Motus vnus dicitur circa tria. vnus est, quod in illud, quod mouetur, vt homo vnus est. in quo idest, in loco; tertio est quando. i. in tempore. Arist. phys. 5. sum. 2. cap. 2. tex. 34. char. 134.
Motum simpliciter vnum esse oportet, vt in quo est sit vnum, & quando est, sit vnum, & quod mouetur sit vnum; non secundum accidens, nec commune. Arist. phys. 5. ca. 2. te. 34. ch. 134.
Motus si est vnus numero, & habitus vnus necesse est. vnus enim numero actus vnus est. si vero habitus vnus est, fortassis alicui non videbitur vnus, & actus esse. Arist. phys. 5. ca. 5. te. 34. ch. 135.
Motus sunt multi, & non vnus motus, inter quorū media est quies. Arist. phys. 5. ca. 2. tex. 41. ch. 136.
Motus dicitur vnus, & perfectus, siue secundum genus, siue secundum speciem, siue secundum substantiam sit. Arist. phys. 5. ca. 2. tex. 42. c. 136.
Motus vnus dicitur motus regularis. Arist. phys. 5. cap. 2. tex. 43. char. 136.
Motus irregularis est, vt non videatur vnus. Arist. phys. 5. cap. 2. tex. 43. ch. 136.
Motus irregularis diuisibilis est: videtur autem differre sicut magis, & minus. Aristot. phys. 5. cap. 2. tex. 43. ch. 136.
Motus diuersus est vnus, cum fuerit continuus: minus autem quod accidit translatione secundum tortuositatem, & minus semper est per commisionem contrarii, & sic non est vnus. Aristot. phys. quinto, cap. 2. tex. 45. char. 137.
Motus vnus infinitus esse nequit. Arist. phys. 6. sum. 5. ca. 3. te. 93. ch. 175.
Motus vnus infinitus esse non potest, præter motum circulare. Aristoteles phisic. 6. sum. 5. cap. 3. te. 94. charta 176.
Motus, qui ad opposita sit, non semper est vnus numero, & idem. Aristoteles phisicor. octauo. sum. 1. ca. 2. tex. 18. char. 200.
Motus vnus, & continuus est, qui est vnus in vno tempore; & in non differenti secundum speciem, & ad hoc tria requiruntur: quod mouet, vt homo, aut vt Deus: quando, vt tempus: & in quo, & hoc est aut passio, aut forma, aut locus, aut magnitudo. Aristoteles phys. octauo. sum. 3. cap. tertio. tex. 64. ch. 221.
Motum omne, quod mouetur duobus motibus oppositis, necessarium est, vt singulariter moueatur eis, cū sit impossibile moueri insimul. Aristoteles phys. 8.

sum. 3. cap. 3. tex. 71. c. 233.
Motus, qui sit super circulari, est vnus, & continuus, & ob id nihil impossibile contingit. Arist. phys. octauo. sum. 3. ca. 4. tex. 73. ch. 233.
Motus vnus secundum naturam vnus est, violentia vero multi. Arist. 1. de cæ. tex. 9. ch. 347.
Motum vnum naturalem vnumquodque habet, præter naturam autem multos. Aristoteles 3. de cælo cap. 1. tex. 18. ch. 337.
Mouetur quicquid mouetur ab aliquo, & vnus motus est ab vno motore. Aristoteles metaph. cap. quarto. tex. 43. col. 255.
Motus genere est vnus, qui in eodem prædicamento versatur. Pfellus in 7. phys. te. 4. ch. 58.
Motus vnus est is, qui in uno mouete, atq; in vna re mota efficitur. Pfellus in 8. phys. ch. 71.
Motus vnus numero ab vno numero motore, & moto efficitur. Mich. ephes. de ani. mot. c. 46. col. 3.
Motus cuiusuis continui causa motiua est æterna, & vna. Simpl. in 8. phys. 49. c. 445. col. 2.
Motus vnus, & continuus non potest esse ex contrariis motibus. Simpl. in 8. phys. tex. 62. c. 453. col. 2.
Motus vnus vnus est secundum naturam. Simpl. in pri. de cæ. te. 15. com. 16. ch. 10. col. 1.
Motus duo differentes specie in vnam, & eandem formam tendere, peruenireq; nequeunt. Ioan. gramm. in 3. phys. tex. 18. c. 56. col. 2.
Motus a magistro in discipulū vnus est: mouetur enim non magister, sed discipulus, qui particulatim in hanc deducitur. Io. gram. in 1. de ani. te. 36. c. 17. col. 1.
Motus diuersi causa est diuersitas naturarum locorum, & naturarum rerum motarum. Auerr. in phys. 4. tex. 67. ch. 72. col. 4.
Motus, qui est vnus in specie, est prior naturaliter motu, qui est vnus in numero, & similiter dispositio vnus motus in genere cum motu vno in specie, & motus vnus in numero cū motu, cuius tempus est vnū. Auerr. phys. 5. te. 41. c. 107. col. 2.
Motus vno tantum illa, quæ mouent per virtutes naturales, quæ habent potentiam ad vtrumq; motum contrarium, sunt virtutes comprehensivæ. Auerr. phys. 8. sum. 1. tex. 8. ch. 156. col. 2.
Motus duo, si fuerint diuersa ad inuicem, motus eorum non erit, nec vnus, nec continuus. Auerr. phys. 6. tex. 35. c. 325. col. 3.
Motuum diuersitatis causa secundum genus, aut speciem est diuersitas naturarum agentium, & vnæ, & eandem naturam habere diuersos motus secundum speciem impossibile est. Auerroes primo de cælo. tex. 5. ch. 4. colum. 1.
Motus duos naturales esse in simplici corpore impossibile est. Auerr. 1. de cæ. te. 9. ch. 4. col. 4.
Motus vnus tantum provenit ab eadem natura. Auerr. 1. de cæ. tex. 73. c. 24. col. 2.
Mouens vnum non facit, nisi vnum motum. Auerr. 1. de cælo. tex. 90. c. 28. col. 2.
Moti natura non diuersatur, nisi per diuersitatem suæ formæ. Auerr. 1. de cæ. tex. 4. ch. 3. col. 4.
Motuum diuersitas in rebus animatis ostendit nobis diuersitatem principiorum. Auerroes secundo de cælo. te. 13. c. 48. col. 2.
Motus duos naturales impossibile est aliquid habere. Auerr. 2. de cæ. te. 17. ch. 50. col. 4.
Motus plures in cælo esse, non est per ordinationem in generatione ex prima intentione, sed secunda. corpora enim cælestia nobiliora sunt his, propter quod inueniuntur aliquid esse nobiliora; & prima intentione. Auerr. 2. de cælo. te. 21. c. 51. col. 2.
Motus vnus continuus debet esse in vno moto continuo, quod est cælum. Auerroes 2. de cælo. tex. 47. ch. 61. colum. 2.

Motus diuersi super eosdem polos sunt destruentes se inuicē, sed super centra, & polos diuersos possibile est. Auerr. in 12. meta. te. co. 47. ch. 155.
Motus vnus ex motibus cælestibus si tolleretur, corrūperetur esse rerum, & ordo earum. Auerroes epitom. metaphisicor. tractat. 4. char. 183. col. 1.
Mouere, & moueri an sit vnus motus, dicendum quod essentialiter vnus est, sed differunt, secundum esse, & esse. Alb. mag. in 3. phy. tr. 1. ca. 8. c. 34. col. 1.
Motum duobus consideratur modis in motu: aut vt est sub propria forma, aut vt est ipsum agens motum. Si primo modo, est, vt homo, lapis, aut aliud, quod ferit. Si secundo, modo, sic est renouatū in situ in toto motu, & tunc accipitur, vel vt idem subiecto, in toto sine renouatione, & sic numeratur vnitate mobilis, quæ vna est in toto motu: aut accipitur, vt variatur per esse moti, vt acceptum hic, vel ibi in spacio; & sic numeratur numero prioris, & posterioris. Alber. magn. in 4. phys. cor. tract. 3. ca. 7. char. 54. col. 1.
Motus perfectus, & regularis verissime dicitur vnus. Alber. magn. in 5. phy. tra. 3. ca. 4. char. 66. col. 2.
**Motus cuiuslibet vnitas ex termino principaliter consideratur, 5. phy. D. Thom. in post. char. 74. col. 2.
Motus ex Aristotelis opinione nunquam incepit, nec vnquam deficiet, ideo reiteratur vnus quidem motus in specie, non in numero. D. Tho. in 4. phys. cor. l. 24. te. 125. char. 69. col. 2.
Motus diuersarum specierum, & si succedant sibi in tempore continuo, non tamen sunt continui, sed consequenter se habentes. D. Thom. in 8. phys. l. 18. te. 72. char. 143. colum. 3.
Motus vniformis est, si mouēs, & mobile similiter se habeant, & in se, & ad inuicem. D. Thom. de animal. mot. l. 40. char. 51. colum. 2.
Motuum diuersitas ex diuersitate complexionum gignitur. D. Thom. 3. ethicor. l. 14. char. 48. col. 1.
Motus, vt continuus, finitus, & sempiternus.
Motus videtur esse continuorum. Aristot. phys. 3. sum. 1. cap. 1. te. 1. c. 53.
Motus omnium cum sit cōtinuus, simpliciter est motus vnus cōtinuus esse necesse est. Ari. phys. 5. c. 2. t. 39. c. 135.
Motus perpetuus est, & figmentum est dicere aliquando esse, aliquando non. Aristot. phys. cor. 8. sum. 1. capit. 1. text. 13. char. 198.
Motus si semper, & latius esse semper primum motuum necesse est: & si latius alia prior, alia posterior, necesse est, vt prior sit, quæ æterna est. Aristoteles phys. 8. sum. 3. capit. 1. te. 55. char. 223.
Motus continuus est continuorum quorundam. Arist. phys. 6. sum. 2. capit. 2. te. 35. char. 156.
Motus in natura semper accipitur, si possibile est. Arist. phys. 8. sum. 3. capit. 1. te. 56. c. 223.
Motus perpetuus est prior non perpetuo. Aristot. phys. 8. sum. 3. cap. 1. te. 75. c. 235.
Motus continuus debet esse vnus, & ab vno, non enim esset continuus, sed contiguus alter alteri, & diuisus. Arist. phys. 8. sum. 1. ca. 1. te. 83. c. 241.
Motus cōtinuus est, quo ipsū immobile mouet se per se similiter se habens. Aristot. phys. 8. su. 4. c. 1. t. 85. c. 241.
Motus est cōtinuus, quia id, quod mouetur, continuum est. Aristot. 2. de gene. & cor. ca. 2. te. 61. c. 447.
Mouens immobile est aliquid sempiternum, substantia, & actus ens. Ari. 12. metaph. ex su. 2. c. 1. te. 35. c. 252.
Motus corruptibilis non est, æternus enim est. Ale. aph. in pri. natur. quæst. ca. 1. c. 1.
Motus æterno moueri impossibile est, nisi sit æternus. Ale. aph. in pri. natur. q. capit. 1. c. 1.
Motus continuus est, quod est vnum id, quod ipso mouetur. Ale. aph. in pri. natur. quæst. cap. 1. c. 1.
Mouendi vim quod habet aliquid, actu aliquid existens**

mouet, & quod semper, & continue mouet semper idem erit actu, & omnino expertentia erit. Ale. aphrod. in 1. natu. q. ca. 1. c. 1.
Motus eorum potest esse continuus, quorum extrema ita cocunt, vt fiat ex ambobus vnum. Them. 5. phys. tex. 39. c. 47. col. 3.
Mouens motu æterno, sine labore debet mouere: nihil enim labore fessum diu permanere potest. Simpli. 8. phy. te. 83. c. 454. col. 1.
Motus accidentium vnum est continuatio. Auerroes in phy. 4. te. 99. c. 83. col. 2.
Motus continuationis causa est, continuatio magnitudinis. Auerr. 6. phy. te. 5. char. 114. col. 4.
Motus continuationis causa est, quia motus est de natura continui, & ob id tempus est de natura continui. Auerroes physico. 8. tex. 88. c. 138. col. 2.
**Motum continuum vnum primum æternum esse ex hoc apparet, quod in hoc textu induxit Aristotel. Auerr. phy. 8. su. 1. tex. 4. c. 157. col. 2.
Motus, quia est continuus, fuit necesse, vt subiectū eius sit de natura continui, & non de natura discreti. Auerr. phy. 8. tex. 40. c. 173. col. 3.
Motus non generabilia indigent apud generationē motu ex se, generatio enim non est in eis ex se ipsis, & iō eorū esse nō ē ppetuū. Auerr. phy. 8. t. 46. c. 176. c. 3.
Motus continuus necessario est motus æternus. Auerr. phy. 8. te. 61. c. 82. col. 2.
Motus finitus est diminutus, & corruptibilis, quia in eo potest fieri additio, scilicet quia inuenitur, perfectior ipso. Auerr. phy. 8. te. 75. c. 191. col. 1.
Motus eius, quod a pluribus mouetur, nō est cōtinuus. Auerr. phy. 8. tex. 82. c. 196. col. 1.
Motuum æternorum quidam sunt generantes entia, & quidam conseruantes. Auerr. 2. de cælo tex. 2. c. 45. c. 3.
Mouens oē materiale definit mouere. Auerr. ex paraphr. pri. de cælo tex. 140. c. 135. col. 3.
Motus continuus, & vnus est numero, cum non interrumpitur per aliam formam, & aliam, quæ fit in ipso, & hoc ideo, quia primum in ipso, nō distinguitur actu a posteriori. Alb. mag. in 5. phy. tra. 3. ca. 2. c. 65. co. 3.
Motus cōtinuus, & sine quiete, ita influit omnibus transmutabilibus continuitatem, vt anima vitam corpori. Alb. mag. in 8. phy. tract. 1. ca. 2. c. 88. col. 4.
Motus infinitus ab aliquo sit necesse est, quod vno, & eodem modo semper se habet in mouendo, vt vno, & eodem modo se habet circulus in moueri, & vt vno, & eodem modo, se habet circulus in motu. Alb. mag. de caus. & proces. vni. a cau. l. 2. tr. 3. c. 2. c. 220. co. 3.
Motus sempiternitatē inquirere vult Ari. in octauo phr. D. Thom. in 8. phys. l. 1. te. 1. c. 518. col. 2.
Motus non habet continuitatem ab eo, in quo mouet. D. Thom. in 1. de gene. & cor. l. 10. tex. 62. ch. 35. c. 4.**

Motus vt regularis, & irregularis.

Motus irregularis sit aut propter ipsum mouēs, aut propter id, quod mouetur, aut propter ambo. Aristot. 2. de cælo sum. 2. ca. 4. te. 15. c. 340.
Motus regularis fieri nequit supra ipsum irregulare. Simp. 5. phy. tex. 43. c. 321. col. 1.

Motus augmenti, & alterationis.

Motus augmenti de initio motus ad finem cōponitur a multis motibus, & pluribus quietibus in vno motu translati, qui est a principio ad finem. Auerroes in phys. 3. text. 6. char. 41. col. 4.
Mouēs oē in alteratione reducitur ad vnū alterās, nō dispositum aliqua qualitate formaliter alterante. Alb. mag. in 1. de cælo tract. 1. ca. 11. char. 7. column. 1.
Motus non semper incipit a magnitudine. D. Thom. 5. metaphisic. lec. 1. text. 1. char. 256.

Motus vt corporum cælestium.

MOtuum cælestium numerus, in quo conueniunt astrologi huius tēporis est, Solis quidem duo, Lunæ quinque, Mercurij autem septem, & aliarum erraticarū vnus cuiusque octo, orbis aut stellarū duo, motus diurnus, & motus processus, & reuersionis, & sūt omnes quinquaginta, & vnus motus. fauges folis du bitabilis. Auer. in 12. meta. te. 10. num. 48. c. 156.
 Motus sphærarum est causa ois motus, q̄ fit in uateria. Alber. mag. ethi. 6. tra. 3. cap. 16. ch. 74. colum. 2.
 Motus sphærarum cælestium ab intellectibus sunt, qui vniformes sunt, & simplices. Albertus magnus ethic. 6. tract. 2. cap. 21. c. 76. col. 4.
 Motum stellarum fixarum contrarium esse motui primi mobilis nondum deprehensum erat tempore Aristotelis. Ale. de ales 12. meta. te. 43. c. 347. col. 2.

Motus ad tempus relatio.

MOtus esse non potest sine loco, vacuo, & tempore. Ari. phy. 3. sum. 1. cap. 1. te. 1. c. 53.
 Motu existente nulla necessitas est, vt sit vacuum, cōtingit enim corpora inuicem cedere nullo existente vacuo separato. Arist. phys. 4. c. 2. te. 62. char. 95.
 Motus omnis ad motum est proportio (in tempore enim est) & temporis omnis est ad tempus, & finitis vtrisque: vacui autem ad plenum non est proportio. Ari. phy. 4. capi. 3. te. 73. c. 100.
 Motus sequitur magnitudinem. Ari. phys. 4. sum. 3. cap. 3. tex. 99. c. 109.
 Motus quantus est, tantum videtur, & tempus fuisse. Ari. phy. 4. sum. 3. cap. 3. te. 99. c. 109.
 Motum plurem, vel minorem tempore discernimus. Ari. phy. 4. sum. 3. ca. 3. te. 10. char. 110.
 Motus sequitur magnitudinem, & motum tempus, ex eo, quod quanta, & cōtinua sunt. Et quia magnitudo est huiuscemodi, ob id & motus, & tempus hæc patitur. motus pp magnitudinem, tempus vero propter motum. Ari. phy. 4. sum. 3. cap. 5. te. 113. c. 113.
 Motus in tempore esse, est mēsurari a tēpore, & ipsū, & esse ipsius. Ari. phy. 4. sum. 3. ca. 6. te. 114. char. 113.
 Motus non simpliciter mensuratur a tempore, vt quantum quoddam, sed vt motus ipsius est quantus. Arist. phy. 4. ca. 6. te. 119. char. 115.
 Mota semper, nec quiescentia semper sunt in tempore: esse enim in tempore, est a tempore mensurari. Arist. phy. 4. ca. 6. te. 119. c. 115.
 Motus sunt contigui, & consequenter, quia tempus cōtinuum est, & tempus est continuum, quia motus cōtinui sunt. Ari. phy. 5. ca. 2. te. 40. c. 135.
 Mouetur omne, aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri. Ari. phy. 6. sum. 1. ca. 2. te. 14. c. 149.
 Motus omnis est in tempore, & in omni tēpore possibile est moueri. Ari. phy. 6. sum. 1. c. 2. te. 10. char. 189.
 Mouetur nihil in ipso nunc. Aristoteles phys. 6. sum. 2. ca. 1. te. 27. char. 153.
 Motus omni tempore diuiditur. Aristoteles phys. 6. sum. 3. cap. 2. te. 35. c. 156.
 Motum omne quoniam in aliquo mouetur, & tempore quodam, & totius eius, quod mouetur est motus, necesse est easdem diuisiones esse, & temporis, & motus & ipsius moueri, & eius, quod mouet, & eius in quo motus est. Sed non omnium similiter, in quibus motus est, quia in quantitate secundum se, in qualitate secundum accidens. Aristoteles phys. 6. sum. 3. cap. 3. te. 37. char. 157.
 Motus si diuisibilis, & tempus diuisibile. Si toto in toto, si dimidio in dimidio, si minore in minore. Aristote. phys. 6. sum. 3. cap. 3. te. 37. char. 157.
 Motus infinitus in tempore finito esse nequit. Aristotel.

physicorum 6. sum. quarta capite 7. chart. 167.
 Moueri, nec quiescere non est in ipso nunc. Arist. phy. 6. sum. 4. cap. 4. te. 37. char. 169.
 Motum infinitum in tempore finito esse non est inconueniens, dum non sit idem, sed alterum, & alterum, & multis motis, & infinitis. Arist. phys. 7. sum. 2. cap. 1. te. 7. char. 180.
 Motus æque velox est, cum in æquali tempore æquale spaciū pferat. Ari. phy. 7. sum. 4. ca. 1. te. 21. c. 187.
 Motus si nihil accidit in aliqua hora, hoc duobus modis esse potest, vel (vt Anaxagoras ait) simul omnibus quiescentibus infinito tempore mentem fecisse motum: aut (vt Empedocles) in parte moueri, & rursus quiescere. Arist. phy. 8. sum. 1. cap. 1. te. 2. char. 195.
 Motus, inter quos est tempus, non sunt continui. Arist. phy. 8. sum. 3. ca. 2. te. 62. char. 226.
 Motus omnis in tempore est, quia non potest, quod mouetur super toto subiecto, simul motum iri, sed prius pertransire oportet, illud posterius. Ale. aphro. in 1. natur. quæst. capite 22. char. 5.
 Motum, & tempus per accidens quātum esse, ait in hoc loco Aristoteles, cum in prædicamentis per se quanta enumerauerit, quia neutrum horum manet, & illa in subiecto natura sunt, quam per se quanta sunt, ipsi que mo lo sint, omnino consequentur: motus autē, & tempus nihil est magnitudinis, sed fit in magnitudine. Ale. aphro. in 4. metaphysices, vel secundum lati. 5. commen. 24. char. 151. col. 1.
 Motus cognoscitur per id, quod mouetur: tempus per nunc, quod solum temporis substantia esse videtur. Simpl. in 4. phys. char. 264. col. 1.
 Motus regularis primo mensuratur tempore, & postea irregularis. Simp. in 4. phy. char. 280. col. 2.
 Moueri nihil potest ex non tempore in tempus. Simpl. in 4. phy. char. 301. col. 1.
 Mouetur nihil in ipso nunc, nec quiescit. Simp. in sexto phys. te. 74. ch. 360. col. 1.
 Motu ablato non est ortus, nec interitus. Simp. in octauo phys. c. 395. col. 1.
 Motus, qui cum sentitur, sentitur primo, & essentialiter tempus, est motus, ex quo sentimus nos esse in esse transmutabili, & nos transmutari: quia sumus in hoc esse. Auerr. in phys. 4. te. 98. char. 82. col. 4.
 Motus est in causa esse temporis, vt est eius subiectum. Ideo accidit ei cum fuerit imaginatum, ipsum esse mēsuram extensam per extensionem motus mensurari per motum, secundum modum quo mensurat motū: sed differunt quoniam motum mensurare tempus est accidens motui: tempus vero mensurare motum est ei essentialia, quia hæc est essentia eius. Auerr. in phys. 4. te. 113. char. 87. col. 2.
 Motus substantia non est in mensuratione spaci, vt substantia temporis est in mensuratione motus. Auerr. in phys. 4. te. 113. c. 87. col. 2.
 Motus licet per accidens inducat generationem, per se tamen aufert res a sua substantia, quæ ablatio inducit per se corruptionem rei, ergo ex motu inuenitur generatio per accidens, corruptio per se; ex tempore aut tē vtrunq; p accidens. Auerr. in phy. 4. t. 117. c. 88. c. 3.
 Mota semper vt cœlum, & quiescentia semper, vt terra, non sunt in tempore, cum tempus non excedat ipsa. Auerr. phys. 4. te. 118. c. 89. col. 1.
 Mouens tempore infinito ad nullum finem mouet, & quod mouet ad nullum finem, ociose mouet. Auerr. 1. de cœlo te. 65. char. 22. col. 3.
 Motum imaginari sine tempore impossibile est. Auerr. in duodecimo metaph. te. com. 29. ch. 147.
 Motum per mobile cognoscimus, per motum tempus. Albertus magnus in 4. phy. tract. 3. ca. 7. ch. 54. col. 3.
 Motus non diuiditur, nisi dupliciter, per magnitudinis diuisionem, & temporis diuisionem. Albertus magn.

in 6. phys. tractat. 1. capit. 6. chart. 60. colum. 4.
 Motus nec in genere, nec in specie cauat tempus, sed potius vnus quidam motus mobilis primi. Albertus magnus in 6. phys. tractat. 3. cap. 1. c. 76. col. 1.
 Motus eorum, quorū vnum mouet aliud, & mouetur ab alio, simul fit per tempus, non tamen necessario quies vnus cuiusque istorum sunt simul. Alber. magn. in 7. phy. tract. it. 1. cap. 2. c. 82. col. 2.
 Motus alio modo comparatur ad tempus, & alio modo res aliæ: nam motus mensuratur tempore & secundū illud, quod est, & secundum suam durationem, & secundum esse suum: res autem aliæ, vt homo, & lapis, mensurantur tempore secundum esse suum, siue secundum durationem, prout habent esse transmutabile, & secundum id quod sunt, non mensurantur tēpore, sed magis eis respondet nunc temporis. D. Tho. in 4. phy. lec. 20. te. 114. c. 67. col. 2.
 Motus terminus, & ipsum moueri impossibile est, quod simul sint, alioqui duo tempora simul essent, quod in quarto ostensum est impossibile. D. Thom. in 6. phys. l. 2. te. 7. ch. 88. col. 4.
 Motus omnis, vel generatio perficitur in determinato tempore. D. Tho. eth. 10. lec. 5. c. 171. col. 4.
 Mouere p tempus infinitum duobus modis potest esse. Primo virtute propria, & sic, quod mouet, est potentie infinite. Alio modo in virtute alterius, & sic quod mouet, non oportet vt sit potentie infinite. Alex. de ales 12. metaph. te. 41. c. 346. col. 3.

Motui quæ sunt contraria, & cognata.

MOtui simpliciter est quies contraria. Aristoteles in prædicamen. tra. 2. ca. 4. char. 96.
 Motui aut motus, aut quies contraria est. Aristoteles phys. 5. cap. 2. te. 8. c. 127.
 Motus contrarius est eiusdem & quies, & generatio, & corruptio. Ari. phys. 5. ca. 3. te. 14. c. 119.
 Motum motui contrarium esse determinandum est, vel vnus contrarius sit motus, qui est eodem ei, qui est in idem, vt, qui ex sanitate ei, qui est in sanitate, aut qui est ex contrarijs, vt qui est ex sanitate ei, qui est ex ægritudine, aut qui est in contraria, vt qui est in sanitate ei, qui est in ægritudine: aut qui est ex contrario ei, qui est in contrarium, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudine: aut qui est ex contrario ei, qui est in ægritudine: aut qui est ex contrario ei, qui est in ægritudine: aut qui est ex contrario ei, qui est in ægritudine. Ari. phy. 5. su. 3. c. 1. t. 46. c. 137.
 Motus ex contrario ei, qui est in contrarium, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudine, non est contrarius: idem enim, & vnus est: esse tamen non idem est ipsis. Ari. phy. 5. sum. 3. ca. 1. te. 47. c. 138.
 Motus qui est ex contrario ei, qui est ex contrario, non est contrarius. Ari. ibidem. te. 48.
 Motus, qui est ex contrario in contrarium, contrarius est ei, qui est ex contrario in contrarium. Aristoteles phys. 5. sum. 3. ca. 1. te. 49. c. 138.
 Motus non est mutatio, quæ est solum in contrarium. Ari. phy. 5. su. 3. ca. 1. te. 51. c. 139.
 Motus, qui sunt ad medium, quibuscunque contrariorū aliquid est medium, ut in contraria quodammodo ponendi sunt. Ari. phy. 5. su. 3. ca. 1. te. 52. c. 139.
 Motus motui simpliciter est cōtrarius, opponitur autē ei, & quies, priuatio enim est. Ari. ibid. ca. 2. te. 53.
 Motus motui absolute contrarius est: quies vero ei opponitur, vt priuatio. Arist. ibidem.
 Motus, cum est inter duo subiecta, motui, qui est ex hoc termino in contrarium, contraria est quies, quæ est in contrario. Ari. phy. 5. su. 3. ca. 2. te. 54. c. 140.
 Motus secundum naturam contrarius est motui præter naturam. Ari. phy. 5. su. 3. ca. 3. te. 59. c. 143.
 Motus sursum contrarius est motui deorsum, & quies

sursum est contraria motui, qui est deorsum. Aristot. phys. 5. sum. 3. ca. 3. te. 60. ch. 142.
 Motus motui magis contrarius est, quam quies. Aristot. phys. 5. su. 3. ca. 3. te. 62. ch. 143.
 Moueri vnūquodq; vel quiescere ne cesse est, cū natū sit moueri, aut quiescere. Ari. phy. 6. su. 1. c. 1. te. 9. ch. 147.
 Motus omnes sunt ex oppositis ad opposita. Ari. phys. 8. su. 3. ca. 2. te. 62. char. 225.
 Motus contrarius quodammodo opponitur motui, & quieti, vt æquale, & mediocre excedenti, & ei, quod excedit. Ari. phy. 8. su. 5. ca. 2. te. 62. ch. 226.
 Motus oppositos, aut mutationes non contingit simul esse. Ari. phy. 8. su. 3. ca. 2. te. 62. ch. 226.
 Motū idē qñ mouetur motibus oppositis necesse est, vt inter eos sit tempus. Ari. phy. 8. su. 3. c. 2. te. 62. c. 226.
 Motus contrarius secundum locum est is, qui est sursum ei, qui est deorsum, & qui ante, ei, qui est in retro, & qui ad dextrum, ei, qui est ad sinistram. Arist. phys. 8. su. 3. cap. 3. tex. 64. char. 127.
 Motus omnis non est contrarius, qui est ad hoc, ei, qui est ex hoc: sed, qui sic fit super rectum. Arist. phys. 8. su. 3. ca. 4. te. 73. ch. 234.
 Motus oppositus est, qui fit secundum eandem longitudinem. Arist. phy. 8. su. 3. ca. 4. te. 73. char. 234.
 Motus omnis ex contrarijs in contraria, & media, nō in quoduis fit: & sic de alijs. Ari. 4. de cel. su. 2. t. 22. c. 366.
 Motus contrarij sunt nati fieri circa idem. Ari. 11. meta. ex sum. 4. cap. 3. ch. 240.
 Motui motus magis contrarius est, quam quies. Psel. in 5. phy. char. 48.
 Motui opponitur motus, vt contrarium, & quies quasi, vt priuatio. Them. in 5. phys. te. 48. c. 48. col. 1.
 Motus omnis, aut motui, aut quieti contrarius est. Them. in 5. phys. te. 8. char. 46. col. 3.
 Motus continuus est, cum tempore attenditur, ex indiuiduis motionibus non componitur, de potentia ad actum confertur, & dum confertur, obiter retinet potentiam. Them. in 1. de ani. cap. 17. te. 41. ch. 64. col. 3.
 Motui cognata sunt actio, status, & forma. Simpl. in 5. phys. text. 20. char. 311. colum. 2.
 Motus motui contrarius est. Simpl. in 5. physicum, te. 51. chart. 323. col. 2.
 Motus, & quies non sunt proprie contraria. Simp. in 5. phys. te. 54. c. 325. col. 1.
 Motus, qui habent terminos, cum interpolatio eis accidit, quiescunt. Simp. in 8. phys. te. 64. c. 455. co. 1.
 Motus contrarij æque potentes esse oportet, quanti fieri potest. Simp. in pri. de cel. te. 32. c. 29. col. 3.
 Motus sphærarū inferiorū nō est contrarius motui primi mobilis, sed contrario. Simpl. in secundo de cœlo, te. 34. com. 19. c. 63. col. 4.
 Motus est notior quiete: quies enim est priuatio, & motus habitus. Auerr. in phys. 4. te. 32. c. 62. col. 4.
 Mota per se indigent aliquo quiescente, circa quod mouentur. Auerr. in phys. 4. te. 4. c. 66. col. 3.
 Mota res in rebus, quæ mouentur motibus oppositis, est eadem. Auerr. phys. 3. te. 13. c. 100. col. 3.
 Motus contrarietas est in motibus, qui sunt ex contrarijs in contraria. Auerr. phy. 5. te. 45. c. 108. column. 2.
 Motus in rei veritate sunt transmutationes ad contraria id est de subiecto contrario in subiectum contrarium. Auerr. phy. 5. te. 48. c. 109. col. 2.
 Motus contrarius si continuaretur, destrueretur generatio. Auerr. phys. 8. te. 63. ch. 183. col. 3.
 Motus continuus non habet medium actu. Auerr. phys. 8. te. 65. char. 185. col. 2.
 Motus si sunt contrarij, formæ eorum contrariæ sunt. Auerr. 2. de cœlo, te. 35. char. 54. col. 1.
 Motus, cum habet contrarium, id est quietem, impossibile est, vt sit remanens per suam substantiam. Auerr. in duodecimo metaph. text. com. 41. char. 152.

Motum omne accidentaliter, vel essentialiter, possibile est, vt quiescat ex se, & est motum ab alio. Auerro. in in duodecimo metaph. te. co. 41. char. 152.
Motui quies est contrarij, sed speciebus motus non tãtũ quies, sed alij motus contrarij sunt. Boet. in pd.c. 212.
Moueri, & quiescere idem simul nequit, vt in iuncione tamẽ motus, & quietis principium simul in iuncione esse potest quia per motum deuenitur ad quietem. Alb. mag. in 2. phy. tra. 1. ca. 3. char. 16. col. 4.
Motus non est actus purus, sed diminutus, & permixtus potentie, & ideo contrarij est ei, cui contrarij est actus, ad quem tendit motus, quia est motus generatio formæ post formam, donec cõpleatur actus ille, ad quem est motus. Alb. mag. in 5. phy. tr. 3. c. 6. c. 66. c. 4.
Motus est magis cõtrarij motui, quam quies, quia duo contrarij motus nullo modo sunt in eodem, quia impediunt se ipsos, at quies non impedit contrarij motum. Alb. mag. in 5. phy. tra. 3. ca. 8. ch. 68. col. 2.
Motus cuiuscunque inest naturaliter, vt actus mouens, huic quies accidit per immobilitatẽ, id est cessationẽ a mouendo. Alber. mag. in 3. phy. tr. 1. c. 5. c. 32. co. 4.
Motuum vera contrarietas duo requirit: primo, vt motus sint contrarij: secundo, vt corpora ipsa mota sint contrarij qualitibus distincta. Alber. mag. in 8. phy. tra. 3. ca. 2. c. 103. col. 1.
Motibus duobus contrarij sibi venientibus idem continuo moueri, vel ab vno, vel a duobus motoribus, impossibile est. Alber. magnus in primo de cõlo, trac. 3. ca. 5. char. 15. col. 2.
Motus nõ est nisi aliquo mouente, & aliquo moto, cuius moti, & mouetis virtutes cõtrarij sunt. Alb. magn. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 1. c. 1. c. 2. c. 186. c. 2.

Motus, vt est in prædicamentis.

Motus genus vnumquodque diuiditur in actum, & potentiam. Aristot. phy. 3. su. 2. c. 2. te. 6. c. 55.
Motus est in tribus prædicamentis, in quantitate, qualitate, & vbi. Ari. phy. 3. ca. 3. te. 9. c. 127.
Motus non est in substantia, quia nullum entium est substantiæ contrarium. Aristot. phy. 5. ca. 3. te. 10. c. 127.
Motus ad aliquid non est nisi per accidens. Ari. physico. quinto, cap. 3. te. 10. char. 127.
Motus non est in agere, & pati, quia motus non est motus. Ari. phy. 5. cap. 3. te. 12. ch. 128.
Motus, cum non sit in substantia, nec in relatione, nec in agere, vel pati, relinquatur, vt sit secundũ quantitatem, qualitatem, & vbi solum, quia in vnoquoque eorum est contrarietas. Ari. physicorum 5. cap. 3. text. 19. char. 129.
Motus secundum qualitatem alteratio est, & intelligo de qualitate passiuæ, secundum quam dicitur pati, vel impassibile esse. Ari. phy. 5. ca. 3. te. 18. c. 120.
Motus secundum quantitatem est augmentum, & diminutio, qui est in perfectam magnitudinem augmentum, qui ex hac, diminutio. Ari. physicorum quinto, capit. tertio te. 18. char. 130.
Motus secundum locum innominatus est, sed vocetur latio. Ari. phy. 5. ca. 3. te. 18. ch. 130.
Motus non est in substantia, quia nullum contrarium est in substantia. Aristoteles vndecimo metaphysicorum ex sum. quarta. cap. 3. char. 239.
Motus non est in aliquid, quia per mutationem alterius alterum mutatur. Ari. vndecimo metaphysicorũ ex sum. 4. cap. tertio char. 239.
Motus non est in actione, & passione, quia motus non est motus. Ari. 11. metaph. ex su. 4. ca. 3. ch. 239.
Motus est tantum secundum quale prædicamentum, qualitas scilicet, & quantum, & vbi, in singulis tantum his est contrarietas. Aristoteles vndecimo metaphysicorum ex sum. 4. cap. tertio char. 241.

Motus si non recipitur in quantis eo quod non ponitur esse inter quanta in prædicamentis, dicitur vtique esse ad aliquid, cuiuscunque vero, cum sit motus, inest esse ad aliquid, esset vtique passio: si enim moueri est aliquid pati, passio autem præsentia patiens, patitur, & quod mouetur, motus præsentia mouetur: motus vtique esset passio, passio vero est qualitas: tertia enim, qualitatis species passiuæ qualitatis, & passionis imperfectus igitur actus, quum sit passio, esset qualitas. Actus autem perfectus est in aliquo prædicamento, si huiusmodi actus, & perfectio est forma. Formarum autem alia sunt naturales, alia artificiales: naturales substantiæ, artificiales vero qualitates. Ale. aphr. in pri. natur. q. cap. 21. char. 5.
Motus, & mutationes sunt in substantia, quantitate, qualitate, & loco. Amm. in Porph. c. 12. col. 4.
Motus, si non ille, qui proprie est, saltem sui generis aliquis quasi situm habet. Them. in quarto physicorũ, te. 100. ch. 42. col. 1.
Motus talis exercetur, qualis est potentia: in vnoquoque enim genere, singuli, & diuersi sunt potentie modi. Them. in 3. phy. te. 6. c. 27. col. 1.
Motus, cum sit via a potentia ad actum, in nullo erit prædicamento. Simplic. in prædicament. char. 16.
Motus secundum quantum, id est auctio, & diminutio, proximior est motui substantiæ, id est generationi, & corruptioni, quam alteratio, quæ est motus secundũ qualitatem. Simp. in prædic. ch. 31.
Motus secundum suam extensionem est quantum, & secundum mutationem ex potentia in actu in omnibus prædicamentis consideratur secundum aliam, & aliam ipsius naturam. Simp. in prædic. char. 35.
Motus esset considerandus non tantum in quatuor prædicamentis, sed etiã in omnibus alijs. Sim. in pd. c. 112.
Motus est in prædicamento ad aliquid, actionis, & passionis, positionis, & habetur in prædicamento quando. Sim. in 3. phy. te. 6. c. 144. colum. 2.
Motus in vnoquoque prædicamento, substantia scilicet, quantitate, qualitate, & vbi duplicem habet oppositionem, vt in substantia, generatio, & corruptio: in quãtitate, auctio, & diminutio: in qualitate dealbatio, & denigratio: in vbi, sursum, & deorsum, & via ad melius est forma, ad peius priuatio. Simp. in 3. physicorũ char. 144. colum. 1.
Motus ex mente Aristot. non est, nisi in quantitate, qualitate, & vbi, sed mutatio, & in reliquis prædicamentis esse potest. Sim. in 5. phy. te. 10. c. 302. col. 1.
Motus, cum sit actus imperfectus, ideo non comprehenditur in decem prædicamentis, in quibus forma perfecte consideratur. Iq. gram. in 2. phy. te. 4. ch. 53. c. 2.
Motus in substantia est in genere substantiæ, & qui est in quantitate, est in genere quantitatis: qui in qualitate, est in genere qualitatis: qui est in vbi, est in genere vbi: vt autem est via ad perfectionem, quæ est alia ab ipsa perfectione, est genus per se. Auerroes in physicorũ tertio, tex. 4. char. 41. col. 2.
Motus in eodẽ genere, q est de viliori oppositorũ est nobilior, & q est a cõtrario, vilior est. Auer. ibid. te. 5. c. 3.
Motus non est in situ. Auerroes in physicorum quarto te. 45. ch. 67. col. 2.
Motus est in quantitate: prius, & posterius sunt in numero. Auerroes in physico. quarto, tex. 99. c. 83. col. 2.
Motus est in genere, in quo est illud, ad quod est motus secundum materiam: secundum vero quod motus est forma in hac materia, est per se prædicamentum. Auer. physicorum. 5. te. 9. char. 99. col. 1.
Motus duplicem habet considerationem. Vt est materia, & sic est in genere eius, ad quod est motus. Et vt forma, id est vt trãsmutatio coniuncta cum tpe, & sic est in prædicamento passionis. Auerroes ibid.
Motus in esse solum in quantitate, qualitate, & vbi, est causa

causa vniuersalis, propter quam in his prædicamentis solum inest cõtrarietas. Auerroes physicorum 5. te. 18. ch. 101. co. 3.
Motus non est in prædicamento situs, quia est ad aliquid: & quod est ad aliquid, est indiuisibile. Auer. physico. 6. te. 85. char. 137. col. 2.
Motus in qualitate, & in generato ex partibus dissimilibus, verum tantum est, quod quædam partes præcedunt quædam; sed non in motu locali, nec in motu augmenti: quia in his motibus partes sunt in toto motu, vt totus motus est in toto. Auerroes physicorum 6. te. 131. char. 131. col. 2.
Mouetur aliquid quandoque essentialiter in quantitate & per accidens mouetur in qualitate. Auer. 8. physico. te. 31. ch. 167. col. 4.
Motus posuit Ari. speciem quantitatis in metaphysicis cum in prædicamentis posuerit locum, quem hic non ponit. Auer. secundo metaph. te. 18. ch. 59.
Motus non numeratur ex prædicamentis in quantitatis speciebus, quia non est consuetudo, vt motus mensuratur per suam partem, sed per suum spacium, aut per tempus, & quia illic non intendit numerare, nisi species famosas quantitatis. Auerroes in quinto metaph. te. commen. 18. ch. 50.
Motus solum hoc habet, qd aliquid ex se sit possibile, & fiat ab alio necessarium. In substantijs autem hoc est impossibile. Auer. in 12. metaph. te. co. 41. c. 152.
Motus per se non est nisi in qualitate, quantitate, & vbi; per accidens in omnibus. Alb. mag. in prædic. 19. col. 3.
Motus non est in quantitate, fm quod est quantitas, sed fm rone perfecti, & imperfecti, quæ sunt qualitates in quantitate. Alber. magnus in prædicam. c. 53. co. 3.
Motus non est in substantia, quia nihil contrarium est in substantia, & omnis motus est inter contraria. Alb. mag. in 5. phy. tr. 1. ca. 4. c. 61. col. 3.
Motus non est in substantia duabus de causis. Prima, defectu mobilis, quia materia, quæ est in potentia ad formam substantialem, non est mobilis. Secunda, defectu extremorum, & mediorum, quæ requirit motus, vt sit inter ipsa contraria, & media, quorum quodlibet sit habitus, & forma. Alb. mag. ibid. col. 4.
Motus, nec mutatio non est in agere, & pati, quia motus non est motus, nec mutationis est mutatio. Alb. mag. in 5. phy. tra. 1. ca. 6. char. 62. col. 1.
Motus est in prædicamento passionis ratione terminorum, ex quibus, & in quos est motus: etiam quia non est in actione, vel passione: ideo non dicitur esse in prædicamento actionis, vel passionis. Alber. magnus in 5. phy. tra. 1. ca. 6. c. 62. col. 4.
Motus non est in prædicamento habitus: tum quia ea quæ circa corpus sunt, adiacentia non sunt subiectũ motus. Tum etiam, quia in habitu non inest contrarietas. Alber. magn. in quinto physico. tractat. prim. cap. 7. char. 62. col. 4.
Motus non est in situ, quia inter stare, & sedere non est medium. Et in situ non sunt absolutæ formæ. Et si esset motus in situ, esset motus localis. Sed res hæc magna indiget consideratione. Alber. mag. in 5. physico. trac. 1. ca. 7. c. 63. col. 4.
Motus in vbi potius dicitur in vbi, quàm in loco: quia locus immobilis est. Alber. mag. in 5. phy. ca. 8. c. 63. c. 2.
Motus est maxime in tertia specie qualitatis. Ale. de ales 11. metaph. char. 329. col. 1.
Motus non est in prædicamento relationis: quia omne prædicamentum, in quo est motus, debet primo determinare motum, non mediante alio, quod non est possibile esse in relatione, quia primo terminandus est motus ad fundamentum. Ale. de ales in quinto metaphysico. te. 20. ch. 140. col. 3.

Motus, vt ad animum refertur.

Motus, cum sit secundum rationem, & fm voluntatem mouetur: appetitus autem mouet præter rationem. concupiscentia enim est appetitus quidam. Ari. 3. de ani. su. 2. ca. 2. te. 50. char. 666.
Mouens vnũ est specie appetitiũ, vt appetitiũ: primũ aut omniũ appetibile. Hoc. n. mouet, & nõ mouet eo quod sit intellectũ, aut imaginatũ: numero aut plura sunt mouentia. Aristoteles tertio de anima. summ. 2. cap. secundo te. 54. char. 667.
Motus animalium habet finem. sempiternum, bonum, & vere, & primo bonum, & non aliquando quidem, aliquando non. Ari. de ani. mot. cap. 3. char. 85.
Motus in animali sunt voluntarij, somnus, vigilia, respiratio, & huiuscemodi alij, quorum nõ est domina imaginatio, nec appetitus. Ari. de ani. mot. ca. 8. c. 93.
Motus tardi mollem intellectum significant: acuti callidum. Ari. physio. ca. 4. ch. 338.
Motus diuersitates non sunt ad dilectionem apte. Arist. economicor. 1. ca. 4. char. 778.
Mouens separatam a materia in factio virtutum intelligentium posuit Arist. quia virtutes intellectuales apud ipsum non sunt mixtæ cum materia. Auerroes in septimo metaph. te. 30. com. 31. ch. 85.
Mouentium desiderabilium modi, qui sunt apud nos, sunt alij a modis intelligibilibus, quæ mouent nos. Auer. in 12. metaph. te. com. 36. char. 149.
Motiva virtus est, per quam est motus humanus ad prosequendum, vel fugiendum, delectando, vel abhorrendo, & ab hac contingunt odium, beneuolentia, amor, audacia, ira, mansuetudo, crudelitas, pietas, & alia animæ affectiones. Auer. de ani. beati. ca. 5. c. 66. col. 2.
Motio in alterum desiderati differt a motione in alterum intellecti. Auerroes in duodecimo metaphysico. text. commen. 36. char. 149.
Motus scientialis est deductio potentie intellectualis ad actum: & est potentia essentialis, quæ est ad habitum scientiæ, nec stat cum illo. Alexander de ales in prim. metaph. char. 11. col. 4.
Moyes fecit anulos obliuionis, & memoriæ, & dedit vxori suæ a se resistenti. Albertus magnus in 2. de min. ex tract. 3. ca. 4. ch. 142. col. 4.
Mugilus est piscis deridiculus, qui capite abscondo putat se totũ abscondisse, velox est, cum lucio pugnans. Alb. mag. de anim. lib. 24. cap. 1. ch. 198. col. 2.
Mugitus terræ fiunt etiam fine terremotu, cum spiritus impar quatiendæ terræ fuerit, intusque cohibitus, & conuolutus arietari impetu vehementi. Adde, quod flatus, qui terræ subierint, fiunt corroboratiores a liquoribus terrenis, qui intus sunt conditi. Aristote. de mundo, cap. quarto char. 821.
Mulæ non habent menses; sed earum vrina crauior est, quam marium. Aristoteles de historia animalium 6. cap. 18. char. 228.
Mula gemellos peperit, quod ostento accipitur. Aristot. de historia animalium 6. capite 22. char. 234.
Mulus lactat semestri temporis spacium, mox fugi non patitur, vi nanque humorem trahit, & cum dolore. equo plus tribuunt temporis. Aristoteles de historia animalium 6. cap. 22. c. 236.
Mulus coire incipit nullis dentibus primis: sed septennis implere potest: etiam cũ equa iunctus himnum procreauit. post deinde superuenire non solet. Aristoteles de hist. anima. 6. cap. 24. char. 239.
Mula iam grauida facta est, sed non quo ad perficeret, & ederet prolem. Aristot. de hist. anim. 6. ca. 22. cha. 239.
Mulæ in terra Syria super Phœnicem coeunt, & pariunt omnes, sed id genus diuersum est, quamquam simile. Aristote. de hist. animal. 6. ca. 24. char. 239.
Muli vita lōga est, & iam ad 80. annos peruenire potuit.

Aristoteles de histor. animal. 6. capit. 24. chart. 239.
Melus Athenis, cum templum ædificaretur, erat, qui quamvis dimissus iam munere per senectam, cōmeās tñ, & obiens iumenta exhortabatur ad opus. quãobrẽ decreto a nemine cum arceri a frumentorum aceruis sancitum est. *Aristoteles de historia animalium 6. capite 24. char. 139.*

Mulorum foemina serius senescit, quam mas. *Aristotel. de historia animalium 6. cap. 24. char. 239.*

Muli in Syria sunt genus diuersum ab eo, quod coitu equæ & Asini procreatur, sed simile facie, vt asini syluestres. Et procreant suo in genere huiusmodi mule. *Aristoteles de historia animalium sexto, capit. 36. chart. 246.*

Mulorum genus sterile est: quippe quod nec secum, nec cum alijs iunctum generat. *Aristoteles de generatione animalium 2. capit. quinto, char. 178.*

Muli non generant, quia cum mulus, mas, & foemina sine speciei differentiã ex equo, & asino gignantur, q̄ diuersa specie sunt, impossibile est, vt aliquid ex illis gignatur non diuersum specie, quia ex mare, & foemina eiusdem speciei idem specie generatur. nec idem, cum mulus ex diuersis specie equo, & asino generetur diuersum autem specie ex diuersis specie gignitur. *Aristoteles de generatione animalium 2. c. sexto c. 181.*

Mulorum corpora magna sunt: quia menstruorum decessus ad corporis incrementum vertitur. *Ari. de generatione animalium secundo ca. 6. c. 183.*

Mula etiam sterilis est, quia, cum desint inenstrua, enutrire non possit foetum, si conciperet. *Arist. de gener. animalium 2. ca. 6. c. 183.*

Mula aliquando concipere potest, cum mas calidior sit, sed quod facit, Ginnus est, quod mulus ob leſus est: vt etiam nani, & pygmei, & pomiliones. *Arist. ibid. 184.*

Mulas in Cappadocia fecundas vititate proditur ac in Creta populus nigra fructifera nasci vulgo fertur. *Ari. de admir. aud. nume. 68. c. 851.*

Mulæ parere cur nequeunt? quia ex animalibus specie diuersis constant. *Alc. aphr. prob. 1. nu. 137. c. 718.*

Mulæ non menstruant, sed purgantur vrinæ piffitudi-
ne. *Alb. magn. de ani. li. 6. tra. 3. ca. 1. ch. 61. col. 4.*

Mula non parit, quia virtutes contrariorum spermatum in seipsa impediunt generationem: etiam quia est res concepta præter naturam. *Alber. mag. de animal. l. 16. tractat. 2. ca. 10. ch. 145. col. 2.*

Mularum corpora efficiuntur magna, quia menstruum totum transit in corpora, & pilos. *Alb. magn. ibidem.*

Mulus animal est notum, laboribus aptum, plus sequens asinum, quam equum. Si vngula suffumigetur domus, aufugiunt mures. *Alb. mag. de ani. l. 22. tr. 2. c. 181. c. 4.*

Mula in locis calidis aliquando concipit, & generat. *Alb. mag. in 7. metaph. tr. 2. ca. 11. c. 137. col. 1.*

Muli generatio est præter naturam, quia est præter intentionem naturæ particularis, cum virtus spermatis sit ordinata, vt producat simile ei, a quo sperma est de cibus, sed secundaria intentio est, quod cum perfecta similitudo induci non possit, inducatur quæ possit similis. *D. Tho. 7. metaph. l. 7. te. 28. c. 481.*

Mulier quid est.

Mulier est, quasi mas infeminis. *Aristotel. de gener. ani. l. 1. capit. 20. c. 130.*

Mulier est quædam impotentia eo quod semen ex ultimo alimento concoquere non possit propter naturæ frigiditatem. *Aristoteles de generatione animalium 1. cap. 20. char. 230.*

Mulier viro deterius quid est. *Aristoteles magn. moral. 6. capit. 51. chart. 308.*

Mulierum consideraciones, quæ ad coitum, & generationem pertinent.

Mulieres, quæ admodum iuuenes concumbunt, libidiniosiores euadunt: & mares, siue altera parte, siue vtraque minus cauerint, propensiores eodem efficiuntur. Meatus enim laxantur, redduntq; eo corpus lubricum, & simul voluptatis, qua olim gestirent, memores, desiderio mouentur præteritæ contrafectionis. *Ari. de histor. ani. 7. ca. 1. c. 249.*

Mulieres natu minores facilius concipiunt, sed laborant in puerperio vehementius. *Aristot. de histor. animal. 7. ca. 1. char. 250.*

Mulieres luxuriosæ sedantur, temperanturque melius, cum partus multoties exercuerint. *Aristoteles de his. animalium septimo, capit. prim. char. 251.*

Mulieres concipiant a profluuiio menstruorum sua natura: & quæ ijs carent, steriles magna ex parte existunt, sed possunt etiam sine eorum profluuiio concipere, quibus scilicet tantum humoris colligitur, quantum ijs, quæ purgantur restare solet: quamquam non tanta copia, vt & foras profluere possint. Aliæ, dum profluunt menses, concipiunt: non enim post mensem profluuum concipere possunt, quibus vulua statim a purgatione comprimitur. Aliquibus etiam fluunt, dū gerunt vterum, sed proles infirma, ac debilis procreatur. *Aristoteles de historia animalium 7. cap. secundo char. 251.*

Mulieres quædam maxime iuuenili desiderio coitus tenentur, vel quia longo tempore abstinerint, descendunt vteri, menses patiuntur ter in mense, donec concipiant, quo facto, suo situ constituuntur. Et aliquando, cum vterus sit humidus, respuit semen genitale. *Ari. de hist. ani. 7. cap. 2. c. 252.*

Mulieres, cum conceperint, sentiunt præcipue suis ilibus: hæc enim nonnullis statim sunt pleniora, quod ijs, q̄ graciliores sunt, euidentius accidit. Inguina etiã sentiunt, & conceptui argumento sunt. *Arist. de historia anim. 7. capit. 3. char. 254.*

Mulieres, dum conceperunt, corpus graue sentiunt, caligines oculorum, & dolores capitis mouentur, alijs die decimo, alijs fernus: nauſeæ, & vomitus eas capiunt: sepe etiam multis distillatio vrinæ ad postremum infestat, sed magna ex parte, quæ marem ferunt, facilius exigunt, & minus pallent, quæ foeminam, pallidiores sunt, & grauius degunt. *Aristoteles de historia anim. 7. capit. 4. char. 255.*

Mulieres a conceptu multæ tumores, & exuberaciones carnis in cruribus patiuntur: solent appetitus varij nonnullis accidere, & cito commutari: etiam magis appetunt grauidæ e foemina, quam e mare, & minus fruuntur re præſente, quam cupierint: fastidiunt enim statim, quod modo vehementer appetere. *Aristot. de histor. ani. 7. cap. 4. ch. 356.*

Mulieres pauca melius se habent, cum foetum conceperunt, & vterum gerunt, sed præcipue tunc fastidiunt, cum foetui oriri capillus incipit. *Arist. ibidem.*

Mulieribus prægnantibus pili congeniti defluunt, paucioresque redduntur. Contra, qua parte pilos habere solent, ea magis accipiunt. *Aristoteles ibidem.*

Mulieribus prægnantibus plus motus magna ex parte mas in vtero infert, quam foemina, & celeriter prodit foemina enim partus tardior est. *Aristoteles de historia animalium 7. capit. quarto c. 256.*

Mulieribus parturientibus ex foemina dolor continuus, sed obtusior ex mare, acer, & longe molestior existit. *Aristoteles de historia animalium 7. capit. 4. char. 256.*

Mulieres, quæ paulo ante partum concumbunt, facilius pariunt. *Aristoteles de historia animalium 7. capit. 4. char. 256.*

Mulie-

Mulieres parturire videntur interdum, cum non sit tempus: sed, quoniam foetus iauerit suum caput, ideo parturienti initium hoc esse videtur. *Arist. de histor. ani. 7. cap. 4. chart. 256.*

Mulieres grauidæ infestantur maxime mense. 4. & 8. & si hic partus perierit, ipsæ quoque magna ex parte intereunt: & sic qui diuturniores, quam vndecimo mense nasci videntur, latere putantur. *Arist. de hist. anim. 7. capite 4. chart. 257.*

Mulieres conceptus initium maxime latet, si, cum inflatus ante fuerit vterus, cōceperint poitea; hoc esse putant principium conceptus. *Arist. de histor. animal. 7. cap. 4. chart. 257.*

Mulieres sepe singulis faciunt; sed in terra Aegypti pariunt duos, tres, & quatuor, & quinque, & quædam 20. partibus 4. edidit. & quinos singulis partibus enixa est; & potuit maior eorum pars nutriri, & adulescere. *Arist. de hist. ani. 7. cap. 4. ch. 257.*

Mulier, & equa omnium maxime animalium grauidæ coitum patiuntur: cætera vbi grauida fuerint, mares fugiunt, quæ scilicet superſetare leporis more recusat natura. *Arist. de histor. ani. 7. cap. 4. ch. 258.*

Mulier & si raro, aliquando tamen inuenta est superſetare. Qui autem logo post tempore sunt concepti, nihilo perfici possunt, sed præmaturus dolorem, quo ipsi, & primus foetus intereat, mouent. Iam incidit, vt facta corruptione, duodecim superſetata puerperia egerentur. At, si proxime a primo conceptu secundus sit factus, absolui, edique potest, quod super ſetarit, vt quasi gemini nasci videantur. *Aristoteles de hist. ani. 7. cap. 4. chart. 158.*

Mulier si mense octauo concubuerit, infans mucore opletus nascitur, & exculentorum, quæ mater comederit, sepe gerulus prodit in lucem. *Arist. de hist. ani. 7. cap. 4. chart. 258.*

Mulier prægnas, si sale inmodice vsa est, infans sine vnguibus nascitur. *Aristotel. de histor. animal. 7. capit. quarto chart. 259.*

Mulieres grauidæ vino plurimæ infestantur: dissoluntur enim, si biberint, & debilitantur. *Aristot. de histo. animal. 7. cap. 5. chart. 259.*

Mulieribus proles recipiendæ, & maribus præbende principium, & finis est seminis, & menstruorum emilio. *Arist. de hist. anim. 7. cap. 5. chart. 259.*

Mulieres aliæ vix concipiunt; sed, si concipiunt, perficiunt & edunt. Aliæ facile concipiunt; sed post conceptum difficulter seruant. *Arist. de hist. ani. 7. cap. 6. ch. 260.*

Mulieribus pariētibus dolores multas in partes incumbunt: sed plurimis ad alterutrum femur. At quibus alium tormina vehementer exercent, ocysissime pariunt. quæ lumbos dolent, vix pariunt: quæ inum ventrem, expeditius. *Arist. de hist. ani. 7. cap. 9. ch. 263.*

Mulieris parientis, si mas uascitur, profluit sanies diluta, pallidiuscula: si foemina, cruenta, sed præhumida: sed fieri potest, vt netruum horum accidat. *Arist. de hist. ani. 7. cap. 9. chart. 263.*

Mulieribus dolores vehementissimi incidunt, & maxime stabilibus, & sellularijs: cæteris animalibus partus non laboriosi eueniunt. *Arist. de hist. ani. 7. cap. 9. ch. 268.*

Mulieres difficiliter edunt, si facultas non est eis retinendi spiritum; & interea, dum per vim retinentur, coactæ erumpunt respirationem. *Aristoteles de hist. ani. 7. cap. 9. chart. 263.*

Mulieres, quibus purgationes partum anticiparint, difficiliter liberantur, sed, si a partu purgationes parcius sequantur, nec largius, quam primæ, nec ad quadragesimum diem perseuerarint, efficitur, vt mulier validior sit, & celerius possit concipere. *Arist. de hist. ani. 9. cap. 10. chart. 265.*

Mulieres nonnullæ abortum faciunt, sentientes fumi fumigantis lucernæ extinctæ odorem. *Aristoteles de*

histor. animal. octauo capit. 24. chart. 306.

Mulieres non concipiunt, si tantum semen non excipiantur in vtero (cum & ipsa, & vir copiosius profundat) quam vel absumi queat, vel sufficiat. *Arist. de hist. ani. 10. cap. 4. chart. 384.*

Mulier, & equa solæ grauidæ coitum patiuntur: mulieri enim in vtero, & spatij, & excrementi aliquid restat: & ob eam causam coitum recipit. equa soliditate sug naturæ, cum amplius restet spatij in vtero, quam vt ab vno occupetur. sed arctius, quã vt alterum possit perfecte superſetari. *Arist. de gen. ani. 4. cap. 5. ch. 249.*

Mulieres libidinosæ, incontinentes libidine cessant cum sepius generarint: emittunt enim femmale excrementum, & ob id non stimulantur. *Aristotel. de gene. ani. 4. cap. 5. chart. 249.*

Mulieres, cum iterum fuerunt, magna ex parte ægre degunt: quia vitam otiosam, & sellulariam degunt: & plus contrahunt excrementi. Contra, si mulieres labores suscipiunt, minus patiuntur, & facilius pariunt. *Arist. de gene. ani. 4. cap. 6. chart. 253.*

Mulieres grauidæ abortum periclitantur, cum hyems austrina, & pluuiosa fuit, ver siccum, & aquiloniũ est: & infantes, quos gerunt, imbecilles leſosque ob modicam frigiditatem edunt. *Aristoteles proble. sec. 1. numer. 9. chart. 333.*

Mulieres prægnantes curam corporum habere debent, non pigrescentes, nec subtili vtentes alimonia; quod fieri possit, si singulis diebus ad Deorum sacra mulieres irent, quæ sortitæ sint concipiendi honorem. *Arist. politico. 7. cap. 16. chart. 751.*

Mulieres, quæ vterum gerunt cur secundo, & tertio mense gustare aliquid improbe appetunt? natura enim sanguinem menstruum omnem colligere in matricem, necessariæ fetus afformationis gratia consueuit; qui sanguis, si vitiatu est, ad os ventris transmittit, & ita, stomachus male appetit, & males cibos pro materia qualitate, & post tertium mensem vitium id non protrahitur, consumit enim fetus multam materiam, ita vt ad stomachum nihil accedat. *Alexander aphrod. proble. nume. 74. chart. 758.*

Mulieres, cum conceperint, cur appetere res minus conuenientes solent? quoniam conceptus præter naturam est: affectus autem stomachi vitium est, quod picam vocamus, vel auiditas, & fastidium. *Alexander aphrod. problem. secund. num. 115. chart. 771.*

Mulier, cum perſecunda sit, & vuluam infra ad genitalia contineat, cum concipit, vulua ab vno foetu non repletur, vt & alterum recipere nequeat. Ideo aliquando superſetari potest. *Ioan. grammar. in 4. de gener. animal. cap. 6. chart. 85. col. 1.*

Mulieres, & equæ grauidæ coitum concupiscunt præter omnes foeminas: quia mulieres menstrui copie causa excitantur ad libidinem: equæ vero, eo quod eorum vulua densa est, nec menstrua emittunt, ideo ad libidinem excitantur. *Ioan. gramm. in 4. de gener. anim. capit. 6. chart. 85. col. 1.*

Mulieres incontinentes cum sepius generant, continent redduntur. *Ioan. gra. in 4. degene. ani. c. 6. ch. 85. col. 2.*

Mulieres exercitia facientes, facilius pariunt: spiritus enim exercitatus fit fortior, & validior. *Io. gramm. in 4. de gener. anim. cap. 6. chart. 86. col. 4.*

Mulier vna genuit semper filias; quia post concubitum, mariti se posuit super latus sinistrum: sed cum edocta fuisset, se posuit super dextrum, & filios peperit. *Alb. magn. de ani. l. 9. trac. 2. cap. 3. chart. 90. col. 2.*

Mulieres multæ patiuntur infirmitatem, quam medici appellant hanemusam; quod matrix est ventosa, & sufflat de sublimi interioris per os matricis, & emittit viri sperma. *Albertus magnus de animal. l. 10. tractat. 3. cap. 1. chart. 92. col. 2.*

Mulier, si impregnatur ante annos 15, periculum est mortis

mortis propter paruitatē matricis, nisi sit valde magna, quod quantitas corporis suppleat defectum ætatis. Alb. mag. de ani. l. 10. trac. 2. cap. 3. ch. 95. col. 2.

Mulier multum menstruas non parit: quia non restat cibus in matrice, vt conceptus nutriatur. Alb. mag. de ani. l. 15. trac. 2. cap. 6. ch. 132. col. 2.

Mulier solum, & equa inter omnia animalia sumūt post vnum conceptum secundum. Alb. magn. de animal. l. 18. trac. 2. cap. 4. chart. 157. col. 3.

Mulier, & equa omnibus animalibus plus diligunt coitum. Et hunc appetitum facit carniū durities, quæ est ex plenitudine, & non ex siccitate. Alb. magn. de anim. l. 18. trac. 2. cap. 4. chart. 156. col. 3.

Mulieres illæ, a quibus non exit menstruum sufficiens, magis appetunt coitum. Albert. mag. de ani. l. 18. trac. 2. cap. 4. chart. 156. col. 4.

Mulieris proprium est, quod cum imprægnatur gemellis, & fuerit vnum mas, & aliud foemina, vix conualescunt. Alb. mag. de ani. l. 18. trac. 2. c. 6. ch. 157. col. 2.

Mulieres lactantes, & imprægnatæ nō menstruant, nisi forte parum: quia lactis, & menstrui materia eadem est. Alb. magn. de ani. l. 18. trac. 2. cap. 7. ch. 157. col. 4.

Mulieres lactantes, si cū viro coeūt, multum uocent infanti: quia subtile nutrimenti, quod ad mamillam per venam ryuertis, quæ mamillæ, & matricis communis est, deriuare debet ad os matricis, & vuluæ deriuat. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 23. ch. 20. col. 3.

Mulier prægnans plus delectatur in coitu, quam quæ nō est prægnans: quia semen conceptum mouet neruos, ideo querit confricationem. ideo aues sedentes in nidis sæpe rostro conuertunt paleas. Alb. magn. de ani. l. 6. tract. 1. cap. 3. chart. 57. col. 2.

Mulieres, quæ ante tempus 2. anni concipiunt frequentissime maiores dolores sentiunt. Alb. magn. de ani. l. 4. tract. 1. cap. 2. chart. 85. col. 4.

Mulieres multos portantes infantes, citius antiquantur, & moriuntur. Albertus magnus de anim. l. 9. trac. pri. cap. 2. chart. 85. col. 4.

Mulieres, quæ in annis pubertatis ardebant multo coitus desiderio, amittunt desiderium cocundi, postquā plures infantes pepererint propter humidam depditionem in partu. Albertus magnus de animalib. l. 9. trac. prim. cap. 2. chart. 85. col. 4.

Mulieres habentes viscosos humores in lateribus matricis, quibus matrix est lenis, & lubrica, non tenent conceptum semen, & efficiuntur steriles. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. cap. 2. chart. 86. col. 2.

Mulieres albæ pallentes sunt, quæ magis trahunt, & sugunt vultus suis sperma, & magis debilitat viros. Alb. magn. de ani. l. 9. trac. 1. cap. 2. chart. 86. col. 2.

Mulieres in omnibus locis pariunt foetum: sed in Aegypto, & in alijs aliquando gemellos pariunt propter multitudinem humoris feminalis: & maior numerus est quinque. Albert. magnus de animal. l. 9. trac. prim. cap. 5. chart. 87. col. 3.

Mulieres imprægnatæ magis amant coitum, maxime si de foemina sunt imprægnatæ: quia sperma se infundit in neruis, & scalpendo excitat delectationem. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. cap. 5. ch. 87. col. 4.

Mulieres aliquando imprægnatur post vnum imprægnationem, nisi vltima imprægnatio sit multo tempore post primam. Albertus magn. de animal. l. 9. trac. 1. cap. 5. chart. 87. col. 3.

Mulier nobilis in Germania peperit 60. filios, qualibet vice quinque, & nullus eorum peruenit ad ætatem anni. Albertus magnus de animal. l. 9. tractat. primo cap. 3. chart. 87. col. 3.

Mulier quædam abortum fecit de 22. filijs figuratis, & alia de 70. & alia de 150. Alb. mag. de anim. l. 9. tract. 1. cap. 5. chart. 87. col. 3.

Mulieres in partu maximos dolores patiuntur, quæ co-

stas non habent amplas, & magnas. Alb. mag. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 8. chart. 85. col. 4.

Mulieres, quæ non mundantur vsque ad 40. dies, humida sunt valde: & ideo multam feminis habent materiam, propter quod cito imprægnatur. Alb. magn. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 8. chart. 89. col. 1.

Mulierum corpora mundiora, & pauciores superfluitates corruptas habentia, perfectiores, & melioris pariunt filios. Quæ autem multas habet superfluitates corruptas, non perfectos, nec sanos: quia superfluitates corruptæ corrumpant in matricibus corpora filiorum. Albertus magnus de animalib. l. 18. tractat. 2. cap. 9. chart. 158. col. 4.

Mulieris considerationes menstrui, & spermatis.

Mulieribus profluuium menstruum decrefcente Luna contingit, paucis menstrua singulis mēsis mouētur: sed vno intermissio plurimis, omnibus corpus grauat, cum fluit humor. Arist. de hist. animal. septimo cap. 2. chart. 251.

Mulieribus multis, cum menstrua citantur, & eruptioni propinqua sunt, strangulationes vuluarum sequūtur, & crepitus, donec erumpant. Aristoteles de historia anim. 2. cap. 2. chart. 251.

Mulieribus multis menstrua desinunt circa 40. annos; & si quæ excedunt, ad 50. annum, seruantur: & eo tempore non nullæ pepererūt, sed vltra hoc tempus nulla potest potrahere. Aristoteles de histor. ani. 7. capit. secund. chart. 359.

Mulieri fecundæ accidit, vt, cum in somnis visa sit coiuiffe cum viro, vt sicior primum, deinde humidior exurgat. Aristoteles de historia ani. 10. cap. 4. ch. 388.

Mulier quoque fecundum semen emittit. Arist. de hist. anim. 10. cap. 5. chart. 391.

Mulieres quibus superveniunt menstrua, si in speculis valde nitidis aspiciūt, inficiunt superficiem speculi, vt nubes sanguinea conspiciatur, & si nouum sit speculum, non facile est abstergere hanc maculam; si vetus facile, quia nō solum visus patitur aliquid ab aere, sed, & facit aliquid, & mouet, vt splendida. nam visus splendorem, & habentium colorem est: oculi enim cum sunt menstrua, afficiūtur, vt, & alia pars quelibet corporis. Etenim natura existunt pleni venarum, ideo cū sunt menstrua propter turbationem, & sanguineam ebullitionem, nobis quidem, quæ in oculis differētia incerta est; inest autem, nam eadem natura feminis, & menstrui. Aer autem mouetur ab ipsis; & cum, qui supra specula est aerem continuum existentem, qualē quendam facit, & talem, velut ipse patitur, & hic speculi superficiem. Et quia lene est purum speculū motus, ideo difficulter educitur. Aristotel. de somn. cap. secund. chart. 64.

Mulieribus, quandiu menstrua fluunt, non mariscæ, nō profluuium e naribus sanguinis, non varices accidere solent, & si quid tale accidit, deteriores fiunt purgationes. Aristoteles de gener. anim. 1. cap. 18. ch. 128.

Mulieribus post conceptionem fit purgatio quibusdā, quæ ad finem vsque perseverat; sed præter naturam hoc euenit: ideo foetus afficitur detrimento. Arist. de gener. anim. 4. cap. 5. chart. 250.

Mulieres, cū vterum ferunt ob suppressa menstrua egrotant, & magis principio. nam foetus suppressit menstrua, & ob eius paruitatem absumere nequit. quādo post absumere ceperit, leuat. Arist. de generatio. ani. 4. cap. 6. chart. 254.

Muliebres superfluere aquosum, & natura frigidum est. Michael ephes. de long. & breuit. vit. ch. 37. col. 4.

Mulier aliqua alba in coitu, & conceptu emittit aliquādo humorem album, viscosum, & filiosum; quem Galenus vocat sperma muliebres, cui Peripatetici non dant:

dant, nisi virtutem conuenientem materiae, nec virtutem aliquam informantem habere dicunt. Albert. magn. de ani. l. 9. trac. 2. cap. 3. ch. 190. col. 2.

Mulieres emittunt in coitu humorem album, qui nō est sperma, sed a spermate viri suscipiunt imprægnationē. Albert. magn. de animalib. l. 15. tract. 2. cap. 11. chart. 134. column. 3.

Mulier plus omnibus alijs animalibus habet menstruum propter humiditatem, & molliem sui corporis, & quia delicatiori, & puro, & citius conuertibili vtitur nutrimento. Albertus magnus de animalib. l. 9. trac. pri. cap. 2. chart. 86. col. 2.

Mulierum vita, victus, & mores,

Mulieres libidinosæ equire dicuntur: quia equæ libidinosiores sunt cæteris animalibus quadrupedibus. Arist. de hist. anim. 6. cap. 18. ch. 225.

Mulierum quædam sunt, quæ morbo laborant, quod euentationem appellant, quod est, cum rem cū viro habent, nec semen emittunt, nec concipiunt. Vnde euentari dicif. In causa huius affectionis est, si vterus sit nimis siccus. Aristoteles de historia animalium. 10. cap. 6. chart. 391.

Mulieres maribus calidiores esse asserit Parmenides huiusque opinionis est autor: contra existimat Empedocles. Aristotel. de partibus animalium 2. cap. prim. chart. 427.

Mulieres prægnantes melius valent corpore, quarum in corpore exigua continentur excrementa, quæ absumi possint cum alimento, quod foetu i administratur. Arist. de gener. anim. 4. cap. 6. chart. 254.

Mulier vna omnium animalium vteri affectionibus obnoxia est, & mensuris abūdat, nec potest ea cōcoquere. Arist. de gene. anim. 4. cap. 7. ch. 255.

Mulierem interfecisse cur iniquus sit, quam virū? quāquā naturæ ratione mas foemina præstantior est; quia mulier imbecillior est, & minus iniuriam facere potest. & emi aduersus id, quod longe infirmius est, iniquissimum est. Arist. proble. sec. 29. nu. 11. ch. 610.

Mulierum cōmerto ita delectantur populi morantes in gymnasijs apud Iberiæ insulas, vt pro singulo semineo corpore quatuor, quinque ve masculina mercatoribus exhibeant. & cum pro Carthaginēsis militiam exercerent, nihil aliud pro eorum mercede præter mulieres suscipiunt: non enim apud eos aurum, argentum ve possidere licet. Hincque ortum est illud, Nullos diuitias in patria asportare posse: quoniam Hercules maximo cum exercitu ob opulentiam illorum Iberiam depredatus est. Aristoteles de mir and. aud. chart. 855.

Mulierculæ, & huiusmodi viri collamentantibus delectantur, eosque vt amicos, & condolentes diligunt. Arist. ethico. nicom. cap. 11. ch. 237.

Mulierem probam omnibus, quæ vultu intus, dominari oportet, non permittentem quempiam ingredi sine præcepto viri, veritam maxime verba, quæ de mulierum corruptela circumferuntur. Arist. œconomicom. 2. cap. 11. chart. 783.

Mulier proba sit domina impensarū ad festos dies, quos permiserit vir. Arist. œconom. 2. cap. 1. ch. 783.

Mulier proba vestitu, sumptu, & apparatu minori vtatur, quam leges ciuitatis permiserint, considerans nihil ita valere, quantum modestia in rebus, & studium honeste, decoreque viuendi. Aristote. œconom. 2. cap. primo chart. 783.

Mulier in omnibus parere viro contendat, eorum, quæ extra sunt, nec audiens de republica, nec tractans aliquid eorum, quæ ad connubia spectare videntur, sed in his viro obediat intelligens non ita turpe viro esse quidem eorum, quæ domi sunt, facere, vt mulieri, quæ

foris sunt, perquirere. Aristoteles œconom. 2. cap. primo chart. 784.

Mulier bene composita existimare debet mores viri esse legem suæ vitæ impostam a Deo per coniunctionem matrimonij, & confortij, quos si quidem æquo ferat animo, per facile reget domum. si contra, difficilior. Ideo & in prosperis, & aduersis decet inferuire velle. Arist. œconom. 2. cap. 1. chart. 784.

Mulier viro multo magis obtemperare debet, quam si empta venisset in domum. Aristoteles œconom. 2. cap. primo chart. 784.

Mulieris ingenuæ est erga proprium virum cum verecundia, & pudore iusta diligere, & timere. Aristoteles œconom. 2. cap. 2. chart. 789.

Mulieres antiquo iure, tutela perpetua continebat, quousque in manum viri conuenissent. Boet. in topica. Cicer. l. 2. chart. 781.

Mulieres propter menstruum euacuationem minus infirmantur, quam viri. Alb. mag. de anim. l. 3. trac. 2. cap. 6. chart. 43. col. 4.

Mulieres parientes circa tropicum hyemale, vt plurimum sunt in periculo vitæ suæ propter constrictionem viarum: & concipientes circa tropicum æstiuum, frequenter pariunt debiles propter spermatis paruitatem. Albertus magnus de animal. l. 6. tract. primo cap. 1. chart. 56. col. 1.

Mulierem vidit Albertus in Colonia, quæ sæpe sine cibo permanfit per 30. dies, & virum melancholicum abstinens a cibo per 7. septimanas, & bibit tantum alternis diebus haustum vnum aquæ limpida, clara, nec alium potum accepit. Alb. magn. de animal. l. 7. tract. 3. cap. 3. chart. 71. col. 4.

Mulier facilius inclinatur ad pietatem, siue benevolentiam, quam vir: citius lacrimatur, & magis est inuida, & magis contentiosa, & litigiosa, & rixosa, & diligit castigare, siue rixari, & criminari: & in eis est maior nequitia, quam in viro: & debilis spei, siue fiducia, & mendax magis quam vir, & inuerecunda: facile decipitur, quia est mali iudicij, & ex frigiditate congelate aliquid habet fortis memoriæ in malis, & ex frigido comprimente: & quia corpus eius non consumit, nec repellit a se superfluum, est pigra, & tegnis. Albertus magnus de animal. l. 8. trac. 1. cap. 1. ch. 72. col. 4.

Mulieres, & serui nihil machinantur contra tyrannum. D. Tho. 5. polit. lec. 11. chart. 86. col. 4.

Mulieris, quo ad corpus pertinet, consideratio.

Mulieris genitale, cōtraquā viri formatum est. Cauū enim subditum pubi est, non vt maris propensum, ac prominēs. Ceruix ab vtero effertur, accessum prolifico maris semini præbens. Exitum humidi excrementi suo sexus vterque genitali habet ministrandū. Arist. de hist. ani. 1. cap. 14. chart. 25.

Mulierum vbera alijs sunt magna, alijs parua. Aristot. de histo. anim. 7. cap. 1. chart. 250.

Mulieres corpulentæ multum menstrui excrementi in corpore alimentum transire faciunt, & candidiores in vtu rei venereæ plusquam fuscæ euaporant. Aristot. de histo. animal. 7. cap. 2. chart. 253.

Mulieres minus venosæ sunt maribus: & lautiores, leuiioresque, quoniam excrementum, quod eo tendat, confluere in menstrua solet. & ideo in viuiparo genere minores sunt maribus foemina. Arist. de gene. ani. 1. cap. 14. chart. 128.

Mulieres non caluent, quia similes sunt natura pueris. Arist. de gene. anim. 5. cap. 3. chart. 276.

Mulieris vulua, & vterus maioribus afficiuntur doloribus, quam cæterorum animalium. Ioan. gram. in 4. de gene. ani. cap. 8. chart. 87. col. 3.

Mulieres crescunt extra vterum citius, quam viri ob imbellicita-

becillitatem, vt fructus deprauati citius maturefcunt, quã ſinceri. Auer. de gene. ani. 4. cap. 7. ch. 248. col. 4.

Mulier inter fœminas animalium proportione ſui corporis maioris eſt vuluæ, & amplioris matricis. Albert. magn. de ani. l. 18. tract. 2. cap. 4. ch. 156. col. 3.

Mulieris membra inferiora, vt nates, maiora habent ſuperioribus brachijs, ſimiliter, & humeris: quia frigiditas vincês in eis ingroſſat nutrimentum, quod ponderofitate ſua trahitur inferius. Alb. mag. in 2. de anira. tract. 2. cap. 3. chart. 17. col. 2.

Mulieres nec barbam habent, nec calueſcunt: quia viget in illis frigidum, quod inſpiſſat, & inducit humidum medullæ viſcoſum, quod fortiter adheret anteriori parti capitis, in qua eſt generatio ipſius, & ibi in pilos conuertitur, & non deſcendit. Alb. magn. de animal. lib. 3. tract. 2. cap. chart. 40. col. 3.

Mulierum nates circa 14. annuum inſpiſſari incipiunt, & vuluæ fixura claudi, & eius labia ingroſſari, & mollicifari, & in eius circuitu pili generari incipiunt propter menſtrui, & humoris ſpermatice deſcenſum. Alb. mag. de ani. l. 9. tract. 1. chart. 85. col. 2.

Mulier non augetur in longitudinem, niſi poſtquã tres peperit infantes. Albert. magnus de anim. l. 9. tract. 1. cap. 2. chart. 85. col. 4.

Mullus eſt piſcis lati corporis in cranio, dulciſſimę carnis, & ſic dicitur quaſi mollis: minuit libidinem, hebetat oculos: qui ſæpe comedit cum piſcem redolet: & in vino necatus, vt & anguilla, aufert vini deſideriũ. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. chart. 198. col. 3.

Mullus piſcis eſt, quem non gignit, niſi ſeptentrionalis Oceanus, & eſt multorum generum. Albertus magnus ibidem.

Ante multa illud eſt, quod in mente diuina eſt; vel effigies, quæ in annulo ſculpta eſt. Ammo. in porphy. chart. 3. column. 2.

In multis eſt forma, quæ in ſingulis hominibus hæret, vel effigies ab annulo in cera impreſſa. Ammon. in porphy. chart. 3. col. 2.

Poſt multa eſt forma, quæ a nobis in ſingulis hominibus coſpicitur; & effigies, quæ in animo noſtro permanet. Ammo. in porphy. chart. 3. col. 3.

Poſt multa ſola ſunt ea, quæ prædicari de indiuiduis ſolent. Ammo. in præd. chart. 36.

Multipeda tardiora ſunt, & ſi quadrupeda bipedibus celeriora ſunt: at hoc accidit, quia toto corpore ſuper terram gradiuntur. Vel, quia natura ſunt frigida, difficiliusque moueri queunt. Ariſtoteles de ſpiritu. cap. quarto chart. 909.

Multipeda omnia per diametrum mouentur. Michael ephes. de ani. in ceſſu. chart. 62. col. 4.

Multipes eſt piſcis, qui græce polypus vocatur, & octo habet tibias: & eſt ſicut ſi octo ſerpentibus ad vnum ſit caput. eſt de genere malachiæ. Alb. mago de ani. l. 24. cap. 1. chart. 198. col. 3.

Multipes eſt vermis, qui & centipes vocatur per hyperbolem: quia 44. habet pedes: mordet hominem dormientem, & paruum venenum habet. Alber. magn. de anima. l. 26. chart. 214. col. 3.

Multipliciter duobus dicitur modis. primo in nominibus, quæ æquiuocæ appellantur, ſecundo in orationibus, quæ ambiguntur vocantur. Alex. aphrod. in topic. cap. 13. chart. 15. col. 4.

Multipliciter dicitur in contrarijs coſideratur, quæ vel mediata, & in medijs: vel immediata, & in extremis ſunt coſideranda, vt copiam propoſitionum habeamus. Alex. aphrod. in topica. cap. 13. ch. 16. col. 3.

Multipliciter dicitur in contradictonijs ſpectandum eſt, ac in his, quæ ſecundum habitum, & priuationem opponuntur eliciendæ ſunt propoſitiones. Alex. aphrod. in topica. cap. 13. chart. 16. col. 4.

Multipliciter æquiuocatio in caſibus, & omnibus inſe-

xionibus contemplanda eſt. Alex. aphrod. in topica. cap. 13. chart. 17. col. 1.

Multipliciter æquiuocatio coſideranda etiam eſt in generibus eorum, quæ ſunt ſub eodem nomine ſi diuerſa, & non ſubalterna ſint, & contrarium eſt aliquid propoſito. Alexander aphrod. in topica. cap. 13. chart. 17. column. 4.

Multipliciter coſiderantur etiam ea, quæ ſecundum comparationem ſunt. Alexand. aphrod. in topic. cap. 13. chart. 18. col. 3.

Multipliciter æquiuocum eſt, cum nomen de pluribus prædicatur differentibus genere non ſubalternatim exiſtentibus; & ſi diuerſe fuerint differentiæ ſignificatorum: & ſi nomen alicuius ſit ſpecies, & alicuius differentia. Alexander aphrod. in topic. capit. 13. chart. 18. column. 4.

Multipliciter dicuntur, & quæ ſunt ad aliquid, & id, quod a differentibus ſenſibus ab aliquo diſcernitur. Alex. aphro. in top. cap. 13. chart. 19. col. 1.

Multiplex nullum abſque propria diuifione prolatum notum eſt. Alex. aphro. de fato. cap. 2. ch. 23.

Multipliciter dicitur dicitur, & de eo, quod æquiuoce dicitur, & quod diuerſo modo de ſuis ſpeciebus prædicatur. Boet. in prædica. chart. 174.

Multiplici utitur ſophiſta, & dialecticus. At ſophiſta utitur, vt eſt diſpoſitio mediæ ad decipiendum. Dialecticus, vt eſt in altera extremitate ad differendum illud. Alb. mag. in top. chart. 233. col. 1.

Multiplex obſcurat intellectum. Albertus magn. in top. chart. 251. col. 2.

Multiplicitas omnis ad vnum reuertitur. Alb. mag. ethi. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 4. col. 2.

Multiplicatum omne menſuratur a ſubmultiplici, vt duplum a dimidio. Diuus Thom. in 6. phyſicorum text. 60. chart. 99. col. 3.

Multiplicata proportio celerrime augetur. Quod Alex. interpretatur, vt duo ad tria, ſic ducenta ad trecenta, quæ proportio non eſt multiplicatio, ſed epimorios ratio eſt. Ioannes autem grammaticus iuxta Procli opinionem dicebat vt. 1. 2. 4. 8. 16. 32. & ſic deinceps, quæ eſt duplicata proportio. Melius autem eſſet dicere, quod nos ſentimus multiplicatam proportionem, quæ cito augetur eſſe, ſi numerus in ſe ipſum multiplicabitur, vt 1. 2. 4. 16. 256. 65536. 42894. & ſic in infinitum. Ioan. gram. in 1. poſte. cap. 9. ch. 26. col. 2.

Multiplicatio non procedit, niſi diuifione continui, vel propter differentiam cauſæ, & cauſati. Alb. mag. in 1. phyſi. ex 2. tract. cap. 4. chart. 5. col. 4.

Multiplicatio naturalis eſt ex hoc, quod forma eſt receptiua in alia, & alia materia, vel ad min⁹ in alio, & alio ſuppoſito. Alexander de ales in primo metaphyſicor. chart. 21. columna 4.

Multiplicitas dicitur, quæ eſt diuiſibilis potentia in non continua. Ariſt. 5. metaph. cap. 13. te. 18. ch. 103.

Multiplicatio vno modo dicitur habens excedentiam, vel ſimpliciter, vel ad aliquod: & ſic pauco opponitur. Alio modo, vt numerus, & hæc multiplicitas abſoluta dicta apponitur vni. Ariſtoteles. 10. metaphyſic. capit. 5. text. 20. chart. 205.

Multiplicitas non eſt diſtinguere. Ariſtoteles ethicor. nicom. cap. 1. char. 241.

Multiplicatio minus ſubiacer corruptioni. Ariſtoteles. polit. 3. cap. 11. chart. 593.

Multiplicitas potiſſimum quatuor ſunt partes. agricolę, artifices, negotiatores, mercenarij: quatuor quoque vtilis ad bellum ſunt: equites, pedites grauis armatura, expediti leuis, & turba naualis. Ariſtoteles. polit. 6. cap. 7. chart. 705.

Multiplicatio natura ſtudioſa vituperandi admodum eſt, criminationibusque gaudet. Euſtr. 1. ethic. ch. 60.

Multiplicatio eſt quantum diſcretum. Simp. in præd. ch. 31. Multiplicatio

Multiplicatio vbi eſt, ibi etiam non ens reperitur. Simp. in 1. phyſi. chart. 32. col. 2.

Multiplicatio in nullo prædicamento conſtituitur, quia decem modis dici poteſt, vt ſubſtantia, & reliqua. Dix. in præd. chart. 28.

Multiplicatio omnis menſuratur per vnũ ſuę ſpeciei. Auer. in 10. metaph. te. commen. 20. ch. 125.

Multiplicatio nulla eſt cauſa, cum ſubiectum fuerit vnũ, & potentia in eo exiſtens vna, & agens vnum. Auerr. in 12. metaph. te. commen. 11. ch. 140.

Multiplicatio in intellectu cauſa eſt alicuius inter intellectum, & rem intellectam. Auer. in 12. metaph. text. comment. 51. chart. 158.

Multiplicatio abſoluta communior eſt multiplicitate numerali. Auerroes in epitom. metaphyſic. tract. 3. chart. 179. column. 1.

Multiplicatio magis expedit habere poteſtatem in eligendo, & corrigendo, quã paucos. D. Thom. in 3. polit. 1.9. chart. 42. column. 1.

Multiplicatio in ciuitate tanta eſſe debet, vt poſſit viuere ſufficiens per ſe, & repellere inimicos. D. Thom. 3. politi. l. 11. char. 44. col. 1.

Multiplicatio omnis participat aliquo modo vno, quia tandem reducit ad analogiam. Alexander de ales in 2. metaph. chart. 38. col. 2.

Multiplicatio per indiuidua eſt propter imperfectionem ſpeciei, quæ non eſt perfecte ſoluata in vno. Alex. de ales in 2. metaph. chart. 38. col. 3.

Multiplicatio in numero eſt per materiam. Alex. de ales in 5. metaph. te. 12. char. 118. col. 3.

Multiplicatio non habent in ſpecie, quæ non habent materiam, quod creditur falſum eſſe: quia multiplicatio indiuidualis ſub vna ſpecie poteſt eſſe in ſeparata a materia; ita quod & forma ſit ſeparata a materia, & multiplicari poſſit indiuidualiter, & numeraliter; ita quod poſſit multiplicari ab agente non per diuerſas materias, ſed per diuerſa ſuppoſita. Alex. de ales in 5. metaph. te. 12. chart. 118. col. 4.

Multiplicatio infinita non eſt quantitas, quia numerabilis non eſt. Alexander de ales in quinto metaphy. te. 18. chart. 133. column. 4.

Multiplicatio opponitur vni, & pauco: vni quidem: quia de natura ſui eſt, quod habeat partem extra partem: & ſic, cum vnum non habeat partem extra partem, multitudini opponitur vnitas. Secundo accipit multitudinem, quæ habet partem extra partem in quodam exceſſu reſpectu alicuius, & ſic opponitur pauco. Alex. de ales in 5. metaph. te. 18. char. 134. col. 4.

Multiplicatio debet accipi penes perfectionem, non penes id, quod eſt in potentia: ideo materia, & forma ſunt vnum, quia ſola forma eſt actu. Alexand. de ales in 8. metaph. te. 25. chart. 258. col. 2.

Multiplicatio dicitur duobus modis, abſolute, & relatiue. Abſolute opponit vni. Relatiue pauco. Alex. de ales in 10. metaph. te. 20. char. 296. col. 1.

Multiplicatio tranſcendens nõ poteſt dici numerus. Alex. de ales in 19. metaph. te. 21. char. 297. col. 3.

Multiplicatio de ſui ratione eſt, vt ſit quædam diuiſio actualis, vel per formam, vel per materiam. Alex. de ales in 10. metaph. te. 21. char. 298. col. 2.

Multiplicatio eſt, quorum diuerſa, & plura ſunt nomina; ratio vero vna, ac eadem eſt, vt enſis, & gladius. Porphy. in præd. chart. 4.

Multiplicatio, & diuerſiuoca potius ad ornatum pertinet, quam ad rerum coſiderationem. Simp. in præd. ch. 6.

Multiplicatio eſt, quorum plura ſunt nomina, ac vna eſt diſtinctio. Boet. in præd. ch. 118.

Multiplicatio eſt diuerſarum rerum diuerſa nomina, eo quod inſtituens diuerſis diuerſarum rerum proprietatibus inſtituendo fuit affectus. Alb. magn. de prædicab. chart. 3. col. 2.

Multiplicatio eſt, cum multa nomina vni rei attribuuntur. Alb. magn. in præd. chart. 35. col. 2.

Multiplicatio dicuntur per oppositionem vni: nam alia dicuntur multa, quia non ſunt continua. Alia, quia habent materiam diuiſibilem ſecundum ſpeciem, vel primam, vel vltimam. Alia, quia diuerſas rationes habent. Ari. 5. metaph. cap. 6. te. 12. chart. 95.

Multiplicatio, paucum, magnum, & paruum abſolute ſunt quantitates indefinitæ ad ſe; mutuo autem reſpiciendo ſunt ad aliquid. Porphy. in præd. ch. 16.

Multiplicatio multis modis duobus modis ſumitur: vel æquiuoce, vel diuerſe hoc in loco. Porph. in præd. char. 21.

Multiplicatio pauco nõ eſt contrarium: quia contrarias formas maxime diſtantes habent; multum autem, & paucum multitudinem ſignificant, ſed vnum minorem, aliud maiorem. Alb. mag. in præd. te. 20. c. 46. c. 3.

Multiplicatio, & multitudo non differunt, niſi in con inuobene terminabili. Alexander de ales in 12. metaphyſi. te. 20. chart. 295. col. 3.

Mundi quot ſunt, & quid eſt.

Mundos plures eſſe abſurdum eſt, quia aut non ponendum eandem naturam ſimplicium corporum in pluribus coelis eſſe, aut facere medium, & extremũ vnum. Ariſt. 1. de cęl. te. 80. hart. 268.

Mundus hic, ſi eſt ex tota materia, vt eſt, non contingit plures eſſe. Ariſt. 1. de cęl. te. 93. chart. 273.

Mundus eſt coruũ, quæ ſingularia ſunt, & eorum, quæ ſunt ex materia, ſed, ſi non ex parte iplius conſtat, ſed ex vniuerſa, eſſe quidem coeli, & huius coeli aliud eſt, non tamen aut erit aliud, aut continget fieri plures, quia hoc materiam vniuerſam comprehendit. Ariſt. prim. de cęlo. tex. 95. chart. 273.

Mundi materia eſt corpus naturale, & ſenſibile. Ariſt. ibid. te. 98. chart. 274.

Mundus eſt compages a cęlo, terraque coagmentata, atque ex ijs naturis, quæ inter ea continetur. Ariſt. de mundo, capite ſecund. chart. 808.

Mundus eſt ordo, & digeſtio vniuerſorum, quæ a Deo, & per Deum aſſeruat. Ariſt. de mund. ca. 2. c. 808.

Mundi ſuprema pars dicitur cęlum, Dei domicilium, Hoc, cum diuinis corporibus plenum ſit, quæ ſydera nos appellamus, motuq; ſempiterno agatur, vno circumacta, orbisque ductu eodem, perenni vtique in æquũ tenore rapta ſecum illa circum agit corpora ad numerum, in moremque præfulſoris. Ariſt. de mũdo, capite 2. chart. 808.

Mundus eſt plenitudo ſpecierum. Ioan. gram. in pri. de anima ex proœm. chart. 3. col. 1.

Mundi pluralitatem, qui cenſuit, tenuit hic eſſe ſurſum, & deorſum per naturam, & ſimpliciter, qui hæc tenuit, deſtruit motus naturales ſimplices. Qui igitur plures mundos aſſeruit, aufert motus naturales, & ſi motus naturales inueniuntur, vnus eſt motus neceſſario. Auerr. 1. de cęlo ex paraph. te. 79. ch. 130. col. 4.

Mundi plures ſi eſſent, non eſſet ſuperius naturale, nec inferius. Auer. 1. de cęlo te. 79. ch. 25. col. 4.

Mundi ſi eſſent plures, & principia eſſent plura. Auer. eo. lib. te. 55. chart. 19. col. 3.

Mũdo eſt vnus per vnum principium: aliter eſſet vnus per accidens: aut oporteret ipſum non eſſe. Auer. in epitom. metaphy. tract. 4. ch. 183. col. 2.

Mundi natura eſt eſſe in tempore. Auer. ex deſt. deſt. diſputatio. prim. chart. 13. col. 1.

Mundum conſiſtere ex cauſa, & cauſato eſt notũ per ſe. Auer. ex deſt. deſt. diſput. 7. chart. 42. col. 2.

Mundi huius ſtatus in intelligentijs, & orbibus, qualis nunc eſt, licet imaginetur in omni tempore, tamẽ per hoc non excluditur cauſalitas, quia vnum ſecundum eſſe cauſatur ab alio, & ſemper inferius cauſatur a ſuo

fuò superiori. Alber. magnus in 11. metaphysic. tract. 2. cap. 20. chart. 157. col. 1.

Mundi parte: perfectio, & essentia.

Mundus totus constat ex quatuor elementis, de quo accidentes passiones dicimus esse sumendas. Arist. meteor. 1. sum. 1. cap. 2. text. 1. chart. 453.

Mundus hic non esse, nec conservari possit, nisi ab ipso corpore diuino regeretur. Alex. aphrod. in 1. meteor. cap. 2. tex. 4. com. 4. char. 3. col. 4.

Mundus non esset si vniuersa terra tolleretur, circa quam est ei latitudo. Alex. aphrod. in 1. natur. q. cap. 23. ch. 5.

Mundus vniuersus non indiget eo, qui prouidens est, nec, ut sit, nec, ut bene sit: sed que sit prouidentia in mundo sit, cum pars sit aliqua in mundo, quæ prouidet: & pars, cui prouideatur, ut corpus ingentium non indiget, ut aliquid ei proueniatur, ut generabile indiget aliquo ad æternitatem secundum speciem per ordinatam mutationem prouideat ei. Alex. aphrod. in 2. natur. q. cap. 19. chart. 9.

Mundi existentia his duabus virtutibus perficitur, scilicet virtute quietis, & virtute mouendi. Auer. physic. 8. text. 84. chart. 196. col. 3.

Mundus totus est perfectus omnibus perfectionibus. Auer. prim. de celo text. 4. char. 3. col. 3.

Mundi partes mundum præcedere natura, si intellexit Plato, non differt ab Arist. Auerroes 1. de celo text. 105. chart. 34. col. 2.

Mundus secundum trimegistum perficitur in tribus: imarmentis, id est causarum complexione, necessitate, quæ extensio earundem causarum per motum ad esse, & ordine, quæ est distributio cuiuslibet producti ad locum suum. Alb. magn. in 1. de celo. tract. 1. cap. 2. ch. 2. col. 1.

Mundus dicitur perfectus vniuersaliter, quia extra ipsum nihil est. D. Tho. metaph. 1. 18. te. 2. ch. 374.

Mundus perfectus est, quia extra illum non est accipere aliquam particulam. Alexander de ales in 5. metaph. tex. 2. 1. char. 148. col. 4.

Mundus perfectus est, quia attingit omnem rationem quanti in specie, & in numero: corpus vero, quia attingit omnes dimensiones in specie. Alex. de ales ibid.

Mundi figura, & ut habitabilis vel inhabitabilis.

Mundus ita sphericus est, ut cum diligentia a deo re-
cte formatus sit, ut nihil aut manu factum se se ha-
beat similiter, aut aliud quippiam eorum, quæ apud
nos in oculis existunt. nihil enim eorum, ex quibus
constitutionem accipit, sic potest regularitatem susci-
pere, & diligentiam ut primi, quod circum est, corporis
natura. Arist. 2. de celo. sum. 2. cap. 3. tex. 32. chart. 301.

Mundus impossibile est, ut sit minor, nec maior: quoniã,
si possibile esset, ut esset minor, esset possibile, ut con-
tineretur a superficiebus non rotundis, & ut ite esset
æquales superficie rotundæ, scilicet continenti suum
totum. Auer. 2. de celo tex. 29. ch. 53. col. 4.

Mundi medium diuibile est habens latitudinem. Auer.
4. de celo tex. 4. char. 109. col. 2.

Mundi reliquas tres quartas habitabiles esse non cogno-
uit Albertus magnus, cum dicat, in illis autem quar-
tis si habitabiles sunt, alia, & alia habuerunt princi-
pia. At in hac nostra habitabili omnes familie ad Adã
reducuntur. Alb. mag. in prædicab. ch. 16. col. 3.

Mundi clima quartum temperatum est simpliciter. Alb.
mag. de nat. locorum distin. 1. cap. 11. ch. 97. col. 2.

Mundus, ut æternus vel creatus.

Mundus non potest generari, nisi a rebus recipere pos-
sibilibus mundi formã. Ari. 1. de celo. t. 103. c. 277.

Mundus si æternus est, & mare æternum esse necesse est.
Arist. meteorolo. 2. sum. 1. cap. 3. chart. 500.

Mundus sempiternus est, nec animalia vnquam gene-
rare cessabunt, nec plantæ. Aristoteles. prim. de plan-
tis cap. 2. chart. 366.

Mundus existens corruptibilis ex necessitate, si quidem
genitus sui natura, æternitatis minime capax est, se-
cundum sui naturam, æternitatem suscipere nequit,
quod cum omnibus sit impossibile, Dijs quidem im-
possibile quoque est: quod enim necesse alicui inest,
in esse ei possibile est vnquam impeditum iri, & non
esse hoc modo inexistentes, nec quod impossibile est in-
esse, possibile est inexistens factum iri. Alex. aphrod.
in 1. natur. q. cap. 18. chart. 5. col. 1.

Mundum generatum esse ait Plato; sed non corrupti-
bilem. Auer. physic. 8. tex. 2. ch. 154. col. 3.

Mundus completur per tria, per motorem æternum,
per motum æternum ab eo, & per motum non mo-
torem. Auer. physic. 8. tex. 48. chart. 177. col. 2.

Mundum esse æternum Galenus existimauit nemi-
nem scire, nisi per propositiones originem sumentes
a sensu. Auer. 1. de celo. tex. 22. ch. 9. col. 2.

Mundum nouum ponentes non possunt ponere gene-
rantes, nisi corpus, generans autem est alterans; alter-
ans autem est corpus. Auer. 1. de celo. t. 33. c. 9. col. 2.

Mundus vel est generatus, vel æternus. Si generatur er-
go a corpore. Si æternus, Cur generauit in hac hora,
& non in alia. Auer. 1. de celo. tex. 33. ch. 12. col. 2.

Mundum Aristoteles primus Græcorum tenet esse
ingenerabilem, & incorruptibilem: sed ante ipsum sic
tenuit lex Chaldaeorum. Aut generabilem, & corrupti-
bilem, quod dixit Anaxagoras ex Philosophis, &
hoc subitinet lex Maurorum, Christianorum, & Lu-
dæorum. Alia opinio, si Platonis est quod sit gene-
rabilis, & corruptibilis. Quarta, quod non generatus
sit, sed corruptibilis: sed hoc nullus dicebat, in quan-
tum scimus, nisi loquentes nostræ leges, quamuis sit
hoc tantum vnum extra naturam. Auer. 1. de celo
textu 102. chart. 33. col. 3.

Mundus non est ex nihilo, quia generatio non est ex pri-
uatione essentialiter. Auerroes primo de celo text.
106. chart. 34. col. 4.

Mundum generatum esse dicentibus ex rebus, quæ an-
te erant quiescentes, eadem contradictiones contin-
gunt, ac illis, qui dicunt fieri ex rebus mobilibus: quia
si illæ res quiescebant, vel quies illis erat naturalis, vel
violenta. Si violenta, necessario, & naturalis erat, si na-
turalis quies, & motus illis est naturalis. Auerroes 3.
de celo tex. 25. chart. 89. col. 3.

Mundum æternum esse concedere cogitur, qui ait ip-
sum, antequam fuisset, possibilem, possibilitate non
deficiente fuisse: quia possibilitas in rebus æternis est
necessaria. Auer. ex dest. dest. disp. 1. ch. 16. col. 1.

Mundus a primo, & Creatore solo Deo incepit per crea-
tionem dicentes tempus, & motum cum creatione
primi mobilis incepisse, & cum creatione primi mo-
tus, qui est primo mobili, quod est cœlum, intrinsecus.
Alb. magn. in 8. phy. trac. 2. cap. 13. ch. 93. col. 2.

Mundum, cum dicimus fuisse ante, vel post, non signifi-
camus per hæc verba tempus, sed ordinem æternita-
tis ad tempus. Alb. magnus in 8. physicorum tractat.
prim. cap. 13. chart. 93. col. 2.

Mundus non corrumpitur corruptione naturali, sed po-
tius per voluntatem creatantis, sicut incepit. Alb. mag.
ibid. cap. 15. char. 94. col. 3.

Mundus semel incepit, & semel desinet secundum ali-
quid, & non simpliciter. Alb. magn. ibid.

Mundum creatum esse a Deo ait expresse Arist. in lib.
de natura deorum. Albert. magn. in 4. physicor. trac.
1. cap. 2. char. 40. col. 4.

Mundum fore, antequam mundus esset, non erat nec

verum, nec falsum: quia non erat enuntiabile. Alber.
mag. in 4. phy. trac. 3. ca. 13. c. 56. col. 4.

Mundus necesse est esse infinitus, & secundum duratio-
nem, & secundum quantitatem. Alb. mag. in 8. phy. trac.
1. ca. 6. c. 88. col. 3.

Mundum a Deo opifice creatum ait Aristot. in lib. suo
de natura Deorum. Albertus magnus in 8. phy. trac.
pri. cap. 4. c. 89. col. 4.

Mundi substantia secundum fidem nostram quandoque
incepit; tamen nunquam esse desinet. Motus aliqui
semper erunt, maxime in hominibus, qui semper re-
manebunt, incorruptibilem vitam agentes, vel mise-
ram, vel beatam. D. Thom. in 8. physicor. l. 2. tex. 13.
c. 12. 1. col. 2.

Mundus si non est æternus, necesse est, quod productus
sit ab aliquo pro existente in esse. Et si hoc non sit æ-
ternum, oportet iterum esse productum ab alio. Et
cum hoc non possit procedere in infinitum, necesse
est ponere aliquam substantiam sempiternam. D. Th.
12. metaph. l. 10. tex. 30. ch. 860.

Mundo æterno posito, inconueniens est homines infini-
to tempore fuisse sine artibus, & scientiis. Alexan. de
ales 12. metaph. tex. 50. ch. 350. col. 2.

Mundus, ut mouetur, & ut est in loco, & eius quantitas.

Mundi partes tribus motibus moueri possunt, circu-
lariter, sursum, & deorsum. Aristoteles physic. 4.
cap. 9. tex. 43. c. 89.

Mundus totus si esset aqua, non esset in loco secundum
totum, & partes eius moueretur ad locum. Arist. ibid.

Mundus est in loco, non per se, sed per partes: partes enim
aliæ alii complexæ inhaerent. Et illius extrema fiunt
per idem, ac si locus alter alterius esset. Pfellus in 4.
phy. char. 32.

Mundi medium non est diuersum, ut medium, respectu
totius, & partis: sed in magnitudine, & paruitate di-
uersatur. Auer. in 3. phy. tex. 52. ch. 51. col. 3.

Mundus non est in loco, nisi per accidens. Auer. ibidem
tex. 54. col. 4.

Mundus est in loco, quia partes ipsius sunt in loco. Auer-
roes ibidem.

Mundi mensuram maiorem, vel minorem ea, quæ est, est
impossibile. Auer. ex dest. dest. disp. 1. c. 15. col. 1.

Mundus, ut gubernatur.

Mundus hic inferior ex necessitate est continuus
quodam modo superioribus latioribus, ut omnis
ipsius virtus inde gubernetur. Arist. meteor. 1. su. 1.
cap. 2. tex. 1. c. 453. Idem D. Thom. in 1. de gene. l. 24.
tex. 84. c. 22. col. 3.

Mundo quicquid inest est ex scientia primi, cuius indi-
gent cœlum, & terra, & quicquid est in eis. Auer. ex
dest. dest. disputat. 9. char. 45. col. 2.

Murena sunt pisces noti, serpentibus similes in anterio-
ri parte, sed a medio in finem anguillis: os habent ad
fugandum humiditates, non ad masticandum. Falsum
est, quod cum serpente coeant. Tria inueniuntur ge-
nera. In Danubio paruum. In aquis Septentrionali-
bus maius, & habet nouem guttas in corpore, iuxta
caput ex utroque latere. est longitudinis pedis cum di-
midio. Tertium est magnum ad spissitudinem brachii
hominis, & ad longitudinem cubiti, & non habet o-
culos, dulcis est, & non sanus. Alber. mag. de anim. li.
24. cap. 1. c. 198. col. 2.

Murus, & murena differunt, quia murena est varia, &
infimior: Murus est unicolor, & robustus colore la-
rici arbori similis, & dentes tam intus, quam foris pos-
sident. Arist. de hist. ani. 5. ca. 10. ch. 159.

Mus aquatilis, vel testudo lutaria in terra scrobe effossa
dolijs amplitudine parit oua, quæ deserit terra obruta,
dieque tricesimo repetit, refoffaque aperit, & fe-
tum continuo ducit in aquam. Arist. de hist. animal. 5.
cap. 13. char. 192.

Murium generatio mirabilis est: iam enim foemina præ-
gnante in vase miliario clausa centum, & viginti mu-
sculos peperit. Et agrestes, quamquam inaudito mo-
do oriri solent, ut parum in agro ex vniuerso frumen-
to relinquatur, tã cito absumitur, ut nonnulli medio-
cres agricolæ cum pridie metendum statuerint, postri-
die mane cum messoribus accedentes ad segetes, ab-
sumptam inueniunt totam. Arist. de hist. anim. 6. ca-
pit. 37. char. 246.

Murium interitus minime euenit ratione. paucis enim
diebus omnino abolerentur, quamquam superiore tẽ-
pore homines vincere, vel sustinendo, vel sues, ut latibu-
la effoderent, admittendo non possent. Quin etiam
vulpes eos venantur, & cati syluestres in primis, sed
tamen superare copiam, & celeritatem prouetus ne-
queunt: nec aliud quicquam omnium vincit, nisi im-
bres: iis enim quamprimum intereunt. Arist. de hist.
anim. 6. cap. 37. c. 246.

Mure foemina recidua parte quadam terræ Persicæ, fetus
foemini prægnantes comperiuntur. Arist. de histor.
anim. 6. ca. 37. char. 247.

Mures, si salem iambant, sine coitu impleri, sunt qui af-
firmant. Arist. de hist. ani. 6. ca. 37. char. 247.

Muribus Aegyptiis pilus durus est fere, ut herinaceis.
Arist. de hist. ani. 6. ca. 37. ch. 247.

Mures quidam sunt, qui erectis cruribus ambulant: ha-
bent enim posteriora crura longa, anteriora breuia,
& eorum ortus quoque numerosus est. Arist. de histo.
anim. 6. ca. 37. ch. 247.

Mures in Arabia multo foricibus maiores, quibus crura
priora, vel palmi mensura sunt, posteriora ad primum
digiti modum habentur. Aristot. de histo. anim. 8. ca-
pit. 28. c. 309.

Mures, cum biberint, moriuntur. Arist. de hist. anim. 8.
cap. 28. ch. 310.

Mures in Cyrena vnus generis non esse, sed forma, co-
loremque plurimum distare asserunt. Alios enim ceu
mustellæ lata facie fieri: nonnullos, ut vipera. Arist. de
admir. aud. nu. 27. ch. 844.

Mures interficiuntur helleboro albo decocto cum lacte, &
melle. Alb. mag. de vege. li. 6. tr. 2. ca. 6. c. 165. col. 3.

Mus animal est notum, & est multorum generum. Na-
scitur de terra, licet etiam ex coitu. In Arabia inueni-
tur mus magnus, anteriores pedes habens ad latitu-
dinem palmi, posteriores ad modum digiti, plures ca-
seos intentans, meliorem comedit. Moriuntur mu-
res, si cibantur arsenico citrino in farina impastato,
vel si lithargirio cum helleboro, & farina cibentur. Al-
ber. mag. de ani. l. 22. tr. 2. cap. 1. col. 1.

Mus marinus exit de aqua, & faciès foueam, ouat in ter-
ra, & operit ea, & post tricesimum diem, cum exierit foe-
tus, reuertens effodit partum, & secum ducit in aquã,
fetus primo caret luce, deinde illuminatur. Alb. mag.
de ani. li. 24. ca. 1. c. 198. col. 3.

Murices sunt ostrea quædam cochilia, quæ in ortu can-
nis latent, in aliis certis prodeunt temporibus. In ve-
na candida, quam habent, humorem gestant precio-
sum ad tincturam, quem cum morte euomunt, & ut
ait Mutianus philosophus, ut Echini firmant naues.
Alb. mag. de ani. li. 24. ca. 1. c. 198. col. 3.

Muscæ ex vermiculis fini digesti in partes gignuntur.
Principium vermiculorum ipsorum exiguum est, quod
primo rubescit, atque ex immobili quasi hærens ad-
huc fibris, moueri incipit, mox vermiculus immobi-
lis redditur, qui, cum postea motus est, rursus immo-
bilis fit: demumque generat muscã, quæ flatus, aut

N. Solis beneficio moueri incipit. Arist. de histo. anim. 5. ca. 19. char. 178.
Musca, est vermium generatiua, non autem muscarum. Simpl. in 3. de ani. ex fec. 2. tex. 45. c. 77. col. 2.
Musca nigra parua, nigra oua pariunt, & ea ponunt super parietem, vel pannum album. Et musca magna pariunt oua alba, & super parietem, vel pannum nigrum ponunt. Alb. mag. de ani. li. 5. tr. 1. ca. 4. c. 53. col. 4.
Musca est animal notum, vel vermibus duabus alis, & octo pedibus de putredine fimi, & animalium natus. Est duorum generum: quoddam habet rostrum acutum, & perforat pellem hominis. Aliud non perforat pelles, nec acutum habet rostrum, sed fugit tantum humiditates. Musca integra glutina non nocet, sed fracta vomitum excitat, maxime in pueris: fracta, & alligata in loco veneni ad se attrahit venenum. Alb. mag. de ani. lib. 26. c. 204. col. 3.
Muscata est arbor pulcherrima in Insula Indiæ, folio similis lauro, & in figura, & colore, non autem in virtute. Flos eius dicitur macis, & fructus eius est nux muscata. Alb. mag. de veg. l. 6. tr. 1. ca. 26. c. 157. col. 3.
Muscicapæ sunt aues, quæ muscas capiunt, maiores turture, vel columba, colore pennarum, vt lanarij, pigrae in volatu habentes pedes, & rostrum, ut hirundo, ac magnum oris rictum aptum ad muscas capiendas. Alber. mag. de ani. li. 23. ca. 24. c. 194. col. 1.
Musculi tranuersi infecti difficilius vniuntur, & curantur: quoniam fibre, & fila neruosa ita affatim inciduntur. Alex. aphro. proble. 2. nu. 53. c. 742.
Musculi sunt, qui componuntur ex neruis, chordis, & carne. Albertus magnus in pri. de gener. & cor. trac. 3. cap. 8. c. 65. col. 3.
Musculus animalium omnium membrorum motum perfici manifeste patet: nam in omni musculo videmus neruum egredientem ad membrum, quod mouetur, per quem expellitur a loco suæ foundationis & chordam in alia parte ad radicem membri deriuari a fine musculi, per quam attrahitur ad locum suum. Albertus magnus in tertio de ani. tracta. 4. cap. 8. char. 47. columna 3.
Musculus, quo completur motus cuiusque membri, secundum hoc est membrum neruolum. Alb. mag. de anim. lib. 1. trac. 2. ca. 14. ch. 14. col. 1.
Musculi in vniuerso hominis corpore, si diligenter numerantur, sunt 529. Albertus mag. de anim. lib. 1. tracta. 2. ca. 17. c. 16. col. 2.
Musci ætate Phrynici modulandi potius scientiam exercebant: quia tum in tragediis carminis vsus modulaminum longe amplior erat. Arist. problem. sec. 19. nume. 31. char. 518.
Muscam omnes fatentur esse iucundam, siue nuda, siue cum modulatione. Arist. polit. 8. ca. 5. c. 765.
Musica habet naturalem voluptatem, per quam illius vsus cunctis ætatibus, & cunctis moribus est accepta. Arist. ibid. c. 766.
Musica habet similitudines maxime penes veras naturas iræ, & mansuetudinis, ac fortitudinis, & teperantia, & contrariorum his, & aliorum omnium, quæ ad mores pertinent. Arist. polit. 8. ca. 5. c. 767.
Musica potest animi morem aliquem facere: & ideo in ea ob id pueri sunt instituendi, & congruit ætati illi: nam pueri nihil faciunt sponte, quod non habeat iucunditatem, & musica est iucunda secundum naturam: & videtur cognatio quædam esse nobis cum harmoniis, & rithmis, ideo multi sapientum dixere, alij animam esse harmoniam, alij habere harmoniam. Arist. polit. 8. ca. 5. char. 769.
Musica in pueritia addiscenda est, & eo vsq; vt gaudere valeant probabilibus melodis, rithmis, & non comuni eius sensu solum, vt animalia quædam, & turba puerorum, & seniorum: & ea instrumenta sunt re-

cipienda, quæ faciunt auditores bonos, & non tibia, nec cithara. Arist. poli. 8. ca. 6. c. 770.
Musica est per melodiam, rithmos, horum vtrunque latere non debet. Arist. poli. 8. ca. 7. c. 771.
Musica melodiæ aliæ iunt morales, aliæ effectiua, aliæ abstractiua, sed moralis primo est addiscenda. Arist. ibidem c. 772.
Musica non est vtenda vnius vtilitatis gratia, sed doctrinæ, & purificationis, & degendi otij causa. Arist. ibid.
Musica Porphyrii temporibus perempta erat, nec amplius erat concentum ex diebus interuallo compositum. Por. in prædicamen. char. 19.
Musica in fidium concentibus ac in quibusdã cantibus studium, ac operam ponit. Ammon. in Por. c. 2. col. 4.
Musica Ammonii temporibus mortua erat, illinque vestigia, vt etiam temporibus nostris vix supererant. Ammonius in Porph. c. 2. c. 4.
Musica Pythagoreorum iudicat armoniam ratione, non sensu: popularis autem musica sensu solo, quod concordet, & discordet, discernit. Ioannes grammatic. in pri. post. cap. 10. c. 29. col. 3.
Musica duplex, alia scientia est, alia naturalis, & animo cognita. Ioannes gr. in pri. phy. te. 25. c. 11. colum. 3.
Musica instrumenta omnia fere sonant super concauum, quia sonus ad sonum continue reddit, & fit harmonia. Alb. mag. in 2. de ani. tr. 3. ca. 19. c. 25. col. 4.
Musica non est circa proportionem simpliciter, circa eam enim versatur arithmetica, sed circa proportionem inordinatam. Ale. de ales in 3. metaphy. te. 6. c. 59. col. 4.
Musio est animal notum: alij catum appellant muribus nocuum. Alb. mag. de animal. l. 22. tr. 2. c. 181. col. 4.
Musquelibet est animal Orientis ad magnitudinem capriolæ, in cuius inguine apostema crescit, & maturatum collidit ad arborem, & sanies de currens indurata vocatur muscus. Licet tota caro, & sterus muscus sit dicta, tamen sanies illa est nobilior muscus. Albertus magnus de animal. l. 22. tr. 2. c. 181. col. 4.
Mustellarum ex genere nonnulli, qui stellati appellantur, bis in mense putantur parere, quod ideo videtur, quia oua eorum non simul perficiuntur: nec defunt, quæ omnibus anni temporibus pariunt, vt murena. Arist. de hist. anim. 5. cap. 10. c. 156.
Mustella est mimicus cornicis, quippe qui eius oua, & pullos violet. Aristoteles de historia animalium 9. capit. 1. char. 317.
Mustella cum dimicatura cum serpente est, rutam comedit. Aristoteles de histor. anim. 9. cap. 6. char. 325.
Mustellas in Sicilia, & Italia esse aiunt, quarum morsus exitiales sunt, nec molles, & imbecilles, vt illæ, quæ apud nos sunt, sed eo in loco muscarum quoddam genus, reperiri, quod circunquaque aduolare dicitur: ac cum momorderit animalia, ea interimere efficit. Arist. de admir. aud. num. 144. c. 874.
Mustella est animal notum, quod magis, Ictidi (quod vernacula lingua dicitur Martoro) assimilatur, quam muribus, infestum gallinis, infestans earum oua, & forbens, & eas interficiens. In Pordoselene Insula, viciniam non transeunt, & illata moriuntur. Et in Boetiæ Tebadia illata, solum ipsum fugiunt. Alber. mag. de ani. li. 22. tract. 2. 182. col. 1.
Mustum magis inebriat, quam vinum, quamuis sit vino calidius: quia est magis vaporosum propter spirituale humidum aereum non coadunatum in eo, & vapor cerebri vires oppilat, & impedit virtutes animales ad recipiendum motum. Alber. mag. in 4. meteor. trac. 1. cap. 15. char. 120. col. 3.
Muta est, quæ cum adiectione per se nullum sonum reddit: adiecta vero his, quæ aliquam vocem reddunt, exaudiri potest. Arist. de poetic. ca. 5. c. 285.
Mutabile omne in aliquod, quod prius non erat ex ipso non hoc propria priuatione ad hoc aliquid mutatur. Simplic.

Simpli. in 8. physicorum text. 71. char. 465. colum. 1.
Mutabile omne ad formam non mutatur, nisi ex causis motus. Alb. magn. in 2. de cel. tr. 1. c. 1. c. 23. col. 2.

Mutatio quot dicatur modis.

Mutatur semper id, quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secundum quantum, aut secundum quale, aut secundum locum. Aristoteles physicorum. 3. sum. 2. ca. 1. te. 4. char. 54.
Mutatur, quod mutat quatuor modis. Aut ex subiecto in subiectum. Vel e non subiecto in subiectum. Vel e subiecto in non subiectum. Et cum ea, quæ est e non subiecto in non subiectum non sit mutatio, restant reliquæ tres, quæ est ex non subiecto in subiectum, est generatio, alia simpliciter simplex, alia cuiusdam, quæ ex subiecto in non subiectum, corruptio est. Aristotel. physicorum. 5. ca. 2. te. 7. c. 125.
Mutatur, quidquid mutatur, aut secundum accidens, vt musicum ambulare, & aliud simpliciter, quia mutatur secundum partes, vt sanatur corpus, quia oculus, & aliud, quod nec per accidens, nec quia partes mutantur, sed quia primo in se mouetur: & hoc est secundum se ipsum mobile. Aristoteles physicorum quinto capite primo tex. 1. char. 123.
Mutari secundum quid, vel simpliciter non differt, nisi in hoc, quod necesse est, vt duo contraria aliquo modo esse oporteat, & magis, & minus ex eo, quia plus, vel minus contrariis inest, vel non. Aristoteles physicorum quinto capite 3. te. 19. c. 130.
Mutari aliquid primo dupliciter dicitur. Aliud, in quo primo perfecta est mutatio, & tunc verum est dicere, quod mutatum est. Aliud vero, in quo primo cepit mutari. Ari. phy. 6. sum. 4. c. 1. te. 45. c. 160.
Mutatio in se tria habet, & quod mutatur, in quo, & secundum quod mouetur, & in quo diuisibilia sunt: secundum quid vero alia est ratio: sed secundum accidens omnia diuisibilia sunt. Aristoteles physicorum 6. sum. 4. c. 1. te. 49. c. 161.
Mutationum secundum contradictionem termini sunt affirmatio, & negatio: earum vero, quæ sunt in contrariis, contraria. Aristoteles physicorum 6. summ. 5. ca. 3. tex. 91. c. 175.
Mutatio, alia est de subiecto in subiectum, alia ex non subiecto in non subiectum, alia ex non subiecto in subiectum, & subiectum dicitur, quod affirmatione monstratur, & cum illa, quæ ex non subiecto in non subiectum non sit mutatio, restant tres aliæ mutationes quæ scilicet ex non subiecto in subiectum, secundum contradictionem est generatio, quæ simpliciter simplex, quæ alicuius quædam, & quæ ex subiecto in non subiectum corruptio. Aristoteles 11. metaphysicorum ex summ. 4. ca. 3. c. 238.
Mutationis esse motum duobus modis intelligi potest. Vel, quia mutatio sit subiectum mutationis. Vel, quia mutatio sit terminus, & nullo modo mutationis est mutatio, quia inter quamcunque mutationem est quies. Et motus non potest esse subiectum. Aristotel. ibidem char. 239.
Mutatio alia est ad locum, alia ad formam corpoream. Simplicius in quarto physicorum char. 226. colum. 1.
Mutatio alia est, ad substantiam, alia ad accidens. Simplicius in quinto physicorum tex. commen. 9. chart. 299. colum. 1.
Mutatio habet duplex continuum. Hoc ex tempore. Aliud ex subiecto, secundum quod fit mutatio. Simpli. in 5. phy. commen. 28. te. 24. c. 313. col. 1.
Mutatio, quæ indiget mutante, alia est in substantia, alia in quantitate, alia in vbi. Auerroes ex destr. destr. disputa. prima char. 8. col. 2.
Mutatio omnis, aut est ex non subiecto ad subiectum,

aut ex subiecto ad non subiectum: etiam non subiectum duplex est, simpliciter, & secundum quid: & sic quæ est de non subiecto ad subiectum, & econuerso, duplex est: quia vel est de non subiecto vere ad subiectum vere, & econuerso. Vel e non subiecto secundum quid ad subiectum secundum quid, & econuerso. Alb. mag. in phy. tra. 1. ca. 2. c. 60. col. 4.
Mutationis species tres sunt, generatio, corruptio, & motus. quorum hæc est differentia, quia motus est de vno affirmato in aliud affirmatum, vt de albo in nigrum. Generatio, de negato in affirmatum, vt de non albo in album: corruptio, de affirmato in negatum, vt de albo in non album. D. Tho. in 1. physicorum. te. 68. char. 13. colum. 2.
Mutare prius in aliud, est dupliciter, vel prius intentione, vel prius actione. Alexander de ales in 2. metaph. char. 42. colum. 3.
Mutatio secundum locum nos docuit locum, mutatio secundum alterationem nos docuit subiectum: ita mutatio secundum formam substantialem nos docuit materiam. Alexander de ales in octauo metaphysico. tex. 4. char. 245. col. 2.

Mutatio à quo denominatur, & eius species.

Mutatio denominatur magis ab illo in quod est motus a termino, quam ab illo ex quo est motus, id est magis a termino ad quem, quam a termino a quo. Arist. phy. 5. tex. 4. c. 1. c. 124.
Mutatum dum mutatur, necesse est, vt aliquid sui in hoc sit, & aliquid in alio, nec enim in vtrisque, nec in neutro possibile est. Aristoteles physicorum 6. sum. 3. ca. 1. tex. 32. char. 155.
Mutatū, quod est, necesse est, quādo primo mutatum est esse, in quo mutatum est. nam quod mutatur, ab eo, ex quo mutatur, discedit, & relinquit ipsum. Aristote. phys. 6. sum. 4. ca. 1. te. 40. c. 158.
Mutationes, cum sint quatuor, generatio, alteratio, augmentatio, & loci mutatio. In generatione, & alteratione virtus mutationis in efficiente est. Tum, quia, quod non est in se, principium essendi habere non potest, vt in generatione, quæ fit ex non ente. Tum etiā quia nihil est sui ipsius corruptiuum, & per eam inter se alterationis subiectum corrumpatur. Ideo in alterationibus non est efficiens causa, sed in alterantibus. Augenti autem mutatio seipso est: quia, quod augetur, est actu, quod dat augmentum est potentia, oē aut agit, vt est actu. Localis aut mutationis causa sunt ea, quæ mutantur, quia in ipsis est principium motus. Io. gram. in 1. de gen. & cor. t. 34. com. 92. char. 51.

Mutatio quid est, & vt fit.

Mutatio omnis fit e contrario in contrarium. Aristoteles physicorum tertio capite 4. text. 47. c. 66.
Mutatio omnis aut velocior, aut tardior est, tempus autem non est nec velox, nec tardum. Aristoteles physicorum quarto summ. tertio capite secundo tex. 96. chart. 103.
Mutatio secundum accidens omittenda est. Aristoteles phys. 5. cap. 1. tex. 6. c. 125.
Mutationes secundum generationem, & corruptionem non sunt motus: restat igitur, quod solus sit motus mutatio illa, quæ est de subiecto in subiectum. Aristoteles physicorum quinto capite 3. tex. 9. c. 127.
Mutatio, quæ est in eadem forma in magis, & minus, alteratio est, quæ ex contrario in contrarium, aut simpliciter, aut aliquo modo motus est. In minus enim cū ierit, dicitur in contrarium mutari. In magis autem, vt ex contrario in seipsum. Aristoteles physicorum quinto cap. 3. tex. 19. c. 130.

Mutatum omne diuisibile esse necesse est. Arist. phys. 6. sum. 3. ca. 1. tex. 32. ch. 155.
Mutatio omnis est e quodam in quoddam : & cum est in hoc, quod mutatum est, non amplius mutatur : cum autem est in eo, ex quo mutatur, & ipsum, & partes omnes non mutantur : nam quod similiter se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur. Arist. phys. 6. su. 3. cap. 1. tex. 32. ch. 155.
Mutationis principium non datur, finis datur. Arist. phys. 6. sum. 4. cap. 1. tex. 46. ch. 160.
Mutatum omne tempore mutatur, dicitur autem tempore mutari, & vt in primo, & vt secundum alterum. Arist. phys. 6. su. 4. cap. 2. tex. 50. ch. 162.
Mutatum in tempore est omne, quod mutatur. Aristot. phys. 6. su. 4. cap. 2. tex. 53. ch. 162.
Mutatum in tempore omne est, quicquid ex quodam in quoddam mutatum est. Arist. phys. 6. sum. 4. cap. 2. tex. 55. char. 163.
Mutatio nulla infinita est. Arist. phys. 6. su. 5. cap. 3. tex. 91. char. 175.
Mutatio nulla perpetua: omnis enim apta est natura esse ex quodam in quoddam. Arist. phys. 8. sum. 1. ca. 2. tex. 16. char. 200.
Mutatio omnis finita est. Arist. 1. de cæ. tex. 86. ch. 269.
Mutationes flatuum, ætatum, & locorum pro temporis cuiusdam mutatione accipi debent: hæc enim intendendi, vel tollendi, vel iudicandi, vel contrahendi morbum vim habent; vt & tempora, & syderum ortus Orientis, Arcturi, Vergiliarum, Caniculæ. qui flatus imbresque; excitant, qui serenitates, frigora, teporesve solent adferre. Aristot. problematum, sec. 1. nume. 93. charta 331.
Mutatio sola, quæ est de subiecto in subiectum, est motus. Arist. 1. metaph. ex su. 4. cap. 3. c. 239.
Mutatio fit ex ente, non quocumque, sed ex ente in potentia. ergo quæcumque fiunt, fiunt ex ente in potentia, & non ente in actu. Arist. 1. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 8. c. 245.
Mutatio omnium suauissima est ob prauam naturam. Arist. ethic. nicom. cap. 14. ch. 187.
Mutatioes tum ad locum, tum inuicem ex ea, quæ in girum fit, per accidens fieri contingit. Theophr. lib. metaph. cap. 2. ch. 318.
Mutatio omnis ob corporis intemperiem fit. Alexand. aphrod. proble. 1. nu. 35. ch. 675.
Mutationes ab habitu ad actum, quædam sunt generationes: si quidem ad perfectionem substantiarum, quarum sunt, conferunt. Alexand. aphrod. in tertio natur. q. cap. 2. c. 11.
Mutatio nulla fieri contingit, quam subiecto quodam saluo, & in hæc transeunte: quod aliter nec in ortu, & interitu fieri potest. Alex. aphro. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. com. 76. c. 125. col. 4.
Mutari in tempore est mutatum fuisse in fine temporis, quod est ipsum nunc. Psel. in 6. phys. ch. 52.
Mutatum, ac verum a re, quæ vertitur, & mutatur, esse oportet. Them. in 6. phys. tex. 21. c. 50. col. 3.
Mutationis æternæ non potest esse causa, nisi æterna. Themist. in 8. phys. tex. 45. c. 56. col. 4.
Mutatio omnis a quodam in quoddam circa commune subiectum. Simpl. in 1. phy. tex. 42. c. 62. col. 2.
Mutatio non fit eorum, quæ simul esse possunt; sed eorum, quæ antequam mutantur, simul esse possunt. Simpl. ibid. tex. 47.
Mutatio ab habitu in priuationem fit, a priuatione ad habitum fieri non potest. Simpl. in 1. phys. tex. 61. c. 73. colum. 1.
Mutatio communior est motu, specialior est mutatione in substantia motus in quantitate, qualitate, & vbi. Simpl. in 3. phys. tex. 1. ch. 139. col. 1.
Mutatio magis denominatur a termino ad quem, quam

ex termino a quo. Simplicius in quinto phys. tex. 5. c. 293. colum. 2.
Mutatio omnis, quæ ex non subiecto in subiectum, necesse est, vt fiat secundum contradictionem. Simpl. in 5. phys. 7. c. 295. col. 2.
Mutatio in substantia fit nullo subiecto actu permanente. Simpl. in 5. phys. c. 296. col. 1.
Mutatio ad substantiam simpliciter est ortus, & mutatio ad accidens est, cum ex tali substantia fit t alis substantia. Simplicius in quinto phys. tex. 9. char. 299. colum. 1.
Mutationes collocantur in illis, in quibus sunt contraria. Simplicius in quinto phy. t. 10. c. 301. col. 2.
Mutatum est illud, quod mutatur ad finem mutationis perueniens. Simplicius in 6. phys. tex. 47. ch. 351. colum. 1.
Mutatio sola in substantia est generatio, in aliis sunt actiones, & passiones. Ioannes grammat. in prim. phys. tex. 74. c. 28. col. 1.
Mutatio nõ ex quouis temere, sed ex suo contrario fit; quia motus semper ab vno, eodemque in vnum, idemque per eadem media fit. Io. gram. in 3. phys. c. 57. col. 2.
Mutationes sunt generatio, & corruptio, nõ autem motus. Ioannes grammat. in 4. phys. tex. 97. char. 106. colum. 3.
Mutatio necessario sequitur ex actione agentis. Auerr. ex dest. dest. disput. 1. ch. 8. col. 3.
Mutatio non est generationis causa, nec ipsius esse, nisi per accidens, id est per formam, & actum generantis: quæ forma, & actus non sunt in patiente vt patiens, sed potius extra ipsum a generante, vt illud est generans: licet forma sit similis illi in patiente potentia. Alber. mag. in 4. phy. tr. 3. ca. 14. ch. 57. col. 1.
Mutatio, quæ sit de subiecto in subiectum, non est inter opposita secundum modum: quia nulla est in illa oppositio, est autem inter opposita, quia ambo contraria sunt actu, & reducitur ad hanc, quæ est de non subiecto ad subiectum. Albertus mag. in 5. phys. trac. 1. cap. 2. ch. 60. col. 3.
Mutatio nulla potest esse de non subiecto vere ad formam accidentis: quia materia, quæ vere est non subiectum, non potest sumere formam accidentis, nisi prius adepta fuerit formam substantialem; cum esse accidentis a substantia composita proficiatur. Alb. mag. in quinto phys. trac. 1. ca. 2. ch. 60. col. 4.
Mutatio nulla esse potest de non ente simpliciter ad ens secundum quid, vel econuerso. Alber. mag. in 5. phys. tra. 1. ca. 2. c. 60. col. 4.
Mutationis finis non proprie est mutatio. Alber. mag. in 6. phys. trac. 2. ca. 3. char. 73. col. 1.
Mutatio perfecta est, cuius mutatio completa est tota; imperfecta, cuius mutatio non completa est, nisi secundum quid. Alber. magnus in 6. phys. trac. 2. cap. 7. ch. 74. colum. 2.
Mutatum esse ita nominat terminum motus, vt punctum nominat terminum lineæ. D. Tho. in 6. phys. l. 8. tex. 52. char. 97. col. 3.
Mutatio non fit, nisi è contrario in contrarium. D. Tho. in 3. phys. l. 8. te. 46. c. 40. col. 1.
Mutatio est in causa vt auferatur terminus a quo, & acquiratur terminus ad quem. D. Th. in 5. phys. l. 1. tex. 4. char. 73. col. 1.
Mutari, & deficere ratione differunt, subiecto sunt idem; quia deficere dicitur ratione termini a quo, mutari ratione termini ad quem. Diuus Thom. in 6. phys. l. 7. tex. 41. ch. 95. col. 1.
Mutationis est mutatio per accidens. D. Tho. 11. metaph. l. 12. char. 831.
Mutatio ex non subiecto in non subiectum per se esse non potest, per accidens potest. Alexan. de ales 11. metaph. char. 324. col. 2.

Mutatio

Mutatio, vt subita, & in tempore.

Mutatio momentaria aut non est, aut si est, non pertinet ad tractatum naturalium. Them. in 6. phys. tex. 31. char. 50. col. 3.
Mutatio de tenebris ad lucem momentanea est. Them. in 6. phys. tex. 66. char. 51. col. 3.
Mutatur velocius id in quodcumque, quando est aptum magis ad patiendum vel natura, vel quia proximum est agenti. Simplicius in sexto phys. tex. 35. char. 347. colum. 1.
Mutationis temporis, in quo mutatur, nec per quod mutatur, est accipere primum, quod sit, vt pars. Simpl. in 6. phys. tex. 49. ch. 351. col. 2.
Mutatio subita, & in oratione, & in re agenda mala est. Ioan. grammat. in tertio de anima. tex. 150. char. 79. colum. 3.
Mutationes omnes, quarum termini sunt esse, & nõ esse, vel priuatio, & forma, sunt instantaneæ, & nõ possunt esse successiue, & in successiuis attenditur successio secundum distantiam vnius contrarii in aliud. Diuus Th. de sen. & sens. l. 16. char. 20. col. 2.

Mutatio, vt est in contrariis.

Mutatio, quæ non fit per accidens, est in contrariis, in medijs, & in contradictione. Aristot. phys. 5. cap. 1. tex. 6. ch. 125.
Mutatio omnis, cum sit in opposita, & opposita vel sunt contraria, vel, quæ sunt secundum contradictionem: contradictionis autem nihil est medium, manifestum est, quod in contrariis erit id, quod est inter. Arist. phys. 5. sum. 2. ca. 1. tex. 26. ch. 132.
Mutatum quod est secundum contradictionem, erit in quo mutatum est, & si in hac, & ita in alijs. Arist. phys. 6. sum. 4. cap. 1. tex. 41. ch. 158.
Mutationis termini, necesse est, vt sint contraria, in quibus sit nihil enim, in infinitum mouetur. Arist. phys. 8. sum. 1. ca. 2. tex. 16. char. 200.
Mutatio omnis aut in contrarium est, aut in medium. Arist. 2. de ani. sum. 3. ca. 1. tex. 44. ch. 626.
Mutatio secundum contradictionem habet id, ex quo, & id, ad quod. Simplicius in 6. phys. tex. 83. char. 363. colum. 1.
Mutationi secundum locum quies est maxime opposita, quia est simplex motus, in quo totum mobile secundum substantiam, qualitatem, & quantitatem, quæ in ipso est, transfertur. Alber. magnus in prædicam. char. 65. colum. 1.
Muti a generatione, & surdi sunt: quia idioma per auditum discere non potuerunt. Alber. mag. de anim. l. 4. tract. 2. ca. 2. char. 51. col. 1.
Myzale est animal paruum, venenosum, quod in iuuentute est alicuius vigoris, sed in dies torpescit: crudeli

animo, sed diffimulans. Albertus mag. de anim. l. 22. tract. 2. ch. 181. col. 4.
Myrobalanorum fructus cum initio apparuerint, dulces sunt. Communiter autem astringente sapore sunt, quia arbor ipsarum habet ramos, & in hora coctionis, cum meatus ampli fuerint, sequitur calor humorem, & maturat fructum, & in principio dulces sunt, post modum per raritatem meatus suos arbor contrahit, vincitque; frigiditas, & siccitas calorem, & humorem. unde fructus in astringentem saporem alteratur, & rursus Sol vincit cum calore per attractionem superflua siccitatis in illo semine, quod in superficie arborum est, vincitque; frigus siccitatem, & exit fructus vehementer astringentis saporis. inde rursus ascendit calor naturalis, iuuatque ipsum Solis calor fortis, vincuntque calor, & siccitas, & fructus amari fiunt. Aristot. 2. de plantis. ca. 2. char. 398.
Myrobalani primo formati in arbore dulces sunt, postea fiunt pontici, & in fine digestionis amari. Alber. mag. de vegetab. l. 4. ca. 4. trac. 4. c. 146. col. 2.
Myrobalani, alij citrini immaturi, alij nigri indi, & sunt vltimi in maturitate, alij sunt kebuli, & omnium sunt maiores, alij synii, & sunt minuti. Citrini meliores sunt, qui sunt vehementis citrinitatis declinatis ad viriditatem, graues, & grossi, & duri. Kebuli autem meliores sunt grossiores, & grauiores, & qui submerguntur in aqua, & declinans ad rubedinem. Rostrum habentes inter synios meliores sunt. Citrini nigris calidiores sunt, & in di minus frigidi, quam kebuli, at natura omnes sunt frigidi, & siccii. Albet. mag. de veget. li. 6. tr. 1. ca. 26. ch. 157. col. 2.
Myrrha est arbor spinosa altitudinis quinque cubitorum. Sarmenta eius igni iniecta propter fumi amaritudinem vexat homines, & huius arboris gutta, quæ myrrha vocatur, & declinat ad albedinem, melior est, quam quæ ad nigredinem, vel rubedinem declinat. Prohibet putrefactionem, ita vt mortuum corpus conferuet. mista cum alumine, & vino, & linita super ascillas, & inguina remouet ab eis fetorem. Alb. mag. de veget. lib. 6. tr. 1. ca. 26. c. 157. col. 1.
Myrta collisa in manu dulciora sentimus, quæ integra, quia eius dulcedo in interiora est, quæ manu compressa diffunditur ad exteriora. Aristot. problem. sec. 20. nu. mc. 23. c. 536.
Myrti nigræ cur sunt fronde frequentiore, quæ albæ? quia nigræ generis sunt syluestris, quia locis rusticis ista proueniunt, & non mutantur ex cultu: humida autem omnia fronde crebriore conduntur. Quod enim minus suos fructus decoquere potest, ideo ad frondem alimentum se vertit. Arist. probl. sec. 20. nu. 36. c. 540.
Myrti folia, & radices capillorum casum prohibent, & eius folia sicca prohibent fetorem inguinum, & ascellarum. Albertus magnus de vegeta. li. 6. tract. 1. cap. 26. c. 157. col. 2.



N

Aderos serpentē dicunt esse ordinis secundī qui in Germania inuenitur, & est duorum cubitorum longitudinis, & amplius, & pīssitudinis brachij hominis sub cubito, & venter eius declinat ad cineritatem auream, & dorsum eius viret aliquantulum, & venenum eius serpit ex loco

morsus in totum corpus, nisi excidatur citius, & si lingua tangit, inficit gladios, & ligna, & mutat colorem eorum. Alb. mag. de ani. l. 25. char. 202. col. 2.
 Nais fluius nascitur de monte Tauro, & fluit in Mare ponticum sicut & Meroide. Alber. magnus de natu. loco. trac. 3. cap. 3. char. 102. col. 4.
 Napellus est herba venenosa, quia est in summa caliditate, & siccitatis. iuxta napellum mus paruulus inuenitur, qui est theriaca contra Napellum, idem facit Napellus Moysi, quem aliqui non herbam, sed murē esse dixerunt, qui nascitur in Napello, & in ipso moritur, & est theriaca contra napellū. Alb. mag. de veg. & plant. l. 6. trac. 1. ca. 13. ch. 168. col. 2.
 Nares, & aures habent cartilaginem, ne cum prominentiora sint, si rigidæ essent, frangerentur facile. Arist. de partib. animal. 2. ca. 9. char. 447.
 Naris aperta creata est propter anhelitum, quia per nares anhelitus conuenientior est; quia cum fit anhelitus per os propter necessitatem fit, quæ est obstrictio naris. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. ca. 8. ch. 10. col. 3.
 Nares qui in extremo acutas habent, faciem ad iracundiam hominem ostendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 8. ch. 10. col. 4.
 Nares crasse extra modum immundum hominem dant intelligi. Alb. magn. de anim. l. 1. tract. 1. cap. octauo. char. 10. col. 4.
 Narium ima solida, rotunda, & obtusa fortem indicant, & magnanimum. Alb. mag. de anim. l. 1. tra. 2. cap. 8. char. 10. col. 4.
 Narium pars, quæ iuxta frontem est, si a fronte deposita sit honeste, & seicte compositione bona, nec alta, nec humili, sed æquali linea descendat, virile signum est, constantiam demonstrat, & prudentiam. Alb. magnus de ani. l. 1. trac. 2. ca. 8. c. 10. col. 4.
 Narium pars superior, si depositior sit, & profundior, stultitiam indicat, & animi imbecillitatem; signum enim est foemineæ leuitatis. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 8. ch. 10. col. 4.
 Narium pars superior in altitudine frontis directe eleuata continue procedens linguæ vicinam loquacitatem prodit. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. ca. 8. c. 10. col. 4.
 Nares maiores esse melius est, quam minores; minores enim seruilibus ingeniis, & furibus, & tergierfantibus assignantur. Alber. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 8. char. 10. col. 4.
 Nares aquilæ magnanimitas tribuuntur, siquæ libidinosis, patulæ alacribus, & fortibus. Alber. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 8. ch. 10. col. 4.
 Nares perangustæ & rotundæ stultitiæ dant signum. Albertus magnus de animal. 6. lib. 1. tract. 2. cap. octauo. char. 10. colum. 4.
 Nares peruersæ figure quantitate, situ, qualitate, motu, peruersam indicant mentem; quæ autem in proportionem naturali sunt, figura, colore, qualitate, situ, & motu bonam mentis indicant habitudinem naturalem. Idem iudicium est de omnibus membris. Alb. magn. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 8. ch. 10. col. 4.

Narratio est rerum, quæ nec admodū veteres sunt, nec admodum nouæ, quia rebus procul absentibus distendere solemus, & quibus distidimus, nunquam oblectamur, at quæ nouæ sunt, ad huc quasi sentimus, & hæc non capimus, ideo nec oblectari possumus. Arist. proble. sec. 18. ne. 10. ch. 10.
 Narratio in orientatis est non continenter, sed in partibus, si quidem actiones persequi conuenit, ex quibus constat oratio; constat autem oratio partim ex iis, quæ arte carent, quia qui dicit, actionem, auctor non est; partim ex iis, quæ artem habet: hoc autem est vt res, aut esse ostendatur, si fide careat: aut qualis sit, aut quanta, aut etiam omnia. Arist. rhet. 3. ch. 167.
 Narratio nec breuis, nec longa esse debet, sed ea dicere, quæ rem declarant, vel fecisse, vel non. Arist. rhetor. l. 3. char. 168.
 Narrationi attextere debes, quæcunque ad tuam virtutem pertineant, aut ad improbitatem alterius, aut certe quæcunque iudicibus grata sunt. Aristot. rhet. 3. char. 168.
 Narratio defensori minor est. Arist. rhet. 3. c. 168.
 Narrans res gestas commemorare oportet, quæcunque dum geruntur, aut miserationem, aut indignationem non excitant. Arist. rhet. 3. ch. 168.
 Narratio morata esse debet, ac unum quidem est prælectio, & quæ moribus singulis consequentia sunt, & si res fide caret, tum demum causam subiicere, & si causam non habes, at te non ignorare quam in credibilia narras, sed talē esse natura, & ex iis quæ afficienti vim habent dicere, & quæ consequuntur, & quæ sciunt, & quæ proprie aut ipsi, aut illi adsunt. nam quæ sciunt, iudicia eorum sunt, quæ nesciunt. Arist. rhetor. 3. char. 169.
 Narrare multis in locis conuenit, & non semper in principio. Arist. rhet. 3. ch. 170.
 Narrationi in concione nullus locus est, quia de futuris rebus narrat nemo, sed si narratio extiterit rerum præteritarum erit, vt earum recordari melius delibent de futuris, aut criminando aut laudando, verum tunc suaforis munere non funguntur, quod si res fide careat, pollicere te, & causam statim allaturum & ad eorum arbitrium tractaturum. Arist. rhet. l. 3. char. 170.
 Narratio omnis breuis, dilucida, & probabilis esse debet. breuis vt memoria auditoribus hæreat, dilucida, vt quæ dicuntur comprehendere queant: probabilis, ne antequam probationibus orationem confirmamus, probationibus narrationem falsam reprobent. Dilucide exponemus, aut nominibus, aut negociis. a negociis si non perturbate exponemus, sed rerum, & temporum ordinem seruauerimus. A nominibus, si idoneis nominibus res appellemus, & non ambigu. breuiter, si remouerimus, & ex nominibus, & ex rebus, quæ non sunt dictu necessaria. probabiliter, si ad ea negotia, quæ minus verisimilia videntur, causas attulerimus. Arist. rhet. ad Alex. cap. 29. c. 229.
 Narratio, si pauca sint auditoribus cognita, exordio coniungenda est, ne pars hæc separatim posita breuis admodum fiat. Cum vero negotia, & permulta, & incognita sint, ad vnumquodque conuenientas narrationes faciemus, easque iustas, & honestas, & viles ostendemus. Et si negotia mediocria & minime nota sint, opus est, vel renunciationem, vel expositionem, vel prædictionem in exordio vno, & eodem, quasi corpore collocemus. Hoc autem faciemus, si a rerum initio vsque ad finem narrando profequamur. Arist. rhet. ad Alex. cap. 30. ch. 230.
 Narratio vt sit celera, aperta, verisimilis, hæc sunt faciendæ: primo celeriter absoluas, si non omnia uoueris simul agere, sed prius primo, & quod reliqua est deinceps: dilucide vero, si non statim relicta actione in alias

res

res prius transferis, quam illam absolueris: verisimiliter autem, si nihil a tuo more alienam agas: ut si non eodem fineris, & inimicos tibi, & amicos esse. Arist. rhet. ad Alex. ca. 37. ch. 253.
 Narratio aut fit ab vno, aut a pluribus: & plures: aut est vniuersitas, quæ possibile est numerare, aut quæ non potest numerari. Auer. epit. in logic. c. 360. col. 1.
 Narratarum rerum, quædam sunt sensatæ, quædam intellectæ. sensatæ, aut vidit narrans, aut audiuit ab aliis, qui sunt tales, quales ipsi, aut maiores, aut minores, & sunt vniuersales aut præsentis, sed nos latent, vel præteritæ: in his, quæ sentimus non est nobis immorandum, nec vlla esse vtilitas. Auer. epit. in log. c. 360. co. 2.
 Narratio rerum attestacione sensatarum non fortificatur, nec debilitatur numero narrantium, & per alias similes res, quæ ibi sint annexæ. Auerr. epit. in log. ch. 360. colum. 2.
 Narrata ab vniuersitate sunt fortioris fidei. Auerr. in epit. logic. c. 360. col. 2.
 Narrationis sensatæ essentialiter verificatio venit a sensu, & aliquando a syllogismo. Auer. in epit. in logic. c. 360. col. 2.
 Narratio est oratio, quæ explicat, quod gestum est. Boetius de diffin. c. 649.
 Nasci dicuntur, quæcunque in tangendo habent aliquid aliud incrementum per aliud alterum. Arist. metaph. quinto. cap. 4. tex. 5. ch. 88.
 Nascens ex aliquo similitudinem cum illo aliquam habere debet. Alber. magnus de ani. lib. 3. trac. 1. cap. 5. char. 38. col. 1.
 Nascitæ fiunt ex cōgregatione humiditatis indigesti, quæ fit, vel propter oppilationem, vel propter causam attrahentem ad locum aliquem illud humidum, vel propter superfuitatem. Pet. de Alucnia de iuuentute, & senect. mor. & vita, & resp. l. 18. tex. 81. col. 3.
 Nascendarum motus duobus modis cessat. Vno modo per expirationem, cum humidum non est viscosum. Alio modo, cum conuertitur humidum in sanium. Petr. de Auer. de iuuen. & senect. mor. & vi. & resp. l. 18. tex. 81. col. 3.
 Nasurtium est herba calida, & sicca, exicat putredinē, retinet cadentes capillos, bibitum, & linitum confert asthmaticis. Alb. mag. de veget. & plan. lib. 6. tracta. 2. cap. 13. c. 168. col. 2.
 Nasus est pars faciei, quæ meatū p̄bet spiritui, ea enim parte spiritum reddimus, & accipimus, & fit sternutamentum. Arist. de hist. ani. l. 1. c. 10. ch. 22.
 Nasi pars cartilaginea, quæ nares discriminat, inter septum vocamus, meatum vero vtrunque inane. Arist. de hist. ani. l. 1. ca. 11. ch. 22.
 Nasum extremam qui habet crassum, habentur segnes, referuntur ad boas. Qui autem summe crassum, insensibiles sunt, referuntur ad sues. Qui extremum acutum, seu & irascibiles sunt, referuntur ad canes. Qui rotundum obtusum, magnanimitas, referuntur ad Leones. Qui extremum subtilem habet auiculares sunt, quibus incuruus a fronte maxime deducitur, inuerecundi, referuntur ad coruos. Qui aquilum habent articulatam a fronte, magnanimitas, referuntur ad Aquilam. Qui concavum habent, & qui ante frontem rotundam, circumferentiam autem superiorem erectam, luxuriosi, referuntur ad Gallos. Quibus nares sunt aperte, iracundi, referuntur ad passionem, quæ fit in ira. Arist. physiogn. ca. 3. ch. 350.
 Nasi os, nisi esset cartilagosum, non posset fungi munere motus attractionis. Auerr. de partib. animal. 2. cap. 9. ch. 74.
 Nasus in animalibus habetibus nasum fit propter necessitatem. Auer. 2. de ani. tex. 100. c. 146. col. 4.
 Nasi substantia est stans super duos triangulos planos, super quos erigitur, quorum ambo sunt triangulares,

super quod eriguntur nares. Alb. mag. de animalibus. l. 1. trac. 2. ca. 6. c. 9. col. 2.
 Nasum quinque ossa cū cartilagine, quæ est in anteriori parte nasi, componunt. Primum est triangulum in parte nasi dextra. Secundum in parte sinistra triangulum est. Tertium est os, quod est in eleuatione nasi a linea basis dextræ aperiens narem mediā vsque ad medium, quod est inter nares. Quartum illi simile in sinistro, quia non est in medio distinguens nares, quod etiam triangulum est, & est commune vtrique nari. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. ca. 6. c. 9. col. 2.
 Nasi partes extremas inferiores duas musculorum duos sequi noscuntur, qui sunt parui, & fortes: parui, ne aliis necessariis musculis faciant impedimentum. fortes, ne ob paruitatem debiles essent ad mouendum. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 14. c. 14. col. 2.
 Nasum apertum esse oportuit, vt per aperturam descenderet quæ purgatur ex phlegmate generato in cerebro. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. ca. 6. char. 9. col. 2.
 Nasus piscis est in Danubio, & aquis in Danubio fluentibus, vt monachus, sed magis tenuis; spissum habet valde nasum. Albertus mag. de ani. ca. 1. c. 198. col. 4.
 Natantia pedibus carent, sed aut pinnas natant, vt pisces, quorum alii quaternas habent, binas parte prona, & binas supina, vt aurata, vt lupus; alij binas tatum, qui longi sunt, ac leues, vt anguilla: & congyri: aut nullas omnino habent, vt muræna, sed ita mari vtuntur, vt terra serpentes, modoque simili repunt in humore, vt in terra. Cartilaginea quædam pinnis carent, videlicet, quæ plana sunt, & caudam habent. nonnulla tamen pinnas habere videmus; & quæcunque suam latitudinem non colligunt in mucronem. Quæ autem pedes habere putantur, vt mollia, tum pedibus ipsis, tum pinnis natant, & quidem his celerius, iners autem aluceus ducitur, ut sepia, loligo, polipus potest, sepia, & loligo nequeunt. Crusta interiecta, vt locustæ, suis caudis natant, celerrimeque retrorsum pinnarū caudæ adiunctarum beneficio. Cordula etiam pedibus natat, & cauda. Arist. de hist. ani. l. 1. ca. 5. ch. 13.
 Natate melius in mari, quam in fluuiis possumus, quia qui natat, sedulo aque admittendo natat, admitti autem firmius possumus ad id, quod corpulentius est, at aqua marina fluuiali corpulentior est, & crassior, & ad nitendum validior. Arist. proble. sec. 13. q. 1. 2. ch. 558.
 Natantia quæcunque pedes habent, & pedibus natant, omnes simul extendere oportet, & omnes simul retrahere ante, & retro. Alb. mag. de motib. anim. l. 2. tr. 2. cap. 3. ch. 47. col. 2.
 Natantia & volantia conueniunt in hoc, quod in motu suo gubernaculū habent, volantia reflectunt caudam versus verticem, cum volatum sistere debet: natantia cum reflectere nequeant secundum profundum corporum suorum extendunt: cauda enim est eis loco gubernaculi. Alber. mag. de motibus animal. l. 2. tract. 2. cap. 3. char. 47. col. 2.
 Natantia non inueniuntur, quæ primo saltent, postea natando saltum perficiant, quia natura frustra non operatur: saltus enim in aqua fieri nequit. Albertus magnus de motibus animal. l. 2. tract. 2. cap. 31. ch. 47. columna 3.
 Nates sunt partes excretoriæ, quæ subditæ sunt quasi stragulum. Arist. de hist. ani. l. 1. ca. 13. ch. 24.
 Nates acutas offeas qui habent, sunt fortes: qui carnosas, pingues, molles: qui modicam habent carnem, vt desiccata, mali moris sunt, referuntur ad simias. Arist. phys. 4. ca. 9. char. 347.
 Nati mense octauo, & si minus, tamen viuere possunt. Arist. de gene. anima. 4. cap. 4. char. 245.
 Nati in octauo mense raro viuunt ob tres causas: vel quia est complexio nati in septimo, vel in nono mense, aut complexionem mediæ inter septimum, & nonum, si eius

ei complexio septimi tardat ob aliquod accidens, & non nascitur secundum naturalem usum, si in nono accelerat secundum aliquod accidens, quod si est media inter hæc duo, naturalis est ille partus, & sic uiuit. Auer. de gene. ani. 4. cap. 4. ch. 245. col. 1.

Natum ægrotare in octauo mense a conceptione; quod opinati sunt astrologi, vanum est. Auer. de gen. anim. 4. cap. 4. chart. 245. col. 1.

Nati ante septimum mensem generaliter moriuntur, & in octauo raro quidem uiuunt. Alb. mag. de anim. 1. 9. tract. 1. cap. 4. chart. 87. col. 2.

Nati in octauo mense, & in quarto, non solum ipsi moriuntur, sed etiam sæpe matres. Alb. mag. de anima. 1. 9. tract. 1. cap. 4. chart. 47. col. 2.

Natrix est, serpens aquaticus in fontibus, veneno aquam inficiens. Alb. magn. de ani. l. 2. 5. ch. 202. col. 2.

Natura quot dicitur modis.

Natura dicitur vno modo prima unicuique subiecta materia habentium in se ipsis motus principium, & mutationis: alio autem modo forma, & species, quæ est secundum rationem, & definitionem. Arist. phys. 2. cap. 6. tex. 10. chart. 35.

Natura duplex: forma, & materia. Arist. phys. sum. 2. cap. 2. tex. 21. chart. 34.

Natura quod est, aut simpliciter se habere debet, aut habere rationem quod non simpliciter. Arist. phys. 8. sum. 1. cap. 1. tex. 15. chart. 198.

Natura quæ dicitur, alia sunt substantiæ, alia vero opera, & passionis harum. Aristotel. 3. de cælo cap. prim. tra. prim. chart. 331.

Natura bibariam intelligitur, alia pro materia, alia pro substantia. Aristotel. de parti. anim. primo capitu. 1. char. 405.

Natura, vno modo dicitur nascentium generatio. Secundo, principium, ex quo est generatio nascentium, ita ut sit ex extrinseco principio. Tertio, quod est principium motus, & quietis in quolibet entium. Quarto modo dicitur illud, ex quo primo, aut est, aut fit aliquid materialiter, id est materia, cum informis sit, & inordinata, & immutabilis per propriam potentiam suam. Quinto modo dicitur natura forma substantialis, & hinc sequitur, quod compositum ex materia, & forma dicitur habere naturam, & quia materia dicitur natura, & materia prima natura dici potest, quæ duobus modis est: prima, vel quæ est prima respectu huius, & in genere, vel extra genus: & quia forma dicitur natura, ideo omnis substantia dici potest natura. Arist. 5. metaph. cap. 4. tex. 5. c. 88.

Naturales, ut dicunt, duo sunt modi: hi enim vnum facientes, quod est corpus subiectum, aut trium aliqd, aut aliud, quod igne densius est, aere vero subtilius, alia generant diuersitate, & raritate multa facientes; hæc autem sunt contraria, aut differentias, & formas. Quidam vero ex vno inexistentis contrarietates segregant, quemadmodum Anaximander dicit. Et quicumque etiam vnum, & multa dicunt esse, quæ sunt, ut Empedocles, & Anaxagoras, ex commistione nanque, & hi segregant alia; differunt autem inuicem eo quod ille circulationem facit horum, hic autem semel, & hæc quidem infinita, & similes partes habentia, & contraria; ille vero vocata elementa solum. Arist. phys. 1. ex su. 2. cap. 1. t. 34. c. 11.

Natura a Platone, in diuinam, & humanam distributa est. At, quæ perpetua est, & immortalis, diuinam appellauit. Quæ vero in ortu, ac interitu posita est, humanam. Amo. in Por. c. 1. col. 2.

Natura quinque modis dicitur: primo materia: secundo forma: tertio, compositum: quarto, naturalis productio, & generatio motus, per quæ, quod oritur ab

eo, quod producit, nascitur: quinto, propriissime natura est causa, ut naturalia moueantur. Simplic. in 2. phy. tex. 18. c. 99. colum. 2.

Natura non existentia, alia sunt supra naturam, ut immaterialia, incorporea, ac separabilia a corporibus, quæ in puris speciebus collocata sunt: alia, quæ naturalibus sunt deteriora, ut illa, quæ humana arte extrahuntur, ut lectus, vestis. Simp. in 2. phy. c. 101. col. 1.

Natura esse quatuor modis dicitur. Primo, quæ ab ortu congenita alicui, atque insita natura sunt, ut lapidi deorsum, igni sursum ferri. Altero modo, quæ congenita quidem non sunt, post quoddam tempus tamen plurimum euenire consueverunt, nullo a nobis studio, neque ex assuetudine, neque ex doctrina adhibito, cuius modi dentium, & barbæ productio est. Tertio modo hic natura dicitur, cuius capaces sumus natura, atque ita contraria eidem contingere natura dicuntur, ut sanitas, & morbus. Quarto, ad quæ magis quis paratus natura est, quomodo sanitas natura esse dicitur, quia magis natura paratum est corpus ad sanitatem, quam ad morbum. Eustr. 2. ethic. ca. 1. c. 85.

Naturalia alia sunt ingenerabilia, & incorruptibilia, alia generabilia, & corruptibilia. Ingenerabilia, & sempiterna alia sunt quo ad totum, & quo ad partes æterna ut cælestia: alia quo ad totum sunt æterna, & quo ad partes generabilia, & corruptibilia, ut elementa, de quibus in lib. de cælo, in sequentibus autem agit de corruptibilibus, & generabilibus. Ioan. gram. in 1. de gen. & cor. ex procc. c. 1.

Naturalibus in rebus tria sunt, materia, forma, & causa, propter quam est ipsa forma in materia. Io. gram. in 1. de ani. tex. 16. c. 10. col. 4.

Natura dicitur de corpore cælesti, & alijs corporibus, equiuoce. Auer. pri. de cælo. te. 4. char. 3. colum. 4.

Naturalia sunt tribus modis: aut quorum natura dat eis, ut semper sint: aut ut semper non sint: aut ut sint in duabus dispositionibus: nulla enim natura dat, ut sit semper, & non sit, nisi necessarium transmutetur in possibile. Auer. pri. de cælo. tex. 138. c. 44. col. 2.

Natura dicitur dupliciter. Primo, de ascensu ignis superius, & descensu lapidis inferius. Secundo, de omni potentia, a qua prouenit actio intellectualis, ut sunt operationes, quæ proueniunt ab artibus. Auerro. ex destru. destru. disput. 12. c. 48. col. 4.

Natura consideratur dupliciter: in se, & in athomo, vel in indiuiduo. Alb. mag. in præd. c. 8. c. 39. col. 4.

Naturalis scientiæ sunt quasi tres partes. Prima, de mobili simplici, quæ tractatur in lib. de physico auditu de cælo, de generatione, & corruptione. Secunda de mobili simplicitate faciendi compositionem, quæ tractatur in meteor. Tertia, de mobili simplicitate compositi, & commisti, de quo agitur in lib. post meteor. Alber. mag. in 1. phy. tr. 1. ca. 4. c. 2. col. 2.

Natura generans, & producens res est duplex: alia quæ est, sicut causa vniuersalis rerum, ut cælum; alia, ut causa particularis, ut hic homo. Alber. magn. in pri. physico. tract. 1. ca. 6. c. 3. col. 2.

Natura (ut ait Boethius) quatuor modis dicitur. Primo communissime, quæ est earum rerum, quæ cum sint quoquomodo intellectu capi possunt, & de omnibus intelligitur. Secundo modo, strictius, quæ vel quod facere, vel quod pati possit, & de solis substantijs, intelligitur. Tertio modo specialius, quæ est conueniens corporibus, quæ est in eis principium, & causa motus per se, & non secundum accidens. Quarto modo specificè dicitur natura specificæ differentia, a qua vnam rem natura ab alia differre dicimus. Alber. mag. in secundo phys. tract. primo capite 1. char. 16. col. 1.

Natura cum dicatur multipliciter, & de omnibus secundum prius, & posterius, ideo non est assignata definitio, sed descriptio, quæ est manifesta magis, quam nomen.

men. Albertus magnus ibid. cap. 3. colum. 3. Natura, alia ratione dicitur formæ alia materia. Forma dicitur, in quantum dat esse materiæ, & composito. Materia, ut ex ipsa materia fit res. Alb. mag. ibid. col. 4. Naturam quod habet, & substantia indiuidua dicitur, & res naturæ, & suppositum naturæ aliquando vocatur, & vocatur substantia prima, & vocatur substantia. Indiuidua dicitur, ut est collectio indiuiduantium, & dicitur singulare. Dicitur res naturæ, ut per naturam est in toto esse speciei constitutum. Suppositum natura dicitur, ut subiicitur naturæ comuni, quæ est forma. Prima substantia vocatur a principalitate substandi, quia secundis substantijs, & accidentijs substatur. Substantia dicitur, quia per se habet esse subsistens in natura, quod est compositum materia, & forma. Alber. mag. in 2. phy. tr. 1. ca. 4. c. 17. col. 1.

Natura vniuersalis duobus dicitur modis. Primo determinata in esse generis, vel speciei; ut animalis, & hominis natura dicitur esse vniuersalis; alio modo absolute, & sic vel vniuersalis natura, quæ est principium motus, & quietis; vel quæ vniuersaliter regit, & continet omnem naturam particularem. Alb. mag. in 2. phys. tract. 1. ca. 5. c. 17. col. 2.

Naturam mouentem, vel motorem dupliciter intelligere possumus. Possumus enim de ipso quærere an sit, & hoc demonstrari non potest, sed tantum negas naturam confutandum est a philosopho primo, & deducendus ad inconueniens: & possumus quærere, an differat a mobili, vel sit idem cum ipso, & hoc demonstrari via naturali potest. Alb. mag. in 2. phys. tract. 1. ca. 6. c. 17. col. 7.

Naturalia concernentia materiam, alia è definitionibus suis determinatum concipiunt subiectum, & materiã, ut simum; quædam eleuantur plus, & concipiunt subiectum in genere determinatum, & non specie, ut caro, & os; quædam autem quærunt subiectum simpliciter, vel compositum, quod distinguibile est contrarietate, ut album, & nigrum. Alb. magnus in 2. phys. trac. 1. c. 8. ch. 18. col. 3.

Naturale duplex: secundum perfectam rationem naturalis, & secundum diminutam. Alber. mag. in 5. phys. trac. 3. c. 7. char. 67. col. 3.

Natura dupliciter dicitur: alia a natura rem præcedente, alia a natura rem consequente. Quod accidit corpori a natura præcedente, est inseparabile a re, & sic elementa sunt rectæ figuræ in proprijs diametris. Motus autem est materia consequens rem: & ideo, quod accidit rei per motum, separabile est a re ipsa adhuc manente. Albertus mag. in 2. de cælo, tract. 4. cap. 10. char. 43. colum. 4.

Natura tripliciter agit, vel de necessitate, ita, quod non potest deficere, vel ut frequentius, licet aliquando possit deficere a proprio actu: & in hoc duplex est actus; vnus, ut in pluribus; ut ex femine generare animal perfectum, & alius cum natura deficit ab eo, quod est sibi conueniens, ut cum ex femine generatur monstrum. D. Tho. in poster. c. 36. col. 4.

Naturam cuiusvis rei considerare possumus duobus modis; vel secundum rationem communem. vel secundum, quod ad propriam materiam applicatur, & nihil prohibet aliquid, quod non impeditur ex ratione communi, & impediri ex applicatione ad aliquã materiam determinatam: sicut non impeditur ex ratione formæ Solis esse plures Soles, sed quia tota materia speciei sub vno Sole continetur, ideo vnus tantum est Sol. Diuus Thomas in 6. phys. lec. 3. tex. 16. char. 88. colum. 3.

Natura duplex in vniuerso consideratur. Primo natura permanentæ sempiternæ, cuius causa est primum mobile. Secundo, natura generabilis & corruptibilis, quæ procedit a motu planetarum, & sic primum mobile

mouetur simplici motu, qui pertinet ad naturam sempiternam. Planetæ autem aliquantum recedunt a substantijs immobilibus, & accedunt substantijs corruptibilibus. D. Thom. in 2. de cælo. l. 15. tex. 58. char. 44. columna 4.

Natura quatuor modis est causa; particularis, specialis, vniuersalis, vniuersalissima. Alexan. de ales in 6. metaph. tex. 7. ch. 178. col. 4.

Natura quid est.

Natura est principium aliquod, & causa mouendi, & quiescendi, in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Arist. phys. 2. cap. 1. tex. 3. ch. 30.

Naturam monstrare velle ridiculum est; manifestum enim est esse. Arist. phys. 3. ca. 5. tex. 6. ch. 31.

Natura dicitur, quod secundum naturam dicitur, & quod naturale, neque illud dicimus tale, nisi actu sit tale. Et hinc sumitur, quod denominatio fit ab actu. Aristot. phys. 2. ca. 6. te. 11. ch. 32.

Natura est id, cuius gratia, Aristoteles phy. 2. lib. 2. ca. 2. t. 23. char. 35.

Natura est illa rerum, quam habent plures, & pluri tempore. Arif. 3. de cælo. te. 24. ch. 339.

Natura est potius principium rerum, quam materia. Arif. de partib. anim. 1. cap. 1. ch. 408.

Natura contrariorum est appetens, mari enim feminã coniunxit. Arif. de mund. ca. 6. ch. 22.

Natura proprie est substantia, id est forma substantialis, quæ forma est principium motus habentium in se principium motus, in quantum huiusmodi: quia materia non dicitur natura, nisi, ut est susceptibilis formæ, & sic generationis, & motus, ideo dicitur natura, quia sunt ab hac forma, & quia sunt ad istam formam, ita, ut aliquando mouet actu, aliquando potentia. Arif. 5. metaph. c. 4. tex. 5. ch. 89.

Naturalium omnium definitio materiam sensibilem concernit. Aristoteles 6. metaph. ex sum. pri. cap. 1. te. 2. char. 128.

Natura proprie, & primo appetibile est. Alex. aphro. in 1. nat. quæst. ca. 1. ch. 1.

Natura est principium motus in corporibus ingentis non ut ferantur in locum sibi naturalem, nunquam enim ab eo discedunt, sed ut per operationem, quæ est secundum ipsum, assimilantur entium optimo æterno, & continuo regulari motu imitantia, & actualis ipsius existentiam necessitatem, & immobilitatem ipsius, per motum autem ipsius actualement existentiam; nam motus est actus quidam. Alex. aphrod. in 2. nat. quæstio. ca. 18. c. 9.

Natura est mensura possibilis, & impossibilis. Alexand. aphro. de fato, ca. 18. char. 27.

Natura est facultas, quæ ratione caret. Alexan. aphro. in 1. metaph. com. 69. ch. 35. col. 1.

Natura est motus, & quietis principium. Ammo. in prædic. c. 122.

Natura id esse dicitur, quod apud omnes idem est. Magen. in li. de interp. c. 4.

Natura est quædam lex diuina, quæ stabilis, constansque prætermini nequit, & est ens quoddam vno eodemque modo semper se habens, quod nullo pacto commutatur, ex quo, & ad ipsum finem peruenit, ad quæ summo studio peruenire contendit, nisi aliqua re a proposito itinere reuocetur. Mel. in 2. phy. c. 19.

Natura est aptitudo materiam ad proprium motum, & peculiarem, cum ex hac forma in hanc mutatur. Simplic. in 2. phys. ch. 102. col. 1.

Natura cum irrationalis potentia sit, non secundum electionem, nec secundum rationem in ipso operatur, sed principio iniecto primo inceptio in materia, & principio, atque his, quæ in ipsa, & ex ipsa futura sunt, hoc primum

Primum iniectum id ipsum fecit, cuius existentis determinati est effectuum, sed factum ex hoc, aliud. Nam unumquodque ipsorum est eius, quod est post seipsum effectuum, & motuum, si nihil impediatur, & hoc usque ad finem, & formam naturalem, cuius principium primum erat in materia iniectum, non tamen, & si sine ratione facit id, quod facit, fortuna agit ipsa natura. Simp. in 2. phys. ch. 109. col. 2.

Natura est causa propinqua efficiens. Simp. in 2. phys. char. 128. col. 1.

Natura vita quædam est in subiecto corpore idoneitatis existens, & aptitudo ad moueri corpora ab anima, & per seipsum medium animæ virtutem in corpus traducens. Simp. in 2. de cæ. tex. 15. col. 3. c. 57.

Natura est virtus passiva ipsius moueri in subiecto existens, quod mouetur, anima autem, quod extrinsecus mouet. Simp. in 2. de cæ. tex. com. 4. c. 58. col. 3.

Natura hoc in loco Arist. Deum appellat, non enim natura, quæ est principium motus, prouidere valet, sed nec videre, nec sentire aliquid. Simp. in 2. de cælo, tex. 55. col. 37. c. 71. col. 2.

Natura est quædam vita, siue vis, quæ per corpus diffunditur, eorum formatrix, & gubernatrix, principium motus, & quietis in eo, cui inest, per se primo, & non secundum accidens. Ioannes gramm. in 2. phys. c. 31. colum. 1.

Natura est principium continuum animalium, non autem anima. Ioan. gramm. in pri. de ani. ex proce. tex. 1. c. 6. colum. 2.

Natura bonorum hominum non secus, ac simplex natura, stabilis est, ac immutabilis: quod enim bonum est, stabile, & immutabile est. Aspaf. primo ethicor. cap. 14. char. 402.

Natura vniuersalis est, quam anima. Michael ephes. de partib. ani. ca. 1. ch. 21.

Natura est in subiecto, non tamen, vt accidens. Auer. in phys. 2. tex. 4. ch. 24. col. 1.

Natura est principium transmutationis in rebus transmutabilibus per se, & principium priuationis, & transmutationis in rebus, quæ quandoque transmutantur quandoque non. Auer. in 2. metaphysic. tex. com. 16. char. 17.

Natura medici intelligunt virtutem regitiuam corporum, quæ est nutritiua. Auerr. in epit. metaph. tr. 1. ch. 171. colum. 4.

Natura humana est vltima inter ea, quæ comprehendit homo suo intellectu, vt homo. Auerr. de substan. orbis, cap. 1. ch. 3. col. 1.

Natura est principium quietis, quia cum omnis motus sit de contrario in contrarium, & quod de contrario ad contrarium mouetur, necessario quiescit aliquando, ideo natura non potest esse causa infiniti, sed quandoque quies intercidit, ideo natura est causa & principium & mouendi & quiescendi. Alber. mag. in 2. phys. tra. 1. ca. 3. ch. 16. col. 3.

Natura, qua omnes homines scire desiderant, est scire diuinum, quod est intellectuale sine continuo, & tempore, ad quod est finale hominis desiderium ad illud, sicut ad optimum secundum naturam. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. ca. 6. c. 73. col. 4.

Natura constantium omnium est quantitas determinata inter duos terminos maximi, & minimi. Albertus magnus de veget. l. secundo, tract. primo, cap. primo, ch. 131. col. 1.

Naturalium rerum principium, & si sit natura sola, tamen in omnibus illis, quorum substantiæ transmutabiles sunt multum iuuantur arte, & cultu, vt in melius, vel peius transmutentur. Albertus magnus de vegeta. l. septimo, tract. primo, cap. primo, char. 172. columna 1.

Natura est vniuersalis forma corporeitatis causans per

materias primas, & per seipsum deficiens ab omnibus his, sicut virtus, quæ est in corpore, deficit a virtute, quæ non est in corpore. Albertus magnus de caus. & proces. a cau. pri. l. secundo, tracta. 1. cap. secundo, char. 200. colum. 1.

Natura magis est id, quod dat nomen, quam id quod non dat nomen. Albertus magnus in quinto metaph. tra. 3. ca. 5. ch. 66. col. 3.

Natura, cui accidit vniuersalitas, est vnum quid, & secundum quod accidit ei comparari ad multa est vnus multi, & esse ipsorum. Alber. mag. in 5. metaph. tr. 6. ca. 7. ch. 114. col. 2.

Natura, quæ in suis substantialibus consistit, ad esse suum non indiget differentia, est genus. Alber. mag. ibid. cap. 10. col. 4.

Natura est principium motus, & quietis in eo, in quo est. D. Tho. in 1. phys. l. 1. t. 1. c. 1. col. 1.

Natura nomen cum secum afferat habitudinē ad principium, ideo in eius definitione principium pro genere ponitur. D. Tho. in 2. phys. lec. 1. tex. 3. char. 16. colum. 4.

Natura est subiectum, vt natura dicitur materia, & est in subiecto, quæ dicitur forma. D. Tho. in 2. phys. l. 1. tex. 4. ch. 17. col. 1.

Natura nihil aliud est, quam ratio cuiusdam artis, scilicet diuinæ indita rebus, qua ipsæ res mouentur ad finem determinatum. D. Tho. in 2. phys. l. 14. tex. 86. char. 30. col. 1.

Natura vniuersalis est virtus actiua in causa vniuersali, puta in corpore cælesti. D. Tho. in 2. de cælo. l. 9. tex. 37. char. 38. col. 2.

Natura ab Aristotele hic intelligitur de Deo curam habente mortalium, non enim potest prouidentia attribui naturæ, secundum quod est quædam virtus in corporibus. D. Thom. in 2. de cælo. lec. 14. tex. 16. ch. 44. columna 2.

Naturales virtutes sunt, quæ operantur digestionē animalis, per sensum, & motum. D. Tho. de som. & vigil. lec. 4. ch. 35. col. 1.

Natura is immutatio est, prout qualitas recipitur in patiente secundum esse naturale. D. Tho. de nat. luminis opus. 51. ch. 83. col. 4.

Naturæ nulla res, si materiā habet est ipsum, quod quid est, sed est habens illud, vt Socrates non est humanitas, sed humanitatem habens. Diuus Thomas 7. metaph. lec. 11. tex. 41. ch. 512.

Naturalia omnia respectu primi sunt artificialia, quia omnia deriuata sunt tanquam ab intellectu primi, tanquam ab arte prima. Alex. de Ales 12. metaph. te. 15. char. 334. colum. 2.

Natura est quod vel facere, vel pati potest. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 5. ch. 111. col. 3.

Natura est specifica differentia, informans vnquamque rem. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 5. c. 111. col. 3.

Natura particularis vocatur natura indiuidui, quæ habet aspectum arctissimum, hæc enim semper querit conseruationem sui esse, & semper fugit, quod suo esse repugnat, siue quod ad bene esse eius non competit, & quantum potest querit assimilationem sui. Alex. de Ales in 6. metaph. tex. 7. c. 179. col. 1.

Natura specialis est speciei; natura enim specialis est, quæ querit perpetuitatē sui, & omnia illa per quæ species perpetuari potest, & quia perpetuari non potest aliqua species sine vtroque sexu, ideo vtrunque sexum intendit, & sic aliquid intendit, puta foemina, quod est præter intentionem naturæ particularis. Alex. de ales in 6. metaph. tex. 7. c. 179. col. 1.

Natura vniuersalis vocatur natura cælestis, & intendit conseruare totam naturam elementarem, vt ignem descendere intendit, præter naturam specialis intentionem. Alex. de ales in 6. metaph. tex. 7. c. 179. col. 1.

Natura

Natura vniuersalissima est natura diuina, cuius aspectum nihil fugit. Alex. de ales in quinto metaph. tex. 7. ch. 179. colum. 1.

Natura rei est cognoscibilitas rei. Alex. de ales in 6. metaph. tex. 10. ch. 191. col. 2.

Natura potentia est, & potest reduci ad potentiam actiuam, & passiuam, vt dat mouere, & moueri. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 13. c. 269. col. 1.

Natura est potentia, quæ aspicit motum respectu eiusdem, in quantum idem est. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 13. c. 269. col. 1.

Naturalia nec esse, nec definiti possunt absque materia. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 34. c. 224. col. 1.

Natura, vt materia.

Natura, id est materia, subiecta est scibilis secundum analogiam, vt ad statuum æs, & hæc est vnum principium, id est materia: non sic ens, vt hoc aliquid: unū forma, & unum huic contrarium priuatio. Arist. phy. pri. ca. 3. tex. 63. ch. 23.

Natura sunt quædam, quæ secundum naturam esse nequeunt, ut vitia oblationesque ex ipsa genitura contractæ. Them. in 2. phy. tex. 5. ch. 21. col. 3.

Naturæ res sunt quæcunque ab aliquo motæ principio non ad omnem quemlibet finem ex principio quolibet, quod est fortuitorum, sed ordine quodam in fine peculiarem, ac suum proficiuntur. Them. in 2. phys. tex. 84. char. 25. col. 4.

Natura esse latius est, quam dicere esse secundum naturam: nam secundum naturam ea tantum dicuntur, quæ suam propriam perfectionem obtinent: alia autem, ut cecitates, & huiuscemodi sunt natura. Simp. in 2. phys. char. 95. col. 1.

Natura non constant oia, quæ alicuius gratia fiunt, vt et naturalibus multa accidunt præter naturæ finē. Simplic. in 2. phys. tex. 77. ch. 131. col. 2.

Natura sunt, quæ a natura proficiuntur, in quibus inuenitur id, quod secundum naturam dicitur, ac de substantiis, & simpliciter naturam habentibus dicitur, & a natura manantibus, & non extrinsecus productis, quamquam præter naturæ intentionem fierent, vt non naturalis, & huiuscemodi: secundum naturam autem de actionibus perficientibus dicitur. Ioan. gram. in 2. phys. ch. 31. col. 3.

Natura, vt consideratur in 2. phys. in inferioribus tantum est corporibus. Alber. magn. in 2. phys. trac. 1. cap. 3. ch. 16. colum. 4.

Naturalia, & artificialia habent in sui definitione materiam. Diuus Thomas in septimo metaphysic. le. 6. tex. 25. char. 495.

Natura, vt compositum.

Naturalia corpora videntur habere grauitatem, ac leuitatem. Aristoteles tertio de cælo. text. 17. charta 337.

Natura constantibus, quibus non materia est substantia, sed etiam forma, in iis differentia declarat substantiam, & non qualitatem, & quæ differentiis differunt, substantia, non qualitate differunt. Alexander aphro. in 1. nat. q. ca. 15. ch. 4. col. 3.

Naturales virtutes omnes ex hepate sunt, sed plurimum digestiue virtutis est in carne eius, & plurimum aliarum trium virtutum est in villis eius, & in meseraicis est aliquid virtutis naturalis. Albertus magnus de anim. li. 1. trac. 3. ca. 5. ch. 27. col. 4.

Naturalia omnia sic se habent, quod in quibus est virtus faciendi maius, est virtus quoque faciendi minus eiusdem generis. Albertus mag. de anim. li. 9. tra. 2. cap. 2. char. 89. colum. 4.

Natura, vt ad motum pertinet.

Natura, quæ sunt, aut omnia, aut quædam moueri supponatur a nobis, quod ex inductione patet. Arist. phy. 1. ex su. 1. ca. 2. te. 11. ch. 5.

Naturalia habent quæcunque; huiusmodi habent principium motus, & quietis per se, & non secundum accidens, & hæc omnia sunt substantia, natura enim semper est subiectum aliquod, id est materia, & in subiecto, id est forma. Arist. phy. 2. ca. 2. te. 4. c. 30.

Naturalia alia nata sunt semper ferri a medio, alia ad medium. Arist. 4. de cælo. ca. 2. tex. 4. ch. 360.

Natura, quod mouetur, & violentia mouebitur: etsi violentia, & natura. Aristoteles pri. de anim. sum. 3. ca. 1. t. 40. c. 598.

Natura id inditium est alicui, ad quod impellitur, & mouetur, neque ex doctrina, neque ex consuetudine, neque ex necessitate. Alexander aphrod. in 2. de ani. ca. 42. c. 52. col. 3.

Naturæ commutatio ortum, & interitum facit. Ammo. in Por. c. 12. col. 2.

Naturalia omnia habent secum esse in motu. Ammo. in præd. c. 122.

Naturæ opera versantur in motu, qui ex potentia in actum procedit. Simp. in præd. c. 66.

Naturalia omnia in mutatione versantur. Simp. in pri. phy. c. 61. col. 2.

Natura quæcunque mouentur, si parum a naturali loco attollantur, & ad proprium locum tendat, parum mouentur, quasi adhuc in locum proprium existētia. Simp. in 5. phys. char. 328. col. 1.

Natura quæcunque mouentur, quanto propius ad naturalia loca accedunt, velocius mouentur. Simp. in 5. phys. c. 238. col. 1.

Naturalia sunt quædam, quæ nunquam quiescunt, non possunt tamen naturalia esse, quæ nunquam mouentur. Simp. in 8. phys. tex. 24. c. 42. col. 2.

Natura quæ mouentur, quiescunt, cū venerint ad proprium locum. Simplic. in pri. de cælo. tex. 10. com. 97. ch. 44. colum. 2.

Natura quod mouetur, impossibile est inordinato motu moueri. Simp. in 3. de cælo. te. 24. co. 23. c. 89. col. 1.

Naturali conuenit a motibus inuenire res naturales. Simplic. in 4. de cælo, ex proe. ch. 101.

Naturale principium non est in rerum artificialium materia, quo possunt moueri per se ad finem, quem intendit ars, nec perfectum, nec diminutum, nisi per artē. Auer. in 7. metaph. te. co. 29. c. 80. col. 3.

Naturales quidditates intelligi non possunt sine motu, & sensu. Auer. in 7. metaph. te. co. 39. ch. 90.

Natura non cessat mouere rem, donec perueniat ad suam vltimam perfectionem. Auerr. in 9. metaph. te. 16. co. 4. ch. 113.

Natura dicitur de generatione, corruptione, motu, translatione, alteratione, augmento, & de formis, quæ sunt principia horum motuum, quæ quidem verius nomē naturæ assumunt, quam animæ. Auerr. in epit. metaph. tr. 1. ch. 171. col. 4.

Naturalia quædam sunt, quæ motui non subiiciuntur: tamen ad motum referuntur, vt anima, & motores corporum cælestium, quæ etiam sunt aliquo modo naturalia. Albertus magnus in pri. phys. trac. 2. cap. 1. char. 4. colum. 2.

Naturalia sunt quædam habentia motum, non a natura, & hic motus duobus modis est, vel vniformis, vel non vniformis. Siquidem est non vniformis, & a principio intrinseco, ipse erit, vel ab anima sensibili mouente, aut a voluntate rationalis, & intellectualis substantiæ. Vniformis autem, aut est vnitus, & continuus, & est motus intelligentiæ in cælo, aut nec vnitus, nec cōtinuus tunc est ab anima, & est vel cum cognitione, vt motus animalium

animalium ordinatus ad generationem; vel sine cognitione, & est naturæ motus, vt in igne naturali est calefacere. Alb. mag. in 1. phy. tr. 1. cap. 2. ch. 16. c. 2.
Naturæ motus a motibus animalium differunt, eo quod natura mouet immediate, & vnicum motum, sed anima multos motus mouet, & mediantibus corporis qualitibus. Albertus magnus in 2. physicorum tr. 1. cap. 1. chart. 16. col. 2.
Naturæ motus differt a motu intelligentiæ, quia natura non mouet corpora in loco suo, vt facit intelligentia: & ab artificialibus, quia in se non habent motus principiam. Alb. mag. in 2. phy. tr. 1. c. 2. c. 16. c. 2.
Natura non mouet corpora superiora, sed mouentur a voluntate, & intellectu motoris separati, cum in suis locis mouentur, quod non accidit rebus naturalibus, immo quiescunt. Albertus magnus in 2. physicorum tract. 1. cap. 3. chart. 16. col. 4.
Naturæ solertiam mirabilem aduertere licet, quæ cum videret membrorum motum duplicem habere motorem, vnum qui responderet ei, quod mouetur secundum materiam, id est deorsum, primum motorem membri facit imitari cœlum, & cœli motorem, per quos est conseruatio eorum, quæ conseruantur secundum formam: & ne esset nimis labor in altero, miscuit eum ex omni specie motus violenti, vt si vnus generaret difficultatem, alius faceret leuamen. Albert. mag. de motibus anim. l. 2. tr. 1. cap. 4. ch. 46. col. 2.
Natura particularis, quæ est in commutatione qualitatum elementalium, mouens primum, inducit formam cœlestem cœmunem approprians ad fieri hoc, vel illud, & huic forma subministrare facit omnia instrumentaliter secundum rationem recte perueniendi ad finem totius generationis: & vbicumque aliquod elementarium exorbitauerit, egreditur monstrum, aut ex defectu, aut ex superfluitate, aut ex inordinatione figuræ causatum. Albertus magnus de motib. anima. lib. 2. tract. 2. cap. 5. chart. 48. col. 1.
Natura primaria forma, & virtus diffusa est in omnibus cœlis, quæ est principium motus in ipsis, hoc modo, quod mobilitatem habent secundum naturam, & motus, quæ mouentur ab anima de substantia, & esse eorum, propter hoc motus ille est causa omnis motus virtute diffusus per omnia. Alb. mag. de caus. & process. vniuer. a cau. pri. l. 2. tr. 1. cap. 2. ch. 200. col. 2.
Naturæ motui contrariari difficile est. Diuus Thomas ethic. 6. lec. 11. chart. 113. col. 2.

Natura quid facit, & quæ sunt a quo fiunt, & de quibus dicitur.

Naturales omnes in hoc conueniunt, quod id, quod est impossibile sit fieri ex his, quæ non sunt. Arist. phy. 5. tex. 34. chart. 12.
Natura, quæ fiunt, omnia, aut contraria, aut ex contrariis fiunt. Arist. phy. 1. ex sum. 3. cap. 1. te. 47. ch. 17.
Natura est ex his, causis, quæ agunt propter aliquid. Arist. phy. 2. cap. 3. tex. 75. chart. 47.
Natura, quæ fiunt, nihil inordinatum est; ipsa enim ordinis causi est omnibus. Aristoteles physicorum. 8. sum. prim. cap. 1. tex. 15. 198.
Natura semper facit eorum, quæ fieri possunt, quod optimum est. Arist. de cœl. su. 2. cap. 4. te. 34. ch. 302.
Natura nihil facit casu. Aristoteles 2. de cœlo, sum. tert. cap. secund. tex. 50. char. 309.
Natura, quod sit, nihil sit, vt contingit in casu. Aristot. 3. de cœlo, tex. 34. chart. 339.
Naturales omnes substantiæ, aut corpora, aut cum corporibus generantur, ac magnitudinibus. Aristot. 3. de cœlo, cap. 1. tex. 1. char. 332.
Natura semper melius desiderat. Aristot. 2. de gener. & cor. sum. 3. cap. 2. tex. 59. char. 445.

Naturæ opera omnia ex elementis sunt, vt materia. Aristoteles meteor. quarto. sum. 4. cap. 5. tex. 54. char. 589.
Naturæ operibus id coniunctum est, vt nihil temere actum sit. Arist. de partib. ani. 1. cap. quinto. char. 418.
Natura solet semper emoliri contra cuiusvis exuperantiam auxilium, per coniunctionem rei aduersæ, vt excessum alterius altero cœpense, & moderetur. Arist. de partib. anim. cap. septimo. char. 439.
Natura in animalibus vbique, quod aliunde dempserit, reddere ad aliam partem solet. Arist. de partibus animalium 2. cap. 14. ch. 456.
Natura rem nobiliorem in locis nobilioribus solet constituere, nisi quid maius impediatur. Arist. de partib. animal. 3. cap. 4. char. 475.
Natura quidam continuo ab inanimatis ad animalia transit per ea, quæ viuunt quidem, sed non sunt animalia, ita vt parum alterum ab altero differre videatur propter propinquitatem. Aristoteles de partibus animalium quarto, cap. 5. char. 517.
Natura vbi potest duo ad duo opera facere non solet vnum ad duo opera vti. Arist. de partib. anim. 4. cap. 6. charta 523.
Natura instrumenta ad officium, non officium ad instrumenta accommodat. Arist. de partibus anim. 4. ca. 12. charta 550.
Natura nihil frustra facit, sed semper ex ijs, quæ cuique animalium generis essentiæ contingunt, id, quod optimam est. Arist. de anim. inces. cap. 2. char. 560.
Natura quæcunque agunt, agunt, vt participant esse diuino, secundum quod possunt. Arist. secundo de anim. sum. 3. cap. 1. tex. 34. ch. 623.
Natura nihil facit frustra, nec deficit in necessariis, nisi in orbatis, & imperfectis. Arist. 3. de ani. ca. 1. tex. 45. charta 665.
Natura nihil frustra facit, omnia enim, quæ natura fiunt, propter aliquid sunt, aut sunt consequentia eorum, quæ sunt propter aliquid. Arist. 3. de ani. sum. 3. cap. 1. tex. 60. char. 669.
Natura infinita vitat, semper enim finem querit. Aristoteles de genera. animal. primo, capite primo, charta 997.
Natura rem quamcunque facit, aut quia necessaria est, aut quia melius ita est. Arist. de gener. animal. 1. cap. 4. char. 101.
Natura, aut arte quæ fiunt, omnia ab eo, quod actu est, fiunt, ex eo quod potentia tale est: semen igitur tale est, motumque habet & principium tale, vt motu perfecto pars existat quoque eadem, quæ sit animata, non est enim facies, nisi animam habeat, nec caro, sed corrupta. Aristoteles de generat. animal. 2. cap. 1. char. 147.
Natura, ut paterfamilias prudens, nihil solet admittere, ex quo facere aliquid commodi possit; dispensat enim in cura rei familiaris, ita, vt cibus optimus detur liberis, deterior seruis, vilissimus suis animalibus. Arist. de gen. anim. 2. ca. 4. ch. 173.
Natura simul, & facultatem cuius dat, & instrumentum. Aristoteles de gener. animal. quarto, ca. primo, char. 228.
Natura in omnibus ex possibilibus facit optimum. Aristoteles de iuuent. & senect. vita, mor. & resp. cap. secundo, char. 303.
Natura vnum ad vnum opportunum instrumentum facit, nihil enim facit frustra natura: duobus autem existentibus alterum esset frustra. Aristoteles de iuuent. senect. vita, mor. & resp. cap. 11. c. 320.
Natura in multis ei, quod nobis usui esse potest, contrarium facit. Aristoteles quæstion. Mechan. charta 775.
Natura semper eundem habet modum, & simpliciter. Arist. quæst. mechan. char. 775.

Natura-

Naturalia fiunt omnia a totaliter vniuerso, artificialia fiunt ex eo, quod est parum vniuersum, & vniuersaliter omnia, quæ fiunt ab intellectu, & arte, fiunt ex parte vniuersa. Ari. 7. metaph. te. 29. c. 9. c. 141.
Natura, quæ nobis euenit primo facultates accipimus, deinde operationes reddimus. Aristotel. 2. ethicor. ad Nicomachum capit. 1. char. 31.
Natura quod sit, nihil est, quod assuetudine aliud euadat. Aristot. mag. moral. 1. cap. 7. c. 282.
Naturalia curatu difficiliora sunt, quæ, quæ consuetudine gignuntur. Ari. mag. moral. 2. ca. 7. c. 336.
Natura nihil frustra facit. Arist. pol. 1. c. 1. char. 490.
Natura cum, quod melius est, facere potest, haud quaquam prætermittit. Teophrast. meta. ca. 9. char. 328.
Natura quæ fiunt, non necessario esse causa est, non quia subiecta non sunt æterna, prius enim mori possunt, non etiam quia sunt eorum, quæ plerumque fiunt. Alex. aphr. in 1. priorum ca. 12. c. 27. col. 3.
Natura vtitur propria caliditate cuiusvis rei loco instrumenti ad inducendam digestionem, quamuis etiam aliquo extrinseco adminiculo digestio ipsa perficiatur, vt exercitio. Alex. aphrod. in 4. met. t. 94. c. 3. c. 1. col. 2.
Natura duo nobis instrumenta ad res perficiendas dedit, intellectum scilicet, quo res intelligeremus, & sensum, quo sentiremus, suamque cuique differentiã, scriberemus. Alex. aphr. de sensu, & sensato ex sect. 4. tex. 21. commen. 55. column. 4.
Natura quæ fiunt, vt plurimum fiunt non tamen necessario, est enim in his, quæ natura sunt, præter naturam, & sit cum impedita est natura ab aliqua causa extrinseca. Alex. aphrod. de fato. cap. 4. char. 24.
Naturam simplicia corpora habent, animam autem plantæ, & animalia. Alex. aphr. in 2. de anima. cap. 10. char. 44. column. 1.
Natura maximam vim hêt vt tales, vel tales nascant, post naturam autem mores, ex quibus vtriusque electio, & propositum tale fit. Alex. aphrod. in 2. de anima. ca. 55. char. 54. column. 3.
Natura omnibus rebus, quæ procreantur, extrinsecum existit aliquod, quod principium ortus ipsarum habet quodque primæ in materia transmutationis causa est. Alex. aphr. de mixt. char. 59. col. 1.
Natura quicquid aliquid efficit, id per naturam sibi insitam operatur. Alex. aphrod. in 1. metaphysicorum cap. 69. char. 35. column. 1.
Natura non sic diuina dicitur, quasi hac arte vtantur dii immortales, sed quia cum Deorum beneficio sit constituta, motus ordine quodam congruenti conseruatur, non per rationem, & intellectum, sed quoniam a Dijs est, quibus munere donata videri potest, non quæ ad exemplar operetur, nihil enim intelligit, sed quia constanti motuum ordine citra rationem opus efficitur simile efficiendi, in quo est, & vnde principium sumit. Alex. aphr. in 1. metaph. com. 69. ch. 75. col. 1.
Natura appellatur ab Aristotele via, quia itur a materia in formam. Alex. aphrod. in 6. metaph. vel secundum latin. 7. cap. 17. c. 193. col. 2.
Natura quæ sunt diuersa, diuersas perfectiones sortiuntur. Ammo. in Por. char. 1. col. 1.
Natura, quæ sunt diuersa, diuersas sortiuntur perfectiones. Am. in præfatione in Por. c. 1. col. 2.
Natura voces exprimentes animi conceptus hominibus dedit, vt mutuo frui commercio, & inuicem ciuilia officia præstare possimus. Am. in lib. de inst. c. 10.
Natura, cum iusta sit, vnum vni contrarium comparat. Am. in lib. de inst. c. 142.
Natura, quæ constant, & partes natura constant. Them. in 2. physicor. tex. 1. ch. 21. col. 2.
Naturalis mutatio omnis deturpat, & dissipat, quare dicere consueuimus laborem, & interitum de tempore potissimum accidere. Them. in 4. phys. te. 128. c. 44. c. 3.

Naturalia fato euenire dicuntur. Them. in 4. physico. te. 57. char. 48. col. 2.
Natura causa est ordinis, & rerum ipsarum, quæ ratione conitant, & ordine. Them. in 8. phys. te. 15. c. 54. c. 4.
Natura quæ gignuntur, potentiam in initijs obtinent, perfectionem posterius ferunt: neque enim contenta habilitate, & potentia sunt. Them. in 3. de anim. tex. 17. ca. 20. column. 4.
Natura non procedit immediate a contrariis, in contraria: nam & inter animalia, & plantas sunt ea, quæ zoophita a Græcis vocantur. Simp. in præd. c. 24.
Natura vniuersi cuiusque differt ab illis, quæ sub ipso ordinantur, & participat de ipso, vt æquale & ad aliqd, quod sub æquali continentur & sunt quanta. Simp. in præd. c. 99.
Natura proprie primo, & per se inest corporibus simplicibus, & non organicis, & instrumentariis. Simp. in 2. phy. char. 94. col. 1.
Natura mortali optimum simpliciter non potest inesse, sed maxime inest diuine. Simp. in 2. phy. c. 129. c. 2.
Naturalia dicuntur esse ex materia, & participatione forme, cum materia participet forma secundum participationem in se ipsa. Simp. in 2. phy. te. 20. c. 104. col. 2.
Natura determinat mensuras omnium, quæ sunt in ortu, & causa incrementi, status, & declinationis. Simp. in 4. phys. te. 128. c. 275.
Natura vna est simplicitate manens, quæ omnem distinctionem, & segregationem excedit. Simp. in 4. phy. te. 154. ex digestionem. char. 282. col. 1.
Natura semper eorum, quæ fieri queunt, primo optimum facit. Simp. in 8. phy. te. 48. tit. 48. ch. 445. col. 1.
Natura sectionis in infinitum est, vt sit in potentia, & semper fiat, & fecetur, sed non, vt iam sectum sit, atque diuisum. Simp. in 8. phy. te. 68. c. 460. col. 1.
Natura, & ars versantur circa contingentia, vt plerumque. Magenti in priora c. 17. col. 4.
Natura nullum vniuersale fecit, sed regulare. Ioan. gra. in 1. phy. te. 12. c. 3. col. 4.
Natura nunquam cœmuniora, & confusa facit, sed singularia, & determinata. Io. gr. in 1. phy. te. 2. c. 4. col. 1.
Natura quod scit, producit, & quod producit, cognoscit. Io. gr. in 1. phy. te. 1. c. 4. col. 2.
Natura primam materiam vniuersalem producit. Ioan. in 1. phy. te. 2. c. 4. col. 3.
Natura semper versatur circa melius, quam potest. Io. gr. in 1. phy. te. 50. c. 22. col. 1.
Natura non modo animata, sed etiam inanimata gubernat. Io. gr. in 2. phy. te. 1. c. 31. c. 1.
Natura est in subiecto, non vt accidens, sed vt forma in materia, quæ perficit vnam substantiam cum subiecto. Ioan. gram. in 2. phy. tex. 5. c. 32. col. 2.
Naturæ finis proprius est deducere animal ad hoc, vt generet alterum sibi simile. Ioan. gram. in 2. phys. tex. 23. c. 36. col. 4.
Natura simile ex simili producit. Ioan. gram. in 2. phy. tex. 53. c. 42. col. 2.
Naturales forme sunt in quantitate, & in subiecto, & ea corrupta, & forma corrumpitur. Ioan. gram. in quarto physicorum tex. 39. in digestionibus char. 86. column. 3.
Natura, & ars omnia boni gratia agit. Ioannes grammaticus in secundo de anima. te. 31. c. 45. col. 3.
Naturam agere propter finem, est maximum huius scientiæ fundamentum. Auer. in physicorum secundo te. 74. c. 35. column. 4.
Natura dicitur æquiuoce de illis, quæ semper remanent, in eodem modo modorum transmutationis, in motu locali, & de alijs. Auer. in 2. meta. te. co. 16. c. 17.
Natura quod inest alicui, non inuenitur in quodam, & in quodam non. Auer. in 4. meta. tex. co. 27. c. 46.
Natura non vadit de opposito in oppositum nisi per medium. Auer. de sensu, & sensa. char. 193. col. 1.

natura-

Natura omnis congregata ex duabus naturis cōueniētibus necesse est, vt sit de natura componentium. Auer. in 7. metaph. tex. com. 48. ch. 93.

Natura quod vno instrumento facere potest, non facit duobus. Auer. in 12. metaph. tex. 45. c. 154. col. 4.

Naturæ nomen aliquando transfertur ad elementa, & ad omnia genera materiæ. Auer. in epitom. metaph. trac. 1. c. 171. colum. 4.

Naturæ duæ tm̄ erant ante mundi esse, necessarij, s. & impossibilis. Auer. ex destruet. destr. disput. 1. c. 15. c. 3.

Naturaliter quod agit, non agit duo contraria. Auer. de structiōe destruetio. disput. 14. c. 51. col. 3.

Naturam agere propter finem, est maximū huius scientiæ fundamentū. Auer. in physico. 2. te. 74. ch. 35. c. 4.

Natura cōplet multa, quæ sunt per artem, & ars multa quæ sunt per naturam. Auer. in phy. 2. t. 77. c. 37. c. 1.

Naturam agere propter aliquid est notum per se, ideo rationes, quibus hoc probatur, non sunt naturales. Auer. in physico. 2. te. 80. c. 37. col. 3.

Naturam agere propter finem, cū sit principium huius scientiæ, non pertinet ad naturalem de hoc disputare nisi vt metaphysicus, vel vt logicus. Auer. in physico. 2. te. 84. c. 38. col. 2.

Naturalia vidētur habere ordinē terminatū, aut sp̄, aut frequentius. Auer. phy. 8. sum. 1. tex. 15. c. 154. col. 1.

Naturalia habent magnitudines terminatas: maximus enim homo naturaliter, & minimus terminatus est. Auer. 8. physico. tex. 62. char. 183. col. 1.

Naturale in aliqua specie necessarium est, vt sit prius accidente. Auer. 1. de celo te. 14. c. 6. c. 3.

Natura per diuinam sollicitudinem posuit in animalibus aliquas res non ex necessitate, sed vt esse illius animalis sit melius, & perfectius. Auer. 2. de celo. 34. c. 55. c. 3.

Naturalis duratio nullius rei, est minor duratiōe non secundum naturam. Auer. 3. de celo te. 24. c. 86. col. 2.

Natura homines student operationibus pulchris, cum non fuerit in eis tristitia, & si non sit in eis aliqua delectatio. Auer. 10. ethi. te. 72. c. 3. col. 2.

Naturaliter facta nullam habent rationem. Boet. in lib. de inter. char. 449.

Natura atque ars suum semper opus efficiunt, nisi subiecta materia obstet. Boet. in topic. Cic. lib. 4. c. 838.

Natura facitabilem, ars facilem, vsus potentem, vt ait Victorinus. Alb. mag. de prædicab. cap. 1. col. 2. Idem Alber. magn. in prior. cap. 13. 1. col. 1. idem ethico. 1. tract. 3. ca. 5. ch. 7. col. 1.

Naturæ opus est id, quod est completum in naturalibus essentialibus, & hoc est species secundum esse substantiæ completum accepta. Albertus magnus in 1. physico. tract. 1. tex. 1. ch. 2. col. 4.

Naturæ operationū nihil est vanū, sed omnia pp̄ finem sunt. Alb. mag. in 1. phy. tr. 1. ca. 5. ch. 2. col. 3.

Natura operatur per se esse perfectum, sed cum hoc operari non possit, nisi suppositum producat, ideo natura per accidens suppositum, id est propter illud producit. Alb. mag. in 1. phy. tr. 1. ca. 6. c. 3. col. 3.

Natura nunquam producit suppositum signatum nisi per accidens, id est, vt ipsum sublit esse diuino. Alb. mag. in 1. phy. tra. 1. ca. 6. char. 3. col. 4.

Naturalia omnia definitiones materiales habēt, per materiam enim sensibilem, & subiectum definiuntur. Alber. mag. in 1. phy. tr. 1. cap. 1. ch. 1. col. 2.

Naturæ congruentia ad hoc non sufficit, quod incorporea substantia incorpoream substantiam producat, & in eam agat. Alb. magn. de fom. & vig. lib. 3. Trac. 1. ca. 6. char. 36. colum. 4.

Naturæ omnis multitudo ad vnitatem reducitur. Alb. mag. de spir. & resp. lib. 1. tr. 1. c. 8. c. 53. col. 3.

Natura non vitur superfluis, sicut non deficit in necessarijs. Alb. mag. de spir. & resp. l. 1. tr. 2. c. 5. c. 56. col. 2.

Natura per media omnia progreditur vsque ad extre-

um, igitur ex vegetatiuis, & ex potentia venit in sensitium, vt in actū medium, & ex his, sicut ex potentijs, venit in rationalia, vt in actum altissimum. Oportet ergo, quod anima rationalis sit actus primus alicuius naturæ materialis, actus autem primus numeratur numero eorum, quorum est actus. quot ergo sunt homines, tot sunt animæ rationales. Alber. mag. contra Auer. de vnitatem intellect. capi. 5. ch. 81. col. 4.

Naturæ opus est opus intelligentiæ vnumquodque ordinantis sapientissimè, propter hoc fecit peccus totum ossium, vt esset tutamen membrorum nobilium, & ex multis, vt cum lesio accidit vni, non inundet ex cōcauitate super totum, & vt esset flexibile. Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 12. char. 12. col. 4.

Natura non facit distātia genera, nisi faciat aliquod medium inter ea, quia non transit de extremo in extremum nisi per medium. Alb. mag. de animal. lib. 2. trac. 1. cap. 1. char. 29. col. 1.

Natura quæ per gradus progreditur ab vno ad alterū, nullum relinquit mediōrum possibilium. Alb. magn. de anim. lib. 7. te. 3. cap. 1. ch. 70. col. 4.

Natura parat animalibus organa, cibum accipientia, cū nunquam deficiat in necessarijs. Alb. mag. de ani. lib. 7. tract. 3. cap. 2. chart. 71. col. 2.

Natura omne, quod facit, vel facit propter necessitatem, vel propter melius. Alb. magn. de animal. lib. 5. tract. 1. cap. 3. chart. 126. col. 3.

Natura dat omni mēbro officiali simul cū forma virtutem, qua perficiat officium, ad quod est fm̄ naturam. Alb. mag. de ani. l. 18. tra. 1. cap. 2. ch. 152. col. 4.

Natura nunquam dedit actū, cuius non daret naturalē potentiam, & facultatem, quia aliter deficeret in necessarijs. Alb. magn. de ani. lib. 25. ch. 203. col. 1.

Natura nulla perfecta propria operatione destituitur. Alb. mag. in 1. ethi. tra. 1. ca. 5. ch. 16. col. 2.

Natura, & virtus duo in se hñt de necessitate, scilicet, quod vtrunque eorum forma est, & vtrunque virtus quā est, & principū agendi, & vt forma est ad subiectū, habet operationem, & sine subiecto esse non habet. Alb. mag. ethi. 2. tra. 2. ca. 2. c. 30. col. 3.

Naturæ opus est opus intelligentiæ. Albertus magnus ethi. 6. tr. 2. cap. 16. ch. 74. col. 4.

Natura, cum sit vnum eodem mō se habens, nō operatur nisi vnum. Alb. mag. ethi. 6. tr. 2. cap. 16. ch. 74. col. 4.

Natura non parat impedimentum ei, quod non potest non esse, quia esset superfluum. D. Thom. in 2. physico. lib. 8. tex. 48. char. 23. col. 4.

Naturam propter aliquid operari hoc maxime demonstrat, quod ex operatione naturæ semper inuenitur aliquid fieri quanto melius, & comodius esse potest. D. Tho. in 2. physico. lib. 12. tex. 76. ch. 28. col. 1.

Natura maxime assimilatur medico curanti seipsum. D. Tho. in 2. physico. l. 14. tex. 86. ch. 30.

Naturalis res omnis inclinationē habet ad suam propriā operationem. D. Thom. in 1. metaph. lec. 1. ch. 3.

Naturalia propria habent formam in materia, quibus quodammodo assimilantur mathematica. D. Thom. 7. metaph. lib. 11. tex. 38. ch. 506.

Naturalia agunt propter finem, licet finem non cognoscant. D. Thom. 12. metaph. l. 12. tex. 57. ch. 910.

Natura non perficit, quæ sunt artis, sed solum quædam principia præparat, & exemplar operandi quodammodo artificibus præbet. D. Tho. 1. polit. l. 1. ch. 1. col. 1.

Natura ex determinatis principijs p̄ determinata media procedit in suos effectus. Diuus Tho. 2. polit. lec. 12. chart. 25. colum. 3.

Naturalium rerum dispositiones, quæ sunt hic, reducuntur in dispositionem cœlestem. D. Thom. 7. polit. lec. 5. char. 108. col. 2.

Natura semper agit mota, & ita artifices naturales semper agunt moti. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 6. col. 1. Natu-

Naturaliter facta sunt ex ente in potentia, non autem ex non ente simpliciter, vel ex ente in actu. D. Tho. in prim. physico. l. 9. te. 33. c. 7. col. 2.

Natura humana non habet esse præter principia indiuiduantia, nisi in intellectu rātum. D. Thom. in 2. de ani. l. 12. te. 60. c. 33. col. 1.

Natura per pauciora se expedit in quantum potest. D. Thom. de sens. & sensat. lect. 8. c. 9. col. 3.

Natura ex inanimatis ad animata paulatim procedit, ita vt inanimatorum genus prius inueniatur, quam plantarum, & sic a plantis procedit ad animalia. D. Tho. de mem. & remin. l. 1. c. 24. col. 3.

Natura incipit ab imperfecto ad perfectum in suo processu. Ale. de ales in pri. metaph. c. 24. c. 4.

Natura non agit præcognoscendo finem, oportet ergo, quod directā sit ab agente per intellectum, qui finem cognoscit, ita vt natura agens ordinatur per intellectum, & scientiam primi principij, in cuius intellectu sunt rationes omnium exemplares. Ale. de ales in pri. metaphysico. 29. col. 4.

Naturæ opus est opus intelligentiæ, ex quo sequitur, qđ natura semper in agendo aspicit intelligentiam; licet nō cognoscat se aspiciere, quia ille aspectus non est aliud, quā ordo, & motio impressa in natura ab ipsa intelligentiā. Ale. de ales in 1. metaph. c. 29. col. 4.

Natura nihil in se otiosum habet. Ale. de ales in 2. metaph. char. 33. colum. 4.

Natura nunquā incipit aliquid, quod non possit perficere aliquo mō. Ale. de ales in 2. metaph. tex. 2. c. 33. col. 4.

Natura nunquā intendit inducere illud, quod est ad finem, nisi pp̄ finem. Ale. de ales in 2. metaph. char. 42. col. 3.

Naturæ opus semper reducitur ad opus artis. Ale. de ales in 2. metaph. ch. 43. colum. 3.

Natura, & intellectus agunt pp̄ finem, sed natura agit propter finem, nō quod sibi statuat illū finem, sed quia ab aliquo sibi statutu est intellectus aut, sic agit pp̄ finem, vt sibi statuat finem, quia cognoscit illū finem, ideo intellectus pp̄ prius agit pp̄ finem, & p̄ consequens pp̄ bonū. Alex. de ales in 5. metaphysico. te. 19. c. 138. col. 1.

Natura vniuersalis tota saluatur in qualibet particulari. Ale. de ales in 7. metaph. te. 21. c. 204. col. 1.

Naturalis omnis res habet determinatam magnitudinem. Ale. de ales in 5. metaph. te. 21. ch. 149. col. 2.

Natura tenet medium inter artem diuinam, & artē nostram. Ale. de ales in 7. metaph. te. 28. c. 212. col. 1.

Naturalia, vt diuiduntur contra artificialia, sunt ex parte vniuoca. Ale. de ales in 7. metaph. te. 30. c. 215. col. 4.

Naturalia agunt per formas in effectu, potentiæ vero rationales per formas agunt in conceptu. Ale. de ales in 9. metaph. tex. 4. c. 262. colum. 3.

Natura, vt superior, & simplicior.

Naturæ superiores sūt eo inferioribus planiores, quop̄statoribus rebus pficiunt. Am. in Porph. c. 10. c. 3.

Naturam corporū simplicium cognoscere non possumus, si motus corporum naturalium ignorauerimus. Io. gram. in 4. physico. te. 1. c. 74. col. 4.

Natura Lunæ est comunicas cū natura terræ pp̄ defectum luminis in se. Auer. 2. de celo. tex. 32. ch. 54. c. 3.

Naturā nullam mediam esse inter esse abstractum, & inter formas sensibiles materiales notum est per se. Auer. in 6. metaph. tex. comm. 39. c. 11.

Naturæ simplices, nec sunt in intellectu, nec extra intellectū, sed secundum quod sunt in lumine intelligentiæ agentis, & lumine suo faciunt omnes formas. Alber. magnus in prædic. c. 32. col. 4.

Natura omnis procedens a causa prima tanto simplicior est, & nobilior, & in potestate multiplicior quanto est intumior illi, & per indistantiam similitudinis, & e regione; & cōtra quāto fuerit distātor dissimilitudine,

tanto est materialior, & ignobilior paucioris potestatis. Alb. mag. ex pri. de intel. & intel. tr. 1. c. 8. c. 51. c. 1.

Natura, vt vitam tribuit, & eius finis scientia.

Naturalis finis est semper, quod secū dum sensum apparet, effectiue vero opus. Aristotel. 3. de celo. fu. 8. ca. 2. te. 61. c. 354.

Natura semper rei melioris auctor est, quoad eius fieri potest. Arist. de partib. anim. 2. c. 14. c. 456.

Naturalia alia vitam habent, alia non habent: vitam habere dicimus, quæ per ipsam fit alitionem, & augmentationem, & diminutionem. Arist. 2. de anima. sum. 1. capi. 1. tex. 3. char. 615.

Naturalissimum est operum, quæ in viuentibus, quæcūque perfecta, & non mutilata sunt, aut generationem spontaneam habent, est facere aliud quale ipsum. Arist. 2. de ani. fu. 3. ca. 1. te. 34. c. 623.

Natura id sibi vult, vt eorum numeris, generationes, & obitus numeret, sed exquisitè id facere nequit propter materiæ indefinitionem, & multa principia procedunt, q̄ generationes destinatas fm̄ naturā, & corruptiones sepe impediāt, & ita sunt causæ earū, quæ veniunt præter naturam. Arist. de gen. ani. 4. c. 10. c. 261.

Natura vniuersaliusque in meliorem propensa est, quod patet, quia ijs, qui in peccatis versantur, laudant eos, qui non peccant, & quod peccantes filios suos non ad eadem inducunt. Ale. aphr. in 4. nat. q. c. 9. c. 18.

Naturalium omnium rerum finis est sibi simile gignere. Alex. aphr. in pri. de ani. cap. 10. c. 34. columna 4.

Naturā prius femini dat vitam, deinde animam, postea sentiendī facultatem, quæ omnia efficiunt animal; ira postea, ac cupiditate adiecta bratum animal generat, additā ultimo perfecta ratione hominem procreat. Ammon. in Porph. c. 4. c. 1.

Naturā quæ sunt, alia, vt finis, vt formæ, & virtus, & sanitas, alia autem non tanquam fines quidem, attamen tanquam ea, quæ ad ipsos ferant, vt exercitia, instrumenta; alia vt consequentia accidentia, vt quæ iam finem acquisierint; alia, quæ adhuc ad finem tendunt, vt spiritum risus, sudor, & pili. Sim. in tertio de anima ex lectione secunda tex. 60. c. 83. colum. 3.

Naturā fortior magis dū fruitur accessu solis, generat, & auget, debilitata autem magis ex absentia patitur, quam ab accessu. Ioannes grammat. in secundo de gener. & corru. te. 46. c. 145.

Natura generabilis, & corruptibilis non accipit æternitatem ab alio. Auer. de substan. orbis ca. 1. te. 4. c. 1.

Naturæ finis vniuersalis est esse diuinum, & perfectum, & hunc attingit per successione: Est etiā particularis finis, vt hoc indiuiduū generet, quoniā in vni⁹ generatione attingit. Alb. magn. 1. phy. tr. 1. c. 6. ch. 43. col. 4.

Natura omne ad suum principium redire cupit. Alber. mag. ethico. 1. tract. 5. c. 12. c. 13. c. 3.

Natura esse directe tendit in finem suum, tamen illum non cognoscit, sed finis congregatio est in agente. Ale. de ales in 1. metaph. c. 6. col. 1.

Naturalia quæ sunt, quæ eadem, & quæ diuersa.

Naturalia sunt, quæcūque motu mouentur, quæ vero non mouentur, amplius naturalia non sunt. Aristoteles physico. secundo capit. 2. text. 11. chart. 46.

Natura quæ sunt, aut semper, aut frequenter sunt. Arist. physico. secundo ca. 3. te. 77. ch. 47.

Natura sunt, quæcūque ab aliquo in se ipsis principio continuo motu perueniunt ad aliquem finem, ab vno quoque autem non idem quibusque neque quibus, semper tamen ad eandem, nisi aliquid impediāt. Arist. physico. 2. ca. 3. tex. 84. char. 50.

Natura constantium hæc sunt, corpora, & magnitudines, hæc autem corpus habent, & magnitudinem. Arist. primo de celo tex. 1. c. 244.

Natura, & arte constantibus, aliud est materia cum forma mixta, & aliud per se ipsam, vt spheræ forma alia est, & alia est sphaera aurea. Arist. primo de celo capite septimo text. 97. char. 272.

Natura quæ sunt, ex quibus constant, ex eisdem ipsis corrumpuntur. Aristot. 1. de celo tex. 140. c. 289.

Natura quod solet esse, quod est tale dicere esse vnum, quodque oportet, sed non quod vi, & præter naturam Ari. 2. de celo sum. 3. c. 7. te. 108. c. 329.

Naturæ nulla res est, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Ari. de partib. ani. 1. ca. 5. c. 417.

Natura constantium omnium est terminus, & rō augmētī, & magnitudinis. Ari. 2. de ani. su. 3. c. 1. t. 41. ch. 625.

Natura sunt, quæ magna ex parte fiunt. Ari. de gen. ani. 1. cap. 19. c. 129.

Naturale desiderium est quale ipsum, & tale alterum relinquenti. Ari. poli. 1. cap. 1. c. 488.

Natura ea fieri dicimus, quorum causa, & in ipsis est, & ordinata, quia aut semper, aut plerumque eodem modo eueniat. Ari. rhet. 1. c. 45.

Natura quod est, plerumque est. Alexander aphrod. in 1. prio. c. 3. c. 8. col. 3.

Natura quibusdam ea inesse dicuntur, quorum subiecta, quibus sic dicuntur inesse, susceptiua sunt ipsorum, non tamen semper ipsis, neque ex necessitate actu ad sunt. Ale. aphr. in 5. topi. c. 2. c. 66. col. 3.

Natura esse id omne necesse est, sine quo impossibile est esse aliquid eorum, quæ a nobis sunt, at sine iustitia homines viuere non possunt, ius ergo natura est. Alex. aphr. in 2. de ani. ca. 42. c. 52. col. 3.

Natura sunt res, & intelligentiæ, positione voces, & literæ. Mag. in libro de interpretatione char. 5.

Natura, & ars vt in pluribus sic operatur. Mag. in lib. de interpr. idem Mag. in eodem libro ca. 6. c. 4.

Natura sunt, quæ ab aliquo orta principio, ad aliquem finem certū perueniunt. Pfellus in 2. phy. char. 18.

Naturam habentia omnia substantia sunt. Simpli. in 2. physico. tex. 4. c. 94. col. 2.

Naturalium partes non sunt omnes naturales, nam materia cum sit in omnibus, non est naturalis, artificialiū partes naturales sunt. Sim. in 2. phy. te. 1. ch. 91. col. 2.

Naturales substantiæ sunt corpora, & circa corpora versantur. Simp. in 4. phy. c. 79. c. 1.

Naturæ quorum sunt diuerse, etiam termini diuersi sunt. Simp. in quarto phy. c. 265. c. 2.

Naturalia ab artificialibus differunt, quia naturalia intrinsecus fiunt, extrinsecus autem artificialia. Simpli. in 4. phy. te. 86. c. 136. col. 1.

Naturales oēs formæ numeris, & mensuris disponuntur, & ornantur. Sim. in 4. phy. te. 132. c. 279. col. 2.

Natura diuersa quæ sunt, vniū esse quoddā oportet, quæ ea vniat: corporis autem anima causa est vniōis. Io. gram. in 1. de anima. te. 89. c. 33. col. 3.

Natura quæ sunt eadē, apud omnes eadem sunt, vt iustum, & honestum est idem apud omnes. Euftrat. primo moral. chart. 13.

Naturalia differunt per suas formas, & suas materias. Auer. in quæst. logic. quæ. 8. c. 370. col. 3.

Natura corporalis, & incorporea maxime differunt. Auer. 1. de ani. te. 28. c. 113. col. 3.

Naturæ eiusdem illa sunt, quæ eiusdem finibus descriptionis terminantur. Boet. in præd. c. 177.

Naturaliter insunt potestates vocabula imprimendi rebus, non tamen vocabula naturaliter sunt significatiua. Boet. in lib. de int. c. 323.

Natura est illud, quod apud omnes idem est. Boet. de diuisione char. 640.

Naturale est quicquid comparatum naturæ ab ipsa de-

nominiatiue dē, & est dupliciter, vel in quo est natura quod est res naturalis, vel quod est per naturā, & hæc sunt impressiones, & motus consequentes naturā, aut quod illis est coniunctum, vt locus, & tempus. Alber. mag. in 2. phy. 17. tr. 1. c. 4. char. 17. col. 1.

Naturalia sunt agentia, quorū actus sunt in passiuis, & naturaliter patiuntur quæcunque taliū actū sunt susceptibilia. Alb. mag. in 1. de celo tra. 4. ch. 23. c. 1.

Natura communis, & vna est quibuscunque est idē bonum, & optimum secundum naturam, & hoc est, vel genere, vel specie, vel ad minus secundum analogiam ad boni, & optimi illius proportionem. Alb. magn. de natu. & ord. animæ trac. 2. c. 6. ch. 73. col. 4.

Naturalia omnia sunt in intellectu agente, vel practico, vt artificialia in intellectu operatiuo artificialium. Alb. mag. de ani. l. 16. tra. 1. c. 13. c. 140.

Naturalia sunt, quorum principium est natura. D. Th. in 1. phy. l. 1. te. 1. c. 1. col. 2.

Natura in nullo alio differt ab arte, nisi quia natura est principium intrinsecum, & ars est principium extrinsecum. D. Tho. in 2. phy. l. 14. te. 86. c. 30. col. 3.

Naturale est, cuius principium est intra. D. Thom. in 5. physico. l. 10. te. 58. c. 84. col. 1.

Natura omnis corporea comparatur ad naturam incorporeā, vt particulare quoddā ad absolutū, & vniuersale. D. Tho. in 8. phy. l. 2. te. 79. c. 147. col. 4.

Naturalis necessitas non est nisi ad ea, quæ sunt secundum naturam. D. Tho. in 2. de celo libro primo te. 3. char. 30. col. 1.

Natura vera est, quorum est vna operatio prima, & per consequens vnum esse. D. Thom. in 3. meteor. ex digressionē de coloribus l. 6. c. 195.

Natura quorum est vna, eorum est vnus vltimus finis. D. Thom. in 7. polit. l. 2. c. 102. col. 1.

Naturales res omnes habent determinatam magnitudinē. Ale. de ales 5. metaph. te. 22. c. 149. col. 2.

Natura est earum rerum, quæ cum sint, quodāmodo intellectu capi possint. Ale. de ales 5. meta. t. 5. c. 11. c. 2.

Naturalia, & artificialia contrario modo se habent, quia in naturalibus forma in effectu existens est causa formæ in cōceptu: si. n. res naturales mensurāt intellectū nostrū, & non e conuerso, oportet, quod res in natura sit causa rei siue formæ in conceptu, & non e conuerso: in artificialibus aut est e conuerso, quia res in cōceptu est causa rei in effectu, ita vt res artificiatā sequit, & mensuratur a forma intellectus, & non e conuerso. Ale. de ales in 1. meta. te. 23. c. 208. col. 4.

Naturam quid sequitur, & quæ eam consequuntur.

Natura rei fecit sibi viam ad querendam causam efficientem. Aristoteles in primo metaphysicor. ex summ. 2. capit. 2. c. 12.

Naturales appetitiones qui sequitur, magis venia dignus est, quam qui cupiditates. Aristoteles. 7. ethicorum ad nicomachum capit. 6. char. 171.

Naturam extrinsecus consequuntur locus, & tempus, eam autem complent materia, forma, & motus. Simpli. in prædicamen. c. 34.

Naturalia ab anima dependent, vt a principio. Simpli. in 1. de anima. te. 2. c. 1. col. 3.

Natura non sequitur nostras positiones, sed contra nostre asseriones rebus naturæ conuenire debent. Io. gram. in 4. phys. char. 86. colum. 1.

Natura sequitur formam, non materiam. Auer. in phy. 2. tra. 87. c. 39. colum. 1.

Naturalia entia, quorum esse est naturale, omnia habent augmentum, & decrementum. Auer. 3. de anima. tex. 45. c. 182. col. 1.

Natura omnis hoc habet, vt quantū generans generato dat de specie sua, tantum det ei de consequentibus specie,

ciem, quæ sunt locus, & motus ad locum. Alb. mag. de nutr. & nutri. tract. 1. ca. 3. char. 64. col. 4.

Naturali rerum duratione partes sibi formā manēt, sed partes secundum materiam non manent omnino, sed finiunt. D. Tho. de anima. motu le. 8. char. 55. colum. 4.

Natura, vt ad cognitionē, & prius, & posterius pertinet.

Naturam cognoscere possumus, si quis det simul transmutari posse corpus, & animam in affectionibus naturalibus. Aristot. prio. l. 2. cap. 28. c. 292.

Natura nobis sunt propinqua sensui simpliciter notiora quam longius. Arist. post. pri. c. 2. te. 8. c. 197.

Natura prius est, quod est posterius in generatione. Arif. physicor. 8. sum. 3. c. 1. te. 58. c. 224.

Natura quod est in nobis, non esse manifestū est, sed ex quadam diuina causa ijs, qui reuera fortunati sunt. Aristot. 10. ethico. ad nicom. c. 9. c. 262.

Natura simul, nec posteriora, non faciunt subiectum notius. Ale. aphr. in 5. topi. cap. 2. c. 63. col. 3.

Naturæ priora nobis sunt posteriora, & e conuerso. Am. in Porph. c. 4. col. 3.

Naturalibus in rebus idem est forma, & finis. The. in 2. phy. t. 51. c. 26. c. 2. Idē Io. gra. post. 2. c. 11. c. 65. col. 3.

Natura prius existit, quod ortu, ac generatione posterior est. Pfellus in octauo physicorum ch. 73.

Natura cognosci non potest, si ignoratur motus. Simpli. in 3. phy. c. 139. col. 1.

Naturalibus proprietatibus quibusdam nomina non sunt posita. Io. gr. in 1. prior. c. 57. c. 59. col. 2.

Naturæ manifestum & prius, nobis est immanifestū, & posterius, & contra. Io. gr. in 1. post. c. 2. c. 6. col. 3.

Naturalia omnia manifestiora sunt sensui, quam numerus. Io. gr. in 1. post. ca. 8. c. 21. col. 1.

Natura ad particularia peruenire non posset, nec cognitio nostra ad vniuersalia, si media infinita essent. Ioan. gram. in pri. post. c. 16. c. 37. col. 4.

Naturalis cognitio omnis ab imperfecto ad imperfectū proficiscitur. Io. gr. in 1. phy. c. 4. col. 4.

Natura prius est, id quo sublato cetera tolluntur. Io. gr. in 1. de anim. tex. 8. c. 8. col. 1.

Natura prius est cur, quam quod; rationes enim omnium, quæ natura facit in se ante habet: nihil enim frustra, nec casu facit, sed opus omne ad quendam scopum dirigitur. Io. gr. in 2. de ani. te. 12. c. 38. col. 2.

Naturalium rerū communium consideratio est de physico auditu. Auer. 5. de celo su. 1. te. 2. c. 81. col. 1.

Naturaliū rerū progressus est apud nos ire a posterioribus in esse ad priora. Auer. 2. de ani. su. t. 12. c. 129. c. 2.

Natura substantiæ differunt, quæ definitione differunt. Boet. in præd. ch. 187.

Naturā esse manifestum est per se, & est vnum principium huius scientiæ. Auer. phy. te. 3. c. 23. col. 3. Idem Auer. pri. de celo te. 4. c. 3. col. 4.

Naturæ simplices in se acceptæ nō sunt, nec vniuersalia, nec particularia, sed hoc habent in respectu, qui naturæ simplici additur. Alb. mag. in præd. c. 32. col. 4.

Natura, cū dicitur, quod relatiua sūt simul, nō supponitur, nisi forma relationis. Alb. mag. in præd. c. 51. col. 2.

Natura, qua aliquid prius est, est ipsa natura eius, quod prius est, & est illa, qua principii principiat principiatū, & dat ei naturā, qua sit, & qua definitur in esse, quæ est uatura, quā antiqui appellabāt naturā naturantē, & nobis priora sunt ea, quæ hanc naturam non habent per suam formam, sed cum sit constituta in natura per id, quod sunt formis sensibilibus proxima, super quæ cadit sensus, ita, vt in sensibilibus formis determinata accipiuntur, quæ sensibilia per accidens appellantur. Alb. magn. in post. ch. 176. col. 4.

Naturalis scientia non procedit ex principiis, causis, & elementis, nisi secundum ambitum communis, &

principiorum, & causarum in suo genere. Alb. mag. in pri. phy. tra. 1. cap. 5. c. 2. col. 4.

Natura si nouit definitū, illud cognoscit per principia, per quæ constituit ipsum. Alb. mag. in 1. physic. trac. 1. cap. 6. chart. 3. col. 2.

Naturalia non cognoscuntur, nisi eorū materia cognoscatur. Alb. mag. in 2. phy. trac. 2. cap. 1. ch. 20. col. 1.

Natura oīs, quæ hēt potentiam aliquid cognoscendi, vel a seipsa virtutem cognitionis habet, vel ab aliqua alia natura, quæ est ante ipsam. Alb. mag. de intel. & intel. l. 1. tract. 1. cap. 2. chart. 50. col. 2.

Naturalia oia ab homine non possunt cognosci. Diuus Tho. in 1. meteor. l. 1. c. 4.

Naturæ nota sunt, quæ per gradum suæ naturæ multū habent de gradu entis. Alexand. de ales in 7. metaph. tex. 16. chart. 191. col. 2.

Naturæ, & suppositū sunt sibi inuicē posteriora, & priora. Alex. de ales in 7. metaph. te. 59. c. 243. col. 2.

Natura simpliciter loquendo est prior ars, quantum ad nos, & artem nostram natura est prior arte. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 3. c. 262. col. 2.

Natura, vt ad sensum pertinet.

Natura iucunda sunt, quæ talis naturæ actionē hēt. Nex accidenti vero iucunda sunt, quæ medicinā afferunt, & iō iucunda sunt. Arif. 3. mor. nicō. c. 14. c. 187.

Natura, quod molestum est, fugit, quod iucundum, appetere videtur. Arif. 8. mor. nicom. ca. 5. c. 196.

Naturam sensitiuam meliorem habent, qui meliorem tactum habent, & per consequens meliorem intellectū. D. Th. in 2. de ani. l. 19. tex. 94. ch. 40. col. 3.

Naturalis potentia, vel impotentia.

Naturalis impotentia est, cum aliquis agit cum difficultate aliquid, sed facile patitur. potentia vero naturalis cōtra, agit facilliter, & difficilliter patitur. Auer. in præd. trac. 2. cap. 4. ch. 23. col. 1.

Naturalis potentia fit ex victoria formæ super materiā; impotentia ex victoria materiæ, & priuationis super formam, quam contraria impedit dispositio. Alb. magnus in prædic. ca. 4. c. 54. col. 2.

Naturalis impotentia secundum nomen fundatur in priuatione, at secundum esse est in contrario, quod est contraria qualitas in materia potentiam naturalē impediens. Alb. mag. in prædic. c. 54. col. 4.

Naturalis potentia omnium corporum fit ex victoria formæ, & actiuorum super materiam. Alb. mag. in 4. meteor. trac. 2. ca. 18. c. 128. col. 3.

Naturalis impotentia omnium corporum fit ex victoria materiæ, & passiuorum super formam. Alb. mag. in 4. meteor. trac. 2. ca. 18. c. 128. col. 3.

Natura, vt ad Philosophum naturalem spectat.

Naturalis non est considerationis, considerare si vnum est immobile ens. Arist. phys. l. 1. ex su. 1. cap. 2. tex. 8. c. 5.

Naturalis, & Mathematicus circa eadē naturalia considerat, sed Mathematicus naturalia considerat, non vt terminus est physici corporis vnumquodq; Nec accidentia contemplatur, quatenus talibus existentibus accidunt, sed abstrahit. abstracta enim sunt intellectu a motu. Arif. phy. 2. sum. 2. ca. 1. tex. 18. c. 33.

Naturalis nō solum causam materialem, sed & immaterialem dicere debet, cum propter finem sit materia, & non contra. Arif. phy. 2. ca. 4. tex. 91. c. 52.

Naturalis scientia est circa magnitudines, & motum, & tempus, quorum vnumquodque, aut finitum est, aut infinitum. Arif. phy. 3. su. 3. ca. 1. tex. 4. c. 60.

Naturæ studiosi interit de anima differere, & scire, &

si non de omni anima, tamen de ipsa, qua animal est tale, & quidnam anima sit, aut certe pars ista animæ, at que etiam de ijs, quæ tali eius substantiæ accidunt. Aristot. de partib. anim. pri. ca. 1. c. 405.

Naturalis considerat res, quæcunque talis corporis, & huiuscemodi materiæ operationes, & passiones sunt. Arist. prim. de anim. su. 1. ca. 2. tex. 17. char. 591.

Naturalis philosophia est circa genus quoddam entis, quia est circa substantiam, in qua est principium motus, & quietis, & est theoricæ, non circa omne ens, sed circa ens, quod est possibile moueri, & circa substantiam, quæ est secundum rationem, at secundum magis non separabilem solum. Aristoteles 6. metaphysicor. ex sum. 1. cap. 1. tex. 1. chart. 119.

Naturalis considerat ens, non ut ens, sed ut motu participans. Arist. 11. metaph. ex su. 2. cap. 1. ch. 231.

Naturalis speculatio minus est ordinata, quam de primis speculatio mutationes subiens omnimodas; quæ vero circa prima, finita est, & circa eadem semper. Theophrast. metaph. l. 2. cap. 1. ch. 315.

Naturalis est materiam in qua fiunt, quæ naturaliter fiunt coassumere in definitionem, atque eam comprehendere. Alexander aphrod. in 4. meteorol. cap. 3. co. 6. chart. 93. col. 2.

Naturaliter differere dicitur, qui accidentia prosequitur Ammo. in Por. chart. 3. col. 3.

Naturalis tractat ea, quæ a materia nullo modo separari possunt. Ammo. in Por. chart. 3. col. 3.

Naturalis hominē ita contemplatur, ut medicus neruū explorat. The. in 1. phy. tex. 26. ch. 22. col. 3.

Naturalis scientiæ pars vna circa rerum naturalium principia, ut naturales sunt, & circa ea, quæ necessario consequentia sunt, & connexa principijs versatur, ut libri physicorum. Alia, quæ ex principijs ornuntur, tractat: & hæc quædam simplicia, quædam composita, de quibus in alijs libris. Them. 1. phy. ch. 14. col. 2.

Naturalis scientia non solum utilis est ad eas res, quæ in vita tractantur, ut quæ medicinæ principia præbeat, & mechanicis, & cæteris huiuscemodi artibus subministrat, & virtuti actiue plurimum inseruat, sed contra mortis metum nos armat, cum genitat, omnia corrupti, dissoluique in simplicia oportere cognoscimus. Them. in pri. phy. c. 14. col. 3.

Naturales philosophi in Ionico gymnasio maximè flourerunt, ubi naturam tantum, & naturalia docebant. Pfellus in primo physicorum c. 1.

Naturales philosophi illi non sunt, qui motum auferunt. Sim. in pri. phys. c. 12. col. 2.

Naturalis cognoscit composita naturalia, non secundum materiam, sed secundum formam. Sim. in 2. physicor. text. 21. ch. 105. col. 2.

Naturali necesse est quærere de motu, continuo, loco, tpe, infinito, & vacuo. Sim. in 2. phy. c. 139. col. 1.

Naturali cõuenit a motibus inuenire res naturales. Sim. in 4. phy. ex proœm. c. 101. col. 2.

Naturalis de motu differere debet, cum sit ipsa natura motus initium. Simplic. in quarto physicorum, te. 96. char. 253. col. 1.

Naturalis scientia sine principiorum cognitione esse non potest. Ioannes grammaticus in primo physicorum chart. 3. col. 2.

Naturalis non de omni forma simpliciter disputabit, sed procedet vsque ad aliquem terminum, quatenus a materia non separatur. Ioannes grammaticus in 2. phy. tex. 26. c. 37. colum. 3.

Naturalis, etsi de separatis formis aliquando disputat; de causâ tamen immobili disputare ad illum non pertinet, sed ad Theologum. Io. gr. in 2. phy. t. 71. c. 46. c. 2.

Naturalis in calce suæ considerationis potest commemorare causas immobiles, & supra naturam. Ioan. grammaticus ibidem.

Naturalium generabilium, & corruptibilium tractatio, alia comprehendit ea, quæ consequuntur omnes res generabiles, & corruptibiles, de quibus in physicis, & in hoc libro tractatur, quædam ad quædam, quædam ad terrestria seorsum, quædam ad ea, quæ supra terram, id est quæ in sublimi fiunt, de quibus in meteoris, & terrestria quædam, ut animata, quædam, ut inanimata, de quibus in libro de metallis, & in quarto meteorum, & animata, alia sensitiua in libro de animalibus, alia non sensitiua in libro de plantis tractantur. Io. gr. in pri. de gener. & corru. ex proœmio. c. 1.

Naturalis corpora considerat, ac ipsorum species, & potentias, & inter animata anima optima est. Io. gra. in pri. de ani. te. 1. char. 6. col. 1.

Naturalis, & Logicus considerant in consideratione de differentia inter scientiam, & opinionem. Logicus quidem considerat de ipsis in cognitione veri, & falsi. Naturalis vero ex parte qua sunt duæ potētis animæ. Auer. in poster. capit. 23. te. 202. c. 198.

Naturalium scientiarum maior pars significat res posteriores apud nos. Auer. in quest. logic. q. 15. c. 377. c. 4.

Naturalis scientiæ propositum in vniuersum, cuius liber iste est vna pars, est scire causas specierum sensibilium, & causas accidentium in eis existentium. Auer. in 1. phys. ex proœmio. c. 2. col. 2.

Naturalis scientia considerat de quantitibus, ut sunt fines corporis naturalis. Auer. in 3. physic. tex. 24. ch. 45. colum. 2.

Naturalis perscrutationis principium est præponere sermones dialecticos sermonibus demonstratiuis. Auer. in 4. phy. te. 51. c. 79. col. 1.

Naturalis ponit naturam, quasi pro fundamento. Auer. in octauo phys. te. 23. c. 163. col. 1.

Naturalis experitur probare omne continuum esse diuisibile, licet Geometer hoc supponat. Auer. in prim. de celo tex. 4. c. 3. col. 2.

Naturales ponunt naturam esse, & naturalia, quasi hoc notum sit per se. Auer. 2. de celo tex. 83. char. 72. colum. 1.

Naturalis res sensui apparentes supponere debet in quo libet genere animatorum, vel in eorum specie, & de his inuestigare quatuor causas. Auer. de partibus ani. prim. cap. pri. c. 64. col. 2.

Naturalis differt a mathematica, quia in mathematica eadem, & nobis, & nature nota sunt, in naturali autem contra. Auer. pri. de ani. te. 10. c. 100. col. 1.

Naturales primi in Italia fuerunt, Anaxagoras, Empedocles, & Democritus. Auer. in 1. metaph. t. co. 5. c. 4.

Naturalis philosophia considerat quandam partem entis scilicet ens mobile, & de accidentibus essentialibus eiusdem secundum quod est immobile, & de motu. Auer. in 4. metaph. te. com. 1. c. 30.

Naturalis scientia non considerat de primo ente, quod est prius esse, nobilitate, & causalitate. Auer. in quarto metaph. te. com. 7. c. 34.

Naturalis consideratio est de formis prima intentione, & de materia propter formam. Auer. in 6. metaph. sum. 1. tex. com. 2. c. 69.

Naturalis est speculatiua, cum in eius definitione appareat natura, & in operatiuis, voluntas. Auer. ibidem.

Naturalis non probat substantias abstractas esse. Auer. in 12. metaph. te. com. 5. c. 138.

Naturalis rei principia non demonstrantur in scientia, naturali, nisi per res posteriores. Auer. ibidem.

Naturalis considerat de substantia mobili quærendo principia eius a posteriori ad prius. Auer. ibid. t. co. 6.

Naturalis causas materiales, & mouentes substantiæ sensibilis dare debet, formales autem, & finales non potest sed primus philosophus eas dat. Auer. ibidem.

Naturalis corporum naturas, ac passiones declarat. Boethius in Porphir. ex dial. char. 2.

Naturalis, qui contemplatur naturalia ut naturalis, miracula Dei non pertinet ad illum contemplari. Alb. magnus in primo de gener. & cor. tract. prim. cap. 22. chart. 62. colum. 3.

Naturalis solus omnes causas, efficientem, formalem, materialem, & finalem considerat. Albertus magnus in primo physicor. tr. 1. c. 5. c. 2. col. 4.

Naturalis scientiæ proprius est processus cognitionis, qui procedit a simplici indistincto ad compositum distinctum, & nullius alterius scientiæ est hic processus, quia nulla alia hoc modo accipit vniuersale pro confuso secundum esse in particulari, nisi ipsa. Albertus magnus in primo phy. tractat. 1. capit. 6. c. 3. c. 3.

Naturalis philosophus non debet in naturalibus inquire, qualiter Deus opifex secundum liberam voluntatem creatis ab ipso vtatur ad miraculum, quo declarat potentiam suam, sed potius in rebus naturalibus, quid secundum causas nature inflitas naturaliter fieri possit. Albertus magnus in prim. de celo tract. 4. cap. 10. char. 23. colum. 1.

Naturalis consideratio spectat primo, & principaliter esse, quod habet in materia. Albertus mag. in quarto meteor. tra. 1. cap. 2. ch. 116. col. 4.

Naturalis non considerat materiam solam, sed si considerat materiam, illa erit huius physicæ formæ materia, & ideo materia, ut concipitur a forma nomine, & ratione erit principium cognitionis, & non per se. Albertus mag. in pri. de ani. tract. 1. cap. 8. ch. 3. col. 4.

Naturalia a mathematicis differunt, quia naturalia concepta sunt per materiam sensibilem cum materia mobili, & sensibili. Albert. magnus 1. de intel. & intellig. tract. 2. cap. 5. chart. 52. col. 4.

Naturalis considerare debet prima principia, & causas sanitatis, & infirmitatis, quia vitæ, cum principia considerat, & sanitas, & infirmitas solum viuus accidit, illorum ergo principia considerare debet. Alb. magn. de sen. & sen. tract. 1. cap. 1. char. 2. col. 1.

Naturalia in mathematicis fundantur, & mathematica in diuinis, ut causa tertia fundatur in secunda, & secunda in prima, & ideo principia naturalium mathematica esse falsum est Platonis dictum. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 56. col. 2.

Naturales speculationes gratas habent, quorum medullorum, & bene purum est organum sensus, cum spiritu lucido non commixto, & non pigro per frigidum congelans, & organum imaginationis consequenter erit non bene tenens figuras, & intellectus est reflexus ab subiectum. Albertus magnus in 1. metaphysic. tr. pri. cap. 1. chart. 57. col. 3.

Naturalis demonstrat per omnes causas. D. Tho. in pri. physicor. lec. 1. tex. 1. chart. 11. col. 3.

Naturalis intantum considerat formam, inquantum habet esse in materia. Diuus Thom. in 2. physic. l. 4. tex. 26. chart. 20. col. 2.

Naturalis consideratio se extendit vsque ad animam rationalem. D. Th. in 2. physicor. l. 4. text. 26. ch. 20. c. 2.

Naturalem scientiam, qui despicit, seipsum despicit. Diuus Thomas in quar. meteorol. ex digres. de color. lec. prim. chart. 214.

Naturam considerare volentes, motum considerare oportet, quia natura per motum definitur. D. Thom. de animal. mot. lec. 1. chart. 46. col. 1.

Naturalis esset prima scientia, si non esset aliqua alia scientia præter physicam. Alex. de ales in 6. metaph. text. 3. chart. 172. col. 4.

Natura, ut ad propositiones pertinet.

Naturam cognoscere est in prima figura medium conuerti, cum primo extremo; supergredi vero tertium, & non conuerti. Arist. prior. l. 2. cap. 28. ch. 293.

Naturæ studiosi ostendentes per primam figuram ostendunt. Ioannes gramat. in 2. prior. cap. 28. ch. 88. col. 4.

Naturæ corruptibilium secundum se sumptæ, de quibus fiunt demonstrationes, duobus modis esse incorruptibiles, & per petuas intelliguntur, primo positivè, & sic nunquam desinunt esse in rerum natura; alio modo negatiue, & sic abstrahuntur a corruptione, & a temporum differentijs. Thom. de Vio in posterior. chart. 124. columna 2.

Nautilus (ut ait Plinius) est belua marina valde mirabilis, hæc enim in superficiem maris superuenit, & se exonerat, emissa per fistulam aqua, ut facilius nauiget: postea duo prima retorquet brachia, & inter ea extendit membranâ nimis tenuitatis: cæteri autem brachijs subremigat, & in medio se cauda gubernat, & sic ad auras liberas nauigat. Albert. magn. de ani. l. 24. cap. prim. chart. 198. col. 3.

Naues in fluuijs submerguntur fere eodem pōdere quo nauigant in mari. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 3. ch. 507.

Nauigia onustiora in portu, quam in alto esse videntur; celerius etiam de alto in terram veniunt, quâ de terra in altum prouehuntur, quia plus aquæ quam minus reniti, validius potest; pauca enim oppressa onere redit, ut demergi necesse sit, multa contra repellit; vis enim ea est aquæ, ut sursum versus compellat inferius, & ut in portu parum maris est, sic in alto multum. Arist. proble. sec. 23. nu. 2. chart. 553.

Nauigia cum cursu peragunt in mari quieto, cur repente absorbentur, & tota ita pereunt, ut ne naufragium quidem fluitans vsquam appareat? quia cum locus cauernosus terræ subditæ mari dirumpitur, simul in mari nauigia introrumpuntur, introrsumque spiritus impetu trahuntur, & cum impulsu pari circumundique agitentur, deorsum ferantur necesse est. Arist. problem. sec. 23. nu. 5. chart. 555.

Nauem maxime mouent remiges, qui in ipsius medio sunt, quia remus vectis est, hypomoclion autem fit scalmus, pondus mare est, quod propellit remus, remus est vectem mouens, & semper plus mouet, quāto magis distat ab hypomoclio, & q in medio ē nauis maxime distat, & vbi plurimum maris diuidit remus, eo maxime propelli necesse est; plurimum autem diuidit, vbi pars plurima remi a scalmo est, & ob id remiges, qui sunt in medio nauis, maxime mouent nauem. Arist. q. mechan. nu. 4. char. 783.

Nauigare ex puppi volentes, cur non flante ex puppi vento, vel quidem partem, quæ ad gubernatorem vergit, constringunt, illam vero, quæ ad proram versus est pedem facientes relaxant? quia retrahere multo existente vento gubernaculum non potest, pauco potest, quem constringunt. Propellit igitur ventus; in puppim vero illum constituit gubernaculum retrahens, & mare compellens, simul & nautæ ipsi cū vento contendunt; in contrariam enim se inclinant partem. Arist. q. mec. num. 7. ch. 786.

Nauis inscripta lapidi cum velo alto, & extenso securū reddit in negociatione. Alb. mag. in 2. de miner. ex tr. 3. cap. 5. ch. 143. col. 2.

Nauta mouet nauem per speciem intellectiuam, quæ est in scientia gubernandi. Albert. mag. in 2. de ani. tr. 1. cap. 4. chart. 14. col. 1.

Nebula ē exspiratio rosida, aquæ nequaquā genitrix, ut aere crassior est, sic ipsa nube rarior; gignitur, vel ex nubis primordijs rarefcentibus, vel ex reliquijs nubis. huius aduersaria est serenitas. Aristot. de mundo, capite 3. chart. 815.

Nebula fit ex reliquijs vaporis roris, & vaporis nubis. Alb. mag. in 2. meteor. trac. 1. cap. 4. ch. 95. col. 3.

Nebula est ex reliquijs vaporis roridi, & pluuiosi, est tamen inferius propter frigus noctis, quia in nocte resoluitur vapor in rorem, & frigus, quod alias partes vaporis

vaporis resoluunt, quæ ubiq; penetrant nebulam, & generauerunt ad descendendum. Alb. mag. in 2. meteor. trac. 1. ca. 4. c. 95. col. 3.
Nebula magis est signum serenitatis, quam pluuie, quia est quasi nubes sterilis, & sine pluuia. Diuus Thomas pri. meteor. l. 14. c. 50.

Necessarium quot dicitur modis.

Necessitas duplex, alia secundum naturam, quæ est ex vi naturæ, alia secundum causam mouentem. Aristot. poster. lib. 2. ca. 11. tex. 12. ch. 3. 11.
Necessitas alias ita significat, vt si res, cuius gratia futura sit hæc haberi necesse est, alia ita, vt sic se habeant, aptaq; sua natura ita sint. Aristot. de partib. animal. l. 1. cap. 1. char. 409.
Necessarium duplex, violentum, & immutabile. Aristot. metaph. sum. 2. ca. 1. tex. 5. ch. 122.
Necessarium multiplex, vel quod est violentum, vel quod est finis, sine quo res non potest bene se habere, vel quod aliter se habere nequit. Aristot. 2. metaph. sum. 2. ca. 2. tex. 38. ch. 253.
Necessarium aliud simpliciter, aliud ex suppositione. Alex. & Eustrat. in 2. poster. ch. 59. col. 2.
Necessitas alia secundum naturam, alia præter naturam est. Alex. & Eustrat. in 2. poster. ch. 64. col. 2.
Necessarium a philosophis duobus capitur modis, vel vt vtile, vel quod aliter fieri nequit. Ammon. in Por. tex. 1. cap. 1. col. 1.
Necessarium, vel propter se optatur, vel propter aliud. Ammon. in Por. c. 1. col. 4.
Necessarium duplex, aliud quod semper inest subiecto, ac sine ipso subiectum constare nequit, vt ex necessitate Solem oriri; aliud quod inest vsque dum prædicatum ab eo, cui hoc euenit, fuerit prædicatum, vt ex necessitate ab umbra, uel nube Sol obscuratur. Ammon. in lib. de interpr. c. 83.
Necessarium duplex, aliud absolutum, & proprie necessarium, vt cælum moueri, aliud ex subiectione, quod proptie non est necessarium, sed æquale ei, quod inest. Magen. in prior. ch. 15. col. 3.
Necessarium tribus dicitur modis, uel vt omnino, vt cū Deum iustum esse dicimus, vel vsque dum subiectum fit, vt Socratem respirare, vel donec dicatur, vt Socratem lauare. Magen. in lib. de interpr. c. 19.
Necessarium quatuor dicitur modis, quod semper est, vt Deus bonus, aut quod futurum est, vt in æternis Solem in ariete fore, vel quod semper est, & subiicitur, vt Socratem respirare, dum existit, vel quod quandoque est, quandoque non, quoad subiectum fuerit, ut Socratem ambulare, cum etiam non ambulare possit. Magen. in lib. de interpr. ch. 21.
Necessarium triplex: primum coactum, secundum id, sine quo res non bene se habet; tertium id, quod aliter se habere non potest, ex quo cælum, & natura pendet. Themist. in metaph. ch. 14.
Necessitas duplex: alia diuina, qua necesse est Deum bonum esse, & animas immixtas nunquam in mala incidere, alia violenta, qua, & mali urgentur ob legem non errare. Simplicius in sexto phys. tex. 16. ch. 336.
Necessarium duplex: alterum proprie, alterum ex suppositione, quod dupliciter est: nam aliud est dum fuerit subiectum, vt Socrates animal dum est Socrates, aliud dum est prædicatum, vt sedentem sedere. Ioan. gram. in prior. ca. 9. ch. 26. col. 3.
Necessarium duplex, per rerum naturam, & per consequentiam. Ioannes gramm. in prim. poster. cap. 6. ch. 16. colum. 4.
Necessarium duplex, in impetum secundum naturam, & motum, & in violentiam præter impetum, & in motum præter naturam. Ioan. gram. in 2. poster. cap. 11.

char. 65. colum. 4.
Necessarium, alia sunt necessaria per se, alia per accidens, & necessaria per accidens sunt possibilis per se, at necessaria per se non sunt possibilis, nisi per accidens. Auer. in poster. l. 1. tex. co. 44. ch. 143.
Necessarium duplex, aliud ex se, aliud ex alio, quod tamen est possibile ex se. Auerroes de substan. orbis. ca. 3. c. 5. colum. 3.
Necessitatis duplex est modus: alius, qui cum alicuius accidentis necessitate proponitur: alius, qui in simplici prædicatione profertur, & primus modus secundum non trahit. Boet. in lib. de interpr. c. 376.
Necessarium duplex, inuitabile, & vtile. Alb. magnus in præd. c. 5. col. 1.
Necessitas duplex alia rei, qua res in se necessaria est, eo quod habet causam necessariam; alia est necessitas positionis, quæ est ex aliqua determinatione. Alb. mag. in perher. ch. 88. col. 2.
Necessario inesse duobus dicitur modis, primo cum id, quod inesse dicitur, non potest non inesse, quia id, quod inest substantiale dat ei, cui inest, quomodo, quod necessario inest per se, inest; alio modo, quod semper inest ei, cui inest, non tamen ei dat esse, per hoc, quod ipse inest, & non obstantem naturam eius, cui inest, potest esse sine ipso. Albertus magnus in poster. char. 179. columna 2.
Necessitas duplex, vna ex simplici inherencia prædicati; alia est ex causa necessitatis, quæ est in subiecto, vel prædicato, & hæc est per se. Albertus mag. in poster. char. 182. col. 2.
Necessitas est duobus modis: prima naturæ, vt necessitas materiæ, alia violentia, vt lapis sursum. Alb. mag. in poster. ch. 212. col. 2.
Necesse dupliciter dicitur, primo, quod suum esse non debet alii, & est sine omni dependentia ad aliud, & sic non est necesse, nisi prima causa. secundo id, quod non potest non esse, & cuius causa nunquam fuit secundum actum extra ipsum, causa scilicet essentialis, forma, & materia, & sic cælum, & immortalia cetera sunt necesse esse. Albertus magn. in 8. phy. tr. 4. cap. 5. c. 107. col. 4.
Necessarium etsi multis dicitur modis, tamen ad tria restringitur. Primum sine hypothese, vt cum ambulans necesse est ambulare. Secundum causa, vt si cum Luna interponitur inter visus nostros, & Solem, necesse est Solem eclipsari. Tertium, quod sic est necessarium esse, quod in nulla parte sui est possibile, vel contingens. Alb. mag. de cau. & proce. vnuer. a pri. cau. l. 1. trac. 1. ca. 9. c. 189. col. 1.
Necessarium quatuor modis dicitur: primo sine quo non contingit esse, vel fieri rem, vt animali necessarium est respirare: secundo sine quo bonum esse non contingit, & malum expellere, vt pharmacum bibere: tertio, quod vim facit, vt si quis coactus facit aliquid, quod consideratur in morali scientia: quarto est, quod non contingit aliter se habere. Alber. magnus de ani. l. 1. tra. 1. ca. 3. ch. 98. col. 1.
Necessitas est duplex, alia simpliciter, alia suppositio- nis. Albertus magnus ethic. l. 1. trac. 7. cap. 11. ch. 22. columna 2.
Necessarium, quod habet necessitatem ab eo, quod est posterius in esse, est necessarium cum conditione, vel suppositione. D. Thom. in secundo phys. lec. 15. tex. 87. c. 30. col. 1.
Necessarium tribus modis diuiditur, vno per violentiam, quia non potest non accidere propter impetum inferentis violentiam, alio modo sine quo non est aliquid bene. tertio, quod non conuenit aliter, & aliter se habere. Diuus Tho. in 11. metaph. lec. 7. tex. 88. c. 869.
Necessarium triplex: in separatis a materia est simpliciter: in mobilibus, sed incorruptilibus est regulari- ter:

ter: in mobilibus, & corruptilibus est vt in pluribus. Thom. de Vio in post. char. 116. col. 1.

Necessarium quid est.

Necessarium in rebus naturalibus est id, quod, vt materia dicitur, & motiones eius. Arist. phy. 2. cap. 4. text. 90. chart. 52.
Necessaria omnia inuitabilia sunt, & cogunt hominem, ac tristabilia sunt, quia contraria sunt motui iuxta propriam voluntatem. Aristoteles 5. metaphysicor. capit. 5. text. 6. chart. 90.
Necessarium id dicitur, quod non contingit aliter se habere. Aristot. 5. metaph. ex sum. 2. cap. 5. tex. 6. ch. 90.
Necessarium dicitur illud, sine quo non contingit esse, nec rem viuere, nec habere esse completum, quasi illo existente concussa illius, vt respirare, & cibus animalibus, & sine quo non contingit bonum acquirere, vel habere, vel malum expellere, & actio, vel passio violenta. Aristot. 8. metaph. cap. 5. tex. 6. char. 90.
Necessaria sunt, quæ, vt fiant, arbitrij nostri non est, sed tanquam ex diuina quadam, aut humana necessitate omnino fiunt. Ari. rhet. ad Alex. cap. 1. ch. 182.
Necessaria omnis res molesta est, vt ait Euenus. Aristot. moral. eud. 2. cap. 8. chart. 395.
Necessitatem vocamus principium, quod foris est præter naturalem impetum, siue moueat, siue motum impediatur. Aristot. moral. eud. 2. cap. 9. chart. 399.
Necessarium sempiternum est, & eorum, quæ simili modo semper se habent. Alexand. aphrod. in 1. prior. cap. 12. chart. 27. col. 3.
Necessarium maxime omnium definitum est, secundo loco id, quod plerumque euenit, definitum est. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 12. ch. 27. col. 4.
Necessarium cum sit quasi linea porrecta ab omni tempore in omne tempus, contingens ex sectione eius exoritur. si in æqualia secetur, naturale euenit, & efficitur contingens, vt plerumque, & quod raro, in quo fortuna, & casus continetur. si vero in æqualia diuiditur sit id, quod vtrolibet modo existit. Alexand. aphro. in 1. prior. cap. 12. chart. 27. col. 4.
Necessarium est, quod alicui semper, & eodem modo inest. Magent. in prior. ch. 13. col. 4.
Necessarium est immobile, mutationisque expers. Magent. in prior. chart. 16. col. 2.
Necessarij perceptio, & eius, quod inest contingenti simplicior est. Magent. in prior. chart. 16. col. 3.
Necessarium est, quod ex natura sua semper eodem se habet modo. Ioan. in 1. poster. cap. 6. ch. 16. col. 1.
Necessitate quadam alicui euenire dicitur, quod supposito alio quod de necessitate sequitur. Ioan. gram. in prim. poster. cap. 6. char. 16. col. 1.
Necessitate quod sequitur, in plus est, quam necessarium. Ioan. gram. in 1. poster. cap. 6. ch. 16. col. 1.
Necessarium simpliciter est id, cui non admiscetur aliquid sui contrarij, quæ est ipsa possibilitas, & cuius posito subiecto, oportet esse & prædicatum, & posito prædicato, oportet esse subiectum. Auer. quæst. log. quæst. 11. chart. 375. col. 1.
Necessariæ actiones non ob aliud dicuntur, nisi quia necessarium est illud, quod impossibile est, at aliquid agat aliud ab actione illa propter faciens violentiam. Auer. in 5. metaph. ex sum. 1. tex. com. 6. chart. 52.
Necessarium temporale illud est, quod, cum res ita sese habet, necesse est, vt ita sit. Boet. in l. de inter. ch. 248.
Necessaria sunt ea, quæ actu sunt. Boethius in l. de inter. chart. 281.
Necessarium est id, quod semper est in actu. Boethius in lib. de inter. 427.
Necessarium est, quod est, vt dicitur, ac aliter esse non potest. Boet. de dif. topic. l. 2. char. 861.

Necesse est in contradictorijs alterum esse verum necessitate disjunctionis, & non necessitate disjunctorum. Alb. magn. in perher. chart. 88. col. 2.
Necessaria sunt supra tempus, & semper vera, & nunc & semper. Alb. mag. in poster. chart. 178. col. 2.
Necessitas in disciplinis est a priori, in naturalibus a posteriori. D. Tho. in poster. chart. 76. col. 2.
Necessarium dicitur illud, quod in sui natura habet, quod non possit non esse. Diuus Thomas in secundo phys. l. 8. tex. 48. char. 23. col. 4.
Necessitas, quæ dependet ex causis prioribus, est necessitas absoluta, nec non, quæ dependet ex causa formali, & ex causa efficiete. Diuus Thomas in secundo phys. l. 15. tex. 87. chart. 30. col. 1.
Necessitas est quidam modus causæ. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 1. char. 102. col. 3.
Necessarium, est pars possibilis. Thom. de Vio. in perher. char. 32. col. 2.

Necessitas in quibus est, & quid sequitur.

Necessitate omnia non fiunt, sed alia vtrolibet contingit. Aristot. perher. l. 1. cap. ch. 127.
Necessaria sunt, quæ in eo, quod quid est prædicantur, & vniuersalia necessaria sunt. Aristot. poster. l. 2. capit. 13. tex. 16. chart. 374.
Necessarium quodammodo eodem modo est in disciplinis, & in naturalibus: nam in disciplinis cum hoc rectum est, necesse est, & triangulum duobus rectis æquales habere, sed non, si hoc est illud est, sed si hoc non est, neque illud rectum est. in his vero, quæ propter aliquid fiunt e contrario, si finis erit, aut est, & id, quod est ante, erit, aut est, si non, nec illud. Aristot. phys. 2. cap. 4. tex. 89. chart. 52.
Necessitas æternis rebus inest absoluta ratione, caducis vero ex suppositione tribuitur. Aristot. de partib. anim. prim. cap. 1. char. 401.
Necessarij natura hoc significat, quod oppositum illius sit impossibile. Aristoteles 4. metaphysic. ex su. 2. cap. 2. tex. 12. chart. 69.
Necessario omnia essent, si semper posita causa necessario poneretur effectus. Aristot. 6. metaphysic. ex su. 2. cap. 1. tex. 7. chart. 123.
Necessarium nullum potentia est, prima enim sunt, & si hæc non essent, nihil vtique esset. Aristot. 9. metaph. cap. 4. tex. 17. chart. 187.
Necessitates contra naturam sunt. Aristot. rhet. pri. ch. 47.
Necessarium non est in omni, sed in extrinsecus aduenientibus. Aristot. magn. moral. l. 1. cap. 14. ch. 290.
Necessitate, quod est, semper est. Alexand. aphrod. in 3. natural. quæst. cap. 5. char. 12.
Necessitate quæ fiunt, non contingit non fieri. Alexand. aphro. de fato. cap. 6. char. 24.
Necessitate insunt ea, quæ nec actu, nec opinione separari possunt. Alex. & Eustrat. in 2. post. ch. 77. col. 1.
Necessitas non est in omnibus rebus, sed nonnulla sunt, quæ in nostra sunt potestate. Ammon. in lib. de inter. chart. 74.
Necessarium diuinis conuenit rebus, possibile generatis. Ammon. in lib. de interpr. char. 137.
Necessariam materiam id efficere dicitur, quod ita se habet, vt semper insit. Ammon. in l. de inter. ch. 49.
Necessitas omnis propter finem emergit, non autem finis, aut effectus propter necessitatem. Themist. in 2. phys. tex. 88. char. 26. col. 2.
Necessarium omnium contingentium est destructiuum. Ioan. gra. in prior. cap. 58. ch. 41. col. 2.
Necessarium proprie dicitur in sempiternis. in corruptilibus autem necessarium ex suppositione cū determinatione addimento. Ioan. gramm. in 2. post. cap. 11. chart. 65. col. 4.

Necessaria, & impossibilia non sunt in tempore. Ioan. gram. in 4. phys. char. 112. col. 3.
Necessarijs opponuntur possibilia. Auer. in primo. post. text. com. 44. chart. 143.
Necessitas ex veritate est in rebus materialibus. Auer. in 2. poster. capit. 6. text. 54. chart. 219.
Necessario omnia esse, sermo hic nullus est, & ei in metaphysica contradicitur. Auer. in physicorum secund. text. 48. chart. 32. col. 1.
Necessaria, multas habent causas. Auer. 8. physicorum text. 15. chart. 160. col. 1.
Necessarium omne habet causam. Auer. 2. de celo text. 33. chart. 53. columna 1.
Necessarium quocumque modo positum fuerit, omnino non est in illo possibilitas, possibile enim contradicit. Auer. ex dest. destr. disp. 5. chart. 43. col. 4.
Necessarium, & necessitatem & utilitatem significat. Boet. in por. chart. 50.
Necessitas semper per se consideratur, utilitas ad id, quod est utile refertur. Boet. in porphy. char. 51.
Necessaria nullam ad contrariam qualitatem quam ipsa retinet, habent cognationem. Boethius in lib. de interpre. chart. 374.
Necessaria ex propria considerantur natura, probabilia plurimorum expectant iudicium. Boethius in topic. cic. l. 2. chart. 787.
Necessarijs non necessaria præferuntur, nam non necessaria sunt voluntaria. Boethius in topicorum cic. l. sexto chart. 846.
Necessarium, & non probabile, quod ut dicitur se habere, necesse est, sed facile non consentit auditor, ut de liquum solis obiecta lunaris corporis euenire. Boet. de diff. topic. l. 2. char. 862.
Necessaria, quæ non sunt, nec probabilia sunt, quæ neque in hominum opinione, neque in veritate consistunt, ut Diognem habere cornua. Boethius de diff. topicor. l. 2. char. 862.
Necessario inesse in minus est quam inesse. Alber. magn. in priora. char. 106. col. 4.
Necessaria sola, nec potentia, nec actu habent aliquid falsitatis admixtum. Alb. mag. in poster. ch. 175. col. 3.
Necessitatis tempore magis est eligendum ditari, quam philosophari. Albertus magnus in prim. metaphys. tract. 2. cap. 9. chart. 61. col. 2.
Necessitas cuiuslibet rei ordinatæ ad finem sumitur ex suo fine. D. Tho. in post. ch. 36. col. 4.
Necessarium quod aliter se habere non potest, contingit ex materia, & forma: ex materia quidem, ut si constat ex contrarijs necessario est corruptibile, vel ex forma, ut necesse est triangulum habere tres angulos. Alex. de ales in 5. metaph. text. 6. ch. 112. col. 2.
Necessarium in primo principio excludit omne possibile. Alexander de ales in 5. metaphysicorum. text. sexto chart. 113. columna 1.
Necessarium quod oritur ex causa agente, nec quod oritur ex fine, nec quod oritur ex materia, non est in sempiternis: sed si aliqua necessitas est in sempiternis, illa est, quæ oritur ex forma. Alexander de ales in quinto metaph. text. 6. chart. 113. col. 2.

Necessarium propter aliud.

Necessarium, quod propter aliud optatur, sex modis habetur: ut necessaria materia, ut homini rationis participare esse: ut quod propter aliud optamus, quantum per se fugiendum sit: ut quod propter se optandum est: ut quod propter se nec optandum, nec fugiendum, propter aliud tamen appetitur: & quod propter se, & propter aliud sequitur. Prima significatio hic liber necessarius est. Ammon in porphy. chart. 1. columna 4.

Necessaria quæ inveniuntur in rebus naturalibus, & non propter aliquid, sunt propter materiam; quæ sunt propter aliquid, sunt propter formam. Auer. in physic. 2. text. 88. chart. 39. col. 3.
Necessarium præfertur his non necessarijs, quæ non boni ratione, sed voluptatis appetitione sunt constituta. Boethius in top. Cic. lib. 6. chart. 846.

Necessarium ex suppositione.

Necessarium est ex suppositione, cum non est, ut finis in materia, quod autem est finis, est in ratione. Arist. physic. 2. cap. 4. text. 88. chart. 51.
Necessarium ex suppositione est, cum id esse asserimus necessario, cum est, & non esse, cum non est. Alexand. aphrod. in 1. phys. cap. 10. char. 24. col. 1.
Necessarium ex conditione est, ad cuius necessitatem oportet aliquid præsupponi, nec est necessarium nisi ex ipsa suppositione, & in ordine hypotheseis alicuius. Albertus magnus in 2. physicorum tract. 2. capit. 5. chart. 29. columna 1.

Necessarium, ut absolutum.

Necessitas simpliciter in celestibus corporibus inuenitur, in inferioribus necessitas ex suppositione. Ioan. gram. in 2. phys. text. 88. chart. 50. col. 4.
Necessarii entis simpliciter hæc est dispositio, ut non sit propter suam actionem, sed actio eius propter ipsum, & iste necessarius modus inuenitur in rebus æternis. Auer. in phys. 2. tract. 88. chart. 39. col. 3.
Necessarium simpliciter est, quod non indiget, ut aliquid præsumatur ad hoc, ut hoc sit necessarium, & est in sola materie aptitudine. Albertus magnus in 2. phys. tract. 2. cap. 5. ch. 29. col. 1.
Necessarium absolute differt ab alijs necessarijs, quia necessarium absolute competit rei, ut est intimum, & proximum rei, siue sit forma, siue materia, siue eius essentia: at necessarium secundum quid pendet a causa extrinseca. D. Thomas quinto metaphysicor. lib. 6. text. sexto chart. 291.

Necessarium, ut ad propositiones pertinet.

Necessarium æquiuoce contingere dicimus. Arist. 1. prior. sec. 1. cap. 11. c. 172.
Necessarium concluditur, aut ex ambabus necessarijs, aut ex priuatiua tantum. Aristoteles 1. prior. sec. 1. cap. 18. chart. 190.
Necessarium ex non necessarijs est syllogizare, ut verum ex non veris. Aristotel. prim. prior. l. prim. capit. sexto text. 17. chart. 307.
Necessario existente medio, & conclusio ex necessitate erit, ut ex veris semper verum, sed cum non ex necessitate est conclusio, nec medium necessarium est. Arist. poste. l. 1. cap. 6. text. 17. chart. 307.
Necessariorum est demonstratio, & definitio scientifica, alioquin quandoque esset scientia, & ignorantia quandoque. Aristoteles septimo metaphysic. cap. 17. text. 53. chart. 156.
Necessarium in secunda figura colligitur, vel ambabus necessarijs, vel minori necessaria negatiua comissione de contingenti, & necessario. Alex. aphro. in priora cap. 18. chart. 41. col. 1.
Necessarium latius patet, quam ratiocinatio, vniuersalisque est. Alexander aphrod. in primo prior. cap. 33. chart. 61. col. 3.
Necessariorum propositionum conclusio, ita se habet, ut earum, quæ sunt de inesse, nec in alio differunt, nisi quia istæ sunt cum modo, illæ sine modo, excepto quarto modo secunda figuræ, & quinto in tertia, quia

in ipsis cum sit minor contingens, dubia est, quæ sequatur conclusio. Ioan. gramatic. in primo prior. cap. 8. chart. 25. columna 2.
Necessaria sequitur conclusio immisione, cum maior est necessaria, quæ maior est simpliciter, & proprie necessaria, conclusio autem ex suppositione sequitur. Io. gram. in 1. prior. cap. 9. char. 26. col. 3.
Necessarium ex non necessarijs propositionibus demonstrari non potest. Ioan. grammat. in 1. prior. c. quarto chart. 10. columna 4.
Necessarium ex contingentibus concludi potest, ut verum ex falso, quod non ex propositionum natura, sed ex habitudine extremorum ad inuicem sequitur. Io. gra. in 1. post. cap. 6. char. 16. col. 1.
Necessarijs propositionibus existentibus fieri nequit, ut non sit necessaria conclusio. Ioan. grammata. in 1. post. cap. 6. chart. 16. col. 1.
Necessaria per se accipiuntur, cum prædicato primo tantum, & hoc, ut sit prædicatum necessarium subiecto, & subiectam necessarium prædicato, quod non est in prædicatione generis de specie, quia genus est necessarium speciei, species vero est ipsi possibilis, sed inuenitur in prædicatione definitionis, & differentie, & accidentium substantialium primorum. Auerroes in prim. post. text. co. 44. char. 143.
Necessaria multa per se sequuntur multa possibilia, & ob id est possibile in signis, ut propositiones eorum sint compositæ ex necessarijs, & possibilibus: sed necesse est, ut propositiones maiores sint necessarie, quia sic, & conclusio est necessaria. Auer. physicor. 7. text. 2. chart. 140. col. 3.
Necesse esse, & esse, & esse posse sequitur, non autem contra: esse autem sequitur posse esse. Boethius in lib. de interp. chart. 427.
Necessarium impossibili contraria ratione consentit. Boethius in lib. de inter. chart. 443.
Necesse esse in propositionibus dicitur, cum incoherencia prædicati cum subiecto inuitabilis est, & necessaria. Alb. mag. in perher. chart. 94. col. 1.
Necessarium necessitate consequentie in plus est, quam syllogismus. Alb. mag. in prior. char. 137. col. 1.
Necessitas propositionis duobus dicitur modis. Primo necessitate rei. Secundo necessitate coherentie subiecti cum prædicato, quæ vel immediata, vel mediata est. mediata, cum per medium essentialem substantia participat, ut Socrates animal, quia homo est animal. immediata est, cum inter subiectum, & prædicatum non est medium, per quod subiectum in sit prædicato, ut homo est animal. Alb. magn. in top. 2. capit. tertio chart. 231. col. 4.
Necessarium potest concludi ex contingente, non tamē de necessario potest haberi scientia per medium contingens. D. Tho. in post. char. 43. col. 2.
Necessarium, & contingens medio dupliciter potest inueniri primo seorsum causantia suos proprios effectus, & sic incompensabiles sunt: alio modo, & simul causantia vnicum a sensum certum, & nullo modo dubium, qui ratione medii probabilis opinatiuus ratione necessarij, scientificus est, & sic vtriusque habitus simul vnus a sensus erit opinioni, & scientie. Tho. de Vio. in 2. post. chart. 182. col. 1.
Nectar appellatur antiqui subtile resolutiuum a palude siue mari Meotide. Albertus magn. in 3. metaph. trac. 2. cap. 10. chart. 81. col. 1.

Negatio, ut se habet ad affirmationem.

Negatio simplex, & affirmatio ex transpositione differunt. Arist. 1. prior. sec. 3. capit. 42. ch. 232.
Negationes affirmationibus contemptiores sunt. Ammon in præd. chart. 32.

Negatio omnis, dempta particula negatiua, est affirmatio. Ammon. in lib. de inter. char. 23.
Negatio affirmationem continet. Ammon. in lib. de inter. chart. 33.
Negationes respondent priuationibus, affirmationes habitibus. Ammon. in lib. de inter. char. 53.
Negationes sequuntur ex affirmationibus in duabus contradictionibus simplicibus, & ex transpositione: sed ex negationibus minime affirmationes, & affirmationes nunquam de eodem simul verificantur, sed negationes contingit simul verificari de eodem, non in illis cum modo. Ioan. grammatic. in prim. prior. capit. 42. char. 65. col. 3.
Negatio per affirmationem est nota. Ioan. gram. in pri. post. cap. 21. chart. 65. col. 3.
Negatio plus tollit, quam ponat affirmatio. Alb. mag. in priora. char. 119. col. 1.
Negatio in rationibus destruit negationem. Alb. magn. in prior. char. 144. col. 3.
Negatio secundum vocem superaddit affirmationi. Diuus Tho. in perher. ch. 5. col. 4.
Negatio absoluta potest verificari tam de non ente, quæ de ente, quod est natum habere affirmationem, quam de ente, quod est natum habere, & non habet: sed in priuatione est quædam natura, vel substantia determinata, de qua dicitur priuatio. D. Thom. 4. metaph. l. 3. text. 4. char. 193.

Negatio, ut fit, & eius proprium.

Negare non est necesse in quibus interrogationibus ambiguum est, an sit verum. Aristoteles elenc. l. 2. cap. 3. chart. 614.
Negatio vtriusque extremi de medio vera est. Alexand. aphrod. in 3. metaphysicorum vel secund. lat. 4. com. 93. char. 120. col. 1.
Negatio fit negatiua particula affirmationi addita, & non cuius parti affirmatiuæ propositionis, sed nobiliori prædicato scilicet. Ammon. in l. de inter. ch. 48.
Negationes, & priuationes in eo essentia suam habent, quæ ea quæ destruantur, non sunt. Dix. in præd. ch. 34.
Negatio quod facit in ea interpretatione, qua dicimus non possibile, idem facit priuatio, cum dicit possibile. Boet. in lib. de inter. ch. 499.
Negationem, qui ponit, id, quod est, dicit esse: qui per priuationem, id, quod non est. Boethius in lib. de interp. chart. 457.
Negatio quicquid proponit, ab eo, quod est, disiungit. Boet. de diuis. l. 1. char. 642.
Negatio in singularibus non refert, an ponatur tertio adiacenti, vel prædicato. Albertus magn. in perher. chart. 90. columna 2.
Negationis causa essentialis alicuius prædicati est separatio causæ essentialis huius prædicati ab ea re, a qua negatur prædicatum. Auerroes poster. prim. cap. 13. text. 99. chart. 160.
Negatio & si nihil definiat, tamen negatio huius, vel illius approximare facit quidditati. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 9. ch. 122. col. 2.
Negationes, & Syncathegoremata non significant aliquid absolutum, sed solum habitudinem, vnius ad alterum. D. Tho. in perher. chart. 5. col. 4.
Negatio alterius rei magis de vnoquoque videtur prædicari, quam negatio propria. D. Tho. 4. metaph. l. 8. text. 15. chart. 218.

Negatio, ut in propositionibus.

Negatiua dictio in modalibus non verbo, sed modo ponenda est. Aristoteles perher. l. secundo capit. tertio chart. 138.

Negatiuæ ambæ propositiones, vel particulares, si sint ambæ, non erit syllogismus. Arist. prior. resolut. l. i. sec. i. cap. 4. chart. 154.

Negatio in propositionibus ex tertio prædicato, non prædicato, sed prædicato ponenda, vt ex affirmatiua propositione fiat negatiua. Amm. in l. de inter. c. 89.

Negatio in propositionibus cum modo addita verbo, prædicatum a subiecto disjungit: si modo, a prædicatione modus disiungitur. Boet. in l. de inter. ch. 426.

Negatio, alio modo accipitur in contrariis, alio in contradictorijs. nam in contrariis propter hoc, quod vniuersales sunt, negatio negat prædicatum materialiter respiciendo subiectum pro partibus distributis: in contradictorijs negatio formalis est, & non materialis, & negat prædicatum de subiecto secundum formam accepto. Alb. magn. in perih. ch. 95. col. 2.

Negatio, vt indeterminata, & ex transpositione.

Negatio ex infinito subiecto non habet contrariū. Mag. in lib. de inter. char. 24.

Negatio indeterminata ideo intellectu comprehendere nequit. Simp. in prædicament. chart. 24.

Negatio ex transpositione sequitur ex simplici affirmatione, & ex affirmatione secundum transpositionem sequitur simplex negatio, & non conuertitur. Io. gra. in l. prior. cap. 42. ch. 85. col. 2.

Negatio subiecto addita, infinitum reddit subiectū, determinationem autem, negationem. Boethius in lib. de inter. chart. 256.

Negationi ex infinito subiecto nihili est contrariū. Boet. in lib. inter. chart. 39.

Negatio nomini adiuncta vocē dubiam facit, quæ neque verbo, neque orationi, nec nomini connecti potest, vt non homo. Boet. ex intro. ad car. syl. ch. 560.

Negatio a nomine infinito, & priuatio differt, quia negatio cum sit extra genus, nihil ponit in infinito, cū sit in genere, & communitate entis, ens infinitum ponit, & priuatio etiam, cum in genere, sit ponit subiectum cū aptitudine, & dispositione ad habitum. Alb. magn. in perih. chart. 82. col. 3.

Negatio quid est.

Negatio, est enunciatio alicuius ab aliquo. Aristot. perih. cap. 4. chart. 122.

Negationes substantiæ, & accidentium etsi ea, quorum negationes sunt, tollunt, tamen quoniam habitudinē quandam ad substantiam habent, entia dicuntur. Alex. aphrod. in 3. metaphysicorum vel secund. latin. quart. com. 2. chart. 94. col. 1.

Negatio est, quæ aliquam rem ab aliqua re quadam separatione disiungit. Boet. in præd. ch. 197.

Negatio id tollit, quod affirmatio constituit, ac illud diuidit, quod illa conuinxit. Boet. in l. de inter. ch. 229.

Negatio est, quæ a qualibet re quamlibet re prædicando tollit. Boet. in lib. de interp. char. 332.

Negatio duplex: alia simplex, per quam dicimus, quod hoc non inest illi; alia in genere, per quam aliquid nō absolute negatur, sed infra motus alicuius generis. D. Thom. 4. metaph. l. 3. tex. 4. chart. 193.

Negatio, vt differt a priuatione.

Negatio, & priuatio differunt, quia negatio est absentia negati, priuatio vero est ablatio a natura terminata. Aristoteles quarto metaphysicorum ex sum. 2. cap. 2. text. 4. chart. 62.

Negatio, vel priuatio non est ens naturæ, sed rationis. D. Tho. 4. metaph. l. 2. tex. 3. char. 191.

Negatio, & priuatio conueniunt, quia illud idem, quod

negatur per negationem, negatur etiam per priuationem. differunt vero, quia priuatio addit supra negationem vnam differentiam, quia quod negatur a negatione potest dici de ente, & non ente, quod negatur a priuatione negatur tantum ab ente. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 4. ch. 79. col. 2.

Negatio differt a priuatione, quia negatio nō determinat sibi subiectum, priuatio vero determinat subiectum. Alexander de ales in quinto metaphysic. te. 17. chart. 172. column. 1.

Negatio ut vniuersalis, particularis, & necessaria.

Negatiuum vniuersale per primam, & mediam figuram ostenditur: per primam vno modo, per mediam duobus monstratur. Aristot. l. prior. sectio. pri. cap. 27. chart. 204.

Negatiuum particulare per omnes figuras monstratur; in prima vno modo, in secunda duobus, in tertia tribus. Arist. l. prior. sectio 1. cap. 26. ch. 204.

Negatio vniuersalis recipitur in se ipsam. Alexand. aphro. in l. prior. cap. 2. ch. 7. col. 2.

Negatio necessaria differt a negatione necessarij, nam negatio necessaria est, cum non solum modum, sed & propositionem evertit: necessarij negatio est, cū modus tantum tollitur. Ioan. grammat. in prior. cap. ter. chart. 10. column. 3.

Negatio vniuersalis est, in qua vniuersale vniuersaliter prædicatur negatiue. Boc. in l. de in. edit. l. ch. 234.

Negocia circa rem familiarem qui agere vult, locorum, in quibus negocia sunt gerenda, imperitum esse non oportet; & suapte natura solertem, & industrium, & ipso vitæ proposito strenuum, & iustum esse oportet: quod si aliquid horū defuerit, in eo negotio multa peccata committet. Arist. econom. 2. ch. 801.

Negociari est aliquid actu ac negotio agere, non lucrū, sed actum. Boet. in l. de interp. ch. 369.

Negocium est, factum, vel dictū peritona propter quod in iudiciū vocatur. Boet. de diffe. top. l. 4. ch. 884.

Neomo est belua, quæ fetas pro pilis habet, & hæc odore cibum conuenientem a venenoso distinguit, serpentes persequitur, quæ quando cum aspide pugnat, caudam erigit, quam aspis quasi in inacein obseruat, & ad vim suam cum ea transfert aspidem deceptam. Alber. mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. ch. 183. col. 2.

Nepa est avis longi rostri, in dorso colorem perdicis habet, in ventre Nisi; rostrum molli insigit luto, & cibum vermū requirit, in die quiescit, in aurora volat. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 24. ch. 194. col. 2.

Nereides, vt ait Plinius, sunt, marina, & aliquid formā humanam prætententia, & cum mori oportet plangunt, & eiulant ita, vt ab incolis audiantur. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. chart. 32. col. 3.

Neruus quid est, & eius principium.

Neruum origo in corde est, neruulos enim ampliore ventriculo continet, & vena aorta neruosa est, & quidem eius postrema neruo constant, cum intus nullo cauo distinguantur. Aristoteles de historia anim. 3. cap. 5. chart. 83.

Nerui passim deducti, ac distracti, ad artus, & flexus ossium applicantur, & si eorum natura continua esset, late in corporibus extenuatis continentia omnium pateret. Arist. de histor. ani. 3. cap. 5. char. 83.

Nerui circa se habent humorem mucoris similem albidū, glutinosum, quo ipsos neruos, & ali, & nasci certum est. Arist. de hist. ani. 3. cap. 5. ch. 84.

Nerui, & ossa, calore interiore conficiuntur siccescente humore, ideo ab igne resolui ossa non possunt. Arist. de genere. ani. 2. cap. 4. chart. 169.

Neruis

Neruis vires omnes continentur, ideo cum ætate florēt robustiores fiunt. Ari. de gen. ani. 5. c. 7. char. 285.

Neruus natura siccus est, & multum meatum habet humectum. Arist. de spiritu cap. 4. c. 905.

Neruos e mucro illis adhærente ali affirmamus. Arist. de spiritu cap. 4. c. 906.

Nerui cū iudæ a cerebro, & dorsi medulla in partes membrorum omnes transmittantur, cur varia prouenire solent? qm̄ actio, nō solū rōne essentia, sed et structura variatur. Ale. aphr. prob. nu. 73. c. 757.

Neruus conspectorius perforatus porrigitur. Ale. aphr. prob. 2. ibidem.

Nerui a corde, vt etiā, & venæ, vt a sua origine hñt principium. Michael. eph. de ani. motu. c. 51. c. 3.

Neruos & venas fieri ait Galenus ex spermate muliebri reliqua membra, ex sanguine menstruo. Auerro. l. de gen. anim. c. 20. c. 215. col. 4.

Nerui, & membra phlegmatica, & viscosa sunt ex spermate, conuenientius componi dici potest reliqua ex sanguine, quam quod ait Galenus. Auerr. pri. de gen. anim. c. 20. c. 116. col. 1.

Neruus est a quo diffunditur sensus, & motus per totū corpus a cerebro vel vicario eius, qui est nucha, descendens per spondylos colli, & dorsi. Alb. magn. in l. de gen. & cor. tr. 3. c. 8. c. 65. col. 3.

Nerui, & venæ a corde deriuantur. Alb. magn. de motibus ani. l. i. tr. 2. c. 3. c. 43. col. 2.

Neruum substantia venit ex corde, & ducta ad caput ibi diuiditur ex tela cerebri in neruos sensibiles, & motiuis. Alb. mag. de spir. & resp. l. i. t. 2. c. 1. c. 55. c. 2.

Neruus est, per quem diffunditur sensus motus, qui oportet, vt sit viscosus, aliquantulum durus propter extensionem, qua oportet extēdi per corpus, quod vndique indiget sensu, & motu, & flexibilis esse debet propter facilitatem incuruationis, & extensionis. Alb. mag. de ani. l. i. tr. 2. c. 1. char. 6. col. 2.

Neruus est instrumentum virtutis motiue in motu voluntario cuiuscunque membri. Alb. mag. de animal. l. i. tr. 2. c. 14. c. 14. col. 1.

Neruus opticus, qui est retro oculum, tenetur ab vno musculo, & quando ille laxatur, egreditur, & prominet oculus, & huius principium est neruicum, & tamen sunt, qui duos dicunt esse, & quidam tres. Alber. magn. de ani. l. i. tr. 2. c. 14. c. 14. c. 1.

Neruus est substantia viscosa a cerebro directa per corpus, vt per ipsum sensum, & motum largiatur corpori. Alb. mag. de ani. l. i. tr. 2. c. 18. c. 16. col. 2.

Nerui omnes a cerebro diuiduntur, illuc enim omnes proueniunt ad pellem, quæ cerebrum circumdat, & in ipsam suis diuisionibus diuiduntur, inferius tamen ortus est a corde per substantiam neruosam, quæ a corde peruenit ad cerebrum, ex qua cerebri paniculi generantur secundum Arist. Alb. mag. de anima. l. i. tra. 2. c. 18. c. 16. col. 3.

Neruum principium diuisionis cerebrū esse duobus sit modis, quorundam enim principium est ipsa substantia cerebri, & quorundam mediante nucha, quæ a capite per spondylos descendit, ab ipso enim cerebro non oriuntur nerui, nisi qui in parte capitis, & faciei descendunt, & in viscera illis motum, & sensum tributentia, ceteri a nucha oriuntur. Alb. mag. de ani. l. i. tr. 2. c. 18. c. 16. col. 3.

Nerui a cerebro quatuordecim oriuntur, idest paria septem, quorum Primum est, quod oritur in loco, & vbi extremitas nasi est, vocatur colatorium, & ibi est cerebri extremitas duabus papulis mammillarum similis, vbi est virtus odoratiua, & in illo fundo illius ventriculi duarum papularum oritur hoc neruorum par, & statim ortus in parte dextra, tendit in sinistra, & qui in sinistra est ortus tendit in dextram, & in medio ad angulum acutum se interfecant, & post sectionem

nem vnusquisque in priorem partem, a qua exierat redit dextram scilicet, & sinistram, & amplectuntur oculos, & sunt concaui, & optici dicuntur, vel visui, & sensitiuum est hoc par. Secundum par oritur parū posterius iusto a cerebri parte anteriori, sed statim vertitur ad syluestre capitis, & descendit per orbitam oculi, & diffunditur in oculi musculis, & est motiuum hoc par. Tertium par oritur a termino communi primæ partis, & posterioris partis cerebri iuxta fundum eius, & cum quarto pari iuxta exitum aliquantulum permiscetur, & ab ipso separatim in quatuor ramos diuiditur, quorum vnus vadit, ad diaphragma, & diuiditur in visceribus, quæ sub diaphragmate sunt: alius per foramen temporis egreditur, & continuatur cum neruo quinti partis. tertius in foramen orbitæ ascendit, & postea in tres sectiones diuiditur, quarum vna ad partem lachrymalis declinat, & ad musculum temporum, & masticatiuum, & supercilij, & frontis, & palpebræ vadit, alia sectio in nasum spargitur: tertia descendit in osse maxillæ, & in duos diuiditur, quorum vnus spargitur in dentibus, alter in cute maxillæ, & extremitatibus nasi, & labij. Quartus vero ramus ad linguam vadit, & ei gustus sensum tribuit. Quartus origo est post tertium, sed magis declinat ad ventrem cerebri, & vadit ad palatum, & dat ei sensū. Quinti partis origo est a duobus cerebri lateribus, & vadit ad panniculum auditus. Sexti partis origo est vna cum origine quinti, & cum illo ita est alligatum, vt si vnus neruus esset, & postea in tres partes diuiditur quarum vna ad gulæ musculos tendit, alia ad spatulæ musculos, tertia ad viscera descendit, & venæ subbeticæ est annexa. Septimi partis origo est a termino communi inter cerebrum, & tunicam, & spargitur in ter peltalem, & os laudæ. Alb. mag. de anim. l. i. tra. 2. cap. 18. c. 16. col. 3.

Nerui qui ex nucha oriuntur, qui per colli spondylos vadunt. 8. sunt paria. Primum ex primis foraminibus oritur, & spargitur in capitis musculis, & sunt minuti nerui ob loci angustiam. Secundum par oritur inter spondylum primum, & secundum per foramina, quæ sunt inter ea, spargitur inter aures, & in colli posterioribus, ad musculum latum. Paris tertij origo est a foraminibus inter secundum, & tertium, & in duos ramos diuiditur, vnum spargitur in musculis ibi iacentibus, & maxime in mouentibus caput, & collum, & reflectuntur ad aures, & in bestijs eos aurium musculos mouent. alter ramus ad interiora vadit donec ad musculum latum peruenerit, & cum musculis temporum miscetur. Quartus partis origo est inter tertium, & quartū spondylū, & diuiditur in partem antecedentem, & subsequenter, sed antecedens pars est parua: ideo cū quinto pari miscetur, & mittit ramos musculis, inter caput, & collū existētib, donec ad interiora vadit reflectendo, & cū musculis maxillæ, & aurium continuatur. Quinti partis ortus est a foraminibus inter quartū, & quintū spondylū, & in duos diuidit ramos: vnus venit ad maxillas, & ad musculos caput anteriorius curuantes: secundus ramus ad spatulæ supremū pertingit, & penetrat ad mediū diaphragmatis. Sextū par, septimū, & octauū, secundum ordinem a reliquis foraminibus oritur, & circumcirca dilatantur per partes ibi vicinas. Alb. mag. ibidem. col. 2.

Nerui orientes a spondylis pectoris, sunt paria tria: vnū inter primū, & secundū spondylū, quod in duas diuiditur partes. maior in omnibus musculis costarum diuidit, & quod remanet per primas costas extenditur. par secundum a foramine progreditur, quod dictum foramen sequitur, cuius par adiutorij tendit superficem dās ei sensū, & residuū cū alijs aggregatur in spatula qui in spondylis falsarum nascuntur ad musculos vadunt, qui sunt inter costas, & ad musculos ventris. Alb.

Alb. mag. de anim. li. 1. tra. 2. cap. 19. char. 17. colum. 3. Neruorum paria a spondyliis 31. oriuntur, & vnus solus neruus a summitate ossis laudæ oritur, qui additi neruis, capiti, & alijs in homine orientibus sunt omnes. 77. Alb. mag. ibid. col. 2.

Neruum in aliqua parte esse siccum, & durum, & in aliqua parte humidum, & molle nõ pbat eũ oriri a sicco, vel humido, nisi prius dare principiu formæ ista nõ esse vnũ solũ operans, sed anima est, q̄ omnia ista per virtutẽ formatiuã format in corpore, & hæc nõ operatur vnũ, sed multa: nec p vnũ, sed per multa, iõ opus vnũ, & idẽ suũ indurat, & mollificat in diuersis partibus, s̄m indigentiam eorum, quæ producere intendit. Alber. magn. de anim. l. 7. tract. 1. c. 4. char. 37. col. 3.

Neruos a cerebro oriri, quia q̄dã non descendũt ad cor, & q̄dã ad cor tendunt, non est certũ signũ, quia possimus dicere, quod neruus, qui est inter cor, & cerebrũ, est sicut stipes neruorum, & qui a cerebro descendũt, sunt rami reflexi versus suam originem. Alb. magn. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 4. ch. 37. col. 3.

Neruos non dicimus nasci ex ipsa cordis substantia dura quæ adunata est in corde, quia non oportet, quod omne, quod nascitur ex aliquo, nascatur ex substantia eius, quia verruca, & glãdula nascuntur ex carne, & in carne, non tamen sunt e substantia carnis, sed est substantia collecta, & adunata in ipsa. Alb. mag. ibid.

Neruorum principium esse, & substantiæ est a corde, quia in ventriculo maiori cordis est neruus. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 6. c. 39. col. 1.

Neruus naturaliter in longum scinditur, non in latum, quod fit, ne facile frangatur. Alber. mag. de anim. l. 3. tract. 1. cap. 7. c. 39. col. 2.

Neruorum diuisionis principium est medulla cerebri, & finis, quod contextuntur in substantia cutis, & principium diuisionis a cerebro duobus est modis: quidam enim descendunt immediate, alii mediate. Alb. magn. de ani. l. 12. tr. 2. c. 5. c. 107. c. 3.

Nerui utilitas, & ut consolidatur.

Nerui natura fissilis in longitudinem tendit, scindi per latitudinẽ non potest, intendique vehementer idonea est. Arist. de hist. anim. 3. c. 5. c. 83.

Neruus ignem non patitur, cum vena patiatur, & incisus solidari non potest. Arist. ibid.

Neruorum distentione qui laborant, si arduẽ febriant, cur distentione liberari possunt? quia distentio in neruis oritur ex refrigeratione, & afflictione spiritus, & ex calefactione aboletur, febris autem calida est. Ale. aphr. prob. 2. nu. 111. c. 771.

Nerui cur non quẽadmodũ puncti, sic præcisi excitent inflammationẽ: quoniam spiritus inæquabilis punctio- nis segmento occurrens, retorquetur, & in se coactus stipatur, & recalescit, at præciso neruo spiritus omnis effluit, & abit. Ale. aphr. prob. 2. nu. 124. c. 773.

Neruorũ opticoꝝ sectio triplicẽ affert vtilitatẽ. Vnã naturalẽ, vt spiritus vtriusq; mixtus alteri iuuet eum, & incidat in alterũ, iõ vno oculo clauso cõfortat visio alterius. Secũda vtilitas est in directione visus, alioquin sp̄ vna res duẽ viderẽtur. Tertia vtilitas est, vt vterq; portet, & fulciat, & cõfortet alterum, vt sint magis ex hoc cõfirmati. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 18. c. 16. c. 3.

Nerui in longũ si findatur, facile cõsolidatur, in latum difficulter. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 1. c. 7. c. 39. c. 2.

Neruos habet animal omne habens sanguinem. Alber. mag. de anim. l. 3. tr. 1. c. 7. c. 39. c. 2.

Neruorum vtilitas, alia est per se, alia per accidens. Per se est dare sensum, & motum mediante cerebro, & nuca toti corpori. Per accidens iuuant nerui ad confirmationem cordis, & cerebri, & omnis membri, & dant sensum hepatis, & pulmõni, & cerebro cum suis

panniculis. Albertus magnus de animalib. l. 12. tra. 2. cap. 5. c. 107. col. 3.

Nerui, vt sensum habent, vel non.

Nerui sensus vacui sunt. Aduerte, quod non est verum neruos sensus esse vacuos, nisi intelligat The mist. de ligamentis, quæ ex ossibus prodeunt. Them. in pri. de ani. cap. 30. tex. 79. c. 68. c. 4.

Neruus cum sit frigidus, & siccus, & cerebrum frigidũ, & humidum, cum existimet digitorum cutim extremam maximẽ sentire, quia est temperatior, quomodo potest existimare Galenus neruũ, & cerebrum esse sensus tactus principium? Auer. de partib. ani. c. 1. c. 68.

Neruum, etsi concedimus esse sensus organum, & oriri a cerebro, non tamen cogimur ponere principiu primi sensus pendere a cerebro, vt credit Galenus. Auer. de part. ani. l. 3. c. 4. c. 82.

Nerui habent introitum in tactu, & motu. Auerr. 2. de ani. tex. 108. c. 148. col. 4.

Nerui sunt sub carne, qui sunt sensus tactus. Auer. 2. de ani. te. 116. c. 150. col. 3.

Nerui licet sentiant, tũ magni nerui, qui sunt ossium ligamenta ad inuicem, nihil sentiunt, quia sunt magis terrestres. Alb. mag. in pri. de anim. tra. 2. c. 12. c. 9. c. 4.

Nerui sensitiui rectiori via descendunt, quam motiui; ad motũ. n. iuuat q̄dã duritia, q̄ cõfortat i neruo per elongationẽ a principio molli, & iõ p. curuaturas maiores descẽdunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 18. c. 16. c. 3.

Nerui sensitiui magis oriuntur ab anteriori parte cerebri, quæ humidior, & mollior est, motiui autẽ a posteriori cerebri parte, q̄ e sp̄illior, & durior. Alb. mag. ibi.

Neruus, vt ad motum pertinet.

Neruorum summe partes, quæ membrum ad salendum accommodatum continent. Poples dicitur, quæ se geminam porrigit. Tendo nomine, quæ ad vires corporis iuuat. Attendo, & humerarius, reliquæ, quibus ossa alligantur, nomine vacant, neruis enim ossa omnia ligantur excepto capite, quod futuris cõiungitur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 5. c. 83.

Neruus, aut neruo aliquid proportionale est omnibus animalibus, quæ mouentur, quorum medio mouentur. Arist. de spir. cap. 4. c. 909.

Neruus in corde est, qui pulmonem vocis efficientem causam mouet. Io. gr. in 5. de gen. ani. c. 7. c. 104. col. 4.

Nerui in se potentiam quandam habent, quæ corpori deferunt ad appetitiuã actũ, & operationes perficiendas. Mich. ephes. de ani. mot. c. 43. col. 4.

Neruus corpori per se hoc vtile affert, vt per ipsum motum, & sensum accipiat; per accidens autẽ, vt per ipsũ corroboretur. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 18. c. 16. c. 3.

Neruos plures, quæ pars habet.

Neruis plurimis, pedes, manũ, & scapule cõtinent atq; et ceruices, & lacerti. Ari. de hist. anim. 3. c. 5. c. 84. Nerui omnibus, quibus datus est sanguis, adiuncti sunt, atque nullos habent articulos, priuataque pedibus, & manibus sunt, iis prætenues incertique habentur. Quapropter in piscibus, qui iuxta pinna positi sunt, ii præcipue veniunt in conspectum. Arist. de historia anim. 3. c. 5. char. 84.

Neruorum copia in corde est; hinc enim motus oriuntur, qui intendendo, & remittendo efficiuntur. Arist. de partib. ani. 7. c. 4. c. 477.

Neruus nullus est in capitis iuncturis superioribus, quia coniunguntur collo per suturas ferrales. Alber. mag. de anim. l. 3. tract. 1. c. 7. c. 39. col. 2.

Neruorũ maior quantitas est apud manus, pedes, costas, gira-

girationes spatularum, collum, & spondilia. Albertus mag. de ani. lib. 3. tr. 1. c. 7. c. 39. c. 2.

Neruis quæ iuuant, & vt cresunt, & decrescunt.

Neruis cur aqua frigida nocet, & calida non proficit? quia non vt calida nocet aqua, sed vt calida, & humida. Ale. aphr. prob. 1. nu. 50. c. 681.

Nerui oleo iuuantur. Ale. aphr. prob. 1. nu. 50. c. 681.

Nerui ob voluptates excrescunt ob tunc temporis factam caliditatem; & ob timorem, ob refrigerationem contrahuntur. Mich. ephes. de ani. mot. c. 50. c. 1.

Nerui extenduntur, & contrahuntur extenso, & contracto spiritu, qui in corde continetur. Micha. ephes. de partibus ani. 4. c. 9. c. 175.

Neruos quos appellabant antiqui.

Nerui ab antiquis dicebantur venæ, ideo dicimus duas venas in parte anteriori esse, id est duos neruos. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 4. c. 8. c. 3.

Nerui, vt in concentibus.

Neruum medium in concentibus cur appellamus, cum inter octo nullum sit medium? quia olim cõcentus septem neruis cõtabant, & septem medium obtinent. Ari. prob. sec. 19. nu. 25. c. 517.

Nesciens dicit simplicem ignorantiam, addiscẽs partim scit, partim quærit, sciens perfectẽ cognoscit. Alexan. de ales in 2. metaph. c. 41. c. 4.

Nete duplo cur acutior est hypate: An primũ, quod cũ neruus parte sui dimidia pulsatur, & totus diapason concinentia exultat, quod vel in fistulis æque perspicere licet, vox enim, quæ per medium foramen emergit, diapason resonat, cum ea, quæ per totam fistulam promitur. Quin et in ceteris duplo interuallo capi diapason consonantiam nouimus, nam & qui tibias perforant, ita disponere solent, & qui fistulas, apte concinant, extrema tantum cera marginant foraminis principalis. neten vero ad dimidium implent. Et in triquetris nerui, quorum alter longitudine dupla, alter subdupla est, æque intenti diapason consonantiam reddunt. Genus autem concinendi, quod diapente nominamus, sesquialtera constat, quod vero diatessaron vocamus, interuallo sesquitercio continetur. Ari. probl. sec. 19. nu. 23. c. 516.

Neten pulsantem si quis apprehenderit, hypate sola resonare videtur, quia tinnitus, qui ex hac proficisci solet, sono illius maxime conciliatur, & congruit, vt qui consonus sit. ergo quia suo consimili concreuit, solus apparet, ceteri vero suam ob exiguitatem occultantur. Aristoteles problematum, sectio. 19. numero 24. char. 517.

Neten cum pulsauerit quis, si apprehendit sola hypate subsonare videtur, quia nete cum desinit, elanguescit que, in hypatem transit, inditium, quod post hypatẽ protinus neten canere aptissime licet. Ari. problema. sectio. 19. num. 42. c. 523.

Nete sunt chordæ, quæ reddunt sonos acutos. D. Th. 10. meta. le. 9. tex. 22. c. 731.

Neutra nomina si tertiæ personæ verbis iungantur, singularem numerum pro plurali iungunt sermone, ac more graio, quod grammatiscum vtile est. Am. in pd. c. 9.

Nicomar est idem, quod alabastrum. conseruat aromaticam vnguenta, corpora mortuorum a fetore excellenti conseruat, victoriam dat, ac amicitiam conseruat. Alb. mag. in 2. de min. ex tr. 2. c. 12. c. 141. c. 1.

Nidor est exhalatio vniuersi, & olei. Ari. merceo. quarto sum. 3. c. 2. tex. 7. c. 182.

Nigrum velut negatio est, quia cum deficit visus, appa-

ret nigrum, quia non pertingit visus. Aristoteles meteor. 3. sum. 2. c. 3. c. 548.

Nigrum iuxta nigrum facit debiliter album apparere album. Ari. meteor. 3. sum. 2. c. 3. c. 549.

Nigrum, vt est priuatio albi in perspicuo, sic amarum, & falsum est priuatio dulcis in nutritiuo humido. Arist. de sen. & sen. c. 4. c. 17.

Nigri valde timidi iunt, referuntur ad Aegyptios, & Aethiopes. Ari. physiogn. c. 10. c. 352.

Niger color fit, cũ aer, & aqua ab igne cõburunt, quare, & omnia combusta nigrescunt. Ari. de color. c. 1. c. 878.

Nigrum tripliciter nobis apparet, aut quod omnino nõ videtur, est natura nigrũ: aut a quibus nullũ prorsus lumen fertur ad oculos, nã quod non vñ, cũ ambiens locus vñ, nigri reddit apparitiã, & omnia huiuscemodi nigra apparent, a quibus rarũ, & paucum lumẽ repercutitur. Ideo nigra apparent umbræ, & aqua cum exasperata fuerit, vt maris horror, & nubes densa valde. Ari. de color. c. 1. c. 877.

Nigra fiunt, per quæ fluit aqua, cum vbi muscosa facta fuerint, primum humidum exsiccat, vt & parietum tectoria, & lapides, qui sunt in aqua. Aristot. de coloribus, ca. 1. c. 878.

Nigrum est albi priuatio, vt lucis tenebræ. Aristotel. 10. meta. ex sum. 1. c. 4. te. 7. c. 197.

Nigrum est potius simile priuationi coloris, quam color. Ale. aphr. in 1. natur. quæst. c. 2. c. 1. c. 3.

Nigredo est albedinis priuatio, vt tenebræ luminis. Ale. aphr. in 9. meta. vel. 10. com. 7. c. 252. c. 2.

Nigrum congregandi vim obtinet, quasi a baside pyramidis factus. Io. gr. in 1. phy. te. 6. c. 5. c. 4.

Nigrum ex partibus opaci corporis fit opprimentibus partes perspicuas, quæ sunt in eodem corpore. Alber. mag. in pri. de miner. ex tract. 2. c. 2. c. 136. c. 4.

Nigredo ad opacitatem, quæ perspicacitati contraria est, vt ad causam reducta qualitas est, & non priuatio. Alber. mag. de sen. & sen. tr. 2. c. 5. c. 12. c. 2.

Nigredo causatur per absentiam luminis, quia minimũ habet de lumine inter omnes colores. D. Th. de sen. & sen. le. 7. c. 8. c. 3.

Nigrum est priuatio albi, vt tenebræ lucis, quod est intellegendum, quia in nigro est minimum de luce, quæ facit colores, & sic comparatur ad album, vt defectus lucis ad lucem. D. Th. ex meta. l. 3. te. 6. c. 694.

Nihil ex non ente fieri, & omnia ex ente, commune est dogma omnium naturalium fere. Ari. vndecimo metaph. ex sum. 2. c. 4. c. 224.

Nihil ex nihilo fieri omnes Antiqui aiunt. Auer. 3. de celo, te. 22. ch. 89. c. 3.

Nihil corrumpitur in nihilum, & nihil ex nihilo generatur. Auer. 3. de celo te. 51. c. 99. c. 4.

Nihil corrumpitur, nisi a suo maiori. Auerr. 3. de celo te. 52. c. 100. c. 1.

Nihil simpliciter debet intelligi duobus modis, quia aut non est substantia, & est aliquod aliorum prædicamentorum, aut quod nec est substantia, nec aliquod aliorum prædicamentorum. Auerr. prim. de genera. tex. 11. c. 157. c. 2.

Nihil ex nihilo fit. Boeth. in Porph. c. 87.

Nihil ex nihilo fit per generationem, sed aliquid ex nihilo fit per actum causantis. Alb. mag. in octauo phys. tra. 1. c. 4. c. 89. c. 4.

Nihil ex nihilo fit per generationem, quia non potest esse generatio per accidens, nisi prius sit generatio p se, & generatio per se non fit, nisi sint termini generationis, qui sunt habitus, & priuatio, & non quodlibet est priuatio, ex qua fit generatio, & cum nihil equaliter se habeat ad omnia generata, ideo generationi non potest subijci, nec per se esse terminus, ex quo fiat generatio hominis, vel alterius rei. Alb. mag. in 8. phy. tr. 1. c. 4. c. 89. c. 4.

Nil fit ex materia pura per generationē, quia si aliquid fieret, oporteret, quod forma generati ex nihilo fieret. Alb. mag. in 8. phy. tra. 1. c. 4. c. 89. col. 4.

Nihil fieri ex nihilo intelligitur de factis cum motu, & mutatione, quod subiectum habet, & materiam, quæ sic mutatur in illa. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. tr. 1. ca. 17. c. 205. col. 1.

Nilus, & Ister sunt maximi fluuioium, qui in hoc mare exeunt. Ari. meteor. 2. sum. 1. c. 2. c. 500.

Nilus fluit in fine mensis lunaris magis, quam alio tempore, quia tunc humidior, & calidior est mensis, & cū Luna Soli iuncta est, adiuuatur caliditas a sole. Alber. mag. in poster. c. 216. col. 1.

Nilus fluuius, qui & Gion appellatur, de secretioribus promit de terra, quæ est sub æquinoctiali, sed in Ceordia, & Aethiopia videtur, & facit lacum magnum, qui est in circulo, stagnat miliaria centum quinquaginta tria, & exiens de lacu prouenit ad cataractas interiores consumens miliaria quatercentum septuaginta quatuor. Albertus magnus de natur. locor. tract. 3. ca. 4. char. 103. colum. 1.

Nisus est auis, quæ & spariuerius vocatur, accipitre multo minor, sed colore similis, dicunt, quod in hyeme tenet auem viuam ob calorem, & in mane memor beneficij viuam abire finit. Albertus magnus de animalib. lib. 23. c. 24. c. 194. c. 1.

Nitrum, sales, lapidum genera, quæcunque neque infrigidatione, neque liquabilia. Sanguis, & genitura communia sunt terræ, & aquæ, & aeris. Ari. meteor. 4. su. 4. c. 1. tex. 52. c. 587.

Nitrum accedit ad lapidis coagulationem, est subpallidum, & perspicuum, dissoluit, & attrahit, & valet contra iteritiā. Alb. mag. de mine. 3. tr. 2. c. 12. c. 141. c. 1.

Nitrum est de genere salis obscurior, quam sal gemmæ, est Armenicum, Aphricanū, & Theutonicū, & oē est calidum, & siccum, ideo incidit, excoriat, & corrodit. Alb. mag. in 4. de min. ex tr. 2. c. 7. c. 150. col. 4.

Nitrū est quoddā salis genus, & congelatur, vt sal. Petr. de alu. de iu. & sen. vit. & mor. & resp. 1. 15. c. 78. c. 2.

Nix est, cū nubes ē cōgelata. Arist. met. 1. su. 3. c. 1. c. 476.

Nix, & pruina sunt signum, aut temporis anni, aut regionis frigidæ. Ari. meteor. 1. su. 3. c. 1. c. 476.

Niues fiunt in locis frigidioribus, grādo in temperatioribus. Ari. meteor. 1. su. 3. c. 2. c. 477.

Nix, pruina idem, pluuia, & ros, sed illud multum, hoc paucum. Ari. meteor. 1. su. 3. c. 1. c. 476.

Nix est spuma. Ari. de gen. ani. 2. c. 2. c. 150.

Nix, grando, imber, & omnis id genus purgatio concoctionis inditium est. Ari. probl. sec. 26. nu. 3. c. 580.

Nix gignitur densitate nubium friatili, quæ simul, ac in aquam conuertit ceptæ sunt in minuta contunduntur: cum eo, vt ea contusio speciem spumæ, exactumque candorem humoris, qui inest concretio, qui nondum fusus est aut rarefactus rigorem efficit. Ari. de mundo capit. tertio, char. 815.

Nix est illa, quæ antequam aqua fiat, congelatur. Alex. aphr. in pri. meteor. c. 1. com. 37. c. 24. c. 2.

Nix maxime perlucet, & cæteris candidior est, quia plurimum habet aeris, & ex aqua constat, quæ elementa sunt maxime perspicua. Alex. aphr. de sen. & sens. ex sect. 2. com. 18. c. 11. col. 4.

Nix est aquæ coagulatio, propter excellentiam frigiditatis, cuius albedo est quædam passio. Sim. in pd. c. 68.

Nix habet figuram nubis, & quasi lanæ, raræ, distractæ. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 2. c. 10. c. 86. col. 2.

Nix, quæ cadit in Februario, & Martio est pauca, & figura stellæ, & cadit interpolatè, quia calor solis expellit in vaporem eleuatum frigus aeris ex hyeme relictum, & conuertit vaporem, antequam spissetur in nubes, & sic cadit in figura vaporis. Albertus magnus in secundo meteorolog. tract. 1. cap. 10. char. 86. col. 2.

Niuis vapor multum habet de terrestri admixto, ideo eleuatur ex humore aquarum in terra currentium. Alber. mag. in 2. meteor. tr. 1. c. 16. c. 87. col. 2.

Niuis aquæ impingunt terram, & faciunt crescere semina, quia calidum paulatim exiens temperat frigiditatem in eis, & sunt bonæ commixtionis, cum acreo, & terrestri. Alb. mag. ibidem.

Nix generatur in media aeris regione, & non generatur nisi hyeme, in fine autumnii, & in principio veris, quia frigus neceffe est, vt sit expansum ad eius generationē. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. c. 17. c. 87. c. 2.

Nix multa generatur in aquilonaribus locis, quia in illis est multa frigiditas, propter obliquum aspectum solis in illis locis, & per multum tempus. Alber. magn. in 2. meteor. tr. 1. c. 47. c. 87. col. 2.

Niuis signa duo, primum, cum aer turbidus est clara nube, secundum, cum post ipsum aer incipit aliquantulum calefcere. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. c. 18. c. 87. c. 3.

Nix est alba, quia materia fit ex perspicuis, quia concreto in partibus diuariato omnes partes multum inter se luminis recipiunt, & ideo sunt albæ, visum tamen terminantes vt in cristallo. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. c. 19. c. 87. col. 3.

Niuem casuram esse signum est, quod vapor niuis liuidus est, & pallens, & videtur multus, quod est signum raritatis sue. Alb. mag. de passio. aeris. c. 18. col. 3.

Niuis vapor non pertingit vsque ad frigidam regionem, sed restat vsque ad regionem intemperatè frigidam, magis frigide regioni viciniam, quam terræ, & ideo simul conuenit, & congelatur, quia nec frigus est ita vehemens, nec vapor sic rarus, vt det vndique frigori ingressum. Alber. magn. ibidem.

Niues fecundam reddunt terram, tribus de causis. Prima, quod nix terræ euaporans reflectitur sepius ad terram propter niuis cooperimentum. Alia, quod niuis resperfa caliditas ad terram illam spirans conueniens generationi, distillat superioribus partibus vigorem natiuitati plantarum continuè infundit. Tertia, quia nix frigiditate sua locum circumstantem vigorē principiorum generatiuum plantam continet, ne euaporet, & continet terræ superficiem, ne emittat intus in visceribus terræ vapores generatos, qui congregati ad superficiem ingrediuntur radices plantarum, & præstant eis nutrimentum, & fomentationem, & generationem materiæ, quæ ingreditur plantarum commixtionem. Alb. mag. de veget. 1. 4. tr. 2. c. 2. c. 142. c. 1.

Nix quoad tempus in contrariū se habet grandini, quoad materiā vero conueniunt, generatur. n. ex calido vapore, sed non vt grando. Alb. mag. de pass. aer. c. 18. c. 3.

Nix stat in aere quinq; p dies octo, quæ est signū caloris, sed non eleuat, nisi hyemis tpe, quia Sol tūc debilis ē, & ideo adiutorio lune, vel alterius stelle, vel pluriū, non sufficit eleuare, & accēdere. Alb. mag. de pass. aer. ch. 118. c. 3.

Nix cadit lata, quia in conuersione est diffusa vaporabiliter, vt carminata lana. Alb. mag. de pass. aer. c. 118. c. 3.

Nix cadit mollis, quia calor egrediens resoluit id, quod debiliter congelatum est. Alb. mag. ibidem.

Niue descendente non est tāta intensio frigoris vt in alijs hyemalibus temporibus, quia aliquæ partes ignis descendunt. D. Th. in 1. de gen. & cor. 1. 24. te. 84. c. 22. c. 4.

Nobile id est, quod ex bono prodit genere. Arist. de hist. animalium. primo, cap. 1. c. 10.

Nobilius, nisi aliqd maius impederit, superiori in loco collocat a natura. Ari. de partibus ani. 3. c. 3. char. 474.

Nobilitas est genti, ac ciuitati indigenas, aut antiquos esse, & primos duces illustres, & ex ipsis multos ortos in his rebus, quas emulant illustres. Ari. rhet. 1. c. 21.

Nobilitas priuatim est, aut a viris, aut a mulieribus, tum legitima ab ambobus origo, tū, vt in ciuitate primos claros fuisse, aut virtute, aut diuitijs, aut alia rerum earum, quæ in honore sunt, tum multos e gente fuisse

se illustres, tum viros, tum mulieres, tum adolescentes, tum senes. Arist. rhet. pri. c. 21.

Nobilitas est maiorū dignitas. Arist. rhetor. 2. char. 102.

Nobilitas est posita in virtute generis. Aristoteles ibidē.

Nobiles, & diuites, & in potestate constituti honore digni habentur. At, si sine virtute hæc possidēt bona, ne que merito talibus honoribus dignos se esse existimantur, nec recte magnanimi dicuntur, non enim dici possunt sine absoluta virtute, sed contumeliosi, & contemptores efficiuntur. Aristoteles quarto ethicor. ad nicom. capit. tertio. c. 93.

Nobilitas apud omnes in honore habetur. Arist. politicorum tertio, c. 8. c. 583.

Nobilitas consequitur antiquas diuitias, & virtutem. Aristotele. politicorum 4. ca. 8. c. 618.

Nobilitatem, & virtutem in verbis fere omnes vsurpāt, qui enim reuera nobiles, ac boni sunt, nusquam centum reperiuntur, diuites vero multis in locis. Arist. polit. 5. c. 1. c. 644.

Nobilius est perpetuum eo, quod aliquando est. Sim. in 1. de ani. tex. 1. c. 1. c. 2.

Nobile, & præstans ex sui natura, & apud nos differant, nam illa ex sui natura dignius nomine, apud nos eligibilis. Auer. in top. 3. ca. 2. c. 279.

Nobilitas non accidit in formis mathematicis, quia non accidit formis, nisi vt est finis. Auer. in physicor. text. 74. char. 34. colum. 1.

Nobile modicum nobilior est multo ignobili. Auerr. 2. de celo tex. 61. c. 65. col. 4.

Nobilitas quorum est in actione, est diminuta respectu eorum quorum nobilitas est in ipsis. Auerr. secundo de celo, tex. 63. c. 66. col. 3.

Nobilior est illud, cuius est scientia nobilior. Auerr. in 9. meta. tex. com. 22. c. 117.

Nobilior desiderio non tendit in vilius. Auer. in duodecimo meta. tex. com. 30. c. 148.

Nobilitas motorum ex quatuor causis prouenit: vel ex velocitate motus, vel ex magnitudine corporis mobilis, maioriq; ambitu, aut magnitudine, vel multitudine stellarū, uel ex pluralitate motus stelle, aut paucitate earū. Auer. epia. meta. tr. 4. c. 184. col. 2.

Nobilitas, & generositas non solum hominibus, sed reliquis animalibus, & plantis a poeuis attributa est. Dan. Barb. pri. rhetor. ca. 15. c. 39.

Nocticornax est coruus noctis, nigrae varietatis, cuius vox est cho, cum vocat, regirat se conuertendo in aere, & est minor noctua, & fugit lucem, vt noctua. Albertus mag. de ani. 1. 23. c. 24. c. 194. c. 2.

Noctiluca anuloium animal est. Alb. mag. de ani. li. 4. tr. 1. c. 1. char. 46. col. 1.

Noctua distillet cum orchilo, nam is quoque noctuæ oua exedit, sed die omnes auiculæ noctuam circum volant, quod mirari vocant, & admirantes percipiunt, quæ propter aucupes ea constituta, auicularum genera multa, & varia capiunt, & contra ipsam, qui rex auium appellatur, priuatas inimicitias gerit. Arist. de histor. anim. 9. c. 1. c. 316.

Noctuam si quis definire vult, non qua auem, sed qua noctuam illi in eius definitione oculos cæcios habere dicendū necessario est. Io. gr. in 4. de ge. ani. c. 1. c. 91. c. 3.

Noctua auis est varia, crura habens plumosa, caput ingēs rostrum curuum, maior niso, solem ob glaucedinem oculorum non sustinet, nocte volat, mures, & brucos capit, & si de die apparuerit, ab alijs auibus deplumatur. Albertus magnus de animalibus libr. 2. 3. capit. 24. char. 194. col. 2.

Nocumtum cum infertur præter opinionem, tunc est omnino infortunium, at cum infertur non absque intentione nocendi, sed sine malitia, tunc est aliquod peccatum. D. Thom. ethicor. quinto libr. 13. c. 93. c. 3.

Nodus rami in plantis est principium quoddam, & me-

dium. Aristoteles de iuuent. & senect. de vit. & mort. & respir. cap. 1. c. 302.

Nodus ad ramum sic se habet, vt radix ad stipitē. Mich. ephes. de iuuent. & senec. de vit. & mor. ch. 39. col. 4.

Nodi tribus modis, in arboribus, & plantis inueniuntur: primus est nodus a natura intentus: secundus est a ficitate, tertius est nascencia quædam. Primus, maleolus appellatur. Secundus, nodus. Tertius mura. Albertus magnus de vegetab. lib. pri. trac. secundo capit. 1. c. 127. colum. 1.

Nodorum numerus in genere frugum vix inuenitur. Albertus magnus de vegetab. lib. secundo, tra. 1. capit. 3. char. 132. col. 1.

Nominum diuisio.

Nomen aliud simplex est, quod scilicet ex non significantibus constituitur, aliud duplex, cuius aliud ex significantibus, ac minime significantibus componitur, aliud ex significantibus. Ari. poeti. c. 20. ch. 286.

Nomen omne, aut est proprium, aut ab alia lingua, aut translatio, aut ornatus, aut fictum, aut productum, aut subtractum, aut commutatum. Aristoteles poeti. cap. 20. char. 287.

Nomina aliqua sunt masculina, aliqua feminina, aliqua media. Ari. poeti. cap. 20. c. 289.

Nomen aliud proprium, aliud appellatiuū, aliud quoad omnia orationis elementa extenditur. Sim. in pd. c. 6.

Nomen tribus dicitur modis. Aliud enim nihil significat vt bhiri, & habet characterem, ac impressionē. Aliud institutum ad significandum habet nominis rationem, tamen characterem non habet, vt coniunctio, sed aliquod nomen est, quod, & characterem habet, & significationem, vt Socrates. Sim. in præd. c. 7.

Nomina, de quibus tractatur in metaphysica, sunt primo ipsæ causæ entis, secundo ipsam subiectum huius scientiæ, tertio partes subiecti huius scientiæ. Quarto partes, & passiones subiecti metaphysicæ. Ale. de ales in 5. meta. tex. 1. char. 102. col. 2.

Nomen aliquod suscipere absque aliqua additione accidit pluribus causis: vel ob perfectionem, quia illius ratio perfecte seruat in illo, & non in alijs, vt Andreas dicitur homo. Andreas autem pictus non homo simpliciter, sed homo pictus: vel ex imperfectione, quia contentum adeo modicam perfectionem addit respectu alterius membri, vt non mereatur habere speciale nomen, sed commune retineat. Th. de Vio in prædicamen. char. 19. col. 1.

Nomen omne secundæ intentionis sumitur duobus modis: primo formaliter, id est pro illa intentione: secundo fundamentaliter, id est pro re subiecta. Th. de Vio in præd. char. 5. col. 1.

Nomen quid est.

Nomen est vox significatiua secundū placitū, cuius pars nulla separata significat. Ari. perher. c. 2. c. 119.

Nomen propriū est, quod omnibus est in vsu, ab alia lingua, quæ ab aliquibus dūtaxat. Ari. poet. c. 20. c. 287.

Nomina sunt finita, quia elementa, ex quibus conueniuntur sunt nomen, sunt finita. Ale. aphr. in lib. elenc. c. 7.

Nomina, & verba sunt voces non absolute, sed ratione materiæ, vt ianua est lignum, non absolute, sed quia ex ligno facta. Am. in li. de inter. c. 22.

Nomina sunt signa, quæ res indicant. Dex. in præd. c. 27.

Nomen declarat rē, vt ē vna species, cōfusa, ac alicui fm substantiā differenti competere potest. Sim. in pd. c. 6.

Nomen nil aliud est, quā definitio cōtracta, & definitio nil aliud est, quā nomē explicatū. Eust. pri. mor. c. 19.

Nomen, & verbum, & oratio significatiua interpretatio appellatur. Boet. in lib. de interp. ch. 215.

Nomen est vox significatiua secundum placitum sine tempore, cuius nulla pars separata significat, & cum additur, est, verbo, facit enunciationem. Boet. in intr. ad syl. cat. c. 558. Idem Boet. eod. in loco c. 560.
Nomen, & verbum solæ sunt orationis partes, cætera sunt supplementa. Boet. de syl. cat. char. 582.
Nominis interpretatio est quædam definitio. Boet. de differ. top. l. 4. c. 875.
Nomen habet materiam vocem, in qua formatur: habet autem formam literaturam, quam dat actus imponens ad significandum hoc, vel illud. Albertus magnus in prædicament. c. 34. col. 1.
Nominis quidditas præcognoscitur, cum eius significatio innotescit. Tho. de Vio in post. c. 92. col. 1.

Nomina, vt uerum, uel falsum significant.

Nomina sine verbis prolata, nec verum, nec falsum affirmant. Ammon. in præd. c. 115.
Nomen, & uerbum sola remota ceteris orationis partibus enunciativam faciunt orationem. Am. in l. de interp. c. 6.
Nomina, & uerba transposita non mutant propositionem: at negatio transposita propositionem permutat. Am. in lib. de interpretatio. char. 107.
Nomen in propositionibus de tertio adiacente tribus modis potest prædicari. Primo, nomen finitum, vt homo est iustus, homo non est iustus. Secundo, nomen infinitum: vt homo est non iustus, homo non est non iustus. Tertio, nomen priuatiuum, vt homo est iustus homo non est iniustus. D. Thom. in perih. chart. 17. columna 2.

Nomina, cur rebus posita, & an natura, uel positione.

Nominum nulla est natura, sed secundum placitum omnia nomina sunt. Arist. perih. ca. 2. c. 119.
Nomina pueris ante diem septimum imponuntur, quia conuulsione ante id tempus multi intereunt. Arist. de histor. anim. 7. c. 12. c. 266.
Nomen fictum, quod a nemine usurpatum est a poeta ponitur, vt cornua ramos. Ari. poetic. c. 20. c. 288.
Nomina positione sunt: alioquin, si natura essent imponere nomina nos non possemus, nec non literarum elementa natura essent. Alexander aphrod. in tertio naturalium quæst. ca. 11. char. 14.
Nomina rebus a fine ab ea parte, quæ absolutissima existimatur, imponuntur. Alexan. aphrod. in pri. de ani. ca. 10. c. 34. col. 4.
Nomina rebus ideo posita sunt, quia animus corpori acinctus conceptus intelligere nequit. Am. in pd. ch. 8.
Nomina esse natura duobus intelligitur modis, vel vt sint nomina nature opificia, vt Cratylus, & Heracitus censuerunt, vel vt nature conuenientia, vt viro, qui utitur bona fortuna fortunatus, vel Archelaius, id est, populi princeps. Am. in li. de inter. c. 19.
Nomina esse positione duobus intelligitur modis, vel vt unicuique liceat rem quous nomine appellare, vt censuit Hermogenes: aut solum, a solo nominum auctore imponi nomina uoluerunt. Am. in l. de int. c. 19.
Nomina rebus non adæquantur, neque eandem habent naturam, sed a rebus nominum significatio longe superatur. Dex. in prædicament. char. 27.
Nomina non adæquantur multitudini rerum, sed in aliquibus deficiunt, in aliquibus abundant. Dex. in præd. c. 29.
Nomina generum, ac specierum videntur nudis rationibus proxima, quæ tamen cum ex singularium collatione, ac similitudine reponantur, singularia, & naturas evidentes, ac solidas recidunt. Them. in pri. de anim. ca. 4. te. 8. c. 61. col. 2.
Nomina, ac uocabula omnibus licet arbitrato suo interpretati, & fingere, & generibus abuti specierum loco,

Them. in pri. de ani. cap. 19. tex. 43. c. 65. col. 1.
Nomina securissime finguntur, cum appositis iam nominibus a consuetudine, quæ iam inualuit, nomina fingimus. Sim. in præd. c. 48.
Nomen contrahit rem, quæ cõplectitur, & secundum ipsam speciem solam confusè rem indicat. Sim. in præd. c. 7.
Nomina de rebus principaliter prædicantur, sed prædicari æquiuoce, vel uniuoce non est prædicari principaliter, sed propter talem conuenientiam. Sim. in pd. c. 8.
Nomina positione sunt, & non natura. Io. gram. in secundo poster. capit. 10. c. 63. col. 3.
Nominum imperfectorum vis in idiomatibus est vis priuatiuorum. Auer. Epit. in logic. c. 343. col. 3.
Nomen in rebus naturalibus, primo de forma dicitur secundo de cõgregato. Auer. 2. de ani. su. 2. t. 8. c. 128. c. 2.
Nomen dignius habet illud, quod est causa, cum duo fuerint, quorum alterum est causa alterius. Auer. in 8. metaph. te. com. 7. c. 101.
Nomina naturalia esse constituit Plato, Aristoteles aut secundum placitum. Boet. in lib. de inter. c. 228.
Nomen nullum natura significat. Boet. ex inter. ad cat. syl. c. 588. Idem 581.
Nomina imponuntur ab ea significatione formali, quæ est in ipsis. Alb. mag. in præd. c. 49. col. 2.
Nominis diuersitas non tollit id, quod sit aliquid vnum numero. Alber. mag. in topi. c. 224. c. 3.
Nomina non sunt multum curanda, in ipsis enim parua vis est, cum rei veritas est comprehensa. Albertus magnus de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. tract. 1. ca. 8. c. 202. col. 2.
Nomen Homo imponitur a quidditate, vel natura hominis. hoc nomen res imponitur a quidditate tantum hoc nomen ens imponitur ab actu essendi, hoc nomen vnum ab ordine, vel diuisione. D. Thom. 4. metaph. lec. 2. tex. 3. c. 189.
Nomina imponuntur a nobis, vt intelligimus: sunt enim intellectuum signa. D. Thom. quinto metaph. si. l. 5. c. 289. col. 1.

Nomen quid significat, & vt se habet ad uerbum, dictionem, & terminum.

Nomen, & uerbum similia sunt ei, qui siue compositione, & diuisione, est intellectui, quibus si uerbum, est, non additur, uel uerbo nomen, non significant uerum, uel falsum. Ari. perih. c. 2. c. 119.
Nominum compositorum partes separatæ nihil significant, etsi significare videntur. Arist. perih. c. 2. c. 119.
Nomina, & uerba transposita idem significant, vt est ho iustus, est iustus homo. Ari. perih. l. 2. c. 1. c. 134.
Nomen apud nos est notius, quam definitio: totum enim quoddam, & indistinctum significat, vt circulus, definitio autem ipsius diuidit in singula. Arist. phy. prim. ex sum. 1. ca. 3. tex. 5. c. 4.
Nomina si non significant, perit omnis disputatio, & secundum veritatem, & ad seipsam. Ari. 4. metaph. ex sum. 2. ca. 2. te. 10. ch. 68.
Nomina multa vnum significant, cum definitiones, & rationes eorum sunt vnum. Arist. 4. metaph. ex sum. 2. cap. 2. tex. 10. ch. 68.
Nomen, quod maxime nos discere facit, plurimum efficit voluptatis. Ari. rhetori. 3. c. 183.
Nomen aliquod in nō ente positum, quod significare videtur, non per se hoc est, sed quatenus ex his, quæ significant, compositum. Ale. & Eust. in 2. pos. c. 41. c. 1.
Nomen in definitione æquiuocum sumitur non solum de ijs, quibus proponitur articulus, sed de omnibus orationis partibus. Porph. in præd. c. 3.
Nomen dupliciter dicitur, & vt uerbo apponitur, & cōmune in omni dictione. Am. in præd. c. 10.
Nomen, uerbum, dictio, & terminus inter se eadē sunt subiecto,

subiecto, ratione differunt. Ammon. in lib. de intr. c. 5.
Nomina substantias rerum, uerba affectiones significant. Ammo. in lib. de inter. c. 16.
Nomen sumitur pro cuiusque rei uoce significatiua ex composito, vt uerbum, & nomen, & id quod in propositione est subiectum, participia, infinitiua, & nominis casus. Ammo. in l. de inter. char. 25.
Nomen, & uerbum, dictio, & terminus eadem subiecto sunt, differunt ratione. Mag. in l. de inter. ch. 5.
Nomen preponitur uerbo, quia naturam significat uerbum actionem. Magen. in lib. de inter. char. 7.
Nomina multa, quæ non sunt priuatiua, priuationem significant, & inopiam. Simp. in præd. ch. 102.
Nomine non cognito alicuius rei, rem ipsa cognoscere nequimus. Simp. in 4. phy. tex. 57. ch. 237. col. 1.
Nominum carentia, & penuria pariunt in mutationibus dubium. Simp. in 5. physicorum text. 14. chart. 305. column. 2.
Nominis uisitati transumptio apud uulgus facilius est, quam fingere aliud nomen. Auerroes 2. de ani. tex. 62. char. 139. col. 1.
Nomen non significat rem, nisi vt actu, & actus causa in composito est forma. Auerroes in octauo metaph. tex. com. 7. char. 101.
Nominis prima positio secundum uocabuli significationem facta est, secunda secundum figuram, quod casibus intellecti possent. Boet. in præd. ch. 112.
Nomina prima illis indita sunt, quæ principaliter sensibus subiecta fuere, deinde illis, quæ ad intelligibilem incorporalitatem pertinent. Boet. in præd. ch. 130.
Nomen uel simplex uerbum omne a ueritate, & falsitate secluditur. Boet. in l. de inter. char. 219.
Nomen omnem rem vnam definitam significat. Boet. in lib. de interp. chart. 223.
Nomen temporis significatio non sequitur, quauis aliqua sint nomina, quæ tempus significant. Boet. in l. de interp. chart. 309.
Nominum compositorum partes nihil eius rei, quam in vnum conuenientes uocabulum designabant, disuncte significant. Boeth. ex intro. ad cat. sil. ch. 559.
Nomen omne certum aliquid, & definitum significat. Boet. ex intro. ad cat. sil. char. 560.
Nomen, etsi dicitur quasi notamen, eo quod aliquam rem notam facit, quia imponens nomen secundum aliquid proprietatis rei affectus est, quando nomen imponitur, & quia significatio rei, quæ intenditur per nomen formam dat nomini; tamen hæc non sunt intrinsecus ipsi nomini, vt est nomen solum, sed potius intrinseca sunt litera, & syllaba, & accentus, quæ intrinseca sunt nomini, & nomen est. Albertus magn. in prædicam. char. 33. col. 3.
Nomen omne aliquid significat pro substantia, & aliquid pro qualitate. Alb. mag. in præd. ch. 34. col. 3.
Nominis partes nihil significant, quia cum institutum est causa significationis in nomine, & non sit institutum, vt pars aliquid separata significat, sed vt totum significat, ideo pars nihil significat. Albertus magnus in perih. char. 82. col. 2.
Nominis compositi partes nihil significant, quia nomen est institutum a duabus qualitatibus disunctis, sed uisus, & ideo quia vnam diuisam significat, nihil significat de tota nominis significatione. Alb. magn. in perih. char. 82. col. 2.
Nomen substantiam significare cum qualitate ait grammaticus, qualitatem pro modo qua itatis, siue p affirmationem, siue per negationem accipiendo: modos enim potius, quam res attendit grammaticus. Alb. magnus in quarto metaphysicorum tractat. pri. cap. 4. chart. 89. column. 2.
Nomen proprie est illius nature formalis, cui per se attribuitur definitio, & indiuiduo designato, quod per

materiam indiuiduum est, attribuitur per accidens, & sic equiuoce dicitur circulus ille, qui simpliciter, & per se circulus est, & illi qui sunt singulares in materia circuli designati: quia nomen speciei non est proprium, & per se, & secundum ipsum singulorum, siue singularium circulorum, licet enim logice prædicetur secundum esse de indiuiduis, etsi philice cõsideretur esse quidem primum fit indiuiduorum, & posterius fit eorum, quæ sunt in ipsis: tamen consideratio ratione primi philosophi primo, & per se conuenit illi, quod per se est substantia, & primo. Alber. magn. in 7. metaph. tr. 4. cap. 3. char. 127.

Nomen omne habet in se, vt sit aliquid, a quo imponitur nomen, & aliquid cui imponitur. ideo esse nomen significat substantiam cum qualitate, vt in nominibus specierum actus ultimus est a quo nomen imponitur, & ipsum compositum ex genere, & differentia est, cui imponitur nomen, & in indiuiduis suppositum substantiæ est, cui imponitur nomen, & collectio accidentium est forma, a qua imponitur. Id, a quo imponitur est in grammaticis pro qualitate, id cui imponitur, est pro substantia. Alber. mag. in 8. metaph. tract. 1. cap. 6. char. 135. col. 1.

Nomen omne, etsi significat substantiam cum qualitate, vt significatur per nomen, accipitur a qualitate separata, & similiter qualitas separatio intellectu accipitur, & distincto: & ideo prout substantia significatur in nomine secundum, quod est pars orationis, non habet intellectam sibi qualitatem, & ideo non proceditur in infinitum. Alber. magn. in 8. metaph. tra. 1. cap. 6. char. 135. col. 2.

Nomen simplex, vt imponitur ad significandum conceptum simplicem, ita imponitur ad significandum, alio simpliciter conceptu. Diuus Thomas in perih. chart. 3. columna 4.

Nomen, vt a uerbo distinguitur, significat rem sub determinato modo, prout potest intelligi, vt per se existens, quare nomina possunt subici, & prædicari. D. Thom. in perih. chart. 5. col. 3.

Nomen, & uerbum sunt principia materialia enunciationis. D. Tho. in perih. ch. 5. col. 3.

Nomen, & uerbum significant simplicem intellectum; oratio autem intellectum compositum. D. Thom. in perih. ch. 5. col. 3.

Nomen speciei significat formam totius, sed quia forma partis non est tota essentia, id secundario non primo significat. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 8. ch. 250. c. 1.

Nomen dicitur æquiuocum, quia multa significat secundum plures, & diuersas significationes. Tho. de Vio, in præd. chart. 34. col. 1.

Nominum figura, ac species variæ.

Nominum figuræ tres sunt: simplex composita, & translata, & eodē modo positiones tres sunt: vna, quæ in uocalem connexionibus terminat, & a uocal incipit: secunda in multa incipiens in mutam definit; tertia, quæ mutas uocalibus iungit. Item ordines sunt quatuor: primus similia nomina, aut inuicem collocat, aut dispergit; alius eisdem rationibus utitur, aut inuicem mutat; tertius, qui vno, multis uel nominibus rem appellat: quartus ordo est, quo gesta negotia nominamus, aut præterimus. Aristotel. rhetor. ad Alexand. cap. 27. chart. 218.

Nomen productum est, quod longiore uocali utitur, quam sit eius propria, siue etiam adiectam syllabam ascuerit. Arist. poetic. cap. 20. chart. 288.

Nomen subtractum est, quod aliquo, siue peculiari, siue adiecto mutilum sit. Arist. poetic. cap. 20. ch. 288.

Nomen cõmutatū est id, cuius in denominatione aliqua remanet pars, aliqua additur. Arist. poetic. c. 20. c. 288.

Nubes nigræ duabus de causis fiunt: alia in vapore terrestri, alia in humido: quia in terrestri vapore calor agit extrahendo humidum, & sic adurit, ut corium igni expositum, & fit in aere inferiori: in humido autem fit, quia calor circum stans expellit frigus in humidum, & sic condensatur, & propter condensationem non recipit solis radios. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 4. cap. 2. chart. 109. col. 4.

Nubes alba fit, si vapor aqueus subtilis infit nubi, & habeat calorem, vndique circumfusum, nec a frigore aliquid patitur, & recipit radios corporum caelestrum in se, & est alba, & fit aliquando alba si ad terram reprimatur a frigore. Albert. mag. in meteor. 3. tract. 4. cap. 2. chart. 110. col. 1.

Nubes rubea fit, cum in se humidum fumosum habet admixtum terreo adusto, & recipit radios corporum superiorum, & habet rubedinem in mane, vel in sero, & significat pluias eodem die futuras, si habet spissam purpureitatem obscuram valde, & fit nubes densa, tunc illa rubedo ex partibus terrestribus adustis, quæ raro inflam mare incipiunt in nubis ventre, & ideo sunt periculosæ, & veniunt in estate per modum murmuris. Albert. magn. in 3. meteorol. tra. 4. cap. 2. chart. 110. col. 1.

Nubes viridis fit, cum iam incipit rorare, & conuertitur in aquam, & recipit lumen radiorum corporum caelestium. Albertus magnus in 5. meteorol. tract. quart. cap. 2. chart. 110. col. 1.

Nubes alia est conuersa in suis partibus, quæ est facta aqua, alia est in via conuersionis, quæ scilicet est in aqua frigida. Alb. mag. de passion. aeris. ch. 118. col. 2.

Nubes, quæ tonitruum continet, quatuor habet colores, nigrum, rubeum, viridem, & album. Albert. magn. de passion. aeris. ch. 120. col. 3.

Nubes nigra spissa est propiore frigore, & ideo non dat locum radiis, & hæc dat multum, & fortem tonitruum. Alb. mag. de passion. aeris. ch. 120. col. 3.

Nubes rubea est ex nigra de re valde spissa, sed vapor ignitus iam resultat per ipsam, & ideo fortiorem dat ictum quàm ipsa. Alb. mag. de passion. aeris. ch. 120. c. 3.

Nubes virens cum paruo rubore, & nigredine est pessima omnium nubium, & timenda, si directa sit super ciuitatem aliquam, quia habet multum igne propter ruborem, multam materiam vaporis propter nigredinem, & multam aquam propter nitorem, & ibi fit pugna fortissima calidi cum frigido, & humidum cum sicco, & frequenter emittit fulmina maiorum lapidum, quæ deiiciunt turres, & incendunt domos, & homines. Alb. mag. de passio. aeris. ch. 120. col. 3.

Nubes alba paruum potentiam habet, ideo si eius flamma cadit super ædificia, extinguitur antequam adurat, nisi sint valde sicca, & cremabilia. Alb. magn. de passion. aeris. chart. 120. col. 3.

Nubes sunt aquæ formam aeris accipientes. Alb. magn. in 1. metaph. tr. 3. cap. 3. char. 62. col. 3.

Nubium cõdenfatio fit ex frigiditate, vt enim calidi est rarefacere, ita frigidi condensare. D. Thom. in primo meteorol. l. 5. char. 13.

Nuces tostæ refrigeratæ deteriores redduntur, & panis, & glandes, & alia id genus multa, rursusque calefacta eadem meliora euadunt, quia refrigeratus succus concrefcit, & constat: tepescit rursus dilabitur, suauitas autem non nisi per succum percipi potest. Ari. proble. sec. 22. nu. 7. chart. 55. 1.

Nuces facilius ab instrumento constringuntur, quia instrumentum ex duobus vëctibus constat habentibus idem hypomocion, in connexionem scilicet. Arist. q. mec. num. 22. chart. 794.

Nuces a nocëdo dictæ sunt, quia vmbra nucis fere omnibus nocet propter amaritudinem eius. Alb. magn. de veg. l. 6. nu. 1. cap. 27. chart. 157. col. 3.

Nuces vocantur omnes fructus arboris habentes in se os, & in osse nucleum large loquendo. Alb. magn. de veg. l. 6. meta. 1. cap. 27. ch. 157. col. 4.

Nuces in fine Februarij ferendæ sunt in loco humido mōtano frigido, & lapidoso, & aqua simplicissima eis danda per duos dies antequam ferantur. Alb. mag. de veg. l. 7. tr. 2. cap. 3. char. 178. col. 3.

Nugari omnes orationes fiunt, quæ idem significant nomē, & oratio, & omnes illæ, quæ sunt in eo, quod est ad aliquid. Arist. elenc. l. 1. cap. 13. ch. 601.

Nugari est idem sæpe reiterare in iis, quæ cum aliquo conferuntur. Alex. aphr. in elenc. ch. 61.

Nugatorie loquentes inducunt res, non quæ sunt relationes, sed quæ sunt habentes qualitates, quæ substantiæ istorum aliqui accipiuntur cum definitio, aliquando cum definitione. Auer. in 1. elenchor. cap. 13. chart. 330.

Nugatio est inutilis repetitio eiusdem ex eadem parte orationis, vel ex parte prædicati, vel ex parte subiecti. Alb. magn. in elenc. ch. ut. 300. col. 4.

Nugationi inducitur aliquis implicite, & explicite. Th. de vio Caiet. in perih. ch. 23. col. 3.

Nugatio, vt fiat, non sufficit qualiscūque inclusio vnus in altero, sed exigitur, quod vnū includitur formaliter, & intrinsece in conceptu formali alterius. Tho. de vio. in poste. chart. 111. col. 1.

Nullum dicitur, quod nulla pars est subiecti, a qua prædicatū non procul absit. Magen. in prior. ch. 4. col. 2.

Nullus idem sonare videtur ac nec vnus. Boet. in lib. de interpr. chart. 342.

Nullum animal habet sensum, seu intellectū sine vegetabili. D. Tho. in 2. de ani. l. 14. tex. 95. ch. 19. col. 4.

Numerus quotuplex.

Numerus duplex est: quod numeratur, & numerabile, ex quo numeramus. Arist. physicor. 4. sum. 3. cap. 3. text. 102. chart. 110.

Numerus alius in animo, alius in numerabilibus. Am. in præd. 56.

Numerus secundum Platonis decretū, aliā ex sese substantiam habet, aliā ex eo, quod quantitas est. Dex. in pd. 44.

Numerus numerans cum sit diuisus, & non continuus, non cõuenit temporis, sed numerus numeratus est cõtinuus, & cõuenit tēpori. Sim. in 4. phy. ch. 260. col. 2.

Numerus numeratus duplex est: alius enim numeratur secundum quantum, vt cum dicimus duos, vel tres motus: alius secundum ordinem, vt priorem posteriorem, vel motum. Simp. in 4. phy. ch. 260. col. 2.

Numerus numeratus, & numerabilis idem sunt. Simpl. in 4. physic. chart. 262. col. 2.

Numeri alij primi, & incompositi: alij secundi, & incompositi. Io. gram. in 2. post. cap. 14. ch. 78. col. 1.

Numerus dupliciter dicitur. Primo, vt ordinatur ad suum principiū, & sic omne, quod coaceruatur ex vnis, est numerus. Alio modo, vt passionibus substat numerorū, quæ sunt par, impar, perfectū, diminutum, abundas, simplex, cõpositum, & sic binarius non est numerus; primo autem modo est numerus. Albert. magn. in 5. metaph. trac. 1. cap. 10. ch. 103. col. 2.

Numeri si dicantur esse, id palā est, quod non contingit vnitates eorum esse collectas, nec locatas ad inuicē, nec cõtingit eas esse alio mō, nec esse circa numerū. Alb. magn. in 12. metaphysic. tract. 1. cap. 5. ch. 168. col. 3.

Numerum esse in potentia ad infinitas formas potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod sit ad infinitas in specie, & sic non est verum, quia formæ, quæ possunt duci per agens naturale, & quæ sunt infra potentiā materiæ non sunt infinitæ. Secundo modo in numero, & hoc est impossibile, & ista infinitas non prohibetur a philosopho, sed tantum infinitas in speciebus prohibetur. Alex. de ales in 2. metaph. chart. 46. col. 2.

Nume-

Numerus duplex: formalis, & materialis. Numerus formalis non est vnitas diuisa, quia nulla realitas formalis communis esse potest multis formaliter differentibus numeris: materialis idem est, quod vnitas diuisa. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 18. ch. 134. col. 1.

Numerorum duæ species in ratione numeri non habent magis, & minus, quia ita est numerus 3. vt. 4. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 10. chart. 252. col. 4.

Numerus quid est, & unde dicitur.

Numerus nil aliquid est, quam vnitates plures, & quædam quanta. Ari. phy. 3. cap. 7. text. 68. ch. 74.

Numerorum nomina, vt 2. 3. 4. & cætera denominatiua sunt. Arist. phy. 3. cap. 7. tex. 68. chart. 74.

Numerus est infinitus, quia caret fine, sic & de distātia dicendum est. Arist. 1. de cæl. tex. 35. ch. 255.

Numerus est multitudo mensurata per vnum. Arist. ex metaph. cap. 5. tex. 21. chart. 206.

Numerus non est infinitus, quia nec par, nec impar, ex quibus generatur numerus, infinita sunt. Aristot. 13. metaph. fu. 3. cap. 3. chart. 286.

Numerus omnis quantum quid significat. Aristot. 14. metaph. cap. 4. chart. 304.

Numeri veri non sunt substantia, neque causa formæ. Arist. lib. eo. cap. 8. chart. 312.

Numeros substantias esse Pythagoreorum est opinio. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 5. chart. 14. col. 4.

Numerus dicitur ab aræ, quod antiqui aptare, seu cõponere vocāt, vnde *ἀριθμῶς* dicitur apud Græcos quæ Latini numerum vocant. Sirian in 12. metaph. vel secundum latin. 13. ex cap. 2. chart. 58.

Numerus est, & quia numerat, & quia eo numeratur quantum. Simpl. ibid.

Numerus est multitudo ex vnitatibus collecta. Simpl. in 3. phys. tex. 37. char. 168. col. 2.

Numeri sunt consequentes, sed non contigui, quia non se tangunt. Simp. in 5. phy. tex. 26. ch. 314. col. 2.

Numerus est multitudo constans ex vnitatibus. Io. gra. in 1. poster. cap. 3. chart. 21. col. 1.

Numerus ternarius est multitudo vnitatum, quæ per sectionem in aequalia diuiditur. Ioannes gramm. in 2. poster. cap. 14. chart. 68. col. 4.

Numerus binarius est multitudo vnitatum, quæ diuiditur in aequalia. Io. gra. in 2. post. ca. 14. ch. 68. col. 4.

Numeri natura est, vt non diuidatur in infinitum, vt diuiditur continuū. Auer. in 4. metaph. te. co. 27. c. 46.

Numerus est aggregatio vnitatum, & mēsurati, & mēsurant per vnum. Auer. in epit. metaph. t. 1. ch. 170. c. 2.

Numeri finis, & complementum est forma numeri, vt in quinario quinta vnitas, in denario decima. Alber. magn. in prædicament. chart. 42. col. 4.

Numerus est multitudo aggregata per vnum, vel diuisibile ad vnum. Alb. magn. in poster. ch. 195. col. 2.

Numerus cum sit in genere discreti, forma cuiuslibet numeri est forma summæ aggregata ex vnis, vel vnitatibus, propter quod vltima vnitas accepta, vt finis, in qua, & ad quam finitur motus aggregationis, est vnitas numeri, & forma, illa enim sola est causa diuisionis talis summæ, vt finis accepta. Alb. mag. in 5. metaph. tra. 1. cap. 10. chart. 103. col. 1.

Numerus est multitudo numerata per vnum. D. Tho. in 3. phys. l. 8. tex. 40. chart. 39. col. 2.

Numerus est subiectū mathematicæ scientiæ, cuius subiectū extra materiā esse non potest, etsi sit extra materiā sensibilem. D. Tho. 4. metaph. lec. 2. tex. 3. ch. 101.

Numerus nil aliud est, quam pluralitas, vel multitudo mensurabilis vno. D. Th. 10. metaph. l. 8. t. 21. ch. 723.

Numerus omnis numerabilis est per vnitatem, & habetia numerum numerabilia sunt per numerum. Alex. de ales in 11. metaph. char. 322. col. 3.

Numerum omnem esse numerabilem verū est, sed infinitam multitudinem vocari numerum falsum est. Alexand. de ales in 11. metaph. char. 322. col. 3.

Numeri quantitates, sunt quantitates speciei, differunt per qualitates, & passiones naturales, quæ sequuntur formam naturalem. Alexander de ales in 1. metaph. chart. 30. column. 4.

Numerus est repetitio, & reiteratio vnitatis formalis per materiam, & quantitatem. Alexander de ales in 1. metaph. chart. 31. col. 1.

Numerus formalis est constitutus ex vnitatibus, quæ conuertuntur cum ente, & quæ dicunt naturam rei, numerus vero materialis est constitutus ex vnitatibus, quæ accidunt essentiæ rei. Alexander de ales in 1. metaph. char. 22. col. 2.

Numerus omnis dicit quandam mensurationem specificam. Alex. de ales in 5. metaph. t. 8. ch. 133. col. 3.

Numerus specificus est quædam multitudo vna vnitatis specifica. Alexander de ales in quinto metaphysicor. tex. 19. chart. 156. col. 4.

Numerus omnis mensura est. Alexander de ales ibid. chart. 157. column. 1.

Numerus secundum veritatem non est aliud, quàm vnitas diuisa. Alex. de ales in 10. metaph. t. 1. ch. 276. col. 3.

Numerus est quædam formalitas, quæ potest applicari ad omnia, quæ possunt numerari per numerum, & vnitas ad omnia, quæ possunt numerari per vnum. Alex. de ales li. eo. tex. 2. chart. 279. col. 1.

Numerus est quædam vnitas, quæ per agens diuisa est. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 9. char. 286. col. 2.

Numerus proprie est ex diuisione formæ specificæ per indiuidua, ideo proprie numerus est qui causatur ex diuisione formæ, vel per continuum, vel per supposita. Alex. de ales in 10. metaph. t. 21. ch. 298. col. 2.

Numeri proprietates.

Numero discernimus plus, & minus. Arist. phys. 4. su. 3. cap. 3. tex. 2. chart. 110.

Numerare cur omnes homines, & Græci, & Barbari solent vsque ad decem, non ad aliquem alium numerum, tum repetendo intipiunt numerare, vt vndecim, duodecim, & non quinque vno, quinque duo? vel quia perfectus est denarius; continet enim omnia numerandi genera, vt par, quadratum, quadrante, longum, planum, primum, cõpositum, vel quia denarius est fons, & principium; constat enim ex vno, duobus, tribus, & quatuor, vel quia corpora, quæ feruntur, numero nominato continentur. An quia decem propositionibus quatuor cubales numeri consumantur, an quod omnes homines lege naturali decem digitis creantur, at gens vna quædam Thracum ad quatuor numerandi terminum fuit, quia amplius meminisse puerorum vsu non potest, nec vsu rerum multarum habet. Aristot. proble. sec. num. 3. ch. 489.

Numeri musici, & modi, qui voces sunt, motibus similes sese exhibent: sapores vero, aut colores, aut odores, nullam huiusmodi similitudinem gerunt, quia numeri musici, & moduli motibus continentur, vt etiam actiones, & omnis efficientia moralis res est, moreque condere potest; at sapores, & colores hoc idem efficere non possunt. Arist. proble. sec. 19. num. 29. char. 519.

Numerus, & vnum, vt relatio opponuntur. Aristot. 10. metaph. cap. 5. tex. 21. chart. 206.

Numerus non habet positionem, quia non est continuum, nam quæ habent positionem, continua esse debent. Simp. in præd. char. 35.

Numerare est solius animæ rationalis proprium. Io. gra. in 1. de anim. tex. 44. ch. 93. col. 4.

Numeri additio est infinita, non quod additio infinita exeat

Numerus, ut se habet ad res.

exeat in altum, ita ut actu inveniatur numerus infinitus, sed quod additio nunquam cesset. Auerr. in 3. physic. tex. 68. chart. 55. col. 2.

Numerus diuiditur per unitatem, & non continuatur per unitatem. Auerr. in 4. phy. te. 105. ch. 85. col. 2.

Numeri partes positionem non habent, ordinem habent. Alb. mag. in præd. char. 44. col. 3.

Numerus numeratus quodammodo habet minimum, quodammodo non habet, ut est in actuali multitudine, quæ est minima dualitas non habet, ut ex indiuisibilibus est minimum, & hæc est unitas. Alb. mag. in 4. phy. tra. 3. cap. 9. chart. 54. col. 4.

Numeri omnes habent unam communem mensuram, unitatem. D. Tho. in 5. metaph. l. 17. t. 20. ch. 368.

Numero dat formam ultima unitas. D. Tho. 8. metaph. l. 3. te. 10. chart. 598.

Numerus abstrahit a situ. Alexander de ales in primo metaph. char. 17. col. 4.

Numeri natura non est, nisi circa distantiam ab unitate. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 11. chart. 117. col. 3.

Numeri cuiuslibet ratio consistit in indiuisibili. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 10. ch. 252. col. 3.

Numerus suscipit magis, & minus secundum diuersas species. Alexander de ales in octauo metaphysicorum tex. 10. chart. 252. col. 4.

Numerus proprie ibi non est, ubi non reperitur aliqua unitas, quæ possit diuidi in multa. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 1. char. 276. col. 4.

Numerum proprie habent, quæ sunt sub vna formalitate. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 9. col. 3.

Numerus, ut par, impar, perfectus, & superfluus.

Numerus omnis, qui alicui est duplus, par est, inæqualia enim diuiditur. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 23. chart. 45. col. 3.

Numerorum quadratorum, qui dimidius est, par est. Ale. aphr. in 1. prior. cap. 23. chart. 45. col. 3.

Numeti impares priores esse conueniunt, quam pares. Alex. aphr. in 1. metaph. co. 43. ch. 21. col. 1.

Numerorum imparium omnium unitas forma est, ut parium dualitas. Sirian. in 12. metaphysic. vel 13. ex capit. 6. numer. 6. chart. 90.

Numeri impares a Pythagoreis gnomones appellatur, quia quadratis additi illam seruant figuram. Simp. in 3. physic. tex. 27. chart. 162. col. 1.

Numerus perfectus binarius est, quia omnem numerum in se complectitur. Ioannes grammatic. in 1. de anim. text. 26. chart. 14. col. 1.

Numerus impar dicitur abundans, quia cum non possit diuidi in duo æqualia, vna unitas abundat. Alb. mag. in prior. chart. 127. col. 4.

Numerus par dicitur perfectus, quia ex æqualibus perfecta discretione constituitur. Albertus magnus in prior. chart. 127. col. 4.

Numerus impar appellatur gnomon. Alb. mag. in tert. physic. trac. 2. cap. 1. chart. 34. col. 4.

Numerus par est principium infiniti, impar finiti secundum Pythagoram, quia par additus quadratis infinitas procreat figuras, impar tantum quadratas generat. Alb. mag. in 3. phy. tra. 2. cap. 1. ch. 34. col. 4.

Numerus perfectus est, qui constat ex partibus seipsum mensurantibus, ut 6. cuius partes sunt 1. 2. 3. quæ simul collectæ reddunt 6. D. Thom. in 4. physic. l. 20. text. 115. chart. 67. col. 4.

Numerus superfluus est, cuius partes mensurantes ipsum excedunt totum, ut 12. cuius partes sunt 1. 2. 3. 4. 6. quæ simul collectæ confurgunt 16. D. Tho. in 4. physic. l. 20. text. 115. chart. 67. col. 4.

Numerus in sui diuisione non terminatur, nisi quia terminatur ad impar. Alex. de ales in 1. metaph. c. 18. col. 2.

Numerus impar non est diuisibilis per equalia. Alex. de ales in 1. metaph. chart. 18. col. 2.

Numerus, ut componitur.

Numerus ex indiuisibilibus componitur, magnitudo vero minime. Arist. 13. metaphysic. su m. tertia, capit. 3. chart. 285.

Numerus denarius a quatuor continetur, sit. n. 4. 3. 2. 1. simul collectis. Simp. in præd. chart. 11.

Numerus ex unitatibus componitur, ac in unitates diuiditur, ideo non diuiditur in infinitum. Simplicius in præd. chart. 31.

Numerus non sumitur ex eodem iterato, sed unitates debent colligi. Albertus magnus in 3. physicorum tract. 2. cap. 12. chart. 38. col. 4.

Numerus componitur ex indiuisibilibus, magnitudo vero minime. Ale. de ales in 3. metaph. t. 16. ch. 72. col. 3.

Numerus, ut diuisus, & ut inæqualitatis species.

Numerum mathematicum non separatim ponunt Pythagorici; ex quo sensibiles substantias constare dicunt. Aristoteles 13. metaphysicorum sum. tertia, capit. prim. chart. 277.

Numeri diuini, & intellectuales non constant ex unitatibus; idealis enim numerus non est ex unitatibus. Sirian. in 12. metaph. vel 13. ex cap. 4. nu. 6. ch. 72.

Numeri apud Pythagoricos erant intellectuales, animales, mathematicus, & naturalis, non tamen ex unitatibus constituti erant, nec quanti præter mathematicum. Sirian. in 12. metaphysic. vel 13. ex capit. 5. numer. 16. chart. 76.

Numerum sic ponebat Plato, ut species, & ita ut ponebat species, esse substantias, sic & numeros. Alex. de ales in 1. metaph. chart. 22. col. 3.

Numerus formalis ex natura, & conceptu formæ accipitur, & non ex aliquo alio: numerus vero accidentalis, siue materialis causatur non ex ipsa natura formæ, sed ex aliquo alio, in quo recipitur forma. Alex. de ales in 12. metaph. chart. 45. col. 3.

Numerus multiplex est species inæqualitatis, & dicitur numerus multiplex, cum maior continet minorem aliquoties, puta, bis, ter, vel quater. Alexander de ales in 5. metaph. tex. 20. chart. 141. col. 4.

Numerus super particularis est, quando maior numerus continet minorem semel tantum, & in super aliquam eius partem, quod si totam, & dimidiam partem, vocatur sesquialtera. si totam, & tertiam partem, vocatur sesquitercia. si totam, & quartam partem, vocatur sesquiquarta, & sic de alijs. Alex. de ales ibid.

Numerus superpartiens est, quando maior numerus continet minorem semel, & in super non solum unam, sed multas eius partes: quod si totam, & duas eius partes, vocatur superbispartiens, & sic de alijs. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 20. char. 142. col. 1.

Numerus multiplex super particularis est, quando maior numerus continet minorem aliquoties, & in super aliquam eius partem, quod si continet totum bis, & dimidiam partem, ut quinque ad duo, vocatur duplex sexqui alterum, & sic de alijs. Alexander de ales in 5. metaph. tex. 20. chart. 142. col. 4.

Numerus multiplex superpartiens est, cum maior numerus continet minorem aliquoties, & in super aliquas partes eius in plurali, quod si continet totum bis, & duas eius partes, vocatur duplum superbispartiens, ut 8. ad 3. Alexander de ales in quinto metaphysic. text. 20. chart. 141. col. 2.

Numeri omnes duo ad inuicem separati sunt commensurabiles, quia datur communis mensura. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 20. chart. 141. col. 2.

Numerus,

Numerus actu non est infinitus, potest enim numerari, & pertransiri. Arist. phy. 3. ca. 4. tex. 41. ch. 65.

Numerus augetur in infinitum, magnitudines diuiduntur in infinitum. Aristoteles physicor. tertio, capit. 7. tex. 68. char. 74.

Numerus centum equorum, & ceterum hominum idem est, aliud autem sunt equi, aliud homines. Arist. physic. 4. sum. 3. ca. 5. tex. 110. char. 112.

Numerus a rebus partium ex partibus procreatur, & ab initio quodam constituto originem sumit. Arist. de lineis insecab. c. 936.

Numerus omnis modo infinitus non fit, finitas diuisiones habet. Arist. de lineis insecab. char. 936.

Numerate non nisi interposita quiete absoluitur. Arist. de lineis insecab. c. 937.

Numeros principia rerum esse Platonis, & Pythagoreorum placitum fuit. Alexand. aphrod. in 1. metaph. co. 45. c. 20. colum. 2.

Numeri ex Aristot. sententia rerum substantijs nec priores, nec posteriores, sed simul sunt. Dex. in præd. c. 44.

Numerus, & magnitudo a substantia eximi, & seungi non potest. Them. in 3. phy. tex. 68. ch. 32. col. 2.

Numerus non habet infinitum ex se, sed ex materia. Themist. in 3. phy. tex. 68. ch. 32. col. 3.

Numerus est antiquior magnitudine. Simplicius in præd. char. 32.

Numerus in definitione temporis sumitur pro mensura. Simpl. in præd. c. 90.

Numerare sublato, ut numerus numerabilis, tempus tollitur, sed velut prius, & posterius secundum extensionem, durationis motus non destruitur, & secundum hoc tempus subsistit. Simpl. in 4. phy. c. 277. col. 2.

Numerus participabilis est in diuersis sit subiectis, æqualis tamen est numerus. Simplicius in 4. phy. tex. 132. char. 279. col. 2.

Numerus nullus, cum non sit separabilis per se, infinitus est. Io. gram. in 1. phy. tex. 40. ch. 63. col. 2.

Numeri, & magnitudinis additio differunt, quia additio in continuo est ex forma, additio indiscreta est ex materia, & diuisio est e conuerso, quia in numero est ex forma, in magnitudine ex materia. Auerr. in phys. 3. tex. 68. char. 55. col. 2.

Numeros esse in anima non est omnibus modis esse in anima, sed esse eius extra mentem est esse in potentia propter subiectum proprium, & esse eius in anima est esse in actu. Auerroes quarto physicor. tex. 131. char. 93. colum. 2.

Numeratur vnumquodque per rem suæ speciei. Auerr. 4. physic. tex. 133. ch. 94. col. 3.

Numerus motuum, qui sunt in mundo, aut est de necessitate esse eius, quod est hic, aut ad bene esse. Auerroes ex destr. disput. trac. 1. c. 11. colum. 4.

Numeratur omnia simul, atque sunt, nam vnaqueque res aut vna est, aut plura. Boeth. in præd. ch. 144.

Numerus non est ubi non est diuisio materie. Alb. mag. 3. physic. trac. 2. ca. 12. ch. 38. col. 3.

Numeri additio sequitur diuisionem continui per quam a toto itur ad id, quod est in potentia ad numerum. vnde non oportet ad aliquem actum ire finitatem potentiam, sed additio magnitudinis ducit in actum. D. Th. in 3. phys. l. 12. tex. 69. c. 44. col. 3.

Numerabilia, & numerus esse possunt non existente numerante. Diuus Thomas in quarto physico. l. 23. tex. 131. c. 71. colum. 1.

Numerorum distantia ad inuicem non intelligitur, secundum aliquam continuitatem, sed secundum unitatum additionem. Diuus Thomas 11. metaph. le. 12. char. 828. colum. 4.

• Numeri rationem habent res secundum esse essentia.

Alex. de ales in 10. metaph. tex. 8. c. 285. col. 3.

Numerum ponere in proposito nil aliud est, quam querere de duorum adunatione. Thom. de Vio. in poster. c. 185. col. 1.

Numerus orationis tanquam forma quædam ex collocatione, & clausula efficitur, cum non sit, nec collatio, nec clausula, forma tamen quædam est ex ijs concreta. Daniel Barb. 3. rhet. cap. 3. ch. 166.

Numeri, ut primi, compositi, & minimi.

Numeri minimi ex his, qui eandem habent rationem, primi inter se sunt. Eucl. 7. elem. Alexan. aphrod. in 1. prior. ca. 23. ch. 45. col. 2.

Numeri primi sunt ij, quos sola unitas metitur. Eucl. lib. 7. elem. Alexand. aphrod. in primo prior. cap. 23. char. 45. colum. 2.

Numeri minimi ex ijs, qui eandem rationem habent primi inter se sunt. Eucl. 7. præf. Alexand. aphrod. abidem.

Numeri primi inter se, si vterque ex ipsis multiplicatus aliquem reddit, multiplicatos eos, qui resultant, primos etiam ipsos inter se futuros esse demonstrat. Eucl. 7. Alex. aphro. ibid. col. 3.

Numeri primi simpliciter dicuntur, qui sola unitate mensurantur, ut 3. 5. 7. Alexand. aphro. in 1. metaph. tex. 43. ch. 21. col. 1.

Numerus primus est, qui unitate mensuratur, ut quinque. Ioannes grammat. in prim. poster. cap. 4. char. 11. columna 3.

Numeri compositi sunt, qui unitate, & alijs numeris mensurantur, ut sex. Ioannes grammat. in pri. post. cap. 4. char. 11. colum. 3.

Numeri inter se primi dicuntur, qui inter se commensurantur mensura unitate sola, ut viginti septem, & quadraginta quinque. Ioan. gramm. ibid.

Numerus primus duobus modis dicitur. Primo, quia mensuratur aliqua communi mensura, nisi unitate. Secundo, quia non componitur ex pluribus numeris. D. Thom. in poster. char. 93. colum. 3.

Numerus primus dicitur, quem sola unitas mensurat. D. Tho. 9. metaph. l. 11. tex. 22. char. 680.

Numeri compositi sunt duo numeri, qui possunt mensurari a tertio, ut 9. & 6. qui non sumuntur a 3. Alexander de ales in quinto metaphysicor. tex. 19. chart. 136. colum. 3.

Numeri primi sunt, qui mensurari possunt sola unitate, ut est ternarius. Alex. de ales ibid.

Numerum, quod aliqua unitas possit causare per sui diuisionem, hoc est per se, primo in continuo, per accidens autem in alijs formis, ut recipiuntur in continuo. Alexander de ales in decimo metaphysic. tex. 1. char. 277. columna 1.

Número qua differunt.

Numerus simpliciter differt a numero alicuius, quia in numero simpliciter inuenitur minimus, & dualitas: in numero alicuius quodammodo inuenitur minimum, quodammodo non, ut linea minimus multitudine est duæ, uel una; magnitudine non est minimus: semper enim diuiditur omnis linea. Arist. phy. 4. su. 3. cap. 5. tex. 108. char. 112.

Número differunt quæcunque cursu accidentium proprietatem propriae substantiæ determinant. Simplicius in præd. char. 13.

Número quo differt, vel forma differt, ut Socrates a Platone: vel ordine, ut punctum a puncto, vel ut nunc, ut vnum prius, alterum posterius; vel positione, ut sursum, deorsum. Simplicius in 4. physic. char. 261. colum. 1.

p Numero

Numero differre dicitur, cum numerus a numero dif- fert. Boetius in Por. c. 64.
Numero differunt, quæ materiæ diuisione differunt, Alb. mag. in prædicab. char. 12. col. 4.

Numerus, vt multiplicatur.

Numerum totum in multiplicationibus mensurat vnum latus, vt nouenarium ternarius, Sirian. in 13. metaph. vel 14. nu. 6. c. 119.
Numerus omnis cum parte in seipsum deductus, in partem definit. Io. gram. in 1. post. cap. 2. c. 6. col. 1.
Numerus multiplicatus in seipsum maior est, quam componens, vt tres in seipsum multiplicati nouem faciunt, & compositi sex. Ioan. gramm. in 4. physic. tex. 108. ch. 110. colum. 3.
Numerus omnis multiplicatus est maior composito, vnitatis contra est minor, binarius æqualis. Ioan. gram. in pri. de ani. tex. 27. ch. 14. col. 4.
Numerus simpliciter nõ multiplicatur numerus nõ simplex multiplicatur. Auerr. 4. phy. t. 134. c. 95. col. 1.
Numerus in se multiplicatus appellatur quadratus. Alber. mag. in 3. phys. trac. 2. cap. 1. c. 34. col. 4.

Numerus, vt angulorum diuersorum.

Numeri æquilateri sunt quadrati, vt nouem. Ioan. gram. in 1. post. ca. 4. c. 11. col. 3.
Numeri altera parte longiores sunt, qui ex imparibus multiplicatis fiunt, vt 15. Ioan. gram. ibid.
Numero quadrato si proximus impar addetur, semper generatur quadratus numerus. Alb. mag. in 3. physic. trac. 2. ca. 1. ch. 34. col. 3.
Numerus cubus est, qui surgit ex ductu vnus numeri in seipsum bis. D. Th. in post. c. 48. col. 4.
Numus omnia metitur, & est quasi mediũ inter ea, quæ permutantur. Arist. 5. ethic. nicom. ca. 5. c. 121.
Numus succedit ex pacto loco indigentia, ideo dicitur numus, id est statuto, & lege, non natura constitutus; ita, vt in nobis sit eum commutare, atque inuile red dere. Arist. 5. ethic. nicom. ca. 5. char. 121.
Numus commensurabilis est, non enim vlla societas esse potest, nisi sit permutatio, nec permutatio, nisi æqualitas, nec æqualitas, nisi sit commensuratio. Arist. 5. ethic. nicom. ca. 5. ch. 122.
Numisma inuentum est, vt inter homines congruentes fieri possit permutatio, quæ ciuilem communionem continet. Arist. mag. mor. 1. ca. 21. ch. 307.
Numi vsus introductus est, quia facile non possunt de ferri singula ad victum necessaria, & ideo ad permuta tiones faciendas tale aliquid composuerunt homines inter se dare, & accipere, quod vtilium quippiam exi stens habeat vsum facilem commutandi ad victum, vt ferrum, argentum, primo definitum quantitate, & pondere, deinde etiam signo impressum. Arist. poli. 1. cap. 6. char. 503.
Numi signum factum est ad quantitatem demonstran dam. Arist. politicor. prim. capit. 6. char. 503.
Numus primus est, & vltimus in permutatione. Arist. ibid. char. 504.
Numus, aut pomum in aqua demersum amplius seipso videtur, quoniam aqua submerso adhærens corpori, eadem afficitur qualitate, coloremque perinde trahit eundem, quo fallere oculũ possit, quali corpus amplius sit, cum vndiq; aqua continetur. Hac enim eadem ra tione sol quoque, & luna, & erratica omnia, cum vel exoriuntur, vel occidunt, corpore esse ampliori viden tur. Alex. aphro. proble. 1. nu. 36. c. 675.
Numisma pecuniæ principaliter deferuit ad omnem virtutem. Albertus magnus ethico. 4. tract. pri. cap. 1. char. 47. colum. 4.

Nunc non est temporis pars: nam pars, & mensurat, & ex ipsa totum componitur, tempus vero non compo nitur ex ipsis nunc. Aristot. phys. 4. sum. 3. cap. 1. tex. 89. char. 105.
Nunc quodam modo est idem, quodammodo non; quia vt est in alio, & alio diuersum est, vt autem est id, quod est ipsum nunc idem est. Aristot. phys. 4. su. 3. cap. 4. tex. 104. ch. 110.
Nunc est, quatenus est numerabile, prius, & posterius. Arist. phys. 4. sum. 3. ca. 4. tex. 104. ch. 110.
Nunc, si bis accipi possit, vt punctum, necesse esset tem pus stare. at cum tempus semper moueatur, nunc semper est alterum. Aristot. physico. 4. su. 3. capit. 4. tex. 106. char. 111.
Nunc, nec est pars temporis, nec diuisio motus, vt nec puncta sunt lineæ partes. Arist. physico. 4. su. 3. cap. 4. tex. 107. char. 112.
Nunc, vt est terminus, non est tempus, sed accidit ei esse terminum, vt autem diuidit tempus, est numerus; ter mini enim sunt in eo, cuius sunt termini. Arist. phys. 4. su. 3. cap. 4. tex. 107. char. 112.
Nunc, in omni loco idem est, tempus veto vt prius, & posterius non idem, quia & mutatio præsens vna est facta, vel futura altera. Aristot. physico. 4. su. 3. cap. 5. t. 110. char. 112.
Nunc prius, & quæcunq; huiusmodi ita sunt in tem pore, vt in numero par, & impar: hæc enim numeri a liquid, illa vero temporis aliquid sunt. Arist. phys. 4. sum. 3. cap. 6. tex. 115. ch. 114.
Nunc, continuat tempus præteritum, & futurum, & est terminus temporis, huius scilicet principiũ, illius fi nis, potentia tamen, & vt diuidit, semper est aliud, vt copulat idem. Aristoteles physicor. 4. cap. 7. tex. 121. char. 117.
Nunc est finis, & principium temporis, finis præteriti, & principium futuri. Aristoteles physicor. quarto, ca. 7. tex. 125. char. 118.
Nunc, quod nõ secundum alterum, sed per se, & primo dicitur, indiuisibile esse, & in omni tempore tale esse necesse est. Arist. phy. 6. su. 2. ca. 1. tex. 24. ch. 153.
Nunc est vltimum præteriti, & futuri. Arist. ibid.
Nunc non habet diuisionem in se per se, sed per acci dens. Arist. ibid. tex. 27.
Nunc, punctum, vnitatis, priuationes, negationes, mo tus, & mutationes sub nullo sunt prædicamento. Am mon. in præd. ch. 29.
Nunc bis assignari in tempore non potest. Them. in 4. phys. tex. 106. c. 43. col. 1.
Nunc medium esse temporis notius est, quam tempus esse æternum. Simp. in 8. phy. ch. 410. col. 2.
Nunc, si ad tempus referatur, est vnus principium, al terius vero finis: ad rem vero est posterius princi pium, non autem finis prioris. Simplicius in 8. phys. t. 69. c. 461. colum. 1.
Nunc cum sit indiuisibile, vt vnitatis, rursus, & rursus ac ceptum tempus facit. Ioannes gramm. in 4. physic. tex. 103. ch. 108. col. 4.
Nunc magis assimilatur puncto, quam vnitati. Auerr. in phys. 4. tex. 106. c. 85. col. 3.
Nunc est indiuisibile subiecto, diuisibile vero ratione. Auerr. 6. phys. tex. 24. c. 120. col. 2.
Nunc dicitur vere, & transumptiue. Auerr. ibid.
Nunc scire esse vnum, & scire indiuisibile, est in eodem ordine. Auerr. ibidem.
Nunc indiuisibile est, quod adiacet mobili, quod fertur. Alb. mag. in 3. phy. trac. 2. ca. 12. c. 38. col. 3.
Nunc, nil aliud est, nisi numerus eius, quod fertur, vt v nitatis est in numero. Alb. mag. in 4. physic. trac. 3. ca. 8. char. 54. colum. 3.
Nunc per id, quod est actu, conuenit ei continuare tem pus. per id autem, quod est in potentia, conuenit ei di uideri.

uidere. Alber. mag. in 4. phys. tra. 3. ca. 12. c. 56. col. 2.
Nunc æternitatis diuersum est a nunc temporis subie cto, & nunc æui diuersum est a nunc temporis subie cto. Alb. mag. in 4. phys. tr. 4. ca. 5. c. 59. col. 3.
Nunc æternitatis non differt ab æternitate, nisi ratione tantum. Alb. mag. in quarto physicor. trac. quarto. cap. 5. char. 59. columna 3.
Nunc est principium temporis, quia per ipsum distin guitur præteritum & futurum. Diuus Tho. in post. char. 92. colum. 1.
Nunc temporis est, vt numerus mobilis, & nunc æterni tatis est, vt numerus, vel potius, vt vnitatis rei semper eodem modo se habentis. Diuus Thomas in 4. phys. 118. tex. 105. ch. 65. col. 3.
Nunc si sic se habet ad tempus, vt punctum ad lineam, non sequitur Aristot. ratio, quod omne nunc sit prin cipium, & finis temporis, nisi supposita æternitate temporis, quam probare necesse est; vt punctum si est lineæ principium, non idem punctum est etiam lineæ principium. D. Thomas in octauo phys. 1. 2. tex. 11. char. 121. col. 1.
Nuper est pars temporis futuri, propinquum præsentis nunc. Arist. phys. 4. ca. 7. tex. 126. ch. 118.
Nuper significare videtur recenter, & forte de futuro dicitur nuper, & si ingens consuetudo sit, qua sole mus de præterito ipso vti. Simplicius in quarto phys. tex. 127. c. 274. col. 2.
Nuptiæ aptius in hyeme fiunt. Aristoteles polit. 7. ca. pit. 16. char. 751.
Nuptiæ non erant iure contractæ, quæ non inter ciuẽ Romanum, & ciuem Romanum fiebant, aut cur prin cepti populusve ciuitatem, vel cõnubium non permi sisset, eo scilicet modo, vt in potestatem parentum li beri redigerentur. Boet. in top. Cic. 1. 2. c. 783.
Nuse duo sunt: vnus subalbus, alter niger, & si ponatur ambo vbi est venenum, adurit manus tangentis, & subalbus fit varius. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 2. cap. 12. ch. 141. col. 1.

Nutritum quid est.

Nutritum est corpus. Arist. physico. 4. su. 2. cap. 1. tex. 53. char. 93.
Nutritum est formæ custodia, augmentatio est eius extensio ad maiorem magnitudinem: sunt igitur idẽ nutritum, & actio subiecto, ratione differunt. Ioannes gramm. in primo de gener. & corrup. tex. 41. co. 100. char. 62.
Nutritum est potetia simile ei, quod nutritur, actu autem, & comparatione contrarium. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 43. c. 47. col. 1.
Nutritum, per quod fit augmentum, quodammodo est simile, quodammodo est contrarium. Auerr. 8. phys. tex. 55. c. 180. col. 2.
Nutritum est simile rei nutritæ, excrementum est contrarium. Auerr. de partib. ani. 2. cap. 6. char. 71.
Nutritiuum primum est id, quod mittit calorẽ ad mem brum relatum ad virtutem nutritiuam, & est primo sensitiuũ id, quod mittit ad membra sensitiua. Auerr. de partib. ani. 3. ca. 4. ch. 82.
Nutriti principium est anima. Auerr. 2. de ani. tex. 14. c. 129. col. 4.
Nutritum dicitur de eo, quod est digestum, & de eo, quod adhuc non est digestum. Auerr. 2. de ani. su. 2. tex. 45. c. 136. col. 1.
Nutritum non est pars nutritibilis, nisi vt est simile. Auerr. 2. de ani. su. 1. tex. 45. ch. 136. col. 1.
Nutritum est augmentatiuum, vt perficit quanti tatem naturalem eius, quod diminuitur in principio propter necessitatem. Auerroes 2. de ani. su. 2. tex. 47. char. 136. col. 2.

Nutrire est actus cuiusdam anime particulæ in omni gere viuẽtium mortalium. Alb. mag. de spir. & respir. 1. 1. trac. 1. cap. 1. ch. 51. col. 2.
Nutritum est humor grauis, & spissus, & non de fa cili mobilis. Albertus magnus de spir. & respir. 1. 1. tra. 1. cap. 7. ch. 53. colum. 3.
Nutritum est potentia simile ei, quod nutritur. il lud autem est potentia simile, quod vnico motore a gente actu assimilari potest. Alber. mag. de nutrim. & nutrib. trac. 1. cap. 1. ch. 63. col. 3.
Nutritum omne necesse est esse actu humidum, eo quod aliter sequeretur, quod radicali humido, quod sibi dat virtutem nutrimenti, non esset simile, & non reciperet formas, & figuras membrorum, quæ nu triuntur, & quia oportet, vt sit facile terminabile, ad alienum terminum. Alb. mag. de nutrim. & nutri. tra cta. 1. 1. cap. 5. ch. 65. colum. 3.
Nutritum non est, quod nullam habet dulcedinẽ. Alb. mag. de veg. 1. 3. trac. 2. cap. 3. c. 139. col. 3.
Nutritio est, per quam aliquid saluatur, vt est. D. Tho. in 2. de ani. 1. 9. tex. 49. char. 30. col. 3.

Nutritur quid, è quibus, & ob quid.

Nutriuntur omnia ex eis, ex quibus sunt: ex mul tis enim nutriuntur, & plantæ etsi sola aqua viden tur nutriti, aqua tamen mixta est. Arist. 2. de gener. & cor. sum. 3. cap. 2. text. 50. char. 440.
Nutriuntur omnia dulci, vel simplici, vel mixto. Arist. de sens. & sens. cap. 4. c. 16.
Nutriendi vim nihil obtinet, nisi quod dilutũ est. Arist. proble. sec. 1. nu. 15. c. 336.
Nutritur omne, & augetur ex illo, aut proxime, aut lon ge ex quo fit. Simplic. in 1. de cõelo. text. 21. com. 23. char. 17. colum. 4.
Nutriuntur ea, quæ instrumenta habent, per quæ nutri mentum suscipere possunt, ex quibus ex nutritione incrementum ex omni parte fit. Ioan. gramm. in 2. de anim. tex. 3. char. 37. columna 1.
Nutritum si habet, quod esse possit, & eius quanti tati adicere, nõ solum nutrit, sed & auget. cum vero, quod nutritur tempore defessum est, & exhaustum, non amplius augetur: partes enim cũ sicciore euase rint, non suapte natura amplius extendi possunt, vt quantitati adiciatur. Ioan. gramm. in 2. de anim. tex. 47. char. 48. columna 1.
Nutritur proprie ex tangibilibus. succus enim instar cõ dimentoũ obtinet in nutriendo. Io. gra. in 3. de ani. tex. 63. c. 97. col. 3.
Nutritum debet esse homogeneous cum nutriẽdo. Auerr. 1. de cel. tex. 21. c. 8. col. 3.
Nutritum est loco eius, quod dissoluitur ex elemen tis, ex quibus componitur. Auerr. 2. de anim. su. 2. tex. 28. c. 136. col. 1.
Nutribile omne duplici humido indiget. Vnũ semina le, quod est aliquid substantiæ seminis, & hoc est pro prium subiectum caloris naturalis. Aliud nutritim tale, quod de nutrimento accipitur, quod semper retinet de natura cibi, & nõ semper aliquid de extra neo cõtinet, ideo nõ est in eo ita efficax calor natura lis. Alb. mag. in 2. de anima. trac. 2. cap. 6. c. 18. col. 2.
Nutritum esse nequit, quod non est elixabile. Alber tus magnus de nutrim. & nutrib. tracta. 1. cap. 1. char. 63. col. 4.
Nutrientia magis sunt, quæ habent naturale humidum facile conuertibile in naturam eius, quod nutritur, & minus nutriunt quæ hoc humidum habent minus fe parabile a terreo, quod est in eis. Alb. mag. de nutrim. & nutrib. trac. 1. cap. 1. c. 63. col. 4.
Nutritum quanto similis est ei, quod nutritur, tã to efficacius nutrit, & citius conuertitur. Albertus

Mag. de nutrim. & nutrib. trac. 1. cap. 1. char. 63. col. 4.
Nutrimētum omne quatuor habere debet. Primum virtutem nutritiæ. Secundum instrumentum virtutis, quod est calor. Tertio receptaculum nutrimenti. Quarto spongiositatem, & porositatē corporis. Albertus magnus de nutri. & nutrib. tracta. 1. cap. 2. char. 64. col. 2.
Nutritiōni omni modus communis est, quod oportet fieri assimilationem in nutrimento per calidum digestiū, siue fiat hæc decoctio in poris, siue in vasis, vt in his, quæ habent viscera, Alb. mag. de nutri. & nutrib. trac. 1. cap. 3. c. 64. col. 3.
Nutrimētū omnis preparatio est similis, vel elixationi, vel affationi, non autem pepanhi. Alb. mag. de nutri. & nutrib. trac. 1. cap. 3. c. 65. col. 1.
Nutrimētū omnis decoctio est a caliditate, quæ nutrimento est aliena, & nutritio propria. Alber. mag. de nutriment. & nutrib. trac. 1. cap. 3. char. 65. col. 1.
Nutrimētū est ad deperditū restorationem: deperditio. n. non tantum est necessaria in partibus per calidum consumantis virtutem, sed etiam utilis: quia vt in respirantibus aer diu detentus non efficitur utilis ad operationem respirationis, ita etiā in animatis materia diu detenta duratur, & efficitur inhabilis ad vitæ organicæ operationes, ideo restaurari, & innovari oportet. Alber. mag. de nutriment. & nutrib. tract. 1. cap. 4. char. 65. colum. 1.
Nutritū omne porosum, & quasi spongiosum esse oportet, & ideo in concavitatibus eius nutrimentum continetur. Alber. mag. de nutri. & nutrib. trac. 2. cap. 1. char. 66. col. 1.
Nutriti proprie dicimus id, quod in se ipso aliquid recipit ad suam ipsius conseruationem corporalem. D. Thom. in 2. de anima. lib. 9. tex. 46. char. 30. col. 1.

Nutrimētum, vt se habet ad corpus.

Nutrimētum adueniente maius crescit, quod augeatur, & transmutato in eandem formam, & est ut simile simili augeatur, est & vt dissimili. Aristot. 1. de gen. & corrup. fum. 2. cap. 3. tex. 38. char. 401.
Nutrimētum augmentatiōni idem est ipso autem esse aliud, vt enim est id, quod aduenit potentia, quanta caro augmentum carnis est, vt autem solum potentia caro, nutrimentum. Aristot. 1. de genera. & corrup. fum. 2. ca. 4. tex. 41. c. 402.
Nutrients, & secundum substantiam mutatur, & secundum quantum adiungitur, secundum substantiam, quia cum nutritio idem, secundum quantum, quia augeat. Simp. in 2. de ani. tex. 47. ch. 32. col. 3.
Nutrimētum patitur ab eo, quod nutritur, misceturque prius cum eo, quod nutritur, & cum passum fuerit, in illius substantiam mutatur. Ioan. gram. in 1. de gene. & corrup. tex. 39. nu. 97. ch. 59.
Nutrimētū curam maximam natura gessit, Ioā. gram. in 3. de ani. tex. 128. ch. 73. col. 2.
Nutribile & augmentabile esse non est vt necessitas essendi calidum, aut frigidum, humidum & ficcum, graue, & leue, sed ei est, vt est viuum, & calidum, leue, vt est corpus naturale. Auerroes primo de ani. tex. 55. ch. 126. colum. 2.
Nutrimētum dicitur, vt conseruat substantiam rei nutritibilis ne corrumpatur, dat enim aliquid loco dissoluti. Auerroes secundo de anima. fum. 1. tex. 47. char. 136. colum. 2.
Nutrimētū partes grossiores descendunt ad nutrimentū partium inferiorū, tenuiores ad superiores partes. Alber. mag. in 2. de coclo. tr. 1. ca. 4. ch. 24. col. 4.
Nutrients vnumquodque nutritur ex ijs, ex quibus generatur. Alber. magnus in 3. de anima. tract. 5. cap. 2. char. 49. colum. 1.

Nutrientur omnia, quæ nutriuntur, ex eisdem, ex quibus generantur. Albertus magnus de sens. & sens. tracta. 1. cap. 1. char. 2. col. 2.
Nutrimētum animalia tandiu accipiunt secundum naturam, quandiu in eis deperditum restitui potest. & hæc positio in duobus consistit, in vno effectiue, in alio materialiter operante. Effectiue calidum operatur quod potest id, quod nutritur, diuidere, & nutriens inducere, & conuertendo vnire, quæ cum non possit calidum perficere, stat nutrimentum, & animatum deficit secundum naturam, cuius causæ essentialis, & naturales sunt tres, & vnam veram perficientes causam. Prima est exiccatio humidi radicalis, quod est subiectum caloris: euanescente enim illo euanescit & calidum, & tunc non valet perficere dictas operationes. Secunda est mortificatiua infrigidatio, quæ inspissat naturale humidum, ne sit mobile, & actum, vt vehat calidum digerens, & conuertens ad membrorum interiora. Tertia causa est multa inductio extranei humidi nutrimentalis non conueniens. Alb. mag. de nutri. & nutrib. trac. 1. ca. 5. c. 65. col. 3.
Nutritiuum, & augmentatiuum sunt idem subiecto, secundum esse non idem, quia nutrit in eo quod est substantia membri: auget in eo quod potentia est quantum quantitate addente aliquid super quantitate nutriti, & augmentati. Alber. mag. de nutrim. & nutrib. trac. 2. cap. 1. ch. 65. col. 4.
Nutritiuum & augmentatiuum non nutriunt, & augeant ad speciem, & operationem vegetatiui, sed ad speciem, & formam sensitui. Alb. mag. de natura, & orig. ani. trac. 1. ca. 4. c. 63. col. 4.
Nutrimētum omne, aut iam corruptum est, aut destitit ab esse proprio, quia nihil nutritur a nutrimento in suo esse, ac specie saluato. Alb. mag. de veget. l. 7. tracta. 1. cap. 1. char. 172. col. 1.

Nutritiua, vt potentia.

Nutritiuam animam inesse necesse est in omnibus, quæ augmentantur, & minuuntur. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 59. c. 669.
Nutrienti facultas, est humane virtutis expertis. Aristot. pri. ethic. cap. 3. c. 27.
Nutrix facultas in somno cum suam vberius exercat potentiam, ideo non debet ceteri virtus. Arist. moral. eud. 2. cap. 1. c. 383.
Nutritiua facultas habet finem vnum nutrire. Io. gram. mat. in 3. de ani. tex. 44. c. 93. col. 1.
Nutritiuam, sensitiuam, & motiuam virtutem non a corde pēdere existimat Galenus, vt Arist. sed ab hepate, & sensitiuam, & motiuam a cerebro. Auer. de partib. anim. 2. cap. 1. c. 68.
Nutritiua virtutis vbi est principium, ibi est principium virtutis augmentatiua, sed non econtra. Auer. de part. ani. 3. cap. 4. c. 82.
Nutritiua virtus prima est in corde, & vbi est nutritiua virtus, ibi oportet, vt sit primum nutrimentum. Auer. ibid. char. 83.
Nutrients non agit in nutrimentum, nisi vt est ei contrarium. Auerroes secundo de anima. fum. 2. text. 45. char. 136. colum. 1.
Nutritiua potentia est, quæ de nutrimento restaurat deperditum in corpore animato, vt saluet in esse diuino. Albertus magnus in secundo de anim. trac. 2. cap. 6. char. 18. col. 1.
Nutrients potentia non est, quod non est potentia propinqua. Albertus magnus de nutrim. & nutrib. tr. 1. cap. 1. ch. 63. col. 3.
Nutritiua virtus existens in quolibet membro, ad minus quatuor habet operationes, quæ sunt nutrimentum: conueniens attrahere, attractum ratificare, ratificatum

tum sibi, & membro, in quo est, vnire, & id, quod est conueniens, nec potest ratificari, a se expellere. Albertus magnus de anim. l. primo, tract. primo, capit. 5. ch. 4. colum. 4.

Nutrimētum quæ membra suscipiunt.

Nutrimētum suscipitur in his locis, in stomacho, hepate, corde, & ab his locis egreditur nutrimentum ad venas. Diuus Thomas de somno & vigil. l. 5. c. 36. colum. 2.

Nutrimur magis quo tempore.

Nutritiua particula dormiendo magis opus suum facit, quam vigilando, magis enim animalia dormiendo, quam vigilando nutriuntur. Arist. de somno & vig. cap. 1. ch. 49.

Nutribilis particula magis perficit opus suum in somno, quam in vigilia. Albert. mag. de som. & vigil. tr. 1. cap. 8. ch. 27. col. 3.

Nutrimenti tractatio quo in libro fit.

Nutrimenti, & augmenti sermo non perficitur, nisi in multis libris. nam augmenti, & diminutionis motus declaratus est in libro de genera. & corruptio. in meteor. declarari sunt modi calorum, & actionum, vt decoqui, & affari, & in hoc libro de anima declaratus est primus motor: in istis motibus in libro de animalibus declarata sunt, quot sunt instrumenta istius virtutis in vnoquoque animali, & quomodo completur actio per ipsam in vnoquoque ipsorum, & per quot membra, & quomodo seruiunt illi hæc membra, & qualis est proportio eorum in ista actione inuicem. Auer. 1. de ani. c. 136. col. 1.



Besa sanguinem habent imputidum. Aristot. de historia animal. tertio, ca. 17. char. 98.

Obiectio non est enthymema, sed opinionis alicuius pronuntiatio, ex qua syllogismo conclusum non esse, aut falsi aliquid sumptum esse patebit. Aristot. rhet. 2. char. 133.

Obiectionibus abundare qui vult, contrarias inuicem opiniones consideret, & abstrusas ipsarum rationes. Simpl. in 1. de cel. com. 95. tex. 101. char. 44. col. 3.

Obiecta, quorum propria passiva pro partibus, siue potentiis habet anima, quædam proprias passiones inferunt animæ, quædam communes animæ, & corpori. Albertus magnus de intellectu, & intellig. l. 1. tract. 1. cap. 1. c. 50. col. 2.

Obiecta sunt corpori, & animæ cõmunes passiones, quæ sunt circa ea, quæ anima corpore instrumentali loco vtitur, vt quæ sunt circa vegetabilem, & sensibilem animam. Alber. mag. de intellectu, & intellig. l. 1. tract. 1. cap. 1. c. 50. col. 2.

Obiecta non inferunt passiones, nisi propriis passivis. Alber. mag. ex primo de intellectu, & intellig. tra. 2. ca. 1. char. 52. col. 1.

Oblivio captiorem gignit. Alexand. Aphrod. in l. elen. charta 64.

Oblivio, & mors existimantur interitus, & priuatio. Alexand. aphrod. de sensu, & sens. ex sum. 1. com. 2. char. 5. colum. 1.

Oblivio scientiarum tribus causis fit, vel per ægritudinem, vel per percussionem in capite, vel per venenum, & potum. Simpl. in prædic. e. 61.

Oblivio nulla maior est ea, cū quis perscrutatur de causa alicuius rei, & dat causam destruentem intentionem nominis illius rei. Auerr. 3. de celo. tex. 56. char. 101. colum. 3.

Oblivio est motus in gnorantiam. Alexan. de ales in 11. metaph. char. 328. col. 1.

Obsequitas verborum omnino a ciuitatibus est ex terminanda: nam turpiter dicere, sequitur turpiter facere. Aristot. pol. 7. ca. 17. c. 754.

Obsequia quæ nimia sua obsequitate redimi non possunt, & quæ rationem, & virtutem, & naturam, & consuetudinem subruunt, nullo modo facienda sunt, nec causa motus, nec alterius violentiæ, sed potius moriendum est. Albertus magnus ethic. 3. tract. 1. cap. 5. char. 35. colum. 4.

Obscuritatem Aristotelis dictis consueta breuitas facit. Ioan. gram. in 1. poster. ca. 3. ch. 9. col. 4.

Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignantur. Alber. mag. ethic. 5. tra. 3. ca. 3. ch. 64. col. 4.

Observationes hominū nunc in celestibus motibus melius est scire, quam nihil. Auerroes in 12. metaph. tex. com. 45. char. 154.

Obstetricis officium requirit, vt sit perspicacis intelligentiæ, nō solum enim difficultati partus opportune expediteque succurrendo, sed etiam contra ea, quæ accidunt protinus agendo ingeniose, in deligando & in secando vmbilico infantis. Arist. de hist. anima. 7. cap. 10. char. 264.

Obstetrices peritæ reprimunt intro in vterum pueri sanguinem, quo factō statim infans, qui iam deficiebat, recreatur, & vitæ restituitur. Aristot. de histo. animal. 7. cap. 10. char. 264.

Obstetrix prudens exercitata potest adiuuare in partus eleuatione. Alber. mag. de anim. l. 9. trac. 1. ca. 1. char. 264. colum. 4.

Obthalmus est lapis, valet contra morbos oculorum, visusque circumstantiam obsecat, vt quasi inuisibiles redantur, qui eum gestent. Alb. magn. in 2. de minera. trac. 2. cap. 13. c. 141. col. 2.

Obtriales de genere aspidis est ordinis primi, quod animal momordit, somno grauatur, & moritur. Alb. mag. de anim. l. 25. char. 202. col. 2.

Occasio nil aliud est, quam tempus vnicuique negotio opportunum. Eustr. 1. ethic. c. 31.

Occasus duplex, cosmicus, & eliacus, eliacus est cum occultatur stella sub Solis radiis, cosmicus, cum occidit cum mundo. Alber. mag. in 3. meteorol. trac. 1. ca. 17. char. 98. col. 3.

Occidentis illuminatio est in instanti orientis, quia non est motus, sed finis, & effectus motus. Albertus mag. 4. phys. trac. 2. cap. 7. char. 49. col. 3.

Occiput est os capitis postremum, tenuissimum ac infirmissimum omnium ossium capitis. Arist. de hist. anim. 1. cap. 16. char. 29.

Occultatio obliuionem gignit. Alexand. aphrod. elen. charta 64.

Occultatio propositionum fit, cum per multa alia idem concludunt, vel per alia nomina. Ioan. gram. prio. cap. 17. char. 77. col. 4.

Occulta nobis sunt, quæ a fortuna proficiuntur. Ioan. gram. in 2. phys. tex. 53. c. 42. col. 2.

Oceanus & Atlanticus est mare, quod nos circumuoluit, & extra orbem nobis habitatum fufam est, qui ad Herculis columnas eliso fluxu irrumpens mare interius efficit ferme, vt dicere possis eū in portū se recipere, & sensim amplior infunditur. Aristot. de mundo, cap. 2. c. 812.

Oceanus insinuatur post Herculis columnas dextrorsus intro nauigantibus circa vtranque Syrtin, at in alteram partem non itidem sinuosus, inundans efficit tria maria, Sardiniam, Gallicam & Hadrinam, a quibus continuo Siculum sequitur, porrectam in obliquum, quod & ipsam excipitur a Cretico, cui coniuncta sunt parte altera Aegyptium, Pamphiliū, & Syrium: altera Aegæum, & Airtoum, & rursus ab ortu Solis in orbem terræ exudans, vt medium procedens Indico sinu persicoque finitimum mare iubrum intercipiens. Arist. de mundo. cap. 2. char. 812.

Ociari eum, qui non habet reditus, impossibile est. Aristot. polit. 4. cap. 6. char. 614.

Ocium magis expetendum est, quam negocium. Arist. polit. 8. cap. 3. char. 760.

Ocium voluptatem in se habere uidetur, & felicitatem, & beatam uitam, & hoc non negociosis, sed ociois: nam qui negociatur, alicuius gratia negociatur, quod sibi deest: felicitas autem finis est, quam non cum dolore, sed cum voluptate omnes esse putant. Arist. polit. 8. cap. 3. ch. 760.

Ociosus demonstrat opus vanum operantis. Albertus magnus physicor. tract. secundo, capit. 17. charta 25. columna 3.

Octo sunt in initio cuiusuis libri examinanda: libri positū, vtilitas, inscriptio, si auctoris est proprius, quo loco ponendus inter alios libros, diuisio in partes, in quo genere docendi versatur, & ad quam partem philosophiæ referatur. Magen, in lib. de inter. c. 3.

Oculorum diuisio.

Oculi alii sunt grandiores, alii parui, alii modici, qui optimi habentur, alii nimium prominentes, alii conditi, alii modice siti. Conditi qui sunt clarissime cernere, in genere quoque brutorum animalium possunt;

sunt; modicus tamen situs nota morum est optimum. Aristot. de hist. anim. 1. cap. 10. chart. 20.

Oculi aut nimium conuient, aut rigidi, & intenti constant, aut modice nutant; & hi, qui modice conuient, nota morum laudabilium habent, reliquorum alteri impudentiæ signū, alii inconstantia iudices sunt. Arist. de hist. ani. 1. cap. 10. chart. 20.

Oculos, quæ habent, alia duris oculis sunt, alia humidis, alia carent palpebris, alia habent, vt visus sit exquisitor. Arist. de partib. ani. 2. cap. 1. c. 427.

Oculos integunt homines, aues, & quadrupedes, tā viuiparæ quam ouiparæ, sed variè. Quæ enim animal pariunt, geminam habent palpebram, & conuere vtraque solent, aues autem, & quadrupeda ouipara palpebra inferiori tantum conuient. Nistantur aues ab angulis membrana obeunte, vt præsidio sit operimentum oculis eorum humidis. Aristoteles de partibus anim. 2. cap. 13. char. 453.

Oculi glauci alij sunt varij, alij, griffi, alij ficci humidi, & albi. Alber. mag. de anima. l. 1. tract. 1. cap. 3. c. 4. c. 1.

Oculi essentia.

Oculi in cerebrum finiunt, & vterq; positus est super venula. Ari. de hist. ani. 1. ca. 10. c. 21.

Oculi materia est visus, quo deficiente, non est amplius oculus, nisi æquiuocè. Aristot. 2. de ani. sum. 1. capit. 1. tex. 9. c. 616.

Oculi sunt aquei, quia videtur cum corrumpuntur, quod aqua defluit, & omnino in nouiter formatis claritate excedente, & splendore. Aristot. de sens. & sens. cap. 2. char. 8.

Oculis albū in sanguine præditis pingue est, & crassum, vt permaneat humidum inconcretile. Ari. ibid.

Oculi sensorium non est in vltimo oculi, sed interius. Aristot. ibidem.

Oculi quod interius est, necessario perspicuum est, & deceptuum luminis. Arist. ibid.

Oculus a cerebro constat. Aristoteles de sens. & sens. capit. 2. char. 9.

Oculis in humoribus transpiciendi facultas data est: voci autem nulla, vel minima, quanquam humor tenuior est quam terra, quoniam humoris meatus parui, densi, & continui sunt, ita vt aspectus non impediat quominus tramite directo ingredi possit: & eadem causa est, quod per vitrum transpicere liceat, per ferulam, quæ rara solutaque est, non liceat, in altero meatus respondent inter se, in altera variant, & nil iuuat, si meatus sunt ampli, si non sint recte ad lineam positi. Arist. proble. sec. 1. nu. 61. c. 470.

Oculi pupilla ex aqua congenita est, quæ cum interminata perspicua est, illatas a coloribus affectiones quadam crassitudine, ac consistentia coercere potest, cuius nature non est actus. Alexander aphrod. in prim. de anim. cap. 33. char. 35. col. 4.

Oculi pupilla in numero perspicuorum collocatur. Alex. aphro. in 2. de anim. c. 38. c. 50. c. 2.

Oculus, & si propriam operationem habet, quæ est videre, non tamen separabilis est. Ioannes gram. in pri. de anim. tex. 13. c. 9. c. 3.

Oculus si non videret, oculus non esset. Io. gram. in 2. de ani. tex. 8. c. 37. col. 2. Idem Alber. mag. mor. & vit. tract. 1. c. 2. c. 58. col. 4.

Oculus non aliquo simpliciter opus habet, quod intercedit, sed & perspicuum, nec eo solum, sed illuminato. Io. gr. in 2. de ani. tex. 106. c. 68. colum. 1.

Oculis naturalis dispositio consideratur ex tactu, quod sit temperati frigoris, & caloris, ex motu congruo temperato, quia si nimis leuiter moueatur, est nimis calidus, aut nimis ficcus, si grauiter, & tarde, est frigidus, & humidus, ex venis iustus & bona colore.

& quantitate, & ex operibus suis. Ex venis, si amplæ & grossæ, quia tunc abundant humore, si subtiles, & strictæ, significant in oculo siccitatem, color proportionalis oculi bonitatem significat, alij colores malitiam, figura innaturalis est, cum non est sphericus, sed ante compressus, & significat malitiam, est etiam indicium de quantitate ipsius, & operationibus eius, vt ex physiognomia. Albertus magnus de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 7. c. 10. col. 1.

Oculi proprie inter alia organa sunt ex corpore frigido, & humido, quia sunt ex humore continente cerebrū. Alber. mag. de ani. l. 16. tra. 1. c. 5. c. 143. col. 4.

Oculi interius aquam esse necesse est, quia ignis abundans destrueret oculum, & corpora cœlestia non veniunt, in compositionem corruptibilium. Aer non, quia non seruat formas, & si eas desert: tum, quia abundaret in extremo oculi, & non in interiori, ideo non est interius in oculo: aqua vero terra miscetur, & manet. Albertus magnus de sensu, & sensat. tracta. 1. cap. 14. char. 8. colum. 3.

Oculi est esse videre, sine quo non est, nec vocatur oculus nisi æquiuocè. Albertus magnus de morte, & vita tract. 1. cap. 2. char. 58. col. 4.

Oculi pupilla est sicut lampas illuminata ab exteriori lumine. D. Tho. de sens. & sensa. l. 5. c. 6. col. 2.

Oculi forma substantialis est visus, & oculus est materia visus, vt corpus organicum est materia animæ. D. Th. in 2. de animal. l. 2. tex. 9. char. 21. colum. 4.

Oculi partes.

Oculi partes superius, & inferius regentes sunt palpebræ, pilos, qui extremo palpebrarū ambitu hærent, cilium nominamus, humor oculi inferior, quo videmus, pupilla quod eā ambit, nigrū, quod postremo nigrum circumdat, candidum, vel albugo dicitur, pars communis superioris, & inferioris palpebræ. est Angulus, quem duplicem vterque oculus habet alterum iuxta nasum alterum iuxta tempora, qui si iusto sint longiores, notam morum maleficorum præbent, si carnosī, more peccatorum sunt, qui naribus iunguntur, malitiam præferunt. Arist. de hist. anim. 1. ca. 9. chart. 18.

Oculi candidum magna ex parte simile in omnibus est. Arist. de hist. ani. 1. cap. 10. c. 20.

Oculi nigrum in multis variat, alijs enim atrum, alijs cæsum, alijs fuluū, alijs caprinum, quod morum optimorum indicium est, & ad cernendi claritatem primum obtinet. Arist. de hist. anim. 1. ca. 10. char. 20.

Oculorum pupilla alba, tenuis, lenisque esse debet. Arist. de gene. anima. 5. cap. 1. char. 67.

Oculi nigrum, & medium leue apparet, & hoc apparet, cum mouetur oculus. vnum enim quasi duo accidit fieri, quod celeritas motus facit, vt videatur aliud esse videns, & visum. Ari. de sens. & sensib. cap. 2. c. 6.

Oculi humor medius appellatur glacialis, quia est clarus, vt grando, & figura rotundæ, nisi quod confusus est in anteriori parte, vt sit ibi planæ superficiæ, & postremo est parum constrictus, vt cooperiri possit. Alber. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 7. char. 9. col. 3.

Oculi humor albugineus est in anteriori parte glacialis, & est similis albugini oui. Albertus magnus de anim. l. 1. tract. 2. ca. 7. c. 9. col. 4.

Oculi vitreus humor retinetur a tela, quæ aranea, vel retina appellatur, & alia tela, quæ sectio tunicæ glacialis appellatur, diuidit glaciam ab albugine. Alber. mag. de anim. l. 1. trac. 2. ca. 7. c. 9. col. 4.

Oculi sunt tunicæ septem, & tres humores tunicarum. Prima est retina, quæ est in posteriori parte oculi orta a neruo optico, qui componitur ex neruis, & arterijs. Altera est ex parte posteriori, & dicitur secundina cuius

Cuius ortus est a pia matre cerebri, quæ est pannus inuolvens cerebrum. Tertia est posterius claudens oculi humores, & dicitur sciro, & oritur a dura matre cerebri: has duas pelles trahit secum ad substantiam oculi neruus opticus in operimentum suum. Quarta, quæ appellatur a quibusdam aranea, est ante in oculo exorta a prima posteriori. Quinta dicitur vœa, quæ oritur a secunda posteriori. & Sexta est, quæ dicitur cornea, & oritur a reliquis iustitiæ posterioris. Septima coniunctiua est, quæ oritur a pelle subaranea, quæ est in exteriori parte oculi. Primus humor est vitreus: secundus crystallinus: tertius glacialis albugineus, qui est purgamentum glacialis, vel crystallini. Albertus magnus de animalibus lib. primo tract. secundo cap. 7. chart. 9. col. 4.

Oculus præcipue componitur ex humoribus aqueis diuersis, vt bene recipiat species visibilibus. & etiam retineat, & ideo humores sunt puri, & spissi, & ideo, cum in oculis est multus humor, vt in ebrietatibus, firma moueri videntur. Alber. mag. de ani. in 2. de ani. tr. 3. cap. 14. chart. 24. col. 2.

Oculi alii sunt multæ clausuræ, alii multæ apertionis, & pauci motus, & alii medijs inter hos. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 3. ch. 8. col. 1.

Oculi sex mouentur musculis, quorum quatuor in quatuor sitibus positi sunt, & ad suas partes mouent oculum sursum, deorsum, ad angulum nasi, & ad angulum extrinsecum, & duo girant transuersè positi circa oculum, & girant oculum in circuitu. Albertus Magnus de animalibus lib. primo tractat. secundo cap. 14. chart. 14. col. 1.

Oculos quæ habent.

Oculos habent omnia animalia perfecta, alioqui ducem viæ non haberent. Albertus Mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 1.

Oculos habent omnia animalia similia generantia præter talpam. Albertus Magnus de animalibus l. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 1.

Oculorum locus.

Oculorum sedes maxime omnium locorum capitis seminalis est, cum ipsa sola per coitum manifestetur, & visu immodico oculi aperte languet, quia natura genituræ similis est cerebro. Arist. de genera. anima. 2. cap. 5. char. 119.

Oculorum minimum materialium inter animantes homo pro sua magnitudine habet, quia omnium maxime naturæ solertia constant, sensus autem intuendi partem versus priorem naturam posuit. id enim conspiciere oportet, in quod nos ducit ratio mouendi, & quanto plus oculorum discriminis sit, tanto magis conspectus vergent in latus: qui si secundum naturam sedem debeant obtinere, quam minimum esse interuallum oportet: sic. n. partem versus priorem ingredi maxime possimus. Ad hæc cæteris animantibus cum careant manibus, despiciant prorsus in latera necesse est; itaque plus eorum oculi distant inter se, & maxime ouium, quia maxime prono capite ingrediuntur. Arist. proble. sec. 10. nu. 17. ch. 430.

Oculi sanitas, infirmitas, & imbecillitas.

Oculus valet, cum nullam lippitudinem creat, & videt, & post visionem nulla turbatione afficitur, nullaque iustus videndi impotentia tentatur. Arist. de hist. ani. 10. cap. 1. chart. 381.

Oculi ouium ideo humidi sunt, vt cernere acutius possint. Arist. de partib. ani. 2. cap. 13. ch. 453.

Oculi humidi acutius perspiciunt, quæ oculi duri. Arist. de partib. ani. 2. cap. 13. chart. 453.

Oculus nullus, qui inter palpebras est, rigitur. Arist. de sens. & sensat. cap. 2. chart. 8.

Oculi exâguium sunt duræ pellis, vt permaneat humidum inconcretile, eiusque protectionem faciat. Arist. de sens. & sens. cap. 2. char. 6.

Oculi omnium animalium principio maximi visuntur, & vltimi omnium partium perficiuntur, quia oculus proprium corpus præ cæteris habet sensorijs, quod humidum, ac frigidum est: ideo primo est humidus, post consistentiam acquirit. Arist. de genera. anim. secund. cap. 4. chart. 171.

Oculos hirundinum nouellarum si quis præpungat, de nouo oriuntur. Aristoteles de genera. animalibus. 4. cap. sexto, chart. 252.

Oculi, vt reliquum corpus senectute siccescunt. Arist. de gene. anim. 5. cap. 1. chart. 267.

Oculi, & locus his proximus maximam vim ad procreationem obtinent, quod in illinimentis, quæ mulieres experiuntur, clare patet. Aristoteles probl. sec. quart. nume. 2. chart. 381.

Oculi animantium homini, vel vni, vel maxime deprauantur, quia homo, vel solus, vel maxime morbo comitiali capi in puerili ætate solet, cum certe deprauari omnibus accidit. Aristoteles proble. sec. 10. numer. 49. chart. 442. Idem Aristoteles proble. sec. 31. num. 27. chart. 638.

Oculi hominis cur transuerti, & depruari per limitatè oculi maxime possunt? quia minimo interstitio distant, vel quia cæterorum animalium oculi, vnicolores maxime sunt, nec deprauatio sequeretur, si vno quolibet colore præditus esset, vel quia solus homo morbo comitiali capitur. Arist. ibid. nu. 28.

Oculum alterum comprimere cur prodest, cum bestiola oculo inciderit aliqua, quia spiritus visui a natura delegatus, non propterea fluit, sed se colligens copia larga redundat. itaque ad apertum oculum sua copia deriuatus implet illum, & tumefacit, & in priorem partem reddit propensiores. vnde fit, vt quod incidit, infirmum, ac leuius expellatur, fortasse spiritus quoque vniuersus occurrens per foramina oculi bestiolam reicere potest. Alexand. aphrod. problem. li. primo num. 59. chart. 684.

Oculus non solum lumè cognoscit, sed etiam tenebras: sed lumen per se, tenebras negatione luminis. Ioan. gram. in 4. phis. tex. 118. chart. 112. col. 2.

Oculi lacrimantur, cum aliquod excellens lucidum viderint: quia, cum illud sit fortissimum, vt lux solis super oculum sphericum, & politum, multas facit radiorum reflexiones ad medium oculi, vbi est humor glacialis, in quo sigillantur visibilibus formæ, & reflexio illa calefacit, & dissoluit humorem illum, & forte consumit, vel forte fluere facit humidum alienum, dissolutum circa oculum infra tunicas oculi, & tunc generant maculam in oculo, vel aliud impedimentum visus inducitur. Albertus magnus in 2. de anim. tract. 3. cap. 13. chart. 24. col. 1.

Oculus, cum figitur super re aliqua, & nititur fortiter comprehendere, tunc mouetur ad exterius, & laborat, & ideo post visionem reuertitur, & mouetur ad interius, & tunc minus videt si qua obiciuntur eidem, quia non est adhuc conuersa virtus eius ad exterius. Alb. Mag. de ani. l. 19. cap. 4. ch. 159. col. 4.

Oculi prominentes non bene vident a remotis, quia visus egrediens non bene adunatur a superciliorum vmbribus, sed confunditur, & ideo diuarcibus debilitatur egrediens de oculo, & hoc in loco nulla est differentia, an visus fiat per intromissionem, an per extramissionem. Alb. Mag. ibid. chart. 160. col. 1.

Oculi si corrumpuntur, exit aqua limpida. Albertus Magnus

Magnus de sen. & sen. tract. 1. cap. 23. chart. 8. col. 1.
Oculi exsiccantur si aliquis exit de carcere obscuro, & statim in alba domo introeat, quia excitatur calor propter verberationem, quæ fit in lenitate oculi, & expellit frigus oculi ad interius, & constringit oculum, & destruit. Alb. Mag. ibid. cap. 14. col. 3.

Oculorum color, & numerus.

Oculorum numerosa varietate solus homo potissime omnium animalium primatum obtinet, cum cæteris in suo singulis genere color sit idem; equis exceptis, qui interdum oculis proueniunt cæcis. Ari. de hist. ani. 1. cap. 10. chart. 20.

Oculi omnium puerorum statim a partu cæsiusculi sunt, post immutantur in eam naturam, quæ futura est, quæ non accidit in cæteris animalibus, quia in illis oculi sunt vnius coloris. Aristoteles de generatione anim. quinto, cap. prim. chart. 265.

Oculi hominum, alij cæsi, alij flauj, alij nigri, alij caprini sunt. Aristoteles de gener. animalibus. quinto, cap. primo. chart. 267.

Oculi equorum maxime versicolores sunt: nam alij cæsi altero oculo sunt, quod nullis ex cæteris bestiis euenit manifeste, quamuis homines nonnulli altero oculo diuerso gignuntur. Arist. de generatione anim. quinto, cap. primo chart. 266.

Oculi sunt cæsi pueris, quia partes receter natæ imbecilles sunt. Aristoteles de generatione animalium 4. cap. primo chart. 266.

Oculorum colores diuisi sunt ob maiorem, & minorem humidum, quod habent, qui multum humoris continent, nigri sunt: cæsi autem, qui parum habent humoris, & sic de intermedijs. Aristotel. de generatione animal. 5. cap. prim. chart. 266.

Oculi cæsi acute interdum non vident, nigri nocte vident: cæsi, quia præ sui humoris exiguitatem mouetur magis a luce, & rebûs visibilibus, quæ humidum quæque per lucida sunt, quamquam motio eius partis visio est, quæ perlucida, non qua humida Arist. de gene. anim. 5. capit. 1. chart. 266.

Oculi nigri ob humoris copiam, minus mouentur nocte: lux enim exilis nocturna est, & simul quibus humor difficilium per noctem moueri potest. Arist. de generat. anim. 5. cap. 1. chart. 266.

Oculi hominum, & equorum magna ex parte sunt cæsi, quia cum color oculorum triplex sit, niger, caprinus, & cæsius, totius corporis colorem oculi quoque color consequitur, ideo non immerito est cæsius. Arist. problem. sec. 10. numer. 13. chart. 429.

Oculis cæsijs existentes, cur vehementius ex lippitudine doleant, nec pati possunt medicamentorum acerbiteriam? quia oculorum humor omnem, & a crystallino cognominatum, propensionem ad partem anteriorem potentiorque sensui continent, at contra minus sentiunt, qui nigris sunt oculis. Alexand. aphrod. proble. lib. 2. nu. 57. chart. 744.

Oculi nigri fiunt, cum natura maiorem æquo portionem humoris desumit: cum autem minorem, cæsijs. Io. gra. in 5. de gen. ani. cap. 1. chart. 91. col. 2.

Oculorum colores, vt frequenter, tam in hominibus, quam in alijs animalibus sunt quatuor: uiger subalbescens, varius, glaucus ad fuscenedinem, & plumbitatè declinans. Alb. Magnus de anima. l. 1. tract. secundo cap. 7. chart. 9. colum. 4.

Oculorum color niger sit ex aliqua septem causarum: prima defectus spiritus visui, quia cum sit lucidus, defectus in oculo causat tenebras, quæ vergunt ad nigredinem: secunda, spirituum perturbatio propter eandem causam, tertia, penuria crystallini humoris, quarta, distantia crystallini humoris, qui est nimis in

profundo oculi, quinta, quia nimis abudat albugineus sexta, quia perturbatus est albugineus humor: septima, quia humor melancholicus fortè nutrit vœa corneam, & tunc obscuratur color eius. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. capit. 7. char. 10. colum. 1.

Oculorum colores medijs sunt, videlicet varius, & glaucus, varius significat visum spiritum, magis abundante, & clarescere, glaucus significat, visum minus abundare, & perturbare. Albertus magnus de ani. lib. 1. tr. 2. cap. 7. char. 10. col. 1.

Oculi quomodo apprehendunt formas.

Oculum videre exeunte aliquo irrationabile est. Arist. de sens. & sensib. ca. 2. c. 8.

Oculi si in videndo emittunt radios, radii illi quanto longius protraherentur, tanto minores fierent, at contra ponentes positionem hanc aiunt, nam in re visa ponunt conij basim. Ale. aphr. de sens. & sen. ex sec. pri. ex digref. char. 8. col. 2.

Oculi si in videndo emittunt radios, duo se videntes, non se videre possunt, cum conij sese interfecerint, & sic non vident, si sese penetrant, radii ergo duo corpora eundem locum penetrabunt. Ale. aphr. de sens. & sens. ex sec. 1. ex digref. co. 7. c. 8. c. 3.

Oculi si in videndo emittunt radios, qui sint corpus, vel crit aer, vel ignis, hæc tenuissima sunt, non aer, quia cum sit vicinus oculis temere egreditur, non ignis, quia solum supra videremus, non aurem infra, quia tenuissimus est, nec ea, quæ in aqua sunt, cerneremus; extinguitur enim ignis aqua. Alexander aphrod. de sens. & sen. ex sec. prim. ex digref. co. 7. c. 8. col. 3.

Oculus nihil comprehendit, nisi vniuersa oculi regio ad animam ferendi vsque collustratur, quare, quod in oculo est, perlucidum esse oportet, & eius naturæ, vt quam facile queat illustrari. Alex. aphrod. de sen. & sens. ex sec. 1. ex digref. co. 9. c. 9. col. 2.

Oculus videt res visas per conum, quæ pro summitate, ac vertice habent ipsam pupillam, pro basi lineam, quæ rem visam sensilis corporis, & non sensilis definit, & terminat, qui conus fit a re visa, non per radiorum effusionem, & secundum angulos, maiora, minora, & equalia iudicat, ac videt, & interuallum rerum cognoscit. Ale. aphr. in 2. de ani. c. 38. c. 50. c. 4.

Oculo forma, quæ representatur, non ei representatur, vt oculus, & visus instrumentum, sed vt lenis, & terminatus. Albertus magnus de sen. & sen. tract. prim. cap. 13. char. 7. col. 4.

Oculus non est videns, quia lenis, sed est virtutis visiuæ. D. Th. de sen. & sen. le. 4. c. 5. col. 1.

Oculis quæ accidunt.

Oculos attollit, qui concumbit, & qui moritur, qui dormit, submittit, quia calor exiens de parte superiore eodem oculo vertit, quo se deflexerit: per somnum autem sese deorsum colligit, itaque eodem conuertit, & clauduntur propterea oculi, quia humiditas deficit. Ari. prob. sec. 4. nu. 1. c. 381.

Oculis nigris cur nascuntur, qui meridiem versus inhabitant? Quia, ut oculi cæsi coloris interioris exuperantia redduntur, sic eiusdem absentia nigri efficiuntur, quia frigus externum, colorem internum conseruat: vel quia colorem reliqui corporis oculorum color imitatur, itaque qui aquilonem versus habitant, ut corpore sunt albo, sic & cæsijs habent oculos, color enim hic prope albus est, sic, & qui ad meridiem, ut ipsi nigri, sic & oculi nigri. Aristoteles problemat. se. 14. nu. 14. char. 486.

Oculo perficato cur sternutare cessamus? an ob eam rem humoris respiratio moueatur? lachrymam enim oculus

Oculus perfricatus emittit, & sternuta metum humoris copia excitatur, vel quia plus caloris, minus corruptum, absumitque. oculus autem perfricatus plus caloris sibi acquirit, quam nares contineant: quamobrem etiam si quis nasum perfricauerit, ipsum sternutamentum desinet. Aristoteles problematum, sec. 31. num. 1. char. 621.

Oculo vno cur exquisitius cernitur, quã duobus? Quia plures motus sunt duobus quam vno, vt oculis peruersis multiplicem motum agitari certum est, & vnus oculi vnus motus, & simplex est, itaque efficitur, vt exquisitius vno, quam duobus cernatur. Arif. proble. sec. 31. nu. 2. char. 629.

Oculis maxime rubescunt homines irati, pudefacti auribus: quoniam oculi refrigerantur eorum, quos puduit, pudor enim in oculis est, nec respicere valent, quos pudor tenet, & timor quoque refrigeratio est loci eiusdem: color autem in partem aduersam transiit, quæ posterior est, & aures satis ex aduerso sunt, itaque pudore rubescunt. Iratis vero præsidium in eam partem tanquam violatam transmittitur, quæ & sensu, & motu facilius est. nam, & in metuendo calor eam ipsam maxime deserit. Aristot. problemat. sec. 31. nu. 3. char. 630.

Oculo vno cur exquisitius cernitur, quam duobus? quia amborum idem est principium, & quia altero apprehenso vis illa cõis tota alterum mouebit, & sic melius videt. Arif. proble. sec. 31. nu. 4. c. 630.

Oculos prominentiores homines habentes magis a fumo infestantur, quia illis cito incuriat. Arif. proble. sec. 31. nu. 6. c. 631.

Oculo vno videre incompatibilis cur sit? Quia minus animo, qui ita videt, afficitur. quo fit, vt minus affectionis contrahatur. Arif. probl. sec. 31. nu. 10. c. 633.

Oculorum acumini corporis exercitatio incommoda est. Quia exercitatio sanguinem sicciorum efficit, vt & reliquum corpus: siccitas autem totum corpus indurat: ergo, & eam, quæ pupilla integitur: & ob id homines natu iam grandes minus vident; tunica enim senum dura est, & videndi vis cooperitur, & delitescit. Arif. problemat. sec. 31. nu. 14. c. 634.

Oculum cum in latus vertimus, cur non res vna geminari videtur? quia conspiciendi primordium eandem in lineam situm est, & tunc geminari videtur, cum illud mutatum sursum deorsumve est. in latus nil refert, nisi vna etiam sursum moueat. Arif. problema. sec. 31. nu. 17. c. 634.

Oculo utroque, cur reliqua melius cernimus, rectã versam virgulam vni literis admouentes inspicimus exquisitius? Quia radii oculi vtriusque non sine perturbatione in idem cõcidunt, vt auctores conspiciendi rationum affirmant. Arif. probl. sec. 31. nu. 21. c. 636.

Oculus cur omnium membrorum non riget, cum infirmillimus sit? quia optimus est, nec carnis quicquam in se continet, quod autem tale est, securum a frigore manere potest. Aristot. probl. sec. 31. nu. 23. c. 636.

Oculus sinister cur expeditius contrahitur, quã dexter, cum reliquæ partes corporis nostri dextræ mobiliores sint, quam sinistra? quia omnia dextra sinistris humidiora sunt, humidiora autem plenius cõtrahi possunt, vel quia dexter amplius afficere potest, quam sinister, vel ex se, vt humidior, obsequentior sit. Arif. proble. sec. 31. nu. 25. c. 637.

Oculis quod percipitur, ei, quod auribus obiectum est, anteuertere natura comparatum est. Arif. de mund. cap. 13. char. 818.

Oculorum mollitio a cerebro initium sumit. Alexand. aphro. de sen. & sen. ex sec. 5. co. 11. c. 9. col. 4.

Oculi, & si duo sunt, attamẽ quoddam vnum fit ex eis; quia vnus est sensus, & vna actio, quæ per oculos agitur: ideo, & vna animæ est facultas. Alexand. aphrod.

de sen. & sen. ex sec. 5. com. 77. char. 27. col. 3.

Oculi cur per venereum coitum conuieant paulisper? quia in concumbendo, ita voluptati nos dedimus, vt erigere oculos, & animum, & sensum in sublime euehere nequeamus. quo fit, vt animus minus corporeas sentiat affectiones. Alexand. aphrod. problemat. 1. num. 105. char. 705.

Oculi alterius morbus cur grauior, & diuturnior est, quam vtriusque? aut quia fluxio in alterum oculum tatum tota decumbit: redditur enim infirmius, quod diuiditur: aut cum alter oculus integer frequenter se moueat, cogit etiam ægrum toties moueri, quod noxium est, quietem enim summum remedium membri affecti nouimus. Alexander aphrod. problemat. 1. num. 143. char. 720.

Oculi cur subsident eorum, quos angor detinet; quoniã per angorem anima intus vergit, & corpus confidet, & tabescit. Alexander aphrod. problemat. 2. num. 23. charta 733.

Oculi clauduntur in somnis, quia frigiditas palpebras corruere facit. Mich. eph. de som. & vig. c. 14. col. 2.

Oculi in creatione sunt magni, postea sunt parui ob humiditatem, qua calor paulatim decoquitur. Alb. mag. de ani. li. 16. tra. 2. cap. 5. c. 143. col. 4.

Oculi in prima generatione omnium puerorum sunt virides, ad glaucedinem pertinentes, vel detinentes, deinde mutantur secundum naturam, quæ vincit. Alber. mag. de ani. lib. 19. ca. 3. ch. 159. col. 2.

Oculi vaccarum sunt nigri, ouium aquosi, falconum croceorum colorum. Arb. mag. ibidem.

Oculi hominum, & equorum sunt diuersi coloris. Alb. mag. de ani. lib. 19. ca. 3. c. 159. col. 2.

Oculorum glaucitas est debilitas quædam oculorum: ideo pueri glaucos habent oculos, quia debiliores iuuenibus. Albertus magnus de anima. lib. 19. capit. 1. ehar. 159. colum. 3.

Oculi colores sunt ex humoribus aqueis oculum componentibus: si humor est profundus, oculus est niger: si ad anterius, & modicus, glaucus: cum multus humor, sed non super abundans; erit color, vt lapidis azurini. Alb. mag. de ani. li. 19. ca. 3. c. 159. col. 3.

Oculi glauci non multum vident in die, quia glaucitas propter paruitatem humoris multa luce diei fortius, quam possit, sustinere mouetur, ideo confunditur visus. Alb. mag. de ani. li. 19. ca. 3. col. 3.

Oculi nigri non sunt acuti visus in nocte, quia paucum lumen noctis multum humorem mouere nequit: in nocte enim est debilis motus, & grauis propter defectum luminis. Alb. mag. ibid.

Oculi glauci infirmitas in die accidit, nigri in nocte. Alber. mag. de anim. li. 19. ca. 3. c. 159. col. 1.

Oculi color ex tunica procedit, ita quod cuius coloris est tunica, eiusdem est oculus. Alb. mag. de ani. lib. 19. cap. 4. ch. 159. colum. 4.

Oculi prouerbum.

Oculus domini equum pinguem reddit. Arif. econom. pri. cap. 6. c. 159. col. 4.

Oculorum physiognomia.

Oculos qui ita habent dispositos, vt ab illis tanquam vesiculæ pendeant, amatores vini sunt, referuntur ad passionem. Quibus cadunt, quæ ante oculos apparent, vt vesiculæ, amatores somni sunt, & referuntur ad passionem. Item quibus ex somno surgentibus dependent, quæ sunt in oculis, Qui oculos paruos habent, pusillanimes sunt, referuntur ad apparentem decentiam, & simiam. Qui vero oculos habent magnos, referuntur ad boues. Igitur bene formatos oportet esse oculos,

Oculos. Qui concatos, malefici, reducuntur ad simiam. Quibus eminentes, fatui, & referuntur ad apparentem decentiam, & asinos. Quibus sunt parum concavi, magnanimes, reducuntur ad leones. Quibus plus mansueti, referuntur ad boues. Aristot. physio. cap. nono chart. 351.

Oculi quibus super erubescunt extra se feruntur ob iram, referuntur ad passionem, quia qui ab ira afferuntur, erubescunt oculi. Arif. physio. cap. 10. ch. 353.

Oculi quibus valde nigri sunt, timidi sunt; niger enim color va de videtur timiditatem significare. Aristot. physio. cap. 10. chart. 353.

Oculi non valde nigri, sed ad flauum declinati, boni animi sunt. Arif. physio. cap. 10. ch. 353.

Oculi quibus glauci, vel albi, timidi sunt, visus est enim; albus color timiditatem significare. Arif. ibid.

Oculi glauci, vel charopi, boni animi signum sunt, referuntur ad leonem, & aquilam. Arif. ibid.

Oculi vino colore similes stolidi sunt, referuntur ad capras. Arif. physio. cap. 10. chart. 353.

Oculi quibus ignei, inuerecundi, referuntur ad canes. Arif. physio. cap. 10. chart. 353.

Oculi quibus sunt discolorati, & turbati, timidi sunt, referuntur ad passionem, quia timentes pallidi sunt, non æqualiter. Arif. physio. cap. 10. char. 353.

Oculos lucentes qui habent, luxuriosi sunt, referuntur ad gallos, & coruos. Aristoteles physio. cap. 10. chart. 353.

Oculos bene mobiles qui habent, acuti, rapaces, referuntur ad accipitres. Aristoteles physio. cap. 10. chart. 355.

Oculos qui frequenti tempore mouent, tincturam albuginis in oculo, veluti immotam habent, intellectui, si enim in aliquo intellectu vehementer formetur, anima stat, & visus. Aristot. physio. cap. 10. chart. 355.

Oculi lacrimale valde paruum, subtile, significat malitiam dispositionis, & consuetudinis, & figuræ. Alb. mag. de ani. li. 1. tr. 2. cap. 2. ch. 7. col. 1.

Oculi lacrimale multa carne præditum, significat astutiam, vel caliditatem malam. Alber. mag. de ani. li. 1. tract. 2. cap. 2. chart. 7. col. 1.

Oculi indicium multiplex est ex substantia, coloribus, figura, positione, motu. Alb. mag. de anim. lib. primo tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 1.

Oculorum inditia si confirmant cæterorum membrorum inditia, rata sunt, si non confirmant, oculorum inditia præualent. Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. column. 1.

Oculi, qui tãquam guttulæ nitidis nitidi relucunt, mores compositos, & gratos indicant. Alb. mag. de ani. li. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 1.

Oculi pupillæ iacentes porrectæ ante oculum aliquantulum vntatem ostendunt. Alb. mag. ibid. col. 2.

Oculi pupillæ breues, & retractæ, malignitatem cordis detegunt. Albertus magnus de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 2.

Oculorum moderati orbis pupillarum fortia designant animalia, quorum sunt. Albertus magnus de animalibus. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 2.

Oculi pupillæ inæquales, alia maior, & alia minor, iniquitatem significant. Alber. mag. de animalibus. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 7. col. 2.

Oculi pupillarum defixio ingratitude hominis demonstrat. Albertus magnus de anim. li. 1. tra. 2. cap. 3. chart. 7. column. 2.

Oculi quorum pupillæ in girum aguntur, si ibi vniformiter aguntur, sceleribus, & facinoribus detinentur, vt domesticis homicidijs, & nephandis cibis, & conuiujs sunt polluti, ac cum matribus, & filiabus turpia connubia habuerunt. Cum autem varie mouen-

tur oculi, vt modo inuoluuntur, modo currant, modo interquiescant, talia in animo iam reuoluisse significant, & nondum esse perpetrata. Si autem tali motu pupillarum adfit, quædam obscuritas cilijs, & supercilijs, & immineat oculis vt nubes, quædam grauia hiscæla versant, & quod iram diuinam in rebus domesticis incurrant, prælagium est. Alber. magn. de ani. li. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. col. 2.

Oculi, qui stant cum aliquo humore, timiditatis sunt signum, & qui nimia siccitate, insaniz indicia sunt. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. c. 2.

Oculi ficci, & pallidi mentem attonitam ex insaniam significant. Alber. mag. de ani. li. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. c. 2.

Oculi stabiles, & pallidi supercilijs erectis, & spiritum violenter contrahentibus, & concipientibus inconsul ti sunt, malefici, immites, & iracundi. Alber. magn. de ani. li. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. c. 2.

Oculi stantes, & subrubentes, libidinosum, & voracem significant. Albertus magnus de animalibus lib. prim. tract. 2. cap. 3. ch. 7. c. 2.

Oculi stantes, & breues valde, significant multum aurum lucrorum. Albertus magnus de animalibus lib. pri. tract. 2. cap. 3. c. 7. col. 2.

Oculi glauci splendore micantes, dolosum, & audacem significant, & ad malitiam peruigilem. Alber. mag. de anim. li. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. c. 2.

Oculi stantes parui cum fronte relaxata, & palpebris mollibus docilem, mathematicorum cogitorem, & de natura inquisitorem, quæ sola species stantium oculorum probatur. Alber. magn. de anim. li. 1. tr. 2. c. 3. chart. 7. column. 2.

Oculi raptim moti, perturbatum, & suspitosum designant, & in agendis tardiores. Alb. magn. de ani. li. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. col. 2.

Oculi, & palpebræ quibus tã veloces sunt, audaces sunt, & in periculis feri. Alb. magn. de anim. li. 1. tract. 2. c. 3. chart. 7. col. 2.

Oculorum mobilitatis temperamentum, mores optimos indicat. Albertus magnus de animalibus lib. 1. tr. 2. cap. 2. char. 7. colum. 2.

Oculorum motus tardos habentes, pigros, & tepentes dicuntur habere sensus, difficile incipientes, & difficile desinentes. Albertus magnus de animalibus li. 1. tract. 2. c. 3. c. 7. col. 2.

Oculi vagi, & circumerrantes, si cum hoc obscuri sint, in temperantiam prætendunt libidinis. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. c. 2.

Oculi magni trementes cum pererrant, & obscuri sunt, voracitatem, & vini intemperantiam indicant, venoris quoque intemperantiam, & apoplexiam indicant. Albertus magnus de animalibus lib. prim. tractat. 2. cap. 3. char. 7. col. 1.

Oculi parui valde glauci, sine pudore sunt, & sine fide, & sine iustitia: trementes vero parui cum omnino glauci, vt sunt, ad insaniam vergunt. Si cum hoc nigri, magis iracundiam quam insaniam dicunt. Alber. magn. de anima. li. 1. tr. 2. c. 3. c. 7. col. 2.

Oculi fluctantes, & tanquam æstus mobiles, proni quidem sunt in venerem, & voluptatem, non tamen gaudent iniustitijs, nec pascuntur malis alienis, nec maligni, nec indociles. Alb. magn. de anima. li. 1. tracta. 2. cap. 3. ch. 7. col. 2.

Oculi glauci, ficci ferros: humidi meliores sunt ficcis: glauci, & albi timidum designant. Alb. mag. de anim. li. 1. tr. 2. cap. 3. ch. 7. c. 2.

Oculorum glaucorum optima species est, cum sunt glauci, humidi, magni, quieti, & perlucidissimi: animosos enim, ingeniososque designant: sed si rubei, vel turbidum sanguinem guttatim habent circa pupillam, turbidum animum, & timidum, sed ingenium bonum, acutum, & audacem ostendunt. Albertus magnus de animalibus libro

lib. 1. tr. 2. cap. 3. ch. 7. colum. 2.
Oculorum pupillæ variæ, dementiâ futuram ostendunt. Alb. mag. ibid.
Oculi puri, nigri, imbecillem, & sine virtute, indicant animû, & lucri avidum; varietatem autem habentes, & quasdam guttulas rubentes, quæ nigrae apparent, quia ad nigredinem declinant, animum generosum, iustum probum, & ingeniosum ostendunt. Si guttulae sunt multum rubentes, & non rotundæ, sed ad quadraturam tendentes, aliæ pallidæ, aliæ glaucæ, ac circuli pupillas ambientes, sanguinolenti, & oculi magni, & nitor pupillæ moueatur, vt palpebra, animum significat excedentem omnem morem ferarum. Albertus magnus ibid.
Oculi pure nigri guttas rubicundiores, & minutas habentes, magis iracundiam, iniuriam, adulteriâ significant; maiores, & obscuriores guttulas hæc vitia leniunt, sed non tollunt omnino. Sanguinolentæ, & pallidæ in nigris pupillis, malefactores & venenarios ostendunt; sed pallidæ magis dolis studentem: sanguineæ audaces magis indicant. Sed regula est de omnibus his guttulis, quod quæ into vehementius clari sunt colores guttularum, tanto vehementiora designant vitia, & per obscuritatem colorum temperantur vitia. Alb. mag. ibid. col. 3.
Oculus sinister rubeus, & humidus, cui nulla alia disparitas interueniat, iustum hominem, ingeniosum, sapientem, magnanimum declarat, si sequitur circum nigrum, qui est post se, fallacem, furum, pecuniam deditum iniustum, turpiter cum mulieribus conuenientem ostendit. Sed si varius est circulus, vt arcus in nube, insaniam ostendit. Si in humidis fuerit, non constituit longe ab insaniam, sed aliquando magnificentiam, & veritatis sapientiâ ostendunt, iracundiores tamen, & iuxta venerem proniores sunt. Alb. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. colum. 3.
Oculi sine paruitate, & varietate statum obtinent moderatum, & certum optimum mentis statum ostendunt. Alber. mag. de animalib. lib. 1. tract. 2. capit. 3. char. 7. colum. 3.
Oculi ad superiorem partem conuersi insaniam mentis declarant, & hominem voracem, & vino, & veneri deditum: at si tremuli, supra dicta vitia augentur, & si præterea pallidi sunt, horribiles indicant, homicidas, & sanguinarios. Alb. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. colum. 3.
Oculi ad superiorem partem conuersi, subrubei, & magni, violentos, alicui deditos, furiosos, in mulieres intemperatos, & contentiosos, & clamorosos ostendunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculis ad superiorem partem conuersis summa omnium vitiorum est insaniam. Alb. mag. de animalib. lib. 1. tr. 2. capit. 3. char. 7. col. 3.
Oculi deorsum versi tanquam occidant, immites, implacabiles præloquuntur. Albertus magnus de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 3.
Oculi parui, vt ad dextram se conferant, stultitiæ, si ad sinistram, libidini deditum pronunciant. Alb. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi parui, & inter se conuenientes iuxta nasum sibi occurrentes veneris est signum, maxime si humidus fuerint, & si plerique palpebras iungunt veneri obnoxios, & amoris profitentur; si autem siccores, ac pauidi fuerint, impudentiæ, & iniquitatis signa, si trementes nihil non audebunt, iquo iniquum, & improbum fit. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi, in quibus multa mala signa sunt, si aqua cocepta in oculo semiplena moueantur, & magni sunt, non omnino recusandi sunt, quia temperantur a malitia. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi caui mali notam habent, & quo maiores, & hu-

midiores, eo magis notant inuidiam: siccores autem infideles, proditores, & sacrilegos præloquuntur, & cum hoc glauci, & rigidi insaniam arguunt; caui etiâ fluentes signa sunt dolositatis, & malignitatis; & si caui in obscuritate deficiunt, sunt stulti. Alber. magnus de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi caui nimium, mediæ magnitudinis, sicci, & rigidi si supercilia lata habent, tanquam genu imminetia, & circa oculos paucos, & liuor, impudentem, & malignum significat; si partibus iungatur, continuatorum negotiorum, & causarum, & nunquam quiescet sed semper mali aliquid cogitabit. Alb. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi alti & eleuati in deterioribus signis cõputantur; sed si circa ipsos est tumor, insaniam futuram significat. Alber. magnus de animalib. lib. 1. tract. secundo, cap. 3. char. 7. colum. 3.
**Oculi ambitus caui, & tanquam fossa subdolum mentem, & insidiosam declarat, Albertus mag. de animal. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi prominentes glauci iniustum, & plusquam stolidum pronunciant, si superioribus cilijs honorentur. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi prominentes, & sicci soli boni sunt prominentiâ oculorum: si autem magni sunt, perlucidi, nitentes, iustum, docilem, prouidentem, aut monitorem indicant, & tales fuerunt Socratis oculi, quæ Apollo prouidentissimum esse pronunciauit. Alb. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 3.
Oculi nimium prominentes, rubicundi, parui, incomptem mentis hominem, & linguæ effrenatæ, & corpore instabilem esse declarant. Si autem sunt etiam trementes, & micantes, & salientes, dolos & versutias ostendunt. Si præterea magni sint, stultitia, & furia detinentur. At si moderatæ magnitudinis, & humidus, & perlucidi, magnificum hominem, magnarum rerum cogitorem, & perfectorem declarant aliquando iracundum, & vino deditum, sui inconstantem, & ultra conditionem humanæ gloriæ cupidum, & huiusmodi oculos putatur habuisse. Alex. mag. Alb. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 3.
Oculi circum trementes, & prominentes, immites, & sine pietate, ventri, & veneri studentes, & alijs voluptatibus deditos ostendunt. Alber. magnus de animalib. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. colum. 3.
Oculi quodam liuore circumdati sunt, qui si interiora signa nulla meliora habuerint, in mala inditia computantur, audaces enim, infideles, & iniusti sunt. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi liuidi tanquam tenebrosi, sunt nocentes, & precipue si fuerint sicci, nec multum interest, an parui, vel magni sint, nisi quod maiorem nequitiam, parui profitentur. at si temperatæ magnitudinis, & quietis fuerint, sollicitum, docilem, discendi cupidum, maturum, parcum, & minus continentem. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 3.
Oculi caligine obsiti malis artibus imbuti, infideles sunt, & intemperantes, ideo perlucidi illis contrarij optimi sunt, si nullum signum sit eos impugnans, & tales Adriani Imperatoris fuisse asserunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 4.
Oculi corusci si glauci sunt, & sanguinolenti, tenuitatem sensus indicant, & insaniam. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 4.
Oculi cuius suspiciosum hominem declarant. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 4.
Oculi nigri corusci, & terribili, timidum, & subdolum declarant: cum risu permitti summam impudentiæ, & malitiæ notam præferunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 4.
Oculi acriter intuentes, & viuaciter, molesti sunt: sed humidi**

humidi bellatorem indicant, veridicum, velocem in agendis rebus prouidum, & innoxium. Alber. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 7. col. 4.
Oculi acriter intuentes, parui, sicci, inuidos, siccos, & occulte nocentes, omnia audentes, & omnia perpetrantes indicant, & eo magis qui superficiè oculi habuerint leuiorem. si autem obducatur hos oculos frons, & regant palpebræ, & exasperent supercilia, erunt hæc signa fortitudinis, audaciæ, & animositatis: erunt tamen inconsulti, & minus nocentes: si autem frons supercilia & palpebræ tranquilla, & leuia fuerint, acies vero intrinsecus trux, amara, & aspera, præsignabunt crudelitatem, immanitatem, & sequitiam, & omnes dolos his oculis adscribemus. Alber. mag. de anim. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi risu, & voluptate permitti omnes non sunt laudabiles. nam sicci malitiæ sunt indices, & maxime si mouent genas, & supercilia, & labia talis risus, vel cogitationes nefandas, vel dolos conceptos indicant, maxime si his signis palpebræ interdum coeant, interdum separentur. si vero propateant oculi cum risu, & errent, perpetrata iam iniquitatem esse declarant. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi qui arident, & sunt timidi, innocentem animû, sed stolidum sine affectu, & sine prudentia describunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi si molliter arident, & totus vultus, totus apertus, & solutus sit ad lætitiâ, & remissæ aliquantulum sunt palpebræ, mollis frons, & cilia laxa aliquantulum, ingenium, bonum, magnificum, iustum, mansuetum, religiosum, hospitalem gratum, prudentem, docilem, & amatorem significat. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. colum. 4.
Oculi tristes non omnes sunt timidi, nam humidus in cogitatione sunt constituti, & studia optimarum artium inesse designant, & si supercilia sint laxiora, & frons laxior, & cum tranquillitate concernunt, & palpebræ laudabiles sint, designant ingenium bonum, benignum, fidum, grauitati pendentem. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi tristes, & sicci, & accedat ad hoc frontis asperitas, & acies intentio, & palpebræ sint subiectæ, designant nocentem, ferum, & nihil inausum relinquentem. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi obclausi cum sint, vigentes palpebræ si quid frequenter occluduntur & referantur, malignos mores, & insidiantes, & nocentes præsignat: si autem sint humidi, bonæ artis studijs indicant hominem occupatû: sed si non humidus sint, sed tremore, & pallore permitti, insaniam præloquuntur. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi obclausi, quibus status suus permanet, aut cû palpebras claudunt, superius extollunt, insaniam prædicunt, & potius femina, quam viri sunt, & celare vitij gestiunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi cum frequenter latefcunt, & consistunt, in se cogitatione indicant inesse: si humidus, lucidi, maiores, profundus, molles, meliores cogitationes significant: si sicci, aut obscuro, si parui, si caui, duri, aut directi fuerint, peiores cogitationes significat. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. col. 4.
Oculi late patentes, micantes, leuiter intendentes tanquam sint continuati ad suauitatem, & gratiam tendunt. Albertus magnus de animal. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 7. colum. 4.
Oculi, qui frequenter clauduntur, & referantur, timidum, ac imbecillum declarant: si cum hoc sunt sicci oculi, dolos versare, & insidias tendere denuntiant: si peruersi, vel pallidi stultitiâ. Albertus magnus de animal. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculorum aciem qui terribiliter intendunt, & ipsi in-

quis cogitationibus attenuantur, sit mansuetus, & habeat aliquid humoris cogitorem studiorum, mansuetum, & amatorem significat: si autem immobiles sunt oculi, & cum hoc pallidi, vel rubicundi cum siccitate, certum est his iras, & furias imminere diuturnas: at si cum dictis signis ingenium per aliquod tempus torqueant, vehementissime produunt insaniam.

Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculi ceci perturbati rapacem indicant. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 2. ch. 8. colum. 1.
Oculi in nullo animali variantur (quantum ad nigrum) nisi in solo homine, excepto equo. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculus magnus esse potest, paruus, & mediocris; mediocris vero cæteris signis non repugnantibus, sed attestantibus bonitatem discretionis significat in intellectu, & bona doctrina, & forte erunt oculi prominentes, & forte profundus, & forte mediocres. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculi profundi in omnibus animalibus acuitatem visus ostendunt, quia umbra ex profundatione facta adiuvat, & confortat visum, nec permittit eum spargi. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculi prominentes significant perturbationem discretionis, & malitiam dispositionis, quod contingit propter prominentiæ causam, quæ est ventositas conclusa in anteriore parte capitis, vbi est spiritus visiuus: hic enim dispergit exsiccando formas, & spiritus animales, ita vt non bene conuertatur ratio super eas, ideo indiscreta efficitur. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. char. 8. col. 1.
Oculi mediocriter prominentes cæteris attestantibus laudabiles sunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ch. 8.
Oculi multæ apertionis, & pauca clausuræ stultitiâ, & inuerecundiam ostendunt, propter nimiam apertionem, quæ est siccitas cum tenui ventositate, & calore, quæ faciunt animalem spiritum deficere ex siccitate, & discotinuant ex sufflatione ventositatis, & perturbant operationes eius ex calore: ideo si talibus oculis rubor additur, tunc confortatur significatio eorum: & si apponatur humor mitigatur malitia: stulti sunt tales ex defectu animalium, & inuerecundi, quia nunquam intra se mouentur, sed temper extra se. Alber. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculi multæ clausuræ mobiles sunt, & leuis discretionis, & qui tales oculos habet, non fixus, sed inconstans in operibus suis, est, quod contingit propter clausuræ causam, quæ est, pondus humoris completis oculum, & in quo etiam deuariatur lumē, & forma sensibilis, & animalis, sicut in aqua. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculi nec multæ apertionis nec multæ clausuræ bonitatem discretionis, & dispositionis in omni opere significant. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 1.
Oculos aspicientes tria attendere debent. Primum memoriam significationis signorum. Secundum est comparatio signorum, sed dignitates eorum, quæ scitur ex duobus, ex causa videlicet signorum, & ex relatione ad alta signa, sed frequenter signa oculorum prævalent, quia magis repræsentant formas, & spiritus animales, ad quas mouetur homo in operationibus, quam alia signa: licet enim retrahatur a ratione, tamen forte imaginabiles vincunt. Tertium est applicatio signorum ad formam vitæ hominis, & caueat, quod non statim proferat iudicium, quia forte signum est per accidens infirmitatis, & non per naturam, & forte quod vitio est contraria consuetudo, & ideo non det iudicium, nisi dicat, quod hoc est verum quantum ad signum, non simpliciter. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 3. ch. 8. col. 2.
Oculus habet in animalibus maiorem conformitatem quam cætera

cætera sensuum instrumenta. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 1. c. 50. col. 1.
Odium est pars theatri, quæ nunc scæna nuncupatur. Alexan. aphro. in 3. metaph. vel secundum latin. 4. co. 54. cl. 113. col. 2.
Odium induxerimus si ab illis, aut auditores, aut auditorum amicos, aut alios, qui ijs curæ sunt, mali quicquam passos fuisse dixerimus. In iram inducimus, si supra dictos indigne neglectos, in inuidiam si indigne fortunatos esse ostendemus. Arist. rhet. ad Alexand. charta 235.
Odium est alienatio, & reiectio dum videmus, vel audimus rem, quæ nobis est odio, vel quocumque modo in eam incidimus. Eustr. 2. ethic. ca. 1. char. 92.
Odium est inueterata ira, & est mala voluntas ex ira proficiscens. Alb. mag. in topic. c. 235. col. 4.
Odium & fuga semper causantur ex amore, quia non ob aliud fugio & odio habeo aliquid, nisi quia contrariatur alicui bono, quod amo. Alex. de ales in 1. metaph. c. 9. colum. 3.

Odor quid est.

Odori medium innominatum est, communis enim quædam passio est in aere, & aqua: ut perspicuum colori, sic in habente odorem quæ in vtrisque his inest. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 3. tex. 76. c. 634.
Odorum modi, & saporum modi idem esse videntur, propter proportionem, quam habet olfaciendi sensus ad sensum gustus. Aristot. de anim. 2. sum. 4. cap. 5. tex. 93. ch. 638.
Odorum nomina sumpta sunt a nominibus gustu propter similitudinem, quia minus percipiuntur ab homine eorum differentia, Arist. de anim. 2. sum. 4. capit. 5. tex. 95. c. 639.
Indorabile aliud est, quod non habet odorem, aliud, quod paruum habet ad paruum, & sic de ingustabili. Arist. 2. de ani. sum. 4. ca. 5. tex. 96. ch. 639.
Odor est sicci ut fapor humidus. Arist. 2. de anima. cap. 5. tex. 100. ch. 640.
Odorare est sentire, & aer passus mox sensibilis est. Aristot. 2. de ani. sum. 4. ca. 8. tex. 100. ch. 646.
Odor est fumosa euaporatio, & hæc est ab igne. Arist. de sen. & sens. cap. 2. ch. 9.
Odis virtus calida natura sua est. Arist. de sens. & sens. cap. 5. char. 22.
Odoratus medius esse videtur inter tactum, & gustum, & visum, & auditum. Arist. de sen. & sens. ca. 5. c. 23.
Odorata femina calida sunt. Arist. problem. sum. 1. tex. 49. char. 348.
Odoratas arbores reddi aiunt, in quas cælestis arcus decubuit, quod non est verum: nam non omnes arbores, nec semper aliqua odorem ita acquirunt, & quibus accidit, causa per accidens ad arcum referenda est, & prouenit effectus ille si iusta erit materia post aquam, quæ arcui superuenerit. Eadem enim ratio est odoris, quæ & terræ, quæ cum feruet, & inuritur, quod ediderit principio bene olet. enimvero quæ parce humido quædam in modum recaluerit, odorata redduntur: humor enim concoqui calore potest, & hæc de causa totius orbis terrarum, quæ ad Solem orientem spectat, odoratoria surgunt, quam quæ ad aquilonem, & eorum ipsorum, quæ ad ortum plus vergunt, quæ quæ ad meridiem. Aristoteles problemat. sec. 1. 1. nume. 4. char. 493.
Odis mali causa est excrementi cruditatis. Arist. proble. sec. 13. nu. 4. ch. 479.
Odor bonus ex corpusculis quibusdam odoratis manat, & tam diu durat, quousque corpuscula illa subsistunt. Alexander aphrod. de sens. & sen. ex sec. 4. co. 43. ch. 18. col. 3.

Odor est quædam affectio, quæ a siccitate rei habentis saporem permanat ad nares. Alex. aphrod. de sen. & sens. ex sec. 4. co. 49. ch. 20. col. 4.
Odor pomi non propria substantia est, nec ab ipsa distrahitur, nisi in alijs substantijs diffeminetur. Simplicius in prædic. char. 12.
Odorem non opinatus est Arist. esse corpus dissolutum in aere ab odorabile, sed est qualitas aliqua, per quæ illa natura innata est perfici. Auerr. 2. de ani. tex. 76. char. 142. col. 1.
Odor habet duplex esse: vnum in humido saporabili, & est naturale: aliud in humido non saporabili, & est extraneum. Auerr. ibidem.
Odor habet duplex esse; esse in corpore odorabili, & esse in medio, & in hoc errauit Auic. qui existimauit odorem non separari a corpore odorabili. Auerr. 2. de ani. tex. 97. ch. 146. col. 1.
Odores, & si feruntur a ventis, non tamen ob id corpora sunt, alioqui, & soni essent corpora cum ferantur a ventis. Auerr. 2. de ani. tex. 100. c. 146. col. 4.
Odor si effet corpus, olfactus esset quidam tactus. Auerr. 2. de ani. tex. 101. ch. 147. col. 1.
Odor non est fumalis euaporatio, quod indicat, quia fumus est quædam pars substantialis subtilis corporis fumantis ex ipso resoluta, propter quod fumans leuius efficitur, cum multum fumauerit. Alber. mag. in 2. de ani. trac. 3. ca. 25. c. 27. col. 2.
Odis materia non est fumalis euaporatio nisi in medio, & non in odorifero, & cum venit ad olfactum, non agit in ipsum per esse materiale, sed per esse intentionale, quod habet in eo, ut est medium, & non ut subiectum eius secundum esse materiale. Albertus mag. ibid. col. 3.
Odorare non est absolute pati aliquid a sensibili percepto, sed potius est sentire, & iudicare odorem, quod est secunda sensus perfectio, & non est tantum pati, sed operari aliquid. Alber. mag. in 2. de ani. trac. 4. cap. 2. ch. 30. col. 2.
Odor omnis est calidus, & siccus, & euaporatio fumalis enchimi sicci, licet sit qualitas, & non euaporatio. Alb. mag. de sen. & sens. trac. 1. ca. 15. c. 8. col. 4.
Odoratus est virtute calidus, & naturaliter, & complexionaliter frigidus. Alb. mag. ibid. c. 9. col. 1.
Odor est sequela saporis, & maxime saporum ex calido causatorum. Alb. mag. de sens. & sens. trac. 2. cap. 11. c. 15. col. 2.
Odor est vnum accidentium inferens passionem olfacientibus, quæ odorabilia animalia vocantur. Alb. mag. de sens. & sens. trac. 2. cap. 13. c. 16. col. 2.
Odores omnes, ex quibus sentitur mordicatio aliqua, vel qui declinant ad dulcedinem, indicant calorem rei odorabilis, & ideo capitis dolorem inducunt propter dissolutionem, & euaporationem, quam facit calor. Alb. mag. de veg. l. 3. trac. cap. 6. c. 139. col. 4.
Odor est sequela saporis. Alb. mag. in 3. de miner. ex tr. 2. capit. quarto. char. 146. col. 4.
Odor, & sapor passio appellatur ab Arist. quia vtrumque eorum est in quarta specie qualitatis, quæ est passio, & passibilis qualitas. D. Tho. de sens. & sens. l. 9. ch. 10. col. 3.
Odor consistit in sicco aereo aliquo qualiter temperato. Diuus Thom. in 2. de anim. l. 195. char. 40.

Odorem quæ habent, & in quo est odor.

Odis sensum, & aquatica animalia habere videntur. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 3. tex. 76. char. 634.
Odoratus locus circa cerebrum est; potentia enim calida, frigidi est materia. Arist. de sens. & sen. cap. 2. c. 9.
Odoratio non solum est in aere, sed etiam in aqua. Arist. de sens. cap. 5. c. 19.

Odo-

Odis proprium naturæ hominis est, quod maximū, & humidissimum habet cerebrum inter animalia, & propter hoc (ut ita dicam) solus sentit animalium homo, & gaudet florum, & talium odoribus. Aristot. de sen. & sens. cap. 5. ch. 475.
Odis quæ natura est: fumus, an aeris? an vaporis? vel a sensu aliquid proficiscatur in res odoratus? an ab illis in sensum, quod aerem proximum moueat: quod si ab illis aliquid delibaretur, minora reddi oporteret, at non redduntur, eadem enim durant. Arist. proble. sec. 13. nu. 10. ch. 476.
Odorabilia, & gustabilia confinia sunt, ut odorum, & saporum species. Alexan. aphrod. in 1. de anim. cap. 16. ch. 36. colum. 3.
Odor nascitur a siccitate, quæ suo sapore gustatum mouere queat in aere, & aqua, quæ siccitas est effectrix causa. Alexan. aphro. de sen. & sens. ex sec. 2. co. 40. char. 18. colum. 2.
Odoramenta calefacta magis redolent, quia odor in arido est. Themist. in secundo de anima. cap. 34. tex. 100. char. 78. colum. 1.
Odores non sunt in oibus corporibus, aer enim non habet odores. Ioan. gram. in 2. de gener. & corr. tex. 8. co. 7. ch. 106.
Odores non recipiunt corpora simplicia. Auerr. 2. de ani. tex. 97. c. 145. col. 1.
Odores, qui inferuntur olfactui, passionem iuxta sapes determinat. Alb. mag. in prædic. c. 55. col. 1.
Odorant bene animalia sicca cerebra habentia, & nares breues, ut canes, & vultures. Alb. mag. in 2. de anima. trac. 3. cap. 23. c. 26. col. 4.
Odores a saporibus nomina acceperunt. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 3. ca. 24. ch. 27. col. 1.
Odores aliquando corrumpuntur, quia ingrediuntur per poros occultos, & apertos ad interiora animalium cum euaporatione corporis venenosi, & euaporatio illa confortat odorem, sed non ipsa tantum agit eum, sed potius medijs alteratio, quæ est a qualitate odoris simplicis: & quia euaporatio est spiritalis, ut, & medium: ideo aliquando est loco medijs, & deferitur ad instrumentum odorandi in odoratum. Alb. mag. in 2. de ani. ca. 25. c. 27. col. 3.
Odoratus igni tribuitur, non quod sit igneus, sed quia est medietas ignitorum odorum. Alb. mag. de sens. & sens. trac. 1. ca. 15. c. 8. col. 4.
Odor diffunditur in magnam distantiam, & occurrit animalibus in aere. Alb. mag. de sen. & sens. trac. 2. ca. 13. ch. 16. colum. 1.
Odores in vegetabilibus inueniuntur. Albert. mag. de vegetab. l. 3. trac. 2. ca. 5. ch. 139. col. 4.
Odoratus dupliciter sumitur: primo secundum potentiam, & sic organum odoratus est aquæ, vel aeris: Alio modo secundum actum, & sic est, ignis. D. Th. de sen. & sens. l. 5. c. 6. col. 3.
Odor magis siccum sequitur, sapor humidum. D. Th. de sens. & sens. l. 9. c. 10. col. 3.

Odores an nutriant, & cui inferuiunt.

Odor, color, & sonus non alunt, nec faciunt augmentum, aut decrementum. Arist. 3. de ani. sum. 3. cap. 1. tex. 64. c. 620.
Odores, & sapes hebetant, & delent frigus, & gelatio, quia quod mouet, & generat calor, id delet infrigidatio, & gelatio. Arist. de sens. & sens. ca. 5. ch. 20.
Odorabiles species duæ sunt. Aliæ suaves secundum seipsas, ut flores, nihil enim ad cibum iuuant, nec conferunt ad desiderium quicquam, sed contrarium magis. Aliæ suauæ, & triste habent secundum accidens, quia enim nutritiuum sunt passio, appetentibus quidem suaves sunt odores eorum: plenis autem, & nihil egentibus non sua-

ues. Arist. de sens. & sens. ca. 5. c. 21.
Odoribus animalia quædam nutriri opinio est Pythagoreorum, & falsa. Arist. de sens. & sens. ca. 5. ch. 24.
Odor non nutrit, tum quia simplex est, tum quia non ingreditur ventriculum. Arist. de sens. & sens. ca. 5. c. 24.
Odorabile non confertur ad nutrimentum, et si cõferat ad sanitatem. Arist. de sens. & sens. ca. 5. char. 25.
Odorata genera tam feminum, quam plantarum mouere vrinam possunt: quia calida concoctumque facilia sunt, quo in genere ea collocamus, quæ citant vrinam: horum enim vis inlita calefaciendi breui extenuatur. Arist. problem. sec. 1. nu. 49. ch. 341.
Odor nulli corpulentiam gerit. Arist. proble. sec. 1. nume. 49. char. 348.
Odor omnis caput tentat, & grauat. Arist. problem. sec. 3. num. 13. ch. 371.
Odorata omnia, tam femina, quam plantæ vrinam ciere possunt, quia calida, & tenuia sunt, & horum tale vnum quodque; vrinam ciet. celeriter enim calor ille inditus extenuat, nec odor ipse aliqua corpulentia concretus est. nam, & quæ non bene olent, ut allia, vi sui caloris vrinam ciet, vel potius vim resoluendi, & liquefaciendi obtinent. & femina, quæ bene olent, calida ideo sunt, quod odor omnino calore efficitur. fetida enim inconcocta sunt, ut non solum vrinam prouocatura debent calida esse, sed etiam concocta, ut vrinam descendendo humores possint extenuare. Arist. proble. sec. 12. num. 12. ch. 477.
Odor ad cerebrum penetrans mouere solet sensationem. Arist. problem. sec. 13. nu. 5. c. 480.
Odores non nutriunt, quia simplicium qualitatem habent, a quibus nihil puri, vel impuri extrahi potest, & quia humidum solum habent, nutritia autem mixta esse debent. Alber. mag. de sen. & sens. trac. 2. ca. 15. ch. 16. colum. 4.
Odoratus totaliter videtur necessitati nutrimenti deferuire, parum vero prudentia. unde in omnibus, in quibus est perfecta prudentia, est deficientissimus iste sensus. D. Th. de sen. & sens. sec. 2. ch. 3. col. 1.

Odor quomodo ad nos perueniat.

Odorare non possunt homo, & animalia quecumque respirant, non respirantia. Aristot. de anim. sum. 4. cap. 3. tex. 76. c. 634.
Odor minus facile determinabilis est, quam sit somnus, lumen, aut color; quia sensum hunc non habemus certum, sed peiorem multis animalibus. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 5. tex. 92. ch. 638.
Odoratus prauè homo, & nihil sentit odorabilem sine molestia, aut iucundo, tanquam non existente certo sensorio. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 5. tex. 92. ch. 638.
Odores sentit homo, ut animalia duros oculos habentia colores sentiunt, & non manifestæ illis insunt colorum differentia nisi terribili re, & non terribili. Arist. 2. de anima. sum. 4. ca. 5. tex. 93. c. 638.
Odoratum homo pessimum habet. Arist. de sen. & sens. cap. 4. char. 14.
Odoratu fere participant omnia animalia, non idem autem est omnibus instrumentum. Arist. de iuuen. sene. vit. & mort. & respi. cap. 9. c. 313.
Odores cognoscuntur, non ut sunt in se, sed ut ad nos perueniunt. non enim excellentem olfactum homines habent, ut inter terrestria canes, & inter aues, vultures. Them. in 1. de ani. ca. 32. tex. 92. c. 77. col. 3.
Odores, qui homini solum tributi sunt, si cætera animalia perciperent, homines in percipiendis antecellerent. Alexander aphrod. de sens. & sens. sec. 4. co. 48. c. 20. col. 3.
Odor mali non solus, sed cum quadam tenui ipsius mali substantia ad nos redundat, quæ Platonis est opinio, non

non Aristo. sentit enim aerem odorem transmittere, vt, & sonum: Plotinus autem aerem mutari in odorabilem qualitatem, quæ opiniones cum sint omnes fallæ. simul tamen sunt omnes veræ. Ammo. in prædic. char. 21.

Odorabile nullum sentitur sine iucunditate, vel molestia. Simp. in 2. de ani. tex. 90. ch. 40. col. 4.

Odorabilia discernere secundum speciem non possumus, solo autem iucundo, & molesto discernemus, necientes, quæ odorabilis proprietas nos voluptate afficiat, vel molestia. Io. gram. in 2. de ani. tex. 92. c. 63. col. 2.

Odoratum exilem, gustum exactissimum habent homines, in tactu autem omnia superamus animalia. Io. gram. in 2. de ani. tex. 94. ch. 63. col. 4.

Odorabile cum fuerit positum super sensum, odoratus non sentitur. Auer. 2. de ani. tex. 97. c. 146. col. 1.

Odores non ita nos reddunt certos de natura rei, vt sapor. Alb. mag. de veg. l. 3. trac. 2. ca. 6. c. 139. col. 4.

Odorabilia per multum spacium sentiuntur, quia, & si ab odorabili resolui possit aliqua fumalis euaporatio, immutat tamen medium spiritualiter ultra quam dicta euaporatio pertingere possit. D. Tho. in 2. de ani. l. 20. tex. 97. c. 41. col. 1.

Odores, vt suaves, & insuaves.

Odorabile est proprium hominis, vt florum odores, qui autem sunt saporum odores, communes sunt quoque ceteris animalibus. Aristoteles de sen. & sen. cap. 5. char. 21.

Odores, & suffimentorum, & florum minus suaves sunt qui proxime sentiuntur, vel quia vna cum odore terræ quoque particulæ prodeunt, quæ pro suo pondere ante currunt quam ad sensum odor deueniat: itaque longius ille sincerum se affert. An neque cum principium proximum est, neque eum admodum semotum odor abunde effluere potest: nam si proximum nondum largè emanat: si remotissimum, discernitur. Arist. proble. sec. 2. nu. 2. c. 473.

Odorem suauiore reddunt flores, & suffimenta è longinquo, è propinquo autem herbam alia potius redo lent, alia fumum, quia calor quidam odoris natura est, odorataque omnia calida sunt, & calidum omne leue est. itaque cum longius permeant, odorem suum secretiorem deferunt, vendicatum a ceteris, tum foliorum, tum fumum, qui vapor aqueus est odoribus, qui committentur eum ipsum, vel quia cum in propinquo sunt, admixta illa cum iis vna redolent, quibus inhærent, atque ita odorem deprauant. Arist. problem. sec. 12. nu. 4. ch. 475.

Odorem deterius olent flores contusi, quia pars terrena, quæ flori inhæret, odori permixta, vim habeat odorandi. Arist. proble. sec. 3. nu. 3. c. 478.

Odores suaves, & odiosi dicuntur quoad partem, quia ij, tum ea animalia oblectant, quæ cibum capescere faciunt, & odiosi sunt iis, quæ saturata sunt. Alex. aphrod. de sen. & sen. ex sec. 1. co. 46. c. 19. col. 2.

Odor foliorum suavis est, & nos vitæque se habent, semper iuuant. Alex. aphrod. de sen. & sen. ex sec. 1. co. 46. ch. 19. col. 4.

Odores considerari in relatione ad olfactum duæ sunt species. Vna est, quod quidam habent delectabile, & triste non pro se, sed propter aliud, & ideo delectabile, & triste est in eis, non in quantum odores sunt, sed vt iudicant quiddam de sapore nutrimenti, nec queruntur nisi propter eicam. Alij autem sunt quæ sita propter se, vt sunt odores, & non relati ad eicam: sed in ipsis habent delectabile, & triste. Alb. mag. de sen. & sen. trac. 2. cap. 12. c. 15. col. 4.

Odorifera, & fetida dupliciter inficiunt, ex substantia euaporantium fumosa, & ex foetore qualitativo. Alb.

mag. de propriet. elem. l. 2. tr. 2. cap. 1. c. 115. col. 3.

Odores omnes, ex quibus sentitur mordicatio aliqua, vel qui declinat ad dulcedinem, indicant calorè rei odorabilis. ideo capitis dororè inducunt propter exhalationem, & euaporationem, quam facit calor. Alb. mag. de vege. & plan. l. 4. trac. 2. ca. 6. c. 144. col. 4.

Odor sequela complexionis est. Alb. mag. eth. 3. trac. 3. cap. 3. c. 45. col. 3.

Odorata bono odore malo sapore prædita sæpe sunt. D. Tho. de sens. & sens. lec. 13. ch. 15. col. 3.

Odoratorum aliqua sunt, quæ non suauem gustum habent, & è contra, quia sapor consistit in humido aqueo, aliquantulum digesto, & odor in sicco aereo aliquantulum contemperato, si non sunt proportionata, alterum bene olet, alterum gustum malum præbet, & sic secundum amborum mixtionem. D. Tho. in 2. de ani. l. 19. tex. 94. ch. 40. col. 3.

Odorem quomodo magis sentimus.

Odorem maiorem omnia præbent, cum mouentur, quia excitata plus aeris implent quam quiescètia, & ita odor eius ad sensum nostrum transmittitur. Arist. proble. sec. 12. nu. 5. ch. 475.

Odorem minus sentimus hyberno tempore, & minime per gelu, & glaciem, quia aer a frigore immobilior redditur, itaque motus non æque proficisci a corpore odorato potest, propter difficilem delibationis motum, & aeris, quo inuehitur. Arist. proble. sec. 12. nu. 6. c. 425.

Odorem maiorem reddunt aromata cinere suffusa quam igne, & plenius, & diutius suum seruant odorem, cum cinere suffiuntur, quia in cinere minus concoquitur odor potest, itaque plenior est ignis autem, quod celeriter vires eorum domat, & concoquit, odorem commutat: concoctio enim est rei concoquendæ immutatio. Arist. proble. sec. 12. nu. 7. ch. 476.

Odorem grauiorem reddunt ora hominum, qui ieiunant, eorum, qui aliquid edunt, non olent: quia ventre inani minusque agitato aer factus calidior, spiritum & excrementa pituitosa sua immobilitate putrefacere potest, calidior autem effici hinc colligi potest, quod & sitim parere ieiunium solet. At vbi ederint, odor ciborum grauem illam olentiam offuscant, vt maior minorem. calor enim ciborum calorem præcedentem illum exuperat, ita vt nihil affici possit. Arist. proble. sec. 13. nu. 7. char. 481.

Odor longius diffunditur, quam fumalis euaporatio. D. Tho. de sens. & sens. l. 5. ch. 6. col. 3.

Odor an separatur ab eo, in quo est.

Odor ab eo, in quo est, separari potest, at seorsum per se esse nequit, sed vel corrumpitur, vel in aliud subiectum transfertur. Por. in præd. ch. 8.

Odor in rosis separari potest, sed sine ipsis, & seorsum esse non potest. Dex. in præd. ch. 72.

Odor bonus exit a malo, & ex huiusmodi cum aliqua substantia: cuius rei indicium est, quod malum tempore corrugatur. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 97. char. 64. colum. 2.

Quædam in Tyrrenia oppidum esse aiunt, cuius opificem munificum esse affirmant, in medio enim collis 30. stadiorum altitudine confurgit, qui siluas arborum, aquarumque vim continet. At cum accola extimescerent, ne illorum quis eius loci Tyrannus efficeretur, quosdam ex seruis suis liberos principes sibi constituerunt, ac annis singulis eorum successores procreant. Aristoteles de admir. aud. tex. 90. charta 856.

Olecratum est ea pars, quæ brachium flectit. Mich. eph. de part. ani. 4. cap. 11. ch. 183.

Olera

Olera sunt, quæ multos stipites habent ex una radice, & ramos multos, vt ruta, & caulis. Arist. 1. de plantis cap. 3. chart. 321.

Olera etsi rigent, non tamen ita proficiunt, vt cum pluit. Arist. 1. de histo. animal. cap. 19. chart. 298.

Olei natura, & proprietates.

Oleum ipsum in se ipsum non elixatur. Arist. meteorol. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 27. c. 565.

Olei natura dubia est, quia si est aquæ, concrefcere debet a frigido vt glacies: si terræ, ab igne, vt fictile, sed a neutro concrefcit, & incrassatur ab ambobus, quia plenum est aere, ideo supernat in aere: Ab igne autem tempore incrassatur, & albescit, quia euaporante aqua, si quæ inerat, incrassatur, quia marcescente calido fit aqua ex aere. Arist. meteorol. 4. sum. 2. ca. 3. tex. 40. c. 572.

Oleum non elixatur, nec incrassatur, quia exhalabile est, sed non vaporabile. Arist. meteorol. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 47. c. 582.

Oleis balaustra conducunt cum vna plantantur. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 375.

Oleum præceditur plusquam aqua propter viscositatem, aqua autem fragilis est. ideo difficilius est seruare aquam quam oleum in manu. Arist. de sens. & sensib. cap. 4. char. 15.

Oliuæ interdum fructu suo priuantur, cum natura concoctionem absoluunt. Ascendit primo præ tenuitate id, quod non maturerit, & est humor ille folia, concoctio vero flos est, cum autem maturerit altero anno fructus nascuntur, & exhibit matura secundum locum, in quo est. Arist. 2. de plant. ca. 2. ch. 392.

Oleum, & vinum præparatum non solum accipiunt proximos odores, qui immittuntur, & commiscetur, sed etiam qui prope vasa ponuntur, & adnascuntur. Arist. de somnis ca. 2. ch. 65.

Oleum in se multum spiritus continet. Arist. de gen. ani. 2. cap. 2. ch. 150.

Oleum frigore, & gelu crassescit, non congelatur. Arist. de gener. anim. 2. ca. 2. c. 150.

Oleum ad arcendam vinolentiam valet, & sorbitum facultatem præstat potandi, quod vnum ciere potest, & vino haulto iter tegit. Arist. proble. sec. 3. quæst. 34. charta 380.

Oleum, & cera cur solis calore candescunt, caro nigrescit: quia illa sol propterea candescere potest, quod humorem nimium eximat. nigricat per naturam quod per humidum est propter humoris terreni missionem, carnem vero, quod nullam inde humoris copiam detrahit, adurit, atque afficit colore. Arist. probl. sec. 38. num. 1. char. 658.

Olei partes omnes aeris, quæ in ipso oleo sunt, propter frigus ex acquiescere non est existimandum, sed tantum aliquæ eius partes: quia si omnes, non esset amplius oleum. Alexand. aphrod. in 4. meteorol. cap. 6. com. 27. c. 105. col. 1.

Olei de substantia est, vt fit aere plenum. Alex. aphrod. in 4. meteorol. ca. 6. com. 27. ch. 105.

Oleum illud defluens a sale amarum est. Alex. aphrod. de sen. & sen. ex sec. 3. com. 41. ch. 18. col. 2.

Oleum epotum cur vomitum moueat, & potissimum bilis flauæ: quia vt leue cibos ad stomachum inuitat, & effert, quibus stomachus aggrauatus vim exercèdi excitat ad vomitionem, & bilem magis flauam, quia hæc leuis est. Alex. aphrod. proble. 1. nu. 12. c. 714.

Oleum cur nullis humidis permiscetur? quia cum lentum sui que pertinax est, in particulas indiuiduas scari nequit. Alexand. aphrod. problema. 1. nume. 12. char. 714.

Oleum, & aqua cur sæpe, & facile gelu durentur: vinum,

& acetum aut raro aut nunquam congelascunt? quoniam oleum nulla exuperatur qualitate, sed medio potius constat temperamento, & ob id refrigerari potest aqua, quia frigida est, facilius se ipsa frigidior redditur. At gelu, quia tenue est, & calidum, idcirco minus purgat, & vinum quoque eadem illa de causa potest resistere. acetum vero, quia partibus tenuissimis constat, in congelabile est. Alexan. aphrod. proble. 1. num. 128. ch. 715.

Oleum cur nullo cum humore misceri patitur? Quia lentum crassum continens est, nec vllas in partes tenues conficitur, & ideo nullum locum dat humoribus. miscendi. Alex. aphrod. proble. 2. nu. 8. ch. 752.

Oleum præparatum citissime suscipit proximiorum odores. Michael eph. de infom. ch. 18. col. 2.

Oliua aere temperato indiget, ideo non facit fructum vltra latitudinem sexti climatis, & maxime conualescit iuxta montes conuexos. oleum eius nutrit, sed parumper, & contrarium est his, quæ ex putredine nascuntur. Alb. mag. de veget. li. 6. trac. 1. ca. 28. ch. 157. col. 4.

Oliuæ quarunt loca montium non multum deuexa, & pinguia, & crescent fatæ, & a ranis infixæ tempore verno, & eodem modo laurus, & mirtus. Alb. mag. de veget. & plan. li. 7. tr. 2. ca. 3. c. 178. col. 3.

Olea, vt corona.

Olea in Pantheo est optima, corona nomine, huius folia ceteris oleis è contrario exeunt; intus enim, & non foris virent, ac nec aliter quam mirtus ramos coronæ effigiem præ se ferentes emittit. Ab hac palmitem Hercules euulsit, ad Olympiam; illum explanauit, ex quo athletas coronatos ferunt. hæc enim iuxta flumen illisum prouenit, ac sexaginta stadiorum discrimine a flumine distat, vallaturque; domibus circumquaque: quam si quis tangeret, magna ab accolis afficeretur pœna. Ceterum post hæc ex ea Eleios palmitem accepisse, ac in Olympia plâtas, & athleticas coronas instituisse asserunt. Arist. de admir. aud. nu. 49. c. 847.

Oleum ex quo fit.

Oleum in gymnasijs apud Iberiæ insulas adiacentibus, quæ præter alias septem famosis insulas, ceteras magnitudine antecellere videtur, ex oliuis non fit, sed ex terebintho: vehementem eius copiam fieri, idque ad omnia congruum est. Arist. de admir. aud. nu. 86. ch. 855.

Olfactus, id est sensus odoris, per nares ministratur. Arist. de histo. ant. 1. ca. 11. ch. 22.

Olfactum esse exquisitum per dicitur creditur. Arist. de histo. anim. 6. ca. 2. ch. 198.

Olfaciendi pars tem elephantus peculiarem habet præ ceteris animalibus: naris enim est, qua cibum tam siccum, quam humidum capit, & ori perinde, ac manu admouet, & eadem arbores complectendo euellit, & tandem ea non alio modo vitur, nisi vt manu. Arist. de partib. ani. 2. ca. 15. c. 457.

Olfaciendi sensum peiorè habemus multis animalibus. Arist. de ani. sum. 4. ca. 5. tex. 92. c. 638.

Olfactus fit per medium, vt aerem, vel aquam. videntur enim aquatica odorem sentire, & quæ sanguinem habent, & quæ non habent, vt quæ in aere: quædam enim eminus accurrunt ad alimentum odore mota. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 5. tex. 97. c. 639.

Olfacit homo solum cum anhelans respirat, sed expirans, aut retinens spiritum non odorat, neque eminus, nec cominus, etiam si in nasum intus ponatur. Arist. 2. de ani. sum. 4. ca. 5. tex. 98. c. 639.

Olfactus est sensus odorabilis, & male olentis, & bene olentis. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 5. te. 99. char. 640.

Olfactus sensus in homine differt ab hoc sensu in cæteris animalibus, ut oculi ipsius ab ijs, quæ habent oculos duos. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 5. tex. 100. c. 640.

Olfacere non potentes nil patiuntur ab odore, & sic de alijs sensibus. Aristoteles secundo de ani. su. 4. ca. 8. tex. 125. char. 646.

Olfactum homo peiorem habet, quia latiora habet foramina, exquisitius enim sentiunt foramina tenuiora. Arist. proble. sec. 33. quæst. 10. c. 645.

Olfactus est rerum odorabilem susceptio, atque cognitio. Alex. aphrod. in 1. de ani. cap. 16. c. 36. col. 3.

Olfactum homines multis alijs animantibus hebetiorem habent. Alexander aphrod. in pri. de ani. cap. 16. char. 36. colum. 3.

Olfactilia a faporosa siccitate in humido gignuntur. Alex. aphrod. in 1. de ani. ca. 16. c. 36. col. 3.

Olfactus instrumentum tale est potentia, qualis est actus odorata: cum vero actu iam odoratur, non potentia amplius, sed actu est. Them. in 2. de ani. ca. 38. tex. 100. ch. 78. col. 1.

Olfactus inter sensus medius est, qui circa vapores versatur, medij cuiusdam generis corpus, quem multis animalibus deteriore habemus. Ioan. gramm. in 2. de ani. tex. 92. c. 63. col. 1.

Olfactuum sensorium est in anteriori parte cerebri. Io. gramm. in 2. de ani. te. 97. c. 64. col. 2.

Olfactus fit per præparationem existentem in aere ad recipiendum olfactile. Auer. de sen. & sen. c. 193. col. 3.

Olfactilia curant ab infirmitatibus capitis. Auer. ibid.

Olfactus organa sunt duæ papulæ ad modum papularum, quæ sunt in mammillis in anteriori parte cerebri constitutæ, porrectæ, directe contra ossa triangularia nasi, & coopertæ pelle tenui, ne læsiones contingant eis ex aere attracto, nec habent motum ex seipsis pelles illæ, sed vento inspirante exufflante eleuatur, & odores cum aere venientes immutant eas. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 3. cap. 25. c. 27. col. 3.

Olor olorem deuorat. Arist. de histor. anim. 9. cap. prim. char. 298.

Olores nunquam nisi prouocati inferunt pugnam, canere soliti sunt, & præcipue iam iam morituri. Arist. de hist. ani. 9. ca. 12. ch. 332.

Olus excaulescit ocus, quod semine vetustiore, ut trimo, aut bimo prodierit, quam quod nouo, quia quod viget celerius affert, atque vetusta vim suam exhalarunt, & recentissima imbecilliora sunt: quia extremum adhuc habent, quod generationi non est conueniens, quæ medio tempore vtilia sunt. Arist. proble. sec. 20. num. 17. char. 533.

Olympicus victor nullo particulari nomine appellabatur, sed tantum homo appellabatur. Eustr. ethicor. cap. 1. char. 202.

Omentum medio a ventre dependet, quod non nisi pinguis membrana est, ut in cæteris animantibus, quæ vnum continent ventrem, & vtraque parte oris dentata sunt. Arist. de hist. ani. 1. ca. 16. c. 31.

Omentum non nisi membrana est, & omnia habet, quæ sanguine non carent, sed alia pingue, alia macilentum. Arist. de hist. anim. 3. ca. 14. char. 94.

Omentum in vtraque parte dentatis, & quæ animal generant, oritur a medio ventre: in ijs, quæ altero detum ordine carent, a ventre maiori dependet. Arist. de hist. ani. 3. cap. 14. ch. 94.

Omentum adipe pinguescentibus adipeum est, sebo sebale obesiss. Arist. de hist. ani. 3. ca. 17. c. 96.

Omentum est membrana, aut feuosa, aut adiposa, scilicet quomodo pinguescere animal solet. Arist. de partib. ani. 4. cap. 3. ch. 508.

Omentum oritur de medio ventre, tam vni ventri quàm multi ventri generi, qua veluti futura describitur. Arist. de partib. anim. 4. cap. 3. char. 508.

Omento natura vititur ad cibi meliorem cõcoctionem, quia calidum est, cum pinguescit. Arist. de partib. ani. quarto, cap. 3. char. 508.

Omnis non vniuersale significat, sed quod vniuersaliter. Arist. in perih. li. 1. cap. 5. c. 123.

Omnis significat prædicatum dici de omnibus comprehensis sub specie indiuiduis. Amm. in li. de inter. c. 57.

Omnis significat vniuersalem multitudinem, quæ sub subiecto comprehenditur: a singulari autem articulo vnam ipsius naturam a multitudine profectam. Ammon. in lib. de interpr. ch. 151.

Omnes nil aliud est quam singulorum collecta multitudo. Eustrat. 1. moral. char. 17.

Omne dictum est, quod omnia complectitur, nullum, quod nihil. Magen. in lib. de interpr. ch. 13.

Omne dicitur, cum nulla pars est subiecti, de qua prædicatum non dicatur. Magen. in prior. ch. 4. col. 2.

Omnia prædicantur de quanto discreto, omne autem prædicatur de quanto continuo. Simp. in 1. de cõl. tex. 3. co. 2. c. 3. col. 3.

Omnia sunt in sphaera, ut in loco. Io. gramm. in 4. phys. tex. 88. ch. 105. col. 2.

Omne, & totum differunt. pro partibus enim integrabilibus distribuitur totum, omne autem pro partibus subiectiuis. Alb. mag. in prior. ch. 97. col. 2.

Omnis, & nullus signa distributiua non significant modum vniuersalitatis absolute, sed applicationem termino distributo. Th. de Vio in perih. c. 20. col. 1.

Onager est Asinus ferus, qui 15. die Martij duodecies rudit in nocte, & duodecies in die, æquinoctium indicans. A canibus cum insequitur, sterus odoriferum delectabile emittit, & sic circa sterus canes detinentur, & ipse fugit. Albertus mag. de anim. li. 2. trac. 2. cap. 1. ch. 182. col. 2.

Onager Indicus est magnitudinis magnæ, & fortitudinis, cornu ingens in fronte ferens. Alb. mag. de anim. li. 2. trac. 2. ca. 1. ch. 182. col. 2.

Onus non in mouentem partem, id est dextrum, sed in motum, id est sinistrum insistere debet, alioqui autem non mouebit, aut diuicilius mouebit. Arist. de anim. incessu, cap. 4. ch. 563.

Onera cur super scythalas facilius portantur, quam super currus, quamuis habeant maiores rotas: quia in scythalis nulla est offensatio, in curribus axis est ad quæ offensat. desuper enim illi premunt, & lateribus. quod autem est in scythalis ad ista duo mouetur, & inferne substracto spacio, & onere super imposito. in vtrisque enim his reuoluitur circulus, & motus impellitur. Arist. quæst. mec. quæst. 11. c. 788.

Onera portantes cur cum cantu incedunt: quia dum animus modulis permulcetur, attenditque; numerorum suauitati, minus sentire potest, & minus ab onere grauat. Alex. aphr. probl. 1. nu. 78. c. 690.

Onichinus fit ex duplici colore, inferior est, ut carneus ex terrestri valde fumoso vaporabiliter commisto. superior subpallidus, aliquantulum fuscus, & fit ex victoria perspicui super opacum in cõmixtis partibus, ita ut opacum sit alteras album. Alb. mag. in 1. de miner. ex trac. 2. ca. 2. c. 137. col. 2.

Onix est gēma nigro colore, albis venis variata, quæ collo, vel digito suspēsa excitat iustitiam, & in somno varias, & terribiles visiones inducit, & sardinus lapis hæc ligat. Alber. mag. ibid. cap. 13. c. 141. col. 1.

Onocentaurus est animal compositum, caput asini, corpus hominis habens, & aliquando corpus equi. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 2. ca. 1. c. 181. col. 2.

Onocratulus est auis rapax, lōgo rostro, quod in aqua, vel terræ luto infigit, & quasi cornu sonans terribile vocem emittit. Aliud est syluestre, aliud aquaticum, & vtrumque solum inter aues splene caret. Alb. mag. de ani. lib. 23. trac. 2. ca. 24. c. 194. col. 2.

Operis

Operis gratia est eorum vni quodque, quorum est opus. Arist. 2. de cõl. sum. 2. cap. 2. tex. 17. ch. 296.

Opera sua omnes amare consuevere, ut parentes, & poetæ. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 1. chart. 82.

Operis, & sumptus magnitudo differunt: quia pila, & lecythus pulcherrima puerilis quidem doni in se habent magnificentiam: huius tamen rei precium paruum est, & illiberale. Aristoteles quarto, ethicorum nicom. cap. 1. chart. 89.

Opera ipsa, qui non tractauit difficile est de ipsis valeat iudicare. Arist. polit. 8. cap. 6. ch. 768.

Operatio nulla, quæ impeditur, perfecta est. Ari. 7. ethic. nicom. capite. 13. chart. 184.

Operationes per se expetendæ sunt, ex quibus præter operationem nihil requiritur, & huiusmodi sunt actiones ex virtute. Arist. 10. ethic. nico. ca. 5. ch. 253.

Operationes artificiosissime sunt, in quibus minimum fortunæ est: illæ fordidissimæ, in quibus maxime inquinatur corpus: illæ seruilissimæ, in quibus corporis est vsus plurimum: illæ ignobilissimæ, in quibus minimum requiritur virtutis. Aristoteles politicorum prim. cap. 7. chart. 508.

Opera corporis naturalis, alia sunt naturalia, ut calor, frigus, siccitas, humor, nutritio, accretio, & minuitio. Alia extrinseca, quæ sunt, quæ aliquo artificio comparantur. Artificium autem aliud materiam exornat, ut concussores sellularij. Aliud inualitudinem corrigit, ut medicina, agricultura. Est etiã tertium, vel accidens, vel affectio nominetur, quod corpori inest, ut non est naturale, rectum, inflexum, concauum, deuexum. Themistius in primo de anima. capit. octauo, text. 17. chart. 62. col. 3.

Operatio omnis, quæ ab intellectu manat, est sapietia, & mens. Them. in 12. metaph. chart. 12.

Operatio omnis ex potentia est, & omnis potentia ex substantia, quæ substantiæ incertæ sunt, operationes autem certæ: sensus enim eo, quod sentitur, manifestus est. Io. gra. in 1. de ani. tex. 9. ch. 8. col. 2.

Operationes si inseparabiles sunt, & substantiæ inseparabiles erunt. Ioannes grammatic. in primo de anim. text. 13. chart. 9. col. 3.

Operatio omnis ab ea, quæ se secundum habitum habet, potentia descendit: ideo ubi operatio, ibi quoque est habitus; non autem contra. Ioannes grammatic. in 2. de anim. ex proem. chart. 34. col. 4.

Operatio in agente, & patiente eadem est, sed agens immobilis est, patiens mouetur. Ioannes grammatic. in 2. de anim. tex. 24. chart. 41. col. 3.

Operationes quorum sunt eadem, eorum & facultates eadem sunt. Ioannes grammaticus in secundo, de ani. text. 98. chart. 64. col. 3.

Operatio cum ratione facta aliquando peccare posse, non est negandum. Eustr. 1. ethic. ch. 49.

Operationes quorum diuersæ sunt, eorum quoque, & facultates diuersas esse necesse est. Eustr. 6. ethicorum capit. primo chart. 271.

Operatio perficitur per corpus potētiam sensitiuam, quia sensus absque sensorio fieri nequit. Mich. ephes. de mem. & rem. chart. 1. col. 1.

Operationes consequuntur differentias, quæ sunt formæ. Auer. 3. de cõl. tex. 76. ch. 107. col. 4.

Operationes propriæ accipiuntur loco formarum, & differētiarum in definitionibus. Auer. quarto, de cõl. text. 6. chart. 109. col. 4.

Operationibus res distinguuntur, non figura. Auer. in 1. de gene. animal. chart. 216. col. 3.

Operationis principium est finis cognitionis, & cognitionis principium est finis operationis. Auerroes in 7. metaph. tex. comment. 23. chart. 82.

Operatio est perfectio, & complementum operantis. Auer. in 9. metaph. tex. com. 16. ch. 114.

Operatio cuiuscunque essentialis, & propria formaliter, & essentialiter conuenit cum operatione intellectuum angelicorum, & nullam secundum esse, & naturam, & operationem habet ad corpus dependentiam. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tr. 2. c. 6. c. 73. col. 3.

Operantia in omni genere tria sunt in conceptus formatione: elementa virtus, & animæ, & intellectus, qui est cum celesti virtute, eo quod ipsa mouet cœlum, & mouet virtutes cœlestes, quæ sunt in materia generabilium, & est intellectus purus, & primus mouens, & informans omnia alia sub ipso instrumentaliter agentia. Alber. magn. de natur. & orig. animal. tract. 1. cap. 5. char. 69. colum. 2.

Operatio frequens virtutem, virtus substantiam cognoscere facit. Albertus magnus de veget. lib. tertio tract. 2. c. 4. c. 139. col. 3.

Operatio omnis, quæ instrumentaliter se habet ad aliã, est materialis, & imperfecta ad illam. Alb. magn. in 3. de anim. tr. 5. c. 4. c. 49. col. 4.

Operantis artificium cognoscitur in operatione. Alber. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 3. c. 100. c. 2.

Operationes, quæ generantur per virtutes, quinque qualitates habere debent. Prima, quod sit operatio ad rectam rationem. Secunda, quod nihil stans habeat auxiliij ad hoc, quod boni sit susceptibilis. Tertia, quod sit operatio ad medium ordinata, & excellenti, & defectu corrumpatur. Quarta, quod talis sit operatio, ex qua virtus fiat, & in qua virtus perfecta permaneat. Quinta, quod talis sit operatio, quæ in operante semper sumat gaudium, vel tristitiam. Albertus magnus ethicorum secundo, tractat. prim. capit. 5. char. 27. colum. 4.

Operationes tempore, & substantia diuisæ sunt, quod verum est de substantia materiæ operationum, sed non est verum de substantia formæ. Alb. mag. ethicorum 2. tract. 1. c. 7. c. 28. col. 4.

Operationes ex passionibus oriuntur. Alb. mag. ethic. 5. tract. 1. c. 1. c. 57. col. 3.

Operatio delectabilior expellit minus delectabilem. Alb. mag. ethic. 20. tr. 1. c. 9. c. 110. col. 1.

Operatio consequitur formam, ut transmutatio materiam. D. Th. in 3. meteo. ex digres. de colo. le. 6. c. 195.

Operandi modus sequitur modum essendi. D. Th. in 3. meteo. ex digres. de colo. le. 6. c. 195.

Operationem quod per se habet, & esse per se habet, & substantiam, & quod operationem per se non habet nec esse per se habet. D. Tho. in 1. de anim. lec. 2. text. 12. ch. 3. col. 1.

Operabilium finis est intelligibile, & quod mouetur per hoc, bonitati habet. D. Thom. de animal. mot. lect. 4. ch. 51. colum. 3.

Operatio non fit nisi per appetitum eius, quod debet fieri: & appetitus non fit, nisi per cognitionem illius appetibilis, ideo immediata conclusio practici syllogismi non est operatio, sed cognitio. D. Th. de anima. mot. lect. 5. ch. 52. col. 2.

Operamur cito ea, quæ non deliberantes operamur. D. Tho. de anim. mot. lec. 5. cha. 52. col. 3.

Operationes secundum propria obiecta specificantur: vnde quanto nobilior est obiectum, tanto nobilior operatio. D. Th. in 12. meta. l. 1. te. 51. c. 903.

Operatio duplex: prima, quæ manet in operante, ut videre, velle, intelligere: & alia transiens in exteriorem materiam, quæ proprie dicitur factio, & exteriorem materiam aliquando quis ad vsum tantum sumit, ut equum ad equitandum, aliquando quis accipit, ut mutet eam in aliquam formam, ut es in artificiatum aliquod. D. Thom. ethicorum primo, lect. prim. chart. 1. col. 4.

Operatio secundum virtutem est perfectior ipsa virtute. D. Tho. ethico. 1. le. 12. c. 13. col. 1.

Opera-

Operationes bonæ sūt naturaliter homini delectabiles. D. Tho. ethic. 1. lec. 13. ch. 13. col. 3.
 Operationes omnes, quæ sunt secundum virtutem, debent esse bene ratificatæ a ratione secundum debitas circumstantias, & ordinatæ per intentionem ad bonū finem. D. Tho. ethic. 4. l. 2. c. 58. colum. 4.
 Operatio perfectissima est, quæ est sensus, vel intellectus bene dispositi in comparatione ad optimum eorum, quæ subiacti sensui, vel intellectui. D. Th. ethic. 10. lec. 6. ch. 173. col. 1.
 Operationis dignitas iudicatur ex potentia, quæ est operationis principium, & ex obiecto, quod dat speciem operationi. D. Tho. ethic. 10. l. 10. c. 177. col. 4.
 Operationes duæ, vel plures specie differentes optimæ esse non possunt. D. Th. 7. polit. l. 2. c. 104. col. 4.
 Ophelas Olynthius cum curatorem instituisset in illa præfectura, quæ nomus Arthridis vocatur, & ad ipsum principes eius præfecturæ accessissent, qui se lōge plura pollicerentur, si curatorem amoueret, interrogavit si haberent, quod profitebantur: qui cum se dare posse responderent, tantū tributi exigi iussit, quantum ipsi professi erant, & curatorem eum in illo loco reliquit. Arist. œconom. 2. ch. 825.
 Opifex omnis viam certam, & ordinatam, quam nullo labore ingrediatur, habet. Themist. in secundo phys. tex. 86. c. 26. col. 1.
 Opinabile duobus modis, primo, omne id, quod in opinione potest cadere, alio non ens. Alb. mag. in elenc. c. 2. 85. col. 1.
 Opinabile, vel cognoscibile, vt contingens, dupliciter potest intelligi. Primo, vt contingentia concurrunt, vt conditio cognita opinabilis. Alio modo vt contingentia concurrunt, vt modus cognitionis. Thom. de Vio in posterior. char. 179. colum. 1.
 Opinacū dicunt esse vermem venenosum cum seipente non viribus, sed audacia, & ingenio præliantem, & vincentem, & hoc fit ad hærentia vermis immediate sub capite serpentis, exiguus enim est, & ibi auelli nō potest, & sic perimit serpentem. Alb. mag. de ani. li. 26. char. 204. colum. 3.
 Opinatio in fide consistit. Simplicius in tertio de anim. ex sec. prim. text. 154. c. 54. col. 4.
 Opinatum, & scitum in hoc differunt; quia opinatum accipitur ab intellectu, & semper est cum formidine alterius partis: scitum sine formidine accipitur ab intellectu. Alex. de ales in quarto metaphysicor. tex. 23. char. 95. colum. 4.

Opinio quid est, & circa quæ versatur.

Opinari nemo ait, cum scit aliter se habere nō posse, sed scire: ideo non contingit scire, & opinari simul esse. Arist. poster. 1. l. 26. tex. 4. char. 351.
 Opinionem omnem sequitur fides: fidem autem, persuasum esse: persuasionem autem ratio, bestiarum autē quibusdam imaginatio inest, ratio vero non. Arist. 2. de ani. sum. 7. ca. 2. tex. 157. ch. 654.
 Opinionem sequitur fides, non enim contingit opinantem ijs, quæ videntur, non credere, bestiarum autē nulli inest fides; imaginatio autem multis. Arist. 2. de ani. su. 7. ca. 2. tex. 157. ch. 654.
 Opinio spontaneū est quiddam, non omne tamen spontaneum eligibile est, sed id, quod est præconsultatum, cum electio cum ratione existat, & cogitatione. Aristoteles 3. ethic. cap. 2. ch. 55.
 Opinio est simulacrum existens non vera existentia. Alexan. aphrod. in lib. elenc. c. 8.
 Opinio circa ea versatur, quæ aliter se habere posse cōpertum est. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 20. ch. 38. col. 3.
 Opinio nil aliud est, quam assensus, cum ratione, & iudicio. Alex. aphr. in 1. de ani. ca. 20. ch. 38. col. 3.

Opinio est quædam cum ratione assensio. Themist. in 3. de ani. ca. 12. tex. 156. ch. 82. col. 3.
 Opinio pro omni existimatione accepta est; omnibus enim commune est, vt vel verum dicant, vel mentiantur. Simp. in 1. de ani. ex sec. 1. te. 153. c. 54. col. 3.
 Opinio est existimatio circa contingentia aliter se habentia. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 155. c. 55. col. 1.
 Opinio, & vera fieri, & falsa, duobus modis accidit: vel quia diffuadetur, vel quia obliuiscitur, vel res latenter transmutatur. Simplicius in 3. de anima. ex sec. 1. tex. 159. ch. 56. col. 1.
 Opinio non ratiocinatur, quia tantum quia cognoscit, non cur, nec quamobrem. Ioannes gramm. in pri. prior. cap. 1. c. 7. col. 2.
 Opinio est credulitas, quæ esse contingit, & aliter se habere potest. Ioannes grammaticus in 1. poster. ca. 26. c. 54. colum. 1.
 Opinio sola ex potentijs animæ rationalis, circa contingentia, quæ aliter se habere possunt, versatur. Ioan. gram. in 1. poster. ca. 26. ch. 54. col. 2.
 Opinio in plura extenditur, quam ars, & prudentia, vsq; ad ea enim extenditur, quæ non sunt in nobis. Ioan. gram. in 1. poster. ca. 2. ch. 55. col. 4.
 Opinio est, quæ in sensibilibus, & cogitabilibus conclusionibus cognoscit. Ioannes gramm. in primo de ani. ex proce. ch. 1. col. 1.
 Opinio nil aliud est, quam existimatio circa contingētia aliter se habentia. Mich. ephes. de info. c. 16. col. 2.
 Opinio est rationalis cognitionis principium. Eustra. 6. ethic. cap. 1. ch. 272.
 Opinio est circa cōplexa tremens, & mutans habitus, qui ex signis accipitur. Alb. mag. in prior. c. 165. col. 2.
 Opinio est habitus tremens, & non stans, eo quod rationem non habet sufficientem. Albertus mag. in topic. ch. 226. colum. 2.
 Opinio alicuius noti in philosophia est probabilis, sed vt est extranea, esse potest inopinabilis, & improbabilis. Alb. mag. in elenc. char. 300. col. 4.
 Opinio differt ab existimatione, quia opinio est habitus animæ rationalis, existimatio est omnium, quorum est sensus. Albertus magnus in tertio de anima. tract. pri. ca. 2. char. 33. col. 3.
 Opinio est, cum non confirmato consensu complectitur alteram partem. Alb. mag. in 3. metaphy. trac. 1. capit. 1. c. 77. colum. 2.
 Opinio est, cui probabilibus rationibus quis inclinatur ad vnum, timet tamen contradictorium propter rationum infirmitatem. Albertus mag. ethic. 7. tra. 1. ca. 2. ch. 82. colum. 2.
 Opinio est quidam motus rationis ex aliquibus ratiocinationibus procedens. D. Thom. in octauo phys. lec. 6. tex. 26. c. 126. col. 2.
 Opinio, cum pertineat ad vim cognoscitiuam, præcedit electionem, per accidens vero aliquando sequitur electionem. D. Th. ethic. 3. l. 6. ch. 40. col. 3.
 Opinio, est quæ per aliquas coniecturas habetur de aliquibus vniuersalibus. Diuus Thomas ethic. 6. lect. 3. ch. 102. colum. 1.
 Opinio est habitus vacillans. Alex. de ales in 1. metaph. char. 9. colum. 1.
 Opiniones in processu scientifico per probabilia media præcedunt demonstrationem secundum quod introducit scientia: & in aduentu scientiæ desinūt opiniones, sed concomitantur firmiores existimationes per illam, & media probabilia. Thomas de Vio in poster. ch. 182. col. 2.

Opinio, vt est vera.

Opinio est vera, & falsa. Arist. 2. de anim. su. 7. cap. 2. tex. 177. c. 654.

Opinio-

Opinionibus peritorum hominum, & seniorum, siue prudentum absque demonstratione non minus, quā demonstrationibus attendendum est, quia ex ipsa experientia vsum habent, & principia intuentur. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 11. chart. 153.
 Opinio vehemens, quatenus stabilis est, & credulitate inconcussa, a scientia non differt credendo, ita habere, vt existimant. Aristoteles magn. moral. secundo, capit. 7. chart. 329.
 Opinio, quæ in ore multorum est, non in totum a veritate excedit. Psel. in 6. phys. chart. 50.
 Opinio veritatis præsumpta audientium mentes conciliat. Boeth. in topic. Cic. lib. 1. ch. 758.

Opiniones, ut contrariæ, & contradictoriæ.

Opiniones contrariæ sunt magis hæ, quæ dicunt, omnis homo iustus est, & quæ dicit nullus homo iustus est, quā ea, quæ dicit omnis homo iniustus est. Arist. periherm. lib. 2. cap. 4. chart. 147.
 Opiniones contrariæ sunt, non quæ sunt contrariarum rerum, sed in eo, quod de vno, & eodem subiecto contrarie suspicamur. Boeth. in li. de interp. chart. 284.
 Opinio, quæ contradictionem cogitat, est magis falsa, quam quæ non cogitat contradictionem. Boethius ibidem char. t. 286.
 Opinioni veræ illa est magis contraria, quam ratio mēdaciorem inuenit. Boeth. in li. de interp. ch. 456.
 Opinioni simplicis, simplex contraria est opinio. Boeth. ibidem chart. 462.
 Opiniones contrariæ non terminantur per hoc, quod contrariorum sunt, sed magis, quod per modū contrarii se habent ad inuicem, secundum affirmationem, & negationem. Albert. magnus in periherm. ch. 94. colum. 4.

Opiniones, ut ad nos perueniunt, ac ut corrumpuntur.

Opiniones de eodem non semel, nec bis, sed infinites ad nos perueniunt. Aristoteles primo de cœlo text. 22. chart. 252.
 Opinio quatuor modis corrumpitur, vel opinante corrupto, vt homine moriente: vel re opinabili mutata, vel subsequente obliuione, vel cōtraria opinione primam deficientem. Ioan. graamm. in 3. de ani. t. 158. chart. 81. colum. 2.
 Opinio, cui contradicit sensus, non est bona. Auer. in 8. phys. tex. 26. chart. 165. col. 2.
 Opinioni cuiusvis cognitionis duobus fit modis: vel per definitionem, vel per accidentium scientiā. Alb. mag. de anim. li. 1. trac. 1. cap. 1. char. 96. col. 1.
 Opinonem mutare cogitur quis, vel ex parte rationis, vt si superueniat aliqua ratio fortior, vel ex parte passionis, quæ peruertit iudicium rationis in particulari operabili præcipue. D. Th. ethi. 7. c. 1. 9. ch. 126. col. 4.
 Opinio probabilitate inducitur, vt scientia veritate. Daniel Barb. in 1. rhetoric. proem. chart. 1.

Opposita quid sunt, & quæ est eorum materia.

Oppositorum eadem est materia. Arist. de gener. & cor. cap. 4. tex. 54. chart. 409.
 Oppositorum potentiæ indifferentes sunt, & mediæ, & quæ melius intendit, bonum est, quæ peius, malum, & sic se habent in arte, vt in natura. Alexander aphr. in 1. natur. questio. cap. 1. chart. 16.
 Oppositorum cognitio ad eandem pertinet doctrinam. Alexander aphrod. in tertio metaphy. vel secundum lat. 4. com. 4. chart. 81. col. 2.
 Oppositum non est equiuocum, sed potius genus. Sim. in præd. chart. 98.

Opponi inuicem proprie dicuntur, quæ mouētur ad loca contraria, contrariaque sunt, quæ plurimū distant. Sim. in 1. de cœlo tex. 47. commen. 84. char. 40. col. 1.
 Oppositio quædam mutua in formis est, per quam quod ex quauis earum perficitur, impeditur ad receptionem aliarum, cum ea, quæ insit obrudat, & sese opponat omnibus alijs. Simplicius in tertio de anim. ex sec. prim. te. 4. c. 59. col. 4.
 Oppositorum proxima materia non est immutabiliter eadem, quia aliter oporteret elementa esse temperata, quæ album recipere debent, & aliter quæ nigrum, & sic in alijs. Ioannes grammaticus in pri. de gen. & cor. te. 55. co. 112. ch. 76.
 Oppositio primo, & essentialiter inuenitur in eis, quæ opponuntur in loco. Auer. in 8. meta. te. co. 4. c. 99.
 Opposita sunt, quæ in eodem secundum idem eodem tempore circa vnā, eandemque rem simul esse non possunt. Boeth. in præd. ch. 192.
 Oppositio dicitur de suis speciebus secundum prius, & posterius, ideo vt analogum diuiditur. Alber. mag. in præd. ch. 59. col. 2.
 Oppositio licet sit inter affirmationem, & negationem æqualiter, tamen proficitur, nec perficitur, nisi in negatione. Alb. mag. in periherm. c. 80. c. 1.
 Oppositio, vt est passio enunciationis, est affirmatio, & negatio opposita. Alb. mag. in periherm. c. 86. col. 1.
 Oppositio debet esse eiusdem de eodem, circa idem, & secundum idem, & in eodem tempore. Alb. mag. ibid.
 Oppositionibus in omnibus vna negatio est vnus, & eiusdem affirmationis. Alb. mag. ibid. col. 2.
 Opposita sunt eiusdem potentiæ. Alb. mag. in 2. de ani. tr. 3. c. 5. ch. 20. col. 4.
 Oppositorum si vnum cadit sub fuga, aliud sub appetitu cadit. Ale. de ales in 1. meta. c. 9. c. 3.
 Oppositio est quædam diuersitas, est enim distantia quædam formalis. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 16. char. 126. colum. 4.
 Oppositorum duo genera, aliud extra intellectū, & hæc simul esse non possunt, vt bonum, & malum, aliud in intellectu, vt verum, & falsum, & simul ab intellectu capi possunt. Ale. de ales in 6. meta. te. 8. c. 180. c. 1.
 Opposita realiter accepta habent oppositas causas. Ale. de ales in 7. meta. te. 23. c. 208. col. 1.

Opposita, ut cognoscuntur, & quot sunt modis.

Opponi alterum alteri quatuor dicitur modis, vt aliquid, vt contraria, vt habitus, & priuatio, & cōtradictio. Arist. præd. tr. 3. c. 1. ch. 86.
 Oppositiones dupliciter dicuntur, cum, est, verbum tertium adiacens prædicatur, quarum duæ ad affirmationem, & negationem se habebunt vt consequētia: duæ vero, vt priuationes, vt est iustus homo, non est iustus homo, est non iustus homo, non est non iustus homo. Arist. periherm. l. 2. c. 1. c. 131.
 Opposita dicuntur, contraria, contradictio, ad aliquid, priuatio, & habitus, & quæ habet terminos, a quibus incipiunt, & in quos terminantur oppositos, vt generatio, & corruptio, & quæ eidem susceptibili inesse nō possunt, aut ex quibus sunt oportet, vt opponantur. Arist. 5. meta. c. 10. te. 16. c. 98.
 Oppositiones quatuor dicuntur modis, vt priuatio, vt contraria, vt contradictoria, & vt ad aliquid. Arist. 10. meta. ex sum. 2. c. 1. te. 9. c. 198.
 Opponuntur illa, de quibus potest interrogari per vnū non enim de sua natura opposita simul existunt. Arist. 10. meta. c. 4. te 17. c. 203.
 Oppositorum eadem est scientia, quæ de re tantum de æquiocis, & vniocis, non autem de multiocis, ac de diuersiucis agit, & quia tantum de illis in prædicamentis mentionem facit. Amm. in præd. c. 8.
 Oppo-

Opposita sunt, esse primo, & esse secundum aliquid. Simplicius in 6. physicorum tex. 45. char. 349. col. 2.

Oppositio in enunciationibus si debet reperiri, tria requiruntur. Primo, ut subiectum sit eorum vnum, & prædicatum ex omni parte, non quod in vno modo capiatur, & alio in alia. Secundo, ut earum affirmatio, & negatio sit eadem. Tertio, ut vnus affirmationis oppositum ponitur vna negatio. Auer. in perih. l. 1. capit. 9. char. 39. column. 2.

Opposita maxime conceduntur, cum interrogatur consequens oppositi, non autem oppositum, & maxime si consequens fuerit longinquum. Auerroes in secundo prior. capit. 26. char. 116. column. 2.

Oppositio, & si est in rebus, consideratur tamen a logico ut forma oppositionis. Alb. mag. in præd. c. 58. col. 1.

Oppositio aliquo modo est forma vnus, ut vnum alteri oppositum consideratur: est forma multorum, quia illa, vel illa, sunt opposita, & per rationem vtriusque oppositorum ad alterum comparatur. Albertus magnus ibidem column. 4.

Oppositio multis dicitur modis: vniuersalis, particularis, affirmatiua, & negatiua. Albertus magnus in perih. c. 86. column. 2.

Oppositiones, cum verbum, est, est tertium adiacens, duobus fiunt modis; vel quia fiunt ex parte subiecti, & prædicati finiti, vel infiniti, vel quia fiunt in duplo plures. Alb. mag. in perih. c. 90. col. 2.

Oppositio duobus modis consideratur habet: enim in se id, quod simul non possunt compati opposita, & inter se repugnant. alio modo, ut accipitur in modo, & forma propria oppositionis, quod est, cum idem de eodē eodē modo affirmatur, & negatur, quod potest subiecti secundum rem, & vocem, & secundum rem, & non secundum vocem. Primo modo sunt opposita per se. Secundo opposita per accidens. Alber. mag. in prior. ch. 159. column. 4.

Opposita, quæ vnum genus habent, vnus, & eiusdem potentie sunt passiuæ, quæ respondet vnitatis generi, in actiuis. Alb. mag. 1. eth. l. 6. tr. 1. c. 3. c. 69. col. 1.

Oppositionis natura est in causa, quod quædam ad inuicem, secum pati non possunt. Alexan. de ales 11. metaph. ch. 323. column. 4.

Opposita duobus modis possunt accipi: primo formaliter, id est, secundum sua significata: secundo denominatiue. Tho. de Vio. in perih. c. 24. col. 4.

Opposita duo simul in actu habere dupliciter contingit per modum coniunctionis, cum opposita alicui coniunguntur, ut accidentia subiecto, vel forma materię, & sic non possunt esse simul actu, per modum inclusionis cum opposita includuntur in ratione illius, & sic non possunt opposita simul actu habere. Tho. de Vio. in præd. c. 22. col. 1.

Opposita, ut sibi aduersantur.

Opposita alia, ut affirmatio, & negatio, alia ut priuatio, & habitus, alia ut contraria, alia ut aliquid opponuntur, quomodo ad aliquid scilicet opponuntur multum, paucum, magnum, paruum. Porphy. in prædicamentis char. 160.

Opposita sibi aduersantur, vel ut orationes, & hic vna species affirmatio, & negatio; vel ut res, & alia, ut quæ ad aliquid opponuntur, & illa, vel carente respectu, vel non, si carent, vel mutantur inuicem, & sunt contraria, si non mutantur, habitus, & priuatio. Ammon. in præd. c. 104.

Opposita vel ea, quæ nulla sunt, vel quæ diuersi generis, vel media opponuntur ad negationes, nec ut nulla, nec ut diuersa, igitur ut media opponuntur. Magent. in lib. de inter. c. 36.

Opposita enunciationes in futuris contingentibus diui-

dunt quidem verum a falso, sed non determinant, sed in ipso possibili ad vtrumlibet, nullum oppositorum est dignius, ut sit verum altero. At in ipso possibili, ut in paucioribus vnum est dignius, ut sit falsum quam alterum. In ipso tamen possibili, ut plurimum vnum est dignius, ut sit verius quam alterum. Auer. in perih. ex l. 1. c. 7. c. 42. col. 1.

Oppositiones inter nomen finitum, & infinitum, & inter verbum finitum, & infinitum non dirimunt verum a falso. Auer. in perih. l. 2. c. 1. c. 44. col. 2.

Opposita, quorum potentia est potentia contrariorum, non diuiduntur secundum verum, & falsum, nisi de eo, quod est innatum recipere illa. Auer. in physicor. 3. tex. 25. c. 45. column. 3.

Opposita duo, ut non congregantur in simul, sic & earum potentie non simul congregantur in eadem materia. Auer. 1. de cel. tex. 129. c. 38. c. 3.

Opponi quatuor dicitur modis: ut contraria, ut ad aliquid, ut habitus, & priuatio; ut affirmatio, & negatio. Boe. in præd. char. 192.

Oppositum si multiplex est, non est verum semper, & aliud oppositum multipliciter esse. Alber. mag. in 1. de cel. tract. 4. c. 4. char. 19. col. 3.

Opposita, ut ad aliquid.

Opposita ut ad aliquid hoc ipsum quod sunt alterius dicuntur. Arist. prædicam. tr. 3. c. 1. c. 86.

Opposita ad aliquid si vnum multipliciter dicitur, & reliquum. Alex. aphr. in top. c. 13. c. 11. col. 1.

Opposita ad aliquid simul necesse est fieri, & corrumpi. Simp. in præd. ch. 99.

Opposita ad aliquid non sunt oppugnantia inter se, nec vnum alterius destructiuum, sed magis sola diuersitate positiua intercedente similis existit oppositio. Simp. in præd. char. 99.

Oppositio, ut oppositio, est ad aliquid, etsi oppositionis species non sunt ad aliquid. Albertus magnus in præd. char. 58. column. 4.

Oppositio relationis, quia expellit oppositum secundum actum, & potentiam, præcedit oppositionem secundum contrarietatem, quæ est secundum actum. Alb. mag. in præd. c. 59. col. 1.

Opposita, ut contradictio.

Opposita secundum affirmationem, & negationem sola verum, & falsum diuidunt. Arist. præd. tracta. 3. cap. 1. char. 91.

Opposita secundum affirmationem, & negationem solum dirimunt verum a falso. Boer. in præd. c. 202.

Oppositio contradictionis vltimo loco ponenda est, ut minus intenta. Albertus magnus in præd. c. 59. c. 1.

Opponitur affirmatio, & negatio contradictoriæ cum vna vniuersaliter, alia non vniuersaliter, sed infinite, particulariter, vel singulariter significat. Albert. mag. in perih. m. c. 86. c. 3.

Oppositio contradictionis, est maior contrarietas: quia illa nullum habet medium, cum semper diuidat verum a falso. Albertus magnus in perih. m. char. 87. c. 1.

Oppositio secundum contractionem, & priuationem differunt: quia priuatio determinat sibi certum subiectum, & naturam, contradictio autem non sic. Alex. de ales in 10. meta. re. 15. c. 29. c. 3.

Opposita, ut contraria.

Opposita, ut contrariè ea ipsa, quæ sunt, nullo modo ad inuicem dicuntur, sed contrariè. Arist. prædicam. tract. 3. ca. 1. c. 87.

Opposita secundum contrarietatem possunt opponi secundum

dam habitum, & priuationem. Auer. physicor. 5. tex. 7. char. 92. col. 2.

Opposita contrarietates in modo signi vniuersalis sunt sub contrariæ affirmatiua, & negatiua particularis, & hæc lex est inter ambas, quia in materia contingente ambæ simul veræ esse possunt. Albert. magn. in perih. char. 85. column. 3.

Opponitur contrariè affirmatio vniuersalis negationi vniuersali, nec simul veræ in aliqua materia esse possunt. Alb. mag. in perih. c. 89. c. 3.

Opposita, ut priuatio, & habitus.

Opposita secundum priuationem, & habitum non sunt de ijs, quorum necessario semper alterum inest subiecto. Auer. in præd. tr. 3. c. 1. ch. 28. c. 3.

Oppositio, quæ est secundum habitum, & priuationem, est principium oppositionis, quæ est secundum contrarietatem: alterum enim contrariorum semper est priuatio, sed non priuatio pura. D. Thom. in 1. phys. l. 4. tex. 9. char. 297.

Oppositorum duorum priuatiue cum unum non inest, necesse est alterum inesse susceptibili. D. Thom. in 8. phy. l. 18. te. 71. c. 143. col. 2.

Oppositio priuationis, & habitus est principium oppositionis contrariorum. D. Tho. in 1. de gene. & corru. l. 8. tex. 18. char. 8. col. 3.

Optabile omne cupiam optanti optabile est. Alexand. aphrod. in 11. metaph. vel secundum latinos 12. ch. 302. column. 1.

Optime se habenti inest bonum sine actione, propinquissimo per paucam actionem: ijs autem quæ longissime absunt, per plures. Aristot. e. 2. de celo sum. 3. cap. 5. tex. 62. c. 313.

Optimum vnum est, ad quod hoc peruenit prope per pauca, aliud per multa, aliud ne aggreditur quidem: sed satis est ad id, quod est prope vltimum peruenire. Aristot. 1. de celo sum. 3. c. 5. te. 64. c. 315.

Optimum maxime omnibus est illum fortiri finem, si autem non semper, melius est quæto propinquius fuerit, optimo. Ex ob hoc terra omnino non mouetur, propinqua vero paucis motibus: non enim perueniunt ad optimum, sed quousque diuinitimum illud principium fortiri possunt. Primum autem cælum per vnum motum statim fortitur quæ sunt in medio primi, ac vltimorum, perueniunt quidem, sed per plures motus. Arist. 2. de celo sum. 3. cap. 5. te. 66. c. 315.

Optima non sunt laudanda, sed maius quiddam, ac melius, ut nemo felicitatem laudat, sed ut diuinius quid celebrat, & prædicat. Arist. 1. eth. c. 12. c. 25.

Optimus est, qui cum aliis virtutem exercet, cū id difficile admodum sit. Aristoteles 5. ethicorum ad nicom. cap. 1. char. 111.

Optimum potestati viri erga uxorem potentia apparet. Arist. 8. eth. ad nicom. c. 10. char. 205.

Optimum gubernatio est, cum plures vno, pauci vero gubernant, vel quia optimi, vel ex eo, quia ad optimum publicum administrant. Aristoteles politicorum 3. cap. 5. ch. 571.

Optimatus congruens est multitudo liberorum, quæ nata sit ad ferendam gubernationem eorum, quæ sunt secundum virtutem primi. Ari. pol. 3. c. 12. c. 598.

Optimum status est honores tribuere secundum virtutem: virtus enim illis est finis, paucis diuitiæ, populis libertas. Arist. polit. 4. c. 8. c. 618.

Optimum gubernatio sæpe mutatur, quia pauci sunt bonorum participes, vel cum aliqui inhonorantur. Arist. pol. 5. c. 7. c. 660.

Optimum gubernatio sæpe mutatur, cum alii nimia paupertate premuntur, alii diuitiis nimis abundant, quod maxime in bello contingit, quod Lacedæmoniis

Hessenēsi bello accidit, & si quis magnus, & potens maior fieri vult, ut Paulanias apud Lacedæmonios. Arist. polit. 5. cap. 7. chart. 661.

Optimum gubernatio, & reipublicæ sæpe mutatur ob transgressionem iustitiæ in ipsis factam. Arist. poli. 5. cap. 7. chart. 661.

Optimi videntur, qui legibus stant. Arist. rhet. 1. ch. 35.

Optimum status est reipublica, in qua, qui disciplina præcedant, gererent magistratus. Arist. ibid.

Optimum est in actu, & non in habitu. Alb. mag. in 11. metaph. cap. 17. chart. 156. col. 2.

Optimum, & diuinum illud esse videtur, quod est verum, & virtutis est præmium, & finis. Alb. mag. eth. 1. tract. 6. cap. 7. chart. 21. col. 1.

Opus suum amare naturale est: sumus enim operatione, & actu: viuendo enim, & agendo sumus, qui fecit igitur operatione opus ipsum quodam modo est, & ideo amat opus propterea, quod esse appetit. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 7. chart. 227.

Opus habitu præstat. Aristoteles moral. eud. secundo, cap. prim. chart. 381.

Opus bifariam dicitur: in alijs enim differt ab usu, ut in ædificatione: in alijs non differt, ut visus visio. Arist. moral. eud. 2. cap. 1. chart. 381.

Opus, quod a melioribus perficitur, semper melius est. Arist. poli. 1. cap. 3. chart. 494.

Opus, nisi ad determinatum finem dirigatur, qualecūque fortiat opus, rectum erit. Alb. mag. in 2. phy. tract. 1. cap. 3. chart. 27. col. 4.

Opus proprium suæ speciei quodcunque in natura habet, ut scamonea purgare choleram, & similia. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 1. ca. 1. ch. 13. col. 2.

Opus alicuius rei in genere, & opus illius rei si fit bona, idem est, nisi quod oportet opponere ex parte operationis id, quod pertinet ad virtutem. D. Th. ethic. pri. l. 10. chart. 11. col. 2.

Oraculorum dicta argumētis inficiare periculosum est. Simp. in 4. physic. chart. 225. col. 2.

Orassus est animal specie coloris omnia præcedens animalia, in anteriore parte altū valde, ita ut capite extenso altitudinem viginti cubitorum attingat, in posteriore demissum instar cerui habet pedes, & caudā cerui, collum extensum, & caput equinum, colores multos, sed album, & rubeum frequentiores. Albert. mag. de ani. l. 22. tract. 1. cap. 1. ch. 182. col. 2.

Orationum diuisio, & eius partes.

Orationis secundum seipsam quinque sunt inculpationes. Prima, cum ex interrogatis non concluditur, nec propositum, nec aliud. Secunda, si ad positionem non fiat syllogismus. Tertia, si additis quibusdam sit syllogismus. Quarta, si ex inopinabilibus, & minus credilibus conclusione. Quinta, si ex veris, sed maiori opera indigentibus, quam problema. Ari. topic. l. 8. cap. 4. chart. 566.

Oratio falsa quadrupliciter vocatur: vno modo, cum apparet concludere, & non concludat, & vocatur litigiosus syllogismus: secundo, quando concludit non ad propositum: tertio, cū ad propositum concludit, non tamen secundum propriam disciplinā: quarto, si per falsa non concludit. Aristot. topic. l. 8. cap. 4. chart. 568.

Orationum ad disputandum genera quatuor sunt: doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, & contentiosæ. Arist. elenc. l. 1. cap. 2. chart. 576.

Orationes alias ad intellectum, alias ad nomen opinari non est conueniens. Nam quæ est non ad intellectum, nisi quæ non vtimur, nomine eo, ad quæ is, qui interrogatus dedit, ad intellectum autem, quando ad quod dedit intelligens. Arist. elenc. l. 1. cap. 9. chart. 593.

Orationes syllogizantes aliæ quidē habent veram conclusionem:

clutionem: alia falsam, quæ falsam habet conclusionem, duobus modis est solvenda; vel quia interimitur aliqua præmissarum: & quia ostenditur conclusio non sic se habere, quam veram habent conclusionem aliquid præmissarum referendo. Arif. elench. l. 2. cap. 3. ch. 613.

Orationes alia sunt faciles conspici, alia difficiliore propter id, quod in aliquo subdole decipiunt audientem. Arif. elench. l. 2. cap. secundo. char. 630.

Orationum tria genera, deliberativum, iudiciale, & ostentativum. Arif. rhet. pri. c. 15.

Orationis contemplatio tria requirit. Primo, unde fides existat. Alterum de elocutione. Tertium quemadmodum partes disponere orationis expediat. Arif. rhet. 3. ch. 134.

Orationis partes due sunt: prima exponere rem de qua dicitur est: secundo eam demonstrare, & ideo impossibile est, vt qui exponit, non demonstrat, aut qui demonstrat, non exposuerit prius; & horum, illud propositio, hoc fides est, & perinde ac si quis dicat illam questionem, hanc demonstrationem. Arif. Rhet. 10. 3. chart. 161.

Orationis partes sunt proœmium, propositio, fides, & peroratio. nam, quæ contra aduersarium dicuntur, sub fide reponuntur. Arif. rhetori. 3. char. 162.

Orationum ostentatiuarum proœmium simile est ijs, quæ Citharedi canunt, antequam legitime canere incipiant. Arif. rhetorico. 3. char. 162.

Orationum ostentatiuarum proœmium a laude, vel vituperio elicitur, & interdum iudicialia proœmia illis conveniunt, vt ab ijs, quæ referuntur ad auditorem, si de re incredibili, vel difficili dicatur: vel inter multos divulgata, & ab hortatione, & a dehortatione, & aut alienas, aut affines orationi inuentiones esse oportet. Arif. rheto. 3. char. 163.

Orationem transferre oportet, vel ex veris in falsum, vel a falsis in verum, vel oppositum per oppositum ostendere. Alex. aphrod. in 8. topic. ca. 4. ch. 97. col. 4.

Orationis secundum se sunt quinque inculpationes. Prima, quando ex interrogatis nihil concludit, nec propositum nec aliud. Item si falsæ fuerint propositiones, vel omnes improbables, vel aliqua ipsarum, & si nec additis, nec sub aris quibusdam fit conclusio. Secunda, si ad positionem non fit syllogismus, Tertia, si addita fit syllogismus. Quarta, si ablati quibusdam non fit syllogismus. Quinta, si ex inopinabilioribus, & minus credibilibus conclusione, vel ex veris, sed maiori opere indigentibus demonstrari, quam problema. Alex. aphro. in 8. topic. ca. 4. c. 98. col. 2.

Orationis multa sunt genera. enunciatiuum, optatiuum, vocatiuum, imperatiuum, interrogatiuum, & alia multa. Ammo. in porphy. ch. 3. col. 2.

Oratio alia pronuntiatiua, quæ cum voce fit, alia interiorius insita, quæ in anima spectatur. Ammo. in prædic. char. 57.

Orationis quinque sunt species: vocatiua, vt o Andreas; imperatiua, vt perge; interrogatiua, vt quod genus? optatiua, vt o vti nam, & enunciatiua, qua de quacunque re decernimus, vt omnis animus est immortalis. Ammo. in lib. de interpr. ch. 1.

Oratio constat nomine & verbo, quæ constant syllabis. Ammo. in lib. de interpr. ch. 14.

Orationis octo partes alia sunt simpliciter personarum, actionum, vel passionum significatiua, vt nomen, verbum, pronomen, participium: alia quædam coherentiam indicant, vt aduerbia, reliquæ nihil conferunt. Ammo. in lib. de interpr. ch. 6.

Orationis nomine sententiam locutionis pronuntiatio intellexit Plato in 3. de Republica. Ammo. in lib. de interpr. char. 7.

Oratio, vel confideratur quoad audientes, & sic munus est rhetorices, & poetices, vel quo ad res vt scilicet ve-

rum, vel falsum asserit, & sic pertinet ad philosophum. Ammo. in lib. de interpr. char. 36.

Oratio alia est vna per se, vt Socrates legit. Alia conuentione vna, vt Socrates legit, & Plato scribit. Ammo. in lib. de interpr. char. 37.

Oratio ex propria natura habet, vt tale quid significet: vt autem sit vera vel falsa, ex accidente ipsi inest. Dex. in prædicam. ch. 27.

Orationis quinque sunt genera: enuncians, interrogans, imperans, vocans, optans. Magen. in lib. de interpr. charta 3.

Oratio vel a toto in partes, vel a genere in species distribuitur. si a toto, aut in remotas, aut in propinquas partes distribuitur. in remotas, voces simplices facit, de quibus in categoriis: si in propinquas, propositiones facit, quæ in hoc tractantur libro de genere, in species quinque illa superius dicta oriuntur, id est enuntians, interrogans, imperans, vocans, & optans. Magen. in lib. de interpr. char. 3.

Oratio aut omnino vera est, & demonstrationem facit, aut omnino falsa, & poeticam constituit, aut quæ vera, & æque falsa, & rhetoricam constituit; aut magis vera, & minus falsa, & dialecticam facit; aut minus vera, & magis falsa, & captiosam constituit orationem. Magen. in lib. de interpr. chart. 3.

Orationis partes, vel rei naturam significat, vt nomina, aut personam cum actione, vt verba: aut personam tantum, vt pronomina. alia, vel toti orationi vel eius partibus præponuntur, vt propositiones, aut nomini tantum, vt articuli, aut componunt, vel dispergunt, vt conjunctiones; aut prouerbis sumuntur, vt aduerbia, aut nominis, & verbi sunt participes, vt participia. Magen. in lib. de interpr. char. 4.

Oratio triplex, interior, animata, prolata. Magen. in lib. de interpr. char. 5.

Oratio alia dici potest, quæ etiam naturalis est, vt Plato ambulat, potest enim ambulare: etiam quæ ex habitu procedit, quæ connexa dicitur, vt sol cum est super terram, dies est. Magen. in lib. de interpr. c. 10.

Oratio duas habet relationes: ad auditores, & hæc poetarum, & oratorum propria est: & alia ad res, & hæc propria philosophorum. Magen. in libro de interpr. char. 10.

Oratio diuiditur in affirmationem, & negationem, vt genus in species. Magen. in lib. de interpr. ch. 12.

Orationum differentiarum principales quinque sunt: deprecatiua, imperatiua, interrogatiua, vocatiua, & enunciatiua. Boet. in lib. de interpr. char. 216.

Orationum alia perfecte, id est quibus intelligi potest, quod dicitur: alia imperfecte, id est in quibus aliud ammus audire expectat. Boet. in lib. de interpr. ch. 291.

Orationes alia natura vnæ sunt, alia positione. Boet. in lib. de interpr. c. 324.

Orationis partes, alio modo a grammaticis, alio a dialecticis tractantur. Boet. ex intr. ad cat. syl. ch. 558.

Oratio positione significat, alioqui si natura significaret, eadem apud omnes gentes esset. Boet. ex intr. ad cat. syl. c. 561.

Oratio omnis, quia ex verbis, ac nominibus constat, in nomina, ac verba diuiditur. Boet. ex intr. ad cat. syl. char. 561.

Orationis species sunt quinque: imperatiua, interrogatiua, vocatiua, deprecatiua, enunciatiua. Boet. ex intr. ad cat. syl. c. 561. Idem 582.

Orationes tres sunt: vna quæ scribi potest elementis; aliqua, quæ voce profertur: tertia, quæ cogitatione connectitur. prima litteris: secunda voce: tertia intellectu continetur. Boet. in lib. de interpr. c. 299.

Orationum ambiguarum facienda est diuisio, vel per adfectionem, vel per diminutionem, vel per diuisionem, vel per aliquam transmutationem. Boet. de diuis. c. 648.

Oratio

Oratio quid demonstrat, vel an sit, vel quid sit, vel quale sit ostendit. Boet. de diuis. ch. 649.

Orationis partes in declinabiles, quia in se sunt infinitæ significationis, non possunt fieri infinitæ addita negatione. Albertus magnus in perher. c. 83. c. 1.

Oratio, quæ est discreta quantitas, quantitatem esse accipit a mensura motus, & temporis, & ideo potius dicitur mensurati, vel mensuræ modum, quam entis, ideo in metaphisicis hic de ea non curamus. Alb. mag. in 5. meta. tract. 3. ca. 1. c. 108. c. 3.

Oratio duobus modis sumitur. Primo pro voce prolata, & sic est qualitas in tertia specie qualitatis. Alio modo pro mensura, vel quantitate vocis prolata, quæ sic formaliter vna syllaba dicitur longa, alia breuis, & sic est quantitas discreta. Th. de Vio. in præd. ch. 54. c. 1.

Orationes tuas magni duces in duas partes distribuunt, cum ad bellum hortantur, primo de hoste, mox de belli genere. Daniel Barbar. prim. rhetoricorum capit. 3. chart. 34.

Oratio quid est.

Oratio est vox significatiua, cuius partium aliqua significatiua est separata, vt dictio, non vt affirmatio, vel negatio. Arif. perher. c. 4. c. 121.

Orationes dialecticæ sunt, quæ ex probabilibus collectionibus sunt contradictionum. Arif. elench. l. 2. c. 2. c. 577.

Orationes tentatiuæ sunt, quæ ex iis colliguntur, quæ videntur respondentem, & quæ necessarium est eum scire, qui simulat se habere scientiam quomodo determinandum est in alijs. Arif. elench. l. 1. c. 2. c. 577.

Oratio secundum mores est, cum ita dicitur fuerit, vt redat fide dignum eum, qui dicit. Arif. rhe. i. c. 9.

Oratio, quæ in nostra mente est, est speratio, vel affectio mentis nostræ, & non est quantitas discreta, nec id, quod significatur, vt significatur, est quantitas, sed quæ pronuntiatur. Porph. in prædic. c. 14.

Oratio prædicatiua est, quæ significat quid cui insit. Am. in lib. de interpr. ch. 2.

Oratio suppositiua est, quæ significat quid, quo existente sit, aut non sit, vel quo non existente, quid sit, vel non. Am. in lib. de interpr. c. 2.

Oratio est absoluta congeries vocum, quæ res significant. Am. in lib. de interpr. c. 6.

Oratio vocatur, & quæ perfectam explet sententiam, & quæ imperfectam. Am. in lib. de interpr. c. 34.

Oratio est simplicissima, quæ ex subiecto, & prædicato constat, deinde, quæ tertio a prædicato; deinde, quæ cum modo constituitur: vltimo, quæ ex infinito, vel subiecto, vel prædicato constat. Am. in lib. de interpr. c. 44.

Oratio est effectus naturalium virtutum, non instrumentum. Magentinus in lib. de int. c. 10.

Orationes rerum sunt noxæ, & non causæ. Magen. in libr. de interpr. ch. 20.

Oratio est collectio illius, qui inest, & illius cui inest, ideo in duabus ad minus continetur propositionibus. Simp. in præd. ch. 4.

Oratio est quasi mensura rerum, de quibus agitur. Euf. primo moral. ch. 12.

Oratio iura facta est, quæ fine suo frustratur. Euf. mor. c. 17.

Orare ex tempore potest is, qui habitum rhetoricæ adeptus est sine vlla præmeditatione. Euf. 3. mor. c. 8. c. 150.

Oratio non est in quantitate secundum id, quod significat, sed secundum id, quod profertur. Boet. in præd. c. 151.

Orationes tribus perficiuntur: rebus, intellectibus, & vocibus, vel ab intellectu concipiuntur voces, animi conceptiones, ac intellectus significantur a vocibus. Boet. in lib. de int. ch. 296.

Oratio est vox significatiua secundum placitum, cuius partes aliquid extra significant, vt dictio, non vt affirmatio. Boet. ex intr. ad cat. syl. c. 561. Idem 582. Idem 51.

Oratio est principium formale enunciationis. D. Th. in perher. c. 5. c. 3.

Orationis, quæ ab Ari. in hoc libro perhermenias traditur, definitio conuenit tam perfectæ orationi, quam imperfectæ. D. Th. in perher. c. 5. c. 4.

Oratio, & si non sit instrumentum alicuius virtutis naturaliter operantis, est tamen instrumentum rationis. D. Th. in perher. c. 6. c. 2.

Oratio est oratoris instrumentum. Dan. Bar. in 1. rhe. c. 3. c. 17.

Oratio, vt doctrinalis, & enunciatiua.

Oratio omnis, non est enunciatiua, sed solum illa, in qua est verum, vel falsum. Ari. perher. c. 4. c. 121.

Oratio enunciatiua sola est præsentis speculationis reliquæ vero orationis species rhetorica, & poetice conuenientius conueniunt. Ari. perher. c. 4. c. 121.

Oratio enunciatiua vna, prima est affirmatio, alia negatio, alia oēs conjunctione vna. Ari. perher. c. 4. c. 121.

Oratio enunciatiua omnis est ex verbo, vel ex casu verbi. Ari. perher. c. 4. c. 121.

Oratio enunciatiua vna est, quæ vnum significat, vel conjunctione vna. Plures, quæ plura, & non vnum, & quæ inconiunctæ. Ari. perher. c. 4. c. 121.

Orationes doctrinales sunt, quæ ex proprijs principijs cuiusque disciplinæ, & non ex ijs, quæ videntur respondentem, colliguntur. Arif. elench. l. 1. c. 2. c. 527.

Orationis prædicatiuæ enunciatiuæ speciem tradit. Arif. in libro de interpretatione, vt quæ per se ipsam absoluta, perfectaque est, atque ad demonstrationem utilis. Am. in lib. de interpr. c. 2.

Orationem enunciatiuam stoici effecti nomine vocant. Am. in lib. de interpr. c. 2.

Orationis enunciatiuæ duæ sunt species: prædicatiua, & suppositiua. Am. in lib. de interpr. c. 2.

Oratio enunciatiua ab Aristotele, quasi quid quid animus sentiat, interpretetur, interpretatiua nuncupatur. Am. in lib. de interpr. c. 3.

Orationis enunciatiuæ principia in prima sectione libri perhermenias, in reliquis tribus propositiones tractat. Am. in lib. de interpretatione ch. 4.

Oratio enunciatiua diuiditur in affirmationem, & negationem, vt vox æquiuoca in sua significata, vt Porphyrio placuit: non aut, vt genus in species, vt Ale. Aph. Am. in lib. de interpr. ch. 8.

Orationes enunciatiuæ, sunt voces ad animi conceptus inter homines declarandos. Am. in lib. de int. ch. 10.

Oratio vna esse non potest ex duabus enunciatiuis propositionibus sine conjunctione. Am. in lib. de int. ch. 37.

Oratio perfecta enunciatiua fit per verbum (vt grammatici vocant) indicatiuum. Am. in lib. de int. c. 125.

Oratio enuncians, continens, exponens, connexus, & quod in iureiurando consistit, comprehendit. Magen. i. lib. de int. c. 3.

Oratio enuncians duplex: alia de aliquibus dicitur vt homo: alia cum conditione, vt si dies est, lux est. Magen. in lib. de int. c. 3.

Oratio enuncians simplex tantum est illa, de qua hoc in loco agitur in libro perhermenias, cum sola demonstrationem efficiat. Magen. in lib. de int. c. 3.

Oratio enuncians in cognitione versatur, reliqua quatuor genera in appetitu. Magen. in lib. de interpr. c. 4.

Oratio enunciatiua absque verbo fieri nequit. Simp. in 1. phy. te. 21. c. 29. col. 2.

Oratio enunciatiua, alia simplex, vt dies est; alia composita, vt si dies est, lux est. Boet. in lib. de interpr. c. 291.

Oratio enunciatiua ex solis verbis, & nominibus perficitur. Boet. in lib. de interpr. ch. 293.

Oratio enunciatiua, alia in interrogatione posita est, alia in spontanea prolatione, quæ omnes verum a falso dirimunt. Boet. in lib. de interpr. c. 330.

Oratio indicatiua sola est, cuius est verum, vel falsum. Alb. mag. de prædic. c. 4. col. 2.

Oratio

Orationis materia, quibus constat, & qui cauantur.

- O** Ratio, & opinio potest contraria suscipere, si res mouentur, ipsæ autem immobiles manent, & non ob id, quod aliquid recipiunt, sunt veræ, & falsæ. Aristot. præd. tra. 2. ca. 1. ch. 65.
- Oratione non posse sibi subuenire turpius est, quâ corpore, cū magis propria nobis sit oratio. Ari. rhe. 1. c. 7.
- Oratio ex tribus constat ex eo, qui dicit, & re, de qua dicitur, & eo, ad quem dicit. Arist. rhe. 1. c. 15.
- Orationis finis ad auditorem refertur. Ari. rhe. 1. c. 15.
- Orationes, quæ scribuntur, plus dictione quam sententijs pollent. Arist. rhe. 1. c. 136.
- Oratione sola homo a cæteris animalibus præstat, ideo turpe est, si qua re bestijs antecellimus, eâ bene viuēdi ducē p̄ negligētia relinquamus. Arist. rhe. ad Ale. c. 179.
- Oratio, & doctrina non omnes bonos reddet, sed eos, quæ præculi iam moribus sunt, non aliter ac terra, quæ se men sit nutritura. Ari. 10. ethi. ad Nic. c. 9. c. 262.
- Oratio omnis non constat ex nominibus, & verbis, vt hominis diffinitio, siquidem sine verbis constare potest. Ari. poet. c. 20. c. 286.
- Oratio disciplinæ causa est inuenta quodammodo, non enim per se auditur. Alexan. aphrod. de sens. & sensa, ex sectione prima commen. 3. ch. 6. c. 1.
- Oratio si apte natura aurius non perficitur, sed quia coniuncta est voci. Ale. aphr. de sens. & sensa, ex sect. 1. com. 3. c. 6. c. 2.
- Oratio constat nomine, & verbo, quæ constant syllabis. Porph. in præd. ca. 14. c. 9.
- Orationis materia est vox. Am. in lib. de interp. c. 35.
- Oratione anima cogitatrix sola vitur. Ammon. in lib. de interp. ch. 35.
- Orationis vox est genus. Magen. in lib. de interpr. c. 46.
- Oratio positione est, vox autem natura. Mag. in lib. de interpretat. ch. 4.
- Oratio omnis nomine, & verbo constat, quæ constant syllabis, ac syllabæ temporibus. Sim. in præd. c. 31.
- Oratio pro oratione sumitur, vel non modo pro oratione, cum in resolutione nomen oratione totius sit; facilius enim propositionum abundantiam ex nomine, quam ex oratione habebimus. Ioan. gramm. in prim. prior. cap. 39. c. 61. col. 2.
- Oratio breui, & longa syllaba cõponit. Boe. in pd. c. 151.
- Orationem verba, ac nomina constituunt. Boeth. in lib. de interpr. ch. 216.
- Orationis vsus est significare conceptum intellectus. D. Tho. in periherm. c. 6. c. 2.
- Oratio debet quam simillima esse quotidiano sermoni. Dan. Bar. rhet. 3. c. 1. c. 152.

Oratio, vt vocatiua, & interrogatiua.

- O** Ratio vocatiua non est oratio, nisi ex pluribus constet nominibus. Am. in l. de interpret. c. 33.
- Oratio interrogatiua dubitantem continet, ac imprecantem, & optantem. Magen. in l. de inter. c. 3.
- Oratio interrogatiua sola est illa, in qua fiunt interrogationes. Io. gra. in pri. post. c. 9. c. 24. c. 2.
- Oratio deprecatiua, optatiua, imperatiua, & vocatiua, poetis, ac oratoribus relinquunt. Boeth. in l. de int. c. 229.

Oratio, vt simplex, vna, & perfecta.

- O** Ratio vna dupliciter est; vna, quæ coniunctione est vnã, quæ vnã de vno declarat, non per accidens. Ari. post. 1. 2. c. 10. te. 10. c. 368.
- Oratio vna est, aut quæ vnã significat, aut quæ cõiunctionibus additis vna est. Arist. poet. c. 20. c. 286.
- Orationem perfectam solam nomina, & verba reddunt, cæteræ orationis partes non ita. Mag. in l. de int. c. 4.

- Oratio omnis, vt sit absoluta, & perfecta, certo, & determinato verbo eget. Io. gr. in 1. prio. c. 1. c. 6. c. 4.
- Orationum perfectarum quinque sunt partes deprecatiua, imperatiua, vocatiua, optatiua, enuciatiua, in qua verum, & falsum discernitur. Boethius in libro de interpretatione c. 291.
- Oratio simplex est, quæ duobus constat terminis, qui termini sunt nomen, & verb. Boet. in l. de int. c. 231.
- Orationes vnæ natura sunt, quæ in alias orationes dissolui nõ possunt, vt sol oritur. Boet. in l. de int. c. 324.
- Orationes vnæ positione sunt, quæ in alias dissoluntur vt si dies est, sol est super terrâ. Boe. in l. de int. c. 324.
- Oratio vna est, quæ vnã significat rem: multiplex, quæ multa. Boet. in lib. de interpretatio. c. 328.
- Oratio simplex, vel composita, non ratione significationis dicitur, sed ratione terminorum, nam simplex ex duobus constat terminis: composita, quæ vltra duos terminos enunciat, vt Plato philosophus in lyceo ambulat. Boet. in lib. de int. c. 328.
- Oratio composita, & vna illa est, quæ ex terminis in cõiunctis vnã rem significat, vt animal rationale mortale est. At quæ ex propositionibus composita, & cõiunctione copulata imaginem emittens plura significandi, vnã tamen significat rem, vt si dies est, lux est. Boet. in l. de interp. ch. 329.
- Orationis perfectæ quinque sunt species: coniunctiua, deprecatiua, imperatiua, & interrogatiua, & vocatiua, sed enuciatiua sola dirimit verum a falso. D. Tho. in periherm. ch. 6. col. 3.
- Orationis simplicitas facile illabitur in auditorum animos, quia natura magis modestis, & probis, quam petulantibus credimus. Dan. Bar. rhet. 1. c. 1. c. 27.
- Oratio simplex, & tenuis easdem sententias habet, quas pura. Dan. Bar. rheto. 3. c. 1. c. 149.

Oratio, vt falsa, vera, & contentiosa.

- O** Ratio quod sit falsa, est potius peccatum dicentis, qua orationis, & non semper dicentis, sed cū latet ipsum falsa oratione vti. Arist. top. 1. 8. c. 4. c. 568.
- Orationes cõtetiõse sunt, quæ sunt ex ijs, quæ apparent probabilia, apparatus syllogistica. Ari. elen. 1. c. 1. c. 577.
- Oratio eadem erit sophistica, & contentiosa, sed nõ p̄ eadē, sed vt est ad victoriam apparentem contentiosa, vt est ad sapientiam sophistica. Aristoteles lib. eo. ca. 10. char. 596.
- Oratio contentiosa quodã modo se habet ad dialecticam, vt pseudographia ad geometriam. Ari. ibi. c. 597.
- Orationū contentiosarū acutissima quædã est, quæ primum statim dubia est, vtrum syllogizet, vel non, vel verum propter falsum, vel de visione solutio. secunda, quæ manifesta quædã, quod p̄ diuisionē, vel interemptionē est, non tñ est explorata, per cuius interrogationem interemptionem, vel diuisionem soluenda est, id est vtrum per conclusionem, an propter aliquam interrogationem. Arist. elen. 1. 2. c. 7. c. 671.
- Oratio non syllogizans est aliquando facilius, si sint valde inopinabilia, vel falsa, quæ sumuntur, quãdõq; aut non digna despici. Aristoteles elen. 2. capit. 7. ch. 632.
- Orationes veræ non solum ad cognoscendum, sed ad vitam quoque ipsam sunt vtilis. Aristote. decimo ethi. ad Nicomach. cap. 1. ch. 241.
- Oratio nulla falsa est, si solus ille modus adhiberetur, qui rerum naturam exprimit. Ale. aphr. in prim. prio. cap. 2. ch. 7. colum. 3.
- Oratione litigiosa errat, qui patitur ignorantiam rerum secundum dispositiones, & habitus, malumq; sc. credat rem aliquam esse. Auerr. epito. in logic. c. 356. c. 2.
- Orationes, quæ non verum, nec falsum dicunt, ad rhetores, & poetas relinquuntur. Albertus magnus in perihermen. ch. 85. c. 3.

Oratio-

- Oratione in eadem nihil prohibet plures fallacias inesse. Alb. mag. in elenc. c. 309. c. 1.
- Orationis veræ sententiæ nullæ sunt propriæ. artificium præcipuum est ex abrupto in affectionibus certis, quibusdam verbis incipere, & respondere obiectionibus absque vlla præparatione huius est artis; vel prius soluere, quam obiciat. Reuersio item a digressionē, veritatis speciem habet. Membra in vehementioribus affectibus breuiora, collocatio, clausula, & numerus asperitatem sapiant, & non nimis ad iucundum inclinentur. Dan. Barb. rhetoricorum 3. cap. 1. c. 150.

Orationis considerationes, vt ad exornationem pertinent.

- O** Rationes omnes moratæ sunt, in quibus prælectio lucet. hoc autem omnes sententiæ præstant: quia qui sententias profert, vniuersè de præeligendis profert. Aristoteles rhetor. 2. ch. 114.
- Orationem grandem facit nominum immutatio, & externum hominem olere debet, & causarum argumenta ignobiliora sunt, quam carminum. Aristoteles rhetor. 3. char. 137.
- Orationem propriam ad naturam accommodatam exposcit translatio propria, & accommodata. Aristotel. rhetor. 3. c. 138.
- Orationem si ornate velis a meliore eorum, quæ eodē genere continentur, ducere oportet: translationem & si vituperare, a deterioribus. Ari. rhet. 3. c. 138.
- Orationis frigiditas in dictione committitur quatuor modis: primo fictione, & compositione plurium nominum: secundo, cum linguarum uarietate confunditur oratio: tertio in epithetis, aut longis, aut intepetiuus, aut frequentibus usurpandis: quarto, ex translationibus oritur, uel quia grandes nimis, uel nimis ridiculæ. Arist. rhet. 3. c. 140.
- Orationes tumorem efficiunt, si oratio pro nomine adhibeatur, & si turpe, uel indecorum, si in oratione est turpitudine uti nomine, si in nomine, uti oratione, & translatis, & epithetis uti declinando morem poeticum, & unum multa facere, & non coniungere, sed utriusque utrunque adiungere, & cum coniunctione dicere, & ex ijs, quæ non habent materiam quandam ad dicendum elicere. Aristoteles rhetor. 3. c. 145.
- Orationem minuunt ea, quæ contraria sunt his, quæ tumorem afferunt. Arist. rhe. 3. c. 145.
- Orationem decoram facimus, si affectam, moratam, & subiectis rebus proportionem respondentem effecerimus fit autem proportio, si nec de magnis rebus submisisse, nec de paruis grauitate dicitur. Affecta, si contumelia sit, irati dictio fit, & si impia, & turpia indignabundæ, & caute dicat: morata est, quæ in signis demonstratio dicitur, quia ei comes ea est, quæ cuique generi atque habitui conuenit. Aristoteles rhetoricorum tertio chart. 146.
- Oratio numerum habere oportet, non autem metrum, alioqui poema esset, & numeros non exacte, sed ut conuenit. Ari. rhe. 3. c. 148.
- Oratio, quæ numeris constat, facile memoria custodiri potest. Arist. rhe. 3. c. 149.
- Orationis ambitus unus membrum continetur, alter uero simplex est. Ex membris constat elocutio, quæ perfecta est, & distincta, & facile comprehendere spiritu potest. membrum uero est pars ipsius, alteram simpliciter appello unus membri. Arist. rhe. 3. c. 149.
- Orationis nec membra, nec ambitus mutilos, uel longos esse oportet. nam quod pusillum est, efficit, ut auditor sæpe numero hæreat: longa faciunt, ut deficiat, ut hi qui ultra terminum se conuertunt. Aristoteles rhetor. 3. char. 150.
- Orationem cum moratam affert, simul enthymema nõ debet afferre. Arist. rhe. 3. c. 171.

- Orationem si facietam scribere volueris, per maxime obseruandum est, vt verorum mores hominibus similes reddas. Arist. rhe. ad Ale. c. 27. c. 218.
- Orationes de ijs, quæ in affectionibus, & actionibus consistunt minorem, quam ipsa opera habent probabilitatem. Arist. 10. ethi. ad Nicom. ca. 1. c. 241.
- Orationes ob prolixitatem in diuidendis terminis, propositionibus, & connectendis, obscuritatem quandam afferunt. Alexan. aphrod. in prim. priorum, cap. 39. ch. 66. colum. 4.
- Orationes aliquæ, & si per se non sunt laudabiles, ad problemata tamen laudabiles sunt, & e contra. Alex. aphrod. in 8. top. c. 4. te. 98. col. 4.
- Orationis decoratio, & exornatio fit duabus rebus, inquisitione, & partitione in res proportionales. Inquisitione, quæ fit ad hanc intentionem, fit duabus dispositionibus, quarum vna est, quando nobis esset præmissa vniuersalis per se patens, non indigens inquisitione, & proponimus interrogare de illa. Secunda dispositio est, quod præmissa per se fit nota, & proponimus interrogare de ipsa, & huius præmissæ sit præmissa ambiciens ipsam, & alias præmissas, quæ secum intrant ipsam præmissam vniuersalem: nos enim interrogamus præmissam cum præmissis particularibus, quæ secum subintrant præmissam vniuersalem. Auerr. in octauo topicorum, cap. secundo ch. 313.
- Orationis figura pura est incipere per rectum. Daniel Barb. rhe. 3. c. 1. c. 147.
- Orationis puritatem membra parua concisa faciunt. Dan. Bar. rhe. 3. c. 1. c. 147.
- Orationis puritatem collocatio simplex facit nulla vocalium collisione protensa, & nullo hiatus dissipata, & quæ sit iambicis, & trocheis referta. Dan. Bar. rheto. 3. cap. 1. char. 147.
- Orationis puritatem clausula simplex reddet in iam bicæ, & trochaica quadam orationis parte consistens, & numerus huiusmodi esse debet medius per se inter metrum, & non metrum. Dan. Bar. ibidem.
- Orationem elegantem constituunt sententiæ, quæ rem consistunt, & ad principium orationem deducunt, quæ certo loco dicenda collocant, & quæ quid dictum sit, & quid dicentiam, ostendunt. Dan. Bar. rhetor. 3. cap. prim. char. 147.
- Orationis elegantis a s primo, quæ gesta sunt primo dicere debet: quæ secundo secundo, dictio elegans eadem, quæ pura, & figura elegantissima est, quæ definita est rerum copulatione: in reliquis conuenit pura cum elegante. Daniel Barbar. rhetoricorum tertio, c. primo char. 147.
- Orationis amplæ prima pars est seueritas, & huius sententiæ sunt, quæ de dijs, de natura vniuersi, de anima de virtutibus, de rebus humanis, sed illustribus agunt. Dan. Barb. rhetor. 3. c. 1. c. 148.
- Orationis sententia nil aliud est, quam inuentam rem verbis explicare. Dan. Bar. rheto. 3. cap. 1. c. 147.
- Orationis artificium est ratio, & via, qua explicari concinnè sententia potest. Dan. Bar. rhet. 3. c. 1. c. 147.
- Orationis figura est expositio, & habitus dictionum in colloccatione positarum. Daniel Barbar. rhetoricorum 3. cap. 1. c. 147.
- Orationis membrum est continens prolationis spiritus, vel sententiam vniuersam, vel eius partem aliquam orationem breuiter amplectens. Dan. Bar. ibid.
- Orationis collocatio est numerosa, & compositio dictionum. Dan. Bar. Bar. rheto. 3. c. 1. c. 147.
- Orationis clausula est numerosa, & sonorus membrorum exitus, & desinentia. Daniel Barb. rhetoricorum 3. cap. prim. ch. 147.
- Orationis numerus est concentus ex colloccatione, & clausula constans. Dan. Bar. rhet. 3. c. 1. c. 147.
- Orationis perspicuitas est quædã pura, & elegans forma. Dan.

Dan. Barb. rhet. 3. capit. 1. char. 147.
Orationis puritas est forma clara, & aperta, nulla ambiguitate permixta. Dan. Barb. rhet. 3. ca. 1. ch. 147.
Orationis purum genus sententiæ efficientes sunt, quæ cum nihil in se habeant longa cogitatione dignû, cõmunes, & fere peruulgatæ sunt, ita vt ab omnibus facile intelligantur per se claræ, ac notæ. Dan. Barb. rhet. 3. cap. 1. char. 147.
Orationis purum genus artificium efficiens constat, vt ab ipsa re nuda statim exorditur, nihilque extrinsecus affumitur. Extrinsicus sumitur, cū cõtrahitur quicquã, vt genus ad speciem, vel totû ad partem, vel iudicium ad iudicantem, vel indefinitum ad definitû, vel rei qualitas ad aliquã differentiam, & comprehenditur, quæ suapte natura negotia consequuntur, vt locus, persona, tempus, causa, & huiusmodi: arcenda enim omnia sunt hæc a puritate sermonis, si artificium sequi volumus. Dan. Barb. rhet. 3. ca. 1. ch. 147.
Orationis seueræ artificia sunt allegoriæ, & expressiones, quæ estafim habent. Dan. Barb. rhet. 3. cap. primo, char. 148.
Orationis seueræ dictiones sunt, quæ cõstant ex amplo, & hiante dictionis sono, vt o, & a, & translata, & quæ tumore quendam efficiunt, modo adfit temperamentum quoddam. nanque asperitatem conscientium immoderata, & duræ. Item fictæ, & formatæ, vt quæ a verbis in nomina cõmutantur, quæ per participia, & nomina effluuntur. Collocationes, quæ dactilis, anapestis, peonibus abundant, & interdum iambis non est abstinendum. Conuersiones, & reuersiones in hoc genere sunt optime. Membra sunt similia puritati breuiora, & contractiora, & idem cum puritate clausula, & numerus. Dan. Barb. rhet. 3. ca. 1. c. 148.
Orationis asperæ sententiæ sunt, quæ digniores personæ non obscuram habent increpationem ab inferiori profectam. Artificium est clare, & aperte, absque his, quæ leniunt, increpare. Dictio aspera, quæ translata, & suapte vi dura est, vt extorsit discors, expers, crebrum. Figuræ asperæ, quæ imperant. Membra aspera breuiora, & cæsa. Asperitas componitur ex incõgruo vocalium concursu, & sine numero exasperans auditum, & clausula, quæ modo in hunc, modo in illum desinat numerum, hanc adiuuat. Dan. Barb. ibid.
Oratio vehemens sententias habet obiurgantes, nõ maiores, vt aspera, sed inferiores personas, artificium, & dictio eadem, quæ in aspera, & figura vehemens conuersione absoluitur. reliqua, vt in aspera. Dan. Barb. 3. rhet. ca. 1. char. 148.
Oratio illustris, sententiæ illustres habet, pp quas, qui audit, letitiã concipit, vel quia de rebus præclare gestis, vel quia de rebus decentibus habeantur. Figuræ illustres sunt, sublatio, repetitio rei a longinquo, demum non coniuncta, & si longa fuerit, membra illustrẽ faciunt orationem. nam in lōga produci vult genus hoc orationis membra longiora. reliquæ partes, eadem quæ in seueris. Dan. Barb. 3. rhet. ca. 1. ch. 148.
Oratione alacrem reddunt sententiæ asperitatis, & vehementiæ opportuna. Dictiones, figuræque illustres; reliqua quoque, & illustria. Dan. Barb. ibid.
Oratio plena, & circumdata constat sententijs, in quibus aliud aliud sumitur, & ad negotiũ, de quo sermo est, applicatur, & amplificationes ad hoc genus pertinent. Artificiũ erit, si peruersione vtamur: figura, quæ alterũ trahant intellectu, & sensum. Secunda figura est ordinatio: tertia subiectio, in qua partitio est: quarta, obligatio: quinta, partitio: sexta, redditio: septima, subcõtinuatio: vltima est electio. reliqua, vt in alijs oibus generibus præter paruum. Dan. Barb. ibid. c. 149.
Oratio accurata, & pulchra nullas habet sententijs pprias, nec artificium sed dictiones puras nõ asperas, nõ translatas, & euidentes. Figuræ sunt repetitiones, conuer-

siones, reuersiones, gradationes, traduccionis, membra, disiunctiones, transgressiones, circuitiones, coniugate partitiones, inuolutiones, per negationem affirmationes, conuolutiones, & huiusmodi alia membra insignia, & pulchra sunt, non breuiora admodũ, nec longiora quam deceat; breuiora tamen possunt esse, cum vnũ ab altero pendet. Collocatio pulchra vocalium concursionem abhorret, repleri vndique amat consonantibus, & molli, & placido exitu a verbo ad verbũ transire debet: numerus prope ad uersũ accedat. clausula varia sit, & omnia habitu quodam iucundo vestiantur. Dan. Barb. tertio rhetoricorum, capit. primo. char. 149.
Oratio celer, & continua sententias nullas habet. artificium incisione absoluitur. incisio, tũ figura, tum numero, tũ membro, & clausula perficitur. huius figuræ sunt immoratio, interpretatio, dissolutio, excitatio, membra breuiora, & cæsa clausula pendens, cuius exitum in trocheum, numerus trochaico accedens versui. Dan. Barb. ibid.
Orationem iucundam, & voluptatis plenã faciunt sententiæ fabulose, & turpia fugienda sunt, sed permutatione, allegoria, translatione, & ambiguo ea cauere possumus. Idem artificium: ac tenuis figuræ sunt comparia similiter cadẽtia, & exẽtia, peruersiones, agnominationes, circuli, simile sonantia, variationes casuum, collocatio pulchra non longe a versũ, clausula pendens, numerus amplitudinis, & dignitatis huic generi conuenit. Dan. Barb. rhet. tertio, ca. primo, char. 150.
Orationis modestum genus amplectitur simplicem, iucundum, accuratum, & modestum: & quoties de se quamuis humilem sententiam dicit in artificio habere genus, tractat, cetera, puritatem, & simplicitatem amant. Dan. Barb. ibidem.
Orationis grauitas, quæ in verbis posita est, sententijs habet acutas, subtiles, altas, & quæ non a quouis, sed a prudentissimis tantũ excogitari posse creduntur. Artificiũ noui vulgare, sed amplum, verba noua, grandia, uehementia, aspera, durius translata, quæ tum naturã rerum non nimis excedant minus vsitata, & omnino non insolita. Propria figura est conuolutio, & quæ præcipue interrogationis spiritu prolata est. Membra, collocatio, & numerus maiora, & ampliora, quam dignitati, & splendori, vigori, & circunductioni cõueniunt. Dan. Barb. rhet. 3. cap. 1. ch. 150.
Orationis forma prima est perspicuitas, sub qua est elegantia, & puritas, & quia orationi perspicuæ & claræ nimis exile quoddã, & tenue subijci solet: ideo alterũ genus erit, in quo amplitudo, & dignitas orationis ponetur. Huic generi inferuit seueritas, circun datio, asperitas, splendor, vigor, & uehementia parũ ab asperitate immutata, sed non euidens tantum, nec tam amplum esse debet oratio, vt ab ea iucunditas absit, & pulchritudo, quare fit, vt accurata, & pulchra inspicitur: sed his omnibus addendum est genus illud velox, & concitum, & moratum, simplex, & verum, & ad hæc acutum, suaue, & speciosum addendum est genus, & vnũ quodque constat sententiã, artificio, dictione, figura, membro, collocacione, clausula, numero. Dan. Barb. rhet. 3. cap. 1. char. 146.
Orationis forma, genus, vel idea, siue alio gaudeat vocabulo, nõ est aliud, quã rebus, & personis idonea, & cõgruẽs orationis species, & figura. Dan. Barb. ibid. 147.
Orationis genera suis partibus differunt inter se, partes cuiuscunque generis octo sunt, sententiã, artificium, dictione, figura, membrum, collocatio, clausula, numerus. Dan. Barb. rhet. 3. cap. 1. char. 141.
Orationis omnis delectatio ex Hermogene sumi potest, vt ex Aristotele rerum inuentio. Dan. Barb. rhet. 3. cap. 1. char. 151.

Oratio

Oratio numerosa esse debet, quia natura, vt in alijs sensibus sic in auribus suas posuit voluptates. Dan. Barb. rhet. 3. cap. septimo. char. 165.
Oratio quæ culta, & elaborata videtur, caret probabilitate. Dan. Barb. rhet. 3. cap. 7. char. 166.
Oratio, ut uniuersalis, & ad syllogisimum pertinet.
Orationis figura non sufficit ad faciendum syllogisimum, sed debet esse primum significatio, quæ ex forma orationis possit aliquid ostendere. Alex. aphr. in prim. topic. cap. pri. char. 2. col. 2.
Orationem vniuersalem neque infinitam prope exempla probare possunt, sed confutare satis est. Ioan. gra. in prior. cap. 5. chart. 15. col. 1.
Oratio, ut negatiua.
Oratio negatiua proprie non est definitio. Alexand. aphr. in prim. topic. c. 4. ch. 8. c. 3.
Orationes, ut soluantur, & eius proprietates.
Orationes syllogizantes interimere apparentes diuidentes soluere oportet. Arist. elenc. lib. 2. c. 3. c. 613.
Orationem soluere volenti, primo vidẽdum, si syllogizat, vel non, deinde si vera conclusio, vel nõ, vt vel diuidentes, vel interimentes soluantur, & quomodo interimentes. Arist. elenc. li. 2. cap. 3. char. 614.
Orationem soluere, interrogari ab alio, vel non differt multum, quia præuidere perdifficile est, cum autem ociosus sumus, facile est. Arist. elenc. li. 2. cap. 7. c. 614.
Oratio si non declarat officio suo nõ fungitur, vt neque humilis, nec super dignitatem sit, sed decora. Arist. rhetoricorum tertio. charta 137.
Oratio paucioribus prædijis est instruenda quam versus. Arist. rhet. 3. c. 138.
Orationes, ut ridiculosæ, obscuræ, & acutę.
Orationes omnes ridiculosæ pene sunt propter dictionem. Arist. elenc. l. 2. c. 7. c. 630.
Oratio acuta est, quæ maxime facit dubitare, mordet enim hæc maxime, dubitatio autem est duplex, hæc est syllogizantibus, illa est contentiose sustentibus, & syllogizans, acutissima est, si ex quam maxime apparentibus, quam maxime probabile interimit, & maxime acuta est, euz ex a quo facit conclusionem interrogationibus. Secunda autem, quæ ex omnibus similibus non intermendum quidem, quid autem intermendum dubium. Arist. rhet. lib. 2. c. 7. c. 631.
Orationes abstinere faciunt a turpibus verbis, & heresi. Auer. ex dest. destr. in phy. disput. 4. c. 63. col. 3.
Orationem acutam reddunt sententiæ profundæ, & oppositæ ijs, quæ simplici, & tenui aptantur. Ars eo cõstat, vt altiores sententias planius, & humiles altius proferamus. Acutorum verborum quinque sunt modi: primo, cum aliter fumimus verbum, ac communis vsus experit, non tamen minus proprium sit, si vis eius cõsideretur. Secundo abusione. Tertio, si proprie tractat. eodem verbo quis vtatur. Quarto, si multis translationibus referta oratio sit. Quinto, cum posterior translatio sit duriuscula, & a posteriori, vel priori molliatur, figuræ acutæ, quæ cum præmeditatione subtilitatem ingenij declarant. Cætera, vt in pura. Dan. Barb. rhet. 3. c. 1. c. 150.
Oratio, ut perspicua, & morata.
Orationem perspicuam nomina, & verba propria reddunt. Arist. rhet. 3. c. 137.

Orationi perspicuitatem, suauitatem, & peregrinitatem in primis dat translatio, nec eam ab alio sumere licet, oportet etiam epitheta, & translationes dicere, quæ conueniant. Arist. rhet. 3. c. 138.
Oratio dilucida sit, si quod dicas, proprijs nomini us appellaueris, & ambigua euitaueris, & vocales deinceps non posueris, & articulos apte locaueris, & ne perturbata, vel confecta sit nominum compositio, & coniunctionibus consequentes copulas reddideris. Arist. rhet. ad Alex. c. 24. c. 220.
Oratio manifesta est, quæ euidens est, & vera, quod tribus modis fit: si ex talibus propositionibus fit, quod nihil interrogandum sit: secundo, cum sumpta quidẽ sunt ea, ex quibus necessarium est esse, sunt tamen per conditionem terminata: tertio, vbi vna tantum sumitur propositio, sed valde probabilis. Alex. aphr. in 8. topic. c. 4. c. 99. col. 2.
Oratione morata nemo magis vitur, quam Socrates, quã imitari qui vult, assiduus sit Platonis lector. Dan. Barb. in 2. rhet. c. 32. c. 118.
Orationis cultus varius est, quoniam non omni personæ, causæ, auditori, & tempori vnũ genus competere videtur. Dan. Barb. in 3. rhet. c. 1. c. 146.
Oratores, alij exemplares sunt, alij enthymematici, vt etiam orationes, aliæ exemplares, aliæ enthymematicæ. Aristoteles rhetoricorum primo char. 11.
Oratores non contenti propositionibus, quæ rem propositam demonstrant, extrinsecus quasdam alias orandæ orationis causas, & amplificandæ interijciunt, vel vt alicuius ex his, quæ in propositionibus posita sunt, naturam explerent, vel vt aliud orationi interferant. Alexander aphrod. in prim. priorum, capit. 25. chart. 48. column. 4.
Orator accipit exemplum, ac enthymema ab inductione, & syllogismo. Am. in Porphyri. c. 2. col. 1.
Oratores maiorem propositionem relinquunt, quia cū ad clesydram in iudicio dicebant, relinquendo vnã minus temporis conterebant, & quia cum iudicibus relinquerent cogitandam, illis adalabantur. Magentius in prior. char. 3. col. 3.
Oratoribus, ac poetis multum valet ordo sermonis, ac verba mutata multum ornamentum mutant. Boethius in libr. de interpret. char. 413.
Oratoribus, & philosophis, ideo similitudines maxime conferunt, quia non semper demonstrationibus, sed etiam probabilibus rationibus vtuntur. Boethius in topic. Cicer. lib. quarto, char. 811.
Oratori expedit, cum intulerit conclusiones ex locis a maioribus, & similibus, quod eas cõfirmet exemplis sumptis ex vris, qui operati fuerint illas operationes, & aduenerit eis utilitas, vel damnum. hinc est, quod oratori expedit lectio historiarum. Auer. rhet. primo. tract. 2. c. 10. c. 36. column. 3.
Orator mouere maxime debet animos audientium, quod nunquam sine diligentissima peruestigatione eorum omnium, quæ de naturis humani generis a philosophis explicant, assequi poterit. Dan. Barb. pri. rhe. c. 1.
Oratoris nomen adipiscitur, qui sciuerit, quot modis hominum mentes, & quibus rebus, & quo genere orationis in quamque partem moueantur. Daniel Barbar. prim. rhetoricorum chart. 1.
Orator, vt opinionem inducat, necesse est, vt eos dicendo excitet consultores, quos in animis nostris natura posuit, & insigniuit, mentem scilicet, iracundiam, & cupiditatem, quibus quasi neruis, quo velit nos pertrahat, ac deducat. Daniel Barbar. prim. rhetoricorum char. 1.
Orator occultus, & absconditus de virtute sententias efferre non debet, quæ a multitudine non admittantur. Daniel Barbar. prim. rhetoricorum cap. 22. chart. 56.

r 3 Orato-

Oratores libros Jurisperitorum legere debent, vt, & actores, & rei, & iudex, & Patroni minus agnoscant. Dan. Barb. prim. rhet. c. 27. ch. 65.
Orator oratori ita cultu, & ornatu orationis excellere debet, vt homo sermonis vsu bellis præstat, & eloquentia homo hominem excellit. Dan. Barb. 3. rhet. cap. 1. c. 146.
Oratorius numerus proprius est rithimus, vt enthymema est syllogismus oratorius. Daniel. Barb. rhetor. 3. cap. 7. char. 166.

Orbis pro circulis celestibus.

Orbis primus vnus existens mouet multa corpora diuinorum, & planetarum orbes, cum sint multi, vnâ solam stellam errantium mouet vnusquisque, & pluribus fertur lationibus, & sic natura exæquat, & ordinem quendam facit, vni lationi multa tribuendo corpora, & vni corpori plures lationes. Aristotel. 2. de cel. sum. 3. cap. 6. tex. 69. c. 316.
Orbis est causa temporis, & non terminatur tempore; quoniam id, quod est semper durans, super quod non superat successio, non est in eo; quia cum dicimus, hoc est in hoc, necesse est, vt contineatur ab ipso: & omne, quod est in tempore, oportet, vt tempus contineat ipsum, & succedat in duobus extremis. Auer. primo de celo, text. 100. ch. 32. col. 2.
Orbis totus est, quasi animal, & motus istius est, quasi motus localis animalis, & alij motus, qui existunt in orbibus, sunt sicut motus particulares, qui sunt in membris animalium. Auerroes secundo de celo, text. 42. chart. 59. colum. 1.
Orbis totius potentia est congregata ex potentijs partium. Auer. 2. de celo te. 42. c. 59. c. 2.
Orbium omnium motus intendit motum orbis stellati, & eorum perfectio perficitur per primum motorem omnium. Auer. in 12. meta. te. co. 44. c. 154.
Orbem nonum reperiri sine stellis apud Auerr. est remotum, nam orbis est stellarum gratia, quæ sunt nobilior pars eius, ideo quanto plus habet de stellis, est nobilior. Auer. epit. meta. tr. 4. c. 182. c. 1.
Orbem nonum reperiri impossibile est. Auer. meta. tr. 4. char. 182. colum. 1.
Orbes in genere sunt naturæ vnus, sed in specie naturarum, & formarum diuersarum tam in orbibus, quàm in stellis. Albertus magnus in secundo de celo tract. 3. cap. 4. char. 32. colum. 3.

Orbis pro orbe terrarum.

Orbes terrarum complures eadem positura constitutæ, insulæ naturam habent in vniuerso mari sitæ; quod latissime patet; eorumque non nulli prægrandes prægrandibus quoque maribus circumfusis. Arist. de mundo cap. 2. c. 811.
Orbis latitudo, qua continens est amplissima, paulo minus est stadiorum quadraginta milia: longitudo septuaginta milia. Arist. de mundo c. 2. c. 814.
Orbis diuiditur in Africam, Asiam, & Europam; Arist. de mundo cap. 2. c. 814.
Orbis descriptus fuit sub Augusto Cæsare in annis 33, & descriptio facta fuit in septentrionalibus partibus a Theodoro philosopho; in meridionalibus, a Policeto sapiente; in orientalibus, ab Herodoto philosopho in occidentalibus autem, per itinera sua Romani sciuerunt, quia præcipue in occidente erant viæ, ac domini eorum. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 1. c. 101. col. 1.
Orbis in tres partes diuiditur, in Asiam, in Africam, & Europam: quamuis Africa malam præstet hominibus habitationem propter heremos, & venenatas bestias, & propter accensa loca, quæ sunt in ea. quæ partes si-

mul cuncte diuidunt habitabilem partem in quatuor; in orientalem, & occidentalem, septentrionalem, & meridionalem. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 1. c. 102. col. 1.
Orbis omnis nostræ habitationis habet maria mediterranea 30. & montana 30. & flumina famosa 57. Alber. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 1. c. 101. col. 2.
Orbis quarta orientalis ab oceano vsque ad mediū nostræ habitationis habet maria octo, montes septem, flumina magna 22. Albertus magnus de nat. lo. dist. 3. cap. 1. char. 100. column. 2.
Orbis quarta orientalis habet famosas insulas nouem, Hypopodes, Calbane, Sylephane, Theros, Cypros, Rhodos, Cytheas, Creta, Carpatas. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 1. c. 101. col. 3.
Orbis quarta orientalis habet famosas prouintias decem, Persis, India, Isauria, Adonis, Phenix, Mesopotamia, Sina, Palestina, Media, Syria. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 1. c. 101. column. 3.
Orbis quarta orientalis habet ciuitates famosas 66. Bizantium, Babylonia Aegypti, Hierusalem, Antiochia, Suthia, Seres magnum, Thesaboicha, Tiriddes, Sagon, Poliboca, Alexandrinopolis, Adlenice, Zolze, Palaze, Tharsis, Taloni, Cropites, Tarmenia, Obferachie, Ethergure, Fasogade, Ariduum, Marti, Stinothei, Cumidease, Saphanie, Caldea, Errhiodomo, Ananathe, Sabei, Mache, Persipolis, Anafauge Sufiani, Persis Syrici, Aduope, Cacha, Nilibi, Arnei, Alexandria, Commagena, Palmita, Damafon, Ioramis, Cliopolis, Appamea, Dapon, Laodine, Biblas, Binthos, Mobfi, Napanion, Suue, Thea, Anamarithes, Sebastes, Amphimoli, Foreamum, Cosinum, Coptis, Mithylene, Lambacum, Lignido, Corinthus, quarum multa nomina immutata esse possunt, & ipsa destructa. Albert. magn. de natur. loc. dist. c. 1. c. 101. col. 3.
Orbis quarta orientalis quinquaginta gentium diuersitates habuisse dicitur, Persas, Græchos, Scithas, Androphagorum, Isauros, Bessis, Sarachos, Radios, Hitquitos, Cuirtos, Sicius, Canos, Dornius Passitas, Parosin, Anartaces, Calernos, Carasinos, Masagetes, Parquosos, Anos, Datianos, Theamades, Spicentes, Vancas, Atagas, Atianos, Oretes, Androsos, Arabos, Sichæos, Ceos, Armadios, Hicaopagos, Peruados, Acefæos, Idu meos, Scomas, Catigicos, Oestiffios, Vllipios, Guados, Andeos, Passiones, Annifates, Allobroges, Allaudes, Ruptenos, Tarconos a quibus Teutonicos quidam venisse putant; Cebios, Antiquinos, Cenomanos, Discensos, Neberbios, quarum gentium nomina multa mutata sunt. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 1. c. 101. c. 4.
Orbis quarta pars, quæ continuatur Oceano ex parte occidentali habet maria 11. insulas 16. montes 15. prouincias 22. ciuitates 28. flumina 14. gentes 44. Albert. mag. de nat. loc. c. 2. c. 101. c. 4.
Orbis quarta septentrionalis habet maria nouem, insulas 22. montes nouem, prouincias 12. ciuitates 50. flumina 19. gentes 29. Albertus magnus de natu. locor. dist. 3. c. 3. c. 102. colum. 4.
Orbis quarta meridiana non satis nota est, sed vt Augusto nota fuit, maria habet duo, insulas 17. montes sex, prouincias 12. ciuitates 47. flumina duo, gentes plurimas. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 4. c. 103. col. 1.
Orcha (vt ait Plinius) est animal marinum ingens nullius figuram, nisi immensæ carnis representans, pugnat cum balenis prægnantibus, vel phocis. Alb. mag. de anim. l. 24. c. 1. c. 198. col. 4.
Ordeacea massa quo plenius tractatur, ac teritur, eo minus aluum subducere, leuigareque potest: triticea contra, quo plenius, eo magis. Vel quia triticea maiorem in modum contrita minuitur, lentum enim, quodque affici ita solet: tum ignis humorem panis vndique eximit; itaq; rigidiusculum humore sublato relinquit. Deniq; quâto plenius contretatur, & teritur, tanto rigidior

gidior redditur. partes enim singulas extenuari necesse est, & rigidius omne concoqui facilius potest. Ordeacea contra, quo amplius teritur, eo lentior, & humore imbibito euadit: & tenax, & lentum omne diuidi sane non facile potest; quia diuidendi facultate fit, vt egre concoquatur, quod enim concoctionem recepturum est, digeri in minima debet. Arist. proble. sec. 21. num. 8. chart. 542.
Ordei massa contrita minor, tritici maior reddi potest, quia ordeis massa contrita compefcitur, & confidet glutinamento humoris, quia rara est: triticea, quoniam ipsa admodum est collenatur, & extollitur. Ipsa nam omnia sub acta, per tritaque incallescunt, & incallescendo inflantur, & extolluntur, vt caro perficata extollitur. Arist. proble. sec. 21. nu. 9. chart. 542.
Ordeum attractantes imbellices efficiuntur, & destillationibus infestantur, qui triticum, sunt corpore bene habito: quia facilius triticum concoqui quàm ordeum potest; atque ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est. Arist. ibid. nu. 24. ch. 548.
Ordeum mori dicitur, si in cœnulentum feratur agrum, & in principio veris feminatur. Albert. mag. de veget. & plant. li. 7. tract. 2. cap. 1. chart. 177. col. 2.
Ordeum metendum est, antequam graha arefacta decidant, quia facile decidunt, cum non detineantur ab aliqua siliqua. Albertus magnus de veget. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 1. chart. 177. col. 2.

Ordinis diuisio.

Ordo duplex: alter secundum essentiam cuiusque predicamenti; alter secundum doctrinam, quo facile doceri possumus. Simp. in præd. ch. 40.
Ordo duplex: in mundo, & in causa mundi, vt alius est ordo in exercitu, & alius in Duce, ac Imperatore belli. Simp. in 2. phy. chart. 104. col. 1.
Ordo duplex: alter in exercitu, alter in militibus, & ex ordine exercitus fit ordo in militibus. Io. gram. in 1. de anim. text. 8. chart. 8. col. 1.
Ordo dupliciter consideratur: est enim ordo principiorum ad perfectionem principia conuenientium, & hæc est pars boni: & est ordo mensurarum, & figurarum partium in toto, & in comparatione ad formam. Albertus magnus in 12. metaphysicorum tra. 1. cap. 4. chart. 165. col. 4.
Ordo in rebus duplex est, vnus partium, totius, vel multitudinis ad inuicem; alius rerum in finem. D. Tho. ethicor. 1. l. 1. chart. 1. col. 1.
Ordo quadrupliciter ad rationem comparatur. Alius quem ratio non facit, sed solum considerat, & pertinet ad naturalem philosophiam, vt ordo rerum naturalium. Alius est ordo, quem ratio considerando facit in proprio actu, & pertinet ad rationalem philosophiam. Tertio, quem ratio facit in considerando in operationibus voluntatis, & pertinet considerare ad moralem. Quarto quem ratio considerando facit in exterioribus rebus, quarum ipse est causa, & pertinet huiusmodi consideratio ad artes mechanicas. D. Thom. ethic. 1. l. 1. chart. 1. col. 1.
Ordinata essentialiter duobus modis possunt ordinari. Vno modo ad aliquem primum, quod est finitæ perfectionis, & quod finitis modis est imputabile, & in sic ordinatis est dare statum. Alio modo possunt ordinari ad aliquem primum, quod est infinitæ perfectionis, & sic non habent statum, quia illud primum ex hoc, quod infinitum est, potest magis, ac magis attingi, ita vt ascendendo infinitæ formæ fieri possunt. Alexander de ales in secundo metaphysic. chart. 46. columna 1.

Ordinis causa, & natura.

Ordo omnis est ratio. Aristoteles phy. 8. su. 1. cap. 1. text. 15. chart. 198.
Ordo est propria sensibilibus natura. Arist. 3. de celo text. 24. chart. 339.
Ordinis causa est dignior ordine. Auerroes physico. 8. tex. 15. chart. 159. col. 1.
Ordo completus est agere alterum contrariorum continue. Auerroes octauo physicorum text. 15. chart. 159. columna 4.
Ordinem recipere nequit, quod ordine natura caret. Auer. 3. de cel. tex. 22. chart. 88. col. 1.

Ordo in quibus consideratur.

Ordo nullus esset in rebus nullo principio existente, perpetuo, separabili, & manente. Arist. 11. metaph. ex sum. 2. cap. 2. chart. 217.
Ordinata ad vnum omnia sunt. Arist. 12. metaph. su. 3. cap. 1. tex. 52. chart. 261.
Ordo in rebus saluari nequit, si non est dare vnū principium primum. Aristoteles 12 metaphysicor. su. 3. cap. 1. tex. 95. chart. 263.
Ordo, & finitio rebus perquam excellentibus maxime familiaria sunt. Theo. metaph. cap. 4. ch. 320.
Ordo consideratur, non tantum in quantis, quæ habent positionem, sed in his, quæ positione carent. Amm. in præd. chart. 58.
Ordo proprie in discretis consideratur, vt prius, & posterius in ipsis sumitur. Simp. in præd. ch. 35.
Ordo non est in infinitis. Simplicius in primo physicorum chart. 58. column. 1.
Ordo est in naturali generatione. Simp. in 2. physicor. tex. 62. chart. 134. co. 2.
Ordo in exercitu non est per se, sed ex eo quod est in Imperatore. sic in mundo ordo non est per se, sed ex eo, quod est in opifice. Ioan. grammatic. in 1. poster. cap. 18. chart. 41. col. 1.
Ordo non fit, nisi respectu alicuius primi positi, aut subintellecti. Auer. in 5. metaph. com. 16. ch. 57.
Ordo est magis in animalibus, quam in plantis. Auer. metaph. 2. tex. 83. chart. 38. col. 2.
Ordo, qui est inter habitum, & priuationem, est a natura: qui autem est inter affirmationem, & negationem, est rationis. Alb. mag. in præd. ch. 60. col. 3.
Ordo est in formis, vt quæcunque earum est prior, vt natura subiecta se habet ad sequentem, & sequens, vt determinans, & in numerum ponens se habet ad priorem. Albertus magnus de natur. & origi. vite. trac. 1. cap. 4. chart. 68. col. 3.
Ordo est in formis naturæ, nam cum sint quedam formæ, quæ tantum penitus separatae sunt: aliæ non sunt nisi imagines, & penitus coniunctæ, vt formæ corporum, oportet etiam vt sint mediæ, & hæc sunt, quæ animæ dicuntur. Albertus magnus contra. Auer. de vnita intel. cap. 5. chart. 81. col. 4.
Ordinare illius est, cuius prioris, & posterioris est habere rationem, ideo sapientis, qui omnium priora considerat, omnia est ordinare sequentia sapientia. Albertus magnus in prim. metaphysic. tractat. 2. cap. 3. chart. 59. column. 4.
Ordine in vno quoque, quod est, vel est primum, vel a primo. Al. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 3. ch. 4. col. 2.
Ordo omnium inferiorum dependet ab ordine superiorum. Diuus Thomas in secund. de gener. & cor. 1. 10. tex. 57. chart. 34. col. 3.
Ordo prioris, & posterioris inuenitur in diuersis, sed secundum, quod primo nobis notum est, inuenitur ordo in motu locali, quæ est motus sensui manifestior. D. Tho. 4. metaph. lib. 1. tex. 1. chart. 256.

Ordo

Ordo est in agentibus, ideo agentia inferiora semper respiciunt agentia superiora. Alexander de ales in 2 metaphys. chart. 29. col. 4.
Ordo in agentibus est, vt ordo in loco, vel in tempore. Alexander de ales in secundo metaphysicorum ch. 40. columna 3.
Ordo vbicunque est, aliqua diuersitas est. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 15. chart. 127. col. 1.
Ordo per se esse debet inter mensuram, & mensuratū, qui ordo vel est infra vnitatem analogiæ: vel illa, quæ ordinatur, sunt infra vnitatem generis: quia ordinē accidentalem tantum habent, quæ sunt infra vnitatem speciei. Alexander de ales in 10. metaphys. tex. 4. ch. 282. columna 1.
Ordo, & ratio fere idem sunt, & tunc est reuera ordo, cum eius partes ita inuicem coniunguntur, vt nihil merito intercipi queat. Daniel Barb. 3. rhetoricorum cap. 19. chart. 182.
Ordinis vis est, vt quā primum rebus adest, statim vsus, & numerus eorum appareat. Daniel Barb. 3. rhetor. cap. 19. chart. 183.
Ordo librorum priorum est, vt sequatur librum de interpretatione. Ioannes grammaticus in primo prior. chart. 2. column. 4.
Organorum diuersitas artificum, est propter diuersitatem artium, & non econtra. Albert. mag. de natur. & orig. ani. tra. 2. cap. 8. ch. 74. col. 3.
Organum proprium, quod habet in corpore, coniunctū est, & non habet esse separatum ab anima; intellectus autem habet manus, quæ sunt organa eius, in corpore: igitur non habet esse separatum ab anima, ergo numeratur numero hominum. Alb. mag. cōtra. Auer. de vnit. intel. cap. 5. ch. 81. col. 3.
Organorum multitudo, quæ est in corpore, est propter multitudinem potestatum, quæ sunt in anima: & vt est relatio, & colligatio membrorum ab vno, quod est cor, ita est relatio potestati, & fluxus ab vna anima, quæ est cordis. Alber. magn. de princ. mot. proces. tr. 2. cap. 11. chart. 184. col. 3.
Organorum fistulæ magis plumbeæ quam cupreæ esse debent, ne sonus sit nimis acutus. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 22. chart. 19. col. 4.
Organa vitæ, & sensus in pluribus sunt eadem, quia in animalibus sentire est esse. Alb. magn. de ani. l. 16. tr. 1. cap. 11. chart. 139. col. 2.
Organum omne, vt organum, ad vtentem, & ad vsum refertur, & definitur. Albertus magnus ethic. primo tract. 3. cap. 9. chart. 8. col. 1.
Organorum diuersitas necessaria est in corpore suscipiente vitam propter diuersas operationes animæ. Diuus Thomas in secundo de animal. lib. primo text. 6. chart. 21. col. 2.
Organorum olfactus in homine differt ab organo aliorum animalium. Diuus Thomas in 2. de anima. l. 20. text. 100. chart. 41. col. 3.
Organum sensus cum potentia illa, vt puta oculus, est idem subiecto, sed esse aliud est, quia ratione differt potentia a corpore. Diuus Thomas in 2. de ani. l. 24. tex. 122. chart. 46. col. 1.
Organū vnum quodque sensus susceptiuum est speciei sensibilis sine materia. D. Tho. in 3. de ani. lec. 2. text. 138. chart. 49. col. 1.
Organum odoratus est aquæ, vt aqua est potentia calidum, quod est ignis. Diuus Thomas de sens. & sens. l. 5. chart. 6. col. 4.
Organum visus est aquæ, vt est perspicua, & per consequens lucida in potentia. D. Tho. ibid.
Organa gustus, & tactus sunt terreæ, & iuxta cor. Diuus Thomas ibidem.
Organum vnum primo, & per se ordinatur ad vnam operationem. Petr. de aluer. de iuuent. sen. vit. &

mort. susp. l. 13. chart. 76. columna 3.
Oricalchi in Pheneo appellati inueniuntur, quibus inscriptum erat Hercules Amphitryonis Helide capta dicauit. Helin enim ceperat vxoris ductu iuxta oraculam, cuius patrem Ageam iupridem interfecerat. Ceterum cum es effodiunt, acutissimi visus eliciuntur & palpebris carent: quo circa eris flore, cinereque phirgio ad oculos vtuntur. Ari. de admit. aud. numer. 57. chart. 849.
Oricalchum est speciei materiæ, quæ nunc non inuenitur id est album æs. Ioannes grammaticus in 2. post. cap. 7. chart. 51. col. 4.
Orientis partes eminentiores sunt quam occasus, quod patet ob maris occidui, magnitudinem, & latitudinem. Arist. probl. sec. 26. num. 1. ch. 579.
Oriens proprie est pars, ex qua cœlum mouetur. Auer. 2. de cœl. tex. 13. chart. 48. col. 2.
Orientis angulus significat complexionem, formam, figuram, colorem, motum, & fortunam. Alber. magn. in præd. chart. 19. col. 1.
Origanum est herba calida, & sicca, abstergit vehementer, confert hepati, & stomacho, & prouocat vrinā. Albertus magnus de veget. & plant. l. 6. tracta. 2. cap. 14. chart. 168. col. 3.
Orioli aues sunt a tono vocis, sic vocatæ, coloris aurei, & in aitis crocea quadam varietate distinguuntur, & sunt de generibus picorum; artificiose nidum in ramis pendente faciunt. Albert. mag. de anim. lib. 23. cap. 24. chart. 194. col. 2.
Orionis ortu cur dies maxime variantur, & status importuni mouentur? quia in mutatione varia omnia maxime sunt, quæ non vno certoque tempore, motuque distribuuntur, at oritur orion ineunte autumno, occidit hyeme: ergo quia alio tempore incipit, alio cessat, status inconstantes esse necesse est, & sic turbulentum, & inæquabilem esse orionem necesse est. Arist. probl. sec. 26. nu. 14. ch. 587.
Orionis ortum tempus præcedens est tranquillum: in ortu autem byemales occidunt venti. Alexander aphr. in 2. meteor. cap. 5. com. 24. ch. 50. col. 1.
Orion lapidi inscriptus victoriam confert. Alb. mag. 2. de miner. trac. 2. cap. 5. ch. 143. col. 2.
Orizonti contrarium est medium. Auer. ex parapho. in 4. de cœl. tex. 4. ch. 150. col. 3.
Orphanus est lapis in corona Romani Imperatoris extensus, nunquam alias visus, colore vinosus, vinosum habens subtilem. Seruat (vt aiunt) honorem regalē. Albertus magnus in 2. de miner. ex tractat. 1. cap. 13. chart. 14. columna 2.
Orsodagne, quas mordellas appellat, sunt ex vermibus immutatis, qui in brallicæ caule creantur. Aristot. de hist. anim. 5. cap. 19. chart. 129.
Os est pars in animali, qua cibus recipitur. Arist. de hist. anim. 1. cap. 2. chart. 10.
Os est, quod inter maxillas, & labra describitur, cuius partes, palatum, & fauces, & pars sentiens saporem, lingua. Aristoteles de historia animalium primo capit. 11. chart. 23.
Os aliis animalibus rescissum est, vt cani, leoni, & omnibus, quibus dentes ferati sunt; alijs paruum, vt homini: Alijs mediocre, vt suis, & equo fluuntiali, quæ gignit Aegyptus. Arist. de hist. ani. 2. cap. 7. ch. 48.
Os natura præter alia officia ad spirandum quoque animalibus data est iis, quæ spirant. Arist. de partibus animalium 3. cap. 1. chart. 466.
Os rescissum fecit natura ijs animalibus quæ mordent, quia huius oris maior ijs esse debet. Aristot. de partibus anim. 3. cap. 1. chart. 466.
Os piscibus alijs est ante, alijs parte supina, vt delphinis, & cartilagineo generi, quod facit natura, quia hæc rapina viuunt, vt multi pisces ab ipsis non capiuntur, & ne

ne breui etiam pereant. Aristoteles de partibus ani. 4. capit. 13. chart. 555.
Os ieiunum, cur grauius olet? Quoniam stomachi egritudo, nisi cibo recenti temperetur, insuauem exhalationem reddit. Alexander aphrodisæus proble. 2. num. 126. chart. 773.
Os creatum fuit ob quatuor vtilitates: vt cibus, & potus in eo ingrediatur: secundo est ingressus aeris per ipsum anhelitum: tertio est vox: quarto voracitas, & incisio. Auer. de partib. anim. 3. cap. 1. ch. 79.
Os optimus status est, cum nec nimis humilis est. Alb. magnus de animalib. tractat. secundo libr. primo cap. 9. chart. 11. column. 1.
Os, ac labiorum humilitas timidi, & maligni est signū. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 9. ch. 11. col. 1.
Os, ac labiorum prominentia stultitiam, loquacitatem, & audaciam indicant. Albertus magnus de ani. l. 1. tra. 2. cap. 9. chart. 11. col. 1.
Os paruum muliebre est, & conuenit tam animis effeminatis, quam vultui muliebri. Albert. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 9. chart. 11. col. 1.
Os magnum, & viris conuenit, & virilibus mulieribus. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 9. ch. 11. col. 1.
Os multum dilatatur, quamquam sit rectum, & deductum, voracem, immitem, impium, & bellicosum indicat. Alber. magn. de animal. l. 1. tract. 2. cap. 9. chart. 11. columna 1.
Os cum longe prominet, & est rotundum cum spissitudine labiorum, & aliquantulum retortum, ac si reparatum in labii extremitate est mundum, stultum, velocem, & forte futurum epilepticum ostendit. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 9. ch. 11. col. 1.
Os apertura in inferiori parte in duo diuiditur foramina, quorum vnum est ante in gutture, & est foramen vocis, & est arteriæ tracheæ: aliud est posterius super colli spondile, quod est foramen cibi, & meri siue isophagi. Albertus magn. de ani. mali. l. 1. tract. 2. cap. 10. chart. 11. col. 1.
Os magnum habent quædam animalia, vt quæ dentes serratos habent, vt leo, canis, & leopardus: alia parui oris sunt, vt homofimia. Alber. magn. de ani. l. 2. tra. 1. cap. 1. chart. 71. col. 4.
Os superficiem inferiori cōtinua est inferiori stomachi, & meri. Albertus magnus de ani. l. 7. tract. secund. cap. 4. chart. 42. col. 3.
Oritus tres habet species: vna nigra, & rotūda: alia viridis, maculas habens albas: tertia, cuius altera pars est aspera, altera placet, & est colore simili ferri laminæ: vnctus oleo rosato, & gestatus præseruat ab aduersis casibus, & pestiferis morsibus reptilium. Albertus magnus in secundo de minerali. ex tract. 2. capit. 13. chart. 141. col. 2.
Ori animal est capræ similis, quantitatis hirci habens barbam sub mento, in heremo habitans, & facile decipitur ad laqueum, pilus eius vertitur ad caput. Alb. magnus de ani. l. 22. tra. 2. cap. 1. ch. 182. col. 2.
Ornatus est perfectio vniuscuiusque rei, quæ extremorum priuatione emendatur, exuperantiæ scilicet, & defectus. Ammo. in porphy. ch. 3. col. 1.
Ortus est, cum, quæ nulla erant, in statum transferuntur. Ammo. in por. chart. 12. col. 4.
Ortus, & interitus mutationes non sunt, sed sine mutatione non fiunt. Ammo. in porphy. ch. 12. col. 4.
Ortus dupliciter dicitur: alter simpliciter, qui est de substantiis: alter quidem, qui est ex accidentibus, vt ex homine non album in album. Simplicius in 5. physic. text. 7. chart. 295. col. 2.
Ortus, interitus, & ipsum esse in naturalibus insita sunt. Simp. in 5. phys. chart. 307. col. 1.
Ortus, & occasus cuiuslibet cœli secundum veritatem rei dupliciter est attendendus. Primo secundum lō-

gitudinis motum, qui est super arcum, qui est inter occidentem, & orientem. Secundo secundum latitudinis motum, qui est super arcum, qui est inter æquinoctialem, & polum circuli signorum, & polum mundi. Albertus magnus in secundo de cœlo trac. 1. cap. 6. chart. 6. columna 4.
Ortus duplex: cosmicus, & eliacus: Cosmicus est cum oritur in mundo. Eliacus, cum oritur in mane de sub radiis Solis. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 1. cap. 17. chart. 98. col. 3.
Os citanti sæpe in oscitando respondemus, & cum mingentem quempiam videmus, ad mingendum mouemur, quod iumentis præcipue accidit, propter memoriam, mouemur enim ea ipsa parte, quoties meminerimus; hominibus autem quia sensu præditi sunt faciliore, statim vbi viderint, euenit, vt moueantur, & reminiscantur: iumentis autem vidisse non satis est, sed alio quoque sensu opus est. Quamobrem addito olfactu mouentur, quoniam sensus hic in brutis mobilior est. Vnde fit, vt eodem in loco sequentia mingant omnia, quo primum eminxerit: tunc enim præcipue mouentur cum olfaciūt, olfaciūt aut postquam appropinquarint. Arist. probl. sec. 7. quæ. 2. ch. 411.
Oscitatem qui viderint, cur oscitare incipiant? quoniam natura animantium consentiens inter se, affici mutuo aptissima est, maximeque brutorum. Alex. aphrodis. probl. pri. num. 34. chart. 675.

Ossium causa.

Ossa ob carnem facta a natura, & caro circa ea consistit, vinculis modo fibrarum tenuibus adhærens, quæ ossa si mouentur, flectendi causa sunt. si immobilia manent conseruandi gratia, vt costæ, quæ petus salutis viscerum gratia claudunt. Ari. de partib. animal. 2. capit. 6. chart. 445.
Ossibus magis indiget natura, quam medullis. Michal ephes. de partib. anim. 2. cap. 2. ch. 62.
Ossa aliqua fiunt, vt repleant vacuitatem aliquorum membrorum, vt quædam parua ossa replēt vacuitates, quæ sunt inter articulos digitorum pedis, & manus, quæ sunt fere in figura lentis. Secundo, vt in ipsis suspendantur quædam membra, vt os epiglottale in gutture. Tertio, vt sit loco basis alicuius membri nobilis, ut os cordis in homine. Albertus magnus de animal. l. 1. tract. 2. cap. 1. chart. 6. col. 1.
Ossium foramina ob duas causas sunt: maiora ob ligamenta: minora propter nutrimentum ossium. Alber. magnus ibidem.
Os per tres causas factū est: primo, vt sit corporis fundamentum, in quo tota consistit machina corporis: secundo, vt sit arma corporis: tertio, vt sit corporis sustentatio. Albert. magn. ibid.

Ossium natura.

Ossa, & venæ similes sunt: vtraque enim ex vno cōtinua sunt, non enim inuenitur, os nec uena seorsum separata, sed continua, & os aut tangit, aut annectitur, vt natura, & tanquam uno, & continuo, & tanquam duobus, & distinctis ad flexum utatur. Ari. de partib. anim. 2. cap. 9. ch. 444.
Ossis, & cartilaginei eadem est natura, quamuis secundum magis ac minus differant: ideo neutrum præcisum recrescere potest. Arist. de partib. animal. 2. cap. nono, chart. 457.
Ossa, cur quæ validiora sunt, ex lapsu, casuque frangantur: caro, quæ mollior est, ictus iniuriam euadit? quoniam ossa renitentur, caro autem cedit. Alex. aphro. proble. 2. nu. 24. chart. 734.
Ossis, & cartilaginei natura eadem est, nec differt, nisi secundum

secundum magis, & minus. Alb. magnus de anim. l. 12. tract. 2. cap. 8. chart. 108. col. 4.

Offium coniunctio, & fundamentum.

Ossa omnia inter se apta vnam continuant seriem modo venarum, nec est aliquid os, quod seorsum ipsum per se maneat. initium in omnibus, quæ ossibus constant, spina est: quæ compacta ex vertebra, a capite ad coxas porrigitur. Aristoteles de historia ani. tertio cap. 7. chart. 75.

Oscapitis continuum est, nouissimis superimpositum vertebra, quod Calua dicitur. Eius pars ferrata Sutura nomine significatur, & pars hæc non est similis in quoque genere animalium. Alij ossæ continuo calua perficitur, vt cani: alijs compacta, vt homini, eiusque scæminæ futura circulariter est. Mari tres in summum verticem ascendunt future, cocuntque in figuræ triangulæ speciem, sed iam, & viri caput sine futuris visum est. Aristoteles de historia animalium tertio cap. 7. chart. 85.

Ossium principium est spina dorsu. Aristot. de parti. ani. 2. cap. 9. chart. 445.

Ossis cum ossæ coniunctio in corpore hominis fit tribus modis: est enim laxa, stricta, & media inter laxam, & strictam. laxa fit, vt vno modo ossæ aliud, non moueatur. stricta est, cum nullo modo vnum os mouetur, nõ moto alio. Inter laxam, & strictam est, cum difficulter vnum sine alio mouetur. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 1. chart. 6. col. 2.

Oss ligatur fere in animalibus tribus modis. Primo seralitet, vt vtrunque habent dentes, qui se inuicem recipiunt, vt ossa crahei. Secundo per in castrationem vnius in alio, ita vt vnum det locum per formã, quæ est in ipso, & alterum infigitur illi, vt dentes in viraque mandibula infiguntur. Tertio per contignationem, & colligationem ligamentorum fortissimam cū vnum directe ligatur super planum alterius, vt spondiles in dorso. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. prim. chart. 6. col. 2.

Ossium rectã colligationem in collo esse oportuit, alioqui non portaret caput, & quia flexibile esse oportebat, ideo ex multis ossibus factum est. Alber. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 11. char. 12. col. 1.

Oss lauda, quæ est vltima in dorso, ex tribus componitur ossibus cartilaginosis firmiter, & stricte colligatis, & vltimum est acutum, in quo deficit foramen, p quod descēdit nucha, & sunt foramina in vtroq; latere, ex quibus nerui a nucha oriuntur ad motum membrorū corporis pertinentium. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 11. chart. 12. col. 4.

Ossa in corpore hominis sunt 272. non computantes ossa sinonima, repletia vacuitates laxarum iuncturarum in digitis pedum, & manuum, nec os cordis, nec os epatis. Albertus magnus de animal. l. 1. trac. 2. cap. 13. chart. 13. col. 4.

Ossa duo relicta sunt sub naso, quæ latent in quatuor diuidentes lineas, quarum vna diuidit secundum latitudinem nasi terminatam ad lineam de medio superciliorum venit ad caninū, & altera parte terminatur ad similem lineam in sinistra, & in medio distinguuntur per lineam perpendiculariter de pūcto medio superciliorum, & terminatur inter duos dentes interciiores, & distinguuntur hæc ossa inferius ad originem dentium, & sunt quadrangula omnibus lineis inæqualibus: longior enim est linea originis dentium quam opposita illi sub canibus; & longior est linea oblique descendens ad caninos, quam perpendiculariter descendens ad incisorum medium. Alb. mag. de ani. lib. 1. tra. 20. cap. 6. ch. 9. col. 5.

Ossium omnium fundamentum, sunt spondilia, quæ sunt

in figura, quasi armillarum rotundarum, & initium eorum est in parte capitis, vbi caput, & os capitis cum primo spondili coniungitur. Alber. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 1. chart. 39. col. 2.

Ossa, & cartilago facta sunt, vt sint scutum, & defensio, & sustentatio totius corporis. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 2. cap. 6. chart. 107. col. 3.

Ossa, quæ habent, & numerus.

Ossa delphinus habet, non spinas. viuiparum enim est. Aristoteles de partibus animalium secundo, cap. 9. chart. 446.

Ossa genarum, & orbitarum oculi sunt sex. Primum est os genæ dextræ. Secundum est os genæ in parte sinistra, & hæc ossa descendunt vsque ad diuisionē per mediū palatum, vel per medias fauces, & terminantur in faciem in diuisionem, quæ per intermedium superciliorum descendit, & ad dentes caninos in parte terminantur. Tertium est, quod super illud iacet in superiore parte orbitæ oculi vsque ad mediam orbitam, & incipit a diuisione superciliorum, quæ venit ab aure, & vocatur superius os orbitæ oculi dextri, & simile huic est in parte sinistra, quod est quartum.

Quantum est os inferius orbitæ oculi dextri, & incipit a diuisione, quæ est in orbita oculi, & extenditur vsque ad os genæ dextræ, & sextus est per omnia similis illi in oculo sinistro. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 6. chart. 9. col. 2.

Ossa superioris mandibulæ constant ex duobus in medio fortissimè coniunctis: vnum est dextrum veniēs a tempore dextro, & curuatur vt in eo nascantur dentes inferiores, & superiores: in tempore habent nodum, quod vncatur additamentum, per quod ligatur ad os petrosum dextrum: & alterum per omnia est simile illi in sinistra parte. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 6. chart. 9. col. 3.

Ossa capitis, præter dentes, sunt 27. & cū dentibus 59. si dentes sunt 32. si. 28. 55. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 6. chart. 6. col. 3.

Ossa sunt spina, vngues, & cornua. Alb. magn. de ani. l. 12. tract. 2. cap. 6. chart. 107. col. 3.

Os in corde in quodam genere bouum reperitur, & in corde equi, & cerui, & hominis antiqui. Alb. mag. de ani. l. 13. tra. 1. cap. 4. chart. 114. col. 3.

Ossium accidentia.

Ossa eiusdem animalis, alia medullam in se continēt: alia minime, vt leonis. Aristoteles de histo. ani. 3. capit. 7. chart. 85.

Ossa cæterorum animalium sanguineorum, aut paulo inter se differunt, vt auium: aut proportione eadem sunt, vt piscium. qui enim inter eos animal generant, cartilaginem pro spina habent, quæ cartilaginea appellauimus. quæ autem oua pariunt, spinam continent, quæ perinde, vt deorsum, in quadrupedum ordine, habetur. Arist. de hist. ani. 3. cao. 7. ch. 86.

Ossium tepor sanguinem concoquit. Arist. de partibus anim. 2. cap. 6. chart. 438.

Ossibus durioribus constant mares quam toemine, & quæ carniuora, quam quæ alio cibo vescuntur. Arist. de partib. ani. 2. cap. 9. chart. 446.

Os, si esset in animali non continuum ossi læderet animal, & pungeret, vt spina. Aristoteles de partib. anim. 2. cap. 9. chart. 444.

Ossa certo termino augentur: nam, si semper auerentur, animal quoque, in quo ossa, vel proportionale ossis est, aueretur quãdiu viueret. His magnitudinis animalium meta describitur. Aristoteles de gener. anim. 2. cap. 4. chart. 174.

Ossa

Ossa manus, & pedis, & tibiæ, & cubitus ad motum instituta sunt, flectendi scilicet, & ambulandi, sed & fulcimenta in his ipsis fere consistunt. Arist. de spiritu. cap. 4. chart. 907.

Ossa capitis contegunt, & capiunt cerebrum ipsum, & omnia, quæ medullam in se obtinent, contegunt, & capiunt ossa. Arist. de spiri. cap. 4. ch. 907.

Ossa laterum claudunt. Aristoteles de spiritu. ca. quart. chart. 907.

Ossa non sunt sensitiua, quia nec mediorum rationem ad sensum obtinent, connaturalia scilicet existentia iuxta vegetatiuam vitam. Simplicius in 2. de anima. tex. 106. chart. 43. col. 1.

Ossa sepulta, sunt albiora, quam non sepulta, quia calor in terra condensatus fortior est, & decoquendo extrahit humidum pingue, quo extracto, sunt ossa albiora. Albertus magnus in quarto meteoro. tra. 1. ca. 9. chart. 119. colum. 1.

Ossa petrosa, sunt ossa capitis, paries scilicet dexter, & sinister sub craneo dextro, & sinistro. Alber. magn. de ani. lib. 1. tra. 2. cap. 6. ch. 9. col. 1.

Os est intus scabrosum, & extra planū, & forte est circumpositum additamentis quibusdam, ne sua asperitate lædat carnem, & nervos. Alb. magn. de ani. lib. 1. tractat. 2. cap. 1. chart. 6. col. 1.

Os rectum, quod est sub illis, est latum valde, sicut basis dorsu superioris, & ab ipso egrediuntur nerui pedis. Albertus magnus de animal. lib. primo tract. 2. capit. 11. chart. 12. col. 1.

Os frontis, & os sincipitis inter se sunt æquales. Alber. magnus de animal. lib. primo, tractat. secundo, capit. 26. chart. 22. col. 4.

Os, quod craneum, siue testa capitis vocatur, secundum aliam, & aliam dispositionem se habet in animalibus: nanque in cane, & serpente ex vno ossæ est, in homine ex pluribu. Albertus magnus de anima. lib. 3. tra. 2. cap. 1. chart. 39. col. 3.

Os sicut non recrefcit, nec consolidatur post præcisionē partis abiectæ, sic nec recrefcit, nec consolidatur cartilago. Albertus magnus de animal. lib. 3. tractat. 2. cap. 1. chart. 39. col. 4.

Ossa masculorū sunt fortiora ossibus feminarum. Alb. mag. de ani. l. 12. tr. 2. cap. chart. 108. col. 4.

Ossa an nutriant, & sentiant.

Ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur. Ari. 1. de ani. sum. 3. cap. 5. tex. 75. ch. 609.

Ossibus, capillis, & huiuscemodi partibus nõ sentimus, quia terrea sunt. Aristoteles tertio de ani. sum. 3. cap. 2. tex. 66. chart. 671.

Ossa, & pili, cum habeant paruam humiditatem paruam nutriunt, sed minus pili, quam ossa. Alb. mag. de nutr. & nutr. tr. 1. cap. 1. chart. 63. col. 4.

Ossium nullum, præter dentes, habet sensum, hoc est, vt inter calidum, & frigidum discernant. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 6. char. 9. col. 3.

Os si excoriatur, tela, quæ ipsum inuoluit, non sentit, ideo merito tela, vel panniculi sentit os. Alb. mag. de ani. l. 3. tra. 2. cap. 5. chart. 43. col. 1.

Ossa auis est alba, cygno maior, vel æqualis, quam tamen quidam volinatum vocant, rostrum habet valde longum, & forte, & saccum magnum, ex rostri inferiori parte ante pectus pendentem, in amplis aquis, & piscosis habitat. Albert. magn. de animalib. lib. 23. cap. 24. chart. 294. col. 2.

Ostentia siue asseroria demonstratio excellentior est ducente ad impossibile, cum id, quod concludit, intendat ostentia, ducens ad incommodum, contrarium intendit eius, quod tuetur. Themist. in primo poster. cap. 42. char. 7. col. 4.

Ostentio vniuersalis est syllogismi, inductionis aut eius, quod sub vniuersali est: sub syllogismo ordinatur enthimema, sub inductione exemplum. Alex. aphro. in 1. tup. cap. 10. char. 14. col. 4.

Ostentatiui est laus, & vituperatio. Aristoteles rhetori. primo, chart. 16.

Ostreis, qua cænum, ibi origo consistit. Arist. de histor. animal. quinto, cap. 15. chart. 167.

Ostreacea mouentur quidem, sed præter naturam, nõ enim mobilia sunt, sed vt stantia, & adhærentia mobilia, vt progredientia vero stare videntur. Aristot. de animal. inces. cap. 18. char. 586.

Ostrea, ac spongiæ cum progredi nequeant, sunt tertiu quid inter plantas, & animalia. Ammonius in Por. chart. 7. colum. 4.

Ostreale animal est multæ superfuitatis, magis quam aliquod aliud animal. Albertus magnus de ani. l. 4. tr. 1. cap. 5. char. 48. col. 3.

Ostreorum modum generationis alterat, & digerit calor terræ, & maris, cum virtute cœlesti. Alb. mag. de anima. l. 17. tr. 2. cap. 5. char. 151. col. 1.

Ostrea (vt ait Plinius) sunt species concharum, quibus cancri lapides iniiciunt, & carnes deuorant. Albert. mag. de ani. l. 24. cap. 1. ch. 198. col. 4.

Othus auis est, bubone minor, & noctua maior: figurã habet bubonis, & ideo a multis bubo vocatur, nocte muribus insidiatur, & clamor eius est bulhu, ac si homo vocet frigore confectus. Albert. magn. de ani. lib. 23. cap. 24. chart. 194. col. 2.

Ouin natura, & accidentia.

Oua posita in aqua, cui sit immixtum sal, supernant. Aristoteles meteor. secundo sum. prim. capit. tert. chart. 507.

Ouum qualitates omnes elementorum complectitur. Testa terræ proxima est sicca, & frigida: albumen aque, frigidum, & humidum: & spiritus in albumine contentus aeri respondet: vitellus ignem repræsentat: plus enim calidus, minus siccus est, neq; colore igneo vacat, & tandem vniuersi faciem præsefert in spheræ formam conglobatum, & vitalem potentiam continens. Alex. aphr. probl. 2. nu. 89. ch. 764.

Ouum quid est, quæ pariunt, & quæ custodiunt.

Oua, quæ pariunt, alia imperfecta emittunt oua, vt pisces, quorum foras perficiuntur oua: alia perfecta, vt aues, & quadrupedes. Aristotel. de gene. uni. 1. cap. 8. char. 105.

Ouum, & vermis in hoc differunt, quod ouum est, cuius ex parte animal gignitur, reliquum cibus ei, quod gignit est: vermis, ex quo toto animal gignitur. Ari. de gener. ani. 2. cap. 1. char. 141.

Ouum nullum animal exanguie generat. Arist. de gen. anim. 3. cap. 1. char. 189.

Ouum in se continet, & materiam animalis, & satis cibi ad incrementum. Aristoteles de gene. animal. tert. capit. 2. chart. 194.

Oua oriuntur incubante aue, & si locus sit tepidus, aut tempus temperatum, concoquuntur sine parentis incubitu. Arist. de gen. ani. 3. cap. 2. char. 195.

Ouum est excrementū monstruosum in femina. Auer. de gene. ani. 3. cap. 1. char. 231. col. 3.

Oua inueniuntur, quæ gemellos faciunt, sed frequenter vnusest paruus, alius maior. Alber. magn. de ani. l. 6. tract. 1. cap. 5. chart. 58. col. 1.

Ouantium quædam sunt teste dure, & duos humores, album, & citrinum in se continent, & hæc sunt oua auium omnium apud nos notarum. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 5. ch. 4. col. 3.

Ouo-

Ouorum custodiam in omnibus aibus feminae magis inueniuntur habere, quam mares, sed instructio non custodit, nec fouet, sed in loco calido ponit ea sub arena, nec natos exeuntes nutrit, quia statim nati per se comedunt, & fabula est, quod visu foueat. Alb. mag. de ani. lib. 6. tract. 1. cap. 3. ch. 57. col. 1.

Ouum cum perfectum est, & quomodo exit animal.

Ouum id ex fetibus perfectis vocamus, cuius ex parte principio animal consistit, reliquum vero est alimentum ei, & gignitur. Arist. de hist. ani. 1. ca. 5. ch. 13.

Oua operiri, & excludere fixum, non solum ex auiu incubitu accidit, sed etiam sponte in terra, ut in Aegypto obrutta simo pullicem procreat: & Syracusis potator quidam, ouis sub floribus in terra positus, tandem potabat, donec oua aderent foetu. Iam vero, & cum in vasis quibusdam tepidis oua essent coacta, sponte oua pullos prompserunt. Arist. de hist. ani. 6. ca. 2. ch. 196.

Ouum concipit femina, quae coerit superius ad septem transuersum, quod primo minutum, & candidum cernitur, mox rubrum, & cruentum, deinde inherescens luteum, & flauum efficitur totum, & dum exit, putamen est molle, sed statim durefcit. Arist. de hist. ani. 6. cap. secund. chart. 196.

Oua, quae binis constant vitellis, geminos excludunt, ita ut alter sit maior, alter minor, & tandem in monstrum degeneret, qui minor nouissime prouenit. Arist. de hist. ani. 6. cap. 3. chart. 202.

Ouum tunc est, cum album est, & ante imperfectum est, consistit enim ex luteo, & albo. Ioan. gram. de generat. anim. 1. ca. 20. char. 25. column. 3.

Oua gallinarum.

Oua gallinae pereunt, si ea incubante, tonat. Arist. de hist. ani. 6. cap. 2. chart. 197.

Ouum gallinae in principio non apparet, nisi citrinum, & cum inceperit infusari substantia oui, & completi, diuiditur substantia alba à citrina, & citrinum ponitur in medio in cibum, & album in circuitu, ut ex ipso fiat substantia membrorum radicalium. Albert. magn. de ani. lib. 6. tract. 1. cap. 2. ch. 56. col. 3.

Ouum gallinae secundum quod a femine galli concipitur, ab undecimo die feminis concepti completur in quantitate, & figura ad emissionem oui. Alb. mag. de ani. lib. 6. tract. 1. cap. 4. ch. 57. col. 2.

Oui conceptus in gallinis duplex est. Vnus a femine galli, quod primum intra matricem concipitur, & attrahit materiam oui, & format eum. Alius est, cum femine galli receptum inuenit materiam oui venti in matrice, aut in parte, aut in toto praeter pellem, & testam completam tunc enim ei sociatur, & fecundat totum ouum. Albertus magn. ibidem.

Oua gallinarum tres pelliculas naturales habent: prima testae coniungitur, & est, ut dura mater in cerebro: secunda intra istam, & est, ut pia mater: tertia includit vitellum oui. Albert. mag. ibid. col. 3.

Ouorum corruptionis causa, & nutrimenti.

Ouum, cur pressum utroque extremo ambabus manibus rumpi nequeat, pressum latere facile rumpitur, quoniam per angulos tantum suis manibus reuoluitur opprimentibus. Est enim angulus, quod quaque in structura validius consistit. Adde, quod pressum per extrema, parte minima sentit: per latera, parte ampla conflictatur, ut facile destrui possit. Alex. aphr. problematum 2. nu. 49. char. 74. 1.

Oua ob quatuor causas in genere corrumpuntur, ita ut non exeat ex eis pullus, sed moriatur in eis. Prima,

cum albuginis humor corrumpitur, quia non obediunt formatae, ut ad formam animalis deducatur. Secunda, si corrumpitur humor citrinus, ex quo supplementum, & cibus pulli trahit nequit. Tertia ex corruptione secundinarum oui, & filorum, qui extenduntur per albuginem: confunduntur enim humores albi, & citrini. Quarta est antiquitas oui, quia euaporat virtus formatiua, & citrina pondere suo penetrat albuginem. Alb. mag. de ani. lib. 6. tr. 1. cap. 2. ch. 56. col. 4.

Ouum nutritur in aibus, quia quaedam pars telae inuoluentis ouum, quae intra auem primo est mollis deflectitur ad matricem per modum vitellus in animalibus, & est a parte oui acuta, & inde fugit: & cum completur ouum in testa remanet, & exsiccat, & extenditur in telam, quae ouum inuoluit. Alb. mag. de ani. lib. 18. tr. 1. cap. 3. chart. 147. col. 2.

Oui color, & forma.

Oua auium, alia candida sunt, ut columbarum, & perdicam: alia pallida, ut palustrum: alia punctis distincta, ut meleagridum, & phasianarum. Rubrum tinunculi est modo minij. Aristoteles de historia animalium 6. cap. secund. char. 196.

Ouum in se suum habet discrimen, quippe quod parte sui acutum, parte latius sit, qua parte latiore exit, cum gignitur. Aristoteles de historia animalium sexto, cap. secundo, chart. 196.

Oua, quae oblonga sunt, & fastigio cacuminata, foeminae edunt, quae rotundiora, & parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent, marem gignunt. Aristoteles de historia animalium 6. cap. 2. char. 196.

Ouum piscium non bicolore, ut auium, sed unicolor omnium est, & plus albi trahens, quam lutei, tam ante, quam postea, cum fetus insidet. Aristoteles de historia animalium 6. capit. 10. chart. 208.

Ouorum bicolorem e quibus animal gignitur, animal initium suae generationis ex candido sumit; initium enim animale est in candido, cibum a luteo. cap. Arist. de generat. anim. 3. cap. 1. char. 190.

Oua, qua parte vtero adherent, ea parte in ipso feceruntur principium genitale, ideo non est plane rotundum, sed altera parte acutius, quia in illa parte differre oportet, in qua est illud principium, & in ea est durius. Arist. de generat. ani. 3. cap. 2. char. 192.

Ouum molle exit, & statim egressum refrigeratum duratur euaporato humore, qui exiguus inest. Arist. de generatione anim. 3. cap. secundo, char. 193.

Ouorum incrementum fit a parte acuta, quod in eiectionis inchoatis ouis patet. Aristoteles de generatione animalium 3. cap. secundo, char. 193.

Ouum, quasi in pedes conuersum exit, quia, qua parte est principium, adheret. Arist. ibidem.

Oua rotunda, & breuia mares in se habent: longa, & acuta, gallinas. Alb. mag. de ani. lib. 6. tr. 1. ca. 1. c. 56. c. 3.

Ouum, ut recens.

Ouum recens, si plenum est, non supernat in aqua dulci: si antiquum, supernatere potest, quia potest habere aerem sub testa inclusum. Alber. magn. in 2. meteor. tract. 3. cap. 16. char. 94. col. 4.

Ouum recens in musto positum, non mergitur propter motum multi a fundo, quod sit ex calore igneo. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 4. cap. 2. ch. 132. col. 2.

Ouo recente fracto, vitellus natat super albumen, & vitellus sit grauior, quia principium motus nutrimenti iam est in vitello: ideo per principium illud habet motum sursum versus membra, quae nutrienda sunt, quia iam paratum est ad nutritionem. Albertus magn. de ani. lib. 17. tract. 1. cap. 3. ch. 147. col. 2.

Ouum, ut album.

Oui vitellus, & albumen non solum colore contraria sunt, sed etiam virtute. Vitellus enim frigore spissatur, albumen non, sed amplius humet: contra albumen igne spissatur, vitellus non, sed mollis perficit, nisi peruratur, & magis in aqua feruente induratur, quam ad ignem. Membrana inter ea discernuntur. Gradines, quae initio vitelli adherent, nil conferunt ad generationem. Haec durae sunt: alia parte superiori iuncta, alia inferiori, & si quis rupto putamine oua plura in patellam coniecit excreta, & coquit igne molli, vitelli omnes in medium coeant, albumina circudent, & se in oras constituent. Aristotel. de hist. animal. 6. cap. prim. char. 198.

Ouorum album efficit animal, vitellus autem illis est in nutrimentum. Ioannes grammaticus in de generat. anim. lib. 1. c. 11. c. 7. column. 2.

Oui vitelli natura frigidior est, quia citius corrumpitur, quam albumen, & si medici dicunt esse calidiorum vitellum albumine, quod verum est, non secundum se ipsum, sed respectu corporis humani. Auer. de generat. anim. 3. c. 1. c. 231. c. 2.

Oui luteum.

Ouorum luteum accandidum contrariam habent naturam. Luteum enim gelu duratur, ut calore contra humescit, candidum gelu non concrefcit, sed magis humescit: ignitum solidescit. Arist. de generat. ani. 3. cap. 2. char. 195.

Ouorum luteum, & candidum membranis inter se distinguuntur, quasi naturam habeant diuersam. Arist. de generat. ani. 3. c. 2. c. 196.

Oui vitellus cur concoctu facilis est, albumen difficile? quoniam vitellus calidus est, albumen humidum, & frigidum. Alexand. aphrod. problemat. 2. numer. 88. char. 76. 4.

Oui luteum est id, quod omnium in intimo consistit. Io. gr. de generat. ani. lib. 1. c. 20. c. 25. c. 2.

Oui luteum a gallinis boni alimentum, obesisque rubeum efficitur. Ioannes grammaticus de generat. anima. lib. 1. cap. 20. c. 25. col. 2.

Oui citrinum habet conaturalitatem cum foete vini, & albumen cum vino. Albertus magnus de animalibus lib. 2. tract. 1. c. 3. c. 147. column. 3.

Ouorum citrinum, & sanguis eiusdem sunt naturae. Alber. mag. de ani. lib. 17. tr. 1. c. 3. c. 143. c. 3.

Oui rubeum redit in nutrimentum pulli, qui generatur ex albo oui. D. Th. 1. polit. 1. 6. c. 8. col. 4.

Oui putamen.

Ouum, aut putamine testaceo continetur, & est bicolor quale est auium: aut cute molli obducitur, & est unicolor, quale cartilaginea, vermefque pariunt. Arist. de hist. ani. pri. capit. 5. c. 13.

Ouum omnium auium duro putamine constat, nisi sit deprauatum, & bicolor intus, luteum interius, album exterius: sed oua aquaticarum a terrestribus differunt, quod multo plus lutei, quam albi ex proportione continent. Aristoteles de historia animalium 6. capit. secundo char. 195.

Oua, ut feruentur, duro consistant putamine oportet, sunt enim quandoque increfcunt, molliora; testa autem efficitur calore externo euaporante humorem. Arist. de generat. ani. 1. c. 8. c. 105.

Ouorum testa tutela est contra detrimenta, quae de foris veniunt. Ari. de generat. ani. 3. c. 3. c. 198.

Ouum cur, cum in aqua feruente decoquitur, non sic, ut cum affatur, rumpi potest, quoniam ignem sine aqua

experitur, humor contentus in eo immodice recalcens spirituum copiam parit largiorem, quae, cum per angusta exire cogatur, dirumpitur. At aqua ebulliens paulatim pro sua molitudine humores effundit, & absorbet relaxando, non subito corrumpitur. Alex. aphr. problem. 1. num. 104. c. 704.

Oui putamen est id, quod primo feceruntur ab hoc, quod intus, ac deinceps est cartilago quaedam gracillima, deinde albumen. Io. gr. de generat. ani. 1. c. 20. c. 25. c. 2.

Oui testa primo est mollis, postea est dura, quia aliter laederet matricem auis: sed postquam emissum est ouum, induratur testa oui frigiditate aeris, & siccitate. Alb. mag. de ani. lib. 17. tr. 1. c. 3. c. 147. c. 2.

Oua uenti.

Oua, quae aues concipiunt, nisi aliquo alio modo maris opera contingat, omnia infecunda sunt. Arist. de hist. ani. 5. ca. 1. c. 146.

Oua subuentanea redduntur per coitum fecunda: at si iam candidum accipere humorem, non fieri potest. Ari. de hist. ani. 6. c. 2. c. 197.

Oua uenti non sunt reliquae partus: iam enim aliqua gallinae, & anseres uise sunt, quae ex parte coitus uenti oua ediderunt. Arist. de hist. ani. 6. c. 2. c. 196.

Oua uenti sunt minora, & minus iucundi saporis, & magis humida, quam ea, quae fecunda gignuntur, sed plura numero. Arist. de hist. ani. 6. c. 2. c. 197.

Oua subuentanea sunt, quia materia feminalis in femina est, nec in aibus sit menstruum decursio. Arist. de generat. ani. 3. cap. 1. c. 88.

Oua subuentanea auium, & piscium oua, nisi maris accedat semen, infecunda sunt. Aristoteles de generat. ani. 3. cap. 1. ch. 189.

Oua subuentanea non gignuntur volantibus aibus. Aristoteles ibidem.

Oua subuentanea gignuntur plura numero, quam fecunda, & minora, & minus suauia, quia minus concocta. Aristoteles ibidem.

Oua uenti dicuntur, quia calor ipsa resolueret potest in ventum, sed non formare pullum. Alber. magn. de ani. lib. 1. ca. 2. c. 46. col. 3.

Oua uenti quaedam aues austrino vento flante concipiunt, sed nisi post conceptum tangantur a femine galli, uel masculi, non prolificant. Alb. mag. de ani. lib. 6. tract. 1. cap. 3. c. 57. col. 1.

Oues generant mares, uel feminas, ut tum aquarum, tum admittariorum. Arist. de hist. ani. 6. c. 19. c. 230.

Oues, quae mane iniri solent, si sero diei admiseris, mare non patiuntur. Ari. de hist. ani. 6. c. 19. c. 230.

Ouim fetus candidi, uel nigri efficiuntur, si sub lingua arietis uenae nigrae, aut candidae habentur, cuius enim coloris sunt uenae, eiusdem est uellus. varium, si plures uenarum colores. Arist. de hist. ani. 6. cap. 19. c. 230.

Oues, quae aquam salisculam bibunt, maturius coeunt, nec solum ante coitum salendum est, sed etiam a coitu, ac uerno tempore. Aristoteles de historia ani. 6. cap. 19. char. 230.

Oues, & caprae herba uescuntur. Oues stabiles pascere solent, caprae crebro loca permutant. ex potu potissimum pinguescit ouis, ideo aetate dant salem die quinta singulis centenis singulos modios, frequenter enim dant sal, ut plus aquae hauriant. Arist. de hist. animalium 8. cap. decimo char. 285.

Ouibis aqua autumnis aquilonia est commodior, quam austrina, & pascua ad solis occasum spectantia. Arist. de hist. ani. 8. cap. decimo. char. 285.

Oues ualent melius, quam caprae, sed caprae robustiores sunt, quam oues. Arist. de hist. ani. 8. cap. 10. c. 286.

Oues, & caprae pinguescunt, cum gerunt uerum, & eundem amplius: quod idem de ceteris quadrupedibus est. Arist.

Aristoteles de historia animalium 6. capit. 18. ch. 228. **Oues**, & capræ terno, aut quaterno implentur coitu, & si a coitu imber accessit, abortum faciunt, pariunt maxime ex parte singulos, sed aliquando binos, ternos, & quaternos. Ferunt quinque mensibus, unde in locis nonnullis, quibus cœli clementia, & pabuli copia est, bis pariunt. Capris vita est ad octonos annos, ouibus ad denos: duces pecoris ad quindenos, & singulis ouilibus singuli constituuntur duces. Coeunt oves, & capræ, quam diu viuunt, & pariunt gemmos tum pabuli beneficio, tum si pater, aut mater vim eam geminandi per naturam obtineat. **Aristote.** de historia animalium 6. c. 19. ch. 229.

Oues in Syria sunt cauda lata ad cubiti mensuram. **Aris.** de hist. anim. 8. c. 28. ch. 309.

Ouille genus omnium animalium stultissimum 9. capit. tertio char. 321.

Oues gregari docent pastores facto strepitu. nam si aliqua relinquatur, quæ non concurrerit, cum tonuerit, abortum facit, si est grauida. **Aristot.** ibidem.

Oues, & capræ anniculæ coeunt, & vterum ferunt, sed proles præstantior est, quæ fit ipsis senescentibus. **Aris.** de hist. anim. cap. 13. c. 161.

Oues pariunt vsque ad annum octauum. **Aristoteles** ibidem char. 163.

Oues maxime alterabiles sunt inter omnia animalia. **Albertus magnus** in secundo meteor. tractat. 3. cap. 19. char. 95. colum. 3.

Oues omnes habent duos testiculos spondili, ad quem alligatur diaphragma, applicatos. **Albertus magn.** de anim. l. 2. tract. 2. cap. 3. c. 34. col. 1.

Oues pariunt vsque ad 8. annos, si bene custodiatur vsq; ad vndecim, quod tempus est tota vita ouis, sed in aliquibus terris marinis, in quibus sicca, & salsa habentur

pasca, viuunt per annos viginti, & pariunt. **Alb. magnus** de anim. l. 5. tra. 2. c. 1. ch. 55. col. 1.

Ouium venæ, quæ sunt sub lingua, si albæ sunt albos pariunt: si nigræ, nigros: si rubræ, fuluos. **Alb. magn.** de anim. l. 6. tract. 3. cap. 2. c. 62. col. 1.

Oues antiquæ, si determinato tempore frequenter mouentur ad coitum, est significatio profectus ouium. Si autem iuuenes determinato tempore simul mouentur ad coitum, & non antiquæ, pestis super oves est significatio, quia calor complexionalis incendit, & cor rumpit humidum ipsarum. **Albertus magnus** ibidem columna secunda.

Oues, quæ latiore caudam habent, magis sustinent frigus: quæ longam, & strictam, minus. **Albertus magnus** de ani. l. 7. tract. 1. c. 5. c. 66. c. 1.

Oues in Nubia pariunt agnos cornutos. **Alb. magn.** de anim. l. 7. tr. 1. c. 4. char. 69. col. 4.

Oues, arietes, & capræ, maiorem priuationem prudentiæ, & intellectus habent, quam alia quadrupeda, quia magis vadunt in vanum, & inutiliter. **Alb. mag.** de ani. l. 7. tr. 2. cap. 1. c. 74. c. 2.

Oues moriuntur, cum pinguedo multa circa renes concreuit. **Albertus magnus** de anim. l. 13. tract. 1. c. 8. char. 116. colum. 4.

Ouis est animal notum, & mansuetum. excutientes glaciem a cauda, fortiores sunt, & non excutientes cito moriuntur. **Aries** per dimidium annum dormit super vnum latus, per dimidium super alium. **Oues** breuium crurium, & ventræ vellice generosiores sunt. lanæ molles, & crispæ meliores. lac nigrarum ouium melius est, in capris contra. **Earum** morbus remouetur, si potant aquam commixtam cum vino, in quo sit coctus venter arietis. **Albertus magnus** de anim. l. 2. tract. 2. cap. 1. char. 182. col. 2.



PACTIO vsus est hominū peculiaris. **Am. i. l. de it. c. 17.** Pagus est societas prima, quæ ex pluribus domibus constituitur utilitatis gratia, non aliquo ordināte. **Ari. pol. 1. cap. prim. char. 489.** Palea cur, vt aquam calidam conseruat, sic & niuem frigidam integram conseruare possit? quia natura palarū certa, & explorata qualitate vacat, & sic, cum qualitate priuata sit, qualitatem eorum, quibus obductæ sunt, celeriter capiunt. itaque seruare modo calida, modo frigida possunt. **Alexand. aphrod. problemat. pri. num. 115. char. 705.** Palestrita est, qui potest premere, & tenere. **Aristoteles** rhetoricorum prim. char. 24. **Palladi** Achaia delubrum dicatum ea in regione, quam Dauniam vocant, reperiri affirmant, in quo aeneas bipennes, & arma Diomedis, & sociorum dependere conspiciuntur, & eius loci canes græcos extra aduentantes non alliciunt iniuria, sed adulantur, ac ceu domesticis alludunt. Cæterū viros omnesque muliere Daunos, ac eorū proximos vestes atras pullatæ hac potissimū causa induere. Nā cū Troianæ in captiuitatem ductæ essent, ad ea loca aduentarunt, & verētes, ne ab vxoribus Græcorū cōpatriotis seruitutē acerbiorē ducerēt, naues incendio aboluerunt, & sic seruitutē aufugerunt, ac secū viros vi, & demū equo animo degere decreuerunt. ideo, & nunc quoq; Apulas mulieres vestimenta solo verentes, & in imo succinctas conspici licet, quales Troianas poeta eleganter describit **Helcesipeplus**, & **Bathycolpus** appellans. **Aristo.** de admir. aud. nu. 105. c. 862. **Pallent**, q mortē timent. **Ari. 4. ethi. ad Nic. c. 9. ch. 106.** **Pallidos** humor efficit putrescens. **Aristoteles** problem. sect. 14. num. 12. c. 485. **Pallidi** calore turbati timidi sunt. referuntur ad passionē quæ fit ex timore. **Arist. physio. c. 10. c. 352.** **Pallidi** metuentes efficiuntur, quia natura humana, & vis interior, quæ corporibus nostris consulit, ne quid intrinsicus capiat detrimenti, continuo fugit, & se ad loca confert penitiora custodiæ gratia, quo cum properat, sanguinem suum trahit, vt qui ex succis solus sit bonus, & est qui florem corpori nostri largitur. **Alex. aphr. probl. 1. num. 12. c. 665.** **Pallescent** cur ægri? quoniam rem tristem natura sentiens, paulatim descendit ad loca penitiora cum sanguine, qui coloris author est, minus tamen illi, quam q metuunt, palleſcūt. **Alex. aphr. prob. 1. nu. 19. c. 671.** **Pallor** in timidis fit, cum sanguis recurrit ad cor, quasi ad principiū, & non apparet in facie. **Sim. in pd. c. 68.** **Pallor** in timore fit contractione sanguinis in profunditate facta. **Io. gr. in 1. de anim. te. 14. c. 10. col. 1.** **Palmarum** fructus cito matureſcunt, & prohibebitur eius casus, si folia palmarum, vel puluis foliorum, vel cortex palmæ masculinæ femellæ palmæ apponatur, ita vt cohæreant. **Arist. 1. de plant. c. 3. c. 375.** **Palma** masculus cognoscitur a femella, quia prius pullulat, & eius folia sunt maiora. itidem ex fragrantia cognoscuntur, & si ex odore masculi quippiam ventus abduxerit ad femellam, matureſcunt cito eius fructus & non decidunt. **Aristo. ibidem.** **Palmæ** hñt marē, & feminā. **Auer. 1. de ge. ani. c. 217. c. 2.** **Palmæ** masculi rami pstant feminæ calorē, quo perficitur concoctio dactylorum, & sic mas fici. **Auer. ibid.** **Palma** si pullulare debeat, oportet plura grana in terra

simul ponere. **Albertus magnus** de vege. & plant. l. 1. tr. 2. c. 9. char. 129. col. 3. **Palma** est singularis planta, quæ multa particularia habet, quorū vnū est, quod ex vno nucleo vix vnquam conualeſcit. **Alb. mag. de veg. l. 6. tr. 1. c. 29. c. 158. c. 2.** **Palpebrarum** pili, nunquam plus iusto excreſcunt, & de fluūt rebus venereis inceptis, ex quo vsus veneris fuerit amplior, eo magis, & lentissime canescunt. **Aristo.** de hist. anim. 3. c. 11. c. 92. **Palpebra**, & præputium vulnere deducto coalescere nō possunt, sunt enim cutes sine carne. **Aristote. de part. anim. 2. c. 13. ch. 453.** **Palpebræ** concidunt in fomno propter infrigidationem. **Arist. de fom. & vig. c. 4. c. 56.** **Palpebrizantes** timidi sunt, quia in oculis primo mouentur. **Arist. physio. c. 10. c. 355.** **Palpebræ** motus in hominibus componitur ex natura, & voluntate. **Auer. de par. ani. 2. c. 15. c. 76.** **Palpebram** grolliorem, & maiorem, qui habet, magis inspicit in remoto, quia conseruat illam partem a calore, & frigore extrinseco. **Auer. de sen. & sen. c. 192. c. 2.** **Palpebras**, qui incertè promouent, vel contingunt cum cecitate, & caligine oculorū, sub diuersis motibus, & oculorū, & superius ciliū molliter subinducunt: timidi esse monstratur. **Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 3. c. 8. c. 1.** **Palpebrarum** superiorum alteram qui paulatim deprimunt, & molliter reuocant, & aciem dirigunt; affectatores sunt pulchritudinis, & mechos, & adulteros se esse proficiunt. **Alb. magn. ibidem.** **Palpebra** superior, si ita deducitur ad medium, vt hinc, & illinc reflexis, & retractis angulis subluceat oculus, & cum hoc incerte mouetur palpebra, adulterij, & fornicationis signa sunt. **Alb. mag. ibid.** **Palpebræ** nigræ, & solidæ, & rigidæ, bona sunt signa: raræ, tenues, & rubicundæ, infirmitatem animæ declarant, & destitutionem. **Alb. mag. ibid.** **Palpebrarum** pili creati sunt, vt per eos excludantur incidentia in oculum, & quod descendit a capite ad oculum. **Alb. mag. ibid. c. 7. c. 10. c. 2.** **Palpebra** in duos motus, quos hēt, apertionis, & clausionis oculi duos hēt musculos. Inferior quodē in angulo oculi, cuius cordē in ipsū venientes deponūt eā. In ortu aut pilorū supciliij hēt aliū, q constringendo se, aperit eam per chordas, quas mittit in extremitate eius. **Alber. magn. de anim. l. 1. tr. 2. c. 14. c. 14. c. 1.** **Palpebra** inferior nullū hēt musculū, q̄a immobilis est, q̄a natura expedit se paucioribus quam potest, & satis fuerat oculū aperire per vnā, & melius per superiorē, q̄a principio neruorū propinquior erat. **Alb. mag. ibid.** **Palpebræ** datæ sunt animalibus a natura, quæ indigent acutiori visu propter securitatem oculi, vt conseruetur oculus. **D. Th. de sens. & sens. l. 14. c. 16. c. 4.** **Paludes** omnes sunt positæ sub montibus, aut sub locis altis. **Arist. meteo. 1. c. 1. c. 484.** **Palumbum** vita ad quadraginta annos durare existimatur. **Arist. de hist. ani. 6. c. 4. c. 204.** **Palumbum** foemina incubat a pomeridiano incipiens, totaque nocte vsq; ad tēpus ientaculi perſeuerans: reliquo tpe munus idē mas subit. **Arist. eod. l. c. 8. c. 207.** **Pan** homo doctus primus resonantiæ causam indagauit. **Alex. aphr. prob. 1. num. 134. ch. 717.** **Pancratiastes** est, qui premere, tenere, & ic̄tu pellere potest. **Arist. rhetor. prim. ch. 24.** **Panis** frigidus cur albius cernitur, quam calidus? an eadem est quodammodo causa cur inueteratum oleum candidius est quam recens? causa nanque nigroris humor est: hic autem in hisce vtrisque, vt recentibus vberius continetur, sic tempore prouectis parcius in superficie residet pp̄ euaporationē. **Euaporatur** prorsus oleum, vel tempore, vel sole: panis autem calore inde egrediēte per refrigerationem, humor itaq; frigidus

gidis iam euauit, calidis adhuc inest. Arist. problem. sect. 21. numer. 4. char. 541.

Panes non saliti plus ponderant, quam saliti, modo cætera pari sint mensura, cum tamē sal grauior sit aqua, quia sal exsiccare potest, ex quo incorrupta seruantur, quæ confecta sale reponimus: absumitur enim a sale, ac rescicatur humor, qui ex calore putrescit, & ideo panes pridie facti leuiores sunt quam calidi, ut pote frigidiores contra eos, qui sale vacant, humor largior insidens efficit grauiores. Aristotel. problemat. sect. 21. numer. 5. char. 541.

Panes frigidi humefacti si inuicem se tangant, non cohærent, calidi cohærent, quia frigidi lentorem suum cum vapore vna emiserunt, quo exacto conglutinari amplius non possunt: humor enim, quo maduere, rigidus est. Calidi contra lentoris aliquid continent, ex quo fit, ut, cum madefactis vapor emigrat, calor ob suam tenuitatem respiret, & euanescat. Glutinosum autem illud cum calore egrediens, seque cum humore permiscens facit, ut inter se panes cohæreant. Arist. probl. sect. 21. nu. 6. char. 541.

Panis biscoctus refrigeratus minus duritiam præsert, quia triticum dulcem quendam, & lentum succum in se continet, qui veluti anima eius est. Aristot. probl. sect. 21. num. 12. char. 543.

Panes, & parum, & multum triti rumpuntur, quia si parum sunt triti, panes parum inter se se continentur, & multum humoris, & in promiscuū continent. At qui sunt nimium triti, sicci admodum sunt, ac parum humoris habent. Aristot. probl. sect. 21. nu. 15. ch. 546.

Panis tostus, durior, tepesfactus cur humidior reddi aliquantisper possit? quia cum terrescit humor extruditur, & ita panis relinquitur durior; leuiter autem cum recalescit, humor consistens ab igne diffunditur, humidiorque proinde existit. Aristotel. problematum sect. 21. num. 25. ch. 548.

Panniculi sunt quibus nobiliora membra inuoluuntur. Alb. mag. in 1. de gen. & cor. tra. 2. c. 8. c. 65. c. 3.

Panniculi tres post cutem sunt ante intestina: primus siphac: secundus peritheron: tertius est zirbus, & duo primi panniculi, cum perueniunt ad pectinem, in ipsis sunt duo foramina stricta, per quæ transeunt duo suspensoria duorum testiculorum, dextrum, & sinistrum, ita ut ibi sit ozeus. Alber. magn. de animal. l. 1. tract. 2. c. 25. char. 22. colum. 1.

Panniculi tres, siphac, peritheron, & zirbus hoc vtile afferunt, ut calefaciant, & contineant stomachum, & tutentur viscera. Alb. mag. de ani. l. 1. t. 2. c. 25. c. 22. c. 2.

Pantheræ in Asia sunt, in Europa nullæ. Arist. de histor. ani. 8. c. 28. char. 310.

Panthera cum venenum, pardalianches dictum ab angore, ederit, quo etiam leones intereunt, hominis stercus querit, quo iuuatur. Ideo venatores sterco ibi propinquū suspendunt ex arbore aliquo, ne procul bellua abeat, & spe illud capiendi persequens emoritur. Aristot. de histor. ani. 9. ca. 6. c. 324.

Panthera est animal totum varietate distinctum, & maculositas eius orbiculata est admodum oculorum ex fuluo colore interdum ad album, & interdum ad ceruleum terminatorum. Facile est mansuecibile, pauci partus, & difficilis propter vnguium longitudinem & draconi infestum est. Alber. magn. de anim. l. 2. tra. 1. ca. 1. char. 182. colum. 3.

Panthera lapis est ex plurimis coloribus, qui ex diuersis causantur substantijs, ex quibus componuntur partes. Alb. mag. in 1. de miner. ex tra. 2. c. 2. c. 136. c. 2.

Pantherus est lapis multos habes colores, & facit luscovisus. Albertus magnus in 2. de miner. ex tra. 2. c. 14. char. 141. colum. 2.

Papauer adurit auenam, & linum. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 25. char. 161. col. 4.

Papauer est herba hortensis, & syluestris alba, & nigra, sed alba melior est, frigida, & sicca. Alber. mag. de veg. & plant. l. 6. tr. 2. c. 15. c. 169. col. 4.

Papiliones nascuntur ex crucis: erucæ ex virentibus folijs, maximeque ex brassica. Ari. de his. ani. c. 19. c. 175.

Papiliones sunt vermes volantes, multorum colorum: quidam enim sunt in alis, ut purpura: quidam hyacinthini, & alij ruber, & in autumnno coeunt, & post coitū moritur masculus, & femina factis ouis moritur similiter, & ex ouis a vere nascuntur. Albertus magnus de animalib. lib. 26. char. 204. col. 4.

Papio animal est circa Cæsaream abundans ciuitatem, parū vulpibus maius, luporum habens mores: sepulchra hominū in fame intrat, & cadaueribus vescitur. Alb. mag. de anim. l. 22. tract. 2. c. 1. c. 182. col. 4.

Parabola est rerum diuersarum (sub aliquo proportiona liter simili facta collatio, in qua pluribus conferuntur, quæ ad inuicem habent proportionis aliquam similitudinem. Alb. mag. in topic. char. 270. col. 2.

Paralysis non est forma, sed dissolutio, & defectus habitudinis, & perfectionis, & ideo contingit inordinatus motus. Alb. mag. ethi. l. 1. tr. 2. ca. 5. col. 1.

Par; & impar finitum, & infinitum rerū principia si quis ponat, ut ait Pythagoras, non est dare modum, quo motus insit rebus, quo motu ablato, res omnes auferri necesse est. Ari. in 1. meta. ex su. 3. c. 3. te. 20. c. 26.

Pars, & impar sunt contraria immediata: & quamuis pariter impar, & impariter par videatur illorum media esse, tamen specie paria sunt. Simp. in præd. c. 100.

Par in se maiorem vniformitatem habet, quam impar. Ale. de ales in 1. metaphy. ch. 18. col. 3.

Paralogismi sunt circa aliquas disciplinas sumens ex peculiaribus disciplinis non vera. Aristotel. topi. l. 1. capit. 1. char. 389.

Paralogismus est fallacia, quæ vel in materia, vel in forma rōcinationis spectatur. Alex. aphr. in l. elen. char. 3.

Paralogismus resistimus contraria obijciendo, & vniuer saliter confutando. The. in 1. post. c. 33. c. 6. col. 4.

Paralogismi sunt, cum concluditur contrarium suppositioni. Io. gr. in 2. prio. cap. 17. c. 78. col. 2.

Paralogismos in demonstratione inducere ridiculū est, nec conuenit philosopho sophisticas rationes soluere. Tho. de Vio. in post. ch. 138. col. 1.

Parci dicuntur, qui in seruandis suis rebus nimis excedunt. Eust. 4. moral. ch. 170.

Pardalis inter ea, quæ fortia sunt, femineâ formâ magis est cōsecuta, nisi secundū crura. Ari. physio. c. 8. c. 346.

Pardi aliquando procreantur ex canibus, & phantheris. Alb. mag. de anima. 2. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 182. c. 3.

Parelij; & virgæ fiunt ex latere semper, & neque de super, nec ad terrā, nec ex opposito, neq; et noctu, sed sp̄ circa solē, & dum descendit, vel ascendit sol sp̄: sed sp̄ plurima ad occidentē, in medio raro; sed in Bosphoro, per totum diem duo parelij visi sunt vsque ad solis occasum. Aristotel. meteor. 9. sum. 2. c. 541.

Parelij; & virgarum eadem est causa. Aristotel. meteor. 3. cap. 5. char. 554.

Parelius fit visu refracto ad solem. Aristote. meteorol. 7. capit. 5. char. 554.

Parelius fit, cum maxime regularis fuerit aer, & est magis signum aquæ quam virgæ, & Australis Boreali magis. Arist. meteo. 3. ca. 5. ch. 555.

Parelius non fit neque cum sol celi medium obrinet, neque supra terram, sed ex lateribus tantum, quia sol tū generari potest, cum solem versus aspectus refrangitur. Aeris autē concrecentis illa soliditas, cui aspectus incurrens refrangitur, neq; ppe neq; pcul solem effici potest. nam si prope sit, resoluitur, a sole: si procul, aspectus refrangi non poterit. cum enim longe de paruo speculo remeet, imbecillus reddi, quā ob rō area quoque fieri non potest e regione. Quod si supra,

pra; & in propinquo inchoatur, a solis feruore dissoluitur: sin procul, aspectus minor euadet, sed si in latere, tum nimirum seruari integer poterit, dummodo speculum ita distet, ut nec solis feruore absumi possit, & aspectus vniuersus recurat. Nā si in terra sparsus feratur, deuenire ad solem non potest. sub sole etiam fieri non potest, quia si prope terram extiterit, consumitur feruore: si supra, cœlo in medio aspectus distrahitur, & euanescit. denique nec e latere quidem effici illud potest, cum sol cœli vmbilicum perrepat: quoniam si aspectus ad modum feratur in terram, exiguus ad speculum veniet: itaque refractus omnino imbecillus recedet. Ari. problem. sec. 15. q. 11. c. 494.

Parelij alij fiunt nube interrupta, & radiis solis per nubium foramen transeuntibus, & terram illuminantibus, post quos nō cito pluit. Alii fiunt, quia nubis substantia in aliqua parte est subtilis, & per ipsam splendor transit, ita ut intueri non possit. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 4. c. 29. char. 115. colum. 4.

Parentes, nisi exemplum vitæ filiis præstent, euidentem excusationis causam illius relinquunt. Aristoteles œconom. 2. char. 786. colum. 2.

Parentes magis amant filios: nam vbi nati sunt incipiunt amare, filii vero parentes amant procedente etate. Arist. ethicorum ad Nicom. 8. cap. 12. c. 208.

Parentibus alimenta tribuenda sunt, & honor, ut Diis exhibendus. Arist. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 2. c. 219.

Parentes masculi sunt causa efficiens filiorum: mulieres causa sine qua non. Boet. in topic. Cice. lib. 5. ch. 833.

Parentum res innaturales, ut podagra, lepra, & huiusce modi, communicant aliquando tali generationi per generationem sibi succedentem. Albertus magn. de anima. l. 3. tract. 1. cap. 6. c. 88. colum. 2.

Paries calefactus subito mutat sensum, & resoluit totum corpus in gaudium, vel tristitiam, & risus sequitur tactum telæ, quia per ipsam tela mouetur. Alber. mag. de anima. l. 13. trac. 1. cap. 9. c. 117. colum. 1.

Parmenides, & Xenophanes principium esse vnum finitum, & immobile dixerunt: at de rebus naturalibus non sunt locuti. Io. gr. in 1. prior. c. 5. colum. 2.

Parmenides, & Melissus non dixerunt principium vnum esse, sed ens esse vnum. Auerroes in prim. phy. corum sum. 2. num. 6. char. 5.

Parnasus mons Asiæ est omnium maximus, qui ad Orientem hiemalem. Ex hoc fluunt multi fluuij, & Bactrus, & Choaspes, & Araxes, & ab hoc abscinditur Tanais pars exiens in Meotidem paludem, & Indus etiam fuit ex ipso. Ari. meteor. pri. su. 4. c. 1. c. 483.

Pars quot dicitur modis.

Partes aliæ instrumentariæ, aliæ sensoriæ sunt, instrumentales oēs dissimilares sunt, sensoriæ autem omnes similes. Arist. de partib. ani. 2. c. 1. c. 423.

Pars multipliciter dicitur, quorum vnus modus est secundum quantitatem, qui nunc prætermittendus est, & considerandum est de substantiæ partibus, quarū hæc est materia, illa species, & quod ex his est, id est compositum. Arist. 5. metaph. c. 12. te. 34. c. 144.

Pars alia est, ut materia, alia, ut forma. materiales non sumuntur in formæ diffinitione: formæ vero partes accipiuntur in diffinitione totius. Ale. aphr. in 6. meta. vel secund. latin. 7. co. 27. c. 200. col. 2.

Partes quæ dicuntur secundum qualitatem, quandoque secundum quantitatem, & hoc duobus modis: aut partes, quæ sunt in potentia in toto: aut partes, quæ sunt in actu in toto. Auer. phy. l. te. 36. c. 12. c. 2.

Partes dicuntur duobus modis, qualitatiuè, & quantitatiuè. Auer. in 7. meta. te. commen. 33. c. 86.

Partes dicuntur dupliciter. Vno modo ex parte quantitatis, ex quibus aliæ mensurant re, aliæ non. Aliæ sunt

in re in actu, aliæ non. Aliæ similes, aliæ dissimiles. Secundo modo significat nomen partis id, in quod diuiditur res ratione qualitatis, & formæ, & sic dicimus corpora constare ex materia, & forma, & diffinitione ex genere, & differētia. Auer. i. epi. meta. t. 1. c. 71. c. 2.

Partes corporeæ, & spirituales differunt: quia partes corporeæ rei componunt aut suam essentiam, aut suam quantitatem: si essentiam, sunt sicut materia, & forma si quantitatem, sunt vel mediæ, vel terciæ, & sic de alijs, quæ integrales appellantur. spirituales autem potentia quædam sunt, & habent suas partes naturales potestates, ex quibus constituitur quoddam vniuersum suæ potestatis. Albertus magnus in 2. de animal. tract. 1. cap. 11. char. 16. colum. 1.

Partium quædam sunt partes speciei, quædam sunt partes materiæ. partes speciei sunt, a quibus dependet perfectio speciei, sine quibus esse non potest species. partes materiæ sunt, ex quibus species non dependet, sed quodammodo accidunt speciei, ut statua accidit, quod fit ex ære. D. Tho. 5. meta. l. 21. te. 28. c. 386.

Pars est duplex: essentialis, & materialis. Essentialis est, sine qua species reperiri non potest. Materialis, sine qua species reperiri potest. Alexand. de ales in 5. metaph. tex. 29. char. 158. colum. 2.

Partes aliæ naturales, aliæ rationis. Alexan. de ales in 7. metaphy. te. 36. char. 223. colum. 2.

Pars dupliciter dicitur, subiectiua, & definitiua. Thom. de Vio. in præd. ch. 16. colum. 2.

Pars quid est, & eius forma.

Pars est materia totius. Ari. phys. 3. cap. 6. t. 65. c. 74.

Partes organicae, quas officiales, & instrumentales appellant, ex ossibus, neruis, & carne constant. Arist. de part. ani. 2. cap. 1. c. 423.

Partes omnes, & stirpium, & animantium, quæ nullis instrumentariis officiis deputatae sunt, in orbem se se omnes colligunt: stirpium quidem caudex, & rami for mari in orbem solent, & animantium crura, femora, pectus, & lacerti: triangulum autem, aut multiangulum nullum neque ex parte, neque ex toto est, quia (ut ait Architas) in motu naturali equa proportio inest: hancque solum in sese equaliter solui; & reuertit, ut orbis, rotundaque affirmare possit, cum constiterit. Ari. problem. sec. 16. num. 9. c. 502.

Partes extreme cur in orbē formari soleant? quia natura res optimas, & pulcherrimas creat, quoad fieri potest: at figura ea pulcherrima est, quæ eadē est vndiq; sibi que similis est, ut circulus. Ari. prob. sec. 16. nu. 10. c. 521.

Partes omnes nil aliud sunt, quam totum. Them. in pri. phys. te. 17. ch. 16. col. 1.

Pars ea iudicatur, quæ sua p̄sentia aliqd vniuerso confert, quæ sublata, idē m̄cū v̄t. Io. gr. in prim. prior. chart. 3. c. 2.

Pars minor semper est elementum partis maioris. Auer. ex paraph. 2. de cœlo tex. 37. c. 148. col. 1.

Pars anima is, cū aia separatur nō nominatur suo nomine vero, nisi equiuoce. Auer. in 6. meta. t. c. 35. char. 98.

Partes sunt quarum conuentu totum conficitur; ac eæ, quæ totum diuidunt. Boet. de diffe. top. l. 3. c. 873.

Pars non est totius pars in actu, nisi cum est in toto, sed est in potētia, cū nō ē in toto. Alb. mag. in pd. c. 38. c. 1.

Partem extra partem quodcunque habet, vel est quantum, vel induit rationem quanti. Ale. de ales in 5. meta. tex. 18. c. 133. colum. 2.

Pars in diffinitione alicuius illud est, sine quo illa res non potest concipi. Alexander de ales 7. metaphysicorum. tex. 34. char. 219. colum. 1.

Pars materialis vocatur illa, sine qua species potest concipi, & hæc pars vel dicitur materia, vel dicitur pars signata, vel quantitativa. Alex. de ales in 7. metaphys. tex. 34. char. 219. colum. 4.

Partes formales tantum pertinent ad formam, ad compositum etiam materiales, & similiter ad indiuiduum partes quantitatiuæ. Alexand. de ales 7. metaphysico, te. 34. ch. 220. colum. 4.
Partes rationis vocantur, sine quibus quidditas rei concipi non potest. Alexand. de ales in 7. metaphysicor, te. 36. char. 223. colum. 3.

Partes, vt differunt inter se a speciebus, ac vt compositi, & generis.

Partes, nisi seorsum ponantur, non sunt in loco, sed in toto. Ari. phy. 4. c. 3. te. 65. c. 97.
Partes eadem specie sunt, vt hominis nasus cum naso alterius hominis, vel equi, cum naso alterius equi. Arist. de hist. anim. 1. cap. 1. char. 4.
Partes plurimæ differunt contraria affectuum qualitate, vt coloris, aut figuræ: quia alia magis, alia minus affectæ sunt ijs ipsiis qualitatibus, nec non multitudine paucitate, magnitudine, paruitate. & omnino excessu ac defectu discrepant, cum alijs crassa, alijs tertia pro tegmine habeatur: alijs rostru porrectius sit, vt gruibus: alijs breue penna similiter, alijs vberius, alijs parcius data est; alia calcari, vel alio aculeo armantur, alia non: alijs apex in capite est, alijs deest. Aristoteles de historia animalium 1. cap. 1. char. 4.
Partes animalium plurimæ, ex quibus tota moles compacta est, aut eadem sunt, aut ratione contrariorum per excessum, & defectum differunt: ad excessum enim, & defectum reduci debet pluri, & minoris ratio: alia proportione respondent, vt os cum spina; vngula solida cum vngue, manus cum forcipato pedis, & penna cum squama. Aristoteles de historia animalium 1. cap. 1. char. 4.
Partes communes animalium sunt, qua cibus recipitur, & in quam deoratur. Aristoteles de historia animalium 1. cap. 2. char. 10.
Partium varia temperies est, pro ratione varia actionum. Aristotel. de partibus animalium 2. cap. 1. ch. 423.
Pars quæque animalis existit potentia in excremento feminæ, est enim tale excrementum potentia, quale natura animal est. Aristoteles de generatione animalium 2. cap. 4. char. 163.
Pars dicitur vno modo, in quam diuiditur quantum quocunque modo, & quæ talia mensurat: trium enim duo sunt pars quodammodo vt scilicet componit terminum, quodammodo vero non est pars, vt scilicet, quæ non mensurat ternarium. Et in quæ diuiditur species sine quantitate, id est diuisione qualitatis, & in quæ diuiditur aliquid, aut ex quibus componitur totum, & quæ sunt in ratione vnumquodque significante, sunt partes totius. Aristoteles 5. metaphysicor. cap. 25. tex. 30. char. 113.
Partes, quæ pertinent ad speciem, cadunt in diffinitione speciei, non autem partes, quæ pertinent ad materiam. Aristoteles 7. metaphysicor. cap. 12. tex. 34. Idem Alexand. de ales eodem in loco c. 144.
Partes magnæ vel paruæ non differunt qualitate, sed tantum quantitate. Auerroes 4. de cel. te. 12. c. 111. c. 3.
Partium diuersitas in figura, ordine, & situ est cum diuersitate compositorum ex eis. Auerroes 1. de anim. tex. 20. char. 112. colum. 1.
Partes compositis priores sunt, generibus posteriores. Boet. in lib. de interpr. char. 334.
Partes a speciebus differunt, quia partes totum coniungunt, species autem genus diuidunt. Boet. in topic. Cic. lib. 3. char. 804.
Partes omnes inter se aliqua differentia differre debent, alioquin vnum essent. Albertus magnus in 1. physic. ex 2. tract. cap. 4. char. 5. colum. 3.
Pars, quæ pertinet ad speciem, vocatur illa, sine qua spe-

cies non potest concipi. Alexander de ales in metaphysicor. tex. 34. char. 219. colum. 4.

Partes vt se habent ad totum.

Pars rei cuiuscunque de genere eius proprio, & deque substantia ipsius propria est. Ari. 1. de platis c. 2. c. 368.
Partes sensoriæ singulæ singulorum sensibilibus generum capaces habentur. Ari. de partib. ani. 2. c. 1. c. 423.
Partes totum natura semper antecedunt. Aristot. de lineis insecabilibus char. 934.
Partes materiales sunt posteriores toto, quia per ipsas non deprimitur suum totum, sed definitio ipsæ per totum, vt definitio acuti, quæ accipit definitionem re et. Arist. 7. metaphysicor. c. 12. te. 35. char. 145.
Partes formales, in quas diuiditur definitio, potius sunt priores toto, aut omnes, aut quædam. Aristoteles 7. metaphysicor. cap. 12. char. 145.
Partibus corruptis necesse est corrumpi totum. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 6. c. 83. colum. 3.
Partes omnes vniuersi, vt partes sunt, a sensu percipi possunt, sed non actu comprehenduntur. Alex. aphr. de sensu & sensa. ex sect. 4. com. 59. c. 22. col. 3.
Parti, toto, & vniuerso eadem inesse non possunt, & singulis eius partibus. Alex. aphr. in 3. natu. q. c. 12. c. 14.
Partes nobiliores videntur quam totum, quia initia semper sunt priora ijs, quæ de inijs prodeunt, & totum in partibus prodeat necesse est. Them. in primum de anima. cap. 6. tex. 10. char. 61. col. 3.
Partes toto sunt posteriores. Sim. in præd. ch. 20.
Pars habet habitudinem ad totum, cuius est pars, non vt substantia, sed vt pars. Simp. in præd. c. 49.
Pars vna si alia est a toto, non est verum sequi; quod partes omnes a toto alie sint, quia omnia sunt alia ab vnoquoque eorum, quæ in se sunt ceu vt totum. Simp. in prim. physic. chart. 27. colum. 1.
Partibus cognitis cognoscitur totum, cum nihil aliud sit quam partes. Eust. 5. ethi. cap. 2. ch. 213.
Partium vnaqueque est aliud a toto, sed omnes simul non sunt aliud a toto. Auer. in phy. pri. te. 17. c. 7. col. 3.
Pars, quæ diuiditur a toto, & fit totum per se, moueri potest. Auer. in phy. 4. te. 32. c. 63. c. 1.
Pars potest moueri per se, quando distinguitur a toto, quod est impossibile in speciebus accidentium. Auer. phy. 5. te. 1. char. 95. colum. 2.
Partem in minori tempore pertransiri quam totum, notum per se est. Auer. 2. phy. te. 21. c. 119. col. 3.
Partium motus per motum totius non est per accidens pure, nec per se principaliter. Auer. phy. 6. te. 86. c. 137. c. 3.
Partes non mouentur per se, quia mouentur moto, in quo conueniunt cum accidentibus, & formis, quæ non sunt nata moueri per se. Auer. phy. 6. te. 86. c. 136. c. 3.
Pars mouetur ad totum non secundum, quod est totum, sed secundum quod est in suo esse naturali. Auerroes 1. de celo tex. 58. char. 20. colum. 2.
Partis locus similis est loco totius. Auerr. prim. de celo tex. 100. char. 76. colum. 3.
Pars est prior toto prioritate materiæ ad formam, scilicet tempore indiuiduali. Auer. in 7. meta. te. co. 35. ch. 88.
Partes quoad nos toto priores sunt. Alber. mag. in 2. de anim. tract. 2. cap. 1. char. 16. colum. 2.
Pars omnis, quocunque modo dicitur, prior est suo toto, & est causa cauandæ suum totum, & non e conuerso totum est causa cauandæ esse partis, vt in oxymelle, cum oxymel non sit causa mellis, nec aceto vt fit, sed e contra. Causam voco, quod facit aliquid habere esse. Alb. mag. in 5. meta. tra. 1. c. 3. c. 99. col. 1.
Pars alicuius totius proprie dicitur illud, quod immediate venit ad constitutionem totius, non autem pars partis. D. Thom. in perih. ch. 6. c. 1.
Partes omnes comparantur ad totum, vt imperfectum ad

ad perfectum, quæ est comparatio materiæ ad formam. D. Thom. in 2. phy. l. 5. tex. 31. ch. 21. c. 2.
Partes, quæ ponuntur in definitione alicuius, sunt vniuersaliter priores eo. Diuus Thomas in 7. metaphysicor. l. 10. tex. 35. chart. 496.
Partes ad totum duobus modis comparantur: primo, vt constituent totum: secundo, vt in ipsas totum resoluitur. D. Tho. in 3. phy. l. 1. tex. 2. ch. 31. col. 2.
Partes non quocunque modo compositæ faciunt rem artificiatam, sed sub speciali modo. Alex. de ales in tert. metaphysicor. tex. 10. chart. 63. col. 2.
Partis entitas, & entitas totius non proprie opponuntur; quia entitas partis est entitas diminuta, & non est entitas, nisi per entitatem totius. Alex. de ales in 10. metaphysicor. tex. 17. char. 292. col. 4.
Pars nec omnino est eadem cum toto, nec omnino diuersa. Alex. de ales 11. metaphysicor. ch. 324. col. 4.

Partes, vt differunt ab instrumento, & termino.

Partes totum constituunt: termini vero nihil constituunt, & hæc est inter ipsos differentia. Porphy. in præd. chart. 14.
Pars quæque sui gratia subsistit, instrumentum alterius gratia. Ioannes grammaticus in primo, prior. char. 3. columna. 2.

Partes, vt finita, infinitæ actu, & potentia.

Partes infinitæ, atque innumerabiles, vt sunt in continuo potestate sunt, & non actu. ita, & quæ sentiri possunt, diuidenda potestate sentiuntur, sed actu, & solitaria non sentiuntur. Alex. aphr. de sensu & sensa. ex sect. 4. comment. 60. ch. 32. col. 1.
Partes hæc potentia sunt, quæ possunt aliquando actu fieri a toto separatæ. Alex. aphr. in 4. metaphysicor. vel 2. latin. 5. comment. 2. ch. 146. col. 1.
Partes, quæ ex diuisione in infinitum fiunt, actu minime in sunt, sed potestate. Simplicius in 1. physicorum tex. 36. char. 55. colum. 2.
Partes, vt sint actu in continuo, impossibile est. Auer. 8. phy. tex. 68. ch. 187. col. 1.

Partes similes, & dissimiles.

Partes dissimilares omnis constat ex partibus similibus, vt manus ex ossibus, carne, & neruis. Aristot. de hist. ant. prim. cap. 1. char. 3.
Partes similes, aut molles sunt, ac humidæ; aut siccæ, & solidæ. Molles, vel omnino, vel quamdiu manent in sede naturali, vt sanguis, adeps, sanies, seuum, medulla, semen genitale, fel, lac vbi haberi potest, caro, & quæ ijs proportione respondent. Item excrementa omnia, modo tamen diuerso, vt pituita, & sedimenta alui, & vesicæ. Siccæ, & solidæ sunt, neruus, cutis, vena, pilus, os, cartilago, vnguis, cornu, & quæ his proportione respondent. Arist. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 5.
Partes dissimilares plures, & compositas vires obtinet; manus enim, & ad premdum, & ad mittendum comoda est. Arist. de part. ani. 2. cap. 1. ch. 423.
Partes dissimilares ex similibus consistere possunt tum pluribus singulis, vt viscera non nulla. Aristoteles de partibus anim. secund. cap. 1. ch. 423.
Partes similes constitui non possunt ex dissimilares. Arist. de partib. ani. 2. cap. 1. ch. 423.
Partium similiarum alia molles, & humidæ sunt: alia duræ, & siccæ. Humidæ autem, aut omnino, aut quamdiu in constitutione naturæ manent, vt sanguis, sanies, adeps, seuum, medulla, genitura, lac, vbi haberi solet, caro, & quæ his proportione respondent. Siccæ, & solidæ inter similes sunt, vt os, spina, neruus, & ve-

na. Aristoteles de partibus anim. secund. cap. 1. ch. 425.
Partes similes alia sunt, quibus nomen commune est toti cum parte, vt venæ pars, vena recte appellatur: alia non feruant hoc, vt in visceribus, figura enim diuersa est. Arist. de part. ani. 2. cap. 1. ch. 425.
Partes similes alia tanquam materia membrorum dissimilares sunt; ijs enim membra officialia constant: alia nutrimento sunt, vt ficcis humidæ. omnia enim ex humore sua capiunt alimenta: alia, vt excrementa earum sint, accidit; vt sedimentum ficci alimenti, & humidi, in ijs, quibus vesica data est. Aristoteles de part. anima. 2. cap. 1. chart. 426.
Partes similes sunt, quæ, si diuiduntur, totum, & partes eodem appellantur nomine. Ammonius in Porphy. chart. 8. columna 3.
Partes dissimiles sunt, quæ, si diuiduntur, & partes, & totum nomine differunt, inuicemque distinguuntur. Ammo. in Porphy. chart. 8. col. 3.
Partes dissimilares nil aliud, quam similiarum compositio sunt. Ioannes grammaticus de gener. animal. l. 1. cap. 8. chart. 11. col. 4.
Partes consimiles sunt, in quibus definitio partis, & totius sunt similes. Auer. in 5. metaphysicor. ex sum. 1. tex. com. 4. chart. 58.

Partes, ut superiores, & ut extremae.

Partes nostri corporis extremæ cur maxime rigere solent, quoniam tenues, nervosæ pauci sanguinis, & ob eam rem frigidæ sunt. Alexander aphrod. prob. 2. num. 28. chart. 734.
Partes superiores vocantur, quæ sunt a capite vsque ad anum; inferiores, quæ a coxis vsque ad pedis extremitates sunt. Albertus magnus de animal. l. 2. trac. 1. cap. quarto, chart. 31. col. 2.
Partes superiores hominis quamdiu augentur, maiores sunt proportionabiliter inferioribus. Alb. magn. de anim. l. 2. tract. 1. cap. 4. chart. 31. col. 2.

Partes, ut quantitatiuæ, & qualitatiuæ, subiectiuæ, & integrales.

Pars secundum quantitatem, alia mensurat, alia non. Auer. in 5. metaphysicor. tex. co. 30. ch. 65.
Partium quantitatiuarum definitiones sunt posteriores definitione totius, & toto. Auerroes in 7. metaphysicor. tex. co. 33. chart. 86.
Partium qualitatis definitiones præcedunt definitionem totius, & totum. Auerroes ibidem.
Pars quantitatiua duplex. Alia est, quæ mensurat totum, quæ scilicet aliquoties replicata reddit totum, vt 2. 4. Alia non mensurat, quæ scilicet componit totum cum aliquo alio, sed aliquoties replicata non reddit totum, vt 3. 2. 5. Alexander de ales in 5. metaphysicor. tex. 30. chart. 159. colum. 1.
Pars quantitatiua est omne illud, quod per modum compositionis attingit quantitatem alicuius, ita quod hæc pars integrat quantitatem illius. Alexander de ales ibidem columna 2.
Pars qualitatiua duobus modis dicitur. Primo pars essentialis, quæ componit essentiam, sed non omnino, sed solum forma. Secundo modo, quod specificat aliquem conceptum confusum. Alex. de ales in quinto, metaphysicor. text. 30. chart. 159. col. 3.
Pars alia subiectiua, alia integralis. Pars integralis duas proprietates habet. Vna, quod dicit quendam partialem ambitum respectu ambitus totius. Alia quod componit totum. Subiectiua conuenit cum integrali quantum ad primum: quantum ad secundum differt, quia non componit totum. Alexander de ales in 5. metaphysicor. tex. 30. chart. 160. col. 1.

Partes,

Partes, ut se habent in mixto.

Partes in mixto abolerentur, & corrumpuntur; integritas autem tenetur. Themist. in 2. de anim. cap. 3. text quart. chart. 70. column. 1.

Pars, ut ad mathematicos pertinet.

Partes viciniores centro tardiores sunt: quæ autem magis distant, velociores. Arist. physicorum 6. su. 1. cap. 2. tex. 86. chart. 173.
Pars in mathematicis vocatur, quæ aliquoties sumpta reddit suum totum. Euclides. Albertus magnus in 3. physic. tract. 2. cap. 1. char. 34. col. 3.

Particularia quæ sunt, & ut sunt.

Particularia sunt, quæ in actionem veniunt. Arist. 7. ethic. nicom. cap. 3. chart. 163.
Particulares res sunt illæ, quæ non sunt semper. Ammonius in Porphyrio. chart. 2. column. 1.
Particulares sunt res, quæ quandoque componuntur, quandoque diuiduntur. Auer. in epitom. metaphysic. tractat. 3. chart. 178. col. 2.
Particulare duobus modis scitur: ut in propria natura, & ut stat sub vniuersali. Albertus magnus in prior. chart. 163. columna 3.

Particularia, ut se habent ad vniuersalia.

Particularibus non existentibus vniuersalia non habent, de quo prædicentur. Ammonius in præd. ch. 17.
Particularia nos inducunt in cognitionem vniuersaliū illucescēte sero in nobis ratione. Ammonius in præd. c. 31.
Particularium contrarietates sunt definitiones vniuersalium. Ioannes grammaticus in prim. post. cap. 15. chart. 71. columnat.

Particularibus quæ accidunt.

Particularium veritas est indefinita. Alexand. aphr. in 1. prior. cap. 6. chart. 18. col. 4.
Particularia sunt priora quoad nos. Dex. in præd. ch. 37.
Particulares omnes quæstiones facilius confirmantur, quam confutentur. Magen. in prior. chart. 29. col. 3.
Particularia, & quæ corpoream formam capiunt, sunt primo cognoscibilia per sensum, quin neque sine sensu ad vniuersalia ascendimus. Simplicius in tertio, de animal. ex sec. 1. tex. 161. chart. 56. col. 3.
Particulare nullum aptum natum est de aliquo prædicari, nisi per accidens. Ioannes grammaticus in prim. prior. capit. 28. chart. 49. column. 1.
Particularia sunt prima nobis, & naturæ posteriora. Io. gram. in 1. post. cap. 2. char. 6. col. 3.
Particulare quoniam indefinitum est, potest pluribus competere. Ioan. gram. in 1. phys. chart. 3. col. 3.
Particularium non est scientia. Aspas. in 7. ethicorum capit. tert. chart. 367.
Particularia hoc in loco intelliguntur vltimæ species, non indiuidua, vel quæ sunt quasi vltimæ species. Auer. in 1. phys. tex. 4. chart. 4. col. 4.
Particulare signum non addit super terminum indefinitum, nisi quandam vagam respectum vniuersalis ad particulare. Alb. mag. in perih. ch. 89. col. 1.
Particulare dupliciter consideratur secundum duo, quæ sunt in ipso. primo est in particulari perfectio esse secundum naturam. secundo est in particulari suppositum, quod huic naturæ substat, quæ est esse eiusdem suppositi. Albertus magnus in prim. physico. tractat. prim. cap. 6. chart. 3. column. 3.
Particulare non est intelligibile, nisi potentia. Albert.

magnus in tertio, de animal. tracta. tert. capit. tertio, chart. 36. column. 3.

Particulare, ut affirmatio, & negatio.

Particularis affirmatiua, vel negatiua confutatur solum per vniuersale, non autem per particulare. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 27. chart. 50. col. 3.
Particularis affirmatiua confutatur a negatiua vniuersali. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 27. ch. 50. col. 4.
Particularis negatiua confutatur ab vniuersali affirmatiua, & ideo difficilius confutatur. Alexand. aphrod. in pri. priorum, cap. 27. char. 50. col. 3.
Particulare aliquid si tollitur, non iam ad determinationem, sed ad prædicatum negationis particula opponitur, ut ei, que ait, quidam homo iustus est, id est quidam homo iustus non est. Boet. in præd. 342.

Particulare, ut probat.

Particularia construere facilius est, quam vniuersalia. Arist. 1. prior. sec. 1. cap. 27. char. 205.
Particularis natura, ut particularis, non enunciat aliquid appropriatum. Auerroes in post. lib. primo, text. comment. 37. chart. 139.
Particulare, & si in rei veritate sit tantum ipsum ens, non tamen cadit sub demonstratione. Auer. in 12. metaphysic. tex. commen. 28. ch. 146.
Participare est suscipere rationem participati. Alexand. aphrod. in 4. top. cap. 1. char. 48. col. 3.
Participantia aliquibus ex accidenti, non sunt illi similia, cuius participia sunt. Alexander aphrod. in prim. metaphysicor. tex. comment. 63. ch. 31. col. 2.
Participatio omnis media est inter participantem, & id, quod participatur. Simp. in 2. phys. ch. 104. col. 2.
Participans esse qualitercunque, cum suapte natura egeat natura participati, dicitur participare eodem. Simpl. in 4. phys. char. 230. col. 2.
Particularitas de nullo subiecto prædicatur. Boethius in præd. chart. 121.
Participare proprie dicuntur inferiora, quæ sua superiora participant, quæ in substantiis eorum sunt nomine, ratione, & essentia. Albertus magnus in præd. chart. 29. columna 3.
Particularium passio in demonstratione non probatur, nisi per accidens. Alb. mag. in post. ch. 187. col. 1.
Participare est suscipere participatam rationem. Albert. magn. in top. chart. 243. col. 4.
Participatum est illud, cui secundum partem suæ potestatis, & secundum partem suæ communitatis inferens suscipit prædicationem. Albertus magnus in topic. chart. 243. col. 4.
Participatum a multis diuisum est in illis, siue secundum esse, siue secundum essentiam participetur. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. ch. 83. col. 4.
Participata in pluribus secundum rationem vnam oportet, ut sint in aliquo vno primo, quod est illius naturæ causa in omnibus alijs. Albertus magn. de natur. locor. distin. 1. cap. 4. char. 94. col. 2.
Participare proprie dicitur, quod non totaliter est aliquid, habens aliquid aliud adiunctum. Diuus Thomas in 1. metaph. l. 10. chart. 55.
Participatio alia est, qua subiectum participat formam, & alia, qua exemplatum participat exemplar. In prima participatione forma est ratio essendi in subiecto, & est in ipso subiecto subiectiue, quia non est, nisi informatio materiæ a forma. At in secunda non oportet, quod exemplar sit in exemplato, quia illa participatio non est nisi quædam affectio, quæ exemplatum affequitur exemplar, ut quod habet attributionem ad illud. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 29. col. 3. partici-

Participatum omne, finitum, & limitatum est. Alex. de ales in 2. metaphysic. char. 45. col. 3.
Partitio nulla minor est ea, quæ diuidit etiam in substantiam vniuersalem, vel particularem, & in accidens vniuersale, vel particulare, & minor quæ in decem prædicamenta. Por. in præd. char. 5.
Partus omnibus secundum naturam in caput, contra naturam in pedes, aut inflexo, circumactoque corpore agitur. Arist. de hist. ani. 7. cap. 8. char. 262.
Partus magnorum animalium est singulorum, ut solipedum, sedipedum vero partus plurimorum est. Arist. de gener. anim. 4. cap. 4. char. 242.
Partus numerosi sunt in animalibus, quæ pariunt multa, plerumque vno iniri, quia semen trahitur a locis vteri, atque ob eam rem multa generari pro numero locorum, & acetabulorum non est vera ratio: sed ut cuiusque animalis perficiendi est certa magnitudo, tum ad maius, tum ad minus, & tum plus excrementi fecerunt illa animalia, quam satis sit ad vnius animalis originem, ijs fieri nequit, ut ex toto vnum gignatur animal: sed tot numero gigni necesse est, quot magnitudinibus debitis perscripra sunt. Aristoteles de generatione animal. 4. cap. 4. ch. 243.
Partus facilitas conciliatur in eo, ut mulieres possint spiritum continere. Aristoteles de generatione animalium quart. cap. 6. chart. 254.
Partus sit per naturam animalibus omnibus pronis in caput conuersis, quia partem ab umbilico maiorem habent, quam inferiorem, & ideo plus partus continent. Aristoteles de generatione animalium quarto, capit. 9. chart. 259.
Partus euariât, prout pater, & mater in conceptu affecti sunt. Aristoteles problemat. sec. decimo, numero 12. chart. 429.
Partus tempore, ut obstetrices perperas officare non sinunt, ne sursum attrahant fetum, sic sternutamenta moliuntur, ut emittant foetum. Ioannes gramm. de generatio. anima. lib. 1. cap. 12. char. 7. col. 4.
Partus, qui a vigesima die paulo minus, aut plus a conceptione morbi alicuius vi extra excedit omnes animalis partes continere inspicitur. Ioannes gramm. de generatio. anim. lib. 2. cap. 4. char. 43. col. 4.
Partus viuētium omnium causatur maxime a motibus Lunæ, & maxime transmutationes humiditatum corporum animalium. Albertus magnus de animalib. lib. 5. tract. 2. cap. 1. char. 54. col. 4.
Parietes, alia dolores habent in vna coxarum, quia in illa parte iacet fetus. Alia circa vterum, & hæc facilius pariunt. Quæ autem in parte, quæ est supra matricem, & diaphragma, non cito pariunt. Alb. magn. de anima. lib. 9. tra. 1. cap. 8. char. 88. col. 4.
Parturientes, si ante partum effundunt humorem violentum, citinum, pariunt puerum: si humiditatem aqueam, sanguineam, foeminam. Albertus magn. de animal. lib. 9. tract. 1. cap. 8. ch. 88. col. 4.
Partus masculi causa est calor spermatis: cui additur, quod sperma effunditur a dextro testiculo, & cadit in hextram partem matricis. contra de partu femine. Alb. magn. de anim. lib. 9. tract. 2. cap. 3. ch. 90. col. 2.
Partus in tribus panniculis inuoluitur. Primus est secundina, in qua contextuntur venæ pulsatiles, & quietæ, & vna colligit superfluitatem vrinæ, & ducit ad secundum panniculum, qui vocatur hiles. Tertius panniculus, alleas a quibusdam vocatur, & continet humiditates sudoris leues, super quas enatatur puer, ne lædatur tactu matricis duræ, aut vrina exteriori, & hic panniculus est valde subtilis. Alb. magn. de ani. l. 10. tract. secund. cap. 3. char. 95. col. 3.
Partus hora tunc est vicina, cum sentit grauitatem mulier in inferioribus ventris sub umbilico, & in dorso, & sentit dolorem in inguine, & caliditatem in vtre,

& inflammationem in matricis ore vehementer, & humectationem eius: & cum posteriora versus animum humectantur. Albertus magnus de anim. l. 10. tract. secund. cap. 4. char. 95. col. 4.
Partus mulierum difficilius est partu masculorum, & magis mulieres affligunt matrem. Alber. mag. de ani. l. 10. tra. 2. cap. 4. char. 96. col. 4.
Partus doloris communis causa est magnitudo capitis infantis, quod in vtero totum ferè suum accipit augmentum: & cum sit rotundum, in omnem partem inguen matris extendit, & lacerat: & quia inguen sensibile est propter concursum magnum neruorum, ideo sentit dolor, & magis mulier vna sentit alia ob multas causas. Nam vel est mulieris dispositio, quod est stricta, vel debilis ex infirmitate, vel fame, aut timida, aut inconsueta parere, aut pinguis, aut strictarum costarum. Aliquando est foetus causa difficultatis, aut quia magnus, aut magni capitis, aut quia filia, aut quia debilis, & non iuuat se in descendendo, aut quia præter ordinem rectum descendit, aut quia multi sunt, vel quia mortuus est. Albertus magnus de ani. l. 10. tract. secund. cap. 4. char. 91. col. 4.
Partus velocis inditum est, quod dolor declinat ad inferiora, & anhelitus parietis sit facilis, & bonus; quia, quæ magis iuuat ad exitum, est retentio anhelitus, & sternutatio. Albertus magnus de animal. libr. 10. tract. 2. cap. 4. char. 96. col. 1.
Partus difficultates aliquando sunt ex matrice, quæ est parua, & coarctatur a conceptu, & si est sicca, nec habet satis lubricitatis, & si os eius est nimis paruum inordinatè: aliquando propter secundinam, quæ nimis dura, & fortis est, aut nimis debilis, quia primo modo non rumpitur cum oportet. Secundo rumpitur citius, quam opus sit, & puer impeditur siccitate, ne egrediatur, & si vrinæ vesica nimis tumens est, & non egredi sinat partum, aut multa fex sicca in intestino, aut tumor hemorrhoidarum ani. Aliquando hora est causa difficultatis si mater est debilis, & tempus, si est maximum frigus; & si mulier solita sit odorare aromatica, & uti eis, quia ex his matrix ascendit, & impedit descensum conceptus. Albertus mag. de anim. lib. 10. tract. 2. cap. 4. char. 96. col. 1.
Partus dolor si ad pectus declinat, cito pariet, si ad posteriora, sit paruus difficilis. Alb. mag. ibidem.
Partum vnum frequentius generat omne animal corneas soleas habens, ac in duas vngulas diuisas. Alber. mag. de anim. l. 18. tract. 2. cap. 1. ch. 155. col. 3.
Partus multos generant animalia fissos pedes habentia. Alb. mag. de ani. l. 18. tra. cap. 1. ch. 155. col. 3.
Parum, quod distat, tanquam nihil distare videtur. Aristoteles physicorum, secundo sum. tertio, capit. secund. text. 56. chart. 43.
Paruifactionis tres sunt species: contemptio, incommo-datō, & contumelia. Arist. rhet. 2. ch. 70.
Parua multa ipsum magnum sunt. Arist. physicor. 4. su. 2. cap. prim. text. 53. chart. 93.
Parua cur non valde, nec magna longe proiciuntur? quia quod proicitur contra nititur debet ei, unde impellitur, atque quod magnitudine sua non contrahitur, non facit proiectionem, & quod excedit impellētis vires, non cedit: vel quia tantum quod fertur, fertur quantum aeris mouerit ad profundum: quod autem non mouetur, nec mouebit quippiam. & sic sunt, & valde magnum, & valde paruum: alterum nihil mouet, alterum nil mouetur. Aristoteles quæstio. mechan. quæstio. 33. chart. 804.
Parui valde acuti sunt: latione enim sanguinis paruum locum continente, motiones quoque valde velociter accedunt ad sapere. Arist. physio. 3. cap. 10. ch. 355.
Parui, qui siccis carnibus vtuntur, aut & coloribus, aut quæ per caliditatem corporibus superfluunt, nihil perficiunt.

perficiunt. existente enim in latrone paruo, & veloci propter igneam nunquam secundum idem est sapere, sed aliud in alio priusquam excedens perficiat. Arist. physio. capit. 10. chart. 356.

Paruuli, qui humidis carnibus vtuntur, & coloribus propter frigiditatem fiunt perfectiui: existente enim motu in paruo, difficulter mobile temperamenti, commensurationem præbuit primum perficere. Aristot. physio. capit. 10. chart. 356.

Paruum, & magnum non dicuntur, quia finitas, vel infinitas sectiones admittat. Ari. de lin. insec. ch. 936.

Passer est auis parua nota, cinerea, calida existens, & iogulosa. Est multi coitus, ita vt in vna hora vigesies coit, ideo parum uiuit. Albertus magnus de animal. lib. 23. cap. 24. chart. 194. col. 4.

Passer solitarius est auis nigra merula minor, & est musica: & dicitur solitarius, quia cum nullo sui generis vnquam congregatur, nisi tempore generationis. Alb. magn. de anim. lib. 23. cap. 24. chart. 194. col. 4.

Passio, quæ dicitur modis.

Passiones omnes diuisibiles dupliciter sunt. Aut secundum speciem, aut secundum accidens. secundum speciem quidem, vt colores album, & nigrum. secundum accidens autem, si id, cui inest, diuisibile est. Ari. 3. de cæl. capit. primo. tex. 9. chart. 334.

Passiones, ex quibus animalia operantur, alæ sunt proprie, aliæ communes. Communes sunt iniuria, & qui circa venerea, excessus. proprium quidem est in canibus contumeliosum, in asinis indolens. Aristoteles physio. capit. 7. chart. 343.

Passio dicitur vno modo qualitas, secundum quam alterari contingit. Alio modo actiones, & alterationes. Tertio magis nociuæ alterationes, & motus, & maxime lamentabiles, & nociuæ. Quarto magnitudines exultationum, & lamentationum passiones dicuntur. Arist. 5. metaphys. cap. 21. tex. 26. chart. 110.

Passio duplex, vel vt affectus agentis, & est genus: vel vt affectio commotionem inducens, & est species qualitatis. Alb. magn. in præd. chart. 55. col. 3.

Passio dupliciter dicitur, vt animæ actio vnaqueque dicitur passio, amor, odium, tristitia, gaudere. Alb. magn. in sex princip. chart. 71. column. 1.

Passio dupliciter dicitur: primo forma, quæ infert obiectum potentia passiuæ: secundo, motus animæ, quæ mouetur in corpus, & motum ostendit motu spirituum, & sanguinis. Albertus magnus in perher. ch. 81. columna 1.

Passio alia est conuertibilis, alia non: alia rationalis, alia moralis, alia naturalis. Naturalis dicitur in metaphysicam, & mathematicam. Albertus magnus in prior. chart. 170. columna 2.

Passio duobus modis consideratur: vt est essentia quædam, & sic potest quærri per questionem, an est, & quid est, & potest considerari, vt hoc est in hoc, & sic quæritur per quia, & propter quid. Albertus magnus in poste. charta 203. columna 4.

Passiones omnes dupliciter diuiduntur, vel secundum speciem, vel secundum accidens, non quod vnaqueque passio diuidatur vtroque modo, sed vel vno, vel altero modo. Diuus Thomas in tertio de cælo, lec. tert. text. 7. chart. 57. column. 3.

Passio corrumpere potest bonum rationis, vehementia sui impellendo ad plus faciendum, quam ratio dicat, præcipue in concupiscentijs delectationum. D. Tho. ethic. 2. lib. 10. chart. 33. col. 1.

Passibile quatuor dicitur modis. Primo, quia est natum aptum ad suscipiendum passionem. Secundo, quia in receptione ipsius in alio suscipiens ipsum patitur. Tertio, quia efficit passionem. Quarto, quia est effectus

passionis. Tho. de Vio in præd. cha. 74. col. 2. Passio quatuor modis sumi potest. Primo, communiter pro omni receptione, siue perfectiua, siue corruptiua contrarij. Secundo, pro passiuâ transmutatione cum abiectione contrarij. Tertio, transumptiue pro operatione appetitus sensitiui. Quarto, pro qualitate sensibili. Tho. de Vio in præd. ch. 71. col. 1.

Passio potest duobus modis intelligi. Primo pro re illa, quæ est passio probanda de tali subiecto, vel (vt aiunt nonnulli) secundum materiam. Alio modo secundum formam, id est pro re, vt est passio. Primo modo præcognoscitur ante demonstrationem. Secundo non. Thom. de Vio in poster. char. 94. col. 1.

Passio, quæ dicitur, & est.

Patiens non est receptibile, tum pati, & tum non pati; sed omniquaque secundum quod est tale: minus autem, & magis secundum quod tale magis est, & minus: sic vtique meatus aliquis dicit magis in esse, vt in fodiendis metallis protendunt passibiles venæ continuæ. Aristoteles primo de genera. & corrup. capit. 6. text. 77. chart. 416.

Passio non est simplex, sed alia est quædam corruptio a contrario; alia est salus magis eius, quod est potentia, ab eo, quod est actu, & similiter potentia se habet ad actum. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 1. tex. 57. ch. 629.

Passio proprie est, quæ extrinsecus aduenit, atque in mutatione ab aliquo mouente consistit. Simplicius in prim. de anim. tex. 14. chart. 4. col. 3.

Passio est transmutatio rei a dispositione in dispositionem, & commutatio partium rei transmutabilis, & non differt, quod dicatur, patitur, vel transmutetur. Auerroes epitom. in logic. char. 343. col. 1.

Passio accipitur aliquando pro omnibus accidentibus. Auer. in 1. phys. tex. 39. chart. 13. col. 2.

Passionis consimilis causa est eadem materia, dissimilis vero est dissimilitudo materiæ. Auerroes primo de gener. tex. 44. chart. 162. col. 2.

Passiuæ dicuntur quodammodo esse contraria, & quodammodo esse similia. Auer. de sub. orbis, ca. 1. ch. 2. col. 3.

Passio proprie dicitur, quod in naturam, vel contra naturam agit, vt contrarium, & naturæ nociuum. Alb. magnus in sex princip. chart. 70. col. 1.

Passio alterans, & patiens alteratum sunt simul, & inter ea non est medium. Albertus magnus in 7. physico. tract. pri. cap. 4. chart. 83. col. 4.

Passiones sunt principia quædam, & seminaria, tã boni, quã mali; vt aptantur per studia, & bona, & mala. Albertus magnus de motibus animalium lib. 1. tractat. 21. cap. 7. chart. 44. column. 4.

Passio (vt ait Apalius) est irrationalis animæ motus cum mouetur a tristitia, timore, concupiscentia, & voluptate. Alb. magn. ethic. 1. tra. 4. cap. 6. ch. 10. col. 2.

Passiones non sunt virtutes, nec malitiæ; quia secundum passionem, nec prauis, nec studiosi dicimur. Alb. magn. ethic. 2. tract. 2. cap. 1. chart. 36. col. 1.

Passiones omnes aut sunt innatæ, aut illatæ. Albertus magnus ibid. chart. 41. col. 4.

Passio est motus sensibilis animæ. Alber. magn. ibidem.

Passiuâ potentia sibi est dissimilis, quia aliquando habet formam, aliquando non: sed cum acquirat eam per alterationem, tunc potest agere actionem, cuius principium est forma quæ sita in ipsa per alterationem, & aliquando etiam ei datur a generante. Alber. magn. in 3. de anim. tract. 1. cap. 1. chart. 33. col. 2.

Passiuæ generaliter sunt apprehensiuæ potentia, nec habent principia agendi, nisi a forma, quam per apprehensionem acquirunt, & ideo apprehensiuæ dicuntur. Albertus magnus in tertio de anima. tract. prim. cap. prim. chart. 33. col. 2.

Passio omnis, & passiuâ potentia est per materiam, & actio omnis per formam. Diuus Thomas in prim. de gener. & cor. lib. 20. tex. 55. chart. 18. col. 2.

Passiones proprie dicuntur operationes appetitus sensitiui, quæ sunt secundum transmutationem organi corporalis. D. Tho. 2. eth. 1. 5. char. 26. col. 4.

Passiones quæcunque respiciunt bonum, vel malum absolute, sunt in concupiscibili. Diuus Thomas secund. ethicorum, lec. 5. chart. 26. col. 4.

Passio est quædam via ad qualitatem. Vnde non solum illa vocantur similia, quæ habent conuenientiam in qualitate; sed etiam, quæ habent conuenientiam in passione. Alexander de ales in 5. metaphysicorum tex. 16. chart. 126. column. 3.

Passio omnis obijcit a substantia, quia est via ad corruptionem. Alexander de ales in quinto, metaphysicorum. text. 26. chart. 155. column. 3.

Passio est ex hoc, quia intelligibile mouet realiter intellectum, quod quidem intelligibile differt ab intellectu. Alex. de ales in 12. metaph. tex. 39. ch. 345. col. 1.

Passio prima, vt manet in ea vis quidditatis subiecti non censetur alterum a subiecto. Thomas de Vio in poster. chart. 112. columna 2.

Passio in quo est, a quo fit, & quid facit.

Passiones rationis in materia sunt. Aristot. primo de anim. sum. 1. cap. 1. tex. 14. chart. 590.

Passio fit in tempore, sed celeriter. Simplicius in 2. de anima, text. 125. chart. 46. col. 2.

Passiones cum commutatione, & alteratione factæ corporeæ sunt. Simplicius in primo de anima. text. 14. chart. 4. column. 4.

Passiones omnes cum corpore ideo cognoscuntur, quia cum eis sit quædam corporea commutatio. Simplicius in 1. de anima, tex. 14. chart. 4. col. 4.

Passionum causæ a corporis dispositione pendent, & si mouens anima ad id pendet. Simplicius ibid.

Passiones indicant materialem commotionem inseparabilem cum corporeis immutationibus. Simplicius ibidem text. 15.

Passibile semper a maiori vi, ac potentia patitur. Ioann. grammaticus in 1. physico. chart. 9. col. 4.

Passiones non faciunt substantiales differentias. Ioann. grammaticus in primo de gener. & cor. tex. 23. com. 72. charta 30.

Passio omnis, ac affectio in subiecto est. Michael-ephef. de longit. & breuit. vit. chart. 26. col. 3.

Passio posteriori semper est attribuenda, quoniam principium passionis, quæ fit a transmutatione, est aliquod ens, & transmutatio est non ens, & dignus est attribui enti, quam non enti. Auer. in 8. physico. tex. 69. chart. 287. columna 4.

Passio omnis facta cum alteratione, & transmutatione, necessario est in corpore. Auerroes in primo de ani. text. 14. chart. 111. column. 1.

Passiuâ necessario componuntur ex passiuis. Auer. in 5. prim. metaphysicorum tex. com. 38. chart. 11.

Passio manet ab intrinseco materiali. Albertus magnus in sex princip. chart. 68. col. 2.

Passio semper est imperfecti, vt est in patiente, vt in subiecto, & mobili. Alb. magn. in sex princip. ch. 68. col. 3.

Passio est secundum formam agentis, vt agens est, & ideo agens, & patiens in forma communicant: & forma, quæ est actus agentis, est passio patientis, secundum quod ab agente est recepta, & in agente est, vt perfecta, in patiente, vt via ad perfectionem. Albert. magn. in sex princip. chart. 70. col. 4.

Passio omnis intensa abijcit aliquid a substantia, & acquirat aliquid in ipsa. Albertus magnus in 2. physico. tract. prim. cap. 3. chart. 30. col. 4.

Passiones animalis, vt animal, oriuntur quædam ex anima, & terminantur ad corpus, vt sensus: quædam ex corpore, & terminantur in animam, vt somnus, & vigilia. Albertus magnus de som. & vig. l. 1. tract. 1. cap. prim. chart. 25. column. 1.

Passio, quæ fit a somnio, & sensu, similis est violentiæ, qua feruntur ea, quæ feruntur motu violento, qui est motus expulsionis, siue proiectionis. Albertus magnus de som. & vig. libro secundo, tract. prim. cap. quinto, chart. 32. column. 3.

Passionibus, quæ sunt communes omnibus, substât causæ in genere, & passiones specialium causarum per se insunt specialibus causis, quæ per diuisionem sub communi genere causæ accipiuntur. Alb. magn. in 3. metaph. tract. 3. cap. 1. chart. 83. column. 3.

Passio proprie non habet actum, sed motum. Alb. magn. ethic. 6. tract. 1. cap. 3. chart. 69. col. 3.

Passio fit ex impressione alicuius agentis, & sic passiones animæ habent originem a rebus. Diuus Thomas in perherm. chart. 1. columna 3.

Passio eadem numero in genito, & corrupto non manet, sed id, quod prius manet, corrumpitur corruptione subiecti recedente forma, quæ prius erat talis accidentis, & aduenit simile accidens consequens formam de nouo aduenientem, vel accidentem. D. Tho. in pri. de gen. & cor. l. 10. tex. 24. chart. 10. col. 3.

Passiones omnes cum aliqua corporali transmutatione fiunt. D. Tho. ethic. 4. l. 17. char. 78. col. 3.

Passionum differentiarum intuitus notitiam facit. Tho. de Vio in poster. chart. 219. col. 2.

Passionum causæ sunt ipsæ formæ, a quibus differentia sumantur. Thom. de Vio in poster. chart. 219. col. 2.

Passio, vt qualitas.

Passiones dicuntur, & non qualitates, quæ ex rubore, vel alio accidente leuiter fiunt passiones, facile vero transeunt. Aristoteles in præd. tractat. secundo, capit. quarto, chart. 21.

Passiuæ qualitates sunt materia digestionis, & concoctionis. Arist. meteor. 4. su. 1. tex. 18. ch. 562.

Passiones non sunt priores substantia, nec ratione, nec tempore, nec generatione. Aristoteles septimo, metaphysic. text. 47. chart. 153.

Passibiles qualitates dicuntur, quia passiones inferunt sensui. Alb. magn. in præd. char. 35. col. 1.

Passio est qualitas secundum essentiam, & non tantum ob id, quod nos quales afficiat. Alb. magn. ibid. col. 3.

Passio ab vniuersali subiecto prouenit, quod agenti subijcitur, & in qualitate accidentali. Albertus magn. in præd. chart. 58. column. 1.

Passiuâ qualitas est principium transmutationis ex alio, vt est aliud, quod transmutatur ex passiuo. Albertus magnus in quarto, meteor. tractat. prim. cap. secund. chart. 116. columna 4.

Passiones, vt corporis.

Passionum corporis species sunt, Concretile, Inconcretile, Eliquabile, Ineliquabile. Mollificabile, Immollificabile. Tangibile, Nō tangibile. Flexibile, Nō flexibile. Frangibile, Non frangibile. Friabile, Non friabile. Impresibile, Non impresibile. Formabile, Non formabile. Presibile, Non presibile. Trahibile, Non trahibile. Ductibile, Non ductibile. Fissibile, Non fissibile. Secabile, Non secabile. Viscosum, Fragile. Compressibile, Non compressibile. Combustibile, Non combustibile. Exhalabile, Non exhalabile. Aristoteles meteor. 4. su. 3. cap. 1. t. 42. ch. 576.

Passionum, quæ in corpore nobis venturæ sunt, indicia sunt, quæ in somnis videmus. Mich. ephef. de diuin. per

per somn. charta 22. columna prima.
Passio fuit in causa, vt repertum fuerit subiectum, operatio, forma. Auerroes ex destr. destr. disput. sexta, charta 40. columna 2.
Passioni duo insunt: forma agentis a patiente suscepta, & motus, vt est actus imperfecti, & imperfectus in patiente. Alb. magn. in sex princip. ch. 70. col. 3.
Passionibus corporalibus detenti, timore scilicet & concupiscentia venereorum, sollicitudinibus, & curis, gaudijs vanis, & tristitia ita detinent ad se, ac trahunt imaginationem, & turbant intellectum, vt nec moueri possit ab influentia descendente, vel alia causa mouente. Albertus magnus de som. vig. lib. tertio, tractat. prim. capit. 5. chart. 36. colum. 2.
Passiuia virtus omnis motore eget extrinseco, per quem efficiatur in actu. Albertus magnus in quarto, de celi. tract. prim. cap. 1. char. 53. col. 1.
Passiones virium sensitiuarum non inferunt necessitate intellectui, & voluntati. Diuus Thomas in perihier. chart. 14. columna. 4.
Passio definitur cum ratione, quam habet ad subiectum, quod in eius definitione ponitur. Diuus Thomas in poster. chart. 17. columna 4.
Passio alicuius rei conuenit, illi quoque, & subiectum illorum conuenit. Diuus Thomas in 2. de gen. & cor. lib. 5. text. 32. chart. 29. columna 1.
Passionem propriam sine proprio subiecto esse impossibile est. Alexander de ales in 10. metaphysicor. text. 20. chart. 295. columna 3.
Passiones corporis animati diuersificantur iuxta diuersos viuentium gradus. Aliæ enim sunt animati, vt animatum. Aliæ animati, vt sensitium. Et aliæ vt animal huiuscemodi. Petrus de Auer. de long. & breuit. vit. l. prim. chart. 57. colum. 2.

Passiones, ut animæ.

Passiones animales, vt iræ, timores, & huiuscemodi, fiunt ab ipsa anima mouente in composita quidam ab ea quæ indeterminate agit. Simplicius in pri. de ani. text. 14. chart. 4. columna 4.
Passionum animæ, quod magis desideratur, est, an de eis possit esse aliquid abstractum, vel non, quod impossibile est, nisi sit aliquid earum proprium animæ sine corpore. Auer. 1. de ani. tex. 3. char. 109. col. 3.
Passio sensitiua est potior secundum speciem, quam passio corporea. Auerroes primo rhetoricorum capit. 14. chart. 39. columna 2.
Passiones animæ sunt eadem apud omnes non numero, vel proprio, vel genere, sed natura causante, vel extra, vel in anima, & in voluntate hominis non diuersa faciente. Albertus Magnus in perihiermen. charta 81. columna 2.
Passionum genera sunt, tristitia, & delectatio. Albertus magnus de anima. l. 1. tract. 2. cap. 4. ch. 43. col. 3.
Passionum potentiarum quatuor sunt: timor, tristitia, spes, & gaudium, quæ ad tristitiam, & delectationem reducuntur. Albertus magnus de motibus animal. lib. prim. tract. 2. cap. 4. chart. 43. columna 4.
Passiones illæ, quæ respiciunt bonum, vel malum sub ratione cuiusdam ardui, pertinent ad irascibile, vt timor, & audacia, respectu mali: spes, & desperatio respectu boni: & ex his est ira, quæ est passio composita, & ideo nec contrarium habet. Diuus Thomas ethicorum secundo l. 5. chart. 26. colum. 4.
Passiones omnes terminantur ad delectationem, & tristitiam. Diuus Thomas ethicorum octauo, lec. tert. chart. 137. columna. 2.
Passiones pertinent ad partem sensitiuam, quæ maxime pertinet ad tempus præsens. Diuus Thom. ethicor. octauo, lec. 3. chart. 137. col. 2.

Passiones communes, primo considerantur in speciebus, & per species in generibus. Ioannes grammat. 2. post. cap. 14. chart. 68. col. 4.
Passiuum non exit ad actum nisi a potentia actiua. Auer. in physic. 2. tex. 48. chart. 32. col. 1.
Passiuum, & actiuum videntur quodammodo esse opposita. Auerroes secundo, de anima. sum. secunda, text. 37. chart. 137. colum. 3.
Passiuum antequam patiatur, contrarium est agentis: cum passio completur, est simile agenti: & dum patitur, est admixtum: non enim cessat, dum mouetur corrupti in eo pars contraria, & fieri pars similis. Auer. 1. de anima, text. 59. chart. 138. colum. 3.
Passiuæ virtutes sunt mobiles ab eo, cui tribuntur. actiuæ mouent illum, cui tribuuntur. Auerroes 3. de ani. text. quarto, chart. 160. columna 2.
Passio ponitur post actionem, vt effectus post causam. Albert. magn. in sex princ. chart. 70. col. 3.
Passionis proprium est inferri ab actione. Albert. magn. in sex princ. chart. 70. col. 4.
Passiuum idem numero actiua diuersa secundum genus habere non potest. Albertus magnus in 2. de ani. tract. 3. cap. 5. chart. 21. columna 1.
Passiuæ recipiunt actionem actiuorum secundum proprium modum. Diuus Thomas in 7. physicorum l. quart. text. 11. chart. 110. col. 2.
Passiuum coniungi actiuo nil aliud est, nisi deduci ab actiuo de potentia ad actum. Alexander de Ales in pri. metaphy. c. 2. col. 3.
Passiuum nullum trahit seipsum ad actum, vt sit. Alex. de Ales in 5. metaphysicor. tex. 5. char. 110. col. 3.
Passiuum, vt passiuum, non operatur. Alex. de Ales in 7. metaphysic. tex. 30. char. 216. col. 4.

Passio, vt ostenditur per syllogismum.

Passio ostenditur signum per vim syllogismi, & rationis. Alb. Mag. in prio. c. 170. co l. 4.
Passiones cognoscuntur quid sunt, quia per ipsarum definitionem saepe probantur ineffe subiecto. Alber. Mag. in poster. c. 173. col. 4.
Passio propria est etiam quoddam principium incomplezum in scientia, in qua passio illa probatur subiecto ineffe. Albertus magnus in 8. physicorum tract. secund. cap. prim. chart. 95. col. 1.
Passio scitur, vt incomplezum: conclusio, vt complexum. Thom. de Vio in post. chart. 190. col. 1.
Passio omnis quanto magis appropinquat ad definitionem subiecti, tanto magis est ratio demōstrandi. Alex. de ales in 7. metaphy. ca. 59. char. 242. col. 3.
Passio proprie non potest reperiri in aliquo, nisi in eo reperiat ratio subiecti sui, quia passio nunquam separatur a subiecto. Alexander de ales in 10. metaphysic. tex. 3. chart. 279. col. 3.
Patiens, & passio sunt simul, inter hæc enim nihil est. Aristot. 7. phy. sum. 3. cap. 1. chart. 183.
Patiens aut humidum, aut siccum est, aut ex his. Aristot. meteo. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 30. chart. 569.
Pati dicimus quandoque subiectum, vt sanari hominē, & quandoque sanari laborans, & sic de agere. Aristot. de gene. & corrup. cap. 4. tex. 52. chart. 408.
Pati nihil potest a se ipso. Aristot. 9. metaphy. ex. sum. prim. cap. secund. tex. 2. chart. 175.
Pati est ab alio alterari, eiusque sunt duæ species. Nam sic patitur vt corrumpatur, vt lignum ab igne: aut vt in perfectionem ducatur, vt discipulus a magistro: aut corruptiuum est, vt secari: aut perfectiuum, vt discere. Ammon. in præd. chart. 102.
Pati est illud, quod habet casum in aliud. Sim. in præd. c. 83. Pati

Pati non habet contrarietatem ad ipsum facere, quauis oppositas voces habeat. Simp. in præd. c. 85.
Pati prædicamentum comprehendit omne acquisitum, & quod ab alio aduenit, & nequaquam sua ope existit, sed alterius cōsequitur actiones principales, & ab illis immutatur, & quæ opponitur speciei & formæ, & quæ est tanquam materiale subiectum, formæque, & potentia hinc vt efficiat, & suscipiens omnia in se ipso, elementa quoque tanquam passibilia. Sim. in præd. c. 86.
Pati non solum in corporeis affectionibus constat, sed etiam in ipso iudicio, & forsan in affectione formæ sensibilibus: quæ ratione a sensitiua portione differt. Sim. in 1. de anim. te. 75. ch. 18. col. 1.
Pati facile potest, quod tenuium est partium. Simp. in 3. de anim. ex sect. 2. te. 65. ch. 85. col. 3.
Patiens ab aliquo nihil materiam agentis sumit, sed formam. Io. gram. in 2. de anima. tex. 121. c. 71. col. 3.
Pati dicimur, & disponi secundum quietem etiam. Ioan. gram. in 3. de ani. te. 137. c. 74. col. 3.
Patitur, quod vicissim agit, & eiusdem sunt materiæ. Io. gram. in 3. de ani. te. 9. ch. 84. col. 4.
Patiens quodammodo est contrarium, quodammodo simile. Idem in physicor. 1. te. 56. e. 16. col. 3.
Passiuum non habet potentiam, quod patiatur a seipso. Auer. in epito. metaph. tr. 3. c. 176. col. 3.
Passiuum nobilior esse agente de se impossibile est, cum eius quidditas proueniat ab agente. Idem eo. l. 1. c. 183. c. 3.
Pati contrarium est ipsi actui. Idem de subit. orbis cap. 1. chart. 3. columna. 2.
Patiens omne similiorem quam potest suscipit actum agentis, & quod maxime appropinquat per dispositiones conuenientiarum, suscipit actum vniuersum agentis. Et cum (secundum Auerroistas) agens, quod tota naturam informat, sit intelligentia, oportet, quod in patiente, quod maxime intelligentiæ appropinquat, educatur forma similis intelligentiæ. Hoc autem in patiente est corpus hominis maxime æqualitati celi conueniens, cuius ipsa intelligentia est motor. Igitur in illo faciet similem sibi, & hæc est anima intellectualis. Igitur anima intellectualis enūmeratur ad numerum generantium, & sic non est vna in omnibus. Alb. mag. cont. Auer. de vnit. intel. c. 5. c. 81. col. 3.
Patiens non potest non acquirere dispositiones, & complexionem agentis in natura. Idem de anima. l. 9. tra. 2. cap. 2. ch. 89. col. 4.
Pati nihil aliud est, quam suscipere aliquid ab agente. Idem in 3. physico. l. 5. te. 22. ch. 35. col. 4.
Pati non est causa passionis, sed potius dispositionis materiæ, quæ a tali actiuo passibilis est, non ab alijs. D. Thom. in 1. de gen. & corru. l. 23. te. 77. c. 21. col. 2.
Patiens a principio dum patitur, contrarium est agenti; sed in fine, cum iam passiuum est, est ei simile. Idem in 2. de anim. l. 10. te. 51. ch. 30. col. 4.
Pater familias quatuor habere debet circa pecunias, nam & quærere posse, & quæsitam tueri conuenit, & ornari presentibus, & frui sciat. horum. n. gratia habenda illa expedit, & plura habere fructuosa quam infructuosa, & negotia sic sequestranda, vt omnia simul periculum non subeant. Aristot. econo. l. 1. c. 781. col. 4.
Pater in filios imperium apud persas tyrannicum est, vt seruis. n. filijs utitur. Aristot. ethi. nic. c. 10. c. 205.
Pater magis filios, quam filij patrem diligit. Aristot. mag. mor. cap. 15. char. 359.
Pater est causa effectiua proxima filij; remota, cælestia corpora: materia quoque, & talis electio, & victus causæ sunt talis compaginis ipsi corpori. Io. gram. in 2. de gene. & corru. te. 58. com. 47. ch. 146.
Pater familias optimus panem ex farinæ flore liberis dat, deterius seruis impartitur, fursur autem in porcis, & gallinis nutriendis tribuitur. Ioan. gram. de generat. anim. lib. 2. cap. 4. char. 47. col. 4.

Pater est causa agens, mater tantum materia. Auer. in 5. metaph. ex sum. 1. te. 10. ch. 48.
Pater totus secundum principium formatiuum est in semine. Alb. mag. in præd. ch. 11. col. 1.
Pater est, qui sui aliquid habet in filio: filius nihil habet in patre. Alb. mag. præd. ch. 13. col. 3.
Pater non est proxima causa filij, neque secundum seipsum, sed potius gutta patris, quæ resoluta in spiritum intrauit, guttam foeminae, vt spiritus in corpus, qui cum virtute formatiua formauit, & perfecit partum, & eadem virtus est in omnibus membris nati tenens quod formatum est. & nutrimentum conuertens in ipsum, vt in matrice conuertit sanguinem menstruum, quo secundum actum non causante nihil remanet de his, quæ sunt in nato. Alb. mag. de causis, & procel. vniuersitatis a causa 1. l. 2. tr. 3. c. 10. ch. 222. col. 2.
Patris bonum in filios est triplex: formatiuum ad esse, & figuram: nutritiuum ad conseruationem, & regitiuum. Alb. mag. ethic. 8. tract. 3. c. 3. ch. 95. col. 3.
Patris vinculum in filium tantum est, vt etiam si improbus est, nisi violenter expellatur, ob nimiam filij improbitatem, cum deserere non debet. Alb. magn. ethi. 8. tract. 3. c. 13. ch. 98. col. 4.
Pater dat filio principaliorē partem, formā, s. mater vero materiam. D. Thom. ethi. 8. l. 12. c. 11. col. 1.
Pathyo animal est, quod naturæ decorem mirabilem habet: adeo enim est radiosum, colore purpureo, vt visus in ipso quasi scintillare videatur. Mortuo radiositas subducitur, restat rubedo, & ad modum canis mansuescibile est. Ossa illius fortissima sunt, & nerui ita fortes vt non nisi magna violentia rumpantur. Alb. mag. de anim. l. 22. tr. 2. c. 1. ch. 182. col. 4.
Patrimonia qui æquali ficere vult, & filiorum numerum equalem ficere debet. Aristot. pol. 2. c. 5. c. 531.
Patrimonia alienare non posse aliquem apud Locros lege cautum erat, nisi euidentem calamitatem euensse ostendebat. Aristot. pol. 2. c. 5. c. 322.
Paucorum status est, cum ad opulentorum commodum gubernatur. Aristot. pol. 3. c. 5. c. 571.
Paucitas est pluralitas habens defectum, & prima est dualitas. D. Thom. meta. l. 8. te. 20. c. 722.
Paucum, & paruum si aliquid reperitur, insecabilem reperiri quantitatem oportet. Aristot. de lineis insec. c. 933.
Paucum, est passio multi. Alex. de ales 7. metaphysicor. 20. char. 295. col. 3.
Pauo uiuit annis 25. parit maxime a trimatu, & colores pennarum varios recipit. excludit diebus tricenis, aut paulo tardius. Semel tunc modo anno parit oua 12, aut paulo pauciora, nec continuatis diebus se libris, ternisve interpositis, primiparæ octona maxime edunt, & pariunt quoque pauones oua subuentanea. Aristot. de hist. anim. 6. cap. 9. ch. 207. Idem Alb. magn. de anim. lib. 8. tract. 1. c. 6. ch. 59. col. 1.
Pauones coeunt vere, & partus breui a coitu agitur. Aristot. de histor. anim. 6. c. 9. ch. 208.
Pauo amittit pennas cum primis arborum frondibus recipit cum germine earundem. Aristot. de histor. anim. 6. cap. 9. char. 208.
Pauo auis est nota, capite serpentino, longis penis coronato, logo collo siphyrino, sed ruffo capite: pectus saphyrinū hinc, & lucis: alas hinc rufas: dorsum cinereum ad ruborem declinat. Cauda hinc masculus logo penis, plumosis hinc in fine orbes ex viridi, & quasi crysoliti splendore, & auri & saphiri coloribus distinctos: & albi quoque in frigidis locis inueniuntur predictos colores quasi per pannum album pferentes. Gallina vero non hinc de decore pauonis, nisi corona capitis, & in collo aliquid saphyri: in relijs fusca rubedine & terrestreitate. Fugat serpentes, & eos comedit pauo. oua tertio anno facit, & tunc decorum induit, & ter ouat in anno, & oua eius nisi molli stramento excipiant, frangunt facilliter. Paua oua

a pauone occultat, pauo enim nimio desiderio fouendi oua frangit, & pulli in frigore moriuntur. Albert. magn. de anim. 2. ca. 23. ch. 194. col. 3.

Pauo maris est piscis, collo & dorso optimis coloribus depictus vt pauo. Alb. mag. de anil. 24. ch. 198. col. 4.

Paupertas cur apud homines bonos esse potius solet, quam apud prauos? quia omnibus odio habetur, & expellitur, ad probos perfugit, rata maxime apud eos salutem, & permanendi locum se posse assequi. Econtrario, si ad prauos venerit, nunquam eos fortuna ista esse cõtentos, sed vel furta, vel latrocinia adituros: quibus rebus ipsa apud eos amplius manere potest. Arist. problem. se. 29. te. 4. char. 608.

Pauperes in nimia indigentia constituti deiecto nimium animo, & viles sunt. ex quo fit, vt gerere magistratum nesciãt, sed ad parendum seruiliter sunt apti. Aristot. polit. 4. capit. 11. chart. 624.

Paupertatem timere non licet, nec malum, nec quod neque a vitio proficiscitur, nec per nos ipsos fiat. Aristot. 3. ethicor. ad Nicom. ca. 6. ch. 64.

Pauperes vtuntur mulieribus, & pueris tanquam ministris, quia seruos non habent. Ari. pol. 6. c. 8. c. 712.

Pauper magnificus esse non potest, cum ea non habeat, quæ ad sumptus decenter faciendos pertinent. Arist. ethic. ad Nicom. 4. c. 2. ch. 88.

Paupertate vis omnis domatur. Aristotel. moral. eudem. 3. capit. 3. chart. 416.

Pauper habitu magnificentiæ præditus esse potest, & si cum de sint pecuniæ, magnificè operari non possit. Eust. 4. ethicor. cap. 2. char. 175.

Pax quandoque magis eligenda est quam bellum. Auer. 5. ethicor. cap. 10. char. 39. col. 3.

Peana duplex: aliæ longa oritur, & in tres breues definitur, aliæ incipit a tribus breuib, & in vna longa definit, & periodum a primo incipere in vltimum terminare placet Aristoteli. contra Cicero. Dan. Brbar. 3. rhetoricor. cap. 7. char. 166.

Peccat quisque, cum in se principium causæ habuerit. Arist. 5. ethicor. ad Nicom. cap. 8. c. 128.

Peccatum non est in lege, nec in legis latore, sed in rei natura. Arist. 5. ethi. ad Nicom. ca. 10. ch. 134.

Peccare multis modis possumus. Est .n. malum infiniti (vt Pythagorici coniectabant) bonũ aut finiti: recte agere vno modo solũ licet, & iõ peccare facile, bene agere difficile est. facile .n. est a scopo aberrare, & difficile ipsum attingere. Ari. 2. ethi. ad Nic. c. 6. c. 40.

Peccantes non omnes peccant, quod ignorant quæ faciunt, mala, & damnosa esse, vt ægrotantes, & amantes. Ale. aphr. de natur. q. c. 9. ch. 18.

Peccare incipientes verècundantur, ac latere volunt, quod non facerent, si nescirent se peccare. Ale. aphr. in 4. natur. quæst. c. 9. ch. 18.

Peccantes non vi vitiosa agunt, qa ex suo proprio impulsu instrumentales partes ad tales actiones mouët, & consilientes de ipsis, & eligentes. Ale. aphr. ibidem.

Peccata artis videri debent ea, q̄ casu, vel fortuito fiunt. Ale. aph. in 11. meta. vel secund. lat. 12. co. 7. c. 285. c. 2.

Peccatum æquale est, si acceperis persuasiones a philosopho, & si exegeris demõstrationes a rhetore. Auer. 1. ethicor. ca. 3. char. 2. col. 1.

Peccatum est eius, quod in natura est, in id, quod p̄ter naturè est, discessio. Alb. mag. ethi. 1. tr. 2. c. 2. ch. 25. c. 2.

Peccatum omne ex ignorantia accidere existimauit Socrates. D. Thom. ethi. 7. l. 2. char. 115.

Peccata non sunt æqualia, qa recessus a bono nõ est semper æqualis. Ale. de ales in 5. meta. tex. 27. ch. 137. c. 1.

Pecora apud Vmbros anno singulo ter parere aiunt, terramque multo copiosiore multitudinem fructuum emittere regione, q̄ seminatur. Mulieres quoque eius loci accalos plures generare, raroq; singulas singulos parere; quam multas vero geminos, ternosque parere

ferunt. Arist. de admir. aud. nu. 77. char. 852.

Pecora apud Illyrios bis singulo anno parere, ac pro maiori parte gemellos, multaque ternos, & quaternos, nonnulla quinos, & plures aiunt, & terna lactis multetra implere asserunt. Ari. de adm. aud. nu. 124. c. 867.

Pecten dicitur pars inferior, quæ in ventre est, vbi fit diuisio crurium metaphoricè, quia pars continuata, per quam plurimæ aliæ porriguntur, pectè vocatur. Alb. mag. de anil. 1. tra. 2. ca. 24. ch. 20. col. 4.

Pecten in mari est piscis rotundus: temperamento indiget, & ætus, & frigoris passiones non sustinet, vt ait Plinius. Ungues eius, vt ossa, lucent de nocte, & sic faciunt ossa piscis. quæ dicuntur muroica. Alb. magn. de anim. l. 24. c. 1. ch. 198. col. 4.

Pectus a collo priorem obtinet situm bipartitum in mammam parte sui vtraque exuberans. Arist. de hist. anim. 1. ca. 12. char. 23.

Pectus animalia omnia humano pectori proportionatum habent, sed non simile: humanum enim latũ est, cæteris angustum. Arist. de histo. ani. c. 1. c. 37.

Pectus costis impositum est, quæ aduersè inter se coeunt, cum reliquæ breuiores sint, quam vt facere idem possint. Arist. de hist. anim. 3. c. 7. c. 85.

Pectus inter lacertos homini constitutum est, cæteris inter crura priora: hominibus latum est, quia non est, quod impediatur: cæteris ob motum hæc pars coarctata est. Arist. de partib. anim. 3. c. 10. c. 535.

Pectus vocatur in animalibus, in alijs id pectori proportionale est, & est particula illa, quæ est inter illam, qua suscipiunt alimentum, & illam, qua emittunt alimentum. Ari. de iuuen. & sen. vit. & mor. & resp. c. 1. c. 300.

Pectus magnum habentes, & dearticulatum, fortes sunt secundum animam. referuntur ad masculinum. Arist. physiog. ca. 9. char. 348.

Pectore valde nudo, & nõ piloso existentes, inuerecundi sunt. referuntur ad mulieres. Arist. physio. c. 10. c. 533.

Pectoris medius habitus, nec pilosus, nec nudus, bonus est. Aristotel. ibidem.

Pectoris ossa sunt 42. videlicet in dextra parte septè costæ magnæ arcuales, in extremitate versus dorsum aliquantulum reflexæ inferius, & incuruatæ: & habent nodulum paruum, qui intrat alas spondilium, & earũ media maior est propter maiorem capacitatem, & septem aliæ in parte sinistra istis similes dispositæ sunt in medio pectoris, a gutture descendentes: vnum latum, quod vocatur asser pectoris, & habet septem foramina in dextra, & septem in sinistra, ex quibus exeunt ossa quædam costis rectoria. Et sunt breuia, incartilaginosa, sub quibus costis exeunt quinque costæ in dextra, & quinque in sinistra parte, quæ continue breuiantur, ne impediatur humorẽ ventris, sed tueantur membra nutritiua, quæ sunt in ventre. Sub asserè est os epiglottale iacens super os stomachi, & in summo pectoris, est os humeri rotundum, vt minus nocuementi capiat, & sic huic simile est os in humero sinistro, vt in dextro, & sic sunt 42. Albertus magnus de animalib. lib. 1. tract. 2. cap. 12. char. 12. col. 4.

Pectus dilatantes musculi sunt paria plura, quorum vnum est musculi diaphragmatis, quod distinguit inter spiritalia aerem trahentia, & nutritiua membra. Secundum est sub furcula positum, quod nascitur ex additamento spatulæ, quod protenditur versus caput, & continuatur costæ primæ a dextra, & sinistra, & cum ipso vnitur. Tertium diuiditur in dupla, ita quod superior pars eius collo continuatur, & mouet ipsum, & inferior mouet pectus, & miscetur cum musculo supraddicto, & continuatur cum costa quinta, & sexta. Quartum est infusum in loco spatulæ concauo, cum quo continuatur, & per quod descendit a spondilibus ad spatulã, & siunt ibi, vt musculus vnus, & cum costis posterioribus continuatur.

tinuatur. Quintum est, quod nascitur a sexta colli spondili, & a prima, & secunda pectoris spondili, & continuatur cum costis thoracis, & isti pectus dilatant. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. c. 15. c. 14. col. 4.

Pectus constringentes musculi quatuor paria sunt. Primum est, quod in latitudine restringit diaphragma quiescens. Secundum est, per quod est sub radicibus costarum superiorum extensum, quod constringit pectus, & aggrauat. Tertium est apud extremitates istius adhærens thoraci inter furculam, & os epiglottale, quod est sub pectore, & continuatur cum musculis ventris, qui recti sunt, & alia duo paria istud operiunt. Albert. mag. de anim. l. 1. tr. 2. c. 15. c. 414. col. 4.

Pectus simul dilatantes, & constringentes musculi sunt omnes, qui sunt inter costas. Sed, si quis diligenter consideret, videbit alios esse constringentes a dilatantibus quia dilatantes sunt positi, & constringentes inferius. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 15. c. 14. col. 4.

Pectoris musculi omnes sunt 88. Alb. magn. de anim. l. 1. tr. 2. c. 15. ch. 15. col. 4.

Pectoris initium est a duobus furculis, & finis eius est super diaphragma, quod hæret ossi epiglottali, & duodecimæ spondili in posteriori parte, & hinc, & inde ad latera vadit. Alber. magn. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 23. char. 20. col. 2.

Pectus in se diuisum est in duo, per pelliculam vnã, quæ sub furcula incipit, & venit super pulmonem, & vna pars pulmonis subiacet vni, altera alteri. Alb. mag. de anim. l. 1. tr. 2. c. 23. c. 20. col. 2.

Pectus latum bene dispositum, cuius latera sunt singulæ partes, optimum est, quia est naturale homini. Alber. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 23. c. 20. col. 3.

Pectus tenue, & inualidum, imbecillum significat animalium. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 23. c. 20. col. 3.

Pectus multis carnibus comissum indocilem, & ignarum indicat. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 23. c. 20. col. 3.

Pectus solum pilosum, calidum, & animosum designat. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 26. c. 23. col. 3.

Pectus magnum, latum, & amplum nisi erit cum magnitudine cerebri, quæ facit magnitudinem capitis, & nuclæ, & spondilium, & costarum, sed paruo, & mediocri capite, & forti pulsu, significat caliditatem cordis. contrarium frigiditatem, nisi paruitas capitis impediatur. Albertus magnus de animal. lib. prim. tractat. 3. cap. 4. char. 27. col. 1.

Pectoris nuditas, & pilorum paucitas frigiditatem cordis, & siccitatem significat. Alber. magn. de animal. l. 1. tract. 3. cap. 4. ch. 27. col. 1.

Pectus, aut aliquid pectoris loco omne animal habet. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 1. c. 4. ch. 29. col. 1.

Pecunias acquirere, cur nonnulli non impendere consueuerunt? Vtrum, quod suis moribus viuunt? An oblectamine, quod in spe positum est, alliciuntur? Aristot. probl. se. 30. nu. 12. c. 627.

Pecunias omnia ea dicimus, quarum extimationem numerus metitur. Arist. 4. ethi. ad Nic. c. 1. c. 89.

Pecuniæ sunt ex vtensilibus. Ari. 4. ethi. nic. c. 1. c. 80.

Pecuniarum vsus potius est sumptus, & datio; acceptio vero, & conseruatio possessio potius videtur. Arist. 4. ethi. ad Nic. c. 1. ch. 30.

Pecunias comparandas, qui curat, primo considerandum est si quid ex vrbis possessionibus neglectum est, quod nec redditum asserat, nec Deo dicatum est, ex quibus aliquid prouentus elici possit de vendendo, aut locando. si autem, pro singulorum copijs tributa ponenda sunt, vt pauperibus corpora, diuitibus pecunias, opificibus vero arma. Ari. rhet. ad Ale. c. 192.

Pecunias illũ hère, q̄ nullã diligentiam adhibet, vt eas habeat, minime fieri potest. Aristot. ethi. ad Nic. c. 1. c. 82.

Pecunia omne id est, quod est numus, vel cuius estimationem numus metitur. Eustr. 4. mor. c. 1. c. 162.

Pecuniæ destructio hominis est mors ipsius, cum vita eius per pecuniam compleatur. Auerroes ethicorum, quarto, capit. prim. char. 25. col. 1.

Pecunia secundum seipsam in homine non est, vsus autè in homine est, qui quidem est bonus, quia ad bonum ordinatur, & circa difficile est; difficile enim est ordinare pecuniæ vsus ad finem, propter quod etiam virtus circa idem est. Albertus magnus ethicor. 4. tra. 1. cap. 1. char. 47. col. 4.

Pecuniæ acceptio est quasi quædam pecuniæ generatio: custodia vero, vt quædam habitualis retentio. D. Th. eth. 1. 4. l. 2. char. 58. col. 2.

Pecunia, & omnes diuitiæ sunt instrumenta œconomice. D. Tho. pol. 1. l. 6. ch. 8. col. 3.

Pecuniæ obediunt omnia. D. Th. pol. 1. l. 8. c. 11. c. 2.

Pecuniæ nerui bellorũ hũtur. Dan. Bar. the. 1. c. 13. c. 34.

Pecuniæ cura intensior magistratum gerenti, quam familiam gubernanti esse debet. Dan. Bar. 1. rhetorico. capit. 13. chart. 34.

Pecunia, vt cibus corpori, sic reipublicæ omni alimento est: ideo magna infamia notantur, & ingenti supplicio afficiuntur, qui pecuniam ciuitatis, & ærarium expilant, quasi qui ex ore populi cibum etrahant. Dan. Barb. prim. rheto. ca. 13. ch. 34.

Pedagogus dicitur, eo quod pueros deducat, & mores ornet. Ale. aphrod. in 5. top. c. 2. 1. c. 71. col. 2.

Pes unde dicitur, & eius proprietates.

Pedes dicti sunt, quia viles sunt ad motum, qui in pedo, id est in solo agitur. Aristotel. de partib. animal. 4. cap. 13. char. 552.

Pedes sunt frigidissimi, ideo minime sudare solent. Arist. probl. sect. 2. tex. 26. char. 359.

Pedes spadonum magna ex parte solent deprauari, quia ob nimiam humiditatem debilitant, & ob id nimio pòdere corporis debilitant. Ale. aphe. pbl. 1. num. 7. c. 667.

Pedum forma, & compositio.

Pes multiplex constat offe, cuius pars posterior Calx dicitur, prior in quinque digitos discreta est, media Planta appellatur, cuius quædam carnositas inferius, soleam attingit. Vntigium est, quod superius, pna cõficit partem, neruos, & nominis adhuc indiguum est. Summis digitis heret vnguis, & nodus interuenit, sed non nisi vno inflexu adducuntur. Aristot. de histor. anim. 1. cap. 15. char. 26.

Pes concauus intus est, vt recipiat cruris inflexionem, extra durus, & defixus, vt ad exterius respirare, & reflecti possit; Anterior longus, ut fortiter teneat id cui infigitur, & digiti eius inferius reflectuntur. Alb. magn. de anima. lib. 1. tr. 2. cap. 13. ch. 13. col. 4.

Pes compositus ex pluribus ossibus, quorum primus est, quod talo supraponitur, & vocatur basis cruris, & habet superius planatas receptiones cruris duas, & est directe in medio pedis. Secundus os, quod vocat calcaneum, est triangulare, & in fine in calcaneo est rotundum, superiusq; durum est, vt fortius figat, & in inferius molle, vt suauius calcet ea, quæ sunt sub ipso, & minus lædatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 13. c. 13. col. 4.

Pedis iuncturam mouentes musculi alij sunt eleuantes, alij declinantes. Eleuanti vnus est magnus, qui ponit in canne domestico antecedente, & cum ad exteriora egreditur, supra crurẽ inclinatur, & ad partem pollicis vadens continuatur cum eo; qui radici pollicis est propinquus, & eleuat pedem ad superiora. Alter oritur a parte syluestri capitis, quæ cum eo, quod est iuxta radicem minimi digiti continuatur, & pedem leuat ad superiora, & tunc maxime cum eo conuenit primus musculus secundum rectitudinem, & æqualitatem operans. Alb. mag. de animal. l. 1. tra. 2. cap. 17. char. 16. col. 1.

Pedem descendere facientes musculi sunt duo, quorum origo est a capite coxæ, & postea descendunt, & cruris ventrem carne recipiunt, & ex eis chorda nascitur, quæ est de numero maiorum chordarum, & est chorda nerui, quæ cum osse calcanei in posteriori pedis continuatur, & trahit pedem ad posteriorem transuersæ, & est causa forte fixationis pedis super terram. Hunc autem musculus quidam adiuuat, qui oritur a parte syluestri a ralo, cuius color est melangineus; quibus musculis, vel chordis cum accedit nocementum, pes claudicat. Alb. mag. de anim. l. 1. tr. 2. c. 17. ch. 16. col. 2.

Pedem constringit musculus, qui oritur a capite canne in parte domestica, ubi pars obuiat syluestri, & diuiditur in duas chordas, quarum una sub rasceta in anteriori parte pollicis continuatur, cum qua etiam chorda pedis tangit concuum: & altera chorda est, quæ ex parte ipsius generata musculi primæ chordæ perirâsit originem, & postea mandat chordam ossi pollicis, & ipsum dilatat cum transuersione ad domesticum. Alius autem a parte syluestri oritur musculus, & continuatur cum musculo ex duobus populitem pertinentibus, & ab eis separatur, cum vadit per ventrem cruris, & ex ipso oritur chorda, quæ peruenit ad inferiora, pedis, & sub eo toto dilatatur, ut musculus, qui super Plantæ occultum dilatatur pp. auxiliu simile, quale est auxiliu musculi. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 17. c. 16. c. 2.

Pedis digitos musculi constringentes sunt multi, ex quibus est vnus, qui oritur a capite canne in parte syluestri, & extenditur, & super ipsam descendit, & chorda ex se emittit, quæ in duas diuiditur, quæ constringunt, & medium digitum, & medicum. Alius est isto minor cuius ortus est ab extremo cruris, cuius chorda in duas diuiditur chordas, quæ constringunt indicem, & minimum. Diuiditur autem ab vtraque istarum chordarum chorda, quæ continuatur cum ea, quæ diuiditur a reliqua, & fiunt chorda vna perueniens ad pollicem & ipsum constringens. Tertia autem chorda, quæ est a syluestri duarum extremitatum, quæ in canne domestica parte existunt, & inter duas descendit cannas, etiam ex se partem transmittit ad pedem constringendum, & insuper partem mittit ad primum os pollicis, & horum musculorum situs est supra crus posterius. Alb. mag. de anim. l. 1. tr. 2. c. 17. c. 16. col. 2.

Pedis super plantam iacentes musculi sunt decem, & continuantur cum quinque digitis, ita ut cum vnoquoque digito sunt duo: vnus ad dextram, alius ad sinistram, ex his autem adhuc qui manent, sunt super rascetam, quorum vnus cuiuslibet digito est delegatus, & duo qui proprii sunt ad constringendum pollicem, & minimum. Hi autem musculi adeo sunt permixti, ut cum vnus debilitatur, etiam aliorum operatio debilitatur in proprijs operationibus. Albert. magn. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 17. char. 16. col. 2.

Pedem ad syluestram partem declinare facientes quinque sunt musculi, ut quinque alij sub eis positi quorum vnusquisque trahit digitu ad id, quod sequitur ipsum ad partem domesticam cum motu, & isti quinque sunt cum duobus, qui pollicis, & minimo sunt proprii; septem secundum similitudinem illorum septem, qui sunt in planta pedis. Alb. mag. de anim. l. 1. tr. 2. c. 17. c. 16. col. 2.

Pes, & manus, ut differunt.

Pedis, & manus differentia precipue est in duobus, Primum quod manus ex pluribus ossibus constat, quæ pes. Secundum est, quod in rasceta manus sunt duæ acies ossium, & rasceta pedis non est nisi vna, quia cum manus sit organu organoru, ad subtilia opa oportuit eam habere plurimas iuncturas. Pes autem ad hoc non est creatus, sed ut fixio eius sit firma, & motus eius non nutus, ad quod magis valet paucitas ossium. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 13. c. 13. c. 4.

Pedes quadrupedum varii sunt, nam alii sunt solidi, ut quibus pro cornu ibi excrementa locauit natura; alii sunt bifidi; alii multifidi, & bifida talum habent. Ari. de part. ani. 4. cap. 10. ch. 540.

Pedes hominis omnium maximi sunt proportionem suam magnitudinis, quod factum est, quia erectus solus progreditur. Aristot. ibid. c. 541.

Pedes animalia pares habent, quia non potest moueri aliquid, nisi parte sui aliqua consistat, dummodo non profiliat. Cum igitur ex duobus illis, motu, & statu confici ingressum necesse sit, paritatis ratio patet; bipes enim altero pede mouetur, altero stat, & quadrupes cum duobus mouetur, & cum duobus stat, & sic de alijs. Ari. prob. se. 10. nu. 28. ch. 434.

Pedibus blælis Aethiopes sunt, & Aegyptii, quia ut ligna sic, & animantium corpora a calore deprauari solent, quod est pili declarant, quorum illa crispitudo est quasi pilorum blæsitatis. Ari. prob. se. 14. nu. 4. c. 483.

Pedes animalibus adiecti sunt, tum alimenti gratia, tum ut recte starent, excepta vespertilio, quæ ex aere nutrimētū capit, nec qete indiget. Arist. de spir. c. 4. c. 909.

Pedes ex aquatilibus testata solum habent, ob grauitatem eorum, ut per loca volui, & impelli possint. Arist. de spirit. cap. 4. char. 909.

Pedes animalium in triplici locorum differentia reperiuntur, aut in duobus lateribus corporis, ut in sanguineis, vel in posteriori, ut in homine, vel in priori, ut in molochia, id est in mollibus. Auerro. de partib. animalium quarto cap. 9. chart. 96.

Pedibus gradientia in hoc conueniunt omnia, quod non habent aliquid dirigens in motu, & gubernans, nisi imaginationem, & inter ea, quæcunque sunt frigida, sunt pigra. Albertus magnus de motib. anim. l. 2. tra. 2. cap. 2. char. 47. col. 2.

Pedes volatiliu sunt pauca carnis, & multorum ossium, & neruorum. Albertus magnus de animalib. lib. 2. tract. 1. cap. 2. char. 30. col. 1.

Pes, ut dexter, & sinister.

Pes sinister ad firmandum magis idoneus, dexter ad inchoandum motum magis aptus. Simp. in 2. de celo te. 7. comment. 4. char. 58. col. 4.

Pedis sinistri præmissio, est præparatio a dextris incipiendi motu ad ante. Sim. in 2. de celo te. 14. co. 7. ch. 59. col. 3.

Pes dexter est motus essentialiter, sinister vero non est motus, nisi motu accidentali. Auero. 2. de celo te. 8. c. 47. c. 1.

Pedes, ut ad mores pertinent.

Pedes, qui bene formatos, magnos, & articulatos, & neruosos habent, sunt fortes secundum ea, quæ sunt in anima, reducuntur ad masculinum genus. Arist. phys. signo. cap. 9. c. 346.

Pedes paruos, strictos, inarticulatos qui habent, delectabiliores autem visu quam fortiores molles sunt secundum ea, quæ sunt in anima, reducuntur ad femininum genus. Ari. phys. sig. c. 9. c. 347.

Pedum digiti quibus curui, inuerecundi, & quibus vngues curuæ, referuntur ad aues curuarum, vnguium. Aristot. phys. sig. c. 9. c. 347.

Pedum digiti quibus conuincti, timidi sunt, referuntur ad coturnices strictorum pedum in lacubus legentes. Arist. phys. signo. cap. 9. c. 347.

Pedibus inuersis ambulantes, & cruribus, feminini referuntur ad mulieres. Arist. phys. sig. c. 10. c. 355.

Pedis quibus pars inferior non curua, sed pleniusscula est, ut solum toto attingant vestigio, veriusi sunt, & fraudulenti. Arist. de hist. anim. l. 1. c. 15. c. 27.

Pedis

Pedis pectus si carnosum est, & non concuum, ita ut qui ambulat ambulet per lineam rectam super ipsum est signum malitiæ, & astutiæ dispositionis, contra autem signum est intellectus bonitatis. Albert. magn. de anim. l. 1. tra. 2. cap. 26. ch. 23. col. 1.

Pedum ambitus concuuitatis solidus quibus est, hi certi, honesti, & circumspetti esse consueuerunt. Albert. mag. de anima. l. 1. tra. 2. c. 26. ch. 23. col. 3.

Pedis ima discreta itinere, & articulis, clarum, generosum, & virile ingenium indicant. Albertus magn. de anim. l. 1. tra. 2. c. 26. char. 23. col. 3.

Pedis ima molli carne circumdata, molle ingenium indicant. Alb. mag. de anim. l. 1. tra. 2. c. 26. c. 23. col. 3.

Pedes crassi, & breues, & plâta lōge cauam habentes improbandi sunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 26. c. 23. c. 3.

Pedes in planta non plani, versutam, & malignam mentem ostendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. t. 26. c. 26. c. 3.

Pedum morbi, & titillationes.

Pedibus intumescere solent, qui cibo vitioso vescuntur, vel fame diutina laborant, quibus vtrisque per tabem, consumptionemque id accidit: tabescunt enim qui furiant, nullum enim capiunt alimentum, & qui vitiose vescuntur, quia quod assumunt, perfrui nequeunt. Ari. problem. se. 1. nu. 5. c. 331.

Pedum vestigijs, & in alis titillamur propter cutis tenuitatem, vel quia partium illarum tactus insolens est, ut etiam auris. Arist. probl. se. 35. nu. 2. c. 653.

Podestre duo significat. Primo habitum incedendi pedibus. Secundo id, quod eo præditum est habitu. Dex. in prædicament. char. 39.

Pediculi oriuntur ex carne, quibus futuris emergunt ceu pustulæ quædam sine pure exiguæ, quas si pungas, pediculi exeunt. Aristoteles de historia animalium quinto, capit. 31. char. 189.

Pediculorum morbus accidit nonnullis hominibus pro nimio humore corporis, & quidem aliquos feditate obijisse proditum est, ut Alcmanem poetam, & Phercydem Syrium. Aristoteles de historia animalium quinto, capit. 31. char. 190.

Pediculi nascuntur ex quibusdam morborum generibus. Aristotel. de histor. animal. 5. cap. 31. ch. 190.

Pediculi ferum vocatum genus est durius eo, quod magna ex parte prouenit, & corpori detrahatur difficiliter. Arist. de histo. anim. 5. c. 31. ch. 190.

Pediculi pueris in capillo magis, virtus minus oriuntur. femine magis quam mares pediculum sentiunt. Aristot. de histor. anim. 5. c. 31. c. 190.

Pediculi quibus in capillo est, eorum capita minus laborant. Arist. de hist. anim. 5. c. 31. c. 190.

Pediculis infestantur aues plurimæ, & phasianæ, quæ intereunt, nisi se puluerent. Aristoteles de historia animalium quinto, cap. 31. c. 190.

Pediculos gignunt aues omnes, quibus penna caule constat, nec, quibus pilus est, carent eodem, excepto asino, qui non pediculo tantum, sed etiam rediuo immunis est. Aristoteles de historia animalium, quinto, capit. 31. chart. 190.

Pediculis carent oues, & capræ rediuos habent. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 31. char. 190.

Pediculi omne genus ex corpore ipso sui animalis enascuntur. Arist. de hist. anim. 5. c. 31. ch. 190.

Pediculi proueniunt largius mutatione aquarum, quibus lauare se solent hi, quorum natura pediculum patitur. Arist. de hist. anim. c. 31. ch. 190.

Pediculi infestant in mari pisces, sed in limo gignitur simile multipedibus asellis, nisi quod caudam ampliusculam habet. Arist. de hist. anim. 5. c. 31. ch. 190.

Pediculus piscis circa delphinum est in mari, quod a Cyrena in Aegyptum panditur, qui omnium pinguis-

mus fit pabuli copia, & delphini opera suppeditatur. Arist. de hist. anim. 5. cap. 31. c. 191.

Pediculi cur e suis locis emigrant, cum moritur homo, quia desiderant teporem, & alimentum, quæ a sanguine petebantur, qui cum si refrigeratus, & consumptus, discedunt, locum priori similem petentes. Alex. aphr. problem. 2. nu. 32. c. 735.

Pediculorum copia cur tabidis, & purulentis interdum oritur, quoniam plus humores corrumpit, quo animalia generantur. Alex. aphr. probl. 2. nu. 35. c. 736.

Pediculus est vermis de putredine, quæ in extremitate pororum hominis generatur, & fouetur calore hominis, vel animalis, in plis vestium, & similiter in alijs animalibus generatur maxime in auiibus rapacibus, & ex fructu cibo maxime ficus multi generantur pediculi. Est & alius pediculus, qui oritur sub ascellis hominis, & morsus eius non videtur, nisi sit multum magnus, & tunc est morsus venenosus. Melius autem est, quod tunc lauetur morsus succo lactuce. Occidit pediculus et efficaciter saxifraga contrita, & argentum viuum cum oleo, vel butiro, vel veteri axungia zonæ super linitum, & portatum inter vestes. Puluis etiam argenti viui cum puluere plumbi si super carbones spargatur, & suffumigentur vestes, vel homo fumum accipiat, occiduntur pediculi. Albert. magn. de animal. lib. 26. tra. 2. char. 204. col. 4.

Pegasus de luce inscriptus lapidi bonus est militantibus in campestri bello, & ualet contra equorum infirmitates. Alb. mag. in 2. de miner. ex tr. 3. ca. 5. ch. 143. col. 1.

Pegasus est animal in Aethiopia magnum ualde, & horrendum, equi formam habens: alas, ut aquila, sed multo maiores, caput cornutum, & ideo monstruosum est, ut solo intuitu animalia multa terreat. Alis autem non uolat in altu, sed potius aerem concitat ad sui cursus uolocitatem, infestum omnibus animalibus maxime hominibus. Albertus magnus de animalibus. lib. 22. trac. 2. cap. 1. char. 182. col. 4.

Pellicanus est auis a pelle cana uocatus. habitare dicitur in Aegypto iuxta Nilum, & eius duo sunt genera. Vnum aquaticum, quod piscibus uiuit. Aliud terrestre, quod serpentes, & uermibus uiuit, & delectat lacte crocodili, quod crocodilus spargit in luto, ideo eum insequitur. Pullos sibi infestos aiunt interficere, & deplanctos aliquandiu, sanguine, quæ de pectore morsu elicit, reuocat ad vitam, & eodem modo uiuificat eos, qui morsu serpentum interficiuntur. Alb. magn. de anim. l. 23. c. 24. ch. 194. col. 2.

Penis est propria viri pars foras postremo thorace propendens: parte sui prima carne propemodum consistens & æquabili facie turbinata. Nomen a Glæde pars hæc mutuata est, quam quæ integritatis, vacat nomine: quæ vulnere obducto coalescere nequit: ut nec genæ, nec palpebræ præcisæ reduci ad unitatem possunt. Totum tamen, quod ex ea cute, & glande constat, præputium est. Reliqua pars est cartilaginea, & augeri amplius potest, & ingredi, & egredi contra quam iumentorum. Membrum genitali subiacent Testes cute obducti, quod Scrotum nominamus. Aristot. de histo. anim. l. 1. cap. 13. char. 24.

Penis quibus iusto maior est, infecundiores sunt: refrigeratur enim semen. Aristoteles de historia animal. primo, capit. sexto char. 104.

Penis tentigo, & amplificatio esse potest, vel quia pondus vrgens post Testes facit, ut penis erigatur; Testes enim vicem fulmenti vectorii capiunt: vel quia foramina spiritu admisso implentur, ita ut genitale membru tumescat, & se erigat, vel quia humor auctus, & transflatus facit, ut moles amplior redundet. Penis autem, qui mensura insigni adoleuerit, minus se patitur elterri: fit enim, ut ita pondus a fulmento vectis remotius remaneat. Arist. probl. se. 4. nu. 24. char. 389.

Pennis omnes caule constant. Aristoteles de historia animalium secundo, cap. 12. char. 54.

Pennis auium nullum per ætatem mutantur, præterquam gruum, quas nigrescere per senectutem perspicuum est. Arist. de hist. anim. 3. cap. 12. char. 93.

Pennis volucrum per affectus temporarios, cum acriora frigora vrgent, vnicolores interdum nigris, aut nigriculis, albidisve in albas migrant, vt corui, passeris, hirudinis. At è albo in nigrum migrare nunquam visum est. Temporibus quoque vicissitudine bona pars auium, ita colore immutatur, vt quænam sint, latere possint, nisi rem peritus noueris. Aristoteles de historia anim. 3. cap. 12. chart. 93.

Pennis incisæ, nec superne, nec ab radice possunt reparari, sed vt cadant, necesse est. Aristoteles de historia animalium tertio, cap. 12. char. 94.

Penna, cortex, & squama inditia sunt naturæ terrenæ, & sicca. Aristoteles de generatione animalium secundo, cap. 1. chart. 143.

Pennis, & pili differunt, quia pili crescunt a radice, a qua inciduntur: pennæ non, eo, quod exsiccata est radix pennæ, neque regeneratur, nisi putrescente sanguine in loco lesio, vbi penna euulsa est. Alber. mag. de anim. lib. 3. tra. 2. c. 2. c. 41. col. 1.

Penetrationis non est omnino causa motus duratio, sed principalis causa est stabilitas, & fortitudo principii motus in mouente. Secundo penetrationis potentia, & dispositio mobilis. D. Thom. in 2. met. le. 13. c. 141.

Peonia est herba, & est mas, & foemina, & habet florem rubicundum. est calida, & sicca, & vehementer confert epilepsiæ. Albertus magnus de plant. lib. 6. tract. 2. cap. 16. chart. 169. colum. 1.

Pepones cur optima palustribus locis planis fieri soleant: quia natura humidis sunt. ita sequitur, vt retractum in medium veniant. Palustris uero, si plana, altaque sit, alimentum, nec exiguum præbet propter solitudinem, locumque ipsum: nec nimium, quonia solū reficari necesse est. Arist. probl. sec. 20. nu. 32. ch. 539.

Per accidens, quod est, non est necessarium, sed cõtingit esse: etsi ponimus possibile esse, non sequitur impossibile, falsum quidem fortassis. Aristotel. physico. 8. summ. 2. cap. 3. tex. 36. char. 211.

Per accidens quibuscunque additur, additur ad destructionem illius, cum quo componitur. Alex. aphrod. in 2. natur. quæst. cap. 21. char. 9.

Per accidens fit, quod præter rationem fieri videtur. Alexand. aphrod. in 2. nat. q. cap. 21. c. 9.

Per accidens, aliud necessarium est, aliud rarissimum, quia est priuatio necessaria priuationi, quia necessario præcedit generatum: sed cum attribuitur substantiæ generatæ, inuenitur principium per accidens. Auer. in 1. physico. tex. 66. char. 19. col. 2.

Per accidens quod est, aliud est semper, aliud raro, quod semper, id quodammodo intrat demonstrationes veras non essentielles, quæ dicuntur demonstrationes dialecticæ. Auer. in 4. phy. tex. 20. c. 60. col. 3.

Per accidens in aliquo quodcunque inuenitur, inuenitur in eo propter aliquod, habens illud per se. Auer. in 4. physico. tex. 4. char. 66. colum. 3.

Per accidens quod est, sequitur illud, quod est per se, nec eius, quod est per accidens, est demonstratio. Auer. in 9. physico. tex. 32. char. 122. col. 1.

Per accidens quod est, decipit in perscrutatione, cū fuerit admittum ei, quod est per se. Auer. in 8. physico. tex. 27. char. 166. colum. 1.

Per accidens quod accidit alicui, necesse est, vt non sit ei secundum quod. etsi non fuerit ei secundum quod est, necesse est, vt separetur ab eo. Auer. in 3. de anim. tex. 28. char. 173. col. 2.

Per accidens non est aliud, quam deuiatio a per se. Alex. de ales in 5. metaphy. tex. 3. char. 106. col. 4.

Per accidens non est, nisi deuiatio a per se. Alex. de ales in 5. metaphy. tex. 20. char. 146. col. 2.

Percussio est cum fit motus a mouente a latrone. Arist. meteor. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 46. char. 580.

Percussio est actio, ergo habet agens, id est percussus, & materiam, id est percussum, & quia est motus localis, non fit nisi in aere, & aqua. Auer. in 2. de anima tex. 77. char. 142. colum. 2.

Percussio omnis habet spheram terminatam, & sic de odore, & colore, quia mouet aerem ex omnibus partibus secundum istam figuram sphericam. Auer. 2. de anima tex. 77. chart. 142. col. 2.

Percides si ex aduerso maribus steterint, ventusque inde esset, vbi mares stant, concipiunt, & maritantur. Arist. de hist. anim. 5. cap. 5. char. 151.

Percidum vita plusquam ad sexdecim annos durare existimatur. Arist. de hist. ani. 6. cap. 4. c. 204.

Percides bina ouorum receptacula faciunt: in vno foemina incubat, in alio mas: & vterque excludit sua, & educat. Arist. de hist. ani. 6. cap. 8. char. 207.

Percides viuunt ad 25. annos. Aristoteles de hist. ani. 9. cap. 7. chart. 326.

Perdix, cum sentit aliquem ad nidum venientem venando, ante pedes venantis prouolat, quasi capi possit, atque ita elicit ad se capiendam hominem, dum pulli effugiant: tum ipsa auolat, & reuocat prolem. parit oua non pauciora decimo, sed sæpe 16. Aristoteles de historia animalium 9. cap. 8. char. 328.

Percides, qui cælibes appellantur, pugnant, & victus victorem sequitur, patiens victoris venerem, nec ab alio, nisi a suo victore subigitur. idem coturnici euenit, & etiam gallinaceis idem accidit. Aristoteles de historia animalium 9. cap. 8. char. 329.

Percides cum olfaciunt marem, & vocem eius audiunt, alix implentur, alix statim pariunt, est. n. libidinosum hoc genus auium. Arist. de gener. ani. 3. ca. 1. c. 190.

Percides coeunt, vt gallus, & gallina, non (vt ait Auic.) quod ex vento impregnentur, nec a mariti voce, nec quod commisceantur per linguas in coitu: sed hæc sūt preparatoria coitus. Alber. mag. de anim. lib. 5. tra. 3. cap. 5. char. 53. colum. 1.

Perdix est auis nota, quæ est coloris rufi, nigris interpositis longis maculis; fraudulenta est auis: aliena rapit oua, & fouet, quia spe frustratur: dum enim pulli propriam nutricem vocantem audiunt, perdicem relinquunt, & ad naturalem reuertuntur genitricem. Dum aliquem audit ad nidum venientem, vltro se offert paruo volatu, vt eam insequentes liberet, & occultet filios. Tempore coitus fetent propter calorem concupiscentiæ, qui laxat anum in eis, per quem semen recipiunt in viam matricis, cuius os ad anum deriuatur in omnibus, quæ non mingunt. Alb. mag. de anim. lib. 23. cap. 24. char. 194. colum. 3.

Peregrinum dicitur, quod longe ab habitudine consuetata est. D. Tho. 7. polit. l. 2. c. 101. col. 2.

Perfectum quot dicitur modis.

Perfectum dicitur vno modo, extra quod non est accipere vllam particulam, & quod secundum virtutem, & quod est eius, quod bene, non habens excessum ad genus, vt perfectus medicus, cum secundum speciem propriæ virtutis in nullo deficit. Et sic de malis, perfectum latronem dicimus. Et id etiam est perfectum, cuius finis studiosus est: etenim secundum quod habent finem, perfecta sunt, quia finis, & perfectio idem sunt. Aristot. 5. metaph. cap. 16. tex. 21. c. 107.

Perfecta dicuntur secundum se, alia, quia secundum bene in nullo deficient, nec excessum habent, nec extra aliquid accipiunt: alia, quia non inuenitur aliquid in tali genere, quod ea excedat, nec aliquid infra illud genus

Perfectio, quod sit extra illud. Alia dicuntur perfecta per attributionem ad hæc duo dicta, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoscendo, aut aequaliter dici. Arist. 5. metaph. ca. 16. t. 21. c. 108.

Perfectus quod per se, quam quod per aliud, est sectandum. Arist. 1. ethi. cap. 7. c. 13.

Perfectio biuio diuiditur in primum habitus, & possessio in secundum, qualis est vsus: gestio, administratio, & functio. Them. in 1. de ani. ca. 3. tex. 7. c. 61. col. 1.

Perfectio duplex: substantialis, & accidentalis. Simplicius in 7. physico. c. 378. col. 1.

Perfectio duplex: alia est finis generationis, alia est finis rei generatæ. Auer. 4. de celo, tex. 12. c. 112. col. 1.

Perfectum duplex, in se, & perfectum attributis tribuentibus ei perfectionem, & illa attributa debent esse perfecta in se. Auer. ex destr. destr. disp. 6. c. 37. col. 2.

Perfectio, alia est prima, alia secunda, & vtraque istarum tripliciter dicitur. prima secundum prioritatem operis, secunda secundum esse, tertia secundum prioritatem causæ formalis ad actum eius, & omnibus his modis dicitur perfectio secunda. Albert. mag. in 3. physico. tra. 1. cap. 2. char. 30. colum. 2.

Perfectio duplex: simpliciter, & secundum statum. Perfectio simpliciter sola in Deo est. Perfectio secundum statum est particulariter, & vniuersaliter. Particulariter est perfectus, cum sine impedimento sui officij, vel suæ artis, vel sui status attingit vltimū, nihil omisso de omnibus ijs, quæ ad vltimum ordinantur. Vniuersaliter perfectum illud dicimus, cui nihil deest ad finem, qui simpliciter est vltimus humanorum. Alb. mag. ethic. 1. tra. 6. capit. secundo. c. 15. col. 4.

Perfectio corporum simplicium, mobiliū motu recto tribus dicitur modis. Primo, vt forma, grauitas, & leuitas. Secundo, vt finis sursum, & deorsum. Tertio modo, q est finis, vltimo modo dictus est locus eorū naturalis. Pet. de aluer. in 4. de celo. l. 2. tex. 23. c. 74. col. 2.

Perfectio dicitur de forma, quæ est actus primus, & dicitur de fine, qui est actus secundus. Finis autem dupliciter dicitur. Vno modo, vt informans ipsam rem, quæ posterior est ipsa secundum generationem. Secundo modo aliquid præexistens in habitudine, ad quod existit finis primo modo dictus, vt perfectissimū obiectum. Petrus de Aluer. in quarto de celo. tex. 23. char. 74. colum. 1.

Perfectio quid est, & in quo est.

Perfectum si est extra quod nihil eorum, quæ ipsius sunt, possibile est accipere, & recte semper est appositio, circulari nunquam, perfecta erit illa figura, quæ continet circulum. Arist. 2. de celo. ca. 3. tex. 23. c. 298.

Perfectio omnium rerum, quæ per motum tendunt in finem, & perfectionem, est actus. Arist. 9. metaphy. ex sum. 2. cap. 4. tex. 16. char. 189.

Perfectum id est, quod actu constat: imperfectum, quod facultate. Ammo. in lib. de interpr. c. 140.

Perfecta quælibet res tunc dicitur, cum propriam virtutem, idque, quod secundum naturam est, consequuta est. Pfellus in 7. physico. char. 60.

Perfectus est id, quod est potentia secundum habitum, quam id, quod idem est secundum aptitudinem. Simplic. in 8. physico. tex. 32. char. 429. col. 2.

Perfectorum actus non est motus, sed aliquid aliud præter motum. Ioan. gram. in 3. de ani. te. 28. c. 90. col. 2.

Perfectiones, quorum sunt inferiores, eorum quoque substantias inferiores esse nemini dubium est. Eufrat. 6. ethicor. cap. 1. char. 263.

Perfectio est diuisibilis, quia est perfectio rei naturalis & finis. Auer. physico. 7. tex. 18. c. 146. col. 2.

Perfectio omnis necessario est in re, quæ perficitur. Auer. roes physico. 8. sum. 1. tex. 7. c. 156. col. 1.

Perfectum est, quod non recipit additionem, nec fertur in aliud esse. Auer. 1. de celo. tex. 4. c. 3. col. 2.

Perfectum est ante diminutum, Auer. 2. de celo. tex. 23. char. 52. colum. 2.

Perfectum illud solum est, quod terminum, finemque sortitur. Auer. ex paraphr. 1. de celo. tex. 13. c. 126. col. 3.

Perfectius est illud, quod perfectius est apud intellectum. Auer. in 1. de gener. tex. 19. char. 158. col. 3.

Perfectio in anima rationali, & in alijs anime virtutibus dicitur fere pura æquiuocatione. Auer. 2. de ani. su. 1. tex. 7. char. 127. colum. 4.

Perfectio in substantia prouenit ex perfectione in magnitudine, & qualitate. Auer. in 5. meta. t. co. 21. c. 61.

Perfectius est illud, propter quod acquiritur perfectio. Auer. in 9. metaph. tex. commen. 16. char. 113.

Perfectum secundum finem est, quod est electum per se, & amatum omnibus. Auer. in duodecimo metaphy. text. com. 37. charta 150.

Perfectum dicitur, extra quod impossibile est aliquid accipere, & proprie hoc dicitur de circulo. Auer. in epitom. metaph. tr. 1. ch. 17. col. 4.

Perfectum dicitur de omni eo, quod est nobile in suo genere. Auer. in epito. metaph. tr. 1. c. 171. col. 4.

Perfectio maxime cõuenit primo principio, quia est causa vniuersi, & non causatum ab aliquo. Auer. in epit. metaph. tr. 1. char. 171. colum. 4.

Perfectio prima secundum prioritatem temporis est illa, quæ est ante omnes perfectiones tempore: & hæc est, quæ est exitus, & via imperfecti ad perfectionem, cui respondet secunda perfectio, quæ est forma, vt accipitur in ratione finis, & termini motus. Albertus mag. in 3. physico. tra. 1. cap. 2. c. 30. col. 2.

Perfectio prima secundum prioritatem esse est ea, quæ est secundum formam substantialem, cui respondet secunda perfectio, quæ est secundum accidens. Albertus magnus in 3. physico. tra. 1. cap. 2. c. 30. col. 2.

Perfectio vltima non est in habitu, sed in agere. Albert. magn. ethic. 1. tra. 5. c. 9. char. 12. colum. 3.

Perfectum est vnumquodque ex hoc, quod attingit suū principium. Diuus Thom. in octauo physico. li. 19. te. 74. chart. 44. colum. 1.

Perfectum in rebus naturalibus nihil est, cum est in potentia, sed tunc tantum perfectum est, cum est in vltimo actu. D. Thom. in 1. meteo. le. 1. ch. 1.

Perfectum simpliciter illud est, cuius non est aliquid extra ipsum. D. Thom. in 1. de celo. l. 4. te. 13. c. 4. col. 3.

Perfectum in actu suo tunc vnumquodque est, cū potest facere aliquid sibi simile. D. Tho. 1. meta. l. 1. c. 11.

Perfectum est, & totum, cui nihil deest, quod contingit lineæ circulari. D. Tho. 5. meta. l. 8. te. 11. ch. 304.

Perfectum dicitur etiam in malis secundum metaphoram. D. Thom. 5. metaph. l. 18. te. 21. c. 372.

Perfectum est terminatum, & absolutum, non dependens ab alio, non priuatum, sed habens ea, quæ sibi secundum suum genus competunt. D. Thom. 5. meta. le. 19. tex. 22. char. 375.

Perfectus quanto aliquid est, tanto plura ad eius completionem requiruntur. Diuus Thomas 6. metaphy. lect. 6. tex. 23. chart. 471.

Perfectum est id, quod sine attingit, & quod absolutum, & independens est, & quod hêt omne, quod pertinet ad naturam sui. Ale. de ales in 5. meta. te. 12. c. 148. col. 3.

Perfectiones secundariorum sunt in primo, vt exemplata in exemplari. Alexand. de ales in 5. metaphy. cor. text. 20. char. 150. colum. 1.

Perfectio omnis entis, quæ modo participato, & limitato est in creaturis, sublimiori modo est in primo ente, quod est ipsum esse per essentiam. Alexand. de ales in 5. metaph. tex. 21. ch. 150. col. 2.

Perfecta sunt prius in intentione, & posterius generatione. Ale. de ales in 9. meta. te. 15. ch. 270. col. 4.

Perfectum vnumquodque natura tunc est, cum potest facere aliud tale, quale ipsum est. Alexand. de ales in 9. metaphysicor. tex. 16. char. 271. col. 1.
Perfecti ratio non saluatur in pura negatione. Alex. de ales in 10. metaphysico. tex. 15. char. 291. col. 1.

Perfecti proprietates.

Perfectum nihil est non habens finem: finis autem terminus est. Arist. phy. 3. cap. 6. tex. 64. c. 72.
Perfectio omnis seruat id, quod perficit. Themist. in 3. physic. tex. 6. char. 27. col. 1.
Perfectum semper in ratione prius quaeritur sufficiens in opportunitate. Sim. in 5. phy. tex. 22. c. 312. col. 2.
Perfectio in actu consistit, eaque est perfecta substantia, quæ secundum naturam agit. Simplic. in 2. de anim. tex. 53. char. 33. colum. 3.
Perfectum ipsum in profunditate quadam est collocatum. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 127. c. 46. col. 4.
Perfecti munus est gignere, imperfectum enim nihil gignit. Ioan. gra. de generatio. ani. l. 2. cap. 1. c. 29.
Perfectio alicuius non est eadem cum eo, cuius est perfectio. Ioan. gram. in 2. de anim. tex. 26. ch. 41. col. 3.
Perfectiones non possunt procedere in infinitum. Auer. in epitom. metaphy. tract. 3. c. 177. col. 4.
Perfectiones, & actus diuersi esse videntur differentiæ specie. Albert. magn. in 3. phy. tra. 1. cap. 8. c. 33. col. 4.
Perfectionis causa vnumquodque mouetur, quæ sibi conuenit. Alb. magn. in 4. de cel. cap. 1. c. 55. col. 2.
Perfecti vnius secundum substantiam vnam esse perfectionem oportet. Alb. mag. in 3. de ani. tr. 5. ca. 4. c. 49. c. 4.
Perfectionem sui vnaquæque res appetit. D. Thom. pri. metaphysicorum l. 1. char. 3.
Perfectius quod est, pluri tempore indiget ad sui perfectionem, ideo viri pluri tempore indigent ad perfectionem, quam mulieres. D. Th. 7. pol. l. 12. c. 121. col. 1.

Perfectum, vt se habet ad imperfectum.

Perfectum imperfecto prius est natura, ratione, & tempore, & corruptibili incorruptibile. Aristot. physic. 8. sum. 3. cap. 5. tex. 75. char. 230.
Perfectum prius natura est imperfecto. Aristot. prim. de celo tex. 12. char. 247.
Perfecta imperfecta in se continent, vt anima rationalis nutritiuam, & alias inferiores animæ potentias. Ioan. gram. in 2. de anim. tex. 12. char. 38. col. 3.
Perfectior res se habet ad imperfectiorem, vt forma ad materiam. Auer. 3. de anim. tex. 36. c. 279. col. 4.
Perfectum est prius imperfecto in diuersis, non in vno, nec tpe, sed natura. D. Th. in 1. de cel. l. 4. t. 13. c. 4. c. 3.
Perfrimus si aliquo tempore, eodem a colore vehementius vrimur, & dolemus: vel quia caro sua densitate calorem interruptentem coerces, quare plumbum calidius est, quam lana; vel quia caloris transitio per vim agitur, quoniam corpus strictum a frigore constat. Arist. probl. sec. 37. num. 4. c. 657.
Pericarpium dicitur illud, quod circa fructum ipsum, seu semen circumpositum est: in quo est quedam humiditas, cuius putrefactio pepsantis est. Alex. aphro. in 4. meteor. cap. 4. comment. 9. c. 95. col. 1.
Pericula, qui fortiter subire non possunt, serui sunt inuadentium. Arist. polit. 7. cap. 7. c. 747.
Periodus est mensura, quæ ex circulo celesti imprimatur, vel influitur in causatam a circulo in inferioribus. Alb. magn. in 2. de gen. & cor. trac. 3. c. 76.
Periodus est mensura celestis, quæ completur in vita iuuantibus eam celestibus per circuli virtutem, & eorum, quæ in circulo sunt, siderum. Albert. magnus de Morte, & vita tract. 2. cap. 12. c. 63. col. 1.
Periodus est totius orationis rotunda, & referta verbo-

rum compositio, in qua attenditur collocatio, exitus, & numerus. Dan. Bar. rhet. cap. 7. c. 166.
Peripatetici quidam dixerunt ex Aristotelis mente primum domesticum homini esse nos ipsos: alij voluntatem, & actu viuere. Alexand. aphro. in 2. de anim. capit. 40. char. 51. colum. 3.
Peripatetici dicti sunt ob deambulationem, dum lectiones audirent. Amm. in por. c. 3. col. 3.
Peripatetici alij erant in Lyceo, qui scholam Aristotelis adibant, alij in Academia, qui xenocratem Platonis discipulum audiebant. Am. in por. c. 3. col. 3.
Peripatetici philosophi instrumentum logicam dixerunt. Amm. in por. char. 15. col. 3.
Peripatetici, & casum, & liberum arbitrium, & necessitatem in rebus, quæ sunt, tuentur. Boethius in lib. de interpr. char. 360.
Perithera panniculus extèditur ad diaphragma ac si esset contextus ex finibus diaphragmatis reflexis, & dependentibus inferius, & est subtilis extensus sub cute exteriori ventris. Albert. magnus de animal. lib. 1. tract. 2. tex. 22. cap. 25. colum. 1.
Periti viri est, vt ea, quæ ad scopum spectant, ac pertinent, perspiciat: prudentis, vt ea videat, quæ ad optimum scopum ducant. Alex. aphro. in 2. de ani. ca. 41. c. 52. c. 3.
Peritus laborandi nunquam a labore discedit. Boeth. in libr. de interp. char. 318.
Periurium concipitur mente, non ore. Aristoteles rhetoricorum char. 66.
Permanentia rei est alia secundum se, alia vt est in subiecto. Alb. mag. ethic. 1. tra. 7. cap. 11. c. 22. col. 2.
Permixa omnia primo simplicia in sese esse debent, deinde commisceantur. Aristot. prim. de plant. capit. prim. char. 363.
Permixtum debet sequi simplex, & non econuerso. Arist. 1. metaphy. ex su. 3. ch. 24. cap. 2. t. 16.
Permixtum, non est aliquid eorum, quæ miscentur, sed quoddam alterum ex his compositum. D. Thom. de sensu, & sensat. char. 21. l. 17. col. 1.
Permutari de genere vno in aliud genus non est, nisi per accidens, vt ex colore in figuram. Arist. 10. metaphy. cap. 6. text. 22. chart. 207.
Permutatio fuit antequam numerus inueniret. Arist. 5. ethic. nicom. tex. 23. cap. 5.
Permutationis locus numeratur hoc in loco ab Aristotele, quia est locus poeticus: & fallacia proueniens ex eo, est fallacia per accidens, non per se. Auerroes pri. elenc. cap. 7. char. 326.
Permutatio sermonum in disputatione est operatio sophistica. Auer. ex dest. dest. disp. 1. char. 11. col. 1.
Perna est animal marinum de genere concharum, valde croceum, magne quantitates, & inter conchas existens vescitur vellere fuluo, & rutilo valde precioso, & fuit inde ornamenta vestium preciosa. Alb. magn. de ani. lib. 24. cap. 2. char. 168. colum. 4.
Perpendiculariter mouentur semper quæ a medio mouentur ad id, quod secundum se sursum est. Sim. in 4. de cel. tex. 33. com. 19. char. 107. col. 4.
Perpetuum est vnumquodque, quod secundum suam naturam tale alterum potest facere, quale ipsum est. Alb. mag. ethic. 1. tra. 2. cap. 1. c. 3. col. 4.
Perpetuum esse aliqua habent in se ipsis in vnitatem numerali ita vt vnumquodque numero perpetuum est, & hæc sunt incorruptibilia. Alia sunt, quorum species, perpetua est, tamen indiuiduum non est perpetuum, & hæc sunt corruptibilia, vt homo, & asinus. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 28. c. 212. col. 1.
Per quod differt a per se: quia per quod quaerit causam non determinans quam, an intrinsecam, vel extrinsecam, per se vero causalitatem, & specificum modum causalitatis. Alexander de ales in 5. metaphys. tract. 23. char. 151. colum. 3.

Per se id est, quodcumque inest in eo, quod quid est, & quibuscumque in existentium ipsis ipsa sunt in ratione quid est declarante: & quæ neutro horum modorum in sunt, accidentaliter sunt prædicata. Aristot. poster. lib. prim. cap. 4. tex. 6. char. 302.
Per se tertio modo dicuntur, quæ non dicuntur de subiecto aliquo: quæ autem de subiecto, accidentia. Arist. poster. l. 1. cap. 4. tex. 8. char. 302.
Per se quarto modo dicitur, quod propter ipsum inest vnicuique, quod vero non propter ipsum, accidens. Arist. poster. l. 1. cap. 4. tex. 9. char. 302.
Per se quæ ingrediuntur demonstrationem, sunt duo primi modi, vt inest prædicati, aut illa inest subiectis, & per ipsa sunt, & ex necessitate. Aristot. poster. lib. 1. cap. 4. tex. 10. char. 303.
Per se semper est causa, & prius in eo, quod est secundum accidens. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 3. tex. 39. c. 213.
Per se quod est, non continuo, est vniuersale. nam secundus modus per se, & sequentes duo non possunt esse vniuersaliter. The. in post. cap. 11. c. 3. col. 1.
Per se, & quatenus ipsum, idem sunt, vide Ioan. gram. char. 13. col. 1. Them. in post. cap. 11. c. 3. col. 1.
Per se quatuor dicitur modis. primo prædicatum in eo, quod quid est. secundo quorum substantia in definitionibus accipitur. tertio, quod non per aliud est, nec in alio esse habet. Quarto, quod est causa alicuius non per accidens. Ioannes grammaticus in prim. poster. capit. 4. char. 11. colum. 2.
Per se, & secundum ipsum idem in hoc loco esse intelligit. Aristoteles, & si Theophrastus differre ait: vniuersalium enim est per se, quam secundum ipsum. Io. gramm. in 1. poster. cap. 4. char. 13. col. 1.
Per se quicquid in aliquo existit, aut existit in eo, vt accidens, aut vt substantia, & vtrunque istorum, aut per medium, aut sine medio. Auerroes in 5. metaphysic. tex. comment. 23. chart. 62.
Per se quod quaeritur, perfectius est eo, quod quaeritur per aliud. Auer. 1. ethic. cap. 7. char. 5. col. 1.
Per se primus modus est: quod in communi secundum substantiam, & formam est in eo, quod quid est. Alb. mag. in posterior. char. 178. col. 3.
Per se secundus modus est, cum subiectum inest in definitione prædicati, id est quibuscumque subiectis eorum prædicatum, quæ inest ipsis subiectis ipsa (subiecta sunt in ratione distinctiuua, & ratione quid est demonstrante. Alb. mag. in post. c. 178. col. 4.
Per se tertio modo dicitur, quod de subiecto alterius nature dicitur non secundum suum proprium modum essendi, vel existendi. Alb. mag. in poster. c. 179. col. 1.
Per se secundus, & tertius modus conueniunt, quod vterque dicit causam, qua prædicatum inhaeret subiecto, sed conuerso modo, quia secundum dicit qualiter per se prædicato inest subiectum per id, quod subiectum est principium prædicati. Tertius autem dicit causam, propter quam subiectum non alij substat, quam prædicato, non ex ratione subiecti, sed prædicati. Et secundus modus dicitur per se, vt per se opponitur ei, quod est per accidens, in tertio, vt opponitur non inesse primo. Alb. magn. in post. char. 179. col. 2.
Per se quarto modo dicitur, quod propter ipsum, & causam immediatam inest vnicuique subiecto, quod indefinite subijcitur, & causa indefinite, implicite, vel explicite circa substantiam, vel subiecta signata: & quod non sic prædicatur de subiecto, vt causa signata quæ sit causa immediata prædicati: & quod non conuenit secundum ipsum: & quod non concernit causam, dicitur quod est accidens. Albertus magn. in poster. char. 179. colum. 3.
Per se quartus modus semper cadit in maiori propositione syllogismi demonstratiui. Albertus magnus in poster. char. 179. colum. 4.

Per se, & secundum ipsum idem sunt, ratione differunt. Albertus magn. in poster. char. 180. col. 3.
Per se primus modus est prædicati comparati ad subiectum, secundus subiecti comparati ad prædicatum: tertius est subiecti ad prædicatum non comparati; quartus non pertinet ad propositiones. Albertus magnus in poster. char. 195. colum. 2.
Per se duplex: aliud, quod non est per accidens, & aliud, quod non est per aliud. Albertus magnus ethicorum prim. tract. 2. cap. 2. char. 4. col. 1.
Per se quod prædicatur, prædicatur vniuersaliter, non econuerso: & quod primo prædicatur, prædicatur per se, non econuerso. Diuus Thomas in poster. char. 43. colum. 2.
Per se designat aliquando habitudinem causæ, & hæc, vel formalis, vt corpus viuunt per animam, vel materialis, vt cum dicitur, corpus est coloratum per superficiem, vel causæ extrinsecæ, & maxime efficientis, vt aqua calefacit per ignem. Diuus Thomas in posterior. char. 43. colum. 4.
Per se quandoque sumitur, vt tantum opponitur ei, quod est per accidens, & sic quod mouetur secundum partem, mouetur per se. Quandoque, vt opponitur ei, quod est per accidens, & ei, quod est secundum partem, & hoc non dicitur tantum per se, sed etiam primo. Diuus Thomas in 7. metaphysicorum l. pri. text. 2. chart. 107. colum. 1.
Per se, & per accidens sunt conditiones rerum, ita vt illud vocetur per se, quod contingit alicui per naturam suam, & per suam realitatem. Per accidens vocatur illud, quod contingit rei per aliam realitatem, quam sit illa, quæ significatur per nomen. Alexand. de ales in 5. metaphysic. tex. 16. chart. 142. col. 1.
Per se duobus modis accipitur, positiuæ, & negatiuæ. Positiuæ, vel est conditio incomplexorum, & sic distinguitur contra id, quod est in alio: vel conditio complexorum, & sic distinguitur contra per accidens. Negatiuæ duobus modis accipitur, vt conditio incomplexi, & sic distinguitur a cum alio, vel vt conditio complexi, & sic distinguitur a per aliud. Thomas de Vio in posterior. char. 105. colum. 1.
Perseuerantia est perduratio intra motus mentis. Alb. mag. ethic. 7. tract. 1. cap. char. 81. col. 4.
Perseus lapidi inscriptus liberat a fulgure, & tempestate, & ab inuidia. Albertus magnus in 2. de mineral. ex tract. 3. cap. 5. char. 143. col. 2.
Perficus est arbor ex Persia primum allata, fructus habet frigidus, & humidus facile putrescibiles, multi, sed mali nutrimenti. Albertus magnus de veg. l. 6. trac. prim. cap. 30. char. 159. col. 3.
Perfici ossa complantantur in loco fossio mense february secundum distantiam ad minus duorum pedum per duos palmos sub terra: & licet in omni loco veniant, tamen melius veniunt in loco arenoso, humido. viridia si amputantur ab ipsis arescunt. magnos faciunt fructus, si per triduum abundanter irrigantur lacte caprino. Albertus magnus de veget. & plantis l. 7. tra. 2. cap. 13. char. 178. col. 2.
Perficus fluuius nascitur de monte Ida Macedoniae Provincie, & fluit in mare Aegeum. Alb. mag. de nat. loc. tra. 3. cap. 3. char. 102. col. 4.
Persona est, quæ in iudicium vocatur cuius factum, aut dictum reprehenditur. Boet. de diff. top. l. 4. ch. 884.
Personarum acceptio est honorare, vel contemnere hominem in veritatis præiudicium ex hoc, quod in exterioribus contingentem excellentiam conferre videtur. Alb. mag. ethic. 4. tra. 2. cap. 3. c. 52. col. 3.
Persectiua, Harmonica, & Astrologia ex Mathematicis sunt magis Physica, & quodammodo econtrario se habent ad Geometriam. Aristoteles physicorum 2. summ. 1. car. tex. 20. char. 34.

Perpectius non disputat de lineis inseparabilibus, sed quæ in materia insunt: quæ ratio eadem est in Musico, & in aliis. Alexand.aphrod.in 5.metaphysicor. vel secund. latin. 6.com.4.char.174.col.1.

Perpectiva considerat lineam mathematicam, sed non quæ mathematicam, sed quæ naturalem. Simplicius in 2.physicorum char.104.col.1.

Perpectiva de ij, quæ accidunt visibus, considerat. Ioan.gram.in 1.post.cap.10.char.29.col.4.

Perpectiva non est circa lineam simpliciter, sed circa lineam visuum. Alex. de ales in 3.metaph. t.7.c.59.c.4.

Perpicuum dico, quod est quidem visibile, non autem secundum se visibile, ut simpliciter dicam, sed propter externum colorem. Huiusmodi autem est aer, & aqua, & multa solidorum: non enim, ut aqua, vel aer perpicuum est, sed quoniam est natura eadem in his vtrisque, & in perpetuo illo, quod sursum est, corpore. Arist. 2.de anim. sum. 4.cap.3.tex.66.c.631.

Perpicuum non est proprium aeris, & aquæ, sed est quedam communis natura, & virtus, quæ separata quidem non est: in his vero est, & in alijs corporibus, in his magis, in illis minus. Arist. de sen. & sen. cap. 3.c.10.

Perpicuum, ut inest corporibus (inest autem plus, aut minus) in omnibus facit colorem participare. Arist. de sen. & sen. cap. 3.char.11.

Perpicacia non est idem cum scientia, nec opinione, nec vna aliqua ex singulis scientijs: nec de iis, quæ semper sunt, & motu carent: nec de iis, quæ quomodolibet fiunt: sed de quibus dubitaret quispiam, atque consuleret. Arist. 6.ethic. nico. cap. 10.c.151.

Perpicacia circa eadem, ac prudentia versantur non tamen sunt eadem, prudentia enim perceptiva est, perpicacia autem iudicativa. Arist. 6.ethic. nico. c.18.c.151.

Perpicacia, & scientia circa agenda versatur, quæ sunt particularia, & vltima omnium. Arist. 6.nico. c.11.c.152.

Perpicuitas est colorum continens. Alex.aphro.in 1.de anim. cap. 13.char.25.col.4.

Perpicuum proprie perpicuum est, cum illuminatum est. Alex.aphr.in 2.de ani. cap. 38.c.59.col.2.

Perpicua, alia sunt actu, ut res diuinæ, quæ potètia esse non possunt. Alia potentia, ut quæ gignuntur, quæ de potentia in actum emergunt. Alexand.aphro.in 2.de anim. cap. 38.chart. 50.col.3.

Perpicua terminata, alia sunt magis, alia minus. Maxime perpicua sunt splendida, & alba corpora, ut ignis. Secundo, & tertio perpicua sunt per distantiam ad hoc. Alex.aphro.in 1.natur.q. cap. 2.c.5.

Perpicuum interminatum nullum proprium, nec terminatum habet colorem, quia ob raritatem nullum retinere potest. Alex.aphr.in 1.nat.q. cap. 1.c.1.

Perpicuitas est quædam natura in corporibus sita colorum particeps. Alexand.aphro. de sen. & sen. ex sec. 2.com. 13.char. 10.col.4.

Perpicuum ideo appellatur, quoniam luce præsentem per illud aspectus in rem cernendam conijcitur. Alexad. aphr. de sen. & sen. ex sec. 2.co. 13.c.10.col.4.

Perpicua proprie sunt corpora, quibus lumen adest tantquam color. Alexand.aphr. de sen. & sen. ex sec. 2.co. 13.char. 10.colum.4.

Perpicuum illud primum locum obtinet, quod, cum cerni potest, est etiam in causa, ut cætera videatur. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 2.co. 23.c.11.col.1.

Perpicuum perficitur luminis præsentia. Alex.aphr. de sen. & sen. ex sec. 2.co. 18.char. 11.col.4.

Perpicua illuminantur, non quod corpus aliquod per ipsa penetret: nec ipsa per transmutationem, quæ in ipsis fit, alterata, lumen recipiunt: sed ignis præsentia, vel eiusmodi alicuius in perpicuo est causa ipsius. Alex. aphr. in 2.de anim. cap. 38.char. 50.col.3.

Perpicua, quæ apud nos sunt aliquando potentia, aliquando actu sunt perpicua. Io. gra. in 2.de ani. t.69.c.56.e.3.

Perpicuum omne in quocunque corpore est causa ex multis partibus perpicuorum corporum, quæ veniunt in compositione corporis, quod est perpicuum. Alb. magn. de miner. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 136. col. 4.

Perpicui natura non est propria alicuius elementi, sed communis natura, quæ est in multis, & participata est per prius, & posterius ab ipsis: quæ quidem purior est, quanto est ab opacitate remotior, & hoc est quanto natura superiorum est similiorum, cuius proprie actus lux est. Fit autem cum partes rei sunt limpidiores, & simpliciores, & si est in toto composito, ut in carbunculo, omnia micant: si in superficie, ut multa capita piscium, quercus putrefactæ, & huiusmodi in superficie tantum lucent. Alber. magn. de sen. & sen. tract. 1. cap. 12. char. 7. col. 4.

Perpicuum non perficit visum sine lumine, quia sine lumine exteriori non potest videri in perpicuo. Alber. mag. de sen. & sen. tra. 1. cap. 14. c. 8. col. 3.

Perpicuitas non est propria aeris, nec aquæ, nec alicuius corporis sic dicti specialiter, vel singulariter: sed quædam communis natura, & virtus passiva, & receptiva in pluribus corporibus inuenta ex convenientia cum perpetuis, & superioribus corporibus. Quæ virtus a corporibus separata non est, sed in quibusdam eorum, & secundum magis, & minus inest illis, quibus inest, & hæc est in simplicibus compositis: magis enim perpicuum est cælum, quam ignis: magis ignis, quam aqua: magis aqua, quam terra. In commistis autem magis quam in terra, minus quam in igne, aqua, & aere. Alb. mag. de sen. & sen. tr. 2. cap. 1. c. 9. col. 2.

Perpicuitas confert ad esse coloris, non ut ingrediens substantiæ eius, sed ut id, in quo habet fieri ut in proprio subiecto, in quo variatur secundum dispositionem perpicuitatis eius. Alber. magn. de sen. & sen. tract. 2. cap. 2. char. 10. colum. 1.

Perpicui natura elementis, & elementatis conuenit ex communione corporum celestium. Albert. magn. de spirat. & respir. l. 1. tra. 1. cap. 4. c. 52. col. 3.

Perpicuum duplex. Quoddam enim est perpicuum quod non terminat, sed per se traducit visum, ut aer, ignis, & aqua, vitrum, & crystallus, & similia. Quoddam, quod terminat, & hoc non totum est perpicuum, sed est sola superficie, & ideo terminat, & non traducit visum. Alb. magn. in 2. de ani. tra. 3. cap. 7. ch. 22. col. 1.

Perpicuitas sola raritate non fit, sed indiget etiam subtilitate cum raritate, nec non spiritualitate quadam partium. Alb. mag. in 2. de ani. tr. 3. cap. 8. c. 22. col. 2.

Perpicuum quod est medium in visu, in quo, ut in medio sunt visibilia, non est natura subiecta visibilibus, nec se ad visibilia habet, ut potètia materię. Esse enim spirituale, quod subito fit in medio materię, & in extremo, & esse vbiq; in materia subito, & non infici, nec informari, nunquam contingit materię ex aliqua forma, quæ est in materia. Alber. mag. de nat. & origin. animæ tract. 1. cap. 4. char. 69. col. 1.

Perpicuum, & color sunt eiusdem naturæ: quia color est esse quoddam perpicui in corpore terminatè visum, & terminato per opacum. Alb. mag. de natu. & origin. animæ tract. 1. cap. 4. char. 69. col. 1.

Perpicuum ad visibilia se habet, ut locus connaturalis eorum ad quem mouentur, & cum quo connaturalitatem habet, & vbiq; in ipso existunt secundum esse, quod habent sensibilia. Alber. mag. de natu. & origin. animæ, tract. 1. cap. 4. c. 69. col. 1.

Perpicuum non conuenit elementis, ut elementa: sed quia comunicant corpori superiori, quod est perpetuum, & celeste. Alb. mag. de nat. & origin. animæ. tr. 1. ca. 69. c. 1.

Perpicuum est, in quod, & per quod est inundantia luminis. Alb. magn. ethic. 1. tr. 1. cap. 6. c. 16. col. 3.

Perpicuum indeterminatum est susceptuum luminis, cuius natura non est, ut suscipiatur solū in extremo, sed

sed per totum medium. D. Th. de sen. & sen. l. 7. c. 8. c. 1.

Per-suadere qui vult, scire oportet contraria, non quia ea faciamus, sed ne lateant. Arist. rhet. 1. c. 7.

Per-suasio est assensus per rationem factus. Sim. in 3. de anim. ex sec. 1. tex. 156. char. 55. col. 4.

Per-suasio est inquisitio quædam intellectio ipsarum rerum, & tanquam verarum receptio. Simp. in 3. de anim. ex sec. 1. tex. 156. char. 55. col. 4.

Per-suasio est opinio præualens, ad quam anima acquieuit, & cum hac imaginatur illius contradictorium, & per-suasio fit ex orationibus, & rebus ipsis. Orationes diuiduntur in exempla, & argumentationes, quæ prima rhetorica docet signa. Auer. epit. in log. c. 358. c. 4.

Per-suasio sufficere debet in ethica, & rhetorica. Albert. magn. in 2. metaphy. cap. 11. c. 76. col. 3.

Per-suademus docendo, monendo, & consiliando. Dan. Bar. 1. rhetor. in proem. char. 1.

Per-suadere nil aliud est, nisi opinionem inducere. Dan. Bar. 1. rhetor. in proem. char. 1.

Pertinax similitudinem habet cum continente, ut prodigus cum liberali. Arist. 7. ethic. nico. cap. 9. c. 177.

Pertinaces sunt, qui sunt homines suæ scientiæ, & inruditi & rustici, & gaudent cum vincunt, & dolent secus perinde ac si decreta irrita, fuerint effecta. Arist. 7. ethic. nico. cap. 9. char. 177.

Pertinacia qui errant, non sunt facile curabiles. D. Th. 11. metaphys. l. 6. tex. 1. char. 780.

Perturbatio medium inter potentiam, & habitum locum tenet, nec virtus est, nec vitium. D. Bar. 1. rhe. c. 3. c. 18.

Pessimus est, & qui secum, & qui cum alijs prauitate vititur. Arist. 5. ethic. nico. cap. 1. c. 111.

Pestilens annus tunc iuadit, cum sol multum vaporis de terra excitat, quia annus humidus pluuiusque significatur, terramque madescere necesse est. Fit igitur, ut quasi locis palustribus, grauibusque proinde in habitetur: & corpora multis excrementis redundant, ita ut ærotandi materiam habeant in æstate. Arist. prob. sect. 1. num. 21. char. 338.

Pestem cur lippitudo magna ex parte præcedere solet? quoniam pestis est spiritus affectio: quod cum spiritus motus, vitiatque efferatur ad caput, oculos perturbat, eosque priusquam cetera vitiat, ut qui tenuior, & mobilior sedem adeat oculorum. Alex. aphrod. prob. 2. nume. 108. char. 770.

Pestilente aeris statu cur alij intereunt, alij resistere possunt? quia qui corpore male habito sunt, ii ab aere vitiatō facile interimuntur. At qui sunt corpore bono habito, hunc nihil, aut parum aeris status offendere potest. Alex. aphrod. pro. 1. nu. 88. c. 696.

Pestilente aer cur homines multi, & inæquales malo eodem intereunt? Quæ quidem res tollere fatū v. i. necessarium rerū consequentiam, quam stellarum ordini, & motioni tribuimus. Censendum illos homines rapi conditione celi pestifera, qui concepti, nati sunt tali motu stellarum, ut longinquo tempore viuere nequirent. ut enim ædificium vetus facilius impetu ventorum corrumpitur, quam nouum, & validum, sic & homines, qui ex fato vitam breuem sortiti sunt, expeditius ab aeris vitio mouentur, & capiuntur: malum autem commune est, quia aer vitiatū idem continet omnes, & ab oibus trahitur. Alex. aphr. prob. 2. nu. 93. c. 766.

Petere principium est non demonstrare propositum, quod multis fit modis. Primo, si non ratiocinatur. Secundo, si ratiocinatur, sed per ignotiora. Tertio, si per similitudinem ignota. Quarto, si per posteriora prius. Aristot. prior. lib. 2. cap. 18. char. 73.

Petere principium, cum id, quod per se ipsum non est aptum cognosci, conatur quis per se ipsum monstrare, & in alia transeuntes noto per illud monstrari per hoc demonstrare, quod est ex principio. Ari. prior. l. 2. c. 18. c. 275.

Petimus principium in demonstrationibus secundum veri-

tatē, in dialecticis vero secundum opinionem. Arist. libid. Petitio est propositio demonstrabilis, quæ demonstrator petit nulla in discendo existente opinione, vel contraria existente. Arist. post. l. 1. cap. 8. tex. 24. c. 313.

Petitio omnis, vel suppositio, vel est vniuersalis, vel particularis, definitiones vero neutrorum. Arist. poster. lib. 1. cap. 8. tex. 24. char. 314.

Petitio principij, cum sumimus id, quod conuertitur, non est semper, sed solum cum fuerit similiter immansifestū, quod conuertitur. Simp. in 8. phy. c. 410. c. 2.

Petitio principij fit, cum duos terminos conuertibiles sumimus, vel quorum vnum alij inest. Ioan. gra. in 2. prior. cap. 17. char. 78. col. 2.

Petitiones sunt, quæ non sunt manifestæ, nec notæ, sed indigent probatione: indemonstrabiliter tamen sumuntur a præceptore. Io. gra. in 1. post. c. 2. c. 7. col. 2.

Petitio alia neutro modo cognoscitur, alia in contrariū. Ioan. gra. in 1. post. cap. 2. char. 7. col. 3.

Petitio non omnino vera est semper, concedit tamen ab eo, ad quem est sermo. Io. gram. in 1. post. cap. 8. c. 21. col. 3.

Petitio principij proprie est, cum aliquis sollicitus est ad ostendendum aliquid per se per id, quod est notū per aliud: & hoc fit duobus modis, quorum vnus est, ut quæsitum per se ponatur propositio ad ostensionem sui ipsius, & hoc accidit, cum prædicatum, & subiectum quæsitum fuerint duo nomina multiuoca. Secundus modus est, si monstratur conclusio, per syllogismos plures compositos ex pluribus propositionibus, quarum vnum ita se habet, ut non mostretur, nisi cum hæc conclusio facta fuerit propositio in syllogismo ipsa cōcludente: & in hac specie secūda ex obliuione multū accidit decipi. Auer. in 2. prio. c. 21. c. 117. c. 3.

Petitio principij, & demonstratio circularis differunt: quia indemonstratione circulari oportet tres terminos sibi inuicem conuertibiles esse. Auer. ibid. col. 4.

Petitio principij non inuenitur in definitionibus, ut multi existimauerunt, sed si inuenitur, esse antecessionis, & propositionis ratione secundum esse, id est, ut præcedens sequatur, & consequens antecedit. Auerroes in poster. 1. tex. commen. 1. char. 128.

Petitio principij est, aut vera, aut diuulgata, Auer. in 8. topi. cap. 2. char. 318.

Petitio principij fit secundum quinque modos. Primo, cum vice subiecti, aut prædicati quæsitum ponit nomē additū toti, aut vice nominis ponitur oratio gerens vicem nominis. Secundo, cum vice rei particularis ponitur vniuersale. Tertio, quod vice rei quæsitæ ponat quis ipsius partium commōstrationem. Quarto, quod vice totius ponat partes. Quinto, quod commōstret rem per ipsam consequens. Auer. in 8. topic. cap. 3. c. 318.

Petitio principij non est, nisi in propositione, quæ non est nata per se ostendi, & ostenditur per seipsam, vel per æque dubia sibi: non autem est petitio principij in illis propositionibus, quæ natæ sunt ostendi per seipsas, quæ terminos habent conuertibiles. Albert. magnus in prior. char. 150. colum. 2.

Petitio principij est primum peccatum syllogismi. Alb. magn. in prior. char. 161. col. 1.

Petitio principij est sumere aliquid tale ad probandum, per quod proposita cōclusio non nata est ostendi syllogistice. Alb. mag. in prior. c. 161. col. 1.

Petere principium multis fit modis. Primo, si accipitur aliquid per quod omnino propositū non concludit. Secundo, si cōcluditur propositum per ignotiora, vel æque nota. Tertio si per posteriora. Alb. mag. ibid.

Petitio principij est, cum id, quod per aliud ostendi debet, per seipsam ostenditur: quod duobus modis fit, Vt statim ponat idē noie, & ratione ad sui ipsius probationem. Secundo transcendentem ad ea, quæ sunt antecedentia, vel cōsequētia propositū. Alb. mag. in prior. c. 161. c. 2.

Petere principium possumus per veritatem, & per opinionem,

mionē, & differunt. Quia secundū veritatē fit, cum non per se notum secundum rei veritatem, vt per se notum sumitur. Secundū opinionem, cum non per se notum secundum opinionem respondentis sumitur, vt per se notum. Alb. mag. in prior. c. 162. col. 1.

Petitio est propositio non ex seipsa, vel ex demonstratione supposita, vel ex opinione discens, sed ab audiente petita. Alber. magn. in post. ch. 185. col. 3.

Petitio principij non prohibet, quin sequat cōclusio, sed non probat propositū. Alb. mag. in post. c. 205. col. 4.

Petitio principij, cū per ignotius, & æque ignotū aliqd probare volumus, vel p idē. Alb. mag. top. c. 274. c. 3.

Petitio principij quinquē modis. Primo, si sumit idem, qđ probare vult. Secundo, si quod debet probare, particulariter p robat. Tertio vniuersaliter, qui modus in prædicatis essentialibus, quæ magis insunt superioribus, nō est petitio principij. Si, quod vniuersaliter debet ostendere, petit particulariter. Si petit in partibus, quod in toto probare debet. Quinto in terminis conuertibilibus. Alb. mag. top. c. 274. col. 3.

Petere contratiū quinquē modis fit. Primo secundum affirmationē, & negationē. Secundo secundū oppositionem contrarij, vt bonū, & malū. Tertio, si aliquid vniuersaliter debet probare, & petit contradictionē. Quarto, si debens pbare particulare, sumit vniuersale contradictorium, si quis petat contrarium ei, quod ex necessitate accidit. Alb. mag. top. c. 274. col. 4.

Petere principium duobus fit modis: aut idem est nomine, & re: aut alterum nomine, & re. Albert. magn. in elenc. char. 287. colum. 3.

Petitionis principij apparentiæ causa est apprensio diuersitas conclusionis, & præmissæ alciuius. Alb. mag. in elenc. char. 287. colum. 3.

Petitionis principij est omnimoda secundū rē identitas conclusionis ad præmissā. Alb. mag. in elenc. c. 287. c. 3.

Petitio principij alia est secundū veritatē: alia secundū opinionē. Secundū veritatē est cū aliquid probandū, & non per se notū petitur in eo, quod est per se accipiendū, & per se notū. Secundū aut opinionem, cū id, qđ nō ē natū ondi per se, onditur p idē, qđ extimā ē aliud pp intentionē, aliā qđ hēt. in qua existimā notū esse, & probabilius illo. Alb. mag. in elenc. c. 287. c. 3.

Petitio principij duobus modis considerari potest. Vt vitium, vel defectus caueatur, & sic a dialectico consideratur. Alio modo, vt decipit, & sic sophista eo vtitur. Alb. mag. in elenc. char. 287. col. 4.

Petitio principij quinquē fit modis. Primo, cū diffinitū petitur in diffinitione, & econuerso. Secundo, cū particulare petitur in vniuersali actu distributo in partibus. Tertio, cū in particulari petit vniuersale. Quarto, cum coniunctum in diuisis petitur: qđ non rōne cōiunctionis, sed cōiunctorū est in illis. Quinto, cū vnū correlatiuorū petit in altero, nō vt terminus, ad quē finitur relatio, sed vt ratio, qua vtrumque est in altero per intellectum. Albert. magn. in elenc. c. 287. col. 4.

Petitio mediū hēt, sed magis latens, cōcessibile tñ ex ipsa rei natura. Alb. magn. ethi. 6. tra. 2. cap. 18. c. 75. col. 4.

Petrofelinū est calidū, & siccum plus medicina, qđ cibus: cōfortat digestionē puocat vrinā, & confert contra lapidē. Alb. mag. de veg. & plā. l. 6. tr. 2. c. 15. c. 169. c. 1.

Phalanges, quæ textur, hoc modū coeunt cū femina dedūtā araneā traxerit, mas eandē mutuo trahit: qđ vbi sapius fecerint coeunt, & auerfis clunibus copulatur: nam propter aluum orbiculatam modus hic coniungendijs congruit. Arif. in g. de hist. ani. 5. ca. 8. c. 153.

Phalangæ sunt de genere aranearum paruarū, habentes morsum venenosum, quæ aliquando nares hominū, & pecudū intrant, & si intrant in nares cerui, nisi habeat cancos in cibū, ceruus est in periculo cū erectio ne virgæ vel si est femina cum labiorum vuluæ dilata-tione. Alb. mag. de ani. l. 26. cha. 204. col. 4.

Phantasia est sensus quidā imbecillus. Arif. rhet. 1. c. 47.

Phantasia fallā docet. Magent. in poster. chart. 47. col. 3.

Phantasia contemplationem de intelligibilibus consequitur, vt vmbra in lumine corpus. Simpl. in prim. de anim. tex. 12. char. 3. col. 4.

Phantasia non ratiocinatur. Io. gra. in 1. prio. c. 2. c. 42. c. 1.

Phantasia est visio, quædam earum formarū, vel imaginum, quæ a sensibus oriuntur, & statio, & conseruatio. Ioan. gra. 1. prior. cap. 2. c. 244. col. 1.

Phantasia non errare dixerim in percipiendis formis, quas a sensibus oblatas suscepit, sed falli cum sese cōuertit ad formas, & notitias animi, & intelligentiæ, quibus miscet materiam cum non debet. Ioā. gra. in 1. poster. cap. 2. char. 444. col. 2.

Phantasia, & opinio si cōiungantur, vitiosa rō efficiunt, & semper est fallā. Ioan. gram. in 1. post. cap. 2. c. 423. col. 3.

Phantasia est motus ab actuali sensu pficiens, i. motus in pansionē qđ ab actu sensus nobiliori in sensorio productæ erant. Mich. ephes. de mem. reminif. c. 1. col. 3.

Phantasia duplex: alia est virtus animæ, quæ phantasmata recipit, & operatio intellectus passibilis, vel est phantasia, vel nō sine phantasia. Alb. mag. 1. de an. c. 6. c. 2. c. 4.

Phantasia existens inter memoriam, in qua sunt intentiones, & imaginatiua, in qua formæ acceptæ per sensum, vtitur vtrisque componendo, & diuidendo, & operatur tam in somnis quam in vigilia. Alb. mag. in 2. de anima cap. 2. char. 31. col. 4.

Phantasia est in medio mediæ cellæ cerebri, tanquam centrum inter existimatiuam, & memoriam. Albert. mag. in 2. de anim. tract. 4. cap. 7. c. 31. col. 4.

Phantasia est potentia componens imagines cū intentionibus, & intētionibus cū imaginibus, & intentiones cū intentionibus ad duplicē finem, qđ est in particularibus: vnus finis est cognitio particularium maior, qđ in sensibili fieri possit, & illius finis est scientia. alius finis est opus, quod intendit, ex huiusmodi particularibus. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 1. cap. 3. c. 33. col. 4.

Phantasia duas habet causas falsitatis: prima est distantia a re, quia accidit re non præfente: secunda est causa, qđ habet a sensibili per accidens, etiā a sensibili cōi, in quorū cōpositione, & diuisione frequenter est deceptio. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 1. cap. 8. c. 35. col. 2.

Phantasia communiter accepta in se comprehendit imaginationem, & phantasia proprie dictam. Alb. mag. in 3. de anim. tract. 1. cap. 9. c. 35. col. 2.

Phantasia cū sit discretiua particulariū sensibiliū, nō p cipit motū, nisi circa delectabile vt nūc præfens. Alb. mag. in 3. de anim. tract. 4. cap. 3. char. 46. col. 3.

Phantasia est passio sensus communis, vt efficientis, quia est motus, & passio a sensu communi facta. Alb. mag. de mem. & rem. tract. 3. cap. 3. char. 21. col. 4.

Phantasia duabus cælestibus virtutibus perficitur, & vna elementalī complexionata: calido enim cælesti, quod per naturā circuli, vnum propellit ad aliud, & claro luminis cælestis perficitur, & sicco organi cōplexionalī. Alb. mag. de anim. l. 8. tr. 6. cap. 1. c. 84. col. 3.

Phantasia, licet sit motus a sensu fm actū factus, nō est tñ sensus. Alb. mag. in 4. metaph. tr. 3. c. 6. c. 95. col. 1.

Phantasia ē qđā motus sensitiuæ partis factus a sensu fm actum. D. Thom. in 8. phy. l. 6. tex. 26. c. 126. col. 2.

Phantasia in animalibus imperfectis inuenitur interminata, in imperfectis determinata. D. Thom. in 2. de anim. lec. 4. tex. 20. char. 24. col. 1.

Phantasia nil aliud est, quam motus factus a sensu fm actum. D. Thom. in 2. de ani. l. 4. tex. 20. c. 23. col. 4.

Phantasiæ organum determinatū attribuitur ad maiorē pfectionē, & determinationē sui actus, sine quo phantasiæ actus esse non pot, vt actus visus non pot esse sine oculo. D. Thom. in 2. de ani. l. 4. tex. 20. ch. 24. col. 1.

Phantasia, & appetitus sensitiuus variat pp impressionē corporis cælestis. D. Thom. in 3. de ani. l. 4. tr. 150. c. 51. c. 2.

Phantasia

Phantasia habet suam operationem in absentia sensibiliū, vt ratio, & intellectus. Diuus Thomas in 3. de anima. lect. 16. tex. 56. char. 65. colum. 4.

Phantasia in actu talis est virtute, quales res sensibiles extra sunt in virtute in actu, quia phantasia fit aliquid simile sensui. D. Thom. de ani. mot. l. 6. c. 55. colum. 2.

Phantasia non est eadem sensui. D. Thom. in 4. metaph. lect. 14. tex. 24. char. 237.

Phantasmata velut sensibilia sunt, præterquam, quod non sunt cum materia. Aristot. 3. de anima. sum. prim. cap. 4. tex. 39. char. 663.

Phantasma quod in nobis est, & phantasia est, & imago; in quantum secundum seipsum, est phantasma; in quantum alterius, est memoriale. Aristote. de mem. & rem. cap. 2. char. 38.

Phantasma in somnio est, ac visum, cum qui somniat, intelligere potest se dormire, & in somniare. Themistius de insom. cap. 3. char. 99. colum. 1.

Phantasmata non sunt discursiua intellectiois, sed bene non fiunt sine phantasmatis. Simplicius in 3. de anim. ex sec. 2. tex. 30. char. 70. col. 1.

Phantasmata innascuntur in eo, in quo anima sensitiua sedem obtinet. Io. gram. in 1. de ani. tex. 64. c. 27. col. 3.

Phantasmata animæ intellectiue mouent intellectum, vt sensibilia sensum. Albertus magnus in 2. de anima. tract. 3. cap. 3. char. 41. colum. 3.

Phantasma vel accipitur, vt absolute quiescit in anima notitiam de re faciens, & sic est phantasma præfens in anima, a qua egreditur intellectus cui mouet intellectum possibilem. Si autem referatur ad rem, ad quam receptum fuit per propria rei illius, tunc vocatur imago, & sic perficit memoriam. Albertus magnus de mem. & rem. tract. 1. cap. 4. char. 22. colum. 2.

Phantasmata sunt sensibilia, & similitudines. D. Thom. in 3. de ani. l. 3. tex. 39. char. 62. col. 1.

Phantasma est similitudo rei corporalis. D. Thomas de mem. & rem. l. 2. c. 25. colum. 3.

Phantasmata in actu, sensibilia sunt in actu. D. Thomas 7. politic. lect. 5. char. 108. colum. 1.

Phantasma ad intellectum ita se habet, vt color ad visum. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 28. colum. 1.

Phantasmata illustrata a lumine intellectus agentis sunt obiectum intellectus. Alexander de Ales in 1. metaph. char. 28. colum. 1.

Phareas est serpens, quasi totus erectus, qui graditur super caudam, & super partem corporis, quæ caudæ coniungitur: ideo per iter, quod vadit, sulcum facere videtur. Alber. mag. de ani. 25. c. 202. col. 2.

Pharmaca quæcunque habent igneam naturam, dissolubilem habent virtutem. Simplicius in 3. de coelo. text. 24. char. 100. colum. 2.

Phicæ sunt, cum magnitudo vasti, & rotundi ignis dolio similis, vel fertur, vel vno loco flagrat. Sed cum fertur, est sub loco frigoris. Cum autem in vno loco flagrat, tunc est in regione æstus. Albertus magnus in primo meteor. tract. 4. cap. 9. c. 84. colum. 2.

Phidia (vt fama est) Mineruæ statuam illam, quæ est in arce, cum faceret, in medio eius scuto faciem suam expressit, oculosque fallenti artificio ita deuinxit simulachro, eximere inde vt ipsam si quis cuperet, minime posset: aliter quidem, certeque vt ipsum simulachrum solueret, & opus eiusmodi compactile confunderet. Arist. de mundo, cap. 7. c. 833.

Philippus a Pausania occisus est, quia nō vlciscebatur iniuriam ab Attalo sibi factam. Arist. pol. 5. ca. 10. c. 675.

Philomela est avis parua, nota, dicta quia dulce sonat: Quando cum alia cōtendit cantu, potius vitam, quam cantum victa deponit. parua est corpore, magna spiritu. aduolat hæc avis ad cantantes, si bene cantant; & audit tacens: postea quasi vincere nitens, recantat. Alber. mag. de animal. lib. 23. cap. 24. c. 194. col. 4.

Philosophiæ tot sunt partes, quot partes substantiæ. Arist. 4. metaph. ex sum. 1. cap. 2. tex. 4. char. 61.

Philosophia alia actiua, alia contemplatiua est. Ammo. in Porphir. c. 2. col. 2. Idem Io. gram. in 1. phy. c. 2. col. 1. Idem Eustr. 1. moral. c. 1. Idem Boet. in Porphir. c. 2.

Philosophia, quæ dicitur propter modum philosophiæ, dupliciter dicitur; scilicet, aut propter modum extrarem: aut propter modum in materia positum. Propter modum extrarem, logica philosophia est. Propter modum in materia positum omnis scientia particularis philosophia est. Albertus magnus moral. pri. tract. 1. cap. 3. char. 2. colum. 1.

Philosophiæ diuisionis ratio tota sumitur secundum modum diffinitionis, & diffinitionis: quia diffinitio est principium demonstrationis rerum: res autem definiuntur per essentialia. Diuus Thomas in primo de anim. lectio. 2. text. 16. char. 4. colum. 1.

Philosophi qui sunt, & quid est ipsa philosophia.

Philosophi ij sunt, qui propter admirationem aliquarum rerum conantur intelligere. Alexander aphrod. in prim. metaph. com. 15. c. 8. colum. 1.

Philosophia propter nostram tarditatem difficilis est, sua autem natura facilis. Alexander aphrod. in prim. met. vel secundum lat. 2. com. 3. c. 45. col. 2.

Philosophia est animæ perfectio, vt medicina corporis. Them. in prim. phy. c. 14. colum. 1.

Philosophia est rerum, quia res sunt, cognitio, quæ a subiecto ducta est. Ammo. in Porphir. c. 1. col. 1.

Philosophia est rerum diuinarum, atque humanarum, causarumque, quibus continentur, cognitio; atque hæc a Platone tradita est a subiecto definitio. Ammo. in Porphir. char. 1. colum. 2.

Philosophia est Dei similitudo, quoad natura humana patitur, qđ Plato. diffinitio a fine ducta est. Ammo. ibid.

Philosophia est mortis commentatio a Platone a fine ducta. Ammonius ibidem.

Philosophia est ars artium, scientiarum scientia, cuius vis tale quippiam valet, atque efficit. Ammon. ibid. col. 4.

Philosophiam Pythagoras sapientiæ studium esse dixit. Ammon. in Porphir. c. 2. colum. 1.

Philosophiæ instrumentum, & non pars est logica. Ammonius in Porphir. c. 3. colum. 4.

Philosophus a Ioanne Grammatico Porphirius intelligitur, qui eius fuit magister. Ioannes grammat. in prim. post. cap. 18. char. 43. colum. 1.

Philosophiæ natura est quærerere maximas perscrutationes. Auer. in 2. metaph. tex. com. 15. c. 17.

Philosophia facta ex rationib. logicis, vocatur extranea. Auer. in 4. phy. tex. 87. c. 80. colum. 3.

Philosophia est amor, studium, & amicitia, & quodammodo sapientia. Boet. ex dial. c. 2.

Philosophia humanis animis excellentissimum bonum est. Boet. in Porphir. char. 46.

Philosophia nil aliud est, quam victoria, & abstinentia concupiscibilium, de quibus in ethicis. Albertus mag. de animalib. lib. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 3.

Philosophia in principio suæ inuentionis cruda fuit, vt ait Auicenna 6. metaphys. Primi enim philosophi parum attingebant de natura entis, & de natura causarum. Alexander de Ales in prim. metaphys. c. 12. colum. 3.

Philosophiæ utilitas, & circa quæ versatur.

Philosophus confide rat ens, vt ens vniuersaliter, non particulariter; & cum in se multipliciter dicatur, oportet, vt non dicatur secundum æquiuocationem, quia sic non caderet sub vna scientia; sed dicitur secundum analogiam. Arist. 11. metaph. sum. 2. cap. 1. c. 219.

Philosophis facile esse ditari ostendit Thales, qui medio astrologiæ cognoscens caritatem olei, vilissimo pretio omnes oliuas emit, & sic quanti voluit vendidit, & magnas pecunias superlucratuſ est. Arist. pol. 1. c. 7. c. 508.

Philosophia mihi sæpe viſa est res diuina, & admiranda; præcipue in ea parte, in qua sola ipsa sublimis sese extollens ad contemplandas rerum naturas, magno illic studio contendit existentem in eis veritatem præcognoscere. Arist. de mund. cap. 1. c. 806.

Philosophantibus est proprium nihil negligere, nec prætermittere, sed demonstrare in singulis veritatem. Arist. pol. 3. cap. 5. char. 572.

Philosophi cum abdita, ac plerisque ignota exponunt, nouis sæpe vocabulis indigent, quæ etiam fingere licet. Porph. in præd. ch. 1.

Philosophia sola in naturis omnibus elaborat. Ammo. in Porph. char. 1. col. 1.

Philosophus contemplatione imitatur Deum, vt qui inferiora cognoscat; actione, vt qui eadem gubernet. Ammo. in Porph. ch. 1. col. 2.

Philosophia omnibus scientiis, ac artibus principia tribuit. Ammo. in Porph. c. 1. col. 4.

Philosophia rhetoricæ initia quædam exhibet. Amm. in Porph. ch. 1. col. 4.

Philosophia nullum bonum, nec præstantius, nec optabilius hominibus a dijs, nec datum, nec dari potest. Am. in Porph. char. 3. col. 1.

Philosophi cum abdita declarare volunt, & plerisque ignota, nouis sæpe vocibus indigent, quas fingere coguntur. Simp. in præd. ch. 5.

Philosophi antiqui sine demonstratione suas positiones afferbant. Simp. in 1. phy. tex. 25. c. 37. col. 2.

Philosophi speculati sunt de notitia entium in scientiis suis, nec adhæserunt sermoni cogenti eos ad recipiendum aliquid absque demonstratione. Auerr. ex destr. destr. disput. 3. ch. 26. col. 2.

Philosophus circa necessarium, & probabile; & circa necessarium, & non probabile versatur, cū illi nō sit cura de alia re, quā de veritate. Boet. de defi. top. 1. r. c. 862.

Philosophantes posteriores solent esse perspicaciores prioribus, quia adiuuantur rationibus eorū, qui eos præcefferunt. Alb. mag. in 4. de cæl. trac. 1. cap. 3. c. 53. col. 1.

Philosophia quantum vniuersumque rei est philosophia de virtute ipsius, siue sit philosophia communis, vel propria, non nititur cognoscere rem, nisi in se, & partibus, & secundū actiones, & passiones proprias, quæ insunt ei. Alb. mag. moral. 1. tract. 1. cap. 3. c. 2. col. 2.

Philosophus comparatur poetæ, quia vterque circa admiranda versatur. D. Tho. 1. phy. lec. 3. c. 19.

Philosophia vnde originem traxit, & eius finis.

Philosophari ceperunt homines nunc, & primo propter admirari a principio admirantes pauciora, & minora; deinde maiora, & difficiliora, vt de Luna, Sole, & eius passionibus. Arist. 1. metaph. ex su. 1. cap. 2. ch. 8.

Philosophia sæpe inuenta est secundum possibilitatem in vnaquaque arte, & iterum corrupta; & antiquorū opinioniones quasi reliquæ quædam ipsius nunc vsque seruatae sunt. Arist. 12. metaph. su. 2. cap. 4. tex. 50. c. 258.

Philosophis antiquis, non solum illis, cum quibus opinionibus communicauimus, gratias habere debemus; sed etiam illis, qui superficialiter tantum veritatem attingerent: quia conferunt aliquid & isti: excitant enim intellectum nostrum ad veritatem inquirendam. Arist. 2. phy. cap. 1. tex. 1. c. 35.

Philosophi antiqui inopinabilia duobus de causis dixerunt: tum quia nescientes soluere rationes litigiosas, ipsis annuerunt: tum quia demonstrationes esse existimarunt. Arist. 4. metaph. cap. 5. tex. 28. c. 82.

Philosophi antiqui primi quærentes veritatem, & natu-

ram entium conuersi sunt quasi in aliā viam ob inexperientiam; nihil enim fieri, nec corrumpi dicunt, quia si fit, vel fit ex eo, quod est; vel ex eo, quod nō est: quorū vtrunq; impossibile. Ari. phy. 1. su. 3. c. 4. te. 70. c. 24.

Philosophiæ præceptores cum non possint pecunijs existimari, nec honor æquiparabilis exhiberi possit, fortasse satis est, vt erga Deos, & parentes, id, quod fieri potest. Arist. 9. ethic. Nicom. cap. 1. c. 217.

Philosopho conuenit de demonstratione, & sententijs differere, nō de alicuius certi entis demonstratione, sed in vniuersum quid est demonstratio, & quomodo sit vsurpanda. Neque enim demonstratio in aliquo genere ex ijs, quæ scientiis subiiciuntur, collocatur, sed per singulas disciplinas demonstratio versatur in ijs, quæ priuatim pertinent ad eā doctrinā, qua quisque vtitur p positionē demonstrandi modū a philosophia mutatur. Ale. aph. in 3. meta. vel secūd. lat. 4. co. 21. c. 94. c. 1.

Philosophiæ extremum non est actio, sed cognitio. Amm. in Porph. ch. 1. col. 1.

Philosophi non est munus aliquid diffinire sine inquisitione. Simp. in præd. ch. 53.

Philosophiæ Aristotelicæ finis est nosse omnium opificē, causamque supernam omnium rerum. Simp. in præd. c. 1. Idem Ammo. in præd. c. 3.

Philosophiæ, qui non studet, nihil penitus scit: namque nec se scit, nec aliud a se. Alb. mag. in 2. de intel. & intel. cap. 6. c. 54. col. 4.

Philosophi non est aliquid ponere, nisi per rationem certam. Alb. mag. in 1. phy. ex 2. tract. cap. 4. c. 5. col. 4.

Philosophiæ nomen primo a Pythagora inuentum, cum primo sapientes appellabantur. D. Tho. in 1. metaph. lec. 3. char. 20.

Philosophia, & veritas inuentæ fuerunt, quod sequentes excitati fuerunt a præcedentibus: & aliquid videt sequēs, quod non videt præcedens; semper tamen in virtute præcedenti. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 34. col. 3.

Philosophia, vt metaphysica.

Philosophia prima, quæ proprie sapientia nuncupatur, quæque de sempiternis, ac immobilibus diuinisque considerat, philosophiæ pars est. Alex. aph. in 3. meta. vel secūd. lat. 4. co. 6. c. 85. col. 1.

Philosophia prima est scientia scientiarum, & ars artium. Io. gra. in 1. post. cap. 9. c. 20. col. 1.

Philosophia prima, & dialectica solæ subiectum habent omnia entia. Io. gra. in 1. post. cap. 8. c. 23. col. 4.

Philosophiæ primæ est de omnibus entibus disputare, siue habeant determinatam naturam, siue non. Io. gra. in 1. post. cap. 8. c. 23. c. 4.

Philosophia prima omnium scientiarum probat principia. Io. gra. in 1. phy. c. 6. col. 1.

Philosophiæ primæ proprium est disputare contra negantes principia reliquarum particularium scientiarum. Auerr. in 1. phy. su. 2. tex. 8. c. 5. col. 4.

Philosophia prima, quæ procedit tanquam media inter logicam, & demonstratiuam, cōmuniū omnium scientiarum principijs vtitur. Alb. mag. in post. c. 186. col. 2.

Philosophus, dialecticus, & sophista eadem considerant, sed inuicē differunt philosophus a dialectico potestate. Nā philosophus demonstratione, dialecticus probabilitate considerat res: sophista vero differt a philosopho: nā philosophus ad sciendū veritatē ordinat, quæ agit, sophista vt videat scire. D. Tho. 4. metaph. 1. 4. te. 5. c. 197.

Philosophus, vt naturalis.

Philosophi naturales considerant, & demonstrant per omnes causas: mathematici per duas tantū, id est formam, & materiam. Alb. mag. in post. c. 210. col. 3.

Philosophiæ naturalis tres sunt partes: naturalis, siue philo-

philosophica, metaphysica, & mathematica: quæ philosophia naturalis non proficitur in nobis ab opere nostro, vt moralis; sed potius ab opere naturæ in nobis. Alber. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 1.

Philosophi naturales antiqui non potuerunt peruenire ad causam primam totius esse, sed considerabant causas particularium mutationum. Primi enim considerant solum causam mutationum accidentalium: sequentes vero ipsos peruenierunt ad cognitionem mutationum substantialium: postremi autem Plato, & Aristot. peruenierunt ad cognoscendum principium totius esse. D. Thom. in 8. phy. 1. 2. tex. 4. ca. 19. col. 4.

Philosophia, vt contemplatiua.

Philosophia contemplatiua diuiditur in diuinam, mathematicam, & naturalem philosophiam. Ammonius in porph. char. 2. colum. 2.

Philosophiæ contemplatiuæ pars nobilior est actiua: & in contemplatiua nobilior est, quæ de separabilibus agit. Simp. in 1. de ani. tex. 49. c. 12. col. 4.

Philosophiæ contemplatiuæ præsertim, summum studium adhibuit Arist. Ioan. gram. in 1. phys. c. 2. col. 1.

Philosophia contemplatiua rerum naturā, qua constant, cognoscimus. Ioan. gram. in 1. phys. c. 2. colum. 1.

Philosophia contemplatiua in tres partes diuiditur. in naturalem disciplinam, in rerum diuinarum scientiam, & mathematicam. Ioan. gram. ibid. colum. 2.

Philosophia contemplatiua in tres diuiditur partes. in naturalem, diuinā, & mathematicam. Eust. 1. mor. c. 1.

Philosophia contemplatiua, alia est de intellectibilibus, alia de intelligibilibus, alia de naturalibus. Boethius in porph. ex dialog. c. 2.

Philosophia, ut actiua.

Philosophia moralis est, quæ in ethicam, politicam, ac œconomicam diuiditur. Ammo. in porph. ch. 2. col. 4.

Philosophia actiua in tres diuiditur partes. in politicam, ethicam, & œconomicam. Eustr. 1. moral. c. 1.

Philosophia moralis, politica, & œconomica differunt: primo quantum ad subiectas materias, quia moralis vnum hominem meliorem reddere curat: œconomica familiæ curam instituit: Politica ciuitatem subiectam habet. Eustr. 1. moral. c. 1.

Philosophia practica, alia circa mores, alia circa res publicas, alia circa particulares res familiares versatur. Boethius in porph. c. 3.

Philosophiæ quis aptus, & quas voluptates tradit.

Philosophia mirabiles habere, & puritate, & stabilitate voluptates videtur. Aristoteles ethicorum lib. 10. ad nicom. cap. 7. char. 256.

Philosophantibus ingenue, & ijs, qui causas intelligunt, natura parens miras excitat voluptates. Aristoteles de partib. animal. 1. cap. 15. char. 417.

Philosophiam, qui primo addicit, non potest addiscere leges. Auerr. in 1. phy. tex. 60. c. 17. col. 4.

Philosophari non possunt homines, qui nō distinguunt quid notius sit per se, & per aliud. Auerr. in phy. 2. tex. 6. c. 24. colum. 2.

Philosophari non potest animus curis occupatus. Alber. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 3. c. 60. colum. 4.

Philosophus, ut differt ab Oratore.

Philosophum cur ab Oratore differre putamus? quia alter, quid iustitia sit, cogitat; alter, quid iniustus sit, aliquid spectat, & alter qualisnam tyrannicus tenor sit, alter tyrannum quempiam esse animaduertit. Aristot. problem. sect. 17. nume. 5. char. 508.

Philosophum cur ab Oratore differre putamus? quia philosophus in rerum speciminibus agitandis, & exquirendis versatur: orator in his versatur, quæ confortes illorum speciminum sunt; & alter quid iustitia, alter quis iustus, speculatur. Aristoteles problem. sectio. 30. numer. 30. char. 626.

Philosophorum quot sunt sectæ.

Philosophorum sectæ septem dicuntur modis. Prima a sectæ principe, vt Platonicæ, & Pythagorei: a patria principis, vt Cyrenaici ab Aristippo, & ab Euclide Megarici: a loco, vt Academicæ, & a Xenocrate Stoici: a iudicio in philosophando, vt Ephetici: a vitæ genere, vt Ethnici: aut a fine philosophiæ, vt Epicurei: aut ab accidente, vt Peripatetici ab Aristotele. Ammonius in præd. c. 2. Idem Simp. in præd. c. 1.

Philoxemus Eritius guttur sibi longius gruis dari colloptabat, vt cibo oblectaretur. Aristoteles libr. 3. ethicorum cap. 10. char. 74.

Phoeniciæ indigenas fertur, cum ad Tartessum nauigare cœpissent, tantam argenti copiam pro oleo, atque alia forditie nautica delata exportasse, vt nec plus habere, nec furripere argentum ex eo poterant. cæterum cum ad nauigare aliorum cuncta non solum, quibus utebantur, argentea, sed & anchoras omnes ex argento confecisse. Arist. de admir. aud. nu. 131. c. 870.

Phoenices afferunt, qui apud Gadiram incolunt, cum trans columnas Herculeas quatuor dierum itinere subsolano flatu expirante ad nauigarent, ad nonnulla loca solitaria, & inculta accessisse, vltia tamen, & alga repleta, quæ cum quidem aquarum gurgis efficitur, tinguntur: cum autem inundatio, demerguntur. in quibus thunnorum protentam copiam inuenisse, qui magnitudine, & crassitia præpingues inerant. hos vero cum exscassent, in vasis reposerunt, & Carthaginem detulerunt. cæterum Carthaginenses eos ex vrbe non admouebant, sed ob excellentiam eos inter se illi cōsumebant. Arist. de admir. aud. nu. 132. c. 871.

Pheniceas (pirat inter Notum, & Eurum, & est medius, & non habet contrarium. Aristoteles meteorolo. 2. sum. 2. cap. 13. char. 59.

Phœnix, & si vna tantum auis sit, est tamen species, quia prædicatur de pluribus non numero, sed successione. Porph. in prædicament. char. 8.

Physici interest rimari, sit ne infinita magnitudo, sed sensibilis. Themist. in 3. phy. tex. 33. char. 30. col. 1.

Physicorum libri sunt de his, quæ communiter omnia consequuntur. Ioan. gram. in 2. phys. char. 31. col. 2.

Physicorum libri propositum est scire causas communes cunctis rebus naturalibus, quæ sunt materia, forma, agens, & finis; & huius notificare primas causas, vt possunt in hac scientia notificari, vt est materia prima, & primus motor. De prima forma, & primo fine pertinet ad metaphysicum, nec nō tractare de consequentibus cōibus omnibus rebus naturalibus; vt tempus, locus, & reliqua. Auerr. in phy. 1. ex proœm. c. 2. col. 2.

Physicorum liber est primus inter libros naturales, quia pars communis præcedit particularem. Auerr. in primo physicor. ex proœm. char. 3. colum. 2.

Physica appellantur libri octo physicorum, cum hoc nomen commune sit omni scientiæ naturali, quia est fundamentum totius scientiæ naturalis, & ideo virtute est omnes partes. Auerr. in 1. phy. ex proœm. ch. 3. col. 4.

Physicorum liber tertius est primus, in quo loquitur Aristoteles de rebus naturalibus. Auerr. in 3. physico. tex. 2. char. 40. colum. 4.

Physicorum liber septimus, aut est necessarius octauo, aut propter melius. Auerr. in 8. physicorum, tex. 1. chart. 154. colum. 1.

Physicorum sextus appellatur de motu, aut quia finis

eius est perscrutari de motu; aut quia plura, quæ continentur in eo, sunt de motu; aut quia finis eius sunt ista duo. Auer. in 1. de cel. tex. 38. c. 15. col. 1.

Physica est tertia naturalis pars philosophiæ, quæ tota se cundum esse, & rationem concipitur cum motu, & materia sensibili. Alb. magn. in 1. phys. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 1.

Physica est vltima philosophiæ realis pars ordine sui questæ: secundum tamen doctrinæ ordinem est prima. Alb. mag. in 1. phys. tract. 1. cap. 1. c. 1. col. 3.

Physicum esse duplicem habet comparisonem: ad ea scilicet, a quibus est, & ad ea, in quibus est. Alb. magn. ibidem col. 4.

Physicorum libri ideo appellantur, quia in ipsis totum negotium physicum in vniuersali complectitur. Alb. magn. ibid. cap. 4. c. 2. col. 3.

Physiognomix ars quædam est, tum quia necessarium est consequi corpori tali talem formam; tum quia scientes circa vnumquodque animalium ex forma possunt considerare. Arist. physiogn. cap. 1. c. 333.

Physiognomones priores iuxta tres modos aggressi sunt hanc disciplinam quisque iuxta vnum. Alij ex generibus animalium, ponentes secundum vnumquodque genus figuram aialis, & speciei animam. Alij in talibus corpori similem habenti corpus, & aiam similem putabant. Alij autem quidam hoc quidem faciebant, non autem ex omnibus animalibus experiebantur, sed distinguebant ex ipso hominum genere secundum gentes quæcunque differunt secundum vsus, & mores: vt Aegyptij, Thraces, & Scythæ. Quidam autem ex moribus a parentibus, quales mores dispositionem sequuntur, se quirit aut vnicuique mos, iracundo, timido, coeunti, & in vnaquaque aliarum passionum. Arist. physiogn. ca. 2. c. 334.

Physiognomonizantes ex feris non recte signorum electionem faciunt. non enim est utique dicere percurrentem formam vniuersaliusque animalium, quod quicumque vni similibus huic corpore erit, & anima similibus erit. Arist. ibi.

Physiognomonizanti signa communia nihil manifestant. Arist. ibid. ch. 335.

Physiognomia est circa naturales passiones eorum, quæ sunt in intellectu, & eorum, quæ super acquiruntur, quæcunque aduenientia transmutant signa eorum, quæ physiognomonizantur. Arist. physiogn. cap. 3. c. 336.

Physiognomix signa accipiuntur ex motibus, ex figuris, ex coloribus, & ex motibus in facie apparentibus, & ex lenitate, ex voce, ex carne, ex parentibus, & ex figura totius corporis. Arist. ibid.

Physiognomum signo credere stultum est: quando autem plura conueniunt, quæ sunt in vno, magis utique conueniet, vt quis accipiat vera signa. Arist. ibid. c. 5. c. 338.

Physiognomonizantis vnus est modus, nullus autem aggressus est. Vt si necesse sit iracundum, & triste, & partium secundum morem inuidum esse, & si non sint inuidi signa: ex illis tamen prioribus contingat utique physiognomoni, & inuidum inuenire, maxime quidem, quando talis proprius modus fuerit eius, qui philosophatus fuerit: posse enim quibusdam existentibus necesse esse proprium putamus philosophiæ; quod est, quando contraria sunt huic iuxta passiones, physiognomonizare etiam mala. Arist. physiogn. cap. 5. c. 338.

Physiognomi potissimum est, quando signa non sunt confessa, sed subcontrariantia, nihil ponere, nisi sint discrepantium inter se quædam quibusdam credibilia. Et maxime quidem in speciem, sed non in tota genera referre docet: similia enim sunt questio. non enim totum genus hominum physiognomonizamus, sed quædam eorum, quæ sunt in genere. Arist. ibid. c. 339.

Physiognomix signa principalissima sunt, quæ in principalissimo sunt loco, qui est circa oculos, frontem, caput, & faciem. Secundus, circa pectus, & humores. Consequenter circa crura, & pedes, qui circa ventrem mini-

mus. Omnino autem, vt sic dicam, ista loca manifestissima signa præbent, in quibus, & prudentiæ plurimæ decor apparet. Arist. physiogn. cap. 10. c. 357.

Physiognomix tota sciëntia est in hoc, vt per signa, & passiones cognoscamus. Alb. magn. in prior. c. 170. col. 4.

Physiognomia non imponit necessitatem hominibus, sed inclinationem ostendens ex sanguine, & spiritu, quæ retineri possunt freno rationis. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 3.

Physiognomia primo sexus differentiam scrutatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 3.

Physiognomix perfectio principaliter in oculis consistit. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 3. c. 7. col. 1.

Physiognomix vnum est fundamentum, quod illius animalis homo accipit operationes, cuius in vno, vel plurimis membris accipit figuram. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 2. ch. 19. col. 2.

Physiognomi debent considerare principalia, in quibus animæ principales conueniunt operationes, vt dispositio capitis in craneo, in quo sunt cellularum distinctiones, scilicet sensitivæ, & syllogisticæ, & memoriales, & motivæ: & sicut est in dextro, & sinistro, per quæ totum corpus mouetur: & sicut est in dispositione manus, quæ est instrumentum intellectus practici. Nam talium enormis turpitudine, si ex natura fit, frequenter indicat animi peruersitatem. Alb. mag. ethic. 1. tract. 2. cap. 2. c. 19. col. 2.

Physiologi vniuersam rerum naturam describentes principium hoc statuunt, similia ad similia contendere. Arist. mor. eud. 7. cap. 1. c. 430.

Pica plurimas voces comutat: singulis enim fere diebus diuersam emittit vocem. parit oua citreter nouem; nidum facit ex pilis, & lana. in arboribus facit glandes, & cum deficiunt, colligit, & in reposito abditas referuat. Arist. de hist. ani. 9. cap. 23. c. 333.

Pica est auis nota ex albo, & nigro colore; sed in cauda niger color in viridem splendescit cum saphyrino permixtum. Est auis derisiva, cuius pulli excoriati, & comesti visum acue dicuntur. Alb. mag. de anim. l. 23. cap. 24. ch. 194. col. 4.

Pichorcus fluuius in superiora ortus sui aliud accipit nomen præter Pichorcium. Nam in prouincia Germania fluuius Rhenus dicitur: alibi Bicornius: alibi Arar. Tribus itaque nominibus vocatur iste fluuius, cum sit vnus, & dimidius: ducitur autem a mare Pictauiensi, idemque ad mare Tirrhenum contra insulas Baleares: eius autem medietas habet aculeum pertortuosum Lictuno, vbi nascitur. Videtur autem currere ab aqua in aquam 852. milliaria vsque ad mare Tirrhenum, quod est falsum. Quia Rhenus, qui est in Germania, ab alpiibus nascitur, & currens per Germaniam porrigit se ad aquas multorum fluuiorum, Nesthari scilicet, & Nich, Motile, & Mofi, & aliorum plurimorum, & mergitur in mare Anglicum versus Aquilonem. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. c. 102. col. 2.

Picturas cum intuemur, si procul aspiciamus, cur colores partim cauo, partim deuexo representantur? si prope, eodem in plano omnes videmus? quia vis conspiciendi, quoties in longum extēditur, languescit; & partem albiorem deuexam videt, nigriorem cauam. Alex. aph. probl. 1. num. 49. ch. 680.

Picum Martium auiculam, & resupinum, & pronum stel lionum more per arborem scandere afferunt. Depascere autem vermes ex arboribus dicitur, & arbores, cum cossos quærit tam vehementer in profundo defodere, vt ipsas sternat. Arist. de admir. aud. numer. 12. chart. 842.

Picus non est species auis, sed genus: alius enim est martinus: alius syluestris. Vterque autem cauat cortices arborum pabulum subesse putans: & foramen obstructum herba aperit, quæ adhuc nosse nemo dixit. Alb. mag. ibid. Pietas

Pietas est, per quam sanguine coniunctis, beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus. Albertus magnus ethic. 5. tract. 3. cap. 3. char. 64. colum. 3.

Pifex, harpa, & miluus sunt amici. Aristoteles de historia animalium lib. 9. cap. 1. char. 319.

Pilorum diuisio.

Pili alij nascuntur cum homine, vt capitis, & superciliorum, & palpebrarum; quia in illis locis plurima est quantitas humiditatis medullois, ex qua statim a principio sumi multi resoluuntur: alij nascuntur post aliquam ætatem. Inter illos prius nascuntur pili in pectine in inguine ex multo calore ad inguen descendente: deinde in subascellaribus locis ex vicinitate cordis: postremo pili barbæ eo, quod illi generantur ex acuto calore ab anteriore parte capitis reflexo, & propter ortum fortem, & frequenter super mandibulam inferiorem attractum, quæ vicina, & opposita est loco, a quo fit reflexio. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 2. cap. 2. c. 40. col. 2.

Pili quid sint, & eorum proprietas.

Pilos quæ habent, omnia animal procreant: non econtra, nam pisces quidam animal procreant: aculei enim pili quidam existimandi sunt. Aristoteles de historia animalium prim. cap. 6. char. 16.

Pili abundantia, & hirsutia copiam excrementi indicant. Arist. de gener. anim. 4. cap. 6. char. 246. col. 3.

Pili fortem duri significant, timidum vero molles: quod signum ex omnibus animalibus sumptum est. Aristot. physiognom. cap. 4. char. 337.

Pilositas, quæ est circa ventrem, loquacitatem significat: quod ad genus auium refertur. Aristot. physiognom. cap. 4. char. 337.

Pilosa qui habent ea, quæ sunt circa pectus, & ventrem, nunquam in eisdem perseverant. referuntur ad aues. Arist. physiognom. cap. 10. char. 353.

Pilos in capite, qui habent erectos, timidi sunt. referuntur ad passiones, quia timentibus eriguntur. Aristot. physiognom. cap. 10. char. 354.

Pilorum copia indicat excrementi multitudinem. Auer. de generat. anima. lib. 4. cap. 6. char. 246. col. 3.

Pilus nil aliud est, quam vapor de corporis poro expirans, & ad aerem exsiccat, & induratus. Albertus mag. de iuuen. & sene. tract. 1. char. 49. col. 1.

Pili sunt siccus fumus exsiccat, & humidum in eis est valde paucum. Albertus magnus de nutriment. & nutriment. tract. 1. cap. 1. char. 63. col. 4.

Pilosa continua, & spissa non sunt animalia, nisi quæ generant sibi simile: in ouantibus autem non est talis pilositas. Alb. mag. de ani. lib. 3. tract. 2. cap. 2. c. 39. col. 4.

Pilus est ex vapore exeunte per poros, cum vapor fuerit spissus, & porus arctus, & hic exsiccat ad tactum aeris. Et alij sunt propter pulchritudinem, vt in barba: alij propter iuuamentum, vt in capite: aliquando ex sola superfluitate, vt qui sub aëllis, & in pectine. Alber. mag. de ani. lib. 3. tract. 2. cap. 2. char. 40. colum. 1.

Pilorum natura, an sentiant, & cuius causa facti sunt.

Pilorum omnium natura fissilis est, sed plaris, minorisue ratione inter se differunt. Nonnulli adeo paulatim duritate degenerant, vt non pilis præterea, sed spinis similis esse videantur, vt pili herinaccorum. Aristot. de histor. anima. 3. cap. 11. char. 89.

Pili operimenti gratia iuncti sunt animalibus. Aristot. de partib. animal. 2. cap. 14. char. 455.

Pilosior ætate prouectus redditur homo, & parte priore capitis nonnulli caluescunt. Arist. de gen. ani. 5. c. 3. c. 272.

Pili in cute inhorrescunt, quia vbi cutem contraxerunt, merito eriguntur; contrahunt autem & rigore, & alijs plerisque affectibus. Arist. probl. sect. 8. num. 8. c. 417.

Pili eriguntur quoties inhorrescimus, quia in humore oclusi continentur: humor enim a pili altitudine vincitur: horror autem pulsus frigoris fieri solet. frigus autem calidum humorem congelat; ergo vbi congelatus est, in quo pili inhaerent, pilos commutari necesse est. Et sic cum superare humorem nequeat, erectus consistit, vel quia calor pulsus frigore ad locum interiorem se colligit: vbi autem calor se a carne dimouit, caro plenius cogit, coactaque pilos eminentius erigi cogit. Aristot. problem. sect. 8. num. 8. char. 420.

Pilorum ob densitate oues, & homines non ita affici pulsu frigoris possunt: non enim altius refrigerationi subire licet, vt possit, vel humorem gelare, vel calorem concoquendo reuocare. Arist. probl. sect. 10. nu. 23. c. 432.

Pilos quid inhorrescere facit? an merito cute contracta exurgant, quæ contrahi a multis affectionibus potest? Arist. problem. sect. 35. num. 5. char. 653.

Pili cur per metum, aut horrorem erigi solent? quoniam affectus omnes refrigerant; refrigeratio autem foramina cutis adducit, & condensat: pilus quippe, cum vndique astringatur, intenditur, & erigitur. Alex. aphro. problem. 2. num. 27. char. 734.

Pili, qui sunt in capite, in supercilijs, & mento alicuius gratia facti sunt. Nam qui in capite tegumentum gratia; in supercilijs custodiat; in mento propter ornatum. in senectute cani non sunt alicuius gratia, sed sunt eorum euentu, quæ sunt alicuius gratia. Ioannes grammatic. in 3. de anima. tex. 60. char. 46. colum. 3.

Pili, & vngues, quia sunt multum terrestres, nihil sentiunt. Alber. mag. in 1. de ani. tract. 2. cap. 12. c. 10. colum. 1.

Pili cur diuersi, & in qua parte sunt.

Pillis quæ vestiuntur animalia, partes pronæ pilosiores sunt, supinæ aut glabræ omnino, aut minus pilosæ habentur. At homo contra. Arist. de hist. ani. 2. ca. 1. c. 39.

Pilorum crassitudo, tenuitas, copia & magnitudo pro partium, quibus adherent, conditione, atque pro cutis qualitate proueniunt: magna enim ex parte fit, vt pili duriores, & crassiores cuti crassiori enascantur: plures autem longiores humidioribus locis, atque cauatoribus (dummodo sint ad procreandos pilos idonei) prodeunt. Pilos quæ molliores habent ratione pabuli melioris duriores incipiunt habere: quæ duriores, contra. Regionum etiam tempore aut frigore differentia est, vt pili hominum locis calidis duri, frigidis molles orientur. Molles sunt, qui prolixi; duri qui crispi. Aristoteles de historia animalium. 3. cap. 10. char. 89.

Pilorum differentia existunt duritie, molitie, longitudine, breuitate, rectitudine, multitudine, paucitate; & coloribus, albedine, nigredine, & medijs coloribus. Aristot. de generatio. anima. 3. cap. 3. char. 271.

Pili crassitudinis, aut tenuitatis cutis potissima causa est: alijs enim cutis est crassa, alijs tenuis, alijs rara, alijs densa, tum differentia humoris inditi consors causa est: alijs enim pinguis, alijs aquosa est. Aristoteles de generatio. animalium. 5. cap. 3. char. 222.

Pili imbecillitas est rufitas. Arist. de gen. ani. 5. c. 5. c. 280.

Pilorum diuersitas colorum in alijs animalibus est diuersitas cutis; in hominibus autem propter cutis tenuitatem nihil potest cutis: imo ipsa præ sua imbecillitate a sole, & aere immutatur. Arist. de gener. ani. c. 5. c. 280.

Pilus ouibus expilatis mollior oritur, homini durior, vel quia ouium pili summæ cuti coherent, euellique sine vilo possunt labore, cum initium alimenti inecrum maneat, quod carni iunctum est; & meatibus patefactis, excrementa respirare melius possunt. vellus enim proprio carnis vescitur, alimēto, & caro molli, & dulci

u 3 alitur

Pingues minus feminis habent, quam macilentis. Arist. de gener. ani. pri. cap. 19. char. 128.

Pingue nec terræ, nec aquæ est, sed spiritus. ideo per summa aquæ fluitat. Arist. de gener. ani. 2. cap. 2. char. 150.

Pingue facile non exsiccatur. Aristotel. de gener. anima. 5. capit. 3. char. 273.

Pingua impartibilia sunt, quia aeris: aer vero ad alia ignis, ignis autem impuibilis est. Aristot. de long. & breuit. vit. cap. 3. char. 295.

Pinguedo est quædam concoctio. Ioan. Gram. in 5. de gener. anim. cap. 2. char. 98. col. 4.

Pingues multum, & ventrosi omnes excellenter moriuntur subito suffocato calido a quâritate calidi humidum. Alb. mag. de mort. & vit. trac. 2. cap. 7. char. 61. col. 4.

Pingua minus putrescunt, quam cæteri liquores, quia humidum illud est aeris fluens extra ipsum. Alb. mag. de mort. & vit. trac. 2. cap. 8. char. 62. col. 1.

Pinguedo in sanguinem non habentibus raro inuenitur. Alb. mag. de mort. & vit. trac. 2. cap. 10. char. 62. col. 4.

Pinguedo in animalibus est dulcedo humidum, quæ indicat conuenientiam nutrimenti. Alb. mag. ibid.

Pinguis, & vntuosi saporis subiectum est substantia subtilis æqualiter inter calidum, & frigidum. Albert. mag. de veget. l. 3. trac. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Pinguis, vel vntuosus sapor lenis, lubricat, & aliquantulum digerit. Alb. mag. de ueg. l. 3. tr. 2. c. 4. c. 139. c. 3.

Pinguedinem terre pluuiæ usque ad decem pedes secum deferunt distillantes in profundum. Alb. mag. de ueg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 4. char. 173. col. 3.

Pinguedo provenit ex aquoso sanguine conuerso, & nõ cõsumpto. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 3. cap. 6. c. 28. c. 2.

Pingues, & crassi corpore paucum sanguinem, & mundum habent, quia aquositas eius separatur in pinguedinem. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 6. ch. 43. col. 3.

Pinguedo est de sanguine aquoso, frigido, & facile congelatur. ideo cum nimis multiplicatur in corpore, extinguit, & congelat calorem naturalem, & interficit animal. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 1. cap. 7. ch. 105. col. 1.

Pingua sunt minus putrebilia, quia habent aerem a præ dominio. Pet. de aluer. de lög. & breu. vit. l. 3. c. 59. c. 3.

Pingue non est de facile congelabile. Pet. de Aluer. de long. & breuit. uit. l. 3. char. 61. col. 1.

Pinnothera est bestiola, quæ nascitur in cubilibus spongiarum similis aranei, & aperiendo pisciculos capit ingredienti, captosque claudit. Arist. de hist. anim. 5. cap. 16. char. 169.

Piper si large sumitur, uesciam soluit; si parce, aluum. Econtra scammonia si large sumatur, aluum soluit; si parce, & quæ uetus est, uesciam. quia singula magis a singulis mouentur; piper enim magis urinam ciet, scammonia aluum. Itaque si large sumitur piper, ad uesciam defertur: si parce, in aluo detinetur, & aluum soluit. Scammonia uero, si copiosius data est, retinetur, ut resoluatur; resoluta iam medicamentum efficitur. at si exigua, ad uesciam per inuisibiles meatus defertur. Arist. probl. fec. 1. num. 44. char. 346.

Piper, & synapi cur solida non calefaciunt, tantum contusa calefaciunt? quia quæ potentia, non actu suas obtinent qualitates, aliquod extrinsecus desiderant auxilium, quo suam potentiam ad actionem moueant. At contusa tenuiora efficiuntur, ideo calefaciunt. Alex. Aphrod. problem. 1. num. 67. char. 686.

Piperis arbor non est alta, sed in folijs, & ligno similis est Iunipero. nascitur sub cancro: prouocat vrinam, & eicit foetum de matrice. Albert. magn. de veget. lib. 6. trac. 1. cap. 30. char. 159. col. 2.

Piper aquæ est olus, quod in aqua nascitur, & multas piperis virtutes habet. Alb. mag. de veget. lib. 6. trac. 2. cap. 15. char. 169. col. 1.

Pipo dissidet cum lutea: ambo enim inuicem oua exedunt. Arist. de hist. anim. cap. 1. char. 316.

Pipo inimica ardeolæ est: oua enim, & pulli ardeolæ a pipone violantur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. char. 317.

Pirolus, quod alio nomine spiriolus vocatur, est animal maius aliquantulum mustella. in figura, quantitate, moribus, & cibo nulla penitus inter pirolum, & varium inuenitur diuersitas. Alb. mag. de anim. lib. 22. tract. 2. cap. 1. char. 182. col. 4.

Piscatores utuntur in Põto glacie, tamquam plumbo & ipsam aquam calefactam facilius faciunt congelare. Arist. meteor. 1. sum. 3. cap. 2. char. 479.

Piscatores, & qui rem marinam exercent, cur rufo sunt colore? utrum quod mare sua falsedine calidum, & squallidum est, an parte exteriori calidiores, interiore frigidiores redduntur, quia summa corporis uicissim modo madefaciunt, modo a sole resiccantur, & id perpetuo agitur? Itaque pili assiccari extenuantur, & rutilantur: & omnes incolæ plagæ septentrionalis pilo sunt rufo, & tenui. Arist. probl. sec. 38. nu. 2. c. 658.

Piscium partes, & quæ ad sensum, & uocem pertinent.

Piscium dentes fere omnes ferrati sunt. Arist. de hist. anim. 2. cap. 1. char. 45.

Piscium nulli ceruix, manus, pedes, testes, & mammae datae sunt. Arist. de histor. anim. 2. cap. 13. char. 55.

Pisces habent branchias peculiare, quibus humorem, quem ore acceperint, reddunt: atque etiam pinnae, quas magna ex parte quaternas gerunt. Attamen longis, ut Anguillæ, binæ iuxta branchias hærent. Mugilibus quoque, quos lacus Sypharus gignit, binæ sunt, nec non ei, quam Vitram appellant. Nonnullis è longis nullæ sunt binæ, ut murenæ: nec branchiæ integre, ut cæteris piscibus habentur. Arist. de historia animal. 2. cap. 13. char. 56.

Pisces, qui branchias habent, aut intactas continent eas, aut detectas, ut Cartilaginea genera omnia. Qui intactas habent, iis in obliquum utroque latere tenentur. In cartilagineis si plana sunt, parte inferiore, supinaque habentur, ut torpedini, ut raia. si oblonga, lateribus adhærent, ut in quouis mustellino genere cernitur. Arist. de histor. animal. 2. cap. 13. char. 56.

Piscium branchiatorum alii simplices branchiæ sunt, alii duplices: omnibus tamen simplex quæ nouissima corpori admota est, & aliis pauca, aliis multa: sed in utroque latus æque partitæ omnibus sunt. Arist. de histor. anim. 2. cap. 13. char. 56.

Pisces, quibus paucissima sunt branchiæ, habent singulas utrinque, easque duplices, ut apcer: aliis binæ utrinque sunt, altere simplices, altere duplices, ut congruo, & scaro. aliis quaternæ utrinque simplices, ut accipenser, murenæ, dentici, anguillæ. aliis quaternæ duplici ordine, nouissima excepta, ut turdo, perca siluro, Cyprino. Musteligenis etiã duplices, & quinque sunt utraque ex parte. Gladio a rostri mucrone ita appellato, octonæ duplices. Ita branchiarum colligitur numerus. Arist. de hist. anim. 2. cap. 13. char. 56.

Pisces omnes dentes habent ferratos, & pectinatim coeuntes, excepto scaro: ac omnia serie dentium acuta, atque multiplici fulciuntur, in lingua quoque nonnullis sunt dentes. Arist. de hist. animal. 2. cap. 13. char. 57.

Pisces linguam adeo duram, & pene spineam habent, & ita adhaerentem, ut interdum lingua carere uideantur. Arist. de histor. animal. 2. char. 13. char. 57.

Pisces habent partes audiendi, odorandi, & sentiendi nullas conspicuas, præterquam oculos. Latent enim meatus, quibus sentire necesse est. oculi sunt sine palpebris, sed non duri. Arist. de hist. ani. 2. cap. 13. char. 57.

Piscibus extenuatis, & senescentibus squammæ duriores, ac crassiores redduntur. Arist. de histor. animal. 3. cap. 11. char. 92.

Piscis musculus pilos intra os habet vice dentium, quibus

bus caret, suillis similes. Aristot. de histor. animal. 3. cap. 12. char. 93.

Pisces, & aues mammis carent, & lacte. Arist. de historia animal. 3. cap. 20. char. 101.

Pisces gustus sensum habere constat, eo quod multi suis quibusdam saporibus gaudent, & escam in primis ex pisce amia expetunt, & piscium pingue: ut qui gustatu huiusmodi delectentur, voluptatemque ex eo genere esculenti capiant. Arist. de hist. ani. 4. cap. 8. char. 131.

Pisces audiunt, & olfaciunt: audito enim strepitu fugiunt, & escam nõ recentem attingere pars plurima piscium recusat, Nec ipsæ escarum generibus omnes capiuntur, sed diuersis. Arist. de hist. anim. 4. cap. 8. char. 131.

Pisces nidores gratos habent, Polypos enim affatos non nisi nidoris gratia, nassis inditos dimitti assueuerant. Arist. de hist. animal. 4. cap. 8. char. 132.

Pisces uocis expertes sunt, ut qui nec guttur, nec pulmonem, nec arteriam obtineant, sed sonos quosdam, & stridores emittunt, qui uocales esse existimantur ut lyra, & chromis: his enim quasi grunntus quidam emittitur: Aper etiam piscis, quem amnis Achelous gignit, uocalis habitus est, & erica, & cuculus: alter enim quodammodo stridet, alter proinde, ut cuculus auis obstrepat. unde nomen accepit. Arist. de historia animal. 4. cap. 9. char. 136.

Pisces omnes, qui habent fistulam spirant, & recipiunt aerem, non enim carent pulmone. Aristot. de historia animal. 6. cap. 12. char. 213.

Pisces omnes ferratis dentibus sunt scaro excepto. Arist. de part. anim. 3. cap. 1. char. 466.

Pisces omnes quasi dentes ferratos, habent excepto scaro, qui vnus ob eam rem ruminare creditur. Secant cibum, sed male; ideo molares non habent, frustra enim essent. Alii stomachum nullum habent; alii breuem, sed ad concoctionem iuuandam; alii modo auium ventriculos habent, & carnosos, ut mugilis; alii appendices habent iuxta ventræ frequentes, ut iis cibos concoquant. Arist. de part. anim. 3. cap. 14. char. 500.

Pisces molles habent parte, quod os uocatur, binos dentes; ac in ore pro lingua carnosum quiddam, quo uoluptatem esculentorum discernunt. Arist. de partib. animal. 4. cap. 5. char. 510.

Piscibus non crura, non manus, non ala est, sed continuo simplici corpore a capite in caudam usque porriguntur. Arist. de part. ani. 4. cap. 13. char. 551.

Piscibus nulla membra pendent, natilis enim est eorum natura. Arist. de part. anim. cap. 13. char. 252.

Pisces, qui non sunt lati, quaternas pinnulas habent: binas parte prona, & binas supina. at binas, quæ parte prona lateribus geruntur, omnes fere habent: reliquis, quæ subditæ sunt, carent nonnulli. Arist. de part. anim. 4. cap. 13. char. 552.

Pisces perlongi, & serpentis speciem referentes, nullas habent pinnae, sed flexuoso impulsu sui corporis, ita humore utuntur, ut terra serpentes. Aristot. de partib. animal. 4. cap. 13. char. 553.

Piscium genus præ cæteris, quæ sanguinem habent, animalibus, propriam sibi branchiarum naturam sortitum est. Arist. de part. anim. 4. cap. 13. char. 554.

Pisces passerina figura eo modo natant, quo monoculi ambulant; distorta enim est eorum natura. Aristot. de partib. animal. 4. cap. 17. char. 584.

Pisces, qui sunt in Acheloo, qui etiam dicuntur uocem edere, sonant branchiis. Aristot. 2. de animal. 4. cap. 4. tex. 87. char. 637.

Pisces non habent uocem, quia non habent guttur, & hanc partem non habent, quia non recipiunt aerem, nec respirant. Arist. 2. de anim. 4. cap. 4. tex. 91. ch. 638.

Pisces odorant, & si non respirant. Aristotel. de sens. & sens. cap. 5. char. 19.

Piscium genera omnia, & mollia dormiunt. Arist. de som.

& vigli. cap. 1. char. 49.

Pisces non respirant, pulmonem enim non habent. Arist. de iuuen. & senec. vit. & mor. cap. 5. c. 308.

Pisces omnes branchias habentes refrigerantur suscipientes aquam. Aristotel. de iuuen. & senec. vit. & mor. & respir. cap. 11. char. 319.

Pisces si non respirarent, ex aqua exempti, morerentur illico. Arist. de spir. cap. 4. char. 904.

Pisces non respirant, quia nec pulmonem habent. Ioan. gra. 2. de ani. tex. 75. char. 58. col. 2.

Pisces non respirant aerem cum sunt in aqua, neque enim branchiæ sufficiunt ad attrahendum intro aerem. Io. gra. 2. de ani. tex. 91. char. 63. col. 1.

Pisces, nec animalia, quæ carent pulmone, respirant. Io. gra. in 2. de ani. tex. 98. char. 64. col. 3.

Pisces quidam non uoce sonant, sed branchiis. Boet. in lib. de interpret. char. 311.

Pisces, qui uere pisces sunt, non habent pedes. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 8. char. 33. col. 3.

Pisces nõ habent os stomachi, præterquam illi, quorum stomachus multum distat ab oris radice. Alb. mag. de anim. l. 2. cap. 1. char. 33. col. 4.

Pisces multi sentiunt per gustum, nec habent manifestum auditum; quia intraret aqua, & infrigidaretur, & morerentur, & inutile esset instrumentum, quia non intraret aer, & reciperet sonum. Alb. mag. de animal. l. 4. tract. 2. cap. 1. char. 50. col. 1.

Pisces audire signum est, quod aliqui ad sonum campanæ, & cimbalarum accedunt; alii fugiunt a strepitu: & piscatores, dum eunt piscatum, prohibent fieri strepitus: ideo, & si audiunt, non habent instrumentum auditus, nisi occultum sit. Alb. Mag. de ani. l. 4. trac. 2. cap. 1. char. 50. col. 2.

Pisces sensum olfaciendi habent, cuius signum est, quod multi fugiunt ab instrumento retium, nisi sint noua. Alb. mag. de ani. l. 4. trac. 2. cap. 1. char. 50. col. 2.

Pisces multoties capiuntur dormientes, & plus dormiunt de nocte, quam de die. Alb. mag. de animal. l. 4. trac. 2. cap. 3. char. 51. col. 2.

Pisces non habent palpebras, quia in aqua non sunt tanta prohibentia visum, & incidentia, ut in terra: & natura nihil otiose facit. Alb. mag. de anim. l. 2. tract. 3. cap. 3. char. 110. col. 2.

Pisces omnes sunt sine pedibus, & qui uidentur habere ipsos, habent ad modum alarum. Pet. de Aluer. de iuuen. & senec. mor. & vit. & respir. l. 12. c. 75. col. 4.

Pisces in quo conueniunt, & differunt.

Piscium genera nonnulla gregatim degere scimus, ut quos cur fores uocant, thunnos, limosas, & hamias. Arist. de hist. ani. pri. cap. 1. char. 8.

Pisces a cæteris animalibus differunt, quia integuntur non pilis, ut terrestria, quæ animal generant: non cortice, ut nonnulla oua parientia quadrupeda: non penna, ut aues; sed squamis: pauci quidam scabri paucissimi leues. Arist. de hist. ani. 2. cap. 13. c. 57.

Pisces omnes sunt sanguinis participes. Aristotel. de hist. anim. 2. cap. 13. char. 57.

Piscis, quem scarum uocant, solus inter pisces ruminat. Arist. de hist. anim. 2. cap. 17. char. 65.

Piscibus proprium est, quod nonnullis spinulæ quædam separatim prætenues inhaerent per carnem. Aristotel. de hist. animal. 3. cap. 7. char. 86.

Piscium scarus solus ruminat. Arist. de hist. ani. 8. c. 2. c. 275.

Pisces etiam pro diuersitate temporis alij alio migrant. Arist. de hist. ani. 8. cap. 12. char. 287.

Pisces litorales præstant pelagicis: quippe qui cibo copiosiore, melioreque potiantur. Aristotel. de historia animal. 8. cap. 13. char. 289.

Piscium pars plurima gregatilis est, nec ullus grex caret duce.

duce. Arist. de hist. ani. 8. cap. 13. char. 289.
Pisces algore maxime infestantur, qui in capite lapidem habent, ut chromis, lupus, phager, umbra; facit enim lapidis rigor, ut per algorem gelentur, & excidant. Arist. de historia animal. 8. cap. 19. char. 298.
Piscibus vniuersis nullus morbus pestilens accidere videtur, qualis hominibus, & quadrupedibus accidit. Arist. de histor. anim. 8. cap. 19. char. 300.
Pisces fluuiatiles, & lacustres peste immunes sunt; sed nonnullis morbi incidunt proprii. Aristot. de historia animal. 8. cap. 12. char. 300.
Pisces omnes mares foeminis sunt præstantiores, excepto siluro, cuius foemina melior est. Arist. de historia animal. 8. cap. 30. char. 313.
Pisces alii gregatim degunt, amicumque inuicem sunt: alii non gregatim, inimicumque inuicem sunt. Et qui amici sunt, partim congregantur, cum vtero ferunt, partim cum foetum ediderint. Aristot. de historia animal. 9. cap. 2. char. 320.
Pisces, insecta, & crustata, & si diuersos habent oculos, tamen non conuiuent. crustatis enim, & insectis duri sunt oculi; piscium vero lubrici sunt. vsus enim cernendi ex longinquo necessarius iis est, quæ longius mouentur. Et cum aqua non multa offensa oculis afferat, ut aer, idcirco, nec palpebras habent. Aristot. de part. anim. 2. cap. 13. char. 454.
Piscium robur fere totum in dentibus est. Arist. de partibus animal. 3. cap. 1. char. 468.
Pisces circa Babylonis rigua decedentibus fluuiis in cauernas aquas, habentes nonnullos remanere proditur, quos inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu, contraque venantes retugere in suas cauernas, & in his obuertos stare, ac sæpe viros aliquos eorum cauernas ingredi, & ipsos irritare aiunt. Illorum autem capita ranæ marinæ proxima extant, reliquæ partes gobiis, branchiæ cæteris piscibus. Aristot. de admir. aud. num. 69. char. 851.
Pisces in Heraclea, quæ in Ponto est, & in Rhegio defossos enasci legitur, qui iuxta amnes, aquatilesque regiones incolunt. cum vero certo tempore hæc exsiccantur, exarelcuntque, in terram iter contendunt. postea terra magis desiccata, humorem insectatæ ad syluam cõfugiunt: deinde hac arefacta, adhuc in humore perseverant, ut animalia, quæ in latebris remorantur, cum autem eos effodiunt, antequam aquarum successio eneniat, motu demum corporum ipsos viuere approbant. Arist. de admir. aud. num. 70. char. 851.
Pisces apud Paphlagoniæ effossos ex altis scrobibus oriri afferunt, virtute quidem præstantissimos in locis, vbi nulla prope restagnant aquæ, sola tellure ipsis vitam suppetente. Arist. de admir. aud. num. 69. char. 851.
Pisces saxatiles concoctu faciliores sunt, quia, & aqua saxis vicina, cum serenum est, mouetur: durum enim, & mollè cum contraria inter se sint, quiescere nequeunt, & ob id auium alæ concoqui facilius possunt. Alex. Aphrod. problem. 2. num. 83. char. 763.
Pisces omnes in hoc conueniunt, quod omnes habent caput, anteriora membra, & posteriora, & caudâ, quæ pinnæ non sunt separata, sed coherentes tela quadam; sed caudæ sunt diuersæ formæ, & figuræ. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Piscium nullus habet collum, virgam, vel vuluam manifestâ, aut testiculos exteriores, vel interiores, aut mamillas, præter delphinum, & alia, quæ ex vtero sibi similia generant. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Pisces omnes habent fere in capite auriculas, quæ branchiæ dicuntur, per quas tractam per os aquam ericiunt. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Pisces, alii quatuor pinnulas habent, ut anguilla: alii duo tantum apud branchias. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.

Pisces alij semper brachias osseum opertorium habent, ut lucius barbellus, & salmo: alij non habent. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Pisces alij sunt inflexibilium branchiarum, quasi sint de corio, vel osse; ut cete: alij sunt branchiarum flexibilium, & alij branchiæ sunt applicatæ corpori piscis, ut anguilla, & murenæ. Quidam sunt diuaticati, & extensi a corpore piscis, ut lucij, & salmonis. alij paucas branchias habent, ut murenæ. alij multas, ut lucius: sed semper sunt æquales, & pares in vtraque parte. alij nullas habere videntur. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Pisces nec pilos, nec squamas quadrupedum similes habent, nec plumas, nec pennas: sed alia corticalia sunt, id est, squamas ab eius substantia separabiles: quædam non, sed sunt asperi corij, ita vt etiam lignum cum eius corio raditur, ut cannica marina. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Pisces alij dentes habent acutos diuersarum acierum, ut lucius: alij pisces habent dentes supra linguam, & lingua eorum est dura, & aspera, similis ossi, siue spinæ piscis, & est curta ori applicata, ita vt non patetur esse lingua. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 1. cap. 7. char. 33. col. 1.
Pisces nulli habent testiculos, nec serpentes, nec animalia pedibus carentia præter delphinum, & cete. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 2. cap. 3. char. 34. col. 4.
Piscibus omnibus pluuiæ conferunt præterquam paruulis, quia humido resoluuntur: quatuor enim causæ sunt humoris resoluentis; vicinitas feminis, naturæ, habitationis, & temporis. Alb. mag. de ani. lib. 7. trac. 2. cap. 1. char. 68. col. 1.
Piscibus omnibus fere conuenit parum dormire apertis oculis. Alb. mag. de ani. lib. 2. cap. 1. char. 195. col. 3.

Piscium, ut ad generationem pertinet, consideratio.

Piscibus os rescissum est, vt nonnullis ouiparis quadrupedibus est. Arist. de hist. ani. 2. cap. 13. char. 57.
Pisces, alii oua pariunt, alii animalia. Ouâ pariunt omnes, qui squama conteguntur. Animal omnes, qui genere cartilagineo continentur, excepta rana. Arist. de hist. anim. 2. cap. 13. char. 57.
Pisces, & serpentes testes non habent, sed meatus continent binos, qui de septo exorti latus spinæ vtrunque perreperent, coeantque superne in vnum, & ita ad ostiū excrementi finiant, quod enim est ad spinam, id superius nomino. Pleni hi meatus humoris fetifici redduntur tempore coitus; attrituque mutuo semen effluit genitale candidum. Aristot. de hist. ani. 3. cap. 1. char. 69.
Piscibus loco genituræ thorus genitale virus sui generis habetur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 20. char. 100.
Piscium in genere nonnulla, nec mares, nec foeminae gignuntur, quæ licet genus idem cum aliis fortiantur tamen specie differunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 1. char. 146.
Pisces omnes, exceptis planis, cartilaginei generis admotis inuicem partibus supini copulantur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 5. char. 149.
Pisces plani cartilaginei non solum admotis supinis, sed etiam tergo foeminarum supinis marium superpositis, modo cauda impedimento nullo ob crassitudinem sit, coeunt. At quibus plenior cauda est, his attritu mutuo tantum partium supinarum coitus agitur. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 5. char. 149.
Pisces coitus tempore foeminae sequuntur mares, semenque prolificum vorant; & partus tempore pisces sequuntur foeminas, & vorant oua; & pisces ex iis, quæ remanserint, oriuntur: sed deuoratio illa feminis genitales ementitur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 5. char. 151.
Pisces plurimi semel in anno pariunt, vt ii, quos Fusaneos cognominant, quia fusim retibus capiuntur, vt thunnij, limariæ, mugiles, spuria, monedula, chromes, pasceres,

seres, & reliqua generis eiusdem, excepto lupo, qui bis in anno parit: at posterior partus infirmior est. Arist. de hist. ani. 5. cap. 9. char. 155.
Pisces saxatiles, & sardæ bis pariunt, excepto mullo, qui ter parit. Arist. de hist. ani. 5. cap. 9. char. 155.
Pisces pariunt plurima sui parte mensibus his tribus, Martio, Aprili, Maio: Autumno pauci, vt salpa, & sergus, torpedo, & quatina; per hyemem mugilis: acus per æstatem; thunna circa solstitium parit, & spargit. Arist. de hist. ani. 5. cap. 11. char. 157.
Piscium generatio ex ouo differt ab auium generatione; quia altero carent vmbilico, qui ad membranam testæ subditam tendat: alterum enim tantum, qui auibus ad vitellum fertur, habet meatum. Cætera, vt in ouo auium sunt. Arist. de hist. ani. 6. cap. 10. char. 208.
Piscium mares tempore coitus meatus plenos feminis genitales ita habent, vt attritu facile semen ipsum effluat candidum: & hi meatus a præcordiis, & vena maiore bifurces oriuntur, & ob incrementum feminis eo tempore, & imperitis patent. Arist. de hist. ani. 6. cap. 11. char. 211.
Piscium meatus feminis in mare lumbis, inhaerent; firmius, in foemina mobiles sunt, & membrana tenui continentur, & in hoc differunt, & in multis aliis. Arist. de hist. ani. 6. cap. 11. char. 211.
Piscium cæterorum diuersa genera coire visum a nenaine est. Squatinam solam, & raïam hoc facere creditur, argumento piscis rhinobati, qui parte anteriori raïæ similis est, posteriori squatinæ. Aristot. de historia animal. 6. cap. 11. char. 212.
Pisces omnes, qui squammis teguntur, oua pariunt, præterquam anguilla. Ouum ipsum arenidum est, quod & si vtero continetur, tamen detectum, per seipsum constare videtur; quia tota vulua ouis referta est. Arist. de hist. ani. 6. cap. 13. char. 214.
Piscium pars maxima vtroque sexu distinguitur, mare, & foemina. De rubelione, & hiatula ambigitur: ambo enim grauida reperiantur, & capiuntur. Aristot. de hist. ani. 6. cap. 13. char. 214.
Pisces, qui oua edunt, semel pariunt anno; præter fucas pusillas, quæ bis pariunt anno. Aristot. de historia animal. 6. cap. 13. char. 215.
Pisces lacustres, & fluuiatiles magna ex parte quinto suæ ætatis mense vterum gestare incipiunt, & pariunt infra annū, & more marinorum semen emittunt, & pariunt temporibus ætatis. Arist. de hist. ani. 6. cap. 14. char. 216.
Pisces sunt, qui & limo, & arena proueniunt etiam ex iis generibus, quæ per coitum, & oui primordio generantur, quod tum aliis locis palustribus, tum etiam apud Gnidum factum olim memoratur. Aristot. de hist. ani. 6. cap. 15. char. 218.
Pisces mugili stagno sub canis ortu resiccato, & limo iam arido, vbi primum loca imbribus restagnare ceperunt, nascuntur primum parui, deinde crescunt: & eodem modo in nonnullis Asiæ annibus pisciculi quidam proueniunt. Arist. de hist. ani. 6. cap. 15. char. 219.
Pisces mugili non omnes sponte oriuntur, sed foemina oua edunt, & mares sperma habent. Arist. de historia animal. 6. cap. 15. char. 219.
Piscis aquatica spuma nuncupata fit ex terra arenosa, & non capit incrementum, nec prolem affert. Arist. ibid.
Piscium partus, nec eodem est tempore, nec simili modo omnium fit, nec pari temporis spacio geritur vterus. Arist. de hist. ani. 6. cap. 17. char. 221.
Pisces alij ferunt vterum diebus tricenis: alij minus; omnes tamen spacium numeris distinguendum septenariis fortiuntur. Arist. ibidem.
Piscibus in ventre vermiculi quidam oriuntur, qui partum expellunt. Arist. ibid. char. 222.
Piscium solitariorum genus in vere parit: plurimis partus circa æquinoctium vernum agitur: alij estis: alij autumnale æquinoctium attribuitur. Arist. ibid.

Piscis antherina, quam aristam appello, iuxta terram parit. Aristot. ibid.
Piscis salpa ætatis initio parit; & in aliquo loco autumnano. Aristot. ibidem.
Piscis facer ætate parit, mox aurata, lupus, mormur, molaris, & omnes, qui cursiones vocantur. Arist. ibid.
Piscis nullus, & graculus pariunt autumnano. Arist. ibid.
Pisces aleces bruma pariunt; cæteri, qui pelagici sunt, magna ex parte ætate. Arist. ibid.
Piscium omnium alec foecundissima esse videtur. Arist. ibid.
Pisces cum impleri incipiunt coitu, boni omnes fere sunt. Arist. de hist. ani. 8. cap. 30. char. 312.
Piscis mæna vtero grauis melior est, & item coruulus. Aristot. ibidem.
Pisces fluuiatiles, & lacustres optimi sunt post partum, & feminis emissionem, sed alij, cum ferunt, commendantur, vt saperdis: alij damnantur, vt silurus. Arist. de hist. ani. 8. cap. 30. char. 313.
Pisciculi parui foecundiores sunt magnis. Aristot. de generat. animal. 1. cap. 8. char. 105.
Piscium omne genus ouiparum est, sed nullum finem recipit ouum eorum, qui sexu maris, & foeminae distinguuntur, & per coitum generant, nisi mas suum semen aspergat. Arist. de generat. anim. 3. cap. 5. char. 201.
Pisces omnes foeminas esse qui opinantur, non iudicant recte. Arist. de generat. anim. 3. cap. 5. char. 201.
Pisces foeminae oua pariunt paulatim, quas insequantur mares, & paulatim inspergunt semen, & quæ a semine tanguntur, oua foecunda sunt: quæ non, infœcunda. Arist. de generat. anim. 3. cap. 5. char. 202.
Pisces tanta celeritate rem veneream peragunt, vt etiam piscatores complures lateant: sed coeunt amouendo supina per lapsum. Arist. de generat. ani. 3. cap. 5. char. 203.
Pisces sine attritu coeunt. Arist. probl. sec. 4. nu. 15. char. 87.
Pisces aliqui ex se ouant sine mare, & forte ex talibus ouis animal generatur: quia in tota specie non est masculus, sed virtutes sexuum in ouo sunt permixta. Alb. mag. de animal. lib. 5. trac. 1. cap. 1. char. 52. col. 1.
Pisces coitus tempore confricantur ad ventres, & ad contactum spargunt oua, & lac simul, & est velocior coitus eorum, quam auium. Alb. mag. de animal. lib. 5. trac. 1. cap. 2. char. 52. col. 4.
Piscium oua vnius coloris, albi scilicet, sunt: sed etsi non videantur, tamen ex duobus humoribus composita sunt: nutriuntur enim pulli, vt in auibus. Alb. mag. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 1. char. 59. col. 2.
Piscis nullus inuentus est, qui coitum faceret, vel coiret cum pisce alterius generis; tamen quidam putant, quod sic coeant pisces vocati depaton, rabbatannum, & scatina, quæ passara a Lombardis vocatur. Albert. mag. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 1. char. 59. col. 4.
Pisces omnes habentes squamas ouant. Alb. mag. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 2. char. 59. col. 4.
Piscium oua multa disperduntur: non enim nascuntur, nisi ea, quæ in loco quieto, & calido iacent. Alb. mag. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 2. char. 60. col. 1.
Pisces, qui morantur in lacunis, & fluuijs, in maiori parte post quinque menses, sed præcipue post vnum annum pullificant omnes, & successiue spargunt oua sua. Alb. mag. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 2. char. 60. col. 2.
Piscium oua, quæ tacta sunt a spermate, apparent magis alba post vnum diem, & post modicum tempus apparent in eis oculi piscium: & hoc fere in omnibus piscibus generale est. Albert. Magn. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 2. char. 60. col. 2.
Piscium omnes masculi semen habere inuenti sunt præter genera habalon, inter quæ est anguilla, in qua nec oua, nec sperma inuenitur. Albert. Magn. de animal. lib. 6. trac. 2. cap. 2. char. 60. col. 2.
Pisces omnes infirmantur, quando pullificant, ex humoris nutrimentalis multa destititione: & etiam cum indigent

indigent coitu ex pondere humorum superfluorum .
 Alb. mag. de anim. l. 6. trac. 2. cap. 2. char. 61. col. 1.
Piscium imprægnationis, & coitus tempus nõ est vnum,
 sed diuersum, & pullificationis loca diuersa sunt .
 Albert. mag. ibid. col. 2.
Piscium multitudo non correspondet multitudini ouo-
 rum, quia plurima pereunt, vel in contactu confrica-
 tionis non exeunt, aut descendunt, vt lac masculi non
 tangit ea . Alb. mag. de anim. l. 24. cap. 1. ch. 195. col. 3.
Pisces marmi ouantes in introitu aquarum dulcium li-
 bentius ouant, post partum affluetem, & dulcedinem
 aquæ. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. char. 195. col. 3.

Pisces, ut nutriuntur, & viuunt.

Piscium sebum adipem præferunt, nec concrefcere so-
 let. Arist. de hist. anim. 3. cap. 17. char. 96.
Pisces omnes celeri incremento perficiuntur, sed præ-
 cipue graculus inter minora. Aristot. de historia ani-
 mal. 5. cap. 10. char. 156.
Piscium omne genus celeriter adolescit; & maxime in
 Ponto. Arist. de hist. animal. 6. cap. 17. char. 223.
Pisces, alij carniuori sunt, vt cartilaginei, vt congre, hia-
 tulæ, thunni, murenæ, lupi, dentines, amia, cernuæ.
 Mulli vero & carne, & alga vescuntur, & concha, &
 cæno. Arist. de hist. anim. 8. cap. 2. char. 273.
Piscibus, exceptis paucis quibusdam, imbres conducunt.
 Arist. de hist. animal. 8. cap. 18. char. 297.
Piscibus, ex pluuiis maxime imbres ætium commodio-
 res sunt, maxime cum ver, æstas, autumnus imbri-
 bus abundant, & hyems contra sit serena. Aristot. de
 hist. animal. 8. cap. 19. char. 298.
Pisces moriuntur verbalco herba. Arist. ibid. c. 20. c. 301.
Piscis maior quisque, atque robustior minorem, inferio-
 remque deuorat. Arist. de hist. ani. 9. cap. 2. char. 320.
Pisces omnes natantes, & stabiles locis eisdem, quibus
 orti sunt, aut similibus degunt; suis enim cibus in ijs
 quibusque est; sed maxime vagantur, qui carne aluntur,
 præter pauca. Arist. ibid. cap. 37. char. 349.
Pisces, & si sunt in aqua salia, nutriuntur tamen a dulci,
 quã fugunt branchius, & aliis organis ad hoc paratis a
 natura. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 3. cap. 6. ch. 94. col. 4.
Pisces omnes præstant ex se nutrimentum generationi
 piscium in ipsis ouis, sed nõ nutriunt eos post genera-
 tionem, vt aues. Alb. mag. de ani. l. 6. tr. 2. cap. 1. c. 59. c. 1.
Pisces omnes fere quicumque circummouentur prædan-
 do, cibantur a piscibus paruis, quos capere possunt.
 Alb. mag. de anim. l. 7. trac. 1. cap. 3. char. 64. col. 1.
Pisces in modica aqua, & sub glacie sæpe suffocantur.
 Alb. mag. de anim. l. 7. trac. 1. cap. 3. char. 64. col. 4.
Pisces nunquam pestilentiali infirmitate habent, vt
 homines, & quadrupeda; quia propter aqueum hu-
 morem acui non possunt humores. Alb. mag. de ani-
 mal. l. 7. trac. 2. cap. 1. char. 68. col. 3.
Pisces omnes fere solertia quadam reguntur in capien-
 do, & quærendo cibum proprium sibi conuenientem.
 Alb. mag. de anim. l. 8. trac. 3. cap. 1. char. 78. col. 4.
Pisces omnes in maiori parte comedunt carnem, siue
 piscium, siue aliorum. Alb. Mag. de animal. l. 8. trac. 3.
 cap. 1. char. 78. col. 4.
Pisces cum in profundo, & in ripis, & littoribus habitent:
 carnes eorum, qui sunt circa littora fortiores, & siccio-
 res sunt: ideo saniores. In profundo aut habitantium
 carnes sunt magis humide, & molles, nisi sint maximi,
 & terrestri naturæ. Alb. ma. de ani. l. 24. c. 1. c. 195. c. 3.
Piscis marinus nutritur aqua dulci, quam fugit a salia; &
 si coquatur in salia, non inuenitur falsus, qa caro eius
 nata est atrahere aquam dulcem. Piscis aut aquæ dul-
 cis fugit aquã saliam, qa non potest facere distinctionem
 aquæ dulcis a salia; & cū coquitur in aqua salia, falsus
 manentur. Alb. mag. de ani. l. 14. cap. 1. char. 195. col. 4.

Pisces, vt littoris, & pelagi, & quo in loco sunt magni.

Pisces littorales sunt dentex, scarabeus, cernua, aurata,
 mugilis, mullus, turdus, draco, pulcher, gobio, & om-
 ne saxatile genus. Arist. de hist. ani. 8. cap. 13. c. 289.
Pisces pelagij sunt pastinaca, & oë genus cartilagineum,
 & congrorum albicantium genus, & hiatula, rubelio,
 glaucus. Arist. de hist. anim. 8. cap. 13. char. 289.
Piscibus malefica belua in Põto nulla est, præter delphi-
 nos, & phocenas. Arist. de hist. ani. 8. cap. 13. char. 290.
Pisces copiores latet, sed apertissime hippurus, quæ eg-
 selem nõ nau: & coruulus, siue graculus p hyemē. Mu-
 rena, & cernua, & conger et latent: & saxatiles, & fœ-
 minæ conduntur. Arist. de hist. ani. 8. cap. 15. char. 293.
Pisces molles, & testati, nisi admodum pauci, in Ponto
 non sunt. Arist. de hist. anim. 8. cap. 28. char. 308.
Pisces testati in mari rubro magna magnitudine augen-
 tur. Aristot. ibid.
Pisces gregales sunt thunni, a leces, gobiones, vocæ, la-
 certi, coruuli, siue graculi, dentices, mulli, malleoli, ele-
 gini, sacri, aristule, forgiaci, lollii, papaueres, iulia, lima-
 riq, scombri, monedule. horu nonnulli, nõ solũ gregales
 sunt, sed et coniugales. Reliqui coniugia agunt quidẽ,
 sed greges statis tēporibus constituunt, aut cum vterũ
 gerunt, aut post partũ. Arist. de hist. ani. 9. c. 2. c. 320.
Piscis lupus, & mugilis quamuis inimici sint capitales, ta-
 men stato tempore congregantur. Arist. ibid.
Pisces maximæ quantitatis, vt cetæ, balenæ, & serpentes
 marmi sunt in maribus septentrionalibus. Alb. mag.
 de mor. & vit. trac. 2. cap. 9. char. 62. col. 3.

Pisces, ut se habet ad Lunam.

Pisces, & ostreæ, & reliqua testacei generis in Lunæ
 incremento corporibus valent: ipsa vero deficiente,
 contrario patiuntur. Ioan. Gram. in 4. de generat. ani.
 cap. 10. char. 90. col. 3.

Piscis stupefactor.

Piscis stupefactor tanto stupefacit membrum tangen-
 tis se, vt homo quidam tangens eum extremitate di-
 giti sui intantum obstupuit eius brachium vt vsque ad
 humerum, infra mensẽ vix calidis loturis, & vnguẽ-
 tis, & confricationibus, sensum, & motum brachii re-
 cuperare potuerit. Alber. magn. de animalib. lib. 8.
 tract. 3. cap. 1. char. 78. col. 3.
Pisces omnes nõ sunt e sui idonei, quod patet in stupefa-
 ctore. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 195. col. 4.
Pittacus fuit legum conditor, sed non in republica ver-
 satus, cuius lex fuit, si ebrius quem percusserit, maiori
 pœna puniendus, quam si sobrius fecisset. Aristotel.
 politicor. 2. cap. 10. char. 555.
Pittacus e septem sapientibus, ebriis duplicem pœnam
 instituit; eo quod cum peccant, licet ignorantes pec-
 cent, sponte tamen ignorantis illius causam sibiipsis
 præbuerunt. Euit. 3. moral. cap. 5. c. 134.
Pituita est elementi vtilis excrementum, quia cum cibo
 puro permistum alere potest, & labore absumitur.
 Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. c. 123.
Pituita cur per hyemem nasci, & augeri solet, cum tunc
 simus calidiores interiore corporis parte: quoniam ci-
 bos, quos per hyemem largius sumimus, venter minus
 concoquere potest. Ergo larga ista humorum copia
 pressus, calore insito quasi extincto, pituita per refri-
 gerationem gignit: quæ sanguis imperfectus quidam
 nõ pperã pot appellari. Ale. aphr. probl. 2. nu. 5. c. 726.
Pituita, cum crassa, & frigida sit, & inde apta ferri deor-
 sam, cur sæpe ad caput ex pedibus ascendat? Non ex se
 ascendere posse censendum est, sed per vim secernedi,
 quæ

quæ indita membro vnique est, & cum membra
 omnia depellat, consistere in superiore parte potest.
 Alex. aphr. prob. 2. nu. 92. c. 765.
Pituita est humor omnino incoctus. Alex. aph. in 7. me-
 taph. vel secund. lat. 8. co. 10. c. 226. col. 1.
Placidi, & obsequiosi quidam videntur esse, qui omnia in
 gratiam laudat: nullaq; in re aduersantur, sed minime
 molestos se existimant esse oportere ijs, quibus cū ha-
 bent consuetudinem. Arist. 4. ethic. Nicom. c. 6. c. 100.
Placitum dicit affectum, quem facit, id quod appetitur,
 procedentem a mouente extra ad intus. Alb. magn. in
 periherm. cap. 2. ch. 82.
Plagæ oras, vel ambitum ferula rabidum medium album
 facit, vel quod sanguinem pellit ex medio, quia maxi-
 me ferit, quia in orbem se colligit, & rotunda est. Vel
 ea quidem de causa sanguinem redire oporteret. Ru-
 bedo autem non est, nisi sanguinis concursus in eum-
 locum, qui ictus est. Aristot. prob. sec. 9. nu. 3. c. 422.
Plaga ferulæ maiorem mouet dolorem, quam aliquod du-
 riorum, etsi, quod durius est, acrius ferit: quia caro non
 solum dolet cum percutitur, sed etiam cū repercutit,
 & a duris percuti tantũ potest; cedit. n. propter duritiẽ
 eorũ. At a ferula vtrunq; accidit, vt & percutiat, & re-
 pcutiat propter pōderis leuitatẽ, cū scilicet nõ cedat,
 sed renitatur, ita vt ictus possit duplicari. Arist. ibi. nu. 8.
Plagarum vibices, thapsia, & cyathus possunt pariter di-
 scutere, hic principio, illa post. cyathus. n. frigidus est: ca-
 lida aut est thapsia. Vel quia vt aõ deficientibus suc-
 currit aqua, sic cyathus vibicatis occurrat. Obuians. n.
 refrigeratio calori prohibet educi e sanguine, qui solet
 per ictũ ad summa confluere corporis, quod idem, &
 thapsia præstare potest, quippe quæ calore suo prohi-
 bet, ne sanguis gelat. Arist. prob. sec. 9. nu. 9. ch. 424.
Plagæ ictus tumorem, & liuorem suscipit, quia de loco
 percusso humores dissecti in loca proxima ruunt, in q
 bus offendentes retorquentur: itaq; coniuncta, cõglu-
 tinataq; humorũ copia, tumor per collectionẽ exur-
 git: & si quæ venulæ ruptæ sint, confluuiũ id humoris
 suberuetũ fiat, necesse est. Arist. pbl. sec. 9. nu. 14. c. 425.
Planetarum circulationis dextrum, & sinistrum, sursum,
 & deorsum, contrario modo se habent, quam in circu-
 latione celi stellati. Arist. 2. de cel. su. 2. tex. 16. ch. 296.
Planetarum circulationis nos quidẽ in ijs, quæ sursum,
 & in dextris sursum, illi vero in ijs, quæ deorsum, & in
 sinistris. e contrario enim his principiũ motus est, pro-
 pterea quod contrariẽ sunt lationes. quare accidit nos
 quidẽ esse apud principiũ, illos autem apud finem. Et
 paulo ante. Pythagorici enim nos sursum faciũt, & in
 parte dextra: illos vero, qui illic sunt, deorsum, & in si-
 nistra. accidit autem contrarium. Ex hoc loco clare pa-
 tet Aristotelẽ existimasse esse Antipodas. Aristot. 2. de
 celo cap. 1. tex. 16. char. 296.
Planetæ omnes contraferuntur celo in suo ipsius circu-
 lo. Arist. 2. de ccel. su. 3. cap. 4. tex. 58. ch. 311.
Planeta propinquissimus simplici, & primæ circulationi
 in plurimo tempore pertransit suum ipsius circulum:
 longissime aut distans in minimo, aliorũ vero propin-
 quis semp in maiori; longius aut distans in minori. Ari. ibi.
Planetæ omnes in circulo animalium paruorum subde-
 ficiunt: cometæ autem multi visi sunt extra circulum.
 Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 3. c. 464.
Planetæ in septenario collecti numero, in totidem orbi-
 bus constituti sunt, deinceps substitutis, ita vt subinde
 inferior superiore minor fit, septemque orbes sese cõ-
 plectentes inuicem, atque coherentes, a globo deniq;
 syderum inerrantium comprehendantur. Huic porro
 globo contiguam semper posituram habet, Phœnon-
 tis simul, & Saturni circulus dictus. Cui proximus est
 Phœtontis, qui & Iouis appellatur. Post hunc Py-
 rois sequitur, Herculis idem, Martisque appellatus.
 Post hunc est Stilbon, qui facer Mercurio esse credi-

tur, a nonnullis etiam Apollini, secundum quem Lu-
 ciferi orbis est: quem Veneris nonnulli orbem, qui-
 dam Iunonis vocant. Ab eo est orbis Solis. Et denique
 Lunæ nobis citimus ad terram vsque fines suos profec-
 rens. Arist. de mund. cap. 2. c. 809.
Planetarum lationes sempiternas est dare præter primã
 lationem, & motionẽ corporis simplicis primi, secun-
 dum quam lationem dicimus mouere substantiã pri-
 mam immobilem, quæ mouet corpus circulare sem-
 piternum, & instabile; quod scilicet nõquam quiescit,
 & sic necesse est, vltra primam, harum quoq; lationum
 vnamquamque a per se immobili moueri in se & est
 substantia sempiterna: natura enim abstractorũ, quæ
 mouentur ab isto ente, est naturæ sempiternæ, & ipse
 substantiæ sunt. Arist. 12. metaph. cap. 4. tex. 43. c. 426.
Planetæ, & si mouerentur contrario motu motui primi
 mobilis, tamen nunquam sunt sic contrarij, vt in se in-
 uicem transmutentur. Siquidem quæ in ipsos mouẽ-
 tur propriis locis distincta, non sunt apta nata inuicem
 occurrere, neque secundum totum, neque secundum
 partem. Simp. in 1. de cel. tex. 32. co. 36. ch. 24. col. 1.
Planetæ circumferuntur cum firmamento motu supra na-
 turam: quo replentur perfectiori vita, compendiosiori
 transumptione boni, non aut motu pter naturã: alio-
 qui non manerent in sua perfectione tot seculis præter
 naturam motis. Simp. in 1. de cel. te. 32. co. 36. c. 29. c. 3
Planetæ, quia prope nos sunt, non scintillant: quia visus
 propinquius validior est. Io. gra. in 1. post. c. 10. c. 28. c. 1
Planetæ sunt partes corporis rotundi: nec mouentur mo-
 tu locali per se, scilicet variã locum, vt aunt ponetes
 epicyclos. Auer. in 1. de cel. tex. 10. c. 5. col. 2.
Planetarum motus secundum Ptolomæum fundantur
 super duobus fundamentis falsis, eccentrico, & epicy-
 clo. Auer. 2. de celo. tex. 62. c. 66. col. 1.
Planeta quilibet plures motores habet, qui causantur a
 septem motoribus, planetis scilicet: & septem motores
 causantur a motore magni orbis. Auer. in epit. metap.
 tract. 4. c. 183. col. 1.
Planetæ mouentur proprio motu contra motum pri-
 mum: quia non informantur qualitates eorum secun-
 dum imagines eorum omnes, sed mouentur sub vna
 tantum: quod contingeret, si non haberent, nisi motũ
 orbis primi, qui est diurnus. Alb. mag. in 2. de celo. tra-
 3. cap. 16. ch. 39. col. 4.
Planetarum quinque spheræ, idest Saturni, Iouis, Martis,
 Veneris, & Mercurii mouent spheram aeris. Alb. ma-
 in 1. de gen. & cor. trac. 6. cap. 4. c. 70. col. 3.
Planetæ, cum sunt fortiores in alicuius natiuitate, dant
 annos vitæ plures: cum debiliores, dant pauciores. Al.
 mag. in 2. de gen. & cor. trac. 3. cap. 5. c. 76. col. 4.
Planetam tot motus habere necesse est, quot requirunt,
 vt perficere possit motum, ad quod est. Alb. mag. in 11.
 metaph. trac. 2. cap. 26. c. 158. col. 4.
Planetarũ motus habet aliquã diuersitatẽ a motu spheræ
 stellarũ fixarũ: non tñ est in illis aliqua cõtrarietas. Pri-
 mo, qa non est in contrariis terminis, sed in cõtra-
 rias vias perueniendi ad eundem terminũ. Secũdo, qa
 & si ambo motus sint super idẽ centrũ, tñ super diuer-
 sos polos. Tertio, quia non sunt in eodem circulo. D.
 Tho. in 1. de celo. lec. 8. tex. 32. c. 9. col. 3.
Planetæ superiores sunt magis in causa permanentiæ, &
 durationis, quam inferiores: ideo Saturno attribuuntur
 res fixæ. D. Tho. in 2. de celo. l. 18. tex. 66. ch. 47. col. 4.
Planetarum quinque, idest Saturni, Iouis, Martis, Vene-
 ris, & Mercurii spheræ, est nata mouere aerem: ideo
 tot diuersis motibus mouetur. D. Thom. in prim. de
 gen. & cor. lec. 24. tex. 84. c. 22. col. 3.
Planetæ fortiores in natiuitate dant plures annos: de bi-
 liores, pauciores. D. Thom. in 2. de gener. & cor. l. 10.
 t. 58. char. 35. col. 1.
Planetæ superiores tres videntur ordinari ad ea, quæ
 x pertinent

pertinent ad existentiam rei secundum seipsam. Nam stabilitas, & esse rei attribuitur Saturno: perfectio rei, vt bona habitudo Iouis: virtus rei, vt per se tuetur contra nocua, & propellit, respondet Marti. Tres vero planetæ videntur habere effectum ad motum ipsius rei existentis, ita vt Sol sit, vt vniuersale principium motus, vt propter hoc eius operatio in mutationibus inferioribus maxime patet; Venus maxime in generatione; Mercurius in multiplicatione, & distinctione indiuiduorum; Luna in mutatione materiæ, & in dispositione ipsius ad recipiendum omnes influxiones celestes. D. Tho. in 12. metaph. lect. 9. tex. 43. ch. 881.

Planetæ dicuntur astra errantia, non quia irregulariter moueantur, sed quia non semper seruant eandem figuram, & positionem ad alias stellas, & illæ ad inuicem: quæ etiam propter hoc fixæ dicuntur. D. Tho. in 12. metaph. lect. 9. tex. 45. ch. 888.

Planetarum orbis iuxta Eudoxi opinionem sunt 26. D. Tho. in 12. metaph. lect. 10. tex. 46. ch. 892.

Plantarum diuisio.

Plantarum aliæ super folijs suos producant fructus; aliæ sub folijs. Et aliarum fructus est suspensus a suo stipite, aliarum e radice, vt arbores Aegypti, quas dicunt margaritas. Item aliarum fructus in medio sunt earum. Arist. 1. de plantis. cap. 3. ch. 369.

Plantarum quarundam fructus, folia, & nodi indiscreta sunt. Et aliarum folia ad inuicem similia sunt, aliarum non. Aliæ ramos æquales habent, aliæ non. Arist. 1. de plantis cap. 3. ch. 369.

Plantarum habentium ramos, aliæ sunt perpetuæ, aliæ durant in singulos annos. Aristot. 1. de plantis cap. 3. char. 320.

Plantarum aliæ sunt arbores, aliæ mediæ inter arbores, & herbas, & dicuntur fructices: aliæ herbæ, aliæ olera sunt. Arist. 1. de plantis cap. 3. ch. 320.

Plantarum alia est domestica, alia hortensis, alia syluestris, quæ, scilicet nullam culturam accepit. Arist. 1. de plantis cap. 3. ch. 321.

Plantarum aliæ fructum faciunt, aliæ non, vt salices, & quercus species quædam. Arist. 1. de plant. ca. 3. c. 321.

Plantarum aliæ oleum faciunt, aliæ non. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 321.

Plantarum aliæ folia producant, aliæ non; & aliarum folia decidunt, aliarum non. Aristot. 1. de plantis cap. 3. char. 371.

Plantæ aliæ in locis siccis nascuntur, aliæ in mari aliæ in fluminibus, aliæ in mari rubro. Aliæ in fluminibus ripis, aliæ in stagnis. Et quæ in siccis, aliæ in motibus, aliæ in planitie nascuntur. Aliæ in locis aridissimis viuunt, aliæ in locis altis, & quædam non. Arist. 1. de plant. c. 3. c. 372.

Plantarum aliæ ita terræ affixæ sunt, vt separari nolint, aliæ in meliora loca transferri possunt. Arist. 1. de plantis cap. 3. char. 372.

Plantarum quarundam folia alia aspera sunt, alia lenia. Alia parua, alia scissa, vt vitis, & ficuum. Aliarum multæ sunt figuræ, vt pinus. Quædam totæ cortex sunt medianus. Quædam nodos habent, vt cannæ: quædam spinas, vt ramus. Quædam multos ramos habent, vt morus syluestris: aliæ hæc non habent. Ex alijs multi prodeunt furculi, ex alijs non. Aliæ vnam radicem solum habent, vt squilla. Aristot. de plantis cap. 3. ch. 372.

Plantarum aliæ producant flores, fructus, & folia cito, aliæ tarde. Arist. 1. de plantis cap. 3. c. 373.

Plantæ aliæ totæ sunt virides, aliæ ad nigredinem vergunt, aliæ ad albedinem, ad rubedinem aliæ, ob calorem adurentem, & aerem partibus terrestribus admistum. Arist. de plantis cap. 3. c. 374.

Plantarum nonnullæ in aliam speciem transmutantur, vt nux cum senuerit: & calamentum, & tragium, triti-

cum, linum in aliam speciem transmutari aiunt. Arist. de plantis cap. 3. ch. 375.

Plantæ, plures vere plantantur, hieme pauca, & autumnos; æstate paucissimæ post ortum caniculæ, & nusquam tunc temporis, nisi Romæ, & perraro. Arist. 1. de plantis cap. 3. char. 376.

Plantæ aliæ sursum prodeunt, aliæ deorsum, aliæ modo medio. Quæ sursum tendunt, causam habent, quia natura ipsarum in medulla apparet, & attrahit calorem, & comprimit in se se aera, qui inter raritates est, in pyramidem vero exeunt, vt ignis in propria materia in pyramidem tolli, & eleuari solet. Quæ deorsum tendunt, earum meatus coguntur. Cum enim concocta materia fuerit, inspissatur materia aquæ, in qua plantæ medulla est, indeque subtile sursum procedit, vertiturque humor ad partes illas deorsum. mouet enim ipsum eius grauitas. Quæ vero inter has mediæ sunt plantæ, attenuatur humor, quia temperiei natura concoctioni vicina est, & sunt meatus medijs, tenditque materia sursum, & deorsum. Prima autem concoctio est sub planta. Secunda in medulla. Tertia in media planta. Arist. 2. de plantis cap. 1. c. 393.

Plantæ oriuntur aliæ femine, aliæ auulsiione, aliæ sobole, vt cæpe. Arist. de gen. ani. 3. cap. 11. c. 217.

Plantæ sunt quædam, quæ longioris vitæ sunt animalibus. Primum quia aquosæ minus. quare non facile congelabiles. Deinde habent pinguedinem, & viscositatem, & siccæ, & terrestres existentes, tamen non habent facile siccabile humidum. Arist. de long. & bre. vitæ. c. 7. c. 297.

Plantæ aliæ sunt domesticæ, aliæ hortenses, aliæ syluestres, & sine villo cultore germinantes. Alb. mag. de veg. l. 1. trac. 2. cap. 6. c. 128. col. 4.

Plantæ aliæ faciunt folia, aliæ non, vt boletus: & earum, quæ faciunt, alijs cadunt, vt vitibus, alijs non, vt lauro. Alb. mag. de veg. l. 1. trac. 2. cap. 6. c. 128. col. 4.

Plantæ aliæ habent vnâ corticem, vt ficus; aliæ plures, vt pinus. Alb. magn. de veg. l. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 129. col. 1.

Plantæ aliæ sunt spinosæ, aliæ non: aliæ ramoque sunt, aliæ paucos ramos habent. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 2. ca. 6. ch. 129. col. 1.

Plantæ pars alia est potentia, vt succus; alia actu, vt radix, stipes. Alber. magn. de vege. l. 2. tracta. 1. cap. 3. char. 131. colum. 3.

Plantarum figura multoties inuenitur rotunda, aliquando trigona, & quadrata, sed polygona rarius. Alb. mag. de veg. l. 2. tract. 2. cap. 5. c. 132. col. 4.

Planta omnis in sua substantia tres virtutes trium preterdit elementorum. Prima ex genere terræ, quæ vocat fixio. Secunda ex aqua, quæ proprie coagulatio vocat, proprie conglutinatio. Tertia ex igne, quæ coadunatio vocatur. Alb. mag. de veg. l. 4. trac. 1. cap. 1. c. 140. col. 2.

Plantæ quatuor virtutes habent a quatuor elementis: à terra fixationem, ab aqua continuationem, ab igne vrationem fixationis, ab aere raritatem. Alb. mag. de veg. l. 4. tract. 1. cap. 1. c. 140. col. 4.

Plantarum genus debilius est in herbis, post hoc in olis, deinde in fruticibus, fortissimum autem in arboribus. Alb. mag. de veg. l. 5. tract. 1. cap. 2. c. 147. col. 1.

Pante decissæ aliæ viuunt, aliæ non. quod accidit non ex parte substantiæ animæ nutritiæ, quia illa totum, & quamlibet partem perficit, sed ex parte eorum, quæ necessaria sunt, vt planta viuat. Petr. de aluer. de iuuen. & sen. vit. & mor. & respir. l. 2. c. 65. col. 3.

Plantarum partes.

Planta non est creata propter plātam, sed propter animal. Arist. 1. de plant. cap. 1. c. 365.

Plantæ omnes non habent radices, virgas, folia, ramos, flores, germina, & corticem eum, qui fructus circumdat: nā aliæ, & has habent, & alias. Arist. 1. de plant. c. 2. c. 366. Planta-

Plantarum membra sunt partium similia, vt in animalibus. Arist. 1. de plant. cap. 2. char. 366.

Plantarum partes compositæ, & coagmentatæ membris animalium similes sunt: cortex cuti, radix ori, nodi nervis, & sic de alijs. Arist. 1. de plant. cap. 2. c. 366.

Plantarum partes aliæ sunt similes, aliæ quodammodo dissimiles, & radices non diuiduntur in alias radices. Arist. 1. de plant. cap. 2. char. 367.

Plātarum folia, fructus, & flores alia toto anno sunt, alia non. Arist. 1. de plant. cap. 2. char. 368.

Plantæ partes in definitæ sunt. Arist. j. de plant. c. 2. c. 368.

Plantarum partium magna diuersitas est, in multitudine, & paucitate; magnitudine, & paruitate; fortitudine, ac debilitate. Et id fit, quia humor, qui in quibusdam est, vt lac, vt in ficibus, in quibusdam similibus est piæ liquidæ, ut in vite: in alijs est originalis, vt in origano, & opigaida. Item alia habet partes siccas, alia humidas. Alia partes discretas, nec similes, nec æquales. Alia similes ad inuicem, inæquales autem, aliæ æquales quidem, sed dissimiles. Arist. 1. de plant. ca. 3. c. 369.

Plantæ sunt, quæ nec ramos, nec folia habent, ut fungi, & tubera. Arist. 1. de plant. cap. 4. char. 320.

Plantarum partes, vt plurimum sunt raræ; quia calor humorem ad extrema plantæ trahit, spargiturque nutriens materia ad omnes eius partes, & quod superest, effunditur. Arist. 2. de plant. cap. 1. char. 379.

Plantæ, quæ fronde perpetua virent, pingues sunt. Arist. de generat. anima. 5. cap. 3. char. 276.

Plantæ ab animalia sunt. Arist. politic. 1. cap. 5. char. 501.

Plantarum radices vicem gerunt oris; stamina, ac fibræ vicem gerunt venarum. Alburnum, liber, & lignum cuti, carni, & ossi proportionem consentiunt. Intestina, & quæ viscus animalium referunt, habent, & adipem suos. Folia ut operimentum, & nutrimentum pulpæ adiuncta. Pulpæ fructibus præsidij gratia obductæ sunt. Themist. in 2. de anima. cap. 5. tex. 6. char. 7. col. 4.

Plantarum partes instrumentariæ sunt, radix, cortex, medulla, & foliū. Io. gram. in 2. de ani. r. 35. c. 45. col. 3.

Plantæ partes alię sunt officiales partes ad nutrimentum deseruientes, ut lignum: cortex est, ut pellis in animalibus. Alber. mag. de uege. l. 2. tract. 1. cap. 3. c. 131. col. 3.

Plantarum radices sunt, ut cor, & os in animalibus. Alb. mag. de ueget. lib. 2. tract. 2. cap. 3. char. 132. colum. 1.

Plantæ, vt anima prædita, & vt nutriuntur.

Plantas desiderio duci, sentire, & tristitia. & uoluptate affici affirmant Anaxagoras, & Empedocles. Anaxagoras quidem animalia esse: Empedocles autem sexum his admistum esse dicebat. Arist. 1. de plant. cap. 1. ch. 358.

Plantæ appetitu solum duci dicebat Plato, ob uehementem facultatis alterius necessitatem. Aristoteles lib. 1. de plantis cap. 1. char. 358.

Plantæ, nec appetitum, nec sensum habent. Aristot. lib. 1. de plantis cap. 1. char. 359.

Planta anima prædita est: sensu autem cum careat: animalia plantæ, sensibilis non est. Aristoteles lib. prim. de plantis cap. 1. char. 363.

Planta non est animal, quia non habet sensum, sed cum alitur, non est absque anima; imperfecta tamen res est. Arist. 1. de plant. cap. 1. char. 362.

Planta non dormit, nec uigilat. Aristot. ibidem char. 363.

Planta re extrinseca indiget. nam Sole, temperamentoque opus habet, & uere plurimum, & multo magis, quo tempore foris pullulat. Arist. 1. de plant. cap. 1. c. 363.

Plantarum alimenti initium est à terra quoddam, & rursum aliud fructuum generationis à Sole est. Aristoteles prim. de plant. cap. 1. char. 364.

Plantæ semen impregnationi simile est animalium, quæ in commitione maris, & foemine consistit. Et ut in ouo vis est, dum pullus gignitur, vnde alimentum quo

que eius est usque ad ipsam complementi horam, & exitum ab ea, quando foemella pullum vna in hora exponit, sic plantæ est semen. Arist. j. de plant. c. 11. c. 364.

Planta somno non indiget ob multas causas, quia terræ alligata est, nec habet motum, nec terminum finitum in suis partibus, nec sensum, nec motum voluntarium nec animam perfectam, sed magis partem partis animæ habet. Arist. 1. de plant. cap. 1. char. 365.

Plātarum materia vicina illis est, ideo celerior est harum generatio. Arist. 2. de plant. cap. 1. char. 379.

Plantarum genus primum est genus animantium. Arist. de hior. anima. 8. cap. 1. char. 268.

Plantæ suis radicibus alimentum iam confectum ex terra hauriunt: quo circa nec excrementum quidem contrahi in stirpibus solet. terra enim, ac eius calore, vt ventre vtuntur. Aristot. de partib. ani. 2. cap. 3. ch. 432.

Planta Epipetrum appellata, quæ in Parnaso reperitur, diu viuere potest suspensa. Aristoteles de partibus animalium. 4. cap. 5. char. 517.

Plantæ, & alia multa diuisa viuunt, & videntur eadem habere animam speciem. Aristoteles de anima. sum. 2. cap. 3. tex. 68. char. 606.

Plantæ quædam abscisse viuunt, vt existente anima actu vna in vnaquaque planta, potentia autem pluribus, & sic in insectis. Arist. 2. de ani. sum. 1. ca. 2. tex. 20. c. 618.

Plantæ non sentiunt, cum habeant aliquam partem animalem, & patiantur a tangibilibus: frigeant enim, & calefiunt, quia non habent medietatem, nec huiusmodi principium, vt possint recipere formas sensibilibus, sed pati cum materia. Aristoteles secun. de anima. 4. cap. 8. text. 124. char. 646.

Plantæ nullum habent sensum, quia terræ sunt. Arist. 2. de anima. sum. 3. cap. 2. tex. 66. ch. 671.

Plantæ non dormiunt, nec uigilant, quia sine sensu sunt. Arist. de somn. & vig. cap. 1. char. 49.

Plantæ non habent discrimen maris, & foemine. Aristot. de generat. animal. 1. cap. 20. char. 137.

Plantarum substantiæ non aliud munus, nulla actio nisi generatio feminis est. Arist. de gener. ani. 1. c. 20. c. 138.

Plantæ simpliciter nutrimentum appetunt, & generantur; animalia voluptatem. Ioan. grammata. in prim. de anima ex proem. char. 3. colum. 1.

Plantæ sensum, nec appetitum habent. Ioan. grammata. in secun. de anima text. 35. c. 45. colum. 3.

Plantarum nutrimentum conueniens est simus, quia ferè eiusdem complexionis est simus cum plantis. Alb. mag. de nutrim. & nutr. 6. tract. 1. cap. 1. ch. 63. col. 4.

Plantis est terra pro nutrimento, & pro stomacho. Alb. mag. de nutrim. & nutr. 6. tracta. 1. cap. 2. c. 64. col. 1.

Plantæ generaliter tres habent nutrimenti diuersitates. Prima ex poris directe a radice ascendentes. Secunda diuersitas ex poris transuersis ex medulla ad superficiem. Tertia diuersitas ex nodis. Alber. mag. de nutrimenta. & nutr. 6. tract. 1. cap. 2. char. 64. col. 1.

Plantæ digestionem & ipsæ tres habent. Prima fit in tractu nutrimenti a terra secunda in radice. Tertia in stipite & ramis. Et aquositas superflua refudat ex radice, & ramis, quia in his sunt virtutes generales nutrimentum alterantes. Albertus magnus de nutrimenta. & nutr. tract. 1. cap. 3. char. 64. colum. 3.

Plantæ sexus discretionem non habent: sed vbique impregnantur, quia vltimo animæ vegetabilis est generatiua, & ab ipsa definitur. Et ideo in illis virtus generatiua non tantum est in femine, sed in radice, & ramis. succus enim propter similitudinem partium eorum vbique habet virtutem feminis. Albertus magnus de nutrimenta. & nutr. tract. 2. cap. 2. char. 66. colum. 3.

Plantæ nec sensum, nec desiderium habent, quia desiderij apprehensio non fit nisi per sensum, & sensus in plantis non est. Alb. mag. de veg. l. 1. trac. 1. c. 3. c. 122. col. 4.

Plantæ, si masculinum, & foemininum sexum haberent

idem eidem esset agens, & patiens, quod est impossibile. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 7. c. 124. col. 1.
Planta non indiget somno, quia semper alligata terræ quiescit. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 8. c. 124. col. 2.
Planta imperfectior est omnibus animalibus, quia propter animalia creata est, non autem propter ipsam animalia. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 9. ch. 124. col. 3.
Plantas intelligibilem animam habere existimauerunt Democritus, & Anaxagoras; sed pondere opprimi ne ad actum procedat, quod falsum est: intellectus enim non alligatur corpori vel corporis organo utitur. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 9. ch. 124. col. 4.
Plantarum vires, nutritiua, augmentatiua, & generatiua. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 10. c. 125. col. 2.
Plantæ, quæ nutriuntur ex medulla per poros transfusos, habent medullas maiores: quæ per rectos, minores. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 3. c. 132. col. 2.
Plantarum cibus est commissum aliquid humidum. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tract. 1. cap. 1. c. 172. col. 1.
Plantarum cibus vere est humor adunatus, & immixtus subtili sicco letaminis, quia aerea humiditas, quæ est in letamine, supernatat, & inciditur a sole. Alb. magn. de veg. & plantis l. 7. tract. 1. cap. 1. c. 172. col. 4.

Plantis quid omnibus est commune, & quem motum habent.

Plantæ habent semen propter aliquid, sed minus distinctum quam in animalibus. Arist. phys. 2. cap. 3. tex. 38. char. 50.
Plantæ ex se motum non habent, terræ enim sunt affixæ & terra immota est. Arist. 1. de plantis cap. 1. c. 361.
Plantarum proprietates ex libris antiquorum, qui de his scripserunt, sumendæ sunt. Aristot. 1. de plant. cap. 3. char. 377.
Plantæ substantia indiget terra, aqua, & aere. Aristot. 2. de plant. cap. 1. ch. 380.
Planta, si prope solem fuerit, nascetur celeriter: si ad occasum, tarde. Arist. 2. de plant. cap. 1. c. 389.
Planta omnis quatuor indiget: semine terminato, loco conueniente, aqua moderata, & aere consimili. Arist. 2. de plant. cap. 1. ch. 389.
Plantæ, volatilia, & naturalia ordinata sunt adinuicem; & ut vnum se habet ad aliud: & ad vnum omnia coordinata sunt, sed non similiter: quia ita est in vniuerso, ut in domo pater familias. Arist. 1. 2. metaph. summ. 3. cap. 1. tex. 53. char. 261.
Plantæ locali motu cum careant, alios tamen motus exercent. Them. in 2. phy. tex. 1. ch. 22. col. 2. Idem Io. gra. in 2. phy. ch. 52. col. 1.
Plantæ in terra radicatæ sunt, quia præsens semper habent paratum nutrimentum. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 44. ch. 76. col. 4.
Plantarum consideratio præcedere debet considerationem de animalibus. Auer. meteor. 4. c. 213. col. 2.
Planta omnis cum omni planta in duobus conuenit: in generatione, & in materia communi. In generatione septem sunt, sine quibus nulla nascitur planta: quorum tria sunt quasi efficientia. Calor videlicet circuli celestis, qui est primum viuificum plantarum. Secundum loci conueniens calor. Tertium calor materiae feminalis. Tria autem sunt ministrantia substantialem materiam. Primum, humor naturalis inhærens ei, quod formatur in plantæ speciem. Secundum loci humor. Tertium, pluuiarum humor, ac roris, & tandem aer conueniens, continens extrinsecus. Alb. mag. de veg. l. 5. tract. 1. cap. 1. c. 146. col. 3.
Plantarum prima differentia est, quod quædam videtur perfecta in organis, & vitibus vegetabilibus: quædam imperfecta. Alb. magn. de veget. l. 5. tract. 1. cap. 2. ch. 146. col. 4.

Plantarum plures sunt operationes simplices, quæ viginti duo principaliter nominantur. Fouere ad vitam: subtiliare humores cum caliditate, vt camomilla: resolueret, quæ caliditate sua extrahunt humores, & consumunt: absteruere: carminatiua: diuisiua: exsiccatiua: exasperatiua: aperitiua: mollificatiua: digestiua: incisiua: frangitiua: ventositatum: attractiua: mortificatiua: rubificatiua: purificatiua: vlceratiua: corrosiua: adustiua: disruptiua, vt saxifraga: putrefactiua, & excoriatiua. Alb. mag. de veg. l. 5. tract. 2. c. 6. c. 151. col. 1.
Plantarum qualitates naturales operationes ostendunt. Alb. mag. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. ca. 1. c. 162. col. 2.
Plantæ alias qualitates habent a componentibus, vt calescere, humectare, infrigidare, & exsiccare. Alias a compositione, vt has qualitates dictas: fractas, vel subtiles, & penetrantes. Alias a specie secundum se, quæ sunt aliæ in alijs mirabiles; vt purgare cholera, phlegma, vel melancholiam. Albertus magnus de vegeta. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 1. char. 162. col. 2.
Plantæ quoque, vim masculinam, & foeminam habent, sed coniunctam in eodem indiuiduo, licet in vno abundet plus vna, in alio alia. D. Tho. 1. polit. l. 1. c. 2. col. 2.

Plantæ qualitates.

Plantarum differentia cognoscuntur tum in colore, tum in raritate, & spissitudine; asperitate, & lenitate, tum in alijs differentijs. Arist. 1. de plant. cap. 3. c. 369.
Plantarum acrium semina acriora sunt, quam radices, & folia; quia semine oia oriuntur, & ex eo in omnes partes sapores, & odores deriuantur, ideo maxime tale semen esse ratio exigit. Arist. probl. sec. 20. nu. 10. c. 530.
Plantis calidis nouem tribuuntur operationes. Calefacere, desiccare, exprimere, contrahere, oppilare, glutinare, consolidare, incarnare, & sigillare. Albertus mag. de veget. lib. 5. tract. 2. cap. 2. c. 149. col. 3.
Plantæ frigide operationes septem sunt. Infrigidare, confortare, repercutere, ingrossare, crudum facere, stupefacere, & retinere. Alb. ma. de veg. l. 5. tr. 2. c. 3. c. 150. col. 1.
Plantæ humide operationes sex sunt. Vngere, lauare, fordidare, lubricare, lenire, & inflare. Albertus magnus de veget. lib. 5. tract. 2. cap. 4. char. 150. col. 4.
Plantæ sicca septem sunt operationes. Desiccare, diuisio, retentio figurarum, durities lignorum, spinarum acuitas, constantia partium post diuisionem, & porositas, quæ in ipsis inuenitur. Albertus magnus de veg. lib. 5. tract. 2. cap. 5. char. 150. col. 4.
Plantæ aromaticas, & calidas, & siccos fructus habentes plantantur congrue in montibus; quæ solidos, & humidos in vallibus. Albertus magnus de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 7. char. 174. col. 3.

Plantarum differentia secundum diuersa loca, & earum transportatio quo loco, & tempore.

Plantarum diuersitas magna est pro locorum differentijs. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 324.
Plantarum colores, & fructuum, & florum diuersi sunt. Aristoteles ibidem char. 374.
Plantæ non apparent in locis salis, & siccis, quia a temperamento longe absunt loca illa. Aristoteles libr. 2. de plantis cap. 1. char. 389.
Plantæ non fiunt in arenis: quod si fiunt, non iuxta species proprias fiunt. Arist. 2. de plant. cap. 1. char. 387.
Plantæ, quæ nascuntur in superficie aquæ, non aliunde quam e grossitie aquæ fiunt, nec radices, nec folia habent, sed vt vnum folium nascitur. Aristoteles libr. 2. de plantis cap. 1. char. 387.
Plantæ, quæ in terra nascuntur, & humidi loci putrefactione, & in loco halituoso factæ nascuntur. Nam putredines aerem occupant, & dum pluuiæ frequentes fiunt, ac venti,

Sol apparere illas facit, & ad siccitatem, coagulationemque cogit, & terræ siccitas radices earum facit, inde plætæ fiunt, ac fungi, & tubera & similia fiunt. Arist. de plantis cap. 1. char. 387.

Planta, quæ in solidis lapidibus nascitur, longo tempore cõtingit. qui enim in illis comprehensus est aer, ascendere nititur, dum autem viam non inuenit, ob lapidis fortitudinem, redit, sequè ipsum aer calefacit, & humorem, qui in lapidibus est, reliquum trahit sursum, exitque vapor cum humore illo, cum partium minimarum lapidis resolutione. Arist. j. de plant. c. 1. c. 389.
Planta, quæ fit in altis montibus, plurimum confert ad medicinam, perfectiorque erit. Aristoteles secundo de plantis cap. 1. char. 389.
Plantæ in altis montibus existentis fructus ad concoctionem durior est, & vt plurimum non alit. Aristoteles 2. de plantis cap. 1. char. 389.
Plantas multas non producant loca a Sole remota. Aristot. 2. de plantis cap. 1. char. 390.
Plantæ in loci mutatione moriuntur, vel non conualescunt, & fructus non faciunt. Alber. mag. de natur. locorum distin. 1. cap. 2. char. 93. col. 2.
Plantæ maxime plantantur tempore veris, quia iam in se attraxerunt calorem, & humorem. Albertus mag. de veget. lib. 1. tract. 2. cap. 10. c. 130. col. 1.
Plantæ transmutantur duabus de causis: aut temporis processu in superiorem plantam transit, vt rutha: aliquando propter nutrimenti complexionem transit in aliam speciem sibi affinem, vt filigo. Albertus mag. de veget. l. 2. tract. 1. cap. 2. char. 131. col. 2.
Plantæ non generant, vel si generant, pauca & imperfecte generant in locis falsis, grossis, cum multa terrestritate, grossa, indigesta. Albertus magnus de veget. lib. 4. tract. 2. cap. 2. c. 142. col. 1.
Planta in sui generatione duobus indiget. Primo materia. Secundo loco suæ generationi conuenienti. Alb. mag. de veget. 4. tract. 2. cap. 2. c. 142. col. 1.
Planta aromatica melior est excrecens in montibus altis, quam in planis: quia fortiori calore terminata est, & virtus eius fit fortior. Albertus magnus de veget. libr. 4. tract. 2. cap. 4. c. 143. col. 1.
Plantarum naturam mutat letamen plusquam cibus mutat animal. Albertus magnus de veget. & plantis lib. 7. tract. 1. cap. 2. char. 172. col. 3.

Plantæ vt vniuntur, & inseruntur.

Planta plantæ quadrupliciter vnitur. Primo, vt nutriat, & sic hædera vnitur plantæ: in ipsa enim vndique figit radices, & in hac vnione diuersa specie restant; ea quæ vnitur, & illa, cui vnitur. Secundo, vt locatum locato vnitur, vt plætæ, quæ quasi capillariter plantæ adhæret. Tertio, vt pars eius nõ producta ex vigore plantæ, sed ex destituto humore in ipsa, vt in partibus septimi climatis in arboribus videntur. Quarto, in sectione vniuntur plantæ, ita vt eiusdem ligni, & nutrimenti efficiatur. Alb. mag. de veg. l. 5. tract. 1. c. 3. c. 147. col. 2.
Planta tam ea, quæ alij inseritur, quam ea, cui fit insitio, retinet proprias animas, & virtutes, & operationes inconfusas, & non vnitas. Albertus magnus de vegeta. lib. 5. tract. 1. cap. 6. char. 148. col. 1.
Plantæ ad inuicem transmutantur quinque modis. Primo ex feminum transmutatione, vt Siligo in triticum vertitur. Secundo ex præcisione vnus plantæ, ex cuius putrefactione oritur alia planta: quod sepe in septimo climate accidit. Tertio, quod vnus surculus exceptus ab vna planta, transmutetur in aliam: quod in vno loco tantum in septimo climate accidit, id est in terra, quæ dicitur Alumnia, in qua, si ramusculi quercus in terrâ insigantur, oriuntur vites bonum vinum facientes. Quarto, ex putrefactione totius plantæ quo ad humorem

naturalem, qui cum ad superficiem pertingit, mutatur in plantam alterius speciei. Quinto, per insitionem. Alber. mag. de veget. lib. 5. tract. 1. cap. 7. c. 148. col. 4.

Plantis quæ iuuant, & nocent.

Planta duobus indiget: materia, & loco suæ naturæ conuenienti. Arist. 2. de plantis cap. 1. char. 385.
Plantarum naturam adiuuat multum cultus hominum. Alb. mag. de veget. l. 1. tract. 2. cap. 3. c. 128. col. 3.
Plantæ omnes, cum non coluntur, fiunt syluestres. Alb. mag. de veget. lib. 1. tract. 2. cap. 6. c. 128. col. 4.
Plantarum fecunditas nõ est in solo semine, sed aliquarum est in radice, vt situarij: aliquarum in stipite, vt vitis: aliquarum in semine. Albertus magnus de veget. lib. 3. cap. 7. char. 138. col. 3.
Plantarum incrementum impedit siccitas in loco aliquo retenta propter defectum humiditatis naturalis. Albertus mag. de veget. lib. 4. tract. 2. cap. 4. c. 143. col. 1.
Planta non dicitur diminuta ob lapsum foliorum. Alber. mag. de veget. lib. 5. tract. 2. cap. 6. c. 148. col. 2.
Plantarum actio omnis ex quinque virtutibus consistit. Prima, est actio elementi simplicis, quod essentialiter est in ipsa. Secunda, virtus proportionis mixturæ. Tertia, virtus coadiuans aliorum elementorum, quæ cum ipsis mixtum constituunt. Quarta virtus celestis. Quinta virtus animæ vegetabilis. Albertus magnus de veg. lib. 5. tract. 2. cap. 1. char. 149. col. 4.
Plantarum cultus quatuor in se consideranda habet. Cibus, aratio, uel fossio, Seminatio, insitio. Albert. mag. de veget. & plantis lib. 6. tract. 2. cap. 22. ch. 172. col. 4.
Plantarum syluestriũ fructus calidiores, & sicciores sunt ac fortioris odoris quam hortensium. Albert. mag. de veget. & plant. libr. 7. tract. 1. cap. 1. char. 172. col. 2.
Plantis confert letamen annuum, vel quod iam tres partes anni habet. Albertus magnus de vegeta. & plantis lib. 7. tract. 1. cap. 1. char. 172. col. 3.
Plantis nocet letaminis fumus, si ad flores, & fructus ascendit. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tra. 1. c. 2. c. 172. col. 3.
Plantæ syluestritas nil aliud est, quam neglectus cultus eius. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tr. 1. c. 2. c. 172. col. 3.
Plantæ magis crescunt aqua pluuiali, quam aqua fontium irrigatæ. Alb. mag. de ani. lib. 2. tract. 2. c. 1. c. 68. col. 2.
Plataleas aues, conchas, quæ in fluminibus existunt effodientes deuorare, fama est: deinde, cum copiam earum absorberunt, euomere: postremo carnem concharum edere; testas vero earum minime tangere. Aristoteles de admir. aud. nume. 13. char. 842.
Platanistæ, vt ait Plinius, sunt beluæ marinæ, quæ in Gange fluuio Indiæ nascuntur, & in mare veniunt; & habent rostrum, ut delphinus, & caudam sexdecim cubitorum longitudinis. Alb. ma. de ani. l. 2. c. j. c. 198. col. 4.
Platanus est arbor magnæ quantitatis corticis, & stipitis permaximæ; & crescit maximè iuxta aquas. Alb. mag. de ueget. lib. 6. tract. 1. cap. 30. char. 158. col. 5.
Platea fluuiatilis conchas maiusculas, læuesque deuorat: quas ubi sua ingluuie coxerit, euomit, ut hiãtibz iam, legat; testis exuens, vt edat. Arist. hist. ani. 9. c. 10. c. 331.
Plato post Pythagoricos philosophatus est in multis eos sequens, in multis ab ipsis diuersus. Cum Cratillo nanque conuersatus, & Heracliti opinionibus affluens, sensibilibus in continuo motu existentibus, de ipsisque non existente scientia, ideas, ac species posuit. Cui uidetur assensisse Socrates, cum enim de moralibus tractaret, de naturalibus nihil dixit. Et in moralibus uniuersale quæsiuit, & de definitionibus primum dedit intellectum, quia uniuersale, & definitio pertinet ad scientiam: quia ideo immoratus est circa moralia; quia uniuersale, & definitio de alijs potest, & non de aliquo, quod est de numero sensibilium. Impossibile enim est aliquam communem ratio-

nem, & vniuersalem esse de rebus sensibilibus, quæ continue transmutantur: & secundum istas ideas, & per eas putabat dici, & denominari omnia sensibilia; quia multa vniuersata sub vna specie participant ideam, ita quod sensibilia sunt quædam participationes idearum, appellans participationem, quod Pythagorici imitationem appellat, nomen tantum mutans. Aristot. 1. metaph. ex. 2. cap. 5. tex. 5. ch. 19.

Plato posuit entia sensibilia, & entia mathematica; at quædam intermedia inter sensibilia, & species, & differentia ab vtrisque. A sensibilibus quidem, quia sempiterna sunt, & immobilia. A speciebus vero, quia in mathematicis inveniuntur multa differentia secundum numerum, & conuenientia in specie: in specie autem non sic, quia non est ibi nisi species. Aristot. 1. metaph. ex. 2. cap. 5. tex. 6. ch. 20.

Platonici a Pythagoricis in duo erant diuersi. Primo, quia Pythagorici finitum, & infinitum posuerunt rerum principia: Platonici vero hanc dualitatem in duo diuiserunt facientes infinitum ex magno, & paruo. Secundo, quia Plato posuit numeros a sensibilibus separatos: Pythagorici vero non separarunt a sensibilibus numeros, nec posuerunt mathematica media, quia existimauerunt definitiones non esse sensibilibus, & quia omnes numeri, præter primos, ab ipsa dualitate generantur. Aristot. 1. metaph. ex. 2. cap. 5. tex. 8. c. 20.

Plato duabus causis vsus est, formali, quæ est ipsa identitas, & materia. Aristot. 1. metaphysic. ex. 2. cap. 5. tex. 8. char. 20.

Plato propius accessit ad declarandum causam formalem, quam cæteri antiqui. Aristot. 1. metaphysic. cap. 5. tex. 10. char. 21.

Platonis in legum latrone proprium est, mulierum, natorum, & patrimoniorum cõmunitas, & commestationes feminarum, & lex circa ebrietatē, vt reges conuiuiorum sobrii sint, & in rebus bellicis exercitatio, per quam ambi dextri fiant, cum non oporteat alteram manum inutile, alteram vtilem habere. Aristot. 1. 4. c. 10. c. 554.

Platonici diuisionem necessariam ponebant methodum inuentionis definitionis. Alex. & Eustrat. in 2. poster. char. 82. colum. 2.

Plato, & Aristoteles differunt, cum Plato existimet substantias quasdam esse, quæ intelligentia, & ratione comprehenduntur; quæ per se a materia separatæ coherent: quas, & primas, & veras essentias vocat, quod Aristot. negat. Ammon. in Porphy. c. 3. col. 4.

Plato logicam, & partem, & instrumentum philosophiæ afferuit. Ammon. in 9. logic. c. 13. col. 3.

Plato primus induxit, & vsus est ad soluendas multas ambiguitates, distinguendi modum. Simp. in 1. phys. 2. char. 31. col. 2.

Plato Pythagoreos in multis locis secutus est. Simp. in 1. phys. char. 50. col. 1.

Plato locum, materiam nuncupauit. Simpl. in 4. phys. char. 218. col. 1.

Plato rerum principia sex esse posuit: materiale, formale, efficiens, finale, exemplare, & instrumentale. Io. gram. in 1. phys. char. 2. col. 4.

Plato Pythagoreus fuit, quia aliquando per enigma loquitur. Io. gra. in 1. phys. c. 15. col. 3.

Plato non appellauit locum materiam, loquens de loco, qui est terminus continens rem locatam; sed quadam naturalium formarum proportione, locum appellauit materiam. Io. gra. in 4. phys. tex. 14. c. 77. col. 3.

Plato quinque genera omnium principia esse dixit: substantiam, identitatem, diuersitatem, motum, & statum. Io. gra. in 1. de ani. tex. 26. c. 13. col. 4.

Plato non distinguit inter materiam, & priuationem. Auer. in 1. phys. tex. 66. c. 19. col. 2.

Plato nihil sciuit de prima materia. Auerr. 2. de cœl. tex. 17. char. 86. col. 1.

Plato dicit, quod quatuor elementa mouebantur, antequam mundus esset, motu irregulari: deinde cum Deus fecit mundum, induxit ea in ordinem. Auer. eo. 1. tex. 27. ch. 87. col. 2.

Plato cum existimauit dari generabile, & incorruptibile, mutauit idolum temporis ad idolum potentia. Auer. eo. 1. tex. 52. c. 99. col. 4.

Plato existimauit naturam formarum, & naturam numeri eandem esse, & quatuor elementa composita esse ex superficiebus æqualium laterum, & angulorum. Auer. in 1. metaph. tex. co. 5. ch. 4.

Plato solus inter omnes philosophantes dixit tempus inceptibile. Alb. mag. in 8. phy. tract. 1. cap. 5. c. 90. col. 2.

Plato errauit cum dixerit cœlum gigni ex materia præexistente, quia sic motus esse non potest, nisi esset ante primum motum. Idem ibid. cap. 6. col. 3.

Platonis opinio de motore, alia est ab opinione Aristotelis in duobus. Primo, quod ait, motores primi ideo mouent, quod a se mouent, non tantum dicens de motoribus corporum cœlestium, sed etiam de anima. Aristoteles autem primum motorem immobilem esse ait, & per se, & per accidens. Secundo, quod ait Plato animas esse perpetuas, & descendisse a comparibus stellis: at Aristot. ait animas a corpore proficiscentes, & quædam manent post mortem, quædam non. Alb. mag. in 8. phy. tract. 2. cap. 8. c. 99. col. 4.

Plato, & Pythagoras, & Aristoteles non differunt, nisi in modo, non autem in re; cum Plato ait vnum esse principium, a quo tota exit naturæ multitudo finita, & in finita: & vt exit ex vno, ita per intellectum resoluitur in vnum. Et Aristot. dicit, quod omnes formæ naturales sunt ab intellectu conferente virtutem formatiuam; quo ad formam formatam educuntur de materia, eo quod in ipsa sunt omnes per inchoationem; sed ipsi neficiuerunt materiam potentiam exprimere. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tract. 1. cap. 2. c. 67. col. 2.

Plato dixit numerum esse principium rerum, non qui in genere est discretæ quantitatis, sed potius, qui est species, & idearum. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 5. ca. 10. char. 72. col. 2.

Plato non peccauit in eo, quod existimauit particularium non esse scientiam, & quia scientia est de rebus immobilibus; sed in hoc peccauit, quod existimauit nullas immobiles rationes in sensibilibus reperiri posse, quod est falsum: quia in essentijs rerum sensibilibus considerantur aliquæ rationes immobiles, & immobile est, & necessarium hominem esse animal; ideo ob id species ponere non oportebat. Alex. de ales in 1. metaph. char. 21. col. 3.

Plato posuit in ideis nihil esse per accidens, quod non pertineat ad rei quidditatem. Idem ibid.

Plato existimauit, quod est separatū secundū definitionem, esse etiam separatū secundum esse, quod est falsum: ideo duos gradus separatorum posuit, id est quidditatem rerum, & mathematica ipsa. Idem ibid. col. 4.

Plato in rerum constitutione posuit aliquid, quod participat, quod est materia; & aliquid, quod participatur, & est forma, & species, & magnum, & paruum, quæ nihil aliud sunt, quam diuersæ participationes eiusdem, & sunt elementa rerum. Idem ibid. c. 22. col. 1.

Plebiles plures sunt species: agricolæ, artifices, negotiatores, qui emendis, vendendisque rebus intendunt. Alij circa rem maritimā: & horum alij bellatores, alij mercatores, alij nautæ, alij piscatores. Aristot. pol. 4. c. 4. c. 611.

Plotinus in libro de generibus entis nonnulla vtilia ad prædicamenta tractauit. Simp. in præd. c. 1.

Plumbum apud Indos cum colligatum est, in frigida aqua detinetur aliquandiu; demum ex aqua exilit. Aristot. de admir. and. nu. 60. c. 850.

Plumbum, & si sit ferro mollius; est tamen ferro grauius; & si in æquali mole fuerit, & rarius. Simp. in 4. phys.

physic. tex. 85. char. 252. col. 1.

Plumbum est grauius ferro, & est magis rarum. Auer. in 4. phys. tex. 88. char. 80. col. 3.

Plumbum, & stannum inveniuntur lapidibus incorporata, & in eisdem locis currit argentum viuum, & ex lapidibus exsudat, quando igniuntur, sulphur. Albert. mag. in 3. de mineral. tract. 1. cap. 10. char. 145. col. 4.

Plumbum plumbo non consolidatur, nisi prius dura superficies eradatur, & siccum terreum tollatur, quod conglutinationem impedit: & vngi sepo debet, vel aliquo pingui vinctuoso: quia argentum viuum, quod in ipso est, habet vinctuositatem, & non coniungitur nihil non habens symbolum in natura. Alb. mag. in 3. de miner. tract. 2. cap. 1. char. 146. col. 2.

Plumbum per substantiam habet multam argenti viui quantitatem, & paruam sulphuris, sed magnam in qualitate. Alb. mag. in 4. de miner. tr. 2. c. 1. c. 147. c. 4.

Plumbi argentum viuum in qualitate non est bonum, sed aquosum, & lutulentum: ideo euaporat. Alb. mag. in 4. de miner. tract. 2. cap. 3. char. 147. col. 4.

Plumbum ideo grauius est ferro, & minus durum, quia habet plus de terrestri: sed id, quod est aquæ, in illo est imperfectius congelatum, & digestum. D. Thom. 4. phys. lec. 14. r. 85. c. 62. col. 2.

Pura vocamus, quæ non continua, aut quorum non sunt species, aut quorum non vna ratio. Aristot. 5. metaphysic. cap. 5. t. 1. c. 93.

Pluralitas omnis; prouenit, aut ex diuisione formali, aut ex diuisione continui. Primo modo, vt differentia, & formæ sunt plures in eodem genere. Secundo, vt indiuidua sunt plura in eadem specie. Albert. mag. in 6. phys. cap. 4. char. 80. col. 1.

Pura sunt, quorum substantia sunt plures, & diuersæ. D. Thom. in 7. metaph. lec. 13. t. 45. char. 543.

Pluralitas absoluta, quæ opponitur vni, quod conuertitur cum ente, est quasi genus numeri. D. Thom. 10. metaph. lec. 8. tex. 21. char. 723.

Pluralitas, vt significat entia diuersa, non determinatur ad aliquod vnum genus: vt autem significat aliquod mensuratum, determinatur ad genus quantitatis, cuius species est numerus. D. Thom. ibid.

Pura in esse possunt esse vnum in cognitione, & ratione: vt Socrates, & Plato sunt vnum in ratione humanitatis. Alex. de Ales in 10. metaphysic. t. 1. c. 277. col. 2.

Plurale dicit diuisionem rei signatæ. Alex. de Ales ibid. t. 20. char. 296. colum. 2.

Pluuia cum aqua decidit secundum maiores partes. Aristot. meteor. pri. su. 3. cap. 1. char. 474.

Pluuia fit ex multo vapore, qui infrigidatur, & huius est causa locus multus, & tempus existens, in quo colligitur, & ex quo pruina, aut ros. Aristot. ibid. c. 476.

Pluuiæ guttæ multo maiores in tepidis fiunt diebus, quam in hyeme: & aquæ impetuosiores dicuntur, cum cõgregatiores congelationes fiunt propter celeritatem condensationis. Aristot. ibid. cap. 2. char. 479.

Pluuiæ impetuosiores sunt, & maiores guttæ, & grandines, quanto propinquius congelatio congregatur. Aristot. ibidem.

Pluuiam imbris contorta stillicidia, cum maiuscula ipsa, tum vero iugi tenore casitantia, vocamus. Aristot. de mund. cap. 3. char. 815.

Pluuia est propter æqualitatem generationis in elementis. Auer. in phy. 2. tex. 77. char. 37. col. 1.

Pluuia venit ex motu solis in circulo obliquo. Auer. 2. phy. ex med. expof. char. 203. col. 1.

Pluuia post gelu signum est resolutionis in aere. Albert. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 2. char. 87. col. 4.

Pluuiæ impetuosiores sunt post serenum, quam alio tempore: quia maior est frigiditas ab aere expulsa. Albert. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 2. char. 87. col. 4.

Pluuiæ vehementes non conferunt plantis, quia maio-

rem frigiditatem continent, & frigus est qualitas mortificans; at pluuiæ sine violentia descendentes conferunt, quia calidiores sunt, & rori similes. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 21. char. 87. col. 4.

Pluuiæ generantur per se in loco aeris medio secundum inferiorem sui latitudinem: quia caliditas est parua, & frigiditas vndique expellitur, quæ conuertit nubem in aquam; per accidens autem generantur in inferiori loco, cum frigiditas illas depellit. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 22. char. 88. col. 1.

Pluuiæ diu durant, quia facile eleuatur vapor, & pluuiæ præcedens est materia subsequens. Albert. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 22. char. 88. col. 1.

Pluuiæ materia proxima est nubes aquosa frigido medijs loci inspissata. Albert. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 20. char. 87. col. 3.

Pluuiæ maiores guttas habent, quæ ex nube calidiori sunt: minores habent, quæ ex frigidiore. Idem eo. lib. cap. 23. char. 88. col. 1.

Pluuia magna quasi semper cum grandine cadit, quia nubes lacera a frigiditate partim spissatur in gradine, & partim, quæ non a tam excellenti frigore tangitur, conuertitur in pluuiam. Idem eo. lib. cap. 27. c. 88. c. 3.

Pluuia tempestosa semper fit vento præcedente. Idem de pas. aer. char. 119. col. 1.

Pluit sæpe, quia vapor pluuiæ est medius, & facilius eleuationis, quam alij vapores humidi: & ideo fit vere, æstate, autumno, & hyeme. Idem 2. meteor. tract. 1. cap. 22. char. 88. col. 1.

Pluit breui tempore, cum multæ stellæ, quæ in alijs temporibus non videntur, apparent: & cum arbores de longe existentes in montibus, propinqui videntur. Prima causa est, quia desuper aer humidus est, & in perspicuo figuræ obiectæ dilatantur. Secundi, quia humores grossi iam eleuati sunt, & clarus aer inferior relinquitur. Idem de caus. & proces. vniuers. a. cau. prim. 1. 2. tract. 5. cap. 19. c. 229. col. 3.

Poetæ multa mentiuntur. Aristot. prim. metaphysic. ex. 2. c. 9. colum. 2.

Poetæ non est facta propria narrare, sed vt gresi quiuerint, vel verisimile, vel omnino necessarium fuerit. Aristot. de poet. cap. 7. char. 268.

Poeta, vel est vir facilis ingenii, vel furore percitus. Aristot. de poet. cap. 14. char. 280.

Poeta semper imitatur, vel qualia fuerunt, vel sunt, vel qualia dicuntur, videntur, vel qualia esse oporteat. Aristot. de poet. cap. 23. char. 297.

Poetæ peccatum duplex est: per se, & per accidens. per se est, quod proposuerit imitari, quod non est imitandum, per accidens proponere non recte. Aristot. ibid.

Poetæ leuius peccatum est, si ceruam cornua habere ignorarit, quam si non bona imitatione descriperit. Aristot. ibid. 298.

Poeta potius credibile eligere debet, licet fieri nõ queat, quam incredibile, & si fieri queat. Aristot. ibid. c. 301.

Poetarum obiectiones quinque sunt: vel vt quæ fieri non possunt, vel vt rationis expertia, vel quæ lædētia, vel quæ contraria, vel quæ præter artis rectam normam existunt. Aristot. de poet. cap. 23. char. 301.

Poetæ propria poemata perinde, ac filios supra modum amant. Aristot. 9. ethic. nicom. cap. 5. char. 227.

Poetica licet sit syllogistica, non vtitur tamen syllogismis in actu, nec est ei propria species, quæ ei accommodetur. Auer. epitom. logic. c. 360. col. 4.

Poetica ars est, qua æstimatur homo, quod assimilet rem alicui rei perfectione, qua potest. Auer. ibid.

Poesis omnis, & omnis fabula poetica in vituperandi, vel laudandi genere consistit. Auer. in poet. c. 1. c. 89. c. 2.

Poesis cum inducat hominem in admirationem, dat modum philosophandi. Albert. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 6. char. 60. col. 3.

Poesis ratione metri, quoad mensuram est sub grammatica, & quoad intentionem, logicæ est quædam pars. Alb. mag. in pri. metaph. trac. 2. cap. 6. c. 60. col. 3.

Poetica sermone utitur, prout modus pronuntiatus delectatione, vel abominatione prouocat audientem ad aliquid faciendum, vel fugiendum. Propter quod ex varijs compositis, & secundum fabulam fingit tētans mendacia, quæ audientes prouocent. Alb. mag. ibid.

Poeta Theologi fuerunt, Orpheus musicus, & Linus tempore, quo Iudices erant in populo Iudæorum. D. Thom. in 1. metaph. lec. 84. char. 29.

Politica est architectonica omnium artium mechanicarum, & doctrinarum moralium. Alb. mag. Ethicor. 1. tract. 7. cap. 8. char. 21. col. 2.

Politica vita tota videtur ordinata ad facilitatem speculationum. D. Thom. Ethic. 10. lec. 11. c. 178. col. 4.

Politicum regimen est, quando ille, qui præest, habet potestatem coarctatam secundum aliquas leges ciuitatis. D. Thom. 1. polit. lec. 1. char. 1. col. 3.

Politix regimen duo exigit: recta ratio, aliud est potentia. D. Thom. 3. polit. lec. 9. char. 42. col. 1.

Politix rectæ finis, est scilicet viuere. D. Thom. 3. polit. lec. 11. char. 44. col. 1.

Politia in omni recta principans dominatur secundum leges. D. Thom. 4. polit. lec. 4. char. 57. col. 2.

Pollicis tria ossa extra pectem ad illud os rasetæ colligatione habet, quod quartum additum est. hic autem digitus additus est, vt concludat pugnam manus: & ideo super alios digitos plicari debuit; quod fieri non posset, si in lateribus eorum cum pectine manus colligatus esset. Alb. mag. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 12. ch. 13. col. 3.

Pollex non habet, nisi vnum musculum cōstringentem, & alij digiti duobus musculis cōstringuntur. Albert. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 15. char. 15. col. 3.

Pollicis nobilior operatio est, vt dilatetur, & elongetur ab indice. Alb. mag. ibid.

Polus dicitur quiescens Geometricè, & non verè: nulla enim substantia est in orbe in actu, quæ non moueatur, sed ille punctus, qui est indiuisibilis, & non existens in moto, quod mutat locum per materia, non dicitur motus essentialiter, nec accidentaliter. Auer. 2. de celo. t. 14. c. 48. c. 4.

Pollutiones homini tantum accidunt, & in tertio ætatis suæ septenario multiplicantur. Alb. mag. de anim. l. 5. tract. 2. cap. 1. char. 54. col. 3.

Polycritus, qui Siculorum res carmine cecinit, in quodam loco Mediterraneo lacum quendam esse instar immensæ clypei inesse scribit, cuius aqua pellucida, at reliquis turbulentiore existit. At si quis eam lauandi beneficio ingreditur, in latitudinē crescere: si vero rursus se abluerit, longe eum diffundi, ac tanta magnitudine augeri, vt eius extremum quinquaginta hominum receptaculum occupet. cum vero hunc numerum latitudine attigerit, denuo hic extumescens abluentium corpora in sublime elata super solum extra expellere, quo peracto illum ad pristinam mediocremque formam constitui. quod, & quadripedibus euenit. Arist. de admir. aud. nu. 108. char. 863.

Polypus differt ab alijs mollibus, quia alueus polyporum parvus est, & crura perlonga, cæteris contra loligo longior est, sepia latior: loligine verò longe grandior, qui lolius nominatur: quippe qui vel in cubita quinque excrestat. Arist. de hist. ani. 4. cap. 1. c. 108.

Polypi ouum vnum incomptum foris, intus humorem candicantem, concolorem totum, atque aqua bilem continens. Tanta est eius ouis vbertas; vt impleat vas amplius capite polypi ipsius. Arist. ibid. c. 110.

Polyporum genera plura sunt. vnum, quod edonā vocant; aliud bilitenam; alij ossolem appellant. Præterea duo conchis indita: alterum nautam appellant; alterum pompilum, siue ouum polypi. Et est, qui cochlearum more siliceo tegmine ita muniatur, vt nunquam egredi soleat, suaque interdum brachia exerat. Arist. ibid.

Polypus suum ouum in aliquo cauo simile labruscæ florentis racemulis, aut fructui arboris populi albæ maxima fecunditate edit: & post quinquaginta diebus ruptis ouis, polypuli more arancorum per quam multum exerpunt. Arist. ibid. 5. c. 18. c. 173.

Polypus suis brachijs, vt pedibus, & manibus utitur: quippe qui duobus supra os positus cibum admoueat. Vltimo vero, quod est acutius, & solum albicans est, & parte sui extrema bifurcatum, dorsoque adnexam. (Dorsum autem partem læuam appellant, a qua acetabulorum ordo inchoatur) hoc vltimo, inquam, brachio in coitu utitur. Fistulam idem ante alueum positam supra brachia gerit cauam, qua mare transmittit, quantum suo admiserit alueo, quoties aliquid ore capit; eamque modo in dexteram partem transfert, modo in sinistram. hæc eadem fistula suum quoque atramentum fundere assolet. Arist. de hist. ani. 4. cap. 1. char. 107.

Polypus piscis fatuus est, & trahit sibi colorem similem faxi, quibus appropinquat: quod idem, & squatina facit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 37. c. 351.

Polyus nauta est: nauigat enim summo in mari concha in uersa: & ubi emerit, concham inuertit. habet inter sua brachia membranulam quandam, qua velificat, cum aura inspirat. Arist. de hist. ani. 19. cap. 37. c. 352.

Poma cur non ita prius, vt postea editata, in repletionis mole respondent? quia cæteris esculentis genus pomorum longe grauius est: quod argumento ficuum constat, quæ nouissime editatæ, vltimè tamen euomuntur. Poma igitur ingesta suo pondere in inum delapsa, spacij amplitudinem relinquunt superius, vt cibum sequentem admitti facile liceat. At si e contrario sumatur, vsu eueniet, vt quia ferri deorsum expedite non possunt, innatent, & partem totam fere occupent inanem. Arist. probl. sect. 22. nu. 1.

Poma cur frigiditate, & humiditate sua obesse possunt: aqua vero, quæ frigida, & humida est, non tantum officit? quia aqua pomis tenuior est, ac digeri celerius potest; idcirco non ita offendit, præsertim cum membra aliquantulum firmare valeat: Alex. aphrod. probl. 1. num. 51. ch. 681.

Pomarius Adæ nascitur in oriente ad meridiem, & ita dicitur, quia pomum eius dentium vestigia habet. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 30. c. 159. col. 1.

Pondus, quod mouere potest, semper plurimum dicimus, id est, quod mouere potest centum talenta; & si partes, quæ infra centum sunt, possit mouere, tamen dicimus centum mouere: ipsius enim potentia est excessus, & qui non potest tantum secundum excessum, & plura non potest; vt qui non potest centum, non poterit centum, & vnum. Arist. 1. de celo. tex. 116. ch. 281.

Pondus idem, si valde procerum est, difficilius super humeros fertur, etiam si in medio fertur in breue, quia vibrantur extrema. Arist. q. mech. q. 27. c. 801.

Pondus æquale cum duo ferunt homines super ligno, cur non similiter premuntur, si ad vnum non declinet pondus, seu magis quanto vicinis fuerit gestantibus? quia vectis efficitur lignum, pondus vero hypomochlion, qui autem propior est ponderi, ex ijs, qui illud gestant, id, quod mouetur: alter vero portantiū id, quod mouet. Quanto igitur plus distat a pondere, tanto facilius mouet, & alterum premit magis inferius, vt contra nitente pondere imposito, & si in medio erit pondus, æqualiter ambo ferent. Aristot. q. mechan. q. 29. c. 802.

Pondera cur facilius parte læua feruntur, cum hæc debilior sit dextra? quoniam dextra, vt validior læuæ subuenit, & leuat aliquantulum onus: quod officium læua præstare dextræ suam ob imbecillitatem non potest. Alex. aph. prob. 2. nu. 59. c. 745.

Pondus cur facilius parte læua, quam dextra ferimus? quoniam

quoniam materia partis læuæ oppressa plus durare, patitur quam dextra potest, vt cum altera difficilius, altera facilius moueatur. Alexand. aphrod. problem. 2. num. 131. char. 774.

Pontici saporis subiectum est substantia grossa, terrea, frigida. Alb. mag. de veg. l. 3. trac. 2. cap. 3. c. 139. col. 2.

Ponticus sapor est in supremo gradu frigiditatis, sub illo stipticus, & in infimo loco acetosus. Alb. mag. de veg. lib. 3. trac. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Ponticus, & stipticus sunt in sapore valde propinqui, sed in hoc differunt, quod ponticus est fortioris exasperationis, & vsque in guttur exasperat, stipticus tantum in summitate linguæ. Alber. mag. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Ponticus sapor exasperat cum est fortis. Alb. mag. de veget. l. 3. trac. 2. cap. 4. char. 139. col. 3.

Pontus multis partibus constat. pars eius in intima penetrans, Meotis appellatur. quæ autem ad Hellespontum vergit, in fauces contracta est, quam Propontidem vocant. Arist. de mund. cap. 12. char. 813.

Poplitis iuncturam mouentes sunt tres musculi in anterioribus coxæ positi, & eorum operatio est dilatare: & vnus eorum duo habet capita: vnum ab additamento maiore: aliud ab anteriori coxæ: & duo habet extrema, vnum est carnosum continuum cum osse pælle anchæ, antequam habeat chordam: alterum panniculare est continuatum cum domestico duarum extremitatum coxæ. Aliorum duorum vnus est, qui nominatus est inter stringentes coxam: alter ab additamento, quod est in osse ilij, nascitur, & ex eis generatur chorda vna, quæ dilatatur, & circumdat os coxæ, & ipsam cum alia, quæ sub ipso est confirmat. Continuatæ postea cum capite cruris, & dilatatur poplitem, & extenditur crus. Alb. mag. de animal. l. 1. trac. 2. cap. 17. char. 16. col. 1.

Poplitis iuncturam dilatans vnus est musculus, qui ab ouatione ossis femoris nascitur, & incedendo descendit in latus coxæ domesticum secundum transversum: deinde cum parte venosâ supremæ partis cruris continuatur, & crus declinans ad domesticum dilatatur: & tres alij sunt musculi, domesticus, syluestris, & medius. Domesticus oritur a basi ossis anchæ, incedens per transversum ad posteriora coxæ perueniens ad locum cruris venosam in parte domestica, & vnitur cum quodam, qui aliquid viridis coloris habere videtur. Aliorum duorum origo est a basi ossis anchæ, sed declinant ad locum venosum, & continuatur cum illo iunctura poplitis. Alb. mag. de animal. l. 1. trac. 2. cap. 17. char. 16. col. 1.

Populi potentia praua non est. Aristot. 8. Ethic. Nicom. cap. 10. char. 205.

Populi potentia transgressio prior est tyrannide, & paucorum potentia; nam peius est si multi, quam si vnus, vel pauci dominantur. Asp. ethic. 8. nicom. c. 11. ch. 425.

Populus ciuitatis manet idem specie, quamuis quidam moriantur. D. Thom. in prim. de generat. & corrupt. lect. 15. tex. 36. char. 14. col. 2.

Populus est arbor, & sic dicitur, quia abscissa ex eius radice multitudo exoritur: eius gemæ foliorum aromaticæ sunt, & fit ex eis vnguentum, quod populeum vocatur. Alb. mag. de veget. l. 6. trac. 1. c. 30. c. 159. col. 1.

Porcinum stercus tam ex specie, quam ex accidente, quod ficcum non est, plantæ affert nocumentum. Alb. mag. de veget. & plant. trac. 1. cap. 1. char. 172. col. 3.

Porci in Flandria non habent fissam vngulam, nec fissum pedem, sed soleam vnam in pede indiuisam. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 2. char. 30. col. 2.

Porcus coire incipit post octauum mensem, & porca vnus anni concipit, & parit; & in aliquibus calidis, & ficcis regionibus porcus post quatuor menses coit, & porca post sex parit. In frigidis porcus post decem, porca post quatuordecim. Idem de ani. l. 5. tr. 2. cap. 1. c. 54. col. 4.

Porca non parit ultra quindecim annos. Idem ibi. c. 55. c. 1.

Porcorum vita, vt frequentius, est 25. annorum. Idem de animal. l. 6. trac. 3. cap. 1. char. 61. col. 4.

Porcis tribus modis accidunt ægrotudines. Primo ab apostemate post auriculas, & maxillas sub mandibulis, & forte in pedibus, quod fit a phlegmate naturali putrescente. Aliquando dilatatur hic fluxus, & incidunt in squibantiam, & tunc multum mouent pedes, & moriuntur infra tres dies. Aliquando implet pulmonem, & corrumpit ipsum, & tunc cum aspiratione, & tussi moritur porcus. Alia est dolor capitis, & eius ponderositas. Tertia est fluxus ventris ex humore rodente intestina. Idem de animal. l. 7. cap. 2. char. 68. col. 4.

Porcus agrestis in Lybia non inuenitur. Idem ibid. c. 69. c. 4.

Porcus marinus est piscis esibilis (vt ait Plinius) porco in magna parte similis. Caput, & linguam, membraque interiora corporis, & coctas dispositas habet, vt porcus. In dorso quasdam spinas habet venenum efficacissimum habentes, sed fel eorum est remediū contra puncturam spinarum earum, victum difficile conquirunt fodendo terram in fundo maris. Idem animal. 24. cap. 1. char. 198. col. 4.

Porca, cum multum appetit coitum, non dimittit saltare mare super eam, donec declinent auriculæ ei: quia tunc incipit affluere sperma, & tunc sufficit ei semiconcubitus ad conceptum: & si porcæ forte non descendit semen concubitus in delectatione, cum descendit a masculo, motu corporis impedit descensum spermatis masculi, & retardat concubitus, vt femina vtriusque in concubitu coniungantur. Alber. mag. de anim. l. 6. trac. 3. cap. 1. char. 61. col. 4.

Pori in perspicuo non vocantur foraminum vacuitas, sed ubi non opponitur terra opacitate determinate, hoc vocatur porus, & si ibi non sit alia substantia elementi, quæ vitum non terminat, sed transducit, vt in aere, igne, celo, & alijs. Alb. mag. in post. c. 200. col. 3.

Pororum apertio, & diuisio per calorem nunquam fiunt, nisi per consumptionem partium humidarum. Alber. mag. de veget. l. 2. trac. 1. cap. 1. char. 131. col. 1.

Porphyrus ante Dexippum scripsit. Dexip. in præd. ch. 26.

Porphyrus per interrogationem, ac responsum, quæ conscripsit Aristoteles, tractauit. Simpl. in præd. ch. 1.

Porphyrus exactam prædicamentorum interpretationem septem libris absolutam edidit. Simp. in præd. char. 1.

Porphyrus introductio non est necessaria pro initio sumendo in logica. Auer. in phys. c. 10. cap. 7. col. 3.

Porphyrus, qui quinque prædicabilia scripsit, peripateticus fuit. Alb. mag. in 4. phy. trac. 1. cap. 10. char. 43. c. 4.

Porrum est calidum, & ficcum, & excitat cholera. Alb. mag. de veget. & plant. l. 6. trac. 2. cap. 15. c. 169. col. 1.

Porrum ferendum est in loco amplo profundæ fossæ, & pastinato. Si autem rarius feritur, capita maiora habet, & est melior, si profunde in terrâ transplantatur. Idem ibid. l. 7. tract. 2. cap. 2. char. 177. col. 3.

Positio, quot dicitur modis.

Positio pluribus dicitur modis: vt suppositiones, vel conceptiones, positiones dicuntur, vel opiniones aliquis docti in aliqua scientia, vel arte, vel consensus, propositionesque, vel aduerbia, quæ positiua Græci appellant, vel definitiones, vel demonstrationum principia, quæ medio carent. Ammo. in lib. de inter. c. 5.

Posita, alia sunt natura, vt elementa, & coelum: alia sola positione, vt statua. Quædam habent positionem stando, vt terra: & horum, alia perpetuam habent positionem, vt corpora perpetua: alia temporalem. Simplic. in prædicamen. char. 88.

Positio duplex est vniuersalisque partis, alia connaturalis semper manens: alia aduentitia, & connaturalis: alia est

est totius per se, alia totius ad partes. Partium autem alia est per se, & alia est earum ad inuicem, & ad totum. Simp. in 4. phy. char. 229. col. 1.

Positio quid est, & de quibus dicitur.

Positionem habent, quæ sunt in loco. Aristotel. pri. de gene. & cor. cap. 12. tex. 44. char. 404.
Positum esse, est quædam situm habere, cuius tres sunt species, recumbere, stare, & sedere. Ammo. in præd. c. 102.
Positione, id est, quod non est idem apud omnes. Maget. in lib. de interpret. char. 6.
Positio proprie dicitur de ijs, quæ sunt in loco. Simpl. in præd. char. 35.
Poni est connexio collocatorum. Simp. in præd. char. 87.
Poni prædicamentum proprie intelligitur secundum puram, & solam positionem, ubi nihil eorum simul intelligitur, in quibus collocatur, & æqualiter se habet in his. Simp. in præd. char. 88.
Poni omnia dicuntur in ipso Deo, quia omnia in ipso comprehenduntur. Simp. in præd. char. 89.
Poni proprie de corporibus dicitur. Simpl. in præd. c. 89.
Positio est mutua continuationum, & subsistentium partium constructio, & subordinatio. Simpl. in 1. de anima. tex. 57. char. 14. col. 3.
Positiones magnitudinis secundum motum sunt, qui motus a loco trahit prius, & posterius secundum positionem. Simp. in 4. phy. char. 26. col. 1.
Positionem partes habere inuicem nihil aliud est, quam ut eius partium sint simul. Auer. in præd. char. tract. 2. cap. 2. char. 17. col. 4.
Positio prouenit a partibus secundum ordinem comparisonis inter se, & toto, & in loco. Albert. magn. in præd. char. 58. col. 1.
Positio ut est prædicamentum, est quidam situs partium, & generationis ordinatio. Albert. magn. in 6. princ. char. 73. col. 1.
Positionis subalternæ species sunt; æque, vel non æque poni; flexe, vel recte. ut stare, sedere; specialissima, ut sessio vel statio: indiuidua, ut statio huius, vel illius. Alb. mag. in 6. princ. char. 75. col. 2.
Positio non est aliquorum, nisi quibus conuenit locus. Alb. mag. in 1. de gen. & cor. tract. 4. cap. 2. ch. 66. col. 4.

Positionem quæ habent, & quot requiruntur.

Positionem habentia in his tribus figurantur, ut sint alicubi sita: digito monstrari queant: quæ partes conuictas, id est simul existentes habent. Ammo. in præd. c. 58.
Positio consideratur circa alia corpora, quæ sunt in loco, vel circa lineas, quæ sunt in superficie. rectitudo, & curuitas determinat qualitatem circa ea, quæ habent positionem, & non est in positione. Simp. in præd. c. 71.
Positionem habent, quorum partes alicubi sunt, & non pereunt, ac se contingunt, & propria se ordinatione continuant. Boet. in præd. char. 147.
Positio est alicuius rei collocatio. Boet. in præd. ch. 256.
Positionem, ut aliquid habeat, tria requiruntur. Primo, ut assignetur, ubi in continuo sit particula. Secundo, ut una pars permaneat stans in continuo cum altera, & cum altera copuletur. Alb. mag. in præd. ch. 44. col. 2.

Positio, ut propositio.

Positio est opinio admirabilis alicuius familiarium secundum philosophiam, ut quod non est contradicere. Arist. Topic. 1. 1. cap. 9. char. 401.
Positio omnis est problema, non autem contra: quia quædam problemata talia sunt, de quibus neutro modo opinamur. Arist. Topic. 1. 1. cap. 9. char. 401.

Positio dialectica est opinio extranea alicuius viri notum in philosophia. Alex. Aphr. in 1. top. cap. 9. c. 13. col. 3.
Positio omnis est problema, non autem omne problema est positio. Nam in problematibus sunt quædam, quæ neutro modo opinamur. Alex. Aphrod. in 1. Topic. cap. 9. char. 14. col. 1.
Positio est illa, quæ quamquam demonstrari non possit, non tamen necessario a discente præscitur: sed accipienda a docente est, cuius species alia est definitio, alia subiectio. Them. in 1. post. cap. 5. char. 2. col. 1.
Positio est inopinata, & indemonstrata existimatio. Simp. in 1. de cel. tex. 61. com. 56. char. 97. col. 2.
Positio est propositio per se non credita discenti, sed ex docente aduenit; & quæ, & si sit indemonstrabilis, breui tamen indiget colloquio: ut a centro ad circumferentiam omnes lineæ sunt æquales. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 2. char. 7. col. 1.
Positionis species sunt, suppositio, & definitio. Idem ibid. col. 2.
Positio est, de quo contrarie opinamur. Albert. Magn. in 1. Topic. cap. 3. char. 234. col. 1.
Positionis prima cura est ea, quæ secundum naturam: secundum vero naturam potissima est agricultura. Secundo loco omnia, quæ sunt a terra, ut metalla, & huiusmodi. Arist. œconom. 1. 1. cap. 2. char. 776.
Positionis, & operis non est eadem virtus: nam possessio anteponitur, quæ est dignissima, ac preciosissima: opus, quod magnum, & pulchrum est. talis enim rei spectatio est admirabilis. Arist. 4. ethic. nicom. c. 2. c. 87.
Positio est id, in quo per naturam sedes possidens, quieto iure utens. Alb. mag. in 1. metaph. tr. 2. c. 8. c. 61. col. 1.

Possibilis diuisio.

Possibilis nomen dicitur æquiuoce de possibili ut plurimum, ut raro, ut æqualiter. Arist. in phys. 2. c. 8. c. 1.
Possibile aliud ex æquo, aliud raro fieri potest: in eo quod ex æquo, & quod concluditur, & quod conclusioni opponitur, non minus nec magis esse consuevit: in ijs, quæ raro, oppositum eius, quod colligitur, magis fit, quam id, quod colligitur. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 3. char. 8. col. 4.
Possibile, & contingens inuenitur, vel in his, quæ rationem habent; aut in ijs, quæ ratione carent; aut in ijs, quæ anima carent. Maget. in lib. de interpret. char. 32.
Possibilia in maiori parte non sunt, circa quæ versatur fortuna: sed alia sunt possibilia æqualiter, alia in minori parte. Themistius casum posuit in impossibili in minori parte, Auicenna autem in vtraque. Auer. in phys. 2. tex. 48. char. 31. col. 4.
Possibile autem est possibile ex se, & ex rebus extrinsecis, ut notum est de possibili simpliciter: aut quia aliquis diceret aliquid esse possibile in se, & impossibile ex extrinsecis. Auer. 1. de celo. tex. 124. char. 40. col. 2.
Posse in veritate non sonat, nisi possibilitatem, quæ est in animalibus. Idem 3. de celo. tex. 67. char. 105. col. 1.
Possibile aliud est, quod cum non sit, esse potest: aliud, quod cum sit, esse potest: & huius duæ sunt species: Alia cum sit, non esse tamen potest: alia ut cum sit, non esse non possit. Boet. in l. de interpret. char. 280.
Possibile aliud est, quod cum non sit, esse potest: aliud quod iam est, quod accommodatur, & naturis æternis, & mortalibus. Boet. in l. de inter. char. 36.
Possibile quod est in æternis, a possibili, quod est in mortalibus, differt; eo quod in æternis nunquam permuat, & semper esse necesse est. aliud potest & non esse, & ut sit non est necesse. Boeth. in libr. de interpretat. char. 436.
Possibilis duæ sunt species: alia quæ necessaria dicitur: alia non necessaria; cuius vna a potestate prouenit ad actum,

actum; alia, quæ semper actu fuit. Boet. in lib. de interpretat. char. 437.
Possibile aliud est, quod non est possibile ita ut agat, sed ut agere possit: aliud, quod iam actu est, quod duas continet species. Vna, quæ non esse non liceat, & hæc dicitur necessaria: alia, quæ liceat, & non esse, quæ in solis mobilibus est. Boet. in l. de inter. char. 451.
Possibile non dicitur ad esse, sed ad operationem. Et quia operatio non est nisi per potentiam actiuam: ideo dicitur possibile, quia potentia aliquid agendi habet, quod dupliciter dicitur. Nam vel potestas illa inest a forma naturali, vel anima rationali, & sensibili; & si inest a forma naturali, tunc agit per necessitatem: & ut est in se, non potest non agere. Albert. magn. in periherm. char. 94. col. 1.
Possibile siue secundum potentiam actiuam, quæ est rationalis, & ad opposita, siue secundum potentiam materialem dispositam, vel indispositam, vtroque modo dupliciter dicitur. Ut ante actum, vel ut existens in actu. Alb. mag. in periherm. char. 94. col. 1.
Possibilitas omnis receptionis, vel est ex materia, vel ex eo quod id, quod posse est, ad materiam determinatum est. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. 1. lib. 1. trac. 4. cap. 2. char. 195. col. 2.
Possibile duplex. Quoddam est possibile genus, quod vocatur possibile pro potenciali, & de eius essentia non repugnat habere actum, & hoc potest saluari in necessario, & contingenti. Aliud possibile est pro contingenti, quod est species. Alex. de Ales in 9. metaphysic. tex. 9. char. 265. col. 1.
Possibile duobus modis sumitur. Primo in communi & sic est superius necessarium. Secundo pro vna parte possibilis in communi, id est pro possibili ad vtrumque, & sic sequitur necessarium. Thom. de Vio. in periherm. char. 29. columna 3.

Possibile quid est, & ut se habet ad contingens & necessarium.

Possibile est, cuius contrarium possibile est. Et si simile fieri potest, etiam simile. Et si difficilius & facilius. Et cuius finis, & principium. Et si quid origine posterioris, & prius. Et quorum amor, vel cupiditas est natura. Et quorum sunt artes, vel scientiæ. Et quarum rerum est principium originis. Et quorum totum, & partes. Et quorum partes, & totum: Et si totum genus, & species. Et si species, & genus. Et si a deterioribus, aut inferioribus, & imprudentioribus, magis etiã a contrarijs. Arist. rhetor. char. 106.
Possibilia sunt, quæ fieri natura possunt. Arist. rhetor. ad Alex. char. 182. col. 1.
Possibile ab ipso esse nihil differt in æternis. Idem phys. 3. cap. 2. tex. 32. char. 63.
Possibili dato, nullum sequitur inconueniens. Arist. phys. 7. sum. 2. cap. 1. tex. 9. char. 180.
Possibile quod est, non est necessarium, ut eo modo sit. Arist. 3. metaph. sum. 2. cap. 9. tex. 19. char. 58.
Possibile est illud, cui si extiterit actus, ad quem est in potentia, nihil sequitur impossibile. Arist. 9. metaph. ex sum. 1. cap. 4. tex. 7. char. 178.
Possibile vocari non potest illud, quod non erit. Aristot. 9. metaph. ex sum. 1. cap. 5. tex. 8. char. 179.
Possibile tantum esse Diodorus aiebat, quod vel est vel futurum est. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 14. c. 51. col. 2.
Possibile id erat secundum Philonis opinionem, quod ex sola subiecti aptitudine dicebatur, etiam si a quibusdam extrinsecis necessarijs, quo minus fieret, impediretur. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 14. ch. 31. col. 2.
Possibile iuxta Arist. opinionem, id est, quod absque prohibitione fieri potest, licet non fiat. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 14. char. 31. col. 2.
Possibile non ex eo, quod factum est, possibile iudicatur,

sed ex eo, quod ipsum non impeditur ab aliquo casu, quin fiat, ad quod aptitudinem habet, et si non fiat. Alex. aphrod. 1. in natura. quæst. cap. 18. char. 4.
Possibile idem, quod potest factum iri, cum impedimento caret. Alex. aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 4. char. 1.
Possibile ancipitem habet naturam, caditque nonnunquam in illud, quod non est. Ammo. in l. de inter. c. 132.
Possibile a contingenti nulla alia re differt, nisi solo nomine. Ammon. in lib. de interpret. char. 137.
Possibile proprie est, quod ad effectum uenire potest, non tamen est: sed fieri, & uenire potest; estque proprie contingenti par, & æquale. Magent. in prior. ch. 20. col. 1.
Possibilia proprie dicimus, quæ nondum quidem existunt, possunt autem fieri. Simpl. in 1. de celo. tex. 138. com. 31. char. 54. col. 1.
Possibile, quod non exit in actum tempore finito, impossibile est. Auer. 1. de celo. tex. 102. c. 33. col. 4.
Possibile ab extrinsecis, est possibile ex se. Auer. 1. de celo. tex. 124. char. 40. col. 2.
Possibile non est possibile, nisi in respectu agentis, & patientis. Auer. 1. de celo. tex. 124. char. 40. col. 2.
Possibilitas non habet esse, nisi ex hoc, quod virtus finita in tempore sit, & quod ipsa sit composita. Auer. de subst. orb. cap. 3. char. 14. col. 4.
Possibilia actu, & opere, ita sunt possibilia, ut nulla ratione possint non esse. Boet. in l. de inter. char. 268.
Possibile, & contingens idem sunt, nisi quod possibile, & per non possibile, & per impossibile abduci potest. Boet. in lib. de interp. char. 426.
Possibile, & contingens differunt a propositione de inesse. Quia quæ est de inesse, præsens respicit. Quæ de possibili contingenti futurum. At necessaria, quia non tantum inesse significat necessarium, sed etiam immutabiliter inesse. Boet. in l. de inter. c. 426.
Possibile est id, quod aliquando, & non semper in actu est. Boet. in lib. de interpr. char. 433.
Possibile a potestate traductum est, ideo ut ipsa potestas æquiuocum est. Boet. in l. de interpret. char. 451.
Possibile determinat esse secundum se: contingens determinat esse in comparisonem ad causam non stantem. Alb. mag. in periherm. char. 92. col. 1.
Possibile, quod ab anima prouenit, non potest esse ab anima uegetabili: quia illa per necessitatem, ut natura agit. Alb. mag. in periherm. char. 94. col. 4.
Possibile dicitur secundum potentiam materiæ ad esse, quæ in potentia est cum priuatione. Albert. magn. in periherm. char. 94. col. 1.
Possibiliter quod est in aliquo, effectiue est in alio. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 14. col. 1.
Possibile aliquid verissimum esse in summo gradu impossibile est. Alex. de ales in 2. metaph. c. 38. col. 2.
Possibile esse est quidam recessus, ab impossibili, & est quidam accessus ad ens. Alexand. de ales in 5. metaphysic. tex. 17. char. 122. col. 4.
Possibile tenet quoddam medium inter impossibile, & necessarium. Alexand. de Ales in 5. metaphysic. tex. 17. char. 132. col. 3.
Possibile purum non potest esse subiectum transmutationis. Alex. de ales in 7. metaph. t. 7. c. 188. col. 3.
Possibile trahitur ad actum per actionem generantis. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. char. 246. col. 3.
Possibile de natura sui, est quod diuidatur contra possibile, & contra necesse: & ex eo, quod diuiditur contra impossibile, non repugnat sibi actus, & ex eo, quod diuiditur contra necesse, distat ab actu. Ergo duo sunt de possibili essentia; distantia ab actu, & non repugnantia ad actum. Ex eo, quod distat ab actu, si ponatur in actu, non sequitur falsum. Ex hoc, quod sibi repugnat actus, si ponatur in actu non sequitur impossibile. Alexand. de Ales in 9. metaphysic. tex. 7. char. 264. col. 2.

Possibile,

Possibile, quod recipit, & ut differt a potentia.

Possibilitas, & potentia nō est de essentia materiæ, sed vnum de cōsequentibus eius: immo re vera materia est subiectum potentiæ, & possibilitatis, & si potentia esset de sui essentia, esset sibi ipsi materia, cum potentia dicatur in relatione ad aliud. Recepta igitur forma; remouetur ab ea ipsa potentia. quapropter potius tunc subiecti nomen sibi vendicat. Auer. 1. phys. ex med. exposit. char. 200 col. 2.

Possibilitas non est in ente necessario. Auer. 2. de cœlo. tex. 33. char. 55. col. 1.

Possibilitas aliqua est in agente, & est possibilitas agendi aliqua in patiente, & est possibilitas recipiendi. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 8. col. 1.

Possibilitas agentis existimatur in plurimis eius, quod non indigeat in exitu eius in actum inclinante ab extra. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 8. col. 2.

Possibilitas, quæ est ex parte recipientis, non est ex agente. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 16. col. 2.

Possibile cum venit ad actum, aufertur possibilitas. ergo materia tantum recipit possibilitatem. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 16. col. 2.

Possibilitas est quid vniuersale habens particularia separata extra aiām. Auer. ex destr. destr. disput. ch. 17. col. 1.

Possibilitas a potentia differt in duobus: Vno, quia possibilitas attribuitur substantiæ rei: potentia ei quod recipit aliquid aliud extra ipsam in specie. Alia differentia est, quia potentia de necessitate est, vt exeat in actum in aliquo indiuiduorum speciei in aliquo tempore; alioquin esset vna; sed possibilitas, non est necessarium vt exeat in actum in specie nec in indiuiduo, nec in aliquo tempore. Auer. de animæ beatitudine. cap. 2. c. 64. col. 3.

Possibile vt modus, & vt eius propositiones conuertuntur.

Possibile impossibile contrarium est; cuius cōtrarium non necesse est esse falsum. alio modo quod non est, quod est necesse esse verum. alio, quod contingit esse verum iam. Arist. 5. metaph. cap. 12. tex. 17. char. 103.

Possibile ex antecedenti in omnibus possibilis significatus ex possibili ex consequenti consecutionem habet. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 14. c. 31. col. 1.

Possibilis proprium est quod non sequatur impossibile. Auer. in 1. prior. sec. 1. cap. 13. char. 68. col. 3.

Possibile æqualiter non pertinet ad demonstratorem, sed ad oratorem. Auer. 1. prior. sec. 1. cap. 13. c. 68. c. 4.

Possibilis negationem sequitur negatio contingentis de inesse, & necessaria, sed necessaria est necesse non esse. Boet. in lib. de inter. char. 427.

Possibile omne quod possibile est esse possibile esse est nō esse. Boet. in l. de inter. char. 448.

Possibile in genere acceptum, quod commune est omnibus modis possibilium, prædicatur de necessario, & sic possibile in communi acceptum sequitur necessarium. Alb. mag. in perih. char. 92. col. 2.

Possibile conuertitur cum contingenti. Alber. magn. in perih. char. 94. col. 2.

Possibile, & contingens differunt, quia possibile simpliciter, dicit potentiam, vel agentem, vel materialem; & variatur secundum potentiæ talis varietatem. Contingens autem respicit causam; quæ non est per se causa; quæ si est causa, non per se ad esse disposita, dicitur contingens vt in pluribus: si est causa indisposita non ad vnum plus, vel ad aliud, est contingens ad vtrunq̄ue. Idem. ibid.

Possibile, vt est modus, non debet accipi pro possibili ad vtrumlibet. Tho. de Vio. in perih. c. 27. col. 1.

Posterius natura est, quod inducit, & non inducitur. Por-

phir. in prædicamen. char. 19.

Posteriora nobis sunt natura priora, & contrario modo. Ammo. in Porphir. char. 4. colum. 3.

Posterius est ipsum præter naturam eo, quod est secundum naturam. Simp. in 3. phy. tex. 52. char. 172. col. 1.

Posterius non est posterius, nisi prioris: nec est postremū, nisi fuerit primum. Auer. in 2. metaph. tex. 10. ch. 16.

Posteriorum liber sequitur librum priorum de syllogismo tribus de causis. primo, quia vniuersale notius est particulari. secundo, quia speculatio essentialis est; cum speculamur de aliquo vniuersali, vt inest subiecto vniuersali, non autem particulari. tertio, quia sic non contingit iteratio in doctrina. Auerroes in poster. prim. ex proœm. char. 127. colum. 2.

Posteriorum analyticorum librum præponi, vel post poni reliquis libris proprijs, nihil est, quod cogat per modum doctrinæ: sed propter maius bonum, id est, vt melius se habeat: ipse enim est, qui primo intēditur a communi parte: reliqui vero secundo intenduntur. Auer. in poster. 1. ex proœm. c. 127. col. 3.

Posterius sequitur ex priori, vel in rebus vt plurimū; & quod sequitur, & nō sequitur æqualiter & quod sequitur, vt in paucioribus, in ijs, quæ, vt plurimum, solum est demonstratio. Auer. in post. 2. cap. 7. tex. 67. ch. 23.

Posteriorum sermo acutior debet esse, & rector. Auer. 4. de cœlo tex. 11. char. 111. col. 3.

Posterius est quoad nos id, quod cognoscitur per aliud, & sequitur illud. D. Tho. 4. polit. lib. 7. char. 59. col. 1.

Posteriora ex primis dependent in per se ordinatis. Alex. de Ales 1. metaph. char. 328. col. 2.

Postulantem ex suppositione; est destruere si vni, & omni inesse vel non inesse ostendit, vt si hominis anima immortalis, & alias: si autem hæc non, nec alias. Arist. topic. lib. 3. cap. 4. char. 444.

Potabile est commune tactus, & gustus. Aristoteles 2. de anima. summa. 4. cap. 6. tex. 103. char. 641.

Postulata in orationibus, sunt, quæ ab auditoribus oratores postulant, quorum alia sunt iusta, alia iniusta. si secundum leges, iusta; si contra, iniusta. Aristot. rhet. ad Alex. cap. 19. char. 215.

Potentia diuisio.

Potentia quod est, multipliciter dicitur; aliter enim est potentia sciens, qui discit; & qui habet iam scientiam, & non contemplatur. & cum actiuum, & passiuum semper simul sint, fit aliquando actus, quod est potentia: nam quia est sciens, & non contemplatur, habet potentiam, sed aliam ab illa, quam antea habebat, quum disceret. Arist. phy. 8. sum. 2. ca. 2. tex. 32. c. 206.

Potentiarum aliæ sunt rationales, aliæ irrationales. Rationales sunt respectu contrariorum. Irrationales respectu vnius tantum, vt calidum calefaciendi solum. Arist. 9. metaph. ex sum. 1. cap. 3. text. 3. char. 176.

Potentia existentes, quædam sunt naturales, & connata rei. Aliæ per consuetudinem acquiruntur. Et has quædam præexercitatio præcedit: nō autem naturales ita præcedunt actum, & quod non præcedant. Aristot. 9. metaph. ex sum. 1. cap. 6. text. 10. char. 180.

Potentiæ quædam causæ sunt eorum, in quibus sunt, commutandorum in species. Aliæ vero non. Et aliæ sunt perpetiendi solum. Aliæ recte perpetiendi. Alex. aphro. in 8. metaph. vel secun. lat. 9. co. 12. c. 231. col. 1.

Potentia primæ ratio est principium mutationis in alia, vt aliud sit: multitudinis autem principium mutationis passiuæ ab alio, vt aliud. Alex. aphro. ibidem.

Potentia remota non dat nomen rei; sed potentia proxima. Alexander aphrod. in 8. metaph. vel secundum lat. 9. comm. 11. ch. 238. colum. 1.

Potentia tribus dicitur modis. Vel quod ad faciendum sit idoneus, aut ad patiendum; aut ad non patiendum; & totidem dicitur impotentia. Ammo. in præd. c. 89.

Poten-

Potentia aliæ simul cum substantijs, & suis operationibus existunt: aliæ neque completiæ substantiæ: neque quasi partes substantiarum sunt. Simp. in præd. ch. 49.

Potentia, alia actiua, alia passiuæ, quæ diuisio non est primis generibus qualitatis, nec forte in qualitate. Simplicius in prædic. char. 23.

Potentia alia est, vt ad totum simul subsistens, vt es ad statum: Alia ad id, quod dum fit, est. Simpl. in 3. phys. text. 57. char. 179. colum. 1.

Potentia duplicem habet rationem, aliā ad substantiam, aliam ad accidens: sic priuatio alia est substantiæ, alia accidentis. Simp. in 8. phy. tex. 9. ch. 298. col. 1.

Potentia duplex, alia perfecta, alia imperfecta. Simpl. in 6. phys. tex. 16. char. 336. col. 2.

Potentiarum alia prior dicitur, quæ est secundum aptitudinem, & altera secunda, quæ est secundum ordinem. Ioan. gram. in 3. phy. text. 12. char. 55. col. 1.

Potentia quod est, aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut qualitatem, aut secundum locum est. Ioan. gram. in 1. de ani. tex. 6. c. 7. col. 3.

Potentia duplex: naturalis, & violenta. Auer. physico. 8. text. 32. char. 168. colum. 3.

Potentia alia actiua, alia passiuæ: & hic patet potentiam infinitam passiuam esse in magnitudine. Auer. phys. 8. text. 79. char. 193. colum. 4.

Potentia motiua dupliciter dici possunt infinita. Vel, quia actio earum nunquam cessat. Vel, quia motio earum est tantæ velocitatis, quod non inuenitur magis, scilicet quod illud, quod ab his mouetur, velocius mouetur omni mobili, & sic motores celestes habent virtutem infinitam. Auer. phy. 8. tex. 78. char. 194. col. 2.

Potentia omnis, aut est actiua, aut passiuæ. Si actiua, terminatur per vltimum finē eius, quod agitur. Si passiuæ per minimum eius, a quo patitur: quia si a minori patitur, a maiori patietur. Auer. j. de cœl. t. 17. c. 37. col. 4.

Potentiam ad corruptionem infinitam in aliquo inueniri, nec accidentaliter, nec essentialiter impossibile est: potentiam autem ad generationem possibile est infinitam reperiri accidentaliter, non essentialiter. Auerro. pri. de cœlo. tex. 120. c. 38. colum. 4.

Potentias plures aliquid vnum, & idem habere duobus modis dici potest. Vno modo, vt tales potentia dicantur de vna, & eadem re secundum permutationem, id est, vt vnaquæque harum potentiarum sit potentia ad totam hanc rem. Vel quælibet harum potentiarum sit potentia ad propriam particulam huius rei. Quod est id, quod putat Galenus de spermate foemineo, menstruo, & genitura maris. Vt primus modus est falsus, secundus videtur ferè impossibilis: cum sit impossibile vnam formam habere partes, quarum quædam sint in vna materia, aliæ in alia materia, multo minus habeat plura agentia. Auer. 1. de ge. ani. c. 20. c. 215. col. 4.

Potentia multipliciter dicitur: est enim in substantia, alteratione; & vbi, & nulla harum existit in cœlo nisi potentia in loco. Auer. in 12. metaph. tex. com. 41. c. 152.

Potentia, aliæ sunt in animatis, aliæ sunt in inanimatis, & aliæ agunt per naturam, aliæ per desiderium, & electionem: etiam harum quædam habent intellectum, quædam non: & quæ non habent intellectum, nec desiderium, possunt operari per se vnum contrarium tantum. Auer. in epitom. metaph. trac. 3. char. 126. col. 4.

Potentia, & possibile æquiuoce dicuntur ad potentiam actiuam, & passiuam; & ideo aliquid agere dicimus, quod est in ipso actu, & aliquid, quod non est in actu, sed forsitan erit; & aliud possibile, quod est secundum potentiam actiuam, quæ actu est, & in perpetuis, & in corruptibilibus, & possibile, quod in actu sequitur necessarium. Alb. mag. in perih. ch. 95. col. 4.

Potentia aliquid esse multipliciter dicitur: nam aliquid est in potentia nō ad esse simpliciter, sed ad esse secundum accidens, vt id, quod potest esse album, & est ni-

gram. Et aliud in potentia, nec ad esse primum, quod est substantiale, nec ad esse secundū, quod est accidentale; sed potius ad hoc, quod aliquid extra per aliquem modum se habet ad ipsum, vt potentia ad vbi, vel ad situm. Alb. mag. in 3. phy. trac. 1. cap. 2. char. 30. col. 2.

Potentia sciendi iuxta Peripateticos duplex est: remota, & propinqua. Remota dicitur propter priuationem præparationis ad sciendum, id est, cum nullo modo habet habitum. Propinqua, cum habet habitum secundum quod intellectus est in potentia in phantasmate. Alber. mag. in 3. de anima. trac. 2. cap. 8. char. 37. col. 4.

Potentia passiuæ duplex; quædam ex sua vi non est, nisi subiectum & receptionis causa: quædam est, & causa, & subiectum, & receptionis, & transmutationis. Alber. mag. in 3. de anima. tract. 2. cap. 16. c. 40. col. 3.

Potentia duplex, actiua, & passiuæ. Passiuæ esse nō potest in primo principio: quia est transmutationis principium ab alio, quod est aliud. Actiua in ipso est principium transmutationis in aliud, secundum quod aliud est: & hæc sex modis omnipotentia est. Primo ex radice, quia omnium principium est. Secundo ex virtute, quæ est finis potentia. Tertio, quod omnia, quæ intellectu capi possunt, sub sua potentia restringit, & coerces. Quarto, quod sic potentiam habet, vt nihil impossibile sit admittum: ideo nihil potentia suæ obuiare potest. Quinto, quod per obiecta non terminatur eius potentia. Sexto, quia in se, & in omnibus alijs potest, & ab ipsius potentia segregantur tria; priuatiua, materialia, & mala. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. a prima causa. l. 1. tract. 2. cap. 3. ch. 193. col. 3.

Potentiæ alia est actiua, alia passiuæ; & actiuarum alia cum ratione, alia sine ratione: & illa, quæ est, sine ratione, non agit, nisi cum appropinquet passiuo, in quod agit, & cum illi non appropinquet, est in habitu, & sic est ante actum, & cum ex tali potentia efficitur actu agens, non mouetur de forma ad formam; sed in eandem formam, in qua est, agit: & non fit mutatio in ea, sed in patiente, quod appropinquet ei; cum non fuerit ante propinquum, & tangens. Albertus magnus in 9. metaph. tract. 2. cap. 1. char. 178. col. 2.

Potentia esse dupliciter dicitur. Vno modo, cum non habet principium operationis. Alio modo, cum habet quidem, sed non operatur secundum ipsum. D. Tho. in 2. de ani. l. 2. tex. 10. char. 22. col. 1.

Potentia aliæ sunt possibles secundum rationem, & hæc sunt potentia rationales. Aliæ sunt possibles non secundum rationem, & hæc potentia sunt irrationales. D. Thom. 9. metaph. lec. 4. tex. 10. char. 643.

Potentia intellectiua duobus modis considerari potest: primo vt natura; alio modo, vt ratio. Et primo modo est apta nata potentia intellectiua habere notitiā principiorum: acquiruntur. n. naturaliter, id est sine discursu notitia principiorum: ad præsentiam. n. obiecti per virtutem luminis naturalis mouetur ab ipso obiecto, in qua motione anima concipit notitiam terminorum. Secundo modo est apta nata habere notitiam conclusionum via discursiua; ideo conclusiones ab intellectu cognoscuntur, vt ratio est, non vt natura. Alexander de Ales in 4. metaph. tex. 8. char. 83. colum. 4.

Potentia duobus modis accipitur. Vno modo, vt principium motus eliciendi actum quocunq; modo eliciatur, siue faciliter, siue difficulter; & sic habitus non est potentia. Secundo dicitur facultas eliciendi actum, & sic habitus potentia est. Alex. de Ales in 9. met. tex. 9. c. 265. col. 1.

Potentia aliquid esse duobus intelligitur modis. Primo in potentia essentiali ad formam; & ad operationem formæ; vt graue ad leue, & ad locum sursum. Secundo in potentia accidentali, cum habens formam in actu est in potentia ad operationem, vt cum graue in actu habet potentiam ad locum deorsum. Petrus de Aluer. in 4. de cœlo. l. 2. tex. 23. char. 75. colum. 1.

y Poten-

Potentiam finitam necesse est, & tempus esse finitum, Arist. phy. 8. su. 4. tex. 9. cap. 1. char. 238.
Potentia dicitur, principium motus, aut mutationis in altero, aut pro vt alterum est; alia vero ab altero, vt alterum est, mouetur secundum quam quod patitur aliquid: quia, si pati potest, dicimus pati posse quandoque non secundum omnem passionem; sed si ad melius, & in principium faciendi aliquid bene, & secundum electionem facientis. Arist. 5. metaph. ca. 12. te. 17. c. 100.
Potentia dicuntur habitus quicunque, secundum quos impossibilia, & immutabilia, aut non facile in peius mobilia reducuntur. Aristot. 5. metaphysic. cap. 12. text. 17. char. 100.
Potens dicitur, quod habet principium motus, aut mutationis; alio modo si ab eo aliquid talem habet potestatem: & quod habet potentiam permutari in quo libet, siue in peius, siue in melius: & quod non habet potestatem, aut principium in alio, vt esse alterius corruptiuium: & ea omnia aut ex solo accidente fieri, aut non bene. Arist. 5. metaph. cap. 12. tex. 17. c. 102.
Potentia omni, & omnibus modis potentia impotentia opponitur. Arist. 5. metaph. cap. 12. tex. 17. c. 102.
Potentia omnes modi reducuntur ad vnam primam; & ea est in principium mutationis in alio vt aliud. Arist. 5. metaph. cap. 12. tex. 17. ch. 103.
Potentia dicitur habitus impossibilitatis, eiusque in deterius, & corruptionis ab alio, in quantum aliud est a principio transmutationis. Aristot. 9. metaphysic. ex summ. 1. cap. 2. tex. 2. char. 175.
Potentia, & impotentia sunt respectu eiusdem. Arist. 9. metaph. ex summ. 1. cap. 2. tex. 2. ch. 125.
Potentia ad hoc, hoc esse dicitur, quod potest reduci ad fieri per vnicam motionem, nullo exteriore prohibente. Arist. 9. metaph. ex summ. 1. cap. 2. tex. 12. c. 183.
Potentia omnis simul est contradictionis. Arist. 9. metaph. cap. 4. tex. 17. ch. 187.
Potentia quod est, contungit non esse. Arist. 12. metaph. sum. 2. cap. 1. tex. 30. char. 251.
Potentia sunt, quibus affici dicimus, vt miserescere, & ignoscere. Arist. mag. mor. 1. cap. 8. c. 282.
Potentiam alicuius habere est nondum in illo esse; sed posse in illum mutari, & quod in aliquid mutatur ex aliquo contrario illi mutatur, inter medium enim semper contrarium est. Alex. aphr. in 2. nat. q. cap. 15. ch. 8.
Potentia omnis est quasi materia. Alex. aphr. in 1. metaph. vel 12. com. 24. ch. 295. col. 2.
Potentia id dicitur, quod imperfectum est. Ammon. in Porph. char. 11. col. 2.
Potentia omnis, ac omnis aptitudo transmutandi in quodcumque, non dicitur qualitas secundum secundam qualitatis speciem, sed solum ea, quæ dicitur in actualem qualitatem. Simp. in præd. c. 64.
Potentia materialis est ea, quæ iam præcedit, & principalis, & faciendū aliquid facile, vel pati. Sim. in præd. c. 65.
Potentia sunt meliorum, quorum initio natura maxime pollet: impotentia deteriorum. Simp. in præd. ch. 65.
Potentia media ab imperfecto ad perfectum progreditur, quæ potentia suscipit complementum ab ipso perfectissimo, quod postremo aduenit. Sim. in præd. c. 65.
Potentia est conductrix extremorum, & præbens viam vt a deterioribus ad meliora res proficiantur, ac preparationem, & occasionem ingerit, vt perfectionem consequantur. Simp. in præd. ch. 66.
Potentia, quæ est secundum naturam, est maxime diuidens. Simp. in præd. ch. 66.
Potentia est præparatio perfecta substantiæ, & idoneitas quædam non prohibita, quæ actum, vel operationem ad agendum deducere potest. Simp. in 3. physicor. char. 141. col. 2.

Potentia esse est aptitudo quædam imperfecta ad id, ad quod dicitur esse in potentia, accipiens id, quod est actu ab alio, & non a seipsa recipiens. Simp. in 3. phys. char. 141. col. 2.
Potentia in diuisione est, eo quod semper aliquid minus accipi potest: non quia accipietur ab quando minimū. Simp. in 3. phy. tex. 69. c. 182. col. 1.
Potentia infinita est, non actus, vt etiam diuisio potentia infinitum habet: quia quod diuiditur, in infinitum potest diuidi: sed non, quia aliquando fit diuisum in infinitum actu. Simp. in 6. phy. tex. 53. c. 353. col. 2.
Potentia mensuræ concurrunt ad actionem, & affectionem qualitatum contrariarum. Simp. in 8. physicor. tex. 13. char. 113. col. 2.
Potentia, quod est diuisibile, nulla pars est per se: quod vero non est per se, neque seipso mobile erit: sed quædiu diuisum erit, mutatur natura, & actu fit. Simp. in 8. physico. char. 441. col. 2.
Potentia esse, & in potentia esse differunt. Ioan. gram. in 1. de anim. tex. 6. char. 7. col. 3.
Potentia, qua aqua est aer, & qua aer est aqua non dicitur in eis eodem modo: aqua enim causata est in potentia primitus, & prima intentione, vt fit aer; aer vero est quasi in potentia propter formam materiam & causa quasi in hoc est, quod aer est perfectio aquæ: quia continens est nobilior contento secundum hoc: & aqua, est quasi priuatio, & aer quasi forma, & alterum quasi generatio; & alterum quasi corruptio. Auer. in phy. 4. c. 68. 149. col. 2.
Potentia corporum sequuntur magnitudines eorum. Auer. 1. de celo. tex. 35. ch. 12. col. 3.
Potentia corporum infinitorum sunt infinita, & finitorum finita. Auer. 1. de celo. c. 23. te. 71. col. 4.
Potentia ad non esse quod caret, impossibile est, vt in aliquo tempore sit non ens. Auerro. prim. de celo. cap. 37. tex. 120. col. 4.
Potentia ad aliquod esse non est infinita in præterito tempore; cum fuit accepta in loco propinquo generationis; sed finita ex duobus extremis. Auer. 1. de celo. c. 38. t. 120. col. 4.
Potentia infinita impossibile est, vt ponantur in præterito absque futuro: vel in futuro absque præterito nisi potentia infinita adhærent supra se, quod est impossibile. Auer. 1. de celo. c. 43. te. 133. col. 1.
Potentia nulla est ad præteritum. Auer. 1. de celo. c. 44. tex. 138. col. 3.
Potentia moti necessario est opposita potentia motoris. Auer. 2. de celo. c. 68. te. 71. col. 2.
Potentia præcedens elementorum motum non est in elemento, nisi violente, sed in ea re, & qua fit, vt potentia ad motum ignis in loco non est in igne; sed in illo, ex quo fit ignis; vt in oleo, vel ligno. Auer. 4. de celo. c. 116. te. 24. col. 4.
Potentia sunt tot, quot impotentia. Auer. in 5. metaph. tex. comm. 17. char. 58.
Potentia non est in simplici, & illud, in quo est potentia, est compositum. Auer. in 9. metaph. tex. co. 2. ch. 107.
Potentia est aliud ab actu, & ante actum. Auer. in 9. metaph. tex. comm. 6. char. 103.
Potentiam qui negant, negant primam materiam, & omnes motus, & omnes artes, quæ agunt per cogitationem. Auer. in 9. metaph. tex. comm. 6. c. 203.
Potentia, de qua hoc in loco intelligit Aristoteles, est illa, quæ est principium motus omnis habentis motum, & quietis omnis habentis quietem, & per motum transmutationem, & per quietem priuationem transmutationis. Auer. in 9. metaph. tex. co. 12. c. 112.
Potentia non est in æternis, sed in generabilibus reperit tantum. Auer. in 9. metaph. te. com. 17. c. 115.
Potentia ad generationem, & corruptionem inferiorum est in corporibus celestibus. Auer. in 9. meta. te. co. 18. c. 114. Potent-

Potentiam esse non indiget demonstratione. Auer. in 12. metaph. tex. commen. 9. char. 139.
Potentiarum numerus est sicut numerus specierum entium generabilium. Auer. in 12. metaph. co. 11. c. 140.
Potentia omnis in materia est infinita. Auerroes in 12. metaph. tex. com. 41. char. 152.
Potentia nomen, quod plurimū fit in scientijs, est, quod est aptum inueniri post hoc in actu, & hæc potentia est, quæ dicitur de materia. Auer. in epitom. metaph. tract. 1. char. 171. col. 1.
Potentia, quod est ad aliquid, siue mouens, siue mobile, possibile est ipsum esse, & non esse: cum hoc sit de natura possibilis, & potentia. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. char. 178. col. 1.
Potentia est in causa priuationis, quæ est ipsum malum: ergo quæ non habent potentiam, non habent malum. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. c. 178. col. 2.
Potentia quod est, est tanquam id, quod non est. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 10. col. 1.
Potentia quod est, non generatur, nec corrumpitur. Auer. de anim. beatitud. cap. 2. ch. 64. col. 3.
Potentia quidquid est ad aliquid, indubitanter accidit in actu aliquo tempore; & hoc specie, vel genere. Auer. de anim. beatitu. cap. 3. char. 65. col. 1.
Potentia est quædam imperfectio: actus perfectio. Boet. in lib. de interpret. char. 452.
Potentia omnis, qua aliquid possibile est, oppositorum est. Alb. mag. in perihel. ch. 93. col. 4.
Potentia vbi non est exiens ad actum, ibi non est materia. Alb. mag. in 1. phys. ex 3. trac. cap. 11. ch. 12. col. 2.
Potentia est quali differentia substantialis in materia, quæ ipsam distinguit, & a forma, & a composito. Alb. mag. in pri. de celo. trac. 1. cap. 4. c. 14. col. 2.
Potentia est passionis principium, actus actionis. Albert. mag. de gener. & corrupt. trac. 5. cap. 20. char. 69. col. 4.
Potentia vna diuersarum potentialium nunquam esse potest. Alb. mag. in 1. de ani. trac. 2. cap. 15. char. 11. col. 3.
Potentia, cui non inest contrarium, nec inchoatio receptionis. Albertus magnus in tert. de anima trac. 2. cap. 17. char. 40. col. 3.
Potentia nulla in nobis est ad scientiam; sed ad formas imaginationis, & de illis est scientia: intellectus possibilis, quod potentia est omnia scibilia, non est in nobis secundum Auerroistas: igitur non est in nobis potentia ad discendum: ergo neque erimus scientes secundum actum: non enim esse possumus id, cuius potentia in nobis non est, & esse error Heracliti. Alber. mag. contra Auer. de vnit. intell. cap. 5. ch. 82. col. 3.
Potentia nulla ex se perfecta est; sed oportet, vt habitu, vel naturali, vel acquisito perficiatur ad agendum: quod intelligendum est de potentijs materialibus possibilibus, non de actiuis; quæ semper perfectæ sunt. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 7. ch. 5. col. 3.
Potentia inferior in omni toto potestatis ordinatur ad superiorem: nec habet vltimum, & optimum, nisi in summo illo, quo superiorē attingit, quod patet tam in ciuilibus, quam in naturalibus. Albertus mag. ethic. 6. tract. 1. cap. 3. char. 69. col. 3.
Potentia particularis est indigere materia ad agendum: non autem potentia diminuta. Diuus Thomas in 8. physic. lec. 2. tex. 4. char. 19. col. 4.
Potentia vnita maior est, quam potetia diuisa. D. Thom. in 8. phys. l. 2. tex. 79. char. 146. col. 3.
Potentia immateriales, quanto minus sunt contractæ per applicationem ad materiam, tanto sunt perfectiores, & vniuersaliores. Diuus Thomas 8. physicor. lect. 21. text. 79. char. 147. col. 3.
Potentia omnis, quæ non est in magnitudine, mouet per intellectum. D. Tho. in 8. phys. l. 21. te. 79. c. 147. col. 3.
Potentia nulla, quæ est in magnitudine, mouet, vt intelli-

gens. D. Thomas in 8. phys. l. 21. tex. 79. ch. 147. col. 3.
Potentia omnis passiuæ, & omnis passio per materiam, & omnis actio est per formam. Diuus Thomas in pri. de gener. & corru. l. 20. text. 55. ch. 18. col. 2.
Potentia est, quasi forma organi. Diuus Thomas in 2. de anima. l. 24. tex. 122. char. 46. col. 1.
Potentia quod est ad aliquid, & receptiuum eius, caret eo, ad quod est potentia, & cuius receptiuum. D. Tho. in 3. de ani. l. 7. tex. 5. ch. 55. col. 1.
Potentia passiuæ est in patiente: quia patiens patitur propter aliquod principium in eo existens, & huiusmodi est materia. D. Tho. 9. metaph. l. 1. text. 2. ch. 630.
Potentia passiuæ nihil aliud est, quam principium patienti ab alio. D. Thom. ibid. ch. 631.
Potentia actiuæ est in agente: & quia potentia actiuæ, & passiuæ in diuersis sunt: ideo nihil patitur a seipso, in quantum ad aliquid est aptum agere, vel pati; sed per accidens aliquid contingit pati a seipso. Idem ibidem.
Potentiam bene faciendi sequitur potetia patienti: non autem contra. Idem ibidem. l. 2. tex. 4. char. 636.
Potentia apprehensiuæ operatio est, secundum quam res apprehensa est in apprehendente per modum apprehendentis. D. Thom. 2. ethic. l. 5. char. 26. col. 4.
Potentia appetitiuæ operatio est, secundum quam appetens inclinatur ad appetibile. D. Thom. ibidem.
Potentia est sine actu potentia cum priuatione, quæ facit rationem mali, vt perfectio, quæ est per actum, facit rationem boni. D. Thom. ethic. 9. l. 11. c. 162. col. 2.
Potentia est gratia actus in eodē genere, & imperfectius perfectio. D. Thom. 7. polit. l. 2. r. char. 117. col. 3.
Potentia vnus eodem indiuisibili tempore fit vna operatio: quia vnus rei non potest esse simul, nisi vnus actus, & vnus motus. Diuus Thomas de sens. & sens. lect. 17. char. 21. col. 3.
Potentia diuersæ vbicunque sunt ordinatæ, inferior potentia comparatur ad superiorem per modum instrumenti: quia superior inferiorem mouet. D. Thomas de sens. & sens. l. 19. char. 23. col. 3.
Potentia vna est circa vnum formaliter, & circa plura materialiter. Alex. de Ales 11. metaph. tex. 1. c. 305. col. 1.
Potentia solum infinita ex nihilo potest creare aliquid. Alex. de Ales 11. metaph. tex. 41. ch. 346. col. 3.
Potentia mensurari debet non solum penes actum, sed penes modum agendi. Alexander de Ales 11. metaph. text. 41. char. 346. col. 3.
Potentia passiuæ omnis appetit naturaliter coniungi suo actiuo: cupit enim perfici, quod, nisi sui actiuo conjunctione, fieri potest. Alexander de Ales in prim. metaphysicor. char. 2. col. 2.
Potentia omnis, & maxime visua, siue intellectiua habet obiectum materiale, & formale; materiale est omne illud, quod intelligitur, formale est ratio intelligendi. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 3. col. 3.
Potentia ambitus formatur secundum ambitum formalitatis in obiecto. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 3. col. 4.
Potentiam dicere verum, & verum esse in aliqua potentia diffinitur, quia sensus verus est in proprio obiecto; non tamen dicit verum, vel falsum. Alexander de Ales in 4. metaph. tex. 24. ch. 96. col. 3.
Potentia actiuæ ratio est in mouere aliud: passiuæ in moueri ab alio. Alex. de Ales in 5. meta. tex. 5. c. 110. col. 3.
Potentia quod est ad aliquid, non est illud. Alexander de Ales in 5. metaph. tex. 14. ch. 122. col. 2.
Potentia vera, & in rei veritate est in rebus mobilibus: ergo in mathematica non abstrahat a motu, & a materia, vbi non est proprie potentia passiuæ, non est vera, & in rei veritate potentia. Alexander de Ales in 5. metaph. tex. 17. ch. 132. col. 4.
Potentia prima primo trahit ad esse, secundum quod impossibile est: quia semper supponit esse simpliciter. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 7. ch. 159. col. 4.

Potentia fundatur super materiam. Alexan. de ales in 7. metaph. tex. 22. ch. 206. col. 2.
Potentia proprie illud est ad aliquid, quod vnica mutatione, & per vnum agens potest reduci ad illud. Alex. de ales in 9. metaph. trac. 1. 2. c. 267. col. 4.
Potentia est vniuersalior, quam natura, ita vt natura est quedam species potentia. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 13. ch. 269. col. 1.

Potentia, ut naturalis.

Potentia naturalis cur natiua, & insita sint, animalibus vero aduentitia habeantur? quonia naturalis, id est attractoria, retentoria, immutatoria, ad ipsam viuendi p̄tinet rationē; aīales vero, & sensiles, & morales ad bene viuendū, non commode plane adsunt: nisi. n. alantur, intereūt mēbra. Ale. aph. prob. 2. nu. 61. c. 746.
Potentia rerum contrariarum sunt contraria. Auerr. in 3. phy. tex. 10. char. 42. col. 3.
Potentia, & in potentia naturaliter non est qualitas alterabilis, quia est forma, & formæ non sunt alteratio, sed sequuntur alterationē. Auer. in 7. phy. t. 20. c. 147. c. 4.
Potentia naturalis non potest esse coniuncta cum forma, quæ est in actu: alioqui duo contraria essent in eodem subiecto, & in eodem tempore. Auer. in 8. phy. tex. 4. char. 155. col. 2.
Potentia, & impotentia naturalis in physicis non numerantur inter species qualitatis in actu, & istæ præparaciones potentia non qualitatis in actu consequuntur qualitates substantiales, & in quantum sunt potentia, numerantur eas Aristoteles inter potentias; & in quantum sunt præparaciones, sunt priuationes. Auer. in 5. metaph. tex. co. 19. ch. 60.
Potentia naturalis de necessitate cum obuiant suis possibilibus, agunt. Auer. in epit. metaph. trac. 3. c. 176. c. 4.
Potentia naturalis dicitur, non secundū præsentē actū; sed iuxta id, quod esse potest. Boeth. in præd. ch. 180.
Potentia naturalis, & si sunt accidentia, quia esse rei cōsequuntur; tamē non sunt accidentia per accidens: sed sunt accidentia per se, & manant de substantialibus. Alb. mag. in 7. phy. trac. 1. cap. 5. ch. 84. col. 2.
Potentia naturalis omnis oritur ex victoria formæ super materiam; & impotentia ex victoria materię super formam. Alb. mag. in 7. phy. trac. 1. cap. 5. c. 84. col. 2.
Potentia naturalis superioris opus nobilius est in ipsa, quam in inferiori. Alber. Magn. in 2. de anim. tracta. 1. cap. 11. char. 16. colum. 2.
Potentia naturalis ad esse, vel ad bene esse prouenit ex victoria formæ supra materiam: & illi opposita naturalis impotentia prouenit ex victoria materię supra formam, vel ex destitutiōe alicuius principij formalis. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 12. c. 106. col. 4.

Potentia, ut ad actum, & passionem refertur.

Potentia cuius est, eius etiam est actus. Arist. de somn. & vig. cap. 1. char. 47.
Potentia eadem si duo ferantur, & hoc plus repellatur, illud minus tardius, moueri id, quod plus repellit, rationi consentaneum est. Arist. q. mechan. q. 1. ch. 779.
Potentia prior est actu, quod simpliciter est falsum, licet verum, quod potentia præcedat actum in eodem numero. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 8. tex. 19. c. 58.
Potentia, & actus simpliciter, in pluribus dicitur, quam potentia, & actus secundum motum. Arist. 9. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 1. c. 174.
Potentia actiua est quoddam principium, ad quod omnes alia potentia reducuntur: & est principium transmutationis in aliud, secundum quod aliud est. Aristot. 9. metaph. cap. 2. tex. 2. ch. 175.
Potentia passiuia est, quæ est in ipso patiente principium

mutationis passiuæ ab alio, in quantum aliud est. Arist. 9. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 2. c. 175.
Potentia, & actus diuersa sunt: & potentia præcedit actum: ita vt possibile est aliquid, quod adhuc non est. Arist. 9. metaph. ex su. 1. cap. 4. tex. 7. c. 178.
Potentiam priorem actu esse existimare est bene, scilicet in eodem numero: & est non bene, id est, in diuersis, in quibus actus præcedit potentiam. Arist. 12. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 32. char. 251.
Potentia quorum eadem est, & actus idem. Alex. aph. in 2. natur. quæst. cap. 15. ch. 8.
Potentia eadem est contrariorum: non quod eadem potentia ambulat, & quiescit; sed quod habet aptitudinē ad vnum contrarium, habet & ad reliquum. Alex. aph. in 2. nat. quæst. cap. 15. char. 8.
Potentias dicere contrarias non necesse est: quia contrariorum potentia simul sunt in eo, quod potest ipsa, cum actu in neutro ipsorum aliquo pacto fuerit. Ale. aph. in 2. natur. q. cap. 15. char. 8.
Potentia, & generatio per actum sunt. Alex. aphro. in 8. metaph. vel 9. co. 15. ch. 240. col. 2.
Potentia, quæ ad actum perducitur non potest, inanis est. Ammo. in præd. char. 40.
Potentia, quæ ad actum perducitur non potest, extremum in rerum natura locum obtinet. Ammon. in libr. de interpr. ch. art. 140.
Potentia, & actus cum sint æquiuoca, sub nullo prædicamento reducuntur, in omnibus enim sunt: & ita motus, & via a potentia ad actum in nullo erit. Simplic. in prædicament. char. 16.
Potentia in actione consideratur, impotentia in passione. Simplic. in prædicament. char. 61.
Potentia, quod est solum, nihil substat: quia omne, quod potentia est aliquid ens, habet potentiam in ipso imperfectam, qua potest aliquid aliud præter se assumere. Simp. in 3. phy. tex. 3. char. 140. col. 2.
Potentia quod est, ne frustra sit, mutatur in actum. Simp. in 3. phy. tex. 11. char. 151. col. 2.
Potentia omne quod est, ad actum reducitur, nisi sit id, quod est frustra. Simplicius in 3. physicorum; text. 57. char. 176. colum. 1.
Potentia omne quod est, actu fieri potest. Simp. in 8. phy. tex. 69. char. 461. colum. 1.
Potentia omnis est alicuius actus potentia. Simp. in 1. de cel. tex. 120. com. 105. char. 49. col. 4.
Potentia id dicimus esse, quod ad actum reduci potest. Simp. in 1. de cel. tex. 132. co. 127. c. 53. col. 2.
Potentia æquales a se inuicem non patiuntur. Michael ephes. de animalium motu. char. 46. col. 4.
Potentia coniuncta rationi potest contraria agere, vt homo ambulare, non ambulare. Auerro. in perih. lib. 2. cap. 3. char. 49. colum. 4.
Potentia non coniuncta rationi, vnum tantum contrarium agere potest, vt ignis calefacit. Auer. in perih. lib. 2. cap. 3. char. 49. col. 4.
Potentia agendi duo contraria cum erit eadem, non facit alterum eorum. Auerro. in 8. physicor. sum. 1. text. 8. chart. 156. colum. 4.
Potentia quod est, nec mouet, nec mouetur, sed quæ mouetur, actu esse oportet. Aue. in 8. phy. t. 30. c. 167. c. 2.
Potentia essentialis ad hoc, vt exeat in actum, indiget agente essentialiter, sed potentia accidentalis non indiget agente, nisi per accidens. Auer. in 8. physic. tex. 102. char. 168. colum. 3.
Potentia quod est aliquid, necessario exhibit in actum; alioquin natura ageret ociose. Auerr. in 8. physic. tex. 64. chart. 184. colum. 1.
Potentia mouens animal non diuiditur in alijs membris, nisi quia primo diuiditur in corde. Auerro. 2. de celo. tex. 71. char. 68. colum. 3.
Potentia actiua, vt diffinitur per maximum suæ actiua-

nis, sic per maximum tempus suæ inuentionis diffinitur potest passiuæ. Auer. 1. de cel. t. 118. c. 133. col. 1.
Potentia, & actus differunt valde, & multum opponuntur. Auer. 1. de ani. tex. 6. c. 109. col. 3.
Potentiam eandem actuam, vel passiuam habentes impossibile est dare duas res ad generationem vnius rei. Auer. 1. de gener. ani. cap. 20. ch. 215. col. 3.
Potentia quod est, non exit in actum, nisi ab aliquo extrahente suæ speciei, vel generis. Auerroes in 7. metaph. tex. comen. 3. char. 85.
Potentia primæ materię accipitur in definitione omnis potentia passiuæ: & similiter in definitione omnis potentia actiuæ accipitur definitio actionis primæ formæ, quæ est absoluta a materia. Auerro. in 9. metaph. tex. comen. 2. char. 107.
Potentia si præcederet actum, tunc res moueretur ex se sine motore. Auer. in 12. metaph. tex. com. 32. ch. 148.
Potentia per aliud intelligitur: actus per se. Auerroes in 12. metaph. tex. com. 37. char. 150.
Potentia dicitur bona, vel mala in cōparatione ad actum. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. char. 178. col. 2.
Potentia sola formabilis est per actum. Albertus magnus in prædicab. char. 22. colum. 3.
Potentia omnis actiua non conuertitur in passiuam; sed solum illa, quæ patiens habet proportionatum. Alber. mag. in 1. de cel. tract. 3. cap. 2. char. 16. col. 1.
Potentia motus sursum non præcedit motum sursum in eodem secundum formam; sed in eodem secundum materiam. Albertus magnus in quarto de celo. tracta. 2. cap. 2. char. 56. colum. 1.
Potentia cuius est, eiusdem est actus. Alber. mag. de somn. & vig. lib. 2. trac. 1. cap. 1. char. 3. col. 3.
Potentia actiuæ sunt factiuæ formarum, & motiuæ: passiuæ autem sunt receptiuæ formarum. Alb. mag. in 1. de ani. trac. 1. cap. 5. char. 2. col. 2.
Potentia omnis, qua est aliquid fieri, si debeat esse aliquid in natura, necesse est, quod sit per formam dantem esse illi rei naturali distincta, & determinata. Alb. mag. in pri. de ani. trac. 2. cap. 9. char. 8. col. 3.
Potentia omnis receptiua potest operari, cum reducta fuerit ad actum. Albertus magnus in tertio de anima. cap. 5. char. 40. colum. 1.
Potentia actiuæ nihil similitudinis cum passiuis habentes sunt, nutritiua, augmentatiua, & generatiua, quæ secundum naturam sunt potentia propriæ: eo quod speculatio naturalis incipit a magis commune, & deuenit in particulare terminatum. Alb. mag. de nutrim. & nutri. trac. 1. cap. 1. char. 63. col. 3.
Potentia passiuorum ex suis actiuis definiri debent, & determinari. Albertus magnus de nutrimen. & nutri. trac. 1. cap. 1. char. 63. colum. 3.
Potentia omnis diuersitas prouenit ab eo, quod est in potentia passiuia entis in potentia ens, & ab eo, quod est ens actu: quia potentia passiuia est entis in potentia: & potentia actiua est entis in actu. Alb. mag. in 5. meta. trac. 2. cap. 12. char. 106. colum. 3.
Potentia omnis præcedit actum: ideo ad aliquid relinquit subiectum, in quo potentia radicatur: & ex quo pendet inceptio eius, quod est in potentia: hoc autem fit altero duorum modorum. Aut enim subiectum potentia est ens in se completum per dispositiones aduenientes, causans id, quod est in potentia eductum ad effectum; & sic accidens est in potetia subiecti. Aut subiectum potentia est ens incompletum transmutatione sui eductum ad effectum: & hoc vocatur proprie possibile. Et hoc est duobus modis: aut est ex subiecto, vel cum subiecto incipiēs id, quod possibile esse dicitur. Primo modo, vt forma corporum. Secundo, vt inceptio animæ rationalis. Alber. mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 16. char. 107. col. 4.
Potentia quocumque est, reducitur ad actum per id, quod

est actu ens. Diuus Thomas in secun. physic. lect. 10. text. 69. char. 26. colum. 3.
Potentia, & actus non distinguunt genera entium, sed in omnibus generibus reperiuntur. D. Thom. in 3. phys. lect. 1. text. 3. char. 3. 1. colum. 4.
Potentia non est in materia prima, nisi ad terminatam, quantitatem. D. Tho. in 3. phy. l. 1. 2. te. 69. c. 44. col. 2.
Potentia, quod reducitur ad actum, nisi per id, quod actu est. D. Tho. in 8. phys. l. 10. tex. 4. char. 131. col. 4.
Potentia omnis actiua est secundum aliquam formam. D. Thom. in 8. phys. l. 2. 1. te. 29. ch. 147. col. 3.
Potentia secundum id, quod est, importat habitudinem quandam ad actum: est enim principium quoddam agendi, vel patendi. Diuus Thom. in secun. de anima. lect. 6. tex. 33. char. 27. colum. 1.
Potentia nil aliud est, quam quidam ordo ad actum. D. Tho. in 2. de anima. l. 1. 1. tex. 57. c. 32. col. 1.
Potentia vniuersaliusque ratio consistit in habitudine ad proprium obiectum. Diuus Thomas in 2. de anima. lect. 13. tex. 64. char. 33. colum. 5.
Potentia vna non potest esse actiua, & passiuia. D. Thom. in 3. de anima. lect. 3. tex. 129. ch. 51. col. 1.
Potentia proprietates ex qualitate actus cognoscitur. D. Tho. in 3. de anima. l. 7. tex. 1. c. 54. col. 4.
Potentia non finitur, nisi per actum. Diuus Thomas in 4. metaph. lect. 8. tex. 15. char. 218.
Potentia, & actus, vt plurimum dicuntur in his, quæ sunt in motu, & dicuntur etiam, vt sequuntur ens commune; vnde, & in rebus intelligibilibus inuenitur potentia, & actus. D. Thom. in 9. metaph. l. 1. tex. 1. c. 628.
Potentia omnis realis reducitur ad potentiam actiuam. D. Tho. 9. metaph. l. 1. tex. 2. ch. 630.
Potentia omni respondet aliquis actus. D. Thomas 11. metaph. lect. 9. char. 797.
Potentia etsi in eodem præcedit actum, æqualiter tamē, siue vniuersaliter, & simpliciter actus præcedit potentiam: quia ens in potentia dependet ab ente in actu. Alexan. de Ales in 2. metaph. text. 29. char. 339. col. 1.
Potentia actiua in se habet quicquid est in potentia passiuia secundum aliquem modum prioritatis. Alexan. de Ales in pri. metaph. c. 14. colum. 1.
Potentia omnis actiua perficit passiuam. Alexan. de Ales in secun. metaph. char. 41. colum. 3.
Potentia esse est esse secundum quid, actu esse simpliciter. Alex. de Ales in 7. metaph. ch. 44. col. 4.
Potentia actiua in vno fundatur; quia in agente est: illud autem, ad quod est in potentia actiua, in alio est, vt ædificandi potentia est in ædificante, non in ædificato. Alexan. de Ales in 5. metaph. tex. 17. c. 130. col. 1.
Potentia actiua tota est ex parte generantis: passiuia vero ex parte geniti. Alexander de Ales in 5. metaph. text. 17. char. 130. colum. 4.
Potentia actiuæ ratio est, vt habeat perfectionem; quam agere debet: de obiecti autem potentia actiuæ ratione est ipsum passibile, vel ipsum passum, quod non habeat perfectionem illam; sed habere possit. Alexan. de Ales in 5. metaph. tex. 17. ch. 130. col. 3.
Potentia actiua, & passiuia æquiuocē est potentia: quia actiua semper ex hoc est, quod habet aliquid: potentia passiuia, ex hoc quod aliquo priuatur: quia priuatio, siue materia principij in est passionis. Alexand. de Ales in 5. metaph. tex. 17. ch. 131. col. 3.
Potentia passiuia, & priuatio ad omne corrumpi concurrunt. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 17. ch. 131. col. 3.
Potentia passiuia aliquo modo vocari potest dispositio, & habitus materię. Alexander de Ales in 5. metaph. tex. 17. char. 131. colum. 3.
Potentia passiuia proprie vocatur, quæ per motum, & mutationem proprie deducitur ad actum. Alexan. de Ales in 5. metaph. tex. 17. ch. 132. col. 4.
Potentia actiua est, quod est principium mouendi in-

aliud, secundum quod aliud. Alex. de ales in 5. metaph. ph. tex. 17. ch. 132. col. 4.
Potentia aliqua separare potest actum inhaerendi, potentia scilicet diuina. Alexan. de ales in 5. metaphysic. char. 185. col. 3.
Potentia, & habitus respiciunt eundem actum, sed differenter: quia potentia respicit actum in se: habitus autem, quasi modum actus respicit: quia tam potentia, quam habitus sunt principia eliciendi actum. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 3. c. 261. col. 4.
Potentia generatur ex actibus: ita ut potius potentia facilitas vocari debeat, quam potentia. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 10. c. 265. col. 4.
Potentiam magis præcedere actum verum est, quam actum potentiam. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 10. char. 265. col. 4.
Potentia actiua licet generari ex actibus dicatur: tamen dici non potest potentiam passiuam generari ex actibus. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 10. c. 266. col. 1.
Potentia actiua, & passiu differunt: quia potentia passiu terminatur ad actum primum, & perficitur per illum: potentia vero actiua fundatur super actum primum, id est, super formam. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 11. ch. 262. col. 2.
Potentia actiua, & passiu non possunt reduci ad aliquam perfectionem vniuocam. Alex. de ales in 9. metaphys. tex. 13. ch. 169. col. 2.
Potentia passiu de sui natura ab actu præceditur: aliter autem de potentia actiua. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 14. ch. 270. col. 1.
Potentiam actiuam præcedi ab actu habet solum locum in potentijs actiuis, quæ acquiruntur per actum. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 14. c. 270. col. 1.
Potentia actiua naturali ordine præcedit passiuam. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 14. c. 270. col. 1.
Potentia passiu est ad contradictoria: potentia actiua non. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 12. c. 272. col. 1.

Potentia, vt cognoscuntur, & ut vna.

Potentias ab operationibus, & ab earum existẽtia cognosci non est absurdum. Simp. in præd. c. 73.
Potentia vnitas ex vnitate medij non sequitur, sed potius ex vnitate organi passiu secundum rationem, & proportionem ad suum agens. Alb. mag. in 2. de anim. cap. 31. ch. 29. col. 1.
Potentiam motoris ostendunt duo: velocitas motus, & diuturnitas temporis. D. Thom. in 8. phy. l. 2. i. tex. 78. char. 147. col. 3.

Potentia, vt anima.

Potentia rationales differunt ab irrationalibus: quia potentia irrationales sunt in rebus animatis tantum; & vt hoc faciat, & illud patiat, satis est, vt passiuum, & actiuum vt propinquenter: rationalibus autem est, & requiritur, vt ex electione fiat. Arist. 9. metaph. ex su. i. cap. 6. tex. 10. c. 180.
Potens secundum rationem, necesse est, vt quando desiderat, cuius habet potetiam, & vt habet hoc facere. Ari. ibi.
Potentia rationales, & irrationales ad contradictoria sunt; sed rationales ad mouere, & non mouere; irrationales autem ad esse, & non esse. Arist. 9. metaph. ca. 4. t. 17. c. 188
Potentia rationalis, vt in pluribus, imperat concupiscibili, licet non semper, quandoque contra. Alb. magn. in top. ch. 250. col. 4.
Potens potentia irrationali necessario agit, passiuo appropinquante. D. Thom. in 9. metaph. l. 4. tex. 10. c. 644.
Potentia irrationales sunt, quæ agunt primo motu natura cum quodam impetu. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 1. ch. 260. col. 3.

Potentia rationales vocantur, quæ agunt modo rationis, & non deliberationis, vt potentia intellectiua. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 3. c. 261. col. 4.
Potentia rationalis duobus modis est, vel per essentiam, vel per participationem. Alex. de ales ibid. c. 262. col. 1.
Potentia omnis rationalis per essentiam idem est, quod ratio. Idem ibid.
Potentia actiua, cum nihil aliud sit, quam principium, quo in aliud agimus, diuiditur in potentiam rationalem, & irrationalem. Tho. de Vio in præd. c. 30. col. 4.
Potentia rationalis est, quæ cum ratione, & electione operatur. Tho. de Vio in præd. c. 30. col. 4.
Potentia irrationalis est, quæ operatur non ex ratione, & libertate, sed ex naturali sua dispositione. Tho. de Vio ibid.
Potentia actiua irrationalis non potest duo opposita; sed ordinata est ad vnum oppositum, vt calor potest calefacere, non frigidare. Tho. de Vio ibid.
Potentia rationalis potest in opposita, & contradictorie, & contrarie. Tho. de Vio in præd. c. 30. col. 4.
Potentia actiua irrationalis, præsentem passio, necessario operatur, deductis impedimentis. Tho. de Vio in præd. char. 30. col. 4.
Potentia irrationalis diuiditur in potentiam actiuam, quæ est principium faciendi, & in potentiam passiuam, quæ est principium patendi; & passiu duo opposita recipere potest, non simul: eadem enim materia potest, & calefieri, & frigidari. Thom. de Vio in præd. char. 31. col. 1.

Potentia, vt ad esse, & ad agere.

Potentia omnis mouens in loco, in corpore, cui accidit transmutatio, necesse est, vt eius actio non sit eterna, quia ab alio mouetur, quod intelligendum est de eo, quod est infinitæ rationis in alterum. Auer. in 12. metaph. tex. co. 41. ch. 153.
Potentia mouentes in corporibus sunt duobus modis. Alia in corporibus generabilibus, & corruptibilibus; & hæc impossibile est, vt semper moueant se propter transmutationem earum, & subiecti etiam, ideo accidit eis fessitudo, Alia sunt, vt in corporibus æternis, & hæc possunt semper mouere; cum illud, ad quod mouentur, fuerit non transmutabile aliquo modo transmutationis; & hoc est, quando non fuerit corpus omnino, possunt non mouere semper, si posuerimus illud, ad quod mouentur, id est primum motorem receptibilem transmutationis cuiuscunque modi. Auer. ibid.
Potentia ad esse plus se habet ex parte materia; potentia ad agendum plus se habet ex parte formæ. Alb. magn. in præd. ch. 55. col. 3.
Potentia omnis non est oppositorum: alioquin possibile non sequeretur ad necesse. D. Tho. in 8. phy. lect. 21. tex. 79. c. 148. col. 1.

Potentia, vt differt a potestate.

Potentia a potestate differt; quia potentia ad esse, & non esse indifferens est: potestas autem est potentia stans per actus inchoationem. Alb. mag. in præd. c. 22. col. 2.

Potentia mathematica, & logica.

Potentia in Geometria non dicitur vere potentia, sed secundum metaphoram. Arist. 5. metaph. cap. 12. te. 17. char. 103.
Potentia in Geometricis est transumptiue; sed in rei veritate in rebus mobilibus reperitur. Auer. in 5. metaph. tex. com. 17. char. 58.
Potentia nomine vtuntur Geometre, cum linea est posita super talem lineam, quia eius quadratum mensurat quadratum. Auer. in epit. metaph. trac. 1. c. 171. col. 1.
Potentia

Potentia quod est, nec est par, nec impar, nec incipit, nec finitur. Auer. ex destru. destr. disput. 1. c. 10. col. 1.
Potentia quædam dicitur tantum secundum multitudinem, & sic est in mathematicis. Alexand. de Ales in 9. metaph. tex. 1. char. 260. col. 3.
Potentia mathematica est, quum lineam posse dicimus in quadratum, eo quod in semetipsam ducta quadratum efficit. Tho. de Vio in perih. char. 31. col. 2.
Potentia logica est, qua duos terminos coniungere, seu diuidere absq; contradictione possumus. Idem ibi. col. 3.

Potentia, vt supra naturalis.

Potentia infinita in quo est, illud non est determinatum magis ad vnum tempus, quam ad aliud. Auer. physic. 8. tex. 46. char. 176. col. 3.
Potentia motorum cœlestium, si essent infinitæ in vigore mouendi, non esset proportio inter motorem, & rem motam; & si hoc esset, non esset differentia inter eos, neque esset illic multitudo omnino. Auer. 2. de celo. tex. 38. char. 57. col. 4.
Potentia mouentium separabilium a materia sunt finitæ vno modo, & infinitæ alio modo; sunt enim terminatæ proportionem ad corpora mota, & infinitas non inuenitur in eis, nisi propter æternitatem. Auer. 2. de celo. tex. 38. char. 57. col. 4.
Potentia infinita est, quod non diuiditur nec inuenitur extra ipsam. Alia potentia infinita, quod non diuiditur in duo; itaque vtrunque sit infinitum: quia non inuenitur potentia infinita maior potentia infinita. Auer. 3. de celo. tex. 51. char. 99. col. 4.
Potentia Dei separata ab actu factionis multa potest & infinita: quia potentia infinita est: & ea, quæ potest de illa potentia, frequenter in re fieri non possunt: quia nulla potentia passiu in rebus proportionatur actiua potentia, quæ in Deo est. Alb. Mag. Ethic. 6. trac. 1. cap. 7. char. 70. col. 4.
Potentes minus agunt virtuose, quam populares propter nimias occupationes, & sollicitudines: cum per superbiam, & abundantiam diuitiarum. D. Thom. Ethic. 10. lec. 13. char. 181. col. 1.
Potentia excessus sine discretionem rempublicam corrumpit. D. Thom. 6. polit. lec. 5. char. 95. col. 3.
Potestas nulla a possidente eam subiecto separari potest. Alex. Aphrod. de anima. l. 1. cap. 2. char. 30. col. 3.
Potestates priores in animalibus posteriorum potestatum causæ sunt: aliter potestas est salutis, & essentia causa, & sensibilis cognitrix, & arbitra actiua, impultrisque, & hæc intellectus causa est. Alex. Aphrod. in 1. de anima. cap. 2. char. 39. col. 4.
Potestas nulla in simplicibus, & prima ratione materiae includitur. Them. in 1. phy. tex. 61. char. 19. col. 4.
Potestates, & facultates non sunt vituperandæ, sed electiones. Eustr. 4. Ethic. cap. 7. char. 196.
Potestas, quæ opposita non valet, in solis irrationalibus reperitur, & si non in omnibus. Boet. in lib. de interpret. char. 450.
Potestas minor in maiore eiusdem generis potestate clauditur. Alb. mag. in 1. de ani. trac. 1. cap. 5. char. 2. col. 2.
Potestas superior potest, quicquid inferior; non autem contra. Albert. magn. in 2. de anima, tractat. 1. cap. 4. char. 14. colum. 1.
Potestas differt a potentia: quia potestas est potetia stans sub complemento actualis habitus, & ideo actiua est potestas: potentia autem est interminata adhuc, & incompleta: & ideo proprie materialis potentia, potentia vocatur. Albert. Mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 12. char. 106. col. 4.
Potestati nulli natura ad aliquem actum concedit principatum, nisi potestas illa prius adepta sit virtutem ad actum potestatis eiusdem. Alb. mag. Ethic. 8. tract. 3.

cap. 2. char. 95. col. 2.
Potio eadem minus mera apparet, si farina ordeis inpersa bibatur; quia farina humori obducta in se se retrahens abolet qualitatem. Arist. probl. sect. 2. i. q. 20. c. 547.
Practica finis est opus, vt speculationis veritas. Aristot. 2. metaph. cap. 1. tex. 3. char. 35.
Practica est, qua cognoscitur homo, quid potest facere, & quod ad eum pertinet, facere. Auer. de animæ beatitud. cap. 5. char. 66. col. 2.
Practica quatuor ordines habet in sua consideratione. primo apprehendit formam, deinde inducit in materiam. secundo intendit totum opus perficere, & propter hoc versatur circa partes. tertio ordinem compositionis considerat, deinde construitur opus. quarto perpetuitatem ædificij respicit: Ideo primo inferiora, deinde superiora operatur. D. Thom. in 1. de celo ex procem. char. 1. col. 1.
Practici syllogismi conclusio immediata non est operatio; quia ratiocinatio est motus quidam rationis, & oportet motum esse eiusdem speciei cum termino ad quem: sed ratiocinatio practica non est de genere operationum. Ideo eius finis non debet esse operatio, sed cognitio alicuius operabilis. D. Thom. de animal. motu. lect. 5. char. 55. col. 2.
Præsius est lapis, qui est mater smaragdus. Est viridis, & aliquando inuenitur cum guttis rubeis, aliquando cum albis, confortatque visum. Alber. magn. de miner. l. 2. trac. 2. cap. 14. c. 141. col. 2.
Prata plurimum læduntur ab animalibus liberè super prata in pastum vagantibus. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 11. c. 276. col. 5.
Praui, nisi utilitas aliqua intercedat, mutua consuetudine non oblectantur. Arist. 8. ethic. nicom. cap. 4. c. 195.
Praui poenitentia pleni sunt. Aristotel. 9. ethic. nicom. capit. 4. char. 223.
Prauus, cum nihil in se habeat amabile, nec erga seipsum amice esse affectus videtur. Aristotel. 9. ethicor. nicomac. cap. 4. char. 224.
Praui non dicuntur ob potetiam, sed ob actum prauum. Alb. mag. in top. char. 288. col. 1.
Prauos prauitate, hominis, & ciuis non possibile est concordare, nisi in paruam & in paucum tempus. Alb. mag. ethic. 9. trac. 2. cap. 4. c. 102. col. 2.
Præceptum est communius, & vniuersalius loco. Alex. aphrod. in 2. topic. cap. 2. char. 20. col. 3.
Præceptum est loci principium, vt argumetum, locus. Alex. aphrod. in 2. top. cap. 1. char. 20. col. 3.
Præceptum est oratio, quæ fit a principe ad inferiorem. Auer. 1. rhetor. trac. 2. cap. 6. c. 32. col. 3.
Præcepta decalogi sunt de iure naturali. Albert. Magn. Ethic. 5. tract. 3. c. 66.
Præceptores dicuntur, qui sine errore secundum veritatis lineam ad finem artis præcepta tradidere. Albert. mag. Ethic. 2. trac. 1. cap. 4. char. 20. col. 4.
Præcognitio duobus fit modis. Aut quia præcognoscimus quædam, quia sunt, vt enunciatio. Alia, quid sunt, vt illa, quorum nomina efficiuntur definitiones. Alia vtrunque, vt subiectum. Arist. post. 1. cap. 1. te. 2. c. 295.
Præcognitio duobus fit modis. Alia, quod sint. Alia, quid nomen significat, noscere oportet. Them. in 1. poster. cap. 2. tex. 1. col. 2.
Præcognitionis modi duo sunt, quid est, vel quid significat, & vt fit. Io. gram. in 1. post. cap. 1. char. 3. col. 2.
Præcognoscere duobus modis fit: primo, quia sunt, vt dignitates: secundo, quid dicitur per nomen, vt passionis: subiecta autem vtroque modo præcognoscere debemus. Alb. mag. in post. char. 173. col. 2.
Præcognitio duo continet: cognitionem, & cognitionis ordinem. D. Thom. in poster. char. 37. col. 3.
Præcognitio non est omnis cognitio alterum præcedens; sed ea tantum, ex qua discursus disciplinæ fit. Thom. de

de Vio in poster. char. 91. col. 1.
Præcordia ictu traiccta in prælio risum attulisse proditum est. Arist. de partib. anim. 3. cap. 10. char. 495.

Prædicamenta quæ sunt, & quot.

Prædicamentum vocari potest omnis simplex dictio significatiua, cum de significata re dicitur. Porph. in prædicamen. char. 1.
Prædicamenta non sunt res, sed dictiones, quæ notiones, & res significant. Dex. in præd. c. 28.
Prædicamentum ex respectu ad res, & ex rerum differentia constitui solet. Dex. in præd. ch. 28.
Prædicamenta in decem non sunt diuisa: sed ordine enumerata. Dex. in præd. char. 36.
Prædicamēta sunt de significationibus significatiuis, quæ significatiuæ dictiones prius dicuntur de ipsis indiuiduis. Simp. in præd. char. 20.
Prædicamenta genera solet Arist. appellare. Simpl. in 7. phy. tex. 6. char. 370. col. 2.
Prædicamenta omnia, quæ nulli communi generi subduntur, æquiouoca sunt. Boet. in l. de inter. char. 317.
Prædicamenta omnia, excepta substantia, quantitate, & qualitate, carent esse absoluto, sed in comparatione ad quædam alia diffiniuntur. Alber. magn. in præd. char. 13. colum. 2.
Prædicamenta sunt impermixta. Albert. magn. in poster. char. 189. col. 3.
Prædicamenta alia omnia præter substantiam, quantitatem, qualitatem, & ad aliquid, potius sunt habitudines quædam, quam ens verum. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 4. cap. 1. char. 111. col. 1.
Prædicamenta omnia relatiue sumpta possunt esse per se passiones propriæ quantitatis: & vt illa, quæ sunt in quarta specie qualitatis, sunt qualitates in quantitate: sic ista sunt relationes in quantitate. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. char. 135. col. 1.
Prædicamenta tria solum sunt, quæ fundantur in esse absoluto; substantia, quantitas, & qualitas: ideo super hæc tantum fundatur relatio. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. char. 144. col. 1.
Prædicamentalis ratio est ratio vnius denominationis, quæ in aliquam aliam reduci non potest. Alexand. de Ales in 5. metaph. tex. 28. char. 157. col. 2.
Prædicamentum, cum prædicatur de aliquo subiecto, ita vt sit de essentia subiecti, possumus dicere, quod illud subiectum de se est illud prædicatum. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 7. char. 189. col. 4.
Prædicamentum nullum est ens totaliter. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 14. char. 195. col. 1.

Prædicamenta, vt diuiduntur, & quæ constituunt.

Prædicamenta omnia diuiduntur per actum, & potentiam. Arist. 5. metaph. cap. 7. tex. 14. char. 96.
Prædicamentum vnumquodque habet quædam generalissima, vt substantia, quædam specialissima, vt homo: & inter se quædam, quæ, & genera, & species sunt, vt corpus, animal. Porph. 5. voc. cap. 3. char. 36.
Prædicamenta alia sunt simplicia, vt substantia, quatum, quale, & ad aliquid. Alia ipsi esse per combinationem obtinent, vt reliqua sex. Ammon. in præd. ch. 101.
Prædicamentum principalem significationem vnam feruat, ac principales rerum cõitates. Dex. in præd. c. 28.
Prædicamēta oia æquouoce appellantur. Dex. in præd. c. 29.
Prædicamentum proprium constituere non debent omnia, quæ sunt in aliquo: sed ea solum, in quibus aliud continet, & aliud continetur; & vtrunque suam naturam saluat, & neutrum fit pars alterius, nec complet alterum. Simp. in præd. char. 91.
Prædicamenta omnia sunt diuisibilia, aut per se, vt quan-

tum: aut per accidens, vt reliqua: Auer. in phys. 1. tex. 18. char. 7. col. 4.
Prædicamentum vnum nunc æquiouoce, nunc vniuocè prædicari non est inconueniens. Boet. in præd. c. 218.
Prædicamenta alia suum habent subiectum, vt substantiæ compositæ habent suam materiam, quæ subijcitur formæ substantiali. D. Th. 7. metaph. l. 3. tex. 11. c. 443.
Prædicamenta diuersantur secundum diuersos prædicandi modos. D. Thom. 11. metaph. lec. 9. char. 800.
Prædicamenta sunt ad distinguendas diuersas perfectiones. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 38. col. 3.
Prædicamentum proprie duo recipit. Primo diuisionem formalem, non materialem. Alia est, quæ est ratio prædicabilis, quæ semper cadit super aliquo fixo, certo, & determinato. Alex. de Ales in 3. meta. tex. 2. c. 51. col. 1.
Prædicamentum quodlibet habet modum proprium, per quem distinguitur ab alio prædicamento. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. c. 133. col. 2.
Prædicamentum omne, quod induit modum quanti, potest inducere modum æqualitatis, & inæqualitatis. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. char. 243. col. 4.
Prædicamenta duobus modis possunt respicere ens. Vno modo, vt species respiciunt genus. Secundo vt prædicamenta nõ habent vnitatem generis, sed attributionis. Alex. de Ales 12. metaph. tex. 7. char. 330. col. 2.

Prædicata, vt substantiæ attribuuntur.

Prædicamenta attribuuntur substantiæ, non quia est agens, vel finis eorum; sed quia constituuntur per illa, & est eorum subiectum. Auer. in 4. metaphysicor. tex. 10. char. 31. colum. 2.

Prædicata, ut accidentalialia.

Prædicamentorum accidentalium significatio est significatio super substantiam. Auer. in 5. metaph. ex sum. 1. tex. 10. com. 14. char. 55.
Prædicamenta accidentalialia vnum præcedit aliud in substantia, vt quantitas, quæ est prima inter cætera: cum non inueniatur quantitas, nisi in corpore; nec locus, nisi in aliquo corporeo, vt est corpus: nec situs, nisi in locato: nec actio, vel passio, nisi in situ, & vbi: nec habere inuenitur, nisi sit corpus habens vbi, & situm: non tamen est impossibile duo eorum obtinere eundem gradum, vt qualitas, & vbi: quia vnum non præcedit alterum iuxta suum esse in substantia. Auer. epitom. metaph. tract. 2. char. 172. col. 3.

Prædicamentis quæ insunt, & idem omnibus non esse principium.

Prædicamento aliquid inesse dupliciter potest, vt perfectum per formam, & vt imperfectum per priuationem. Arist. 11. metaph. sum. 4. cap. 1. char. 252.
Prædicamentorū oium eadē esse, elementa inconueniens est. Aristot. 11. metaph. sum. 1. cap. 4. tex. 19. char. 247.
Prædicamentis eadem elementa esse extra prædicamenta non est possibile: quia nihil est eis commune, nec in vno prædicamento, vt in substantia: quæ elementum, quæ est substantia, non potest esse elementum relationis. Arist. 12. metaph. su. 1. cap. 4. tex. 14. c. 247.
Prædicamentorum omnium principia eadem esse non possunt, nullum enim elementorum cum elementis compositum esset idem. Aristotel. 12. metaphysic. su. 1. cap. 4. tex. 20. c. 244.
Prædicamentorū non est elementum vnum, vt ens: quia nullum prædicamentum dicitur speciale. Arist. 13. metaph. sum. 1. cap. 4. tex. 21. char. 287.
Prædicamenta habent profunditates, vt substantia, corpus, animal, homo: & latitudinem, vt corporeum, in-

corporeū; animatū inanimatū. Ammo. in præd. ch. 24.
Prædicamentorum doctrina a posteriori sumenda est. Dex. in præd. char. 43.
Prædicamenta continent species perfectas, & res specialissimas, ac determinatas: & cum motus sit actus imperfectus, ideo non consideratur in prædicamentis. Ioan. Gram. in 3. phys. tex. 8. char. 53. col. 2.
Prædicamentum habere nõ solū homini attribuitur; sed & alijs animantibus nõ in sua natura, sed vt veniūt in hois vsu. D. Tho. in 3. phys. lec. 5. tex. 21. char. 36. c. 1.

Prædicamenta, ut affirmant, negant, & ut tractantur.

Prædicamēta ex se in nulla affirmatione, vel negatione dicuntur: sed horum complexione fit affirmatio, & negatio. Arist. præd. tract. 1. cap. 5. char. 59.
Prædicamentorum connexio affirmationem facit. Porph. in præd. char. 1.
Prædicamenta tractantur ab Aristotele non s̄m rerū naturā, sed s̄m vulgi opinionem. Ammon. in præd. c. 31.
Prædicamenta primo discēda sunt antequā morales discamus libros, cum scripti sint methodo, ac arte. Ideo prius demōstrationes scire debemus. Simp. in p̄. l. c. 2.
Prædicamenta in libro prædicamentorum accipiuntur s̄m dictiones significatiuas, vt logicæ est propriū. Alii accipiuntur secundum rerum subsistentiam, vt est proprium cōtemplationi de rebus. Simp. in præd. c. 3.
Prædicamentorum liber vtilis est ad logicam, nec nõ ad philosophiam vniuersam. Simpl. in præd. char. 14.
Prædicamenta inscribuntur sic, quia sunt generalissima, & semper apta prædicari. Simp. in præd. char. 5.
Prædicamenta omnia sine connexione, & coniunctione inter se nõ subsistūt. Io. Gra. in 4. phys. char. 86. col. 3.

Prædicamenta, vt prædicamentorum liber.

Prædicamenta ob resolutorios libros scripta sunt. Porph. in præd. char. 1.
Prædicamentorum liber est quædam inchoatio regulæ faciendi definitionem. Th. de Vio in præd. c. 33. col. 1.

Prædicata quot dicuntur modis.

Prædicari duobus dicitur modis. Alia de vno dicuntur solo, vt indiuidua, hæc, hoc. Alia de pluribus, vt genus, differentia, species, proprium, accidentia communiter, non propria alicui. Porph. 5. voc. cap. 2. char. 34.
Prædicatio alia est secundum naturam, vt accidentia de substantijs. Vel præter naturam, vt substantiæ de accidentibus, vel accidēs de accidente. Ammo. in præd. c. 38.
Prædicata alia in eo, quod quid est rei esse prædicantur. Alia genere alio, & alia secundum naturam. Alia præter naturam. Them. in 1. post. tex. 7. d. 38. col. 2.
Prædicaciones alię sunt secundum naturam, vt cum vniuersalia de particularibus, & accidentia de substantijs prædicantur. Alia præter naturam, vt quæ subiectum faciunt accidens, prædicatum substantiam. Et dicuntur præter naturam: quia naturæ substantiæ subijciuntur. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 15. char. 36. col. 4.
Prædicata alia sunt essentialia, alia accidentalialia. Auer. in poster. 1. tex. co. 32. char. 137.
Prædicatum primum in demōstratione intelligitur secundum duas intentiones. Quarum vna est, vt non prædicetur de re propter naturam aliam, aut vniuersaliorē subiecto; aut appropriatiorē, aut æqualē. Secunda, vt sit prædicatum, quod prædicatur de subiecto non per causam facientem, quod ipsum int̄ subiecto. Et hoc, & primū communicant, quia vnumquodque ipsorum prædicatur sine medio: & differūt: quia alterum prædicatur per medium, quod est causa, vt hoc prædicatum in s̄ subiecto, & si accidat, vt non

prædicetur per medium, quod sit natura composita alia à natura subiecti. At secundum non prædicatur per medium omnino. Auer. in post. l. 1. te. c. 54. c. 145.
Prædicatorum simplicium quædam sunt, quæ cum componuntur, fit ex eis prædicatum vnum per se; & hæc verificantur diuisa, & composita necessario, & quædam dum componuntur fit ex eis prædicatū per accidens: & hæc verificantur, cum horum sit verum, & falsum. Et proprietates prædicamentorum, quæ verificantur diuisa, & composita, sunt duarum rerū, quarum vna est, quod esse vnius ipsorum duorum alteri sit per se; secunda est, quod vnum ipsorum non dependeat ab altero: nam si dependet, accidit negatio. Auer. epitom. in logic. tex. 1. char. 361. col. 1.
Prædicatum cum diuiditur, & intelligitur de eo res, quæ intelligitur de eo, dum est copulatum, quod adhuc sit copulatum, & si non diuisum: sed quod sit copulatum per signum, & non sit dictio copulans. Iudicium autem diuisionis, & compositionis fit denominādo rem per signum. Auer. epit. in log. ex q. 1. c. 361. col. 2.
Prædicatio alia naturalis, alia non naturalis. Auer. in 7. metaph. tex. co. 59. char. 97.
Prædicata duplicia, per se, per accidens. Per se duplex. Vnum, in quo ipsa prædicata sunt partes substantiæ subiecti, & ex his tantum conficitur definitio. Aliud, vbi subiecta sunt de substantia prædicati: & ex his nõ cõponitur definitio, cū sint res posteriores substantijs definiti. Auer. in epit. metaph. tract. 2. char. 172. col. 4.
Prædicaciones aliæ sunt secundum accidens, aliæ de subiecto. Boet. in præd. char. 24.
Prædicatio omnis fit, vt quicquid prædicatur, prædicetur non vt pars, sed vt idem secundum esse, vel per se, vel per accidens. Alb. Mag. in præd. char. 5. col. 1.
Prædicari duobus accidit modis: essentialiter, & accidentaliter. Alb. Mag. in præd. char. 11. col. 3.
Prædicabile in triplex cõmune reducitur, in ens, & vnū, in quæ s̄m vnam rationem reduci non potest. Secundo in commune, vt genus, quod recipit rationem sui vniuersalis s̄m nomen, & rōnem, quod qdem est vniuocū. Tertio in id, quod est cõe, vt subiectum de quo prædicatur accidens, quod nõ prædicatur de subiecto, nisi s̄m denoationem. Alb. Mag. in præd. c. 33. col. 3.
Prædicatum duplex: materiale, & formale. Formale est, quod intra se cõcipit formam, per quam retorquet ad alterum, cui inest, & de quo est, vt de subiecto: & hæc forma non est, nisi compositio: & hanc formam verbum in se concipit. Alb. Mag. in perih. char. 84. col. 2.
Prædicari duobus dicitur modis. Primo cū est aliquod prædicatū, quod s̄m seipsum, & de natura sua de alio d̄. Secundo, quod in se, & s̄m sui naturam non potest secundum accidens habere hoc, sed secundum se: quia sua natura huiuscemodi est, vt oporteat ipsam esse in alio. Alb. mag. in poster. char. 192. col. 2.
Prædicatio omnis tribus fit modis. Primo cū de aliquo subiecto prædicatur id, quod pertinet ad essentiā eius, & sic accipitur prædicamentum substantiæ. Secundo, cum prædicatur id de aliquo, quod non est de essentia eius, sed inhæret ei, quod vel se habet ex parte materiæ subiecti, & sic est quantitas; vel cõsequitur formā, & sic est qualitas; aut per relationem ad alterum, & sic est ad aliquid. Tertio, cum aliquid extrinsecum de aliquo prædicatur per modum alicuius denominationis, & vt aliquid denominatur a causa agente est prædicamentum passionis: vt causa agens denominatur ab effectu, est prædicamentum agere: vt aliquid denominat a tempore, oritur prædicamentū quando; vt a loco, ubi, & situs: & cū substantia denominatur ab alio extrinsecō, quod nec causę, nec mēsure rationē hēt, oritur prædicamentū hēre. D. Th. in 3. phys. l. 5. te. 22. c. 55. col. 4.
Prædicari aliquid de aliquo, duobus modis potest esse. Vel ratione formalitatum subiecti, & prædicati, vt cū definitio

definitio prædicatur de diffinito. Vel quia formalitas prædicati est de formalitate subiecti, & hæc semper est per se. Alex. de ales. in 3. metaph. tex. 10. c. 64. col. 2.

Prædicatum substantiale differt à prædicato accidentali, quia substantiale dicit esse quidditatum subiecti, & habet quandam identitatem cum subiecto. Prædicatum autem accidentale non dicit esse quidditatum subiecti, sed est quoddam aliud ab esse subiecti. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 13. c. 86. col. 4.

Prædicatum coniunctum duobus modis contingit fieri: primo ex oppositis, secundo ex non oppositis. Thom. de Vio. in prædic. c. 24. col. 3.

Prædicatio duplex: directa, & indirecta. Directa est, cum subiectum est, vt materia; prædicatum, vt forma. Indirecta contra, cum prædicatum est, vt materia; subiectum, vt forma. Tho. de Vio. in prædic. c. 14. col. 2.

Prædicatio duplex: alia artificialis, alia naturalis. Artificialis, quæ artifici directe seruit. Naturalis, quæ ex natura rei significatæ verissima existens naturam imitatur, quæ ad vnum determinata est. Thom. de Vio. in prædic. char. 15. col. 1.

Prædicata quid sunt, & ut definita.

P Prædicata, quæ ingrediuntur definitionem, non sunt infinita: alioqui non esset diffinitio. Arist. post. lib. 1. cap. 18. tex. 36. char. 336.

Prædicatum vnum, si de duobus prædicatur, ita vt nullum eorum prædicatur de altero, aut non de omni, nõ inest illis hoc prædicatum secundum aliquid commune, quasi esset per medium, infinita essent media. Arist. post. lib. 1. c. 19. tex. 37. char. 337.

Prædicantur in eo quod quid ea, quæcunque conueniunt, qui interrogatus est, reddere quid est. Arist. post. lib. 1. cap. 4. char. 394.

Prædicatio est oratio finem intendens. Aristotel. moral. eudem. lib. 2. cap. 1. char. 383.

Prædicari melius, & præstantius est, quàm subijci. Alexan. Aphro. in 1. prior. cap. 5. char. 13. col. 2.

Prædicatio, quæ per rectum casum fit, de subiecto fit, quæ non fit per rectum casum, non de subiecto est. Alex. Aphro. in 1. prior. cap. 37. char. 64. col. 3.

Prædicatio omnia sunt accidentia, & nihil in substantia prædicatur. Alex. Aphrod. in 3. metaph. vel secundum Latin. 4. com. 56. char. 113. col. 2.

Prædicatum est, cui aut res ipsa, aut ratio est, quod additur. Ammon. in Porph. char. 1. col. 2.

Prædicatum est, quod de subiecto enunciat. Ammon. in Porph. char. 9. col. 1.

Prædicatum est id, quod de illo, idest, subiecto dicitur, ut iustus in propositione, Socrates est iustus. Ammon. in lib. de interpret. char. 4.

Prædicatum est uerbum, est, quod prædicato additur, ut est in propositione, Socrates est iustus. Ammon. in lib. de interpret. char. 4.

Prædicatum necesse est esse uerbum, uel uerbi casum, subiectum non tantum nomen: sed etiam oratio esse potest. Ammon. in lib. de interpret. char. 38.

Prædicatio prioris, & posterioris est in æquiocis, & in analogis. Simp. in 3. phys. tex. 69. char. 182. col. 1.

Prædicatum semper subiecto melius est. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 4. char. 12. col. 3.

Prædicatio in infinitum procedere impossibile est. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 18. char. 41. col. 1.

Prædicamenta sola voce conueniunt. Ioan. Gram. in 1. phys. char. 10. col. 1.

Prædicatio generis de suis speciebus ipsum diuidentibus fit ex necessitate per naturam, quæ ibi inest. Auer. in post. 1. cap. 17. tex. 155. char. 180.

Prædicatio generis non est prima, ex quo prima est, quæ prædicatur de subiecto, ut est illud subiectum. Auer. in

quæst. logic. tex. 10. char. 373. col. 4.

Prædicata quæstionum sunt prima, quando sunt propria subiectis, quæ ostenduntur per præmissas. Auer. in quæst. logic. ex epistola char. 380. col. 1.

Prædicatum quæstionis, si est vniuersalius subiecto, non est pars definitionis, quia est vel accidens, vel genus. Si est accidens, medius terminus est causa sui inesse ipsi subiecto, non sui esse simpliciter. Auer. in quæst. logic. ex epistola char. 380. col. 1.

Prædicatio conuersionis cum idem de duobus prædicatur: necesse est, & illa duo inuicem conuerti. Auer. 1. de celo tex. 125. char. 40. col. 4.

Prædicabilia essentialia inueniuntur in analogo, vt in vniuoco; sed non in æquiuoco. Auer. in 4. metaph. tex. comm. 2. char. 31.

Prædicabile aliquid inuenire possibile est, quod prædicatur vere de aliquo nomine æquiuoco; sed non inuenitur in eis prædicabile essentialia omnino. Auer. in 4. metaph. tex. com. 2. char. 31.

Prædicabilia essentialiter per se sunt tria: genus, differentia, & diffinitio, quæ componitur ex eis. Auer. in 7. metaph. tex. comm. 11. char. 76.

Prædicabilia substantia vniuersaliter sunt illa, quæ adunantur cum subiecto, & adunantur ad inuicem, accidentalia è conuerso. Auer. in 7. metaph. te. co. 11. c. 76.

Prædicationis qualitas est, vel in eo, quod quid sit, vel in eo quod quale sit, prædicatio. Boet. in prædic. ch. 65.

Prædicatio, cum non potest conuerti, quod de alio prædicatur, est maius re illa, de qua prædicatur. Boeth. in Porphy. char. 67.

Prædicata illa iuncta simul prædicantur, quæ subiecti diffinitionem ingrediuntur. Boet. in l. de inter. c. 264.

Prædicata, quæ neque in nominibus, nec in diffinitionibus proprijs aliquam tenent contrarietatem, nec etiam extra, ac simpliciter, prædicata vera sunt. Boet. in l. de interpr. char. 423.

Prædicatum est, quod dicitur de subiecto. Boet. ex intro. ad syllo. chart. 562.

Prædicatum proprium primū per aliquē actū totius compositum esse debet. Alb. Mag. in prædic. c. 36. col. 3.

Prædicationes de altero causa est inesse in eo, quod inest. Alb. Mag. in periherm. char. 87. col. 1.

Prædicata, quæ sunt de substantia subiecti finiti, infinita esse non possunt. Alb. Mag. in post. c. 195. col. 3.

Prædicatum est, quod uel in specie subiecta est, sicut causa, uel in quo est spēs, ut causa. Alb. mag. in top. c. 330. c. 1.

Prædicatur nullum commune de his, a quibus separatur per differentiam constituentem. Alb. Mag. de caus. & proces. uniuers. a cau. pri. lib. 1. trac. 1. cap. 18. c. 250. c. 2.

Prædicatum appellatur dispositio, & dispositum subiectum. Alex. de ales. 12. metaph. tex. 39. ch. 345. col. 3.

Prædicari de aliquo nihil aliud est, quàm nomen prædicati conuenire subiecto. Tho. de Vio in prædic. ch. 43. col. 2.

Prædicata, vt ad propositiones referuntur.

P Prædicatum in propositionibus demonstrandi, per se esse debet. Them. in post. cap. 4. c. 2. col. 4.

Prædicatiua propositio omnis in conditionalem verti potest, vt homo animal, si homo est, animal est. Boet. in Topic. Cic. l. 4. char. 822.

Prædicare idem est, quod attribuire per notam compositionis: quando enim vnum alteri attribuitur median te propositione, quam significat hoc uerbum est, tunc prædicatur. Alb. mag. de prædic. c. 11. col. 2.

Prædicatum in propositione modali est modus, subiectum esse, vel non esse. Alb. Mag. in periherm. char. 94. col. 1.

Prædicatum in enunciatione quandoque est secundum se, vt Socrates est: quoniam non prædicatur per se, vt principale prædicatum; sed quasi coniunctum principali ad connectendum ipsum subiecto, vt Socrates est albus.

albus, D. Thom. in periherm. char. 18. colum. 1.

Prædicatum conclusionis proprius inest medio, quàm subiecto, cui proprius inest medium, quàm prædicatum. D. Thom. in post. char. 40. col. 2.

Prædicatum aliquod non conuenit alicui subiecto ratione reduplicationis; quia oportet, vt ubique inuenitur illa reduplicatio, inueniatur illud prædicatum. Alex. de Ales. 3. metaph. tex. 11. c. 64. col. 3.

Prædicata secundum accidens, præter naturam, & artificiatia.

P Prædicata per accidens tripliciter prædicantur. Vel cum accidens de accidente prædicatur, vt album ambulat. Vel cum subiectum prædicatur de accidente, vt hoc magnum est lignum. Vel cum accidens prædicatur de subiecto, vt cum dicimus hoc lignum est album. Arist. post. lib. 1. cap. 18. tex. 35. c. 332.

Prædicata, quæ sunt ex natura accidentis, cum non prædicantur per accidens, non sunt infinita, nec sursum, nec deorsum. Arist. post. lib. 1. cap. 18. tex. 35. c. 334.

Prædicata omnia, si secundum accidens essent, nullum esset vniuersale primum, & sic esset ire in infinitum. Arist. 4. metaph. cap. 1. tex. 14. c. 70.

Prædicatio præter naturam est illa qua quod aptum natū est subiecti prædicatur. Io. gra. in post. c. 18. c. 39. col. 3.

Prædicata, quæ sunt accidentia separabilia, quādo insunt in subiecto, illud sumitur in eorum diffinitione, non suum genus. Auer. in epitom. log. c. 351. col. 2.

Prædicatur per accidens secundum mentem Arist. quidquid prædicatur de aliqua re, ex qua prædicatur de suo genere. Auer. in quæst. 10. char. 371. col. 2.

Prædicatio nominis accidentali non repugnat: sed prædicatio rationis. vt ratio est, penitus repugnat accidentali prædicationi. Alb. mag. in prædic. c. 37. col. 4.

Prædicari secundum accidens dupliciter accidit: primo cum subiectum prædicatur de accidente, vt albus est homo: secundo cum accidens prædicatur de subiecto, vt homo albus. D. Thom. in post. c. 62. col. 2.

Prædicatio accidentalis non complectitur, nisi duos modos. Vnus est, vt accidens de accidente prædicatur per accidens: quia ambo eidem subiecto accidunt, vt album prædicatur de musico, quia ambo homini accidunt. Alius est, quo accidens prædicatur de subiecto, vt Socrates est musicus: quia musicus accidit Socrati: & in nullo horum prædicatio in infinitum fieri potest. D. Thom. 4. metaph. lec. 7. tex. 14. char. 216.

Prædicata, quæ sunt in generibus accidentis, non significant primo substantiam, & per posterius accidens, vt ait Auicenna. D. Thom. 5. metaph. l. 11. tex. 14. c. 319.

Prædicatio denominatiua requirit distinctionem realem inter subiectum, & prædicatum. D. Thom. 7. metaph. lect. 2. tex. 8. char. 437.

Prædicatio artificialis est illa, qua deuenitur ex noto in cognitionem ignoti. Tho. de Vio in prædic. c. 15. col. 2.

Prædicari de omni, & de nullo.

P Prædicari de omni, & in toto esse idem significat. Arist. prior. resol. l. 1. sect. 1. cap. 1. char. 150.

Prædicari de omni dicitur, quando nihil fit subiecti accipere, de quo alterum non dicitur de altero, & similiter de nullo. Arist. prior. resol. l. 1. sect. 1. cap. 1. c. 150.

Prædicari de omni dicitur, quod semper, & de toto subiecto dicitur. Them. in post. cap. 9. c. 1. col. 4.

Prædicari de omni dicitur, cum non est inuenire aliquod subiectum, de quo prædicatum dici non possit. Boet. de syl. cat. char. 591.

Prædicari de nullo dicitur, quoties nihil subiecti poterit inueniri, ad quod illud, quod prædicatur, dici possit. Boet. de syl. cat. char. 591.

Prædicata, vt substantia, & secundum naturam.

P Prædicata, vt substantia, aut prædicantur, vt genus, aut vt differentia, & hæc nõ sunt infinita, nec sursum, nec deorsum. Arist. post. l. 1. cap. 18. tex. 35. c. 333.

Prædicatum, quod est vnum, est vnum, cum fuerit vnum secundum naturam, de subiecto vno secundum naturam. Arist. post. l. 1. cap. 18. tex. 35. char. 334.

Prædicatur secundum naturam, cum de substantia accidens affertur: præter naturam, cum de accidente prædicatur substantia. Them. in pri. post. cap. 38. c. 7. col. 2.

Prædicatio secundum naturam est, in qua causæ de causis prædicantur, & accidentia de subiectis. Auer. epitom. in logic. c. 351. col. 2.

Prædicari essentialiter est, quando vnum accipitur in alio per naturam, & substantiam. Alber. magn. de prædic. char. 11. col. 3.

Prædicata substantia ita aspiciunt vnum, vt non aspiciant illius oppositum. Alexand. de Ales in 4. metaph. t. 25. char. 97. col. 2.

Prædicatio naturalis est illa, qua non peruenitur in cognitionem ignoti; sed idē de seipso prædicatur. Tho. de Vio in prædic. char. 15. col. 2.

Prædicata in quid, in quale quid, & in quale.

P Prædicantur in quid, quæcunque in ratione substantiæ dicuntur, ac essentialia indicant. Simp. in prædic. c. 13. Prædicantur in quale quid, quæ substantiam cum qualitate comprehendunt. Simp. in prædic. c. 13.

Prædicabilia tribus respondent interrogationibus, quid sit? quale sit? quomodo se habet? Boet. in Porph. c. 88.

Prædicari in quid multis dicitur modis. Primo, quod est de natura, & modo prædicandi in quid; & hoc est solum subiectum. Secundo, quod non naturam, sed modum habet illius, vt genera accidentium prædicantur de subiectis speciebus. Tertio, quod totam subiecti quidditatem dicit, & est diffinitio. Alb. Mag. de prædicab. char. 12. col. 3.

Prædicatum in quale est id, quod prædicatur, vt est in subiecto; quia aliter de subiecto prædicari non posset; cum nihil prædicari possit de subiecto, nisi quod est in subiecto. Idem ibid. char. 22. col. 3.

Prædicari in quid duobus modis accidit, complete, ita vt prædicatum actu dicat totam essentiam rei: & incomplete, vt dicat essentiam rei, sed per modum substantiæ, non qualitatis, vt differentia. Thom. de Vio in prædic. char. 4. col. 1.

Prædicari in quale duobus modis contingit, secundum accidens, vt album de homine. Et secundum essentiam, vt rationale de homine. Et ita differentia prædicatur in quale. Tho. de Vio in prædic. c. 24. col. 1.

Prædicata per se.

P Prædicari per se quatuor dicitur modis. Primo, quæ de omni dicuntur. Secundo, accidentia illa, in quorum diffinitionibus collocatur subiecta. Tertio, quod pertinet ad accidentia, quæ ita subiectis suis insunt, vt non alijs prius. Quarto de ijs, quæ nec per aliud sunt, nec in alio continentur: & hoc indiuiduæ substantiæ sunt, quarum priora demonstrationi confertur. Them. in post. cap. 10. char. 2. col. 4.

Prædicata, in quibus causa prædicatur de effectu, sunt in primo modo per se, in quibus effectus de causa reducuntur ad secundum modum, in quibus aliquid causa sui ipsius substat in tertio. Alb. mag. in post. c. 17. col. 3.

Prædicata secundum se differunt a prædicatis per se. Secundum se prædicantur, quæ non prædicantur secundum subiectum, aut prædicati substantiam, vt album de homine. At per se est, vt homo est animal, quod

quod verè est, & secundum substantiam hominis. Alb. mag. in poster. char. 194. col. 3.

Prædicandi regula.

Prædicandi regula est, quando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur, dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur. Arist. in præd. trac. 1. cap. 3. char. 58.

Prædicantur superiora de iis, quæ sub ipsis sunt generibus. Arist. in præd. trac. 1. cap. 4. char. 59.

Prædicatur, & nomen, & ratio de ijs, quæ de subiecto dicuntur. Arist. in præd. trac. 2. cap. 1. char. 60.

Prædicationes maiores, quæ sunt, de cunctis minoribus prædicant, ac æqualia de æqualibus. Boet. in Porph. c. 94.

Prædicari de subiecto est, cum altera res de altera in ipsa substantia prædicatur. Boet. in præd. char. 124.

Prædicatum, semper maius est subiecto: ideo vniuersaliter de ipso prædicari nequit. Boet. in l. de inter. c. 236.

Prædictio est electio huius ante hoc. Ioan. Gram. in 2. physic. char. 41. col. 3.

Præmi acur veteres corporum certaminibus posuerunt: sapientiæ vero nullus statuit, quia iudices, quod ad ingenium attinet, vel præstantiores, vel nihilo deteriores esse ijs debent, qui inter se certant. At si excellentiores certant arbitris carerent. At in gymniciis certaminibus quisque suo aspectu iudicare integre potest, & seditiosum esset: facilius enim ferunt homines improbari in aliqua re sui corporis, quæ est animæ, & intellectus imperfectio. Ad hæc præmi præstantius esse debet suo certamine: prudentia vero quodnam præmi præstantius esse debet. Arist. probl. sec. 30. nu. 10. c. 626.

Præmuntur quæcunque habent meatus vacuos cognati corporis. Arist. meteor. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 16. c. 580.

Præmissarum notarum ab initio rei duæ sunt species: alia naturaliter adueniens, alia experientia. Auer. epitom. in logic. char. 351. col. 2.

Præmissis, quæ sunt de inesse per se, & inesse per accidens, accidit, quod dependeat a necessario dependentia partis a toto. Auer. in q. logic. q. 5. c. 364. col. 4.

Præoccupatio est, quæ & auditorum existimationes, & eorum, qui contradicuntur sunt, verba præuenientes, obuias difficultates remouemus. Arist. rhet. ad Ale. c. 18. c. 21.

Præoccupatio est eorum locorum, qui contra tuam dictionem haberi possunt, præoccupans responsio. Oportet autem, quæ ab aduersarijs dicuntur extenuare: tua vero amplificare, & vnum vni conferre: cum autem maius sit, & plura pluribus, & vnum multis, & multa vni, nostra augendo, aduersariorum deprimendo: & hæc ubi fecerimus iterationibus exitum terminabimus, colores, ratiocinationes, vel criminationes, aut electiones, aut interrogationes, & ironias assumemus. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 31. char. 232.

Præparatio duplex: alia est substantiæ, alia formæ, quæ substantiam informat. Alb. mag. Ethic. 1. tr. 1. cap. 3. c. 2. c. 2.

Præputium, & genarum partes præcise cur conglutinari nequeunt: quia omnino, quæ natura ex semine creauit, destructa recreari nequeunt: non enim neruus, vena, membrana, destructa reintegrari queunt. Alex. Aphrod. problem. 2. num. 95. char. 767.

Præfagia pronuntiantes aliquando errare causa est, non omnia natura, & fatum cuiusque feliciter agere: sed quædam etiam præter ipsum fieri. Alex. Aphrod. de fato. cap. 4. char. 24.

Præsentis non est memoria, sed sensus. Aristot. de mem. & remin. cap. 1. char. 35.

Præsentis sensus est, præteriti memoria, futuri spes. Arist. de mem. & remin. cap. 1. char. 36.

Præsentibus operatio, futuri spes, præteriti memoria iucunda est. Arist. 9. Ethic. cap. 7. char. 227.

Præssibilia sunt, quæ pulla in seipsa coire possunt, cum

in profundum superficies mutatur, nec diuiditur, nec transfertur aliò alia particula, vt aqua facit. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 1. t. 46. char. 579.

Præssibilia sunt illa, quæ possunt in propria vacua, aut in proprios meatus coire; sed cum meatus sunt pleni, plenus esse oportet mollioribus corporibus, si præssibilia esse debent. Non præssibilia sunt, quæ non sunt nata coire pulsione in eos, qui in se sunt, meatus, aut quia non habent, aut quia durioribus pleni sunt. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. t. 46. c. 580.

Præssibilem hæc tractilia sunt, vt cera, & lutum: alia nõ, vt lana, & aqua. Arist. meteor. 4. su. 2. ca. 2. t. 47. c. 580.

Præstantissimum in vnaquaque specie vnum est. Aristot. mor. eud. 3. cap. 6. char. 421.

Præster, vt dicit Iorah, serpens est de genere aspidum ordinis primi inter serpentes, qui semper vagatur ore aperto, & fumante, & quæcunque percusserit, tanta corpulentia, & tumore afficit, sicut fit hydropticus, quem exuberans sequitur putredo, & sic moritur. Alb. mag. de ani. lib. 25. char. 202. col. 2.

Præter naturam quod est, est excessus in generatione eius, quod est secundum naturam. Aristot. 2. de celo. sum. 2. cap. 2. t. 18. char. 297.

Præteritum, & futurum, e quibus constat tempus, nil aliud sunt, quam series prioris, & posterioris in motu, quæ momentis distinguuntur: & tanquam aliud, & aliud numerantur. Them. in 4. physic. t. 101. col. 2.

Præteritum omne necessarium est, nec possibile, nec contingens esse dicitur. Simplic. in 1. de celo. tex. 138. com. 131. char. 54. col. 1.

Præter cuncta æstimata esse oportet, si societas esse debet. Arist. 5. Ethic. Nicom. cap. 5. char. 122.

Primum principium de omni affirmatiuo, vel negatiuo probatur, nõ aliqua propositione supposita, quia hoc esset petere principium: sed conandum est, vt aliquam vocem simplicem afferant, si nihil dicit, cum hoc non est habendus sermo. si aliquid dat, aliquid iam concessum est: non tamen est demonstrans: sed substinens; interimens enim rationem, substinet rationem. Arist. 4. metaph. ex sum. 2. cap. 2. tex. 10. char. 67.

Primum non est idem, quod vniuersale: quia prima causa motrix est quidem omnium prima, non tamen sic vniuersalis, vt genera: ideo hic locus non est contrarius ei, quod in præfatione physicorum primi dicitur. Alex. Aphrod. in 1. metaph. co. 11. char. 6. col. 2.

Prima figura ad scientiam accommodatissima est: mediæ autem vsus rarus, & in pauca idoneus, solaque prima ad cognoscendos fines commodissima est. Them. in 1. poster. cap. 31. char. 9. col. 3.

Prima principia, aut cognoscuntur, aut non. Si cognoscuntur, aut demonstratione, aut alia via. Them. in 2. poster. cap. 34. char. 12. col. 4.

Primum, vt primum, non esse ex alio, nec principium ex alio proficisci plane liquet. Simplic. in pri. physic. tex. 42. char. 61. col. 1.

Primo inesse differt ab eo, quod est per se: quia omne per se non est primo, omne autem primo est per se. Simpl. in 2. physic. tex. 2. char. 93. col. 1.

Primum, quod ordinem significat, tribus dicitur modis. Aut positione, aut natura, & substantia, aut tempore. Simpl. in 8. physic. tex. 11. char. 407. col. 2.

Primum omne per se est, non omne primum autem per se. Auer. in 1. poster. tex. 35. co. 34. char. 138.

Primum in quæsitione, non est primum in præmissis. Auer. in q. logic. q. 10. char. 372. col. 1.

Primum principium in hoc genere non potest sciri in hac scientia, vt primum subiectum. Auer. in 1. physic. tex. 69. char. 20. col. 1.

Primum est, quod est synonymum ei, quod est per se: & quædoq; dicitur magis proprie. Auer. in 5. phy. tex. 3. c. 95. c. 4.

Primum in eo, quod primum, non debet esse prius eo, quod

quod est post solummodo secundum definitionem, sed secundum esse, & definitionem. Auer. in 8. phys. text. 37. char. 171. col. 3.

Primum dicitur per priuationem anterioris, quod ante ipsum non est aliud. Alber. mag. in poster. c. 175. col. 4.

Primum, & prius differunt: quia primum dicitur per priuationem anterioris: prius autem per comparationem ad posterius; & notius dicitur per comparationem ad cognoscentem. Alber. mag. ibidem.

Prius esse est in causa, vt sit notius, & dupliciter dicitur, quo ad nos, & quo ad naturam. Albertus magnus in poster. char. 176. col. 1.

Primum, & immediatum sunt eadem subiecto, sed differunt ratione: quia immediatum dupliciter dicitur. Primo a priuatione medijs, quod est causa. Secundo a priuatione medijs, quod est subiectum. Albertus magnus in poster. char. 179. col. 2.

Primum genere, & ordine generantium causalitatem suam per modum cuique congruum omnibus influit sequentibus. Albertus magnus in secun. de mineral. ex tract. 3. cap. 3. char. 142. col. 3.

Primum nihil supponere ante se intelligitur, quod nihil supponit de essentialibus, & intrinsece ipsum constituentibus. Albertus magnus de caus. & proces. vniuers. a caus. prim. lib. 2. tract. 1. cap. 17. ch. 24. col. 4.

Primum in genere aliquo similitudinem habens intellectus per essentialia multa facit, vt spiritus, & calor, qui est in semine hominis: & prima substantia mouet per modum agentis intellectus. Albertus magnus in 11. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 152. col. 1.

Primum motorem non tempore, sed æternitate indiuisibili præcedere motum, & mobilem, quicunque ait, nil impossibile ei accidit. Albertus magnus in 11. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 152. col. 2.

Prima substantia, cum sit intellectus vniuersaliter agens, non cognoscit se per modum reflexionis super se; sed est fons, & plenitudo omnium formarum, quæ fluunt ab ipso. Alb. mag. in 12. metaph. tra. 2. c. 7. c. 153. col. 2.

Prima substantiæ tanta est simplicitas, quod ipsa est essentialiter, quicquid habet, cum proposito formatur de ea: quia & si in ea non sit subiectum, cui subijcitur: omnia tamen, quæ sunt in ea, sunt verissime in ea: & sua sapientia vera est sapientia, & sic de virtute, actu, voluntate, & omnibus alijs. Albert. mag. in 12. metaph. tract. 2. cap. 7. char. 153. col. 2.

Prima substantiæ nomina sunt, quæ absolute, & per se in omni re dicunt nobilitatem, & bonitatem naturæ. Albert. mag. in 12. metaph. tra. 2. cap. 7. c. 153. col. 2.

Prima substantiæ duo conueniunt soli, quorum vnum est, quod ipsa non est in genere aliquo per omnem modum, sed ante omne genus. Secundum est, quod in ipsa non est aliquod vniuersale, vel particulare, vel commune, vel proprium: & huic addunt quidam duo. Primum, quod quæto simplicior est in essentia, tanto multiplicior est in relatione, & effectibus. Secundum est, quod quanto simplicior, tanto nobilitate sua alijs distinctior est, & nulli habet aliquid commune. Albert. mag. in 12. metaph. tract. 2. cap. 8. char. 153. col. 3.

Primum dupliciter sumitur: proportionem & naturam. Alb. mag. 1. ethic. cap. 2. char. 2. col. 2.

Primum in quolibet genere est causa eorū, quæ sunt post. D. Tho. in 7. phys. l. 1. tex. 8. ch. 108. col. 2.

Primum in quouis genere est causa omnium eorum, quæ sub illo genere sunt. Diuus Thomas in secun. de celo lect. 10. tex. 42. char. 39. col. 3.

Primum in vnoquoque genere est aliorum causa. D. Tho. de anima. motu. lect. 1. char. 48. col. 3.

Primum principium actu esse oportet, non potentia. D. Tho. in 3. metaph. lect. 15. tex. 20. char. 182.

Primum est causa sequentium in ordine agentium. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 40. col. 1.

Primum in compositione est vltimum in resolutione. Alexan. de Ales in 5. metaph. tex. 4. c. 108. col. 1.

Primum dupliciter, primum simplex, & primum in genere. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 4. ch. 109. col. 2.

Primo, & secundum quod ipsum idem sunt re, differunt ratione. Alex. de Ales in 5. metaph. te. 23. c. 153. col. 3.

Prima in analogis de sua natura accipiuntur in definitione secundorum. Alexander de Ales in 9. metaphysic. text. 1. char. 259. col. 4.

Principatum pluralitas non est bona: vnus ergo fit princeps. Arist. 12. metaph. sum. 3. cap. 1. tex. 55. char. 263.

Principatus virum ostendit, vt ait Bias. Aristote. 5. ethic. Nicom. cap. 1. char. 111.

Principatus forma virtus est aliqua, vel potentia. D. Tho. 4. politic. lect. 13. char. 67. col. 3.

Principatus finis duplex est: quidam remotus, vt finis rei publicæ; & quidam propinquus, vt ducatus, exercitus, victoria. Idem ibidem.

Principatus distinguitur secundum materiam, & secundum diuersitatem locorum, & hominum. Idem ibid.

Principatus sumit rationem a fine; & ea, quæ sunt ad finem, rationem sumunt ex fine. Idem 5. pol. c. 81. col. 4.

Principatus illi dandus est, qui habet illud secundum quod magis potest pertingere ad finem reipublicæ. Idem ibid.

Principes exercitus, & ciuitatis scientiam habere debent; alioquin non possunt dirigere in finem intentum ea, quæ sunt ad finem. Idem ibidem.

Principaliter esse est, quod per se huiusmodi est, ex accidenti autem, quod ex alio id habet. Porph. in præd. c. 15.

Principaliter aliquid esse dicitur, quod per se tale est, quale esse demonstratur: secundum accidens, quod non per se, sed per aliud tale est, quale esse dicitur. Boetius in prædicament. char. 149.

Principalitas in scientijs speculatiuis, & practicis duplex est; in speculatiuis est ex ratione vniuersalitatis: & de hac hic loquitur Aristoteles: in practicis vero est principalitas, de qua loquitur in primo Ethicorum: quia scientia considerat finem vltiorem, ad quem ordinatur finis cæterarum scientiarum. Alexander de Ales in prim. metaphysicor. char. 9. col. 4.

Principia quot dicuntur modis, & quot sunt.

Principium, aut vnum est, aut plura. Et si vnum aut immobile, vt dicunt Parmenides, & Melissus. Aut mobile, vt Physici. Hi quidem aerem primum asserentes. Alij aquam primum esse principium. Si vero plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, aut plura vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, & secundum quempiam alium numerum. Et si infinita, aut vt Democritus genere vnum; figura, vel specie differentia, aut etiam contraria. Arist. phys. 1. sum. 2. cap. 1. tex. 6. char. 4.

Principium est rei, temporis, & alterationis. Arist. phys. prim. sum. 2. cap. 4. tex. 23. char. 8.

Principia melius est pauciora, & finita recipere, vt facit Empedocles. Arist. phys. 1. sum. 3. cap. 1. tex. 41. ch. 15.

Principium non de subiecto oportet dici aliquo. Aristot. phys. 1. sum. 3. cap. 2. tex. 53. char. 19.

Principia cum sint contraria, & principia non sint contraria: cum ambæ hæc propositiones sunt in parte veræ: necesse est subijcere tertiam quandam naturam. Arist. phys. 1. sum. 3. cap. 2. tex. 53. char. 19.

Principia tria esse ex dictis videtur, plura tribus non videtur: quia ad patiendum sufficiens est vnum. Si duæ essent contrarietates, oportebit seorsum esse alteram quandam naturam, & otiosa erit altera contrarietatum. Arist. phys. 1. sum. 3. cap. 2. tex. 56. char. 19.

Principia sunt duo, & sunt tria, & sunt contraria, & non contraria, quia subiectum non est contrarium; quare nec plura contrarijs quodammodo, id est per se, sed duo numero. Nec penitus duo, id est cum accipiuntur per se, quia

quia alterum est esse ipsi; sed tria, quia scilicet priuatio est necessaria generationi. Aristot. phys. 1. sum. 3. cap. 3. tex. 66. char. 22.

Principijs contrarijs necesse est subijci aliquod, & contraria esse duo quodammodo, alia non; quia sufficiens esset alterum contrariorum absentia, & præsentia facere mutationem. Arist. phys. 1. su. 3. cap. 3. tex. 68. ch. 23.

Principia, quæ in primis, & sempiternis sunt, numero eadem, & æqualia genere sunt. Arist. 2. de gener. & corr. sum. 3. cap. 1. tex. 51. ch. 441.

Principium aliud dicitur, vnde aliquid rei mouetur primum, vt longitudinis, & vitæ, & econuerso, vbi finitur motus, terminū dicimus. Aliud est, vnde facillime aliquid inchoatur, vt in doctrina, in qua non est a natura rei exordiū, sed vnde aliquis facilius addiscet. Aliud est principium, quod primo generatur in re, & in ea existit, vt fundamentum est principium domus. Aliud dicitur principium, vnde motus natus est initiari, vt puer ex patre, & matre, & vnde res cognoscibilis primū est, vt demonstrationum suppositiones, nec non omnibus modis, quibus causæ dicuntur, dicitur principium. Arist. 5. metaph. cap. 1. tex. 1. ch. 84.

Principia alia sunt in existentia rei, alia extra rem. Aristot. 5. metaph. cap. 1. tex. 1. ch. 85.

Principia cuiuslibet subiecti mutabilis tria sunt, forma, priuatio, & materia. Ari. 12. meta. su. 1. c. 2. t. 12. c. 245.

Principia corporis sensibilis, & mixti sunt eadem secundum proportionem. Arist. ibi. cap. 4. te. 22. c. 247.

Principia contraria esse ex positione Pythagoreorum, & Alcmeonis sumi potest. Aristotel. 1. metaphysic. sum. 2. cap. 3. chart. 16.

Principia omnium prædicamentorum s̄m proportionē, sunt actus, & potētia, sed in alio, & alio est alia, & alia potentia, & alius actus; & reducuntur actus, & potētia, in formam, priuationem, & materiam; quia forma est actus, & priuatio materia; materia vero ad potētiā. Arist. 12. metaph. su. 1. cap. 4. tex. 26. ch. 148.

Principia alia vniuersalia, alia particularia; & cum sumitur actus, & potentia loco principij, tūc sumitur principium vniuersale. Arist. ibi. te. 27. c. 149.

Principium, & causa subiecto eadem sunt: diuersa autem ratione; quia dicitur principium, vt principium est eius, cuius est principium, & vt ex eo existunt ea, quorum est principium. Causa vero, quatenus propter ipsam est id, cuius est causa, aliud autem est id, ex quo, & id propter quod. Ale. aph. in 3. meta. vel. s̄m lat. 4. co. 7. c. 85. c. 2.

Principium appellauit Porphyrius quatuor modis. Primo, vnde primus motus, id est a quo, vt nauis carine est principium. Secundo, id ex quo, vt natura est naturalium rerum principium. Tertio, id, cuius gratia, vt certaminis victoria. Quarto, vt ex quo primo cū insit, aliquid sit, vt domus lapides, ligna principium dicuntur, vt materia. Simp. in 1. phy. ch. 2. col. 1.

Principia, alia sunt ortus principia, vt materia, forma, efficiens, & patiens, vel aliquid elementorum. Alia cognitionis, vt immediate propositiones. Alia constantiæ, vt quemadmodum Pythagorei dixerunt; par, & impar. Alia actionis, quæ finem perspicunt. Simp. in 1. phys. char. 2. col. 1.

Principia plura, & immobilia inepta sunt, vt ex illis aliquid fiat. Simp. in 1. phys. ch. 12. col. 2.

Principium tot modis dicitur, quot causa. Simp. in 1. phys. tex. 23. ch. 34. col. 2.

Principia, alia elementaria, alia efficiencia, alia finalia. Simp. in 2. phy. char. 90. col. 2.

Principium ipsius consequentis, & ipsum consequens multipliciter dicitur; vel enim positione, vel ordine, specie, affectione, tempore, ortu, numero dicitur. Simp. in 5. phy. tex. 25. ch. 340. col. 1.

Principiorum, alia sunt natura: alia secundum numerū, Simp. in 5. phy. tex. 15. ch. 314. col. 1.

Principia in sphaera duo sunt: aliud enim medium, aliud circumferentia. Simp. in 8. phy. tex. 84. ch. 484. col. 2.

Principia rerum Plato sex esse posuit, materiam, formam, efficientem, finalem, exemplar, & instrumentale. Ioagram. in 1. phy. l. 1. ch. 2. col. 4.

Principia rerum quatuor posuit Arist. vt materia, forma, efficiens, finis. Io. gra. in 1. phy. ch. 2. col. 4.

Principium duplex, temporis, & rei. Temporis est ipsum nunc, in quo fit res. Rei, quod primū natura efficit, vt in hōie, vel cor, vel caput. Io. gra. in 1. phy. t. 22. c. 9. c. 4.

Principia, alia cognitionis, alia essentia sunt; nam in necessarijs principia cognitionis sunt termini, & pronuntiata, eaque pronuntiata, quæ Græce ἀξιωματα dicuntur. Essentia vero ea, quæ finiūt & efficiunt, id est causæ finales, & efficientes. At eorum, quæ aliter esse possunt, tam cognitionis, quam essentia principia eiusdem sunt naturæ. Eust. 6. ethic. cap. 1. ch. 269.

Principium duo in se continet, principium, & cuius est principium. Auerr. in 1. phy. ex su. 2. tex. 6. ch. 5. col. 3.

Principia, qui negat, negat pluralitatem, & motū: vtriusque enim est causa principium. Idem ibid. t. 8. c. 6. c. 1.

Principium dicitur de primo principio materiali, & formali. Idem in 3. phy. te. 1. ch. 40. col. 3.

Principium primum materiale declarari potest antequā declaretur motus: at principium primum formale nō potest declarari, nisi cognito motu. Idem ibid.

Principium dicitur de existenti in re, & de existenti extra rem. Auerr. 8. metaph. te. 1. ch. 98.

Principij nomen de motoribus dicitur secundum prius, & posterius. Auerr. epit. metaph. tract. 4. ch. 183. col. 1.

Principia, per quæ constituuntur corpora, & eorum accidentia sunt sex gradus alti. Primus prima causa. Secundus secunda causa. Tertius, intellectus agens. Quartus, anima. Quintus, forma. Sextus, materia. Quod est in primo gradu, non potest esse plura; sed omnibus modis est vnum solum; quæ autem sunt in alijs, sunt plura: tria prima, nec sunt corpus, nec virtus in corpore: reliqua tria licet nō sint corpora, sunt tamen virtus ad corpus. Auerr. de anim. beatitud. cap. 5. ch. 66. col. 1.

Principia cuiuscunque rei sunt quatuor. Efficiens, vt pater filij. Materialis, vt lapides domus. Forma, vt hominis rationalitas. Et quamobrem geritur aliquid, vt pugna victoria. Locus, & tempus sunt vniuscuiusque rei principium per accidens. Boeth. in Por. ch. 58.

Principia, vel accipiuntur in se, vel in cognoscente, aut comparata ad actum, cuius sunt causæ. Si in se, tunc accipiuntur secundum substantiam, qua constituta sunt ex terminis. Si comparata ad actum, sic sunt in potentia sua accepta, & sic vel in potentia remota, vel propinqua. Si remota, cognoscuntur sensu, memoria, experimento, & vniuersali. Si in propinqua, vt inferunt effectum, sic rationes dialecticæ habent viam ad ipsa. Alb. mag. in top. ch. 221. col. 1.

Principium accipitur duobus modis. Primo, vt id, quod est principium, & sic habet via ad ipsū. Secundo, vt est primū, & sic est immediatū, & nō habet via ad ipsum. Idē ibi.

Principia physica, alia sunt principia motus, & mobilis efficiencia motus, & mobile. Alia consequentia motū, & mobile, aut esse. Idem in 1. phy. tr. 1. cap. 4. ch. 2. col. 3.

Principium est multū, vel potentia, vel actus, vel magnitudine, naturæ aut principium minimū quod est, quæ nec quātū ē actus; sed maximū virtute. Proxima principia sūt actus multū: materialia. n. sūt elementa quatuor, mouēs celū, quod est corp⁹ quintū. Al. ma. in 1. de cel. tr. 2. c. 1. c. 8. c. 1.

Principia mixti, alio modo se habent, & alio principia simplicis. Et quod est aliquo modo actiuum in simplici, nullo modo est actiuum in mixto. Alb. magn. in 4. meteor. tract. 1. cap. 2. ch. 116. col. 4.

Principium duplex omnium rerū in homine est natura, & voluntas: hæc libera, illa a stellis regitur. At si voluntas,

voluntas, non renitatur, trahitur a natura. Et voluntas inclinatur a stellis. Albertus magnus in 2. de mineral. ex tract. 3. cap. 3. char. 142. colum. 3.

Principium primum sic necesse est esse, quod impossibile sit non esse ipsum, nec secundum rem, nec secundum intellectum, & quod nullo modo sit contingens, vel possibile esse. Et hoc duodecim proprietates habere debet. Primo, vt non sit accidens, nec virtus corporea, nec virtus corporis. Secundo, quod id, quod necesse est esse, non sit corpus; sed impartibile sit. Tertio, nec forma, nec materia, vt forma est pars compositi. Quarto, quod esse idem habeat, & id, quod est ipsum. Quinto, quod non pendeat ab alio, & quod non sit causa eius secundum vnum modum, & causatum ab ipso secundum alium. Sexto, quod non pendet ab alio per illum modum, quo illud pendet: ex ipso enim multa pendet ex primo per relationē ad ipsum; ipsum autem a nullo pendet. Septimo, quod impossibile est duo esse, vel plura, quorum vtrumque sit necesse esse. Octauo, nil potest designari per prædicationem, quod aliquo modo sit additum per esse eius; sed quicquid est cum ipso, est idem ipsi. Nono, quod impermutabile, ac immobile est, nulli vicissitudini subiectum. Decimo, quod a primo non esse potest, nisi vnum, & in hoc omnes consentiunt Peripatetici. Vndecimo, quod si cut necesse esse non dicitur accidens, nec secundum accidens: ita non dicitur substantia, nec secundum substantiam, id est secundum rationem earum substantiarum, quæ sunt in genere substantiæ. Duodecimo, quod cum primum non sit ab alio, omnia tamē ab ipso sunt. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. a cau. pri. lib. 1. tract. 1. cap. 10. char. 189. colum. 2.

Principium in plus est, quam causa; quia principium dicitur vnum tantum, ex quo est rei inchoatio, quod est aliud rei; ita quod non est causa. At quod est causa rei, dicitur etiam principium. Albertus magnus ibidem cap. 11. char. 190. colum. 2.

Principia esse, aut factiua sunt, aut formabilia, & materialia, aut instrumentalia operantia. Idem in 5. metaphysic. tract. 4. cap. 1. c. 111. col. 2.

Principia omnium non dicuntur a communitate generis omnium esse; sed ab influentia causalitatis: illius enim sunt principia, quod est actus, & effectus essentia simplicis, non conceptæ cum magnitudine, & tempore dant causam, & esse principij entis determinati per quantitatem, & motum; & non potest sciri mobile esse secundum hoc, quod est esse verum, & primum, nisi per huiusmodi principia essendi, nec principia mobilis, in eo, quod mobile, principia esse possunt, nisi sint a principijs esse veri, & puri in esse stabilita & posita. Et hoc est sciendi genus perfectissimum. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 2. ch. 59. colum. 4.

Principium duobus dicitur modis, vel secundum rationem principij, vel secundum rationem generis. Quod secundum rationem generis, de ratione est omnium consequentium, & est causa eorum; quia essentialiter principiat de ipso. Et quod est secundum rationem principij, non est necesse, quod sit aliquid de essentia, vel substantia ipsius. Et hoc modo principium dicitur bona continere communitate principij, non generis. Alb. mag. ethic. 1. tract. 2. cap. 3. char. 4. colum. 2.

Principia omnia per se, quæ sunt secundum naturam, sunt subiectum, & forma. Diuus Thomas in 1. phys. lect. 13. tex. 65. char. 12. colum. 4.

Principia proxima, & remota quælibet res habet; sed cognitio fit per proxima. Diuus Thomas in 1. de anima. lect. 12. tex. 78. char. 17. colum. 2.

Principia quorum sunt diuersa, ipsa quoque sunt diuersa. D. Thom. 1. metaph. lect. 16. tex. 43. char. 41.

Principij nomen communius est, quam causa. D. Thom. 5. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 255.

Principium, & causa licet sint idem subiecto, differunt tamen ratione. D. Thom. 5. metaph. l. 1. tex. 1. ch. 256.

Principium in generatione rerum, vel est extrinsecum, vel intrinsecum. Idem ibidem.

Principium passionis potest inesse alicui passibili dupliciter; primo, vt habet aliquid, vt homo propter inordinati humoris abundantiam: secundo, quia priuatur aliquo, quod potest repugnare passioni; vt si dicatur potens infirmari propter subtractionem fortitudinis, & virtutis naturalis. D. Tho. 5. meta. l. 13. te. 16. c. 337.

Principia, vel sunt certiora quoad nos, vt in naturalibus, aut priora secundum naturam, vt in mathematicis. D. Thom. 6. metaph. l. 1. tex. 1. char. 401.

Principia formalia, vt compositio, & mixtio non constituuntur ex his, quæ componuntur, aut miscentur, vt neque aliquid aliud formale constituitur ex sua materia, sed econuerso. D. Tho. 8. metaph. l. 3. tex. 8. ch. 595.

Principiata continentur in virtute principij. D. Thomas 12. metaph. l. 1. text. 51. char. 905.

Principia quædam sunt in operatijs naturaliter cognita, & quasi indemonstrabilia, vt malum fugiendum esse. Alia sunt per hominis industriam excogitata, vt iusta legalia. D. Tho. ethic. 5. l. 12. c. 91. col. 2.

Principium primum omnium est vnum numero, licet principia intrinseca diuersificentur: ideo principata non sunt vnum, quia diuersificantur secundum diuersas habitudines, vt respiciunt ipsum primum. Alexander 11. metaph. char. 308. col. 2.

Principia in duplici sunt differentia: quædam enim sunt principia cauandis; & quædam eliciendi cōclusionem. Prima voco materialia respectu immaterialium: quia primum est causa totius esse, quod principium non aspiciat demonstrationem nec secundum substantiam, nec secundum virtutem. Quædam sunt alia, quæ intrant demonstrationem secundum virtutem eo modo, quo vocamus principia, dignitates primas. Alexander 2. metaph. char. 37. col. 1.

Principia rerum, vel sumuntur, vt intrinseca, vel vt extrinseca. Si vt intrinseca, non sunt eadem corruptibilia, & incorruptibilia. Si vt extrinseca, idem est primum, scilicet primū mouens, & corruptibile, & incorruptibile. Alex. de Ales in 3. met. t. 15. c. 70. col. 4.

Principium primum de cōtradictione negantes quatuor accidere potest modis. Primo, quod dicerent, quod affirmatio, & negatio verificantur de aliquibus. Secundo, quod de quocunque verificatur affirmatio, verificetur & negatio, & non e conuerso. Tertio, quod de quocunque verificatur affirmatio, verificetur, & negatio coniunctim, non autem diuisim, id est, vt qui dicit homo est albus, & homo non est albus, verum dicit. Quarto, quod affirmatio, & negatio verificantur de eodem, & econuerso diuisim. Alexander de Ales in 4. metaph. tex. 15. char. 88. col. 3.

Principia alia sunt in re existentia, vt materia, & forma. Alia extra rem, vt agens, & finis. Alexander de Ales in 5. metaph. text. 1. char. 103. col. 1.

Principia formalia quædam sunt, quæ sequuntur essentiam rei pro toto suo ambitu. Quædam non sequuntur pro toto suo ambitu, sed sub aliquo gradu. Alexander de Ales in 7. metaph. tex. 34. char. 220. colum. 4.

Principia rei duplicia sunt, formalia, & materialia. Formalia sunt specifica, materialia indiuidui esse oportet. Principia materialia duobus modis: primo, vt constitutiva huius, & sic sunt huic propria, & non possunt intelligi communia. Alio modo absolute, vt speciei, vel generis indiuidua. Tho. de Vio in post. c. 119. col. 2.

Principia quid sunt, & quæ.

Principia immediata sunt positio, quæ non est monstrare, nec necesse est hñe aliquē docendū. Et dignitas, quam necesse est habere aliquem docēdum, est: & positionis

illa est, quæ ait esse & non esse, & hæc est suppositio: alia vero nec affirmat, nec negat, & est definitio. Arist. post. l. 1. cap. 2. tex. 5. ch. 298.

Principia in vnoquoque genere sunt illa, quæ quod sunt, non contingit monstrare. Arist. post. l. 1. cap. 8. text. 24. chart. 311.

Principia rerum, quæ genere differunt, & ea genere differunt. Arist. post. l. 1. cap. 25. tex. 43. c. 350.

Principia duplicia sunt, ex quibus communia, & circa quæ propinqua. Arist. post. l. 1. cap. 25. tex. 42. c. 35.

Principia omnes contraria faciunt: & qui dicunt, quod sit vnum & immobile, Parmenides enim dicit calidum, & frigidum, quæ appellat, ignem, & terram: & quod rarum, & densum, & Democritus solidum, & inane, quorum aliud ut quod est; aliud, ut quod non est: & positione, figura, & ordine: hæc autem genera contrariorum sunt positione sursum, & deorsum: ante, & retro: figura, angulari, & angulari, rectum, & rotundum. Arist. phy. 1. su. 3. cap. 1. tex. 41. ch. 15.

Principia, quod sunt contraria, manifestum est: vnum esse non possunt, quoniam non essent contraria: infinita non, quod scibile, quod est, non erit. Arist. phy. 1. su. 3. cap. 2. tex. 50. char. 18.

Principia omnia sunt, aut ex principiis constant. Aristot. phy. 3. su. 3. cap. 1. tex. 30. char. 62.

Principiorum, quæ perpetua sunt, non est alia causa. Arist. phy. 8. sum. 1. cap. 1. tex. 15. char. 199.

Principia manent, & omne manere necesse est continuum existens principio. Aristot. physicor. 8. sum. 2. cap. 5. tex. 52. char. 221.

Principium virtute maius est, quam magnitudine. Arist. 1. de celo. tex. 33. char. 254.

Principia longe melius est facere finita, quam infinita. Arist. 3. de celo. tex. 35. ch. 343.

Principia sensibilia sensibilia esse oportet: sempiternorum sempiterna: & corruptibilia corruptibilia, atque omnino eiusdem generis cum ijs, quæ subiiciuntur: quod de propinquis, non remotis intelligendum est. Arist. 3. de celo. cap. 2. tex. 61. char. 353.

Principium primum est, quod est in potentia corpus sensibile secundum contrarietates & elementa, id est aqua, terra, aer, ignis, quæ in se inuicem transmutantur. Arist. 1. de gen. & cor. sum. 1. cap. 1. tex. 6. char. 424.

Principium vnum est corporum, ex quibus constat circulariter laterum corporum natura; alia autem quatuor corpora propter quatuor principia, quorum duo a medio, duo ad medium mouentur, ignis scilicet, terra, aqua, & aer. Arist. meteor. 1. cap. 2. tex. 1. ch. 452.

Principia diuersorum diuersa sunt. Arist. 1. de ani. sum. 1. cap. 1. tex. 5. char. 588.

Principio vel exiguo immutato multa ex ijs, quæ a principio sunt, immutari solent. Arist. de generat. ani. 1. cap. 2. chart. 99.

Principiorum, quorum actio est corporalis, ea sine corpore inesse non possunt. Arist. de gen. ani. 2. ca. 3. c. 152.

Principia, quamuis magnitudine parua sint, facultate tamen magna. Aristot. de gener. anim. 5. cap. 7. char. 287.

Principium cuiusque rei maximum est: quippe quod rei dimidium sit. Arist. post. l. 1. num. 15. ch. 430.

Principia, & causæ sunt maxime scibilia: quia propter illa alia cognoscuntur. Aristot. in 1. metaphysicor. ex sum. 1. cap. 2. chart. 7.

Principium omnium rerum esse a prioribus philosophis accipimus corpus; ab alijs vnum; ab alijs plura. omnes tamen materiale principium esse hoc ponebant. Ab alijs vero præter materialem causam, & efficiens quoque ponebatur; & alij vnum; alij duo. Aristot. 1. metaph. ex sum. 2. cap. 4. tex. 1. char. 18.

Principia si specie sunt vnum, nihil erit vnum numero, nec ens & vnū principium, & scientia, quomodo erit? Si quidem vnū non est in oibus. Arist. 5. meta. ex su. 2. c. 4. t. 14. c. 51.

Principia corruptibilium, & incorruptibilium si sunt eadem, non est dare causam, propter quæ hæc corruptibilia, illa incorruptibilia. Arist. 3. met. ex su. 2. c. 4. t. 15. c. 51.

Principium omnium firmissimum est, contra quod impossibile est mentiri: notissimum enim esse oportet. Arist. 4. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 8. char. 65.

Principium firmissimum est, idem simul esse, & non esse in eodem, secundum idem impossibile esse additis determinationibus, de quibus in dialectica dictum est. Arist. 4. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 2. ch. 66.

Principium primum de omni affirmatione, vel negatione verum esse, & si non possit demonstrari simpliciter, potest tamen demonstrari per syllogismum elenchum, si aliquid dixerit: quia si nihil dixerit, derisio est querere rationem ad nullam habentem rationem, & cum non habet rationem, similis est plantæ. Arist. 4. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 9. ch. 67.

Principijs omnibus commune est habere principem locum respectu illius, cuius est principium. Arist. 5. metaph. cap. 1. tex. 1. char. 85.

Principia diuersorum diuersa sunt secundum rem: & si eadem sint secundum proportionem. Arist. 11. metaph. sum. 1. cap. 4. tex. 28. char. 249.

Principium est quidem primum entium, immobile, & secundum se, & secundum accidens: & licet sit immobile, mouet tamen secundum vnum motum primum & sempiternum. Arist. 12. metaph. cap. 4. tex. 43. ch. 25.

Principium videtur plus, quam dimidium totius esse: per ipsum enim complura eorum, quæ in quæstionem veniunt, manifestantur. Arist. 1. ethic. cap. 7. ch. 16.

Principij rei scibilibus nec scientia, nec ars, nec prudentia esse potest. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 6. c. 145.

Principium in rationibus id est, cuius causa id sit. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 8. ch. 176.

Principium est causa eorum, quæ per ipsum sunt. Aristot. mor. eud. 2. cap. 7. ch. 293.

Principium, si cum sensibilibus affinitatem habere debet, & natura in motu persistit, manifestum est ipsum constitui debere motus causa. Theophrastus metaph. 1. 2. cap. 1. chart. 316.

Principium idem omnia non mouere absurdum est. Theophrastus metaph. 1. 2. cap. 2. ch. 317.

Principia determinata sunt: absolum enim esset omnium rerum naturam determinatam esse: principia vero temere facta, ac indeterminata esse. Theophrastus metaph. 1. c. 4. c. 371.

Principium non solum medium, sed potissima pars totius est: & diuersitas illa, quæ circa principium aduenit, et si exilis admodum, & friuola sit, non ab re maxime differentie causa esse potest, ut in uiarum digressione maxime percipitur. Alex. aphr. in 1. de anima. cap. 3. ch. 31. col. 2.

Principium id est, quod communiter de aliquibus dicitur. Alex. aphr. in 1. metaph. co. 6. 1. c. 30. col. 2.

Principia firmissima sunt in vnoquoque genere, quæ omnium notissima, & manifestissima sunt, & quæ disputantibus de illo genere minus sunt dua. Alex. aphr. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 25. ch. 95. col. 1.

Principia an terminata sint numero, dicimus, quod veræ causæ, & principia omnium, & vnum, & interminata dualitas utraque hæc supergreditur, quæ in diuisione assumitur, vnum numero, & indiuiduum materialibus solis formis conuenire: quoniam vnum, quod materiale est, non minus est oia, quam vnum, quod in formis est terminatum. Sirian. in 2. metaph. vel 3. secundum lat. ch. 6.

Principio abolito, nec ipsum ex alio, nec aliud ex ipso vnum quam generabitur. Sir. in 2. metaph. vel 3. tex. 36. ch. 3.

Principia incorruptibilium quouis modo entium omnino sunt principia: quæ vero sunt corruptibilia, non omnia & incorruptibilia sunt. Sirian. in 2. metaph. vel 3. secundum latin. char. 7.

Principia numero quidem minima esse, potentia vero vniuersorum generatiua, & comprehensiuæ. Sir. in 2. metaph. vel 3. secundum lat. char. 7.

Princi-

Principia sui cuiusque generis ea sunt, quæ, ut sint, necesse est construere, si habenda est demonstratio. Themist. in 1. poster. cap. 20. char. 5. col. 1.

Principia sunt ea, quæ philosophi causas appellant, & concausas. Themist. in phy. char. 14. col. 2.

Principia in subiecto non sunt collocanda: alioquin principij esset principium. Them. in j. phy. t. 52. c. 19. col. j.

Principium motus in seipso habere, nihil aliud est, quam naturam habere audientem, idoneam, habilem, ut in id se vertat, quo extrema vis imperat; & in quo, postquam est euerfa, tali se, vel tali motu, nisi quid obstat, exercent. Them. in 8. phy. tex. 33. ch. 56. col. 1.

Principia sunt omnibus communia, quæque principiis connexa sunt. Them. 1. phy. ch. 19. col. 3.

Principia sunt priora, quam ea, quæ de inijs prodeunt. Them. in 8. phy. tex. 75. ch. 58. col. 4.

Principia quod non sunt immobilia, ex accidenti motu naturali perspicitur, quod contraria, attestatur communis philosophantium de principiis consensus. Themist. in 1. phy. tex. 6. char. 5. col. 1.

Principia contraria esse, & causam omnium effectricem Arist. a Parmenide assumpsit. Them. in 1. phy. c. 9. col. 1.

Principia vera non sunt vniuersalia; sed singularia in singularibus quaeri debent. Them. 1. 2. metaph. ch. 8.

Principia semper sunt laboriosa pars totius negotij. Psel. in prim. physicor. c. 1.

Principium esse nequit, si vnum tantum est id, quod est; nam principium alicuius, aut aliquorum esse principium quis non cognoscit? Simp. in j. phy. tex. 8. c. 14. col. 2.

Principijs interemptis, & quæ ex principiis sunt, interimi necesse est. Simp. in 1. phi. char. 15. col. 2.

Principia proxima, & elementaria sempiterna non sunt. Simpl. in 1. physic. ch. 67. col. 2.

Principia rerum naturalium quaerere aliud est ab inquisitione principiorum mutationis: quia rerum naturalium priuatio est causa per se. Simp. in 1. phy. char. 75. col. 1.

Principium quæ secundum magnitudinem habent, & finem quidem habere oportet. Simplicius in 3. physico. tex. 30. char. 164. colum. 2.

Principium, causa, & elementum differunt iuxta Alexandri opinionem; quia principium proprie dicitur efficiens, quod est principium vnde motus. Causa vero id, cuius gratia, & forma: idem enim in naturalibus forma, & finis. Elementum autem est id, quod inest, ac rei intimum est, ceu materia. Simpl. in 1. physic. tex. 1. char. 1. col. 1.

Principium, oportet esse diuersum ab eo, cuius est principium. Ioan. gram. in 1. phy. text. 51. c. 22. col. 1.

Principium primum, sempiternum, & immutabile esse oportet; & alia omnia, quæ ex eodem proficiuntur, generabilia, & corruptibilia esse. Ioannes grammat. in 2. phys. tex. 10. char. 33. colum. 3.

Principium, terminus, & finis differunt; nam principium est id, quod finem præcedit: terminus non est ante principium, nec ante finem, sed terminatum solum præcedit. Ioan. gram. in 3. phy. tex. 30. ch. 60. col. 2.

Principium primum qualitatium experts esse oportet. Ioan. gram. in 1. de gener. & corru. tex. 3. com. 22. c. 11.

Principium proprium est esse simplicius. Ioan. gram. in 1. de gener. & corru. tex. 10. com. 22. char. 11.

Principium non esse idem cum eo, cuius est principium, manifestum est. Eustr. vel Mich. Ephes. 4. ethic. c. 5. c. 450.

Principium exigit compositionem, & pluralitatem. Auerroes in 1. phys. tex. 8. char. 6. colum. 1.

Principia, de quibus est perscrutatio, communia sunt simplicibus, & corporibus compositis. Auerroes in prim. phys. tex. 51. char. 15. colum. 4.

Principium substantiæ est substantia. Auer. in 1. physico. tex. 52. char. 16. colum. 1.

Principium in cogitatione, est finis in operatione: & principium in operatione, est finis cogitationis. Auerroes

in phys. 2. tex. 89. char. 39. colum. 4.

Principij actionis causam, cum actio est æterna, non oportet reddere, sed cum est noua. Auerroes in 8. physicor. text. 11. char. 160. colum. 1.

Principium non constituitur per subiectum, quod mouetur ab ipso: sed est econuerso, scilicet, quod permanentia subiecti est secundum illud. Auerroes 8. physicor. text. 52. char. 178. colum. 4.

Principia materialia non debent esse in fide, ut principia mathematica. Auer. 1. de celo tex. 90. ch. 28. colum. 2.

Principium secundum magnitudinem est aliud a principio secundum tempus. Auer. 2. de cel. t. 13. c. 48. col. 3.

Principia, quæ sunt in orbibus celestibus, sunt vita, & sunt principia vitæ, quæ sunt hic. Auerroes. 2. de celo tex. 68. char. 67. colum. 4.

Principia sensibilia sensibilia, corruptibilia corruptibilia esse debent, æternorum æterna: & intelligendum est propinqua non remota: quia sensibilia principia remota non sunt sensibilia, ut prima forma, & prima materia: nec corruptibilia corruptibilia. Auerroes 3. de celo tex. 61. ch. 103. col. 2.

Principia generabilium rerum sunt generabilia, & corruptibilia corruptibilia: quia sunt in generabili, & corruptibili: & secundum hoc dicimus in forma rei, & materia propinqua. Auerroes in tertio de celo text. 61. char. 103. colum. 3.

Principiorum naturam opinari, quod est mouens per se, rectum est. Auer. 1. de ani. tex. 29. ch. 113. col. 3.

Principium rerum omnium generabilium antiqui primi naturales posuerunt vnum ex quatuor elementis: nam & alij ignem, alij aerem, & quidam aquam, præter terram, nisi ponentes leges. Auerroes in 1. metaph. tex. comment. 1. char. 3.

Principia alia esse debent ab eis, quorum sunt principia: & ut sint habentes naturam separatam per se. Auer. in 3. metaph. tex. com. 11. char. 24.

Principium dignius est dici de causis extrinsecis: & causa est minor principio in hoc, quod principium dicitur de principiis transmutationis, & de quatuor causis. Auer. in 5. metaph. ex sum. 1. tex. com. 4. c. 50.

Principium motus animalium est a corde. Auerro. 2. de celo tex. 12. c. 48. colum. 1.

Principia corporum simplicium sunt prima materia, & forma contrariè substantiales; in composito autem ex simplicibus virtutes, quæ sunt in simplicibus ad recipiendum formas compositas ex formis finalibus, & istis formis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 22. ch. 144.

Principium dignius conuenit motori, & elementum causis extrinsecis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 23. c. 145.

Principium, & finis sunt in prædicamento relationis. Auer. ex destr. destr. disp. 1. ch. 9. col. 4.

Principium quod habet, finem habet. Auer. ex destr. destr. disput. 2. char. 18. colum. 1.

Principium esse est relatiuum. Auer. ex destr. destr. disput. 3. char. 25. colum. 3.

Principia, causæ, & elementa cognoscendi eadè sunt, quæ sunt principia essendi. Alb. mag. de prædica. c. 1. col. 3.

Principia omnia se ipsis differunt. Albertus magnus in prædica. char. 25. colum. 3.

Principiata sunt passiones, quæ proficiuntur a subiectis. Alber. mag. in poster. char. 173. col. 3.

Principium primum in genere syllogismi demonstratiui est propositio immediata: in demonstratiua autem scientia principium est intellectus, qui est habitus principiorum immediatorum. Alb. mag. in poster. c. 196. col. 2.

Principium, quod experimento sensui non concordat, non est principium, sed principio contrarium. Albert. mag. in 8. phys. trac. 2. cap. 2. char. 95. col. 4.

Principia proxima rerum corruptibilium sunt corruptibilia. Alber. mag. in 3. de cel. tract. 2. cap. 7. c. 51. col. 1.

Principia proxima rerum particularium sunt particularia.

ria,

ria, & corruptibilium corruptibilia. Alber. mag. de in-
tellig. & intellig. tract. 2. cap. 5. c. 52. col. 4.
Principia prima cuiusvis naturæ sunt potentia eius, &
actus eius. Alb. mag. de sen. & sen. tra. 2. cap. 1. c. 9. c. 2.
Principium formationis inferiorum ex superioribus
fuit: quia superiora semper sunt loca inferiorum. Alb.
mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 1. c. 92. col. 3.
Principium omne formale vtens corpore diuersificato
in organis est anima. Alb. magn. de veg. l. 1. tract. 1.
cap. 9. char. 114. col. 3.
Principia rerum prima per essentiam sunt principia, &
non per aliud aliquid; quia si per aliud essent; nõ essent
principia. Alb. mag. in 1. metaph. trac. 3. ca. 14. c. 64. c. 4.
Principia per essentiam actiua vnam, & eandem actionem
habent in omnibus, & non sunt contrarium actionem
num. Alb. mag. in 1. metaph. trac. 3. cap. 24. c. 64.
Principia substantiæ sunt principia accidentium priorum.
Et quorum eadem sunt principia, illorum est vna scientia.
Alb. mag. in 3. metaph. tract. 2. cap. 2. c. 79. col. 1.
Principium mouens iuxta Aristotelis opinionem idem
est; & cum motus sit actus mouentis primi, & instru-
mentum, & motor moueat ad formam, quam habet in
se ipso, quod forma, q̄ est in materia potentiali sit vna,
vt vna sanitas ex anima medici p̄ instrumenta medici-
næ in aial traducte; & vt forma formatiue virtutis, q̄
ipsa est per virtutem spirituum in distincta membra tradu-
cta; sic n. motus primi motoris stat ad id, qd̄ mouet,
& nõ mouet. Materia vero, vt fumitur in physicis fm̄
esse accepta non est vnus generis, sed accepta vt sub-
stantia fundans est vna. Et sic de fine, qui vltimus vnus
est: vnus cuiusq; aut diuersus: & corruptionis causa in
omnibus est longe a primo principio distare, & incor-
ruptionis causa est propinquitas iuxta principium: &
causa motus est participare velle, & esse diuinum. Alb.
mag. in 3. metaph. tract. 2. cap. 10. ch. 81. col. 3.
Principia proxima rei principiata, & essentialia corru-
ptibilia sunt per accidens, cum res corruptantur per
se: & sic sunt etiam generabilia, & mobilia; per se autem
sunt ingenerabilia, & incorruptibilia, & immobilia.
Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 16. c. 87. col. 2.
Principia rerum per motum sunt principia, nec sunt for-
mæ rerum separatæ, nisi per modum illum, quo prin-
cipia sunt scientiæ rerum. Alb. mag. in 3. metaph. tra-
ct. 3. cap. 20. ch. 88. col. 1.
Principia rerum secundum esse accepta singularia sunt,
secundum rationem autem a rebus abstracta, & se-
parata vniuersalia sunt. Alb. magn. in 3. metaph. tra-
ct. 3. cap. 18. char. 87. col. 4.
Principium & causa vnam dicunt naturam, sed non mo-
dum vnum; quoniam principium dicit modum, nega-
tionis fm̄ quod ante nõ est aliud; dicitq; modum abne-
gationis prioris illius naturæ, quæ est causa, ad quam
sequitur aliud, quod est ex ipsa natura, quæ est causa;
& sic principium non addit super causam rem aliquam
secundum modum, qui consistit in negatione, quæ con-
sequitur naturam illam, quam dicit causam, quæ est, ex
qua sunt omnia alia; hæc enim est ratio causæ, quæ tam-
tum causæ, & non causati habet nomen, & rationem.
Alb. mag. in 4. metaph. tract. 1. cap. 4. c. 89. col. 2.
Principium operationis, vt intellectus, est omne, quod ad
similitudinem sui diuersa operatur fm̄ formam, & speciem;
& non principium, vt natura, quæ solum vnum opera-
tur. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 2. cap. 9. c. 126. col. 2.
Principium arguit ordinem quandam alicuius proces-
sus, vnde aliquid potest esse principium, quod non est
causa. D. Tho. in 1. phy. lect. 1. veg. c. 1. col. 2.
Principia in hoc loco significat cas mouetes, & agetes, in
qbus attendit ordo processus cuiusdã: causæ autem intelli-
guntur formales, & finales, ex qbus depēdent res fm̄ suum
esse, & fieri: p̄ elementa causas proprias materiales in-
telligere vult Arist. D. Tho. in 1. phy. l. 1. te. 1. c. 1. c. 2.

Principia plura esse nequeunt immobilia. D. Thom. in 1.
phy. lect. 2. tex. 6. ch. 2. col. 3.
Principia rerum efficientia, & mouentia sunt determina-
ta numero; sed principia formalia, quorum sunt multa
individa vnus speciei, non sunt determinata nume-
ro; sed specie. D. Tho. 3. metaph. l. 14. tex. 8. c. 186.
Principium in moralibus dicitur id, ex cuius voluntate,
vel proposito alia mouentur. D. Thom. 5. metaph.
lect. 1. tex. 1. char. 157.
Principium in vnoquoque genere est id, quod est primū
in genere. D. Tho. 5. metaph. l. 13. tex. 16. c. 335.
Principium fictionis est vltimum in intelligendo, &
primum in faciendo, & exequendo. D. Tho. 7. metaph.
l. 6. text. 23. chart. 484.
Principium actiuum substantiæ non potest esse, nisi sub-
stantia; sed accidentium potest esse non accidens, scilicet
substantia. D. Tho. 7. metaph. l. 8. tex. 32. c. 388.
Principia extrinseca vnum sunt numero, cum id, quod est
primum omnium, est agens, & finis. D. Thom. 11. me-
taph. lect. 2. tex. 1. char. 759.
Principia intrinseca, scilicet materia, & forma non sunt
vnum numero omnium, sed secundum analogiam. D.
Tho. 11. metaph. l. 2. tex. 1. ch. 759.
Principium in operatiuis est vltimus finis. D. Tho. ethic.
1. l. 12. char. 12. col. 2.
Principium tam æternorum, quam corruptibilium vnū
est: quia omne ens ab vno ente deriuatum est: sed diffe-
runt, vt propinquius ens primum aspiciunt. Alexan. de
ales in 11. metaph. ch. 307. col. 3.
Principia communia vocantur, quæ componuntur ex ter-
minis communibus, & generalissimis. Alex. de ales 11.
metaph. text. 2. chart. 304. col. 4.
Principia virtualiter sunt conclusiones. Alex. de ales in 2.
metaph. sic. char. 24. col. 2.
Principia tenent mediam inter naturam scibilis, & natu-
ram intellectus. Alex. de ales in 2. metaph. c. 34. col. 4.
Principium, quod est conceptus compositus priorum re-
soluitur ad primum conceptum simplicem, vt omne
compositum resoluitur ad simplex. Alex. de ales in 2.
metaph. sic. chart. 55. col. 1.
Principia sunt mensura omnium conclusionum. Alex. de
ales in 2. metaph. char. 37. col. 4.
Principium, & conclusio sunt quidam conceptus compo-
siti. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 1. ch. 49. col. 1.
Principium vocatur, ad quod resoluitur compositum
materiale. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 2. c. 50. col. 4.
Principia prima communes opiniones appellantur ab
Arist. quia ipsa prima intellecta, quæ sunt prima prin-
cipia, sunt nota oibus; at, quæ ab alijs eliciuntur, sunt
conclusiones, quæ non sunt notæ, nisi longo discursu;
& appellari possunt propriæ opiniones. Principia ergo
sunt omnibus nota, conclusiones vero sapientibus.
Alex. de ales in 3. metaph. tex. 4. c. 55. col. 3.
Principia omnia si destruerentur, destrueretur primus
actus, qui est oium principium: & sic nihil poterit cau-
sari in rebus. Alex. de ales in 3. metaph. te. 15. c. 70. c. 3.
Principia prima sunt in actu: quia omne, quod deducitur
de potentia ad actum, deducitur per aliquod prin-
cipium, quod præexistit in actu. Alex. de ales in 3. meta-
phy. tex. 18. char. 74. col. 3.
Principia ita se extendunt, vt se extendit ens. Alexan. de
ales in 4. metaph. tex. 7. ch. 72. col. 2.
Principia prima vocantur illa, quæ fundantur super ter-
minos communes: ergo metaphysica considerat termi-
nos communes: ideo & prima principia considerat.
Alex. de ales in 4. metaph. tex. 8. c. 83. col. 1.
Principiorum natura est a natura, si idem est natura, &
non ratiocinabile: quia non habentur per discursum,
sed per virtutem obiecti mouentis in virtute luminis
naturalis. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 8. c. 83. col. 4.
Principium generalius est, quã causa, quia principium con-
sistere

sistere videtur in quodam ordine vnus ad aliud, siue
aliud sumat esse ab alio, siue nõ. Causa vero est in quo-
dam ordine vnus ad aliud, ita, quod illud aliud sumit
esse ab illo. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 1. c. 103. c. 2.
Principium positionis indiuidui sub genere non ex ipsa
generis essentia, sed materia subiecta accidentibus est.
Tho. de Vio. in præd. char. 8. col. 2.
Principium alicuius illud est, quod eius non est causa.
Tho. de Vio. in post. char. 97. col. 1.
Principiorum habitum habens est in potentia sciens, nõ
ratione habitus principiorum, sed ex natura intelle-
ctus, qui indiget continuo tempore, & exercitio ad
discurrendum. Thom. de Vio in post. ch. 101. col. 1.
Principium formale vnum esse oportet constitutum
generis subiecti in vnitatem effendi, & dans ei talē vni-
tatem. Tho. de Vio. in post. c. 168. col. 1.

Principium vt primum.

Principia diuersorum etsi diuersa sunt, mouens ta-
men extra diuersa genere ipsum vnū est primū prin-
cipium respectu oium. Arist. 10. met. su. 1. tex. 24. c. 248.
Principium primum materiæ impermixtum, & incorpo-
reum mouens, ita mouens corpora cœlestia, vt amatū,
& desideratum: & ortus & interitus ex corporibus
cœlestibus nascitur. Them. 12. metaph. c. 24.
Principium primum vniuit vita; qua nulla est perfectior,
& nulla est maior oblectatio sua: quia ipsummet est
ipsa lætitia tantum: & alijs aduenit lætitia, & gaudiū
per ipsum. Auer. epit. metaph. trac. 4. char. 184. col. 1.
Principium primum indiuisibile est, per id, quod intel-
ligit de se ipso: ideo non intelligit, nisi vnā rem sim-
plicem. Auer. epit. metaph. trac. 4. char. 184. col. 1.
Principium primum nullo modo habet descendentiā
ab alio. Alb. Mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. pri-
lib. 1. trac. 1. cap. 11. char. 160. col. 2.
Principium primum non est intellectus cōtemplatiuus:
quia intellectus corpore indiget: ideo destruitur scien-
tia, si sensus destruitur: at primum nullius rei est acce-
ptiuum. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. pri-
lib. 1. trac. 2. cap. 1. char. 190. col. 3.
Principium primum est, vt intellectus vniuersaliter agēs
vniuersaliter in sphæra actiuorum, & passiuorum; &
vniuersaliter, vt intellectus illustrans sup̄ omne, quod
est, vel ante se habens, quo illustrat. Alb. Mag. de caus.
& proces. vniuers. a caus. pri. l. 1. tr. c. cap. 1. c. 190. col. 4.
Principium primum vita nobilissima viuit, plena gaudio,
quod concessum est in diffusionem boni. Alber. Mag. de
caus. & proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. tr. 2. cap. 2. ch. 191. c. 2.
Principium primum se scit, & omne, quod est, vel esse po-
test, siue finitum, siue infinitum. Alb. mag. de caus. &
proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. trac. 2. cap. 2. c. 191. col. 2.
Principium primum temporalia intemporaliter scit, &
materialia immaterialiter: quia materia denudatum
est, nullam temporis differentiam; nec materiæ con-
ditionem habens, priuatiua positivæ noscit, peccato-
rum omnium cognitionem habet: cum ipsum sit sine
priuatione, peccato, & malo. Alb. mag. de caus. & pro-
ces. vniuers. a caus. 1. l. 1. trac. 2. cap. 3. c. 141. col. 3.
Principium primum perfecte scit se ipsum: omne enim
sentiens sentit se sentire, & intelligens intelligit se in-
telligere, & sciens scit se scire. Alb. mag. de caus. & pro-
ces. vniuers. a caus. 1. l. 1. trac. 2. cap. 4. c. 191. col. 4.
Principium primum scientiam habet omnium generum,
specierum, & indiuiduorum tam substantię, quam ac-
cidentiũ; & nihil est, cui non sit præsens, & quod sibi
in lumine suo non sit præsens: & cum sit causa rei, nec
ipsum a re causetur; eius scientia non multiplicatur
diuersitate scitorum in genere, vel specie, vel indiui-
duo; & quia in fine est simplicitatis, nullā potest habe-
re definitionem. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a

caus. 1. l. 1. trac. 2. cap. 5. c. 191. col. 4.
Principium primi scientia nec est vniuersalis, nec particula-
ris, nec in potentia nec in actu, nec in agere; quia om-
nes hæc differentię speculatiuæ scientiæ tantum cau-
santur ex suo scito. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers.
a caus. 1. l. 1. trac. 2. cap. 6. char. 192. col. 1.
Principium primi scientia non est vniuersa ad scientiam hu-
manam: quia nihil præexistens habet: eo quod ad nihil
habet primum principium ordinem ante se. Adhuc scien-
tia vniuersa esse nõ potest, nisi per vniuersationem eo-
rum, de quibus est: nostra autem scientia, quæ ex rebus
est, & ex rationibus, & speciebus causarum rerum
causatur in vniuersali. Primi autem principii scientia
ex hoc non est; quia primum principium causa est om-
nium, & species. At species, quæ est causa omnium, &
species rei causatæ, nõ sunt vniuersæ species. Alb. mag.
de caus. & proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. tr. 1. c. 7. c. 192. c. 2.
Principium primi scientia est causa esse, & ordinis vniuers.
forum. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. 1. l. 1.
trac. 2. cap. 7. c. 192. col. 3.
Principium primi effectus est esse vniuersi cuiusq; in omnibus
existentibus. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus.
1. l. 1. trac. 2. cap. 7. c. 192. col. 3.
Principium primū causa est ordinis vniuersi. Alb. mag. de
caus. & proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. tr. 2. c. 8. c. 142. col. 4.
Principium primum ad agendum omnimode liberum
est; quia maxime causa sui est. Alb. Mag. de caus. & p-
ces. vniuers. a caus. 1. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 191. col. 4.
Principium non agit nisi per essentiam; quia si aliter age-
ret, non esset primum; & quia per essentiam agit, de
necessitate agit; non tamen tollitur eius libertas: ne-
cessitas enim quæ est per dependentiam ad aliquam
causam, tollitur a primo: sed tamen per hoc non tol-
litur libertas; quia in ipso est causa suæ actionis. Alb.
Mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. pri. lib. 1. trac. 3.
cap. 1. char. 192. col. 4.
Principium primū liberum est in oibus suis actibus: eo qd̄
ad nihil penitus habet depēdentiā, & sibi ipsi est cau-
sa efficiens ad omnia, & in omnibus. Alb. mag. de caus.
& proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. trac. 3. cap. 1. c. 193. c. 1.
Principium primum nobilissimæ est voluntatis: & antiq̄
non negauerunt in eo esse voluntatem, nisi illam, quæ
deliberatiua est, & rei definitiens appetitus: sed diffi-
nitiua, quæ est finis optimi, est in ipso, & per ipsum
agit quidquid agit, etiam, cum dicitur esse sciens, & nõ
lens, non designatur esse aliqua diuersitas in ipso pro-
pter suam omnimodam simplicitatē. Alb. mag. de caus.
& proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. trac. 3. cap. 2. char. 193. col. 2.
Principium primum secundum se simpliciter infinitum
est, & infinitæ potentie: secundum aliquid tamen sui,
id est secundum bonitatem, qua desideratur ab hoc
mobili, vel illo, finitum est. Alb. Mag. de caus. & pro-
ces. vniuers. a caus. 1. l. 1. tract. 3. cap. 3. char. 193. col. 4.
Principium primum est indifferenter fluens, quot intel-
ligentias indefinenter emittens est intellectus vni-
uersaliter agens. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a
caus. 1. l. 1. trac. 4. cap. 1. c. 195. col. 1.
Principium primum efficiens in causa efficiente, sine ter-
mino fluat omnibus influens efficiendi virtutem. Se-
cundum autem non fluit, nisi in ea, quæ sub ipso fiit,
& sic de alijs, & sic etiam in alijs causis. Alber. magn.
ibid. cap. 4. colum. 4.
Principium primum in posse scire, & velle omnimodam
habet perfectionem ad agendum. Alb. mag. de caus. &
proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. trac. 4. cap. 1. c. 195. col. 1.
Principium primum omnium est incorruptibile, sed quæ-
dam, quia lōge distat ab eo, sunt corruptibilia, in qui-
bus generatio, & corruptio causatur per causam me-
diam, quæ est incorruptibilis secundum substantiam,
& variabilis fm̄ vbi. D. Tho. in 11. meta. l. 2. t. 1. c. 757.
Principio primo non est contrarium aliquid. D. Thom.
11. metaph.

ii.metaph. lec. 12. tex. 56. char. 915.

Principii primi natura est, quod notitia sua non ininitur alteri. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 8. c. 83. col. 3.

Principio primo nihil prius. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 8. char. 83. col. 1.

Principiorum conditiones.

PPrincipia, nec ex alterutris esse oportet, nec ex alijs, & ex his omnia. Et hæc conditiones contrarijs primis insunt. ob id quidem, quod prima sunt, non sunt ex alijs, quia contraria non sunt ex alterutris. Arist. in 1. phys. sum. 3. cap. 2. tex. 42. char. 15.

Principia semper manere debent. Arist. in 1. phys. su. 5. cap. 2. tex. 51. char. 18.

Principium tres conditiones habere debet, ut sit firmissimum, non conditionale, & ut non acquiratur per demonstrationem. Arist. 4. metaph. sum. 1. cap. 1. char. 8.

Principij proprium est esse simplex. Alex. Aphrod. in 10. metaph. vel secund. Lat. 11. com. 5. char. 265. col. 1.

Principium debet æqualiter distare a re, cuius est principium. Auer. de partib. animal. 3. cap. 4. char. 83.

Principia, ut considerantur, & cognoscuntur.

PPrincipia per seipsa nata sunt cognosci, reliqua vero per principia. Arist. prior. 1. 2. cap. 18. c. 274.

Principiorum communium medio qui scit, non scit per se, sed per accidens. Arist. post. 1. 1. cap. 6. tex. 23. c. 310.

Principia, & datum, quod sint, quæritur: quæ situm vero quid sit. Arist. post. lib. 1. cap. 8. tex. 24. char. 311.

Principia immediata, qui non cognoscit, non sciet per demonstrationem. Arist. post. lib. 2. cap. 18. tex. 16. c. 385.

Principia non sunt nobis insita a natura, sed illa cognoscimus aliqua potentia animi, quæ non est nec dignior, nec certior illa. Arist. post. 1. 2. cap. 18. t. 27. c. 385.

Principia prima negantes, & nihil asserentes, difficile sanantur, quia contra hos ratio naturaliter non potest obuiare. Arist. 11. metaph. sum. 2. cap. 5. char. 226.

Principia, alia inductione, alia sensu, alia assuetudine quadam, alia alio quodam modo considerantur: singula enim tractanda sunt, ut natura eorum postulat, dandaque est opera, ut recte diffiniantur. Aristotel. 1. ethic. cap. 7. char. 17.

Principia aliquatenus speculari per causam possumus a sensibus incipientes: sed cum ad summa, & prima transimus, siue ob nostram imbecillitatem, siue, quia causam non habemus, sicuti desideratissima amplius intueri non valeamus: sed veritati magis consonum est palpante, & quasi attingente mente fieri speculationem. Theoph. lib. metaph. cap. 8. char. 325.

Principio insunt causarum significata, ut materia in eo significato continetur, ex quo primo quippiam fit eo pacto, ut insit. Finis in illo unde fit quippiam eo pacto, ut non insit. Efficiens in hoc, unde motus incipi aptus est. Forma in artiũ rone. Ars enim forma est rei efficiẽdæ. Alex. Aphr. in 4. met. vel fm Lat. 5. co. 2. c. 127. c. 1.

Principia inductione cognoscuntur. Alexand. & Eust. in 2. post. char. 198. col. 1.

Principiorum cognitio potius per cõiecturam, quã per demonstrationem habetur. Simp. in 1. phy. char. 5. col. 1.

Principia necesse est per inductionem, ac ex posterioribus confirmare. Simpl. in 8. phy. tex. 15. ch. 417. col. 1.

Principijs cuiusvis rei non cognitus, impossibile est res ipsas cognoscere. Io. Gra. in 1. post. cap. 18. c. 41. col. 4.

Principiorum cognitionem a natiuitate insitam habere non possumus. Ioã. Gram. in 2. post. cap. 18. char. 34. col. 3.

Principiorum cognitio habetur a quadã animæ potentia, quæ tamen non est honorabilior, aut certior cognitione principiorum. Io. Gra. in 2. post. cap. 18. ch. 74. c. 3.

Principiorum cognitio sensu habetur. Ioan. Gram. in

2. poster. cap. 18. char. 74. colum. 3.

Principia, aut causas, aut elementa dixit Arist. quia artiũ speculatiuarum, aut suarum partium sunt quædam, quæ considerant de rebus simplicibus carentibus principijs: & hæc est dispositio scientiæ considerantis de proprijs principijs, & primis cuiuslibet artis, & entis. Auer. in 1. phy. tex. 7. ch. 4. col. 2.

Principia dixit causas agentes, & mouentes, & per causas fines, & per elementa causas, quæ sunt partes rei, id est materiam, & formam. Auer. ibid.

Principia quiescentia plura esse nemo dixit. Auerr. in 1. phy. ex su. 2. tex. 6. ch. 5. col. 3.

Principium vsitatur pro principio cognitionis, & pro principio essendi. Auer. in 1. phy. ex su. 2. tex. 8. c. 5. c. 4.

Principiorum sermo, est sermo de omnibus in potentia. Auer. 1. de cel. tex. 33. ch. 12. col. 3.

Principium non intelligitur, nisi in re, quæ habet finem: & quod habet finem, necessario habet principium. Auer. in 2. metaph. comm. 7. ch. 15.

Principio primo ablato, impossibile est philosophari. Auer. in 4. metaph. tex. com. 9. ch. 36.

Principium in quibusdam artibus accidit, ut sit idem essendi, & docendi: in alijs non. Auerr. in 5. metaph. ex sum. 1. tex. comm. 1. char. 48.

Principia prima impossibile est, ut demonstrantur. Auer. in 12. metaph. tex. comm. 5. char. 138.

Principia naturalis substantiæ non debet probare philosophus primus. Auer. in 12. metaph. tex. com. 6. c. 138.

Principia, alia sciuntur inductione, alia sensu, alia assuetudine ex parte sermonum exponentium ea, & ex parte viæ diuisionis, & quod simularur his ex rebus dirigentibus ad comprehensionem certitudinis per aliquid, quod non agit actionem syllogismi. Auerr. in 1. ethic. cap. 7. char. 5. col. 3.

Principia prima sunt, quasi femina per naturam cognitioni hominis inserta, ex quibus, quasi seminibus magni oriuntur fructus scientiarum de his, quæ cognoscuntur per ipsa. Alb. mag. de prædicabil. c. 4. col. 2.

Principia essendi, & cognoscendi eadem sunt. Alb. mag. in prædicam. char. 29. col. 1.

Principia cum cognoscimus, ea, ut terminos scimus, quia termini sunt substantialis causa materialis principiorum: sciendo ea per terminos, scimus ea per seipsa; & si etiam inductione probentur, non probantur per alia, quam quæ in ipsis sunt. Alb. mag. in prior. c. 166. col. 2.

Principia cognoscuntur lumine, quod si est a superiore agente, a philosophis intelligentiæ radiatio appellatur. si, ut est formale secundum formalia ad intelligibilia se habens, dicitur principiorum habitus per naturam intellectus apud intellectum existentium. Alb. mag. in prior. char. 172. col. 3.

Principia debent præcisci, quia sunt, alioquin nulla erit consequentia demonstrationis, cum principium per hoc, quod est, & per hoc, quod de necessitate est verum, sit causa consequentiæ. Alb. mag. in post. c. 173. col. 4.

Principia cognoscuntur, vel inductione, vel terminorum expositione, & non demonstratione. Alb. mag. in post. char. 196. colum. 1.

Principia ad sui declarationem indigêt diffinitione, quia syllogismo terminari non possunt, cum non habeant superiora, ac priora. Alb. mag. in top. c. 271. col. 4.

Principijs primis propinqua difficile probantur, quia pauca habent media. Alb. mag. in top. c. 271. col. 3.

Principia cognitionis, alia ingrediuntur syllogismum, alia non, quæ non ingrediuntur, sunt dignitates primæ cuiuslibet scientiæ. quæ ingrediuntur, alia sunt priora, id est non conuertibilia, alia proxima, ut conuertibilia. Alb. mag. in 1. phy. tr. 1. cap. 5. ch. 2. col. 4.

Principiorum naturæ, & rerum perfectarum in natura, similem modum esse inceptionis crediderunt Peripatetici; & in hoc decepti sunt, quia res perfectæ in natura

tura generantur, & corrumpuntur in materiam, & sunt in materia, & potentia antequam fiant. Sed principia naturæ, ut forma, & materia, & primum mobile cum motu suo, quod facit materiam generabiliũ moueri motibus, & mutationibus naturalibus; non est necessarium sic incepisse; sed potius incepit, & ex nihilo factũ est. Alb. mag. in 8. phy. trac. 1. c. 14. c. 94. col. 2.

Principium cognoscendi virtutes mouentes est ab operationibus ipsarum, quo ad nos. Alb. Mag. in 4. de celo, tract. 2. cap. 1. char. 55. col. 2.

Principia cognoscimus, in quantum per sensum terminos cognoscimus. Alb. magn. de somn. & vig. 1. 3. trac. 1. cap. 2. char. 35. col. 3.

Principia esse veri, & scire eadem sunt. Albert. Mag. in 2. metaph. cap. 4. char. 75. col. 1.

Principia cognoscuntur per actum componentis, ac diuidentis. D. Thom. in poster. char. 37. col. 4.

Principia abstractorum nobis non innotescunt, nisi sensu. D. Thom. in poster. char. 61. col. 4.

Principia prima vniuersalia cognoscuntur per inductionem. D. Thom. in poster. char. 101. col. 1.

Principiorum mouentium ignorantia non impedit, quin naturam esse sit per se notum contra Auicennam. D. Thom. in 2. phys. lect. 1. tex. 6. char. 17. col. 2.

Principiatorum cognitio omnis dependet ex cognitione principiorum. D. Th. 3. metaph. lect. 10. tex. 14. c. 157.

Principijs ignoratis, & reliqua ignorare necesse est. D. Thom. 3. metaph. lect. 15. tex. 20. char. 182.

Principia sunt vniuersalia in cognoscendo: & sic genera sunt magis principia, quoniam simpliciora, & quæ diuiduntur in plura, quam species: hoc est, quia continent plura in potentia, sed species continent plura in actu: unde sunt magis diuisibiles per modum resolutionis compositi in simplicia. D. Thom. 11. metaphys. lect. 1. tex. 1. char. 754.

Principiorum cognitio pertinet ad illam scientiam, ad quam pertinet consideratio terminorum. Alexan. de Ales 11. metaph. char. 310. col. 2.

Principia non sciuntur in scientia, sed supponuntur. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 33. col. 1.

Principium facilis est cognitionis, quia in ipsis cognitione modica est resolutio. Alexand. de Ales in 2. metaphys. char. 35. col. 1.

Principium, si debet cognosci, non oportet, ut resoluatur, nisi utque ad terminos. Alex. de Ales ibid.

Principia essendi, & cognoscendi eadem. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 21. char. 151. col. 2.

Principia, ut scientiarum, & demonstrationis.

PPrincipia propria nulla scientia particularis monstrat, sed hoc pertinet ad scientiam omnium scientiarum dominam, Metaphysicam scilicet, quod intelligendum est de demonstratione exhibente causam, & existentiam. Arist. post. lib. 1. cap. 7. tex. 23. char. 310.

Principia, quibus vtimur in demonstratione, alia sunt propria, alia communia, & communia secundum proportionem sunt: propria verò, quæ accipiuntur esse, circa quæ scientia speculatur inexistencia per se. Arist. post. 1. 1. cap. 8. tex. 24. char. 311.

Principiorum non est demonstratio, quia si demonstrarentur, sequeretur, quod dignitates demonstrarentur cum subiecto, & hæc passionibus, illa verò dignitates eorum, quia de omnibus demonstrationem esse impossibile est, quia necesse est demonstrationem esse ex aliquo, id est ex dignitatibus, circa aliquod, id est circa subiectum, & aliorum, id est passionum. Ergo si demonstrarentur dignitates, sequeretur omnium demonstratorum in quacunque scientia idem esse subiectum: oēs enim scientiæ demonstratiuæ dignitatibus vtuntur. Arist. in 3. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 4. char. 44.

Principia, si non considerarentur a metaphysico, restarent incognita, quia sunt dignitates principia respectu omnium. Vide solutionem huius quæstionis in 4. huius, tex. comm. 7. Arist. ibid.

Principia, qui aliquo modo demonstrare conantur, errant propter ignorantiam analyticatorum: oportet enim ea tanquam per se nota præscire. Arist. in 4. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 8. char. 65.

Principia sunt, ex quibus constat ratiocinatio, quorum non est ratiocinatio: ergo inductio. Aristot. 6. ethic. Nicom. cap. 3. char. 142.

Principia magis nota esse debent conclusione, alioqui ex accidente erit scientia. Arist. ibid.

Principia difficile est ostendere, quia non habent ostendi per alia extrema, verum, quia multis medijs ostenduntur, ideo plures instantiarum dantur occasiones. Alex. Aphrod. in 8. Topic. cap. 2. char. 93. col. 2.

Principijs quæ sunt valde propinqua, difficilia sunt ad probandum. Alex. aphr. in 8. top. cap. 2. c. 93. col. 4.

Principia sua ostendere ad nullam pertinet scientiam; sed prima philosophia omnia principia reliquarum scientiarum ostendit. Them. in pri. post. cap. 20. c. 5. c. 1.

Principia demonstrationis scire necesse est eum, qui scire vult. Them. in 2. poster. cap. 34. char. 12. col. 4.

Principia rerum naturalium, & cognitionis rerum naturalium inquiruntur ab Aristotel. in lib. physic. 1. lib. in prim. phys. char. 1.

Principiorum naturalium facultatem ad primum philosophum pertinet ostendere. Simplic. in 1. phys. tex. 1. char. 1. colum. 1.

Principia indemonstrabilia quarumcunque scientiarum sunt eadem, vnius sunt scientiæ, & quæ nullam habent communitatem, sunt diuersæ scientiæ. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 23. char. 50. col. 4.

Principia ordinata in relationem diffinitionis sæpe nobis obiciuntur, ut in numeris multitudinem esse ex vnitatibus composita. Io. gra. in 1. de ani. te. 5. c. 7. c. 2.

Principia vera fiunt, licet non per demonstrationem, quantum ad suorum terminorum certitudinem. Alb. mag. in post. char. 175. col. 2.

Principia esse veri, & puri, simplicis non se habent ad passionem corporis mobilis, ut mobile, vel quanti mensurabilis, ut mensurabile, sed conferunt esse talibus tantum principia esse puri, & stabilita in esse: postea causant tales passionem in esse proximis, & proprijs subiectis. Alb. Mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 59. c. 4.

Principiorum inquisitio ad metaphysicam pertinet; sed inquisitio duplex est; ad hominem, & ad rei naturam, prima melius fit deducendo ad impossibile, si proteruius, & errans sit homo: aut per viam sensus, si manu ducendus est, & in via accipiendi scientiam ex notis nobis: aut per terminorum expositionem, si sit ignorans significata nominum. Et hoc modo sapiens ille inquit de principijs demonstrationum; ex prioribus autem secundum naturam, nec inquiri, nec determinari potest ostentive ex necessitate. Albert. Mag. in 3. metaphys. tract. 3. cap. 3. char. 84. col. 2.

Principia se habent ad conclusiones in demonstratiuis, sicut causæ actiuæ in naturalibus ad suos effectus. D. Thom. in poster. char. 38. col. 2.

Principia in scientijs sunt ianua. Alexand. de Ales in 2. metaphys. char. 34. col. 4.

Principia, alia ingrediuntur demonstrationem secundum substantiam, alia secundum virtutem. prima sunt propria principia, nec appellantur dignitates, secunda sunt dignitates, quia eorũ virtutes ad multa se extendunt. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 18. char. 90. col. 4.

Principia communia, alia probant formam syllogismi, ut dici de ois, & de nullo: alia materiam, quæ in demonstratiuis vocantur dignitates, in alijs scientijs ratiocinabilibus, vocantur loci. Alex. de Ales in 4. meta. tex. 18. c. 91. c. 2.

Principia

Principia ingrediuntur demonstrationem virtualiter, & formaliter. Primo modo est virtutem suam ad demonstrationem cooperari, & sic prima principia oēs demonstrationes ingrediuntur. Secundo est secundum seipsum principium in demonstratione sumi, & hoc vel in terminis communissimis, vt non contingit simul esse, & non esse: vel in terminis specialibus, vt non contingit simul habere tres angulos, & non habere. Thom. de Vio in poster. char. 134. col. 1.

Principia, vt mediata, vel immediata.

Principia immediata, & communes notiones, & vniuersales eadem sunt in omni scientia. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 25. char. 53. col. 1.

Principium immediatum factorum est vltimum ipsorum. D. Thom. in poster. char. 92. col. 2.

Principia, vt ad dominium pertinent.

Principatus multorum nil aliud est, quam confusio, & ordinis perturbatio. Alex. Aphrod. in 11. metaphysic. vel secundum Lat. 12. com. 45. char. 310. col. 1.

Principium petere, vt sophisticus elenchus.

Principium peti dicitur, cum idem ipsum, quod demonstrandum proponitur, in sumet demonstrationem iterum capitur. Mag. in prior. char. 27. col. 2.

Principium petitur, cum quispiam aliquid per illudmet ipsum demonstrat. Mag. in prior. char. 58. col. 2.

Priuatio quot dicitur modis.

Priuatio vno modo dicitur, si nō habet aliquid aptorum natorum haberi, etiam si non sit id natum, vt oculis priuari dicitur p' anta. Alio modo si aptum natum sit habere, aut ipsum, aut genus, & non habet, vt homo cæcus secundum se, Talpa secundum genus. Tertio, si natum aptum est, & quando aptum natum habere, & non habet, & sic cæcitas est priuatio, & in quo & secundum quod, & ad quod. Aristot. 5. metaphysic. cap. 22. tex. 17. char. 111.

Priuatio multipliciter dicitur. Etenim non habens, & aptum natum, si non habet, aut omnino, aut quando aptum est, aut sic perfecte, aut saltem quocumque modo. Aristot. 9. metaph. ex sum. 1. cap. 2. tex. 2. char. 176.

Priuationes, aliæ sunt violentæ, aliæ secundum naturam. Alex. Aphrod. in 6. Topic. cap. 2. char. 73. col. 2.

Priuatio, alia est substantiæ, alia facultatis, vel habitus, vel actionis, vel rectitudinis, vel perfectionis. Ammon. in prædic. char. 108.

Priuationes, aliæ naturales, aliæ non. a naturalibus non datur regressus. Simp. in prædic. char. 104.

Priuatio, & priuatum esse tribus dicitur modis. Vel quod nihil profus habet, vt cæcus. Vel male habendo, vt qui male audit. Vel cum habet aliquid quale male, vt tortos pedes. Simp. in prædic. char. 108.

Priuatio formæ aptæ haberi est tribus modis. Aut priuatio pura, vt in eo, qui omnino non habet pedem. Aut in eo, qui habet tortuosum, ita vt male ambulet. Tertio, vt in eo, qui habet pedem debilem. Auer. in 5. metaphysic. tex. com. 27. char. 63.

Priuatio duplex. Alia habitus. Alia aptitudinis ad habitum. Alb. Mag. in prædic. char. 61. col. 4.

Priuatio duplex: actiua, & passiva, id est, priuans, & priuata. Priuata habuit habitum, sed in ea corrupta sunt principia habitus, & relicta substantia, vt cæcitas est habitus priuatio, a qua non est regressus ad habitum. Priuatio autem priuans est, quæ habet aliquo modo contrarium habitum, & desiderat continue habitum,

vt diuinum, & optimum. Et hæc est priuatio, quæ supponitur in nō ente. Et si comparatur ad mutationem, vt est tantum motus, est materia naturalis, quæ est in potentia. Et si comparatur ad motum, vt est generatio vnius, & corruptio alterius: tunc est actu informata forma contrarij. Alb. Mag. in 1. de generat. & corrupt. tract. 1. cap. 30. char. 63. col. 1.

Priuatio duplex. Alia, quæ habet immediatum ordinem ad subiectum formæ, vt tenebræ ad diaphanum. Alia non comparatur ad subiectum, nisi mediante forma, cum sit, vt quædam corruptio eius, vt cæcitas est visus corruptio. D. Thom. 10. metaph. lect. 6. tex. 17. c. 711.

Priuatio quid est.

Priuatio, & habitus dicuntur circa idem aliquid, & vniuersaliter, circa quod potest fieri habitus. Arist. in præd. tract. 3. cap. 1. char. 88.

Priuari tunc dicimus vnumquodque habitus susceptibilem, quando in quo inmatum est inesse, vel quādo illud natum est habere, nullo modo infit. Arist. in præd. tract. 3. cap. 1. char. 88.

Priuari, & habere habitum non est priuatio, & habitus. Arist. in præd. trac. 3. cap. 1. c. 88.

Priuatio est per se non ens. Aristotel. in 1. phys. sum. 3. cap. 4. t. 75. char. 25.

Priuatio dicitur cuiusque rei ablatio, & quoties ab eo, quod in particula priuatiua negationes dicuntur; toties & priuationes dicuntur, & quod parum habet, quod non facile, non bene, & quod omnino non habet. Arist. 5. metaph. cap. 22. tex. 27. char. 111.

Priuatio & si est quædam contradictio, aut in potentia determinata, aut concepta cum susceptiuo: attamen, quia contradictionis non est medium priuationis alicuius est, ideo differunt. Arist. 10. met. c. 3. te. 15. c. 202.

Priuatio aliquando sumitur pro contrario, & affirmatiue monstratur, vt nudum, edentulum. Aristotel. 11. metaph. sum. 4. cap. 3. c. 239.

Priuatio appellatur contrarium illud, quod è regione respondens deteriorē partem habet. Alex. Aphrod. de sen. & sen. ex sec. 3. co. 32. c. 16. col. 2.

Priuatio quodam modo habitus est, non simpliciter habitus, cum sit ipse habitus priuatio, sed quia dispositio talis est subiecti, vt oportet, vt affectio quædam sit in subiecto, quæ habitus esse videri possit. Alexand. Aphr. in 4. metaph. vel secundū Lat. 5. c. 22. c. 147. c. 2.

Priuatio in prædicamentis intelligitur absoluta formæ, potentiaque ipsius corruptio. Ammon. in præd. c. 105.

Priuatio dicitur, vel, cum aliquid priuatur nomine, & re, vt insensibili. Vel nomine solum, vt incorporeo. Vel re solum, vt in furdo. Ammon. in prædic. char. 108.

Priuatio est contraria formæ, non vt substantia, sed vt nō ens enti. Dex. in prædicament. char. 40.

Priuatio ipsa quodammodo forma appellatur, quare fit, vt vitia, & corporis defectus ex natura accidere videantur. Them. in 2. phy. tex. 14. char. 22. col. 1.

Priuatio propter materiam, & formam est sub substantia. Simp. in prædicam. char. 74.

Priuatio dicitur, vt absentia eius; quod natum est habere, in quo, quando, & vbi natum est habere. Simp. in prædicamen. char. 100.

Priuatio est causa facti secundum præsentiam, quia ex nō tali oportet fieri, & absentia; quia ipsa recedente, atque corrupta aduenit forma. Simp. in 1. phys. c. 75. col. 1.

Priuatio est negatio, & si aliquo modo a negatione differt: nam ipsa, cum significat id, in quo est, non est simpliciter negatio. Simp. in pri. phy. c. 75. col. 2.

Priuatio est contraria formæ, vt infinitum fini. Simp. in 3. phys. tex. 72. char. 184. col. 1.

Priuatio nihil aliud est, quam absentia eius, quod potest esse. Simp. in 5. phy. tex. 9. char. 298. col. 1.

Priuatium

Priuatium est illud, quod est aptum habere, & quando aptum est habere, non habet. Simplic. in 6. phys. cor. tex. 71. char. 358. col. 2.

Priuatio est quies, ex qua in motu est mutatio. Simp. in 8. phys. char. 465. col. 1.

Priuatio omnis continet contrariam formam eius, quod fit, quamuis sit innominata. Ioan. Gram. in 1. de generat. & corrupt. tex. 52. char. 75. col. 3.

Priuatio differt a materia, quoniam generatum est ex materia per se, cum sit pars eius: ex priuatione autem est aliquid per accidens, cum non remaneat per accidens, ita vt sit pars generati. Auer. in 1. phys. te. 66. c. 17. c. 2.

Priuatio est principium generationis per accidens, & est notissima in generatione, scilicet secundum quod accidit subiecto, ex quo est generatio: ergo necesse est, vt generatio sit ex non ente per accidens, & est impossibile per se. Auer. in 1. phys. tex. 74. char. 21. col. 1.

Priuatio ista quodammodo non est priuatio simplex, sed est, vt forma materiæ. Auer. in 2. phy. tex. 15. c. 25. c. 4.

Priuationis vnus modus est, vt aliquid careat illo, quod non est innatum, nec iuum genus habere, si habet genus, vt cum dicimus Deum esse non corpus. Auer. in 3. phys. tex. 34. char. 47. col. 3.

Priuatio quandoque monstratur per affirmationem. Auer. in 5. phys. tex. 9. char. 98. col. 4.

Priuatio non est de natura generationis, vt sit pars rei genitæ; sed, vt quid subiecto accidens. Auer. in 1. phys. char. 200. col. 2.

Priuatio profunditatis est, quasi differentia superficiæ. Auer. 1. de celo. tex. 39. char. 15. col. 4.

Priuatio est aliquid habitus. Auer. in 5. metaphysic. tex. com. 17. char. 58.

Priuatio quorum later, denominatio fit. Auer. in 7. metaphysic. text. com. 25. char. 82.

Priuatio pura, quæ intelligitur in materia, est communitas, quæ habet esse extra animam, cum non intelligitur, nisi per ablationem formarum individualium ab ea. Auer. in 12. metaph. tex. com. 18. char. 141.

Priuationes quæ implures nobiliores sunt aliquibus entibus imperfectis. Auer. in epit. metaph. tr. 3. c. 180. c. 2.

Priuatio est quædam forma: non enim tantum priuat, sed etiam circa seipsam priuatum quæque disponit. Boet. de diu. char. 134. col. 2.

Priuatio dicitur principiorum habitus corruptione in eo, in quo tunc natus est esse habitus circa idem numero, vt cæcus, vel circa idem genere, vt Talpa dicitur mus cæcus: vel circa genus remotum, vt planta habere visum dicitur. Alb. mag. in prædic. char. 61. col. 2.

Priuari, & habere habitum non est idem, vt priuatio, & habitus, quia priuari, & habere habitum nominat subiectum, secundum quod stat sub habitu, & priuatione: habitus, & priuatio nominat opposita ipsa. Alb. mag. in prædicamen. char. 60. col. 2.

Priuatio priuans habitum, & aptitudinem ad habitum, est, vt ab ipsa non detur regressus, sed a priuatione, in qua est inchoatio habitus, vtique conceditur. Albert. Mag. in prædicam. char. 61. col. 4.

Priuatio secundum se nihil est penitus. Albert. Mag. in prædicamen. char. 62. col. 4.

Priuatio, vt priuatio, nihil ponit; tamen est reducibilis in nihil: eo quod relinquitur in subiecto aptitudinem quandam, cuius gratia fit principium motus. Alb. Mag. in 1. phys. tract. 3. cap. 19. char. 11. col. 2.

Priuatio, potetia, & actus sunt principia motus in omni genere motus: in generatione substantiæ non subijcitur subiectum, nisi ratione materiæ: sed in accidentium motibus subijcitur ens actu. Alber. Mag. in 1. de generat. & corrupt. tract. 3. cap. 3. char. 64. col. 3.

Priuatio in essentia est idem formæ, sed differt secundum esse ab ea, & materiæ est idem subiecto: sed secundum essentiam differt ab ea. Albert. Magn. in 1. de anima.

tract. 2. cap. 7. char. 7. col. 3. **Priuatio**, cum sit priuatio, nisi habitus, & speciei non est materia priuationis susceptibilis, nisi prius suscipiat habitum. Et cum priuatio priuet habitum, non potest esse idem; subiectum proximum vtriusque in vno esse saluatum; nec potest esse subiectum priuationis, nisi per corruptionem principiorum faciendum habitum. Et ideo de priuatione ad habitum eiusdem materiæ nō est regressio, nisi prius redeat per resolutionem in materiam primam, & per qualitates, & virtutes, & mixtiones diuersas iterum principia facientia habitum consimilem recipiat. Alb. Mag. in 8. metaphysic. tract. 2. cap. 3. char. 236. col. 4.

Priuatio non habet definitionem, sed dicitur per rōnē habitus. Alb. mag. in 9. metaph. tr. 1. cap. 4. c. 138. col. 3.

Priuatio non dicit essentiam, sed potius deficientiam ab essentialibus perfectibus ad esse, & bene esse. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 2. cap. 5. char. 4. col. 4.

Priuatio est negatio in subiecto determinato. D. Thom. in poster. char. 40. col. 3.

Priuatio, quæ ponit principium naturæ per accidens, nō est aliqua aptitudo ad formam, vel inchoatio formæ, vel aliquod principium imperfectum actiuum, vt quidam dicunt; sed ipsa carentia formæ, vel contrarium formæ, quod accidit subiecto. D. Thom. in 1. phys. lect. 13. tex. 66. char. 13. col. 1.

Priuatio nihil aliud est, q̄ negatio formæ in subiecto, & est extra totū ens. D. Th. in 1. phys. l. 15. te. 81. c. 15. c. 2.

Priuatio definiri non potest, nisi per suam oppositionem. D. Thom. 4. metaph. lect. 3. tex. 4. char. 193.

Priuatio est elementum per accidens. D. Thom. 12. metaph. lect. 4. tex. 23. char. 850.

Priuatio, quæ saluatur in altero contrariorum, est priuatio, quæ aliquid supponit, id est extremum distantia formalis. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 15. c. 291. c. 1.

Priuatio est principium substantiæ mutabilis ipsius fieri, nō essendi. Alex. de Ales in 11. metaph. tex. 12. c. 332. c. 3.

Priuationis conditiones.

Priuatio, vt sit, tria esse debet, quod sit natum habere, & quando, & in ea parte. Ammon. in prædic. ch. 108. **Priuatata** nulla res dici potest, quæ non illud prius habuerit, quo posterius priuata dicitur. Psel. in 8. phys. c. 64.

Priuatio vniuersaliter est, cui deficit habitus, cuius consuetudo est, quod sit in eo subiecto in illa hora, qua solet esse in eo. Auer. epitom. in logic. char. 343. col. 3.

Priuationis vt recte fiat definitio, oportet, & quid est, quod priuatum est, & in quo est, vt in simpliciter susceptiuo, & in primo susceptiuo; & dicere quid est, quod priuatum est p' ipsam. Alb. mag. in Top. c. 264. c. 2.

Priuari aliqua re vt aliquid dicatur, necesse est, vt careat eo, quod natum est habere eo tempore, in ea parte, & eo modo. D. Thom. in 2. phys. lec. 5. tex. 3. ch. 91. col. 4.

Priuatio nihil aliud requirit, nisi absentiam formæ, supposita habitudine in subiecto. D. Thom. 10. metaphysic. lec. 6. tex. 16. char. 711.

Priuatio de sua essentia requirit negationem formæ, & habilitatem ad illam. Alexand. de ales in 5. metaph. tex. 27. char. 156. col. 2.

Priuatio, ut cognoscitur, & sub quo genere ponitur.

Priuationum genera inueniuntur, si suorum oppositorum inuentis generibus, ea sub eisdem posuerimus, vt iniustitia inuento iustitiæ genere, sub eodem iniustitia erit. Porph. in præd. c. 24.

Priuatio nō intelligitur, nisi respectu sui habitus, quæ est forma. Auer. in 12. metaph. tex. co. 37. char. 150.

Priuationes non cognoscuntur, nisi per habitus. Alber. mag. de mor. & vit. trac. 1. cap. 1. c. 58. col. 3.

Priuatio

Priuationis in moralibus notior est quo ad nos habitu. Alb. mag. ethic. 5. trac. 1. cap. 1. c. 58. col. 1.

Priuationi quæ conueniunt, & quæ non.

Priuationis, vt est priuatio, nulla est differentia. Arist. de part. ani. 1. cap. 1. c. 410.
Priuationis opponitur ipsi habere. Simp. in præd. c. 96.
Priuationis non est numerabilis, nec hoc aliquid: quia non permanet. Simp. in pri. phy. c. 75. col. 1.
Priuationis differt ab omnibus causis per accidens, quoniam non modo, vt materia, quæ est causa per se, accidit, sed etiam sine ipsa ex materia nihil fieret. Et alia causa per accidens nihil conferunt ad ea, quæ fiunt. Simp. in pri. phy. tex. 68. c. 77. col. 1.
Priuationis nulla est æterna; quia neque sempiternæ rei esse potest, ideo, nec quies æterna erit, cum sit quædam priuatio. Simp. in 8. phy. char. 420. col. 1.
Priuationis nunquam per se ipsam intelligitur: quoniam neque aliquando per se ipsam est. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 25. char. 67. col. 4.
Priuationis res naturales, quæ ortui, & interitui subiiciuntur, consequi videtur. Io. gra. in pri. phy. c. 2. col. 2.
Priuationis in cœlestibus rationem principii non iubiit: sed solum ibi forma, & materia est. Ioan. gramm. in prim. phy. tex. 67. char. 26. col. 3.
Priuationis ad habitum in futurum non datur regressus. Auer. in præd. tract. 3. cap. 1. c. 28. col. 3.
Priuationis non transmutatur: sed transmutatur subiectum priuationis. Auer. phy. 5. tex. 8. char. 98. col. 1.
Priuationis omnis generationis necesse est, vt præcedat illam in subiecto, ex quo generatur. Auer. physic. 5. tex. 8. char. 98. col. 2.
Priuationis accidit materiæ de necessitate. Auer. in phys. 1. tex. 81. char. 22. col. 2.
Priuationes quodam modo habent diffinitiones. Auer. in physic. 3. tex. 13. char. 43. col. 1.
Priuationis non habet in se diuersitatem. Auer. in physic. 4. tex. 67. char. 72. col. 4.
Priuationes terminantur, & mensurantur respectu habituum. Auer. in phy. 4. tex. 118. char. 99. col. 1.
Priuationis non imaginatur, nisi in respectu eius, cuius est priuatio. Auer. in phys. 4. tex. 120. char. 90. col. 1.
Priuationis essentia non transmutatur in esse. Auer. 1. de cœlo. tex. 10. char. 34. col. 4.
Priuationis non men furatur. Auer. ex. destr. destr. disputat. prim. char. 14. col. 3.
Priuationem fieri omnino non negant philosophi: sed negant fieri principaliter, & essentialiter ab agente. Auer. ex destr. destr. disput. 2. char. 20. col. 1.
Priuationes comparationem non recipiunt secundum intentionem, & remissionem; quia cæcus non est alio cæcius. Alb. Mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. 2. tract. 3. cap. 4. char. 221. col. 1.
Priuationes, nec differentia sunt, nec species, nec formæ. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 1. c. 99. col. 1.
Priuationis omnis saluatur in opposito habitu. Alb. Mag. ethic. prim. trac. 2. cap. 5. char. 5. col. 4.
Priuationis supponit determinatum subiectum. D. Thom. in periherm. char. 4. col. 4.
Priuationem annexam habet omne fieri, & omne corrumpi. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 17. c. 131. col. 1.
Priuationis non est de essentia materiæ; quia si esset, materia non esset in potentia ad illam formam. Alexan. de Ales in 7. metaph. tex. 7. char. 10. col. 1.
Priuationis semper machinatur ad maleficam formam. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 15. char. 69. col. 4.
Priuationis impedit prædicationem. Alexand. de Ales in 7. metaph. tex. 26. char. 210. col. 4.
Priuationes non habent causam finalem, imo sunt priuationes finium: quia defectus non proueniunt ex

intentione; sed ex defectu materiæ, vel virtutis agentis. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 12. ch. 255. col. 1.

Priuationis, vt se habet ad negationem, ad contrarium & ad contradictionem.

Priuationis ponitur, vt contrarium. Arist. phy. 5. cap. 3. text. 9. chart. 117.
Priuationis & negatio valent idem in omni genere, quod habitus susceptiuum est. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 24. char. 45. col. 3.
Priuationis in hoc differt a negatione, quia negatio dicitur de ijs, quæ sunt, & de ijs, quæ non sunt: priuatio vero de quadam subiecti natura, quæ formæ, & habitus est capax. Alex. aphrod. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. cap. 1. comm. 61. ch. 119. col. 1.
Priuationis magis opponitur enti quam vnum contrarium alteri contrario: quia contrarium est ens quoddam. Auer. in periherm. l. 2. cap. 4. ch. 51. col. 1.
Priuationis, & habitus non diuidunt verum, & falsum in omnibus, sed in subiecto proprio. Auer. 5. meta. t. 27. c. 63.
Priuationis, & habitus non diuidunt verum, & falsum, nisi quando subiectum eorum fuerit ens, aut terminatum: contradictoria vero diuidunt verum, & falsum, siue subiectum fuerit, siue non. Auer. in 10. meta. t. co. 15. c. 123.
Priuationis non est simpliciter sine medio, vt contradictio. D. Tho. 10. metaph. l. 6. tex. 15. ch. 710.
Priuationis differt a negatione; quia negatio potest saluari in re possibili, & impossibili: priuatio vero in impossibili non saluatur. Ale. de ales in 5. meta. te. 27. c. 156. c. 1.

Priuationis, vt priuatiuum nomen.

Priuatiuum nomen tria monstrat: aut priuationem intentionis, quam demonstrat nomen habitus, vt de cæco, qd est non habens visum: aut diminutionem visus, vt demonstrat hoc nomen debilis visus: aut malum visum, vt videt phantasmata falsa. Auer. 3. de cœlo. te. 25. c. 90. c. 1.
Priuatiuum nomen quod sonat, non semper est in re vocans priuationem, vt infrangibile, incommuniabile. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 18. char. 128. col. 1.

Prius quot dicitur modis.

Prius alterum altero quadrupliciter dicitur. Primo, & maxime proprie secundum tempus. Secundo quod non conuertitur subsistendi consequentia. Tertio secundum ordinem. Quarto quod melius est natura. Arist. præd. trac. 3. cap. 2. c. 93.
Prius, & notiora dupliciter sunt; quia non idem prius est natura, & quo ad nos; neque notius simpliciter, & notius quo ad nos. Arist. post. 1. cap. 2. tex. 5. c. 293.
Prius, & posteriora dicitur vno modo, tanquam aliquo primo, & principio in vnoquoque genere existente, quod propinquius principio alicui determinato, aut simpliciter, & natura: aut ad aliqd, aut ad vbi, aut ab aliquibus; vt hæc quædam sunt loca, quia propinquiora sunt alicui loco determinato, medio scilicet, aut vltimo, aut ad quæuis. Alia sunt tempus, ut remotiora ab ipso nunc, in præteritis priora sunt: in futuris vero propinquiora ipsi nunc sunt priora. Alia secundum motum: quia propinquius primo mouenti prius est, ut puer uiro. Alia secundum potestatem, ut potentius prius est minus potenti. Alia secundum ordinem, quæ distant ab aliquo uno determinato secundum naturam aliquam determinatam. Alio modo, quod cognitione prius est, vt simpliciter prius, & priorum passionum priores sunt. Aristot. 5. metaph. cap. 11. tex. 16. ch. 99.
Prius aliter sunt, quæ secundum rationem, & secundum sensum: nam secundum rationem vniuersalia sunt priora: secundum sensum singularia. Et secundum rationem accedens toto prius

est, vt musicum musico homine. tota enim ratio non est sine parte; quia non contingit musicum esse sine aliquo musico. Arist. metaph. ca. 11. tex. 16. c. 100.
Prius aut tempore, aut causa, aut vsu prior est. Ammon. in Porphir. char. 4. col. 1.
Prius vnum est tempore, aliud natura. Ammon. in præd. c. 74. idem. D. Thom. in poster. c. 18. col. 1.
Prius, & posteriora duobus dicitur modis; quoad nos & quo ad naturam. Dex. in prædicam. char. 37.
Prius quinque dicitur modis; natura, vt pater filio; tempore, vt senex iuuenis; numero, vt vnum duobus; ordine, vt fundamentum pariete; dignitate, vt dominus seruo. Magen. in 1. meteo. char. 5.
Prius duobus dicitur modis: prius natura, & prius quo ad nos. natura sunt vniuersalia. quo ad nos particularia: posteriora vero contrario modo habentur. Simpl. in præd. c. 20. Idem Boet. in Porph. char. 53.
Prius diuiditur in quatuor significata, non vt genus in species, sed diuisione multipliciter dicta, hoc est analogice, ac si diceretur diuisione analogi in analogata. Alb. mag. in prædicam. char. 64. col. 2.
Prius duobus modis potest esse vnum diuidentium aliquod commune. primo secundum proprias rationes, & naturas diuidentium, & sic non tollit vniuocationem. secundo secundum participationem rationis illius communis, quod in ea diuiditur, & sic tollit vniuocationem. D. Thom. in periherm. c. 6. col. 4.
Prius in vno, & eodem, & prius simpliciter differunt; quia si queritur. Quid est prius simpliciter? Dicitur. Perfectum est prius imperfecto, & actus potentia. Sed si queritur. Quid est prius in vno, & eodem? Dicitur. Potentia est prior actu tempore licet posterior natura. D. Thom. 1. metaph. l. 12. text. 15.
Prius generatione, prius quoque tempore est, licet non contra. D. Thom. 7. metaph. tex. 50. c. 145. col. 4.
Prius, & posteriora alterum altero diuersis rationibus nil prohibet esse. D. Tho. in 2. phy. l. 2. tex. 30. c. 21. col. 1.
Prius omne non est prius reale, sed est prius imaginatum tantum, & sic de posteriori. Alexander de Ales 12. metaphysicor. text. 29. chart. 339. col. 3.

Priora quæ sunt.

Prius si dicitur de honorabilioribus, & magis dilectis, dicitur alienissimo modo. Arist. præd. tract. 3. c. 2. c. 94.
Prius est id, quod est in causa, vt aliud sit. Aristot. prædic. tract. 7. cap. 2. chart. 94.
Prius in futuro est, quod propius est ipsi nunc. in præterito contra, quod ante longius est ab ipso nunc. Aristot. phy. 4. cap. 8. tex. 129. ch. 119.
Prius sunt, & secundum naturam, & secundum substantiam quæcunque contingit esse sine alijs: & secundum potentiam, & actus: nam alia sunt priora secundum potentiam; vt dimidium toto, quod secundum actum est posterior totum. Arist. 5. metaph. cap. 11. tex. 16. ch. 100.
Prius quæ ratione sunt, non omnia quoque substantia priora sunt. Aristot. 13. metaph. sum. 1. cap. 1. ch. 268.
Prius sunt, quæ in alicuius diffinitione sumuntur. Alex. aphro. in 6. meta. vel secundum lat. 7. com. 27. c. 200. col. 2.
Prius est illud, cui accidit, quam accidens. Porphir. 5. voc. cap. 7. char. 50.
Prius præcedit rem esse, quam cur sit. Ammon. in libr. de interpret. char. 131.
Prius est id, quod alterius naturam constituit, eo, quod constituitur. Ammonius in Porphir. ch. 5. col. 2.
Prius est actus potestate, & perfectius. Ammon. in libr. de interpret. char. 139.
Prius illud est, cuius opera, & interuentu priorem diuisionem commisitimus: illud posterior, cuius posterior. Themist. in 4. physic. tex. 100. char. 42. col. 2.
Prius est id, quod actu est, eo quod potentia. Sim. in præd. c. 20.

Prius, & posteriora considerantur per extensionem eius, quod est esse. Simp. in 4. phy. tex. 113. c. 267. col. 2.
Prius illud est in natura, sine quo aliud esse nequit. Boet. in prædic. char. 128.
Prius est, quod informat, quam quod ipse informatio perficatur. Boet. in Porphir. char. 16.
Priora dicuntur illa, quæ ipsa quidem perempta res alias tollunt, ipsa vero illata ac constituta simul res alias non inferunt. Boet. in prædic. char. 165.
Prius & posteriora secundum esse suum non possunt simul esse, prius tamen in ratione prioris simul est cum eo, quod est posterior in ratione posterioris: & hoc modo posita se ponunt, & perempta se perimunt. Albertus magnus in prædic. char. 51. col. 2.
Priora secundum principia essendi non dependent a posterioribus: sed posteriora secundum principia essendi a prioribus dependent: quia priora principia essendi sunt posterioribus. Albertus magnus in prim. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 56. col. 2.
Prius & posteriora oriuntur ex ente, vt ens. Alexander de Ales in 5. metaph. tex. 2. char. 50. col. 2.
Priora, & posteriora in quodam ordine consistunt, & vbi est ordo, ibi est aliqua diuersitas. Alexander de Ales in 5. metaphysic. text. 17. char. 127. col. 1.
Prius in vnoquoque genere dicitur illud, quod magis appropinquat primo illius generis: posterior, quod magis remouetur ab illo. Alexander de Ales in 5. metaph. tex. 16. char. 127. col. 3.

Priorum natura.

Prius natura est esse simpliciter, quam quodammodo esse. Alexan. & Eustr. in 2. poster. char. 27. col. 2.
Priora naturæ sunt simul interimentia; non quæ simul interimantur. Porphir. 5. voc. cap. 7. char. 49.
Prius natura est, quod simul tollit, & non tollitur. Porphir. in prædic. char. 19.
Priora natura sunt nobis posteriora, & contra. Ammon. in Porphir. chart. 4. col. 3.
Priora natura sunt, quæ tollunt, & non tolluntur. Ammon. in Porphir. c. 13. col. 3.
Priora natura sunt, quæ prius constituit, quod inferitur, & non infert. Ammon. in Porphir. ch. 14. col. 1.
Prius natura est, quod tecum tollit, & tollitur: quod simul inferitur, & non infert. Ammon. in Porph. char. 74.
Prius natura sunt, quibus sublatis, alia tolluntur, & alijs demptis, ipsa non auferuntur. Simpl. in præd. char. 20.
Prius est naturaliter, quod sine alijs esse potest, & alia sine eo non esse possunt. Auer. in phy. 4. t. 7. c. 58. col. 2.
Prioris naturaliter dispositio est, cum aliud fuerit ipsum esse, & non contra. Auer. phy. 8. text. 15. ch. 170. col. 3.
Prioritas secundum subiectum, & materiam est prioritas secundum naturam. Auer. 2. de gener. te. 4. c. 167. col. 4.
Prioritas inuenitur in eodem, & in diuersis generibus, quæ dicuntur respectu eiusdem rei. Auerroes 12. metaphysic. comment. 2. chart. 137.
Prioritas in numeris, & superficiebus est in eodem genere: sed prioritas substantiæ, & aliorum prædicamentorum non est in eodem genere; sed vt prioritas rei ad res, quæ attribuitur rei. Auer. 12. metaph. com. 2. c. 137.
Priora sunt, quæ, si interimuntur, interimunt: & alijs interimptis, non interimuntur. Boet. in Por. ex dial. c. 38.
Priora quæ sunt natura, prius diffinienda sunt, deinde posteriora. Boetius in libr. de interpretatione chart. 318.
Priora sunt, quæ, si interimuntur, interimunt: & alijs interimptis, non interimuntur. Boet. in Por. ex dial. c. 38.
Priora quæ sunt natura, prius diffinienda sunt, deinde posteriora. Boetius in libr. de interpretatione chart. 318.
Priora sunt, quæ, si interimuntur, interimunt: & alijs interimptis, non interimuntur. Boet. in Por. ex dial. c. 38.
Priora quæ sunt natura, prius diffinienda sunt, deinde posteriora. Boetius in libr. de interpretatione chart. 318.
Priora sunt, quæ, si interimuntur, interimunt: & alijs interimptis, non interimuntur. Boet. in Por. ex dial. c. 38.

Prius, vt est tempore.

Prius, & posteriora est in tempore: quia alterum sequitur semper alterum ipsorum. Aristoteles physico. 4. sum. 3. cap. 5. text. 99. char. 109.

Prius tempore est, quod ab ipso nunc abest longius. Ammo. in Porph. char. 74.
Prius primus modus secundum tempus sub quando re ducitur. Secundus secundum naturam. Tertius secundum imperium. Quartus secundum causam ad aliquid. Quintus secundum ordinem locatur in prædicamento quanti. Simpl. præd. char. 109.
Prius tempore imperfectus est perfecto in generabilibus enim verum est, quod potentia prior est eo, quod est actu. Simp. in 3. de ani. ex sect. 2. tex. 20. c. 64. col. 3.
Prius tempore id, quod potestate in vno est, imperfectus non est. Simp. in 3. de ani. ex sect. 2. tex. 20. c. 64. col. 3.
Priora ex posterioribus probare, non semper est necessarium. Io. gram. in 1. post. cap. 2. c. 9. col. 3.
Prius, & posterius, quæ est differentia temporis, intelligitur de priori, & posteriori existente in motu, per cuius esse inuenitur tempus primo. Auer. in phy. 4. te. 10. c. 84. c. 2.
Prius in causis aliquid est tempore, vt mouens, & materia; aliud per se, & diffinitione, vt actus, & finis. Auer. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 226. col. 4.
Prius, & posterius ponuntur in diffinitione temporis, vt causantur in motu ex magnitudine; & non, vt mensuratur ex tempore. D. Tho. in 4. phy. l. 17. t. 101. c. 64. c. 4.
Prius, quod est in tempore, reale est; sed cum dicimus, tempus modo est, & prius incepit; hoc prius est secundum imaginatum. Alex. de ales 12. meta. te. 29. c. 339. col. 3.
Prius non semper fundatur in tempore. Alex. de ales 12. metaphy. tex. 24. ch. 339. col. 3.

Priora quo ad nos.

Priora nobis sunt singularia, naturæ vniuersalia. The. in 1. post. cap. 4. char. 2. col. 1.
Priora nobis sunt, quæ magis sunt propria, vt indiuidua; natura autem contra. Boet. in Porph. ch. 53.

Prius vt se habet ad locum, motum, magnitudinem, & ad genera,

Prius, & posterius in loco primo sunt, hæc quidē positione. Arist. phy. 4. su. 3. cap. 3. te. 99. ch. 109.
Prius, & posterius, cum sint in magnitudinibus, & in motu, erunt proportionalia ijs, quæ sunt ibi. Arist. phy. 4. sum. 3. cap. 3. tex. 99. ch. 109.
Prius, & posterius in motu sunt, & vt sunt in aliqua hora sunt motus, vt autem sunt in sua essentia, sunt aliud a motu. Arist. phy. 4. su. 3. cap. 3. tex. 99. ch. 109.
Prius, & posterius in motu cognoscimus, eo quod fertur. Arist. phy. 4. su. 3. cap. 4. tex. 104. ch. 110.
Prius in motu dicitur multis modis, vt in alijs. Et quo existente nõ erant alia, illud vero est sine alijs: & quod tempore; & quod secundum substantiam. Arist. phy. 8. sum. 3. cap. 1. tex. 56. ch. 223.
Prius, & posterius in magnitudine, & in motu dicitur, Verū prius in motu est, quod ad prius in magnitudine respõdet. Posterius, quod ad posterius. The. 4. phy. t. 99.
Prius, & posterius in magnitudine differunt: siquidem permanet, prius vero, & posterius in motu abolentur, & corrumpuntur. Them. ibid.
Prius, & posterius in magnitudine conferuntur, in motu minime. Them. ibid.
Prius, & posterius magnitudinis, quæquam subiecto magnitudines sunt: definitio tamen magnitudinis a natura, & definitione illorum abiungitur. Them. ibid.
Prius, & posterius definitiões siccum, & locum in eius definitione constituunt. Them. ibid.
Prius, & posterius in motu duplex est; Aliud a loco, Aliud a tempore. Simp. 4. physic. text. 102.
Prius, & posterius in motu, est ipsum nunc. Ioã. gram. 4. phy. l. tex. 105. ch. 108. col. 4.
Prius secundum substantiam debet esse prius secundum

accidentia propria substantialia. Aue. 2. de celo co. 22.
Prius & posterius in magnitudine causat prius, & posterius in motu: & prius, & posterius in motu causat prius, & posterius in tempore. Alex. de ales 5. meta. te. 1.
Probabile in propositione, & vera existente in demonstratione scientia qui accipiunt, vt sophiste faciunt, si recta principia accipere putant, fatui sunt. Arist. post. l. 2. cap. 6. tex. 15. char. 306.
Probabilia sunt, quæ videtur oibus, aut pluribus, aut sapientibus; & his, vel oibus, vel plurimis, vel maxime familiaribus, & probatis. Arist. topic. 1. cap. 1. chart. 389.
Probabile non est id omne, quod videtur probabile: non enim quæ habent probabilitatem, ea sunt probabilia. Arist. top. l. 1. cap. 1. char. 389.
Probationes in consultatione ducuntur a rerum consuetudine, ab exemplo, a cõmemoracione, & ab ea, quæ de oïone fit, apud nos opinione. Ari. rhet. ad Ale. ca. 3. i. c. 23.
Probabile differt ab exemplo, & probabilis auditores notionem habent, exempla vero ex contrarijs similibus fieri possunt. Arist. rhet. ad Alex. cap. 14. ch. 207.
Probationum duo sunt genera. Vnū ex verbis, ex negotijs, ex hominibus. Aliud oppositum ex his, quæ dicuntur, & quæ geruntur, & sunt icota, exempla, coniectura, commentationes, & sententiæ, signa, & argumenta: & probationes ex verbis negotijs, & hominibus sunt probationes, testes, iuramenta, & quæstiones oppositæ existunt. Arist. rhet. ad Alex. cap. 6. c. 199.
Probabilis propositio est, quam cum dixeris auditoribus, in mentibus eius exempla tenent. Arist. rhet. ad Alex. cap. 7. char. 199.
Probandi vis in tres diuiditur partes. Prima complectitur ea, quibus homines natura afficiuntur. Alia est mos. Tertia lucrum. Arist. ad Alex. cap. 7. ch. 200.
Probabilitas imbecillitatem in demonstratione indicat. Eustr. 1. ethic. char. 40.
Probabilibus sermonibus duobus modis vtitur. Arist. Aliquando præinducens eos ante demonstrationem, & ad exercitandum, & dubitandum, & aliquando post, vt faciat conuenire. Auerr. 1. de celo. tex. 85. char. 27. col. 1.
Probabilia impossibile est, vt sint falsa secundum totum. Auer. 3. de ani. tex. 5. ch. 165. col. 4.
Probabile est, quod videtur, vel omnibus, vel pluribus, vel sapientibus; eisque vel omnibus, vel pluribus, vel maxime notis, & præcipuis, vel quod vnicuique artificii secundum propriam facultatem: ac præterea id, quod ei videtur, cum quo sermo conferitur, vel ipsi, qui iudicat. Boeth. de diff. top. l. 1. char. 861.
Probabile, ac necessarium est, a quo nemo dissentit, & ita esse necesse est: vt totum est maius sua parte. Boeth. de differ. top. l. 1. char. 861.
Probabile, & non necessarium est, quibus facile mens auditoris acquiescit, sed non tenet firmitatem, vt mater diligit filios. Boet. de dif. top. l. 1. ch. 862.
Probabile aliud est in se, aliud secundum artes inuentas, aliud in similitudine. Et hoc vel ad ipsum, vel ad contrarium, & in contrarium, vel secundum contrarium, vel secundum contradictionem. Alb. magn. in topic. chart. 237. colum. 2.
Probatio a simili similis est inductioni. Alb. magn. in topic. chart. 270. colum. 2.
Probationum artificiosum genus est, quod arbitrio, & cõprehensione nostra continetur: ita vt a nobis inueniri, effici, & tractari possit. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 3. ch. 17.
Probi viri, quæ agere debent, agunt: prauo vero aliter agunt, quam agere debent. Arist. 9. ethic. Nic. cap. 8. ch. 230.
Probus vir multa facere amicorum, & patriæ causa debet, etiam si pro ipsis mors fuerit oppetenda: nam & pecunias, & ea bona, quæ in certamen apud homines veniunt, proiciet, & quod honestum est, sibi vendicabit. Arist. 9. ethic. Nicom. cap. 8. ch. 230.
Probis assentimur vehementius tum in omnibus rebus, tum

tum in his, in quibus nihil est certi. Arist. rhet. 1. c. 39.
Probus vir breui tempore lætari vehementer, magis eligeret, quam longe leuiter: & viuere honeste vno anno, quam multis quomodolibet, & vnam actionem honestam, & magnam, quam multas, & paruas. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 8. chart. 230.
Probitatem perfectam nanciscitur, qui legibus iustis obtemperat. Arist. mag. mor. 1. cap. 31. char. 305.
Probus vir pecunias sibi honeste amico comparat, & similiter in magistratibus, & honoribus amico omnia hæc concedet. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 8. char. 231.
Probos, & malos esse in nobis est. Aristoteles magn. mor. prim. cap. 10. char. 287.
Probitissimus omnium non esse potest, nisi etiam natura extiterit; sed melior certe erit. Aristotel. mag. moral. prim. cap. 10. chart. 287.
Probus vir, vt probis, & honestis actionibus ex virtute proficiscens gaudet, ita eas inhoneste fert, quæ ex vitio existunt. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 8. char. 231.
Probum esse difficile est: medium enim in vnaquaque re aperte difficile. Arist. mag. mor. 1. cap. 9. ch. 264.
Proborum virorum amicorum anima vna est. Eustra. vel Michael Ephes. 9. ethic. cap. 4. char. 446.
Probi viri beneficos non secus ac se ipsos amant, sunt que ad referendas gratias, & dandum quam ad accipiendum promptiores: & vt magis vitij est accipere velle, quam dare, ita magis afficere quam affici virtutis est. Idem eodem libr. cap. 5. char. 451.

Problematum diuisio.

Problematum quædam vtilia sunt ad eligendum, vel fugiendum; vt vtrum voluptas est fugienda, vel non: quædam ad sciendum tantum, vt vtrum mundus æternus est, an non: quædam per se ad neutrum horum adimulicantur, tamen alicui horum: per se enim non volumus ea cognoscere, sed aliorum gratia: vt per illa aliud quippiam cognoscamus. Arist. top. lib. 1. cap. 9. ch. 400.
Problemata alia sunt, de quibus contrarij sunt syllogismi: dubitationem enim habent, an sic se habeant, an non? quia de utrisque sunt rationes suasibiles, & de quibus rationem non habemus cum sint magna, difficile arbitantes esse propter quid assignare. Aristote. topic. libr. 1. cap. 9. chart. 400.
Problemata alia sunt vniuersalia, alia particularia, & ostendentes vniuersale, ostendimus, & particulare. Et hæc, uel sunt affirmatiua, uel negatiua. Aristoteles topicor. libr. 2. cap. 1. char. 413.

Problemata quot, & qua sunt.

Problemata, quæ quæruntur, sunt æqualia numero ijs, quæ scimus. Arist. post. l. 2. cap. 1. tex. 1. char. 354.
Problemata sunt quatuor: quia, propter quid, si est, & quid est. Arist. post. lib. 2. cap. 1. tex. 1. ch. 354.
Problemata si est, quid est, simplicia sunt: quia, & propter quid composita. Arist. post. lib. 2. cap. 2. tex. 1. c. 355.
Problemata non esse plura quatuor, idest si est, quid est, quod est, & propter quid est, signum est: quia cum hoc scimus, non amplius quærimus. Aristoteles ibidem.

Problema, ut vniuersale.

Problema debet esse vniuersale, & causa eius vniuersalis esse debet. Arist. post. libr. 2. cap. 17. tex. 14. c. 383.
Problema vniuersale affirmatiuum resoluitur solum in prima figura. Ioan. gram. in 1. prio. cap. 41. c. 63. col. 3.
Problema vniuersale negatiuum resoluitur in prima, & secunda figura. Ioan. gram. in 1. prio. c. 41. ch. 63. col. 3.
Problemata affirmatiua vniuersalia, & particularia in particularibus cõuertuntur. Io. gr. in 2. prio. c. j. c. 67. col. 3.

Problemata negatiua vniuersalia in seipsis cõuertuntur. Ioan. grammat. in 2. prior. cap. 1. char. 67. colum. 3.

Problema, ut indefinitum, & particulare.

Problema indefinitum vno modo est destruere, idest, vniuersali negatiuo: construere uero duobus, uel vniuersali affirmatiuo, uel particulari affirmatiuo; & similiter de prædicato infinito. Arist. top. l. 3. c. 4. c. 445.
Problemata particularia sunt maxime in accidentibus. Alexan. aphro. in 3. topic. tex. 45. ch. 4. col. 3.
Problema particulare negatiuum per vniuersale affirmatiuum, & affirmatiuum per vniuersale negatiuum cõstruitur. Alexan. aphrod. in 3. topic. cap. 4. c. 36. col. 3.
Problema particulare affirmatiuum, & per vniuersale, & per particulare construitur. Alexander aphrod. in 3. topic. cap. 4. char. 46. colum. 3.
Problema particulare affirmatiuum resoluitur in primam & tertiã figuram. Io. gram. in 1. prior. c. 41. c. 63. col. 3.
Problema particulare negatiuum, in primam, secundam, & tertiã figuram resoluitur. Ioan. grammat. in prim. prior. cap. 41. char. 63. colum. 3.
Problemata negatiua particularia non conuertuntur. Ioan. grammat. in 13. prior. cap. 1. ch. 67. colum. 3.

Problemata, quæ eadem, quæ diuersa, & eorum modi.

Problemata eadem sunt, quæ idem medium habent. Et horum alia sunt genere eadem quæcunque habent differentias, ex quo aliorum, aut aliter sunt. Aliqua uero, quia medium subalternum medium est, differunt. Arist. post. lib. 2. cap. 16. tex. 23. ch. 381.
Problematis diffinitiuis ea, quæ sũt de eodem genere, & ea, quæ a differentia sunt propria; ea, quæ aliquando, & ad aliquid accidentalibus cõparatiua problemata adiunguntur. Alex. aphro. in 1. top. tex. 8. c. 4. col. 4.
Problemata plura non est facilius ad ea disputare, quam ostendere in eis esse uerum, nisi recte assignata fuerit diffinitio rerũ in ipsa. Alex. aphr. 8. top. c. 2. c. 94. col. 1.
Problemata eadem sunt tribus modis. Aut quod idem medium, & causam habeat, quod uel idem est genere, uel specie, & cum idem medium habentia, non se habent similiter ad ipsum, sed aliud, ut immediatũ, aliud vt mediatum. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 94. col. 2.
Problemata in omnia bina hæc considerantur, datum & quæsitum. Ioan. grammat. in 1. post. cap. 1. ch. 3. col. 1.
Problemata tot sunt, quot sunt modi, per quos scimus, & cognoscimus. Ioan. gram. in 2. post. c. 1. ch. 56. col. 4.
Problemata diuersa sunt, quorum extrema, & media sũt diuersa. Ioan. grammat. in 2. post. cap. 16. ch. 72. col. 1.
Problemata eadem sunt, quorum medium idem est, & si subiecta, & prædicata diuersa essent. Ioannes grammaticus in secun. post. cap. 16. char. 72. colum. 1.

Problema, ut se habet ad propositiones.

Problema & propositio modo differunt: nam si dicitur, putasne animal gressibile bipes, diffinitio est hominis, propositio fit. Problema vero fit, si dicatur, vtrum animal gressibile bipes diffinitio est hominis, an non? Arist. topic. 1. cap. 3. char. 392.
Problema, & propositio æquales sunt numero: mutato enim modo ex propositione fit problema. Aristoteles topic. 1. cap. 3. char. 392.
Problematum, & propositionum partes tres sunt. Morales, naturales, & rationales. Arist. top. 1. c. 12. c. 404.
Problemata, & propositiones sũnt pares numero. Alex. aphrod. in 1. topic. cap. 3. char. 6. colum. 3.
Problemata sunt, de quibus fiunt orationes: propositiones, ex quibus fiunt orationes. Alexander aphrod. in 1. topic. cap. 7. char. 10. colum. 4.

Problemata dubitanda sunt, propositiones ex se fidem habere debent. Alexand. aphrod. in 1. topicor. cap. 12. char. 15. colum. 2.

Problema, vt substantiæ & accidentis.

Problemata accidentis in substantia esse non possunt. Alex. aphr. in 1. top. cap. 7. ch. 11.

Problema de inesse, vt accidēs, ab inesse habet esse & denominationē & generationē. Al. mag. in top. c. 231. c. 3

Problema vt dialecticum.

Problema dialecticum est speculatio intēdens ad electionem, vel fugam, vel ad veritatem, & scientiam aut per se, aut vt adminiculans ad aliquid aliud talium, de quo aut neutro modo opinantur, aut contrarie plerique sapientibus; aut sapientes plerisque, aut vtrisque iidem eisdem. Arist. top. l. 1. cap. 9. ch. 400.

Problemata dialectica sunt, quæ non vt agibilia, nec vt in seipsis cognitionem veritatis habent, quæruntur; sed vt adminiculantia ad eligibilium, & non eligibiliū cognitionem, vel ad verorum, & falsorum inuentionē quæruntur. Alex. aphr. in 1. top. cap. 9. ch. 13. col. 1.

Problemata dialectica non sunt, nec quæ indigent pœna, nec sensu, nec propinqua sunt demōstrationi, nec quæ lōgius absunt a demōstratione. Alex. aph. ibi. c. 14. c. 3.

Problemata proprii generis, & definitionis raro a dialecticis tractantur. Alex. aph. in 4. top. cap. 1. ch. 47. col. 3.

Problema omne dialecticum, aut an sit aliquid per se q̄rit, an in altero, vt sit; & hoc an simpliciter, vt in accidente; aut quodammodo, vt genus, proprium, diffinitio. Alex. & Eustr. in 2. post. ch. 6. col. 2.

Problema rationale est, ad quod terminandæ ratiocinationes dialecticæ fiunt multæ copiosæ, & efficaces ad propositum concludendū. Alb. mag. in top. c. 350. c. 4.

Problema, vt inopinabile.

Problema inopinabile dupliciter est. Aliquod per quod inopinabilia, & absurda necesse est dicere. Vel quod contrarium est hominum consilij. Alex. aphr. in 8. top. cap. 3. char. 96. col. 4.

Problematum copiam, vt habere possumus.

Problemata vt habeamus, eligere oportet, & decisiones, & diuisiones; & primo supponere oportet genus commune omnium, & quæ illi insunt, totum, & sic semper proximum, vt si sit aliquid proportionale. Arist. post. l. 2. cap. 16. tex. 22. char. 380.

Problemata omnia, quæ ad proprium genus, & accidens dicuntur, conueniunt ad diffinitiones: non tamen propter hoc vna in omnibus vniuersalis methodus quærenda est: non enim est facile inuenire: & si inuenitur, obscura erit. Arist. top. l. 1. cap. 5. ch. 395.

Problemata, vt probantur, & destruuntur.

Problemata omnia per primam figuram demonstrantur. Arist. 1. prior. sect. 1. cap. 4. c. 156.

Problema omne, quod in pluribus monstrari potest, figurarum plures quoque resolueri licet, qui in prima fiunt syllogistici, in secunda; & qui in secunda, in primam, præter quartum modum, qui in tertiam: ad primam omnes, præter quintum; qui in prima particularis ad tertiam. Arist. 1. prior. sect. 3. cap. 41. ch. 230.

Problemata omnia monstrantur in omnibus figuris per impossibile. Arist. prior. l. 2. cap. 11. ch. 264.

Problema omne, & omnem positionem non oportet considerare, sed eam, quam dubitabit aliquis eorum, qui

ratione egent, non pœna, vel sensu, nec quorū propinqua est demonstratio; quia non habent dubitationes, nec quorum longe est demonstratio, quia maiori indiget labore, q̄ exigat exercitatio.

Problema determinatum dupliciter est interimere, vel vniuersali affirmatiua, vel vniuersali negatiua. Arist. top. l. 3. cap. 4. char. 445.

Problema si ait, vnam solum voluptatem esse bonum, tripliciter est interimere; vel si omni, vel si nulli, vel si pluribus, quam vni. Arist. ibid.

Problemata in pluribus positione determinata quadrupliciter est soluere, vel quod omnis, vel quod nulla, vel quod & alia aliqua, vel quod eadem non sit. Idem ibi.

Problema omne aspiciendum in quo possibile est, aut specie, aut numero determinare accidens, si nullum horum inest. Idem ibid. char. 446.

Problema vnum solum ostendens tribus medijs destruitur, si omni, si nulli, si pluribus inest. Alex. aphro. in 5. top. cap. 4. char. 46. col. 4.

Problemata omnia non sunt equo modo similia ad probandum, sed alia natura sunt faciliora, alia difficiliora. Alex. aphr. in 8. top. cap. 4. ch. 98. col. 3.

Problemata tribus modis confirmantur: primo per præcedentem ipsorum demonstrationem: secundo per confutationem eorum, qui contra asserunt: tertio per dissolutionem instantiarum contra problemata. Simp. in 8. phy. tex. 17. ch. 417. col. 2.

Problema omne, quod demonstratur ostensue, etiam per impossibile ostendi potest. Ioan. grammat. in 2. prior. cap. 14. char. 76. col. 3.

Problematum peccata.

Problemata peccata duo sunt. Vel quia falsum dicunt. Vel quia transgrediuntur positam locutionē. Arist. top. l. 2. ca. 1. c. 414. Idē Alex. aph. in 2. top. cap. 4. c. 20. col. 3.

Problematum loci topici.

Problematum, quod quicquam insit, vel non insit, primus locus est, si quid secundum aliquem alium modum inest, vt accidens assignauit, & hoc peccatur maxime circa genera, & secundum nominationem, cum nō determinat, quod sit, cum nomine denominato prædicatur genus. Arist. top. l. 2. cap. 2. ch. 414.

Problematum, quod quicquam insit, vel non insit, secundus locus est, considerare s̄m species, & non in infinitis. Nam transitu magis & in paucioribus consideratio: oportet autem considerare. & incipere a primis, deinde cōsequēter vsq; ad indiuidua: & inseruit hic locus cōstructioni, & destructioni. Ari. top. l. 2. c. 2. c. 415.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 3. locus est a definitione. Et est demonstratiuus substantiæ rei, & sit, cum facimus definitiones accidentis, & eius, cui accidit, aut vtriusque de vtroque, aut alterius: deinde considerat, si quid non verum in diffinitione perinde, ac verum, sumptum sit: & sumere pro ijs, quæ in diffinitionibus sunt nominibus, diffinitiones: & non desistere, donec ad notum deuentum sit: nam sæpe, cum tota diffinitio assignata sit, non est manifestum, quod quæritur, Pro aliquo autem eorum, quæ in diffinitione sunt, nominum diffinitione dicta, manifestum est. Arist. top. l. 2. cap. 2. ch. 416.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 4. locus ab instantia est ad positionem; differt autem hic locus modo, ab eo, quo oportet considerare, vel omnibus inesse, vel nullis, id est secundo. Arist. ibi.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 5. locus a dictione, in quo oportet determinare, quæ oportet dicere, vt pluries, & quæ non. Et est utilis ad construendum, & destruendum. Arist. top. l. 2. cap. 2. c. 416.

Problema-

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 6. locus est, si multipliciter dicitur: positum autem sit, quoniam inest, vel nō inest alterum monstrare eorum, quæ multipliciter dicuntur, si non vtraque cōtingat. Vtendum autem in ijs, quæ latent; nam si nō lateat id, quod multipliciter dictum est, instabit, quoniam non monstratum est id, quod dubitabat, sed alterum. Et hic locus est ad construendum, & destruendum. Aristot. topic. libr. 2. cap. 2. char. 416.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 7. locus, si non latet, quod multipliciter dicitur, diuisum quotupliciter dicitur, & est ad interimendum, & construendum. Arist. ibidem. char. 418.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 8. locus est, quæcunque non secundum equiuocationem dicuntur multipliciter, sed alio modo; vt disciplina vna pluriū, vt finis: aut, vt eius, quod ad finem. Vtilis est hic locus in ijs, quæ sunt ad aliquid. Arist. ibidem.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 9. locus est transferre ad euentius nomen. Vtilis ad construendum, & destruendum. Arist. top. lib. 2. cap. 2. char. 419.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 10. locus est, vt consideremus in genere ad ostendendum contraria circa idē esse. Locus est aptus ad destruendū. Arist. ibid.

Problematum, quod quicquam insit, vel nō, 11. locus est a specie. Quæcunq; speciei insunt, & generi insunt. Locus aptus est ad construendū. Arist. top. l. 2. c. 2. c. 420.

Problematum, quod quicquam insit, vel nō, 12. locus est a genere, & specie. Quoniam necessarium est, de quibus genus prædicatur, & specierum aliquam prædicari: & quæcunque habent genus, & dicuntur a genere, & specierum aliquam habere necesse est, vel denominatiue ab aliqua specierum dici; & hic locus aptus est, & ad construendum, & ad destruendum. Aristot. ibid.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 13. locus est, cum non est facultas argumentationis ad positionem intendendū ex diffinitionibus, aut quæ sunt propositæ rei, vel quæ videntur: & si non ab vna, etiam a pluribus: ad diffinitionem enim facilis est argumentatio. Arist. top. lib. 2. cap. 2. char. 420.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 14. locus est, cōsiderandum in proposito, quoniam existente necesse est positum esse; aut quid est ex necessitate, si propositum est aptus constructioni, & destructioni. Arist. topic. libr. 2. cap. 2. char. 420.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 15. locus est. videndum ad tempus, si alicubi dissonat. Aristote. topic. libr. 2. cap. 2. char. 421.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 16. locus sophisticus est ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentorum facultatem. Et aliquando est necessarium: aliquando apprensus necessarium, aliquando nec apprensus, & hic extraneus est a dialectica, ideo euitandus. Aristot. ibidem.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 17. locus est, quando omnis, qui dixit vnumquoduis, quodammodo multa dixit: quia plura vnicuique necessitate consequentia sunt. Arist. ibid. char. 422.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 18. locus est consequens interimere, quibus necesse alterum inesse, vel non. Arist. ibidem.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 19. locus est transferre nomen in orationem: cum magis consentaneum visum fuerit. Arist. ibid. char. 423.

Problematum, quod quicquam insit, vel nō, 20. locus est, cum si quid ex necessitate est, vt in pluribus ponat, vel quod, vt in pluribus ex necessitate, aut ipsum, aut contrarium ei, quod est in pluribus. Arist. ibidem.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 21. locus est, si idem sibi accidens posuit, vt alterum: eo quod alterum sit nomen. Arist. top. lib. 1. cap. 2. char. 424.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 22. locus est a contrariis, quæ conuertuntur inuicem sex modis, quæ oportet sumere, vt vtilia sunt construenti, & destruenti. Et contraria, vel vtrunque vtrique contrario rum connectunt. Et hoc dupliciter, vt amicis bene facere, inimicis male. Vel inimicis bene: amicis male. Aut cum vtraque de vno. Et hoc dupliciter, vt amicis benefacere amicis male. Vel inimicis bene, inimicis male. Aut vnum de vtrisque. Et hoc dupliciter, vt amicis bene, & inimicis bene. Vel amicis male, vel inimicis male. prima non facit contrarietatem: quia ambo sunt eligenda, & amicis benefacere, & inimicis male. Aristot. top. libr. 2. cap. 3. char. 424.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 23. locus est, si est aliquid cōtrarium accidenti. Considerandum est, si inest ei, cui dictum est accidens inesse. Nam si hoc inest, illud non inerit: quia impossibile est contraria eidem inesse. Arist. ibid. char. 425.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 24. locus est, si aliquid dictum est de aliquo, quod cum sit, necesse est, & contraria inesse. Arist. top. l. 2. cap. 3. c. 423.

Problematum, quod quicquam insit, vel nō, 25. locus est. Si positum est accidens, cui est aliquid contrarium, considerandum, si & contrarii susceptiuum, quod accidens est: nam idem contrariorum susceptiuum est. Destruenti hic locus tantum utilis est, ad construendum autem tantum possibilis est. Arist. top. l. 2. ca. 3. c. 426.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 26. locus est. Vt consideremus quatuor oppositiones, quæ scilicet sunt affirmatio, negatio, contraria, relatiua, habitus, & priuatio, & modum consequentiæ in eis videamus. Aristot. topic. libr. 2. cap. 3. char. 426.

Problematum, quod quicquam insit, vel nō, 27. locus est a contrariorum consequentia. Si contrarium contrarium sequatur; aut cōtra seipsa consequentia, an econuerso, & interimenti, & construenti. Aristote. topicor. libr. 2. cap. 3. char. 427.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 28. locus est a priuatione, & habitu, in quibus consequentia se inuicem necesse est semper fieri. Arist. top. lib. 2. c. 3. c. 427.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 29. locus est a coniugatis, & casibus, & interimenti, & construenti dicuntur coniugata iusta, & iustus iustitiæ. similiter effectiua & cōseruatiua: vno enim ostenso omnia ostensa sunt. Arist. top. l. 2. cap. 3. char. 428.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 30. locus est, considerare contrarium in contrario, qui dictus est in cōtrariorum consequentijs, sed tunc nil aliud ostendimus, quam contrarium sequi contrarium. Aristotel. topic. libr. 2. cap. 3. char. 429.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 31. locus est in generationibus, & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis. Aptus interimenti, & astruenti. Aristot. topic. libr. 2. cap. 3. char. 429.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 32. locus est, si ex similibus, similiter se habent. Ad construendū, & destruendum aptus. Arist. top. libr. 2. cap. 4. ch. 429.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 33. locus. Si in vno, & in pluribus se se habet, & similiter. Aristot. topic. libr. 2. cap. 4. char. 430.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 34. locus est ex magis, & minus. Quorum sunt quatuor loci. Vnus, si magis sequitur magis. Et est utilis ad vtrunque. Arist. top. libr. 2. cap. 4. char. 430.

Problematum, quod quicquam insit, vel nō, 35. locus est ex magis, & minus. Et est secundus. Si cui magis videtur in esse, non inest, nec cui minus. Et si cui minus inesse videtur, & cui magis. Arist. topic. lib. 2. cap. 4. char. 430.

Problematum, quod quicquam insit, vel non, 36. locus est ex magis, & minus: & est tertius. Duobus de vno dictis, si quod magis videtur alii inesse, non inest, nec

quod minus. Aut si quod minus videtur inesse, inest, & quod magis. Arist. top. l. 2. cap. 4. c. 430.

Problematum, quod quicquam inest, vel non, 37. locus ex magis, & minus: & est quartus. Duobus de duobus dictis, si quod alteri magis videtur inesse, non inest, nec reliquum reliquo. Aut, si quod minus videtur alteri inesse, inest, & reliquum reliquo. Aristot. topicor. lib. 2. capit. 4. chart. 430.

Problematum, quod quicquam inest, vel non, 38. locus ex eo, quod similiter inest, vel videtur inesse tripliciter, ut in eo, quod magis; siue vñ quoddam similiter duobus inest, aut inesse videtur, si alteri non inest, nec alteri. Si alteri inest, & reliquo. Siue duo idem similiter, si alterum non inest, nec reliquum. Si autem alterum, & reliquum. Eodē modo, & si duobus duo similiter inest. Nā si alterū alteri non inest, nec reliquū, reliquo. Si autem alterum alteri inest, & reliquum reliquo. Arist. top. l. 2. cap. 4. chart. 430.

Problematum, quod quicquam inest, vel non, 39. locus ex appositione. Si alterum ad alterum appositum faciat bonum, cum non fuerit prius bonum, quale re vera, & totum facit. Arist. top. l. 2. cap. 4. c. 431.

Problematum, quod quicquam inest, vel nō, 40. locus. Si id, ad quod appositū est aliquid, faciat magis tale, quale erat, & ipsum erit eiusmodi. Vtilis non in omnibus, sed in quibus magis crementū accidit fieri. Idem ibid.

Problematum, quod quicquam inest, vel nō, 41. locus. Si quid magis, & minus dicitur, & simpliciter inest. Et hic locus non est ad destruendum aptus. Idem ibid.

Problematum, quod quicquam inest, vel non, 42. locus. Considerandum in ijs, quæ secundum quid, quando, & vbi. Nam si secundum quid contingit, & simpliciter contingit, & quando, & vbi. Idem ibid.

Procella est ventus violentus propter celeritatem segregationis. Arist. meteor. 3. cap. 2. ch. 538.

Procellæ cur imbre superueniente citius cessant? quia aqua expressa ventres nubium confident, vnde flatuū est origo. Arist. probl. scēt. 26. nu. 4. ch. 580.

Processus ad agens est processus in sursum: processus ad materiam est processus deorsum. Alex. de ales in 2. metaph. char. 41. col. 1.

Proclus Platonis successor Ammonij magister fuit, a quo multa, quæ in ijs commentarijs sunt, Ammonius desumpsit. Ammo. in l. de interp. ch. 1.

Proclus philosophus locum corpus affirmat esse. Simpl. in 4. phys. char. 218. col. 1.

Prodigos vocare consuevunt eos, qui in intemperantiam opes consumunt. Ideo huiuscemodi homines improbitissimi videntur propterea quod multa simul vitia habent. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 1. ch. 79.

Prodigus is esse debet, qui vno tantum vitio præditus est, ut scilicet fortunæ suas consumat, & qui per se ipse perditur: nam esse sui ipsius perditio videtur etiam honorem dissipatio. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 1. ch. 80.

Prodigus melior avaro esse videtur. Curatur enim & ætate, & inopia. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 1. c. 84.

Prodigorum species sunt: cautus, qui inordinate conseruat; inconsideratus, qui in eo, quem ferre dicitur ratio; durare dolore nō potest. Arist. mor. eud. 3. ca. 6. c. 422.

Prodigus non est malis moribus; nec ignobilis; sed stolidi hominis potius est ita esse. Aristot. 4. ethicor. ad Nicom. cap. 1. chart. 84.

Prodigus est, qui nulla acquisitione gaudet, & nulla amissione tristatur, vtrunque magis, quam oportet. Arist. mor. eud. 3. cap. 6. char. 421.

Prodigus longe melior est avaro tum quia, & ætate, & inopia curari potest: tum quia multis utilis est, illibera- lis nemini, ino ne sibi ipsi utilis est. Aristot. 4. ethicor. Nicomac. cap. 1. chart. 84.

Prodigi plerique, cum dando opes deficiunt, accipiunt, vnde non oportet: & sic in hoc quoque avari sunt; &

& ideo dationes suæ non sunt liberales, cum non sint honeste. Si ergo incorrecti restant, in hæc transeunt. Si curationem admittant, ad mediocritatem devenire, honestatemque possunt. Arist. ibid.

Prodigus est, qui vbi non decet, impendit: & plura quam decet, & cū non decet. Arist. mag. mor. 1. ca. 22. c. 300.

Prodigalitas in iuuentute accidere magis consuevit: nam quo magis ætate quis prouehitur, parcius fit. Eustr. 4. moral. chart. 168.

Prodigus tractat seipsum suis moribus. Auerr. 4. ethicor. cap. 1. char. 25. col. 1.

Producibile in alia, duobus modis; vel ex consequenti, aut per accidens. Alb. mag. in præd. c. 9. col. 2.

Profundum in corpore est ab ante in retro. Alb. magn. in 2. de celo. tract. 1. cap. 4. ch. 24. col. 4.

Profundi est principium ante, nec non motus sensibilis. Alb. mag. in 2. de celo. trac. 1. cap. 4. c. 24. col. 4.

Profunditas multis dicitur modis. Vno modo quantitas diametri, quæ continuat inter duas superficies, & hæc habet duo nomina. a supremo ad imum mensurando dicitur profundum. Et ab imo ad supremum mensurando dicitur altitudo. Et dicitur profundum orbis, quod est ab austro in aquilone. Et quod est inter ante, retro, animalium. Et profundum climatis medium ipsius, in quo, ut in centro, figuratur diameter pyramidis luminis celestis, quod incidit in clima. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 2. ch. 104. col. 1.

Progressio omnis in speciem perfectam est generatio. Alexan. aphrod. in 4. metaph. vel secundum latin. 5. com. 9. char. 131. col. 2.

Procemij iudicialis proprium, & necessarium munus est indicare, quidnam sit finis, cuius causa oratio instituta sit, & eius formæ ab eo, qui dicit, & auditore, & re, & aduersario ducuntur. Arist. rhetor. 3. ch. 164.

Proemio non est vtendū, si res sit nota, & parua. Ari. ibi.

Proximorum ostentatiui generis est, ut putet auditor collaudari, aut ipsum, aut genus, aut studia ipsius, aut aliquo alio modo. Aristot. ibid.

Proemia deliberatiua ex iudicialibus proemijs consistunt, sed naturam horum nō habent: etenim & de quo agatur, intelligunt, & res nullam aliam ob causam proemiū postulat, quam aut propter ipsum, aut propter aduersarios, aut si non quantā velis, verum, aut maiore, aut minorem existiment. Quare, aut nimia offerre, aut depellere, itē, aut augere, aut minuere necesse est, aut ornatus gratia ne abrupta videatur. Arist. ibid. ch. 165.

Proemiorū criminationis locus vnus est; ut dissoluamus ea, quæ existimationem nostrā lædunt. Secundus occurrere rebus dubijs, & in controuersia positis, aut nō esse, aut obnoxium non esse, aut nō huic, aut nō tantope re, aut iniustum non esse, aut nō valde, aut nō turpe, aut nō magnopere. Aut q̄ iniuste fecit, cōpensare, si noxiū, at honestū, si molestum, at vile, vel aliud tale. Alius est si vitio, infortunio, aut necessitati tribuant, & cuius gratia compensare, quod nō nocere voluit, sed accidit, ut ei noceretur, & num qui criminatur, simul teneatur, aut nunc, aut prius, aut ipse, aut propinquus eius. Aut si semel tenetur, aut si alijs crimen conlarit, vel alius ipsi, qui innocentes reperti sunt, vel criminantē recriminari vel si iudicium factum est, & calumniam, quanta res sit, accusare. Et ambobus communis locus est notas afferre, proprias criminationes, rem paruam multis verbis, magnam paucis laudando vituperare, aut multis bonis allatis id vnum, quod ad rem pertineat reprehendere, & ambobus commune est, vt eadem res plurium rerū gratia gesta sit, qui criminatur, eam deprauare in deteriorem partem arripiendo debet, qui purgat in meliorem. Arist. ibid. c. 166.

Procemium omne captat, vel benevolentiam, vel attentionem, vel docilem reddit auditorem. Boeth. in top. Cic. l. 1. char. 757.

Proce-

Procemium qui facit, reddere auditorem beneuolem, docilem, & attentum debet. D. Thom. in 1. de anim. l. 1. t. 1. c. 1. colum. 1.

Procemium est oratio, quæ auditoris animum conuenienter comparat ad reliquam dictionem. Dan. Barb. 3. rhetor. cap. 21. char. 187.

Prohibitio quatuor fit modis. Primò, aut interimendo falsum. Aut instantiam dicendo. Aut ad interrogata. Aut, quia nunc non est tempus. Alex. aphrod. in 8. topic. cap. 4. char. 97.

Proiecta motu uiolento mouentur post motoris separationem. Aut per contrarij circum obsistentiam. Aut, quia pellit pulsus aer motu velociori, quam fit pulsio latio, quæ fertur in proprium locum. Arist. in 4. phy. cap. 3. tex. 68. char. 97.

Proiectio est, quando velocior motus fit eo, qui est secundum naturam eius, quod fertur vehemētiore facta pulsione, & eo vsque facta accidit ferri, quousque vehemētiore fit motus eius, quod fertur. Arist. in 7. physicor. su. 3. cap. 1. t. 10. char. 182.

Proiectorum motum fieri necesse est ab eo, quod projicit. sed aer, vel aqua, cessante primo motore, adhuc mouet mouendo aliud, partem sibi succedentem, & quiescit motus: cum virtus illius diminuitur in successione paulatim, & vltimo cessat. Aristot. in 8. physic. sum. 4. cap. 1. tex. 82. char. 240.

Proiecta, cum separantur ab eijciete, & eiectum remanet motum, & videtur, quod eijciens non est tunc motor, sed aer, qui naturaliter mouetur ex se, cum mouetur ex alio, ut dicitur in celo. Aristot. in 7. physic. tex. 10. char. 145. colum. 3.

Proijci nihil procul sine violentia spiritus potest. Arist. de historia animal. 3. cap. 7. char. 261.

Proiecta cur cessant a latione? quia impellentis definit potentia, vel propter retractionem, vel propter rei proiectæ inclinationem, quoniam ea valentior fuerit, quam projicientis vires. Arist. q. mech. tex. 32. c. 804.

Proiectum non simul quiescit a motu vna cum projiciente, quia ea, per quæ projiciuntur proiecta, sunt naturæ illius, quæ ex seipsis possunt moueri, & mouere accipientia principium, & inchoationem ab ipso projiciente, vnumquodq; interim sua potentia mouēs id, quod est post se mouēdi causam præbens, vt proiectum moueatur, quatenus fertur. Simp. in 8. phys. c. 482. col. 1.

Proiecta omnes conueniunt moueri ab aere, aut secundum successionem, vt Plato, aut vt aer, qui defert rem expulsum, mouetur ab expellente, postquam expellens separatur ab eo: quia in aeris natura est moueri ab alio, & recipere, & retinere ipsum diu, postquam separatur a motore. Auer. in 4. phy. tex. 68. c. 73. col. 1.

Proiectorum in motu aer, postquam separatur ab expellente, mouetur a sua forma naturali, & ante separationem mouetur ab vtroque, scilicet ab expellente, & a sua forma. Auer. in 4. phys. tex. 68. char. 73. col. 1.

Proiectorum in motu aer velocior est necessario, quam motus expulsi: expulsum enim non habet principium motus, cum motus eius sit violentus, purus aer vero habet in se motus principium. Auer. ibid.

Proiecti lapidis post separationē proiciētis, motus causa non est successio aeris, sed est translatio ipsius aeris. Auer. in 4. phys. tex. 68. c. 73. col. 1.

Proiectis motus violentus non imprimit aliquam virtutem, per quam mouentur, vt virtus generantis imprimitur generato, sed solum imprimit motum, dum tangit ipsum. Et quia aer est susceptibilis talis impressio- nis, tum quia est subtilior, tum quia est leuis quodammodo velocius mouetur per impressionē violenti motoris, quam lapis: & desinente violento motore, recte ab eo motus alterius propellit lapidem, & aerem coniunctum, quousque durat impressio primi motoris violenti. D. Thom. in 3. de cel. lec. 7. tex. 28. c. 61. c. 3.

Proles præstantior vere, quam autumno: deterrima ætate, & omnino tempore calidiore. Arist. de historia animal. 5. cap. 13. char. 160.

Prologus est pars tragediæ iusta ante chori ingressum. Arist. poetic. cap. 10. char. 272.

Proloquium (vt ait Theophrastus) est persuasio quædā, cuius duæ sunt species. Alia impermissua, & ad ea pertinent, quæ certo genere continentur. Alia vaga, & in omne genus fusa. Them. in 1. post. cap. 5. c. 2. c. 1.

Proloquium indiget, vt sciamus, vt fit, qd fit, quia ex p̄dicato, & subiecto constat. The. in 1. post. cap. 21. c. 5. c. 1.

Proloquia a postulatis, & subiectis differunt, quod nec constituuntur, nec petuntur concedi, & vera sunt. Them. in 1. poster. cap. 22. char. 5. col. 2.

Promptitudo versatur circa quæ, & prudentia, & circa ea, quæ sub actionem cadunt, quippe quæ circa propositum, & euitationem. Arist. mag. mor. 2. c. 3. c. 322.

Promptitudo est habitus, siue affectio, vel quiduis huiuscemodi instructio optimorum, & commodissimorum eorum, quæ sub actionem cadunt. Arist. ibid.

Pronomen non potest fieri negatione addita infinita. Alb. Mag. in periherm. char. 83. col. 1.

Pronosticantes decipiuntur sæpe, quia quod vident in stellis immobiliter futurum, credunt immobiliter recipi ab elementis; & tanquam necessarium pronunciant, quod habet euentum mobilem, & decipiuntur. Alb. mag. in 2. de celo. trac. 3. cap. 14. c. 39. col. 1.

Prophetæ dicentes futura, nihil intelligunt ex eo, quod dicunt. Auer. 12. metaph. tex. 18. c. 143.

Prophetæ non prophetizant, nec vera futura denunciant tēpore concupiscentiæ, tristiæ, & timoris: oportet. n. per studium longum, & honestos mores, & ordinationes affectuum animam ab exterioribus ad interiora reuocare, & claudere vias, ne tumultus sensibilibus, qui est in vigilia, animam extrahat ad exteriora. Et si hoc iam multo tempore factum est, ita quod iam euauerint simulachra accepta per sensus, & passionem animam pertrahentes ad alia, tunc diuinitio certior est. Alber. magn. de somn. & vig. l. 3. trac. 1. cap. 5. char. 36. col. 2.

Prophetia proprie vocatur, quando homo per raptum intellectus sui illustratur de scientia futurorum, vel aliorum occultorum, ad quæ deueniri non potest per inquisitionem, & rationē. Alb. mag. ibid. c. 3. c. 35. c. 4.

Prophetia est habitus, vel naturæ humilitas ex illuminatione intellectus futura præcognoscens. Idem ibid.

Prophetiæ habitum ille habet, qui optime dispositus est in intellectu agente, separato: & bonum, & perfectum adeptus est organum imaginationis, quod intellectui formas subministrat: hic tamen passiones sequens concupiscentiarum carnalium, timorum, gaudiorum, nunquam deueniet ad actum prophetiæ: sed si studuerit virtuti intellectiæ, & solitudini, seque liberauerit a curis seculi, & aliena non curioso inuestigauerit, sed intra seipsum potius reclusit, & operam dederit sciētis alijs, in quibus multum abstrahitur intellectus, absque dubio facile ei manifestabitur pulchritudo celestis in omnibus ijs, quæ ab orbe effluunt ad regimen eorum, quæ generantur, & corrumpuntur. Alb. mag. de som. & vig. lib. 3. tract. 1. cap. 12. char. 38. col. 3.

Propinquitas, & remotio inuenitur etiā in causa finali, & materiali. Auer. in 5. metaph. ex su. 1. tex. co. 3. c. 42.

Proportionem quæ habent inter se, si alterum est diuersum, & alterum erit diuersum. Aristotel. prim. prior. sec. 3. cap. 42. char. 233.

Proportio continentis ad contentum aliquando est secundum numerum determinatum, vt in numeris; quia omnis numerus commensurabilis est; aliquando est incommensurabilis, vt in continuis. Arist. 5. metaph. cap. 15. tex. 20. char. 106.

Proportione quod constat, non solum vnitario numero,

ro, quam numero in vniuersum proprium est. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 3. char. 115.

Proportio est æqualitas rationum, & in quatuor minimis reperitur ita disincta, vt conuncta. Nam coniuncta medio termino, vt duobus vtitur: bis enim accipit, ut quemadmodum se habet duo ad quatuor, sic quatuor ad octo. Et sic patet, quod quatuor bis sumitur. Et ut primus terminus ad secundum, sic tertius ad quartum. Et ut primus ad tertium, sic secundus ad quartum. Quare etiam totum ad totum, quod distributio binatim copulat: quæ, si etiam ita cõposita fuerint, iuste copulat. Et sic primi termini cum tertio, & secundi cum quarto, iugatio ius est illud, quod in distributione consistit. Ius autem est medium eius, quod præter proportionem est, & hanc proportionem geometricam appellant Mathematici, quia illis euenit, vt eandem totum ad totum rõnem habeat, quam habet alterum ad alterum. Aristot. 5. Ethic. Nicom. cap. 3. char. 115.

Proportionem, quã habet grauitates ad inuicem, quæ per eandem distantiam mouentur, hanc e contrario habent, & tempora inuicem, in quibus utrunq; grauium mouetur. Simpl. in 1. de cõel. tex. 53. co. 57. c. 35. col. 4.

Proportio coniuñcta est, cum unus terminus duobus extremis correspondet, ut 4. 3. 2. cui unitas est in medio amborum. Eustr. Ethic. 5. cap. 2. char. 213.

Proportio disincta est, ubi nullus terminus idem duobus est, sed omnes sunt separati, semel singuli accipiuntur, ut 16. 8. 4. 2. Idem ibid.

Proportio libri posteriorum ad reliquas partes huius artis est, ut proportio principatus ad eos, qui principatus sunt subiecti, & finis ad ea, quæ sunt ante finem. Auer. in poster. 1. char. 127. col. 4.

Proportio ois cõposita ex duabus pportionibus finitis, finita est necessario. Auer. phys. 8. tex. 78. c. 193. col. 1.

Proportiones, vt proportionem, nõ sunt agetes, sed in eo, qd sunt qualitates. Auer. 2. de ani. te. 143. c. 155. col. 2.

Proportio quæstionũ ad aĩam, similis est proportioni ligamenti ad mēbra. Auer. in 3. metaph. tex. co. 1. c. 18.

Proportio, quæ est in moto ad motum, est proportio potentia, quæ est in materia ad formam. Auer. in 9. metaphysic. tex. 11. char. 111.

Proportio non inuenitur inter duas mensuras, & duas dimensiones, quarum inuicem quæque est infinita. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 9. col. 1.

Proportio est cuiuscunque illius rei similis ad aliquam rem cognatam cõparatio. Boet. in Porph. ex dial. c. 33. Idem Boet. in lib. de interpret. char. 463.

Proportio proprie est in quantitate. Alb. Mag. in Topic. char. 237. colum. 1.

Proportio sesquialtera est, quæ totum alterum continet, & mediam eius partem insuper. Alber. Mag. in 6. physic. tract. 1. cap. 6. char. 70. col. 4.

Proportio mixtorum animatorum accipitur secundum proportionem organi ad actum animæ, qui exercetur per ipsum secundum medietatem Geometricam. Alb. Mag. de anim. lib. 20. tract. 1. cap. 10. ch. 166. col. 3.

Proportionis, & mixtionis rõ in vnoquoque organo dat nomē organo: vt in visu pupilla, in auditu auris, & sic in alijs. Alb. mag. de ani. l. 20. tr. 1. cap. 10. ch. 166. col. 4.

Proportio est similitudo habitudinum, & vt duo ad quatuor, sic tria ad sex. Albert. magn. Ethic. 5. tract. 2. cap. 5. char. 60. colum. 2.

Proportionalitas est similitudo proportionum, vt duo ad quatuor, sic tria ad sex: similiter enim habent proportionem dupli. Alb. mag. ethic. 5. tr. 2. c. 5. ch. 60. col. 3.

Proportionum quinque sunt genera: multiplex, superparticularis, superpartiens, multiplex superparticularis, & multiplex superpartiens. Alb. Mag. ibid.

Proportio multiplex est, vt 1. 2. 4. 8. 16. 32. qui scilicet numerus est in alio totus aliquoties, & non amplius. Albert. magn. ibid.

Proportio superparticularis est duorum numerorum, vel plurium, continens semel numerum, & aliquam eius partem, vt 2. 3. 4. 6. 9. Idem ibid.

Proportio sesquialtera est, quæ continet totum, & dimidium: sesquitercia totum, & tertiam partem, & sic de alijs. Albert. Magn. ibid.

Proportio superpartiens continet totum numerum, & duas eius partes. Alb. mag. Ethic. 5. tr. 2. cap. 5. ch. 60. col. 3.

Proportio composita ex multiplici, & superparticulari est, cum aliquoties continet totum numerum, & aliquam eius partem. Idem ibid.

Proportio composita multiplex superpartiens est, quæ continet aliquoties totum, & aliquoties duas eius partes. Alb. mag. ethic. 5. tract. 2. cap. 4. c. 60. col. 3.

Proportio alia coniuñcta, alia disincta; alia permutata, & ordinata. Alb. Mag. ibid. col. 3.

Proportio est habitudo quantitatis vnus ad alteram. Euclides. D. Tho. in post. c. 45. col. 3.

Proportionalitas est collectio duarum proportionum. Euclides. Idem ibid.

Proportio permutata est, cum antecedentia conferuntur, & consequentia similiter. Euclides. D. Tho. ibid.

Proportio duplex est, vt duo ad vnum: sesquialtera autem est, quæ continet totum, & dimidiam eius partem, vt tria ad duo. D. Tho. in 5. phy. l. 4. tex. 23. c. 90. col. 3.

Proportio est quædam habitudo quantitatum ad inuicem, & vbi dicitur quantum, ibi dicitur proportio. D. Tho. de sens. & sens. l. 17. c. 8. col. 4.

Proportio omnis determinata est secundum numeros. D. Tho. pri. metaph. l. 13. tex. 24. char. 75.

Proportionalitas non solum inuenitur in numero simpliciter, sed etiam in omni, quod mensuratur secundum rationem numeralem. D. Thom. ethicor. 5. lec. 5. char. 84. col. 4.

Proportio nihil aliud est, quã habitudo vnus quãtitatis ad aliam. D. Tho. ethic. 5. l. 5. char. 84. col. 4.

Proportio in numeris duplex est; æqualitas, & inæqualitas, & huius sunt quinque species. Alexand. de Ales in 5. metaphysic. tex. 20. char. 141. col. 3.

Propositionum diuisio, & differentia.

Propositio omnis, aut est inesse, aut necessario, aut contingenter inesse; & harum alia affirmatiua, alia negatiua: & affirmatiuarum, & negatiuarum, alia sunt vniuersaliter, alia in parte, alia indefinita. Arist. prior. resol. lib. 1. sect. 1. cap. 2. char. 150.

Propositiones oppositæ secundum locutionem, sunt quatuor: vt omni, nulli: & omni, & non omni: & alicui, & nulli: & alicui, & non alicui inesse. Secundum veritatem tres sunt: quia alicui, & non alicui secundum veritatem non opponuntur, sed solum p̄m dictionem: & harum contrariæ sunt vniuersales, cæteræ oppositæ, id est, contradictoriæ. Arist. 1. prior. cap. 35. char. 270.

Propositio omnis, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat: differentia enim cum genere ordinatur; & cum proprio aliud diffinitio sit, quod significat quod quid erat esse; aliud proprium secundum communem nominationem, non intelligendum est, quod vnunquodque horum sit propositio, vel problema, sed quod ex ijs problemata, & propositiones fiant. Arist. Topic. lib. 1. cap. 3. char. 391.

Propositiones, quæ sint naturales, morales, & rationales, diffinitione non est facile assignare de ipsis, est autem inductione tentandum cognoscere prædicta. Aristot. Topic. lib. 1. cap. 12. char. 404.

Propositiones alia sunt vniuersales, & hæc duæ, affirmatiua, & negatiua: aliæ particulares. ideo quatuor oriuntur combinationes; vel duæ vniuersales affirmatiua, & hæc est primus modus primæ figuræ; vel duæ vniuersales, & minor affirmatiua, & est secundus modus: vel

vel una vniuersalis, una particularis affirmatio, & est tertius: vel maior vniuersalis negatiua, minor particularis affirmatiua, & quartus oritur modus. Alexan. Aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 10. col. 1.

Propositiones quantum pertinet ad modos, tres habent differentias: inesse, necessarium, contingens. Alexand. apud. in pri. prior. cap. 7. c. 20. col. 3.

Propositiones alia sunt naturales, & circa verum, vel falsum versantur; alia morales, & circa fugam, vel electionem: alia rationales, quæ ut instrumenta seruiunt alijs secundum opinionem. Alexan. Aphrod. in prim. Topic. cap. 11. char. 15. colum. 2.

Propositio, vel vniuersalis, vel particularis est, si vniuersalis, vel est vniuersalis, quia de multis subiectum prædicatur, nec præfinitionem habet: vel præfinitionem habet, quæ sunt omnis, nullus, aliquis, & non omnis. omnis vniuersalis affirmatiua; nullus vniuersalis negatiua, aliquis particularis affirmatiua, nõ omnis particularis negatiua. Ammon. in lib. de interpret. ch. 49.

Propositiones particulares differunt a singularibus; quod, & si ad unum aliquod respiciunt, nihil tamen certum significant. singulares vero de certo, vt de Socrate enunciant. Ammon. in lib. de interpret. char. 50.

Propositiones differre possunt secundum tps præsens, præteritum, & futurum. Ammon. in li. de inter. c. 50.

Propositiones aliæ cū modo, aliæ sine modo, q̄ sunt absq; modo, de inesse sunt. Ammon. in lib. de interp. c. 120.

Propositionũ materiæ tres sunt: necessaria, q̄ in se cohibet naturalẽ efficiẽtia: contingens, quæ fortuito antegreditur, & impossibilis. Maget. in lib. de inter. c. 13.

Propositiones alia finitæ, alia infinitæ sunt. finitæ, vt homo albus: infinitæ, vt non homo albus. Magent. in lib. de interpret. char. 14.

Propositiones alia simplices, alia priuantes, alia, quæ ex verbis transpositis fiunt. Magent. in lib. de inter. c. 23.

Propositiones alia cum modo, alia sine modo sunt: alia affirmatiue additione verbi est: alia negatiue additione verbi non est. Ioã. Gra. in 1. prior. cap. 1. ch. 9. col. 4.

Propositiones cum modo alia affirmatiue compositione verbi est, alia negatiue diuisione verbi est. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 1. char. 6. col. 4.

Propositiones, vel vniuersales sunt, vel particulares, vel infinitæ: & omnes, vel affirmatiuæ, vel negatiuæ. Ioan. Gram. in prior. cap. 13. col. 2.

Propositiones cum alia sint de inesse, alia necessaria, aliæ contingentes, secundum ipsas sequitur alia, & alia conclusio. Ioan. Gram. in prior. cap. 8. char. 25. col. 2.

Propositiones præmissæ, quæ fiunt ad certitudinem de respondente circa id, de quo non confidit interrogans de illo, vt ei admittat ipsum, sunt duarum specierum. Primæ vniuersalium ambientium necessarias. Secundæ sunt præmissæ inquisitoria, quæ sumuntur ad certitudinem vniuersalium præmissarum per loca. Auer. in 8. Topic. cap. 1. char. 311.

Propositiones nephandas in hac arte expedit præcauere, & hæc sunt duarum specierum. Quædã sunt, quarum instantia est nephanda. Alia, quarum instantia est difficilis. Auer. in 8. topic. cap. 2. char. 114. col. 3.

Propositiones alia sunt, quæ ex aliqua parte sunt de inesse, & ex aliqua sunt necessaria. Auer. in quest. logic. quæst. 5. char. 364. col. 3.

Propositio omnis habet subiectum, vel vniuersale, vel particulare, siue affirmatiua sit, siue negatiua. Boet. in lib. de interpret. char. 233.

Propositiones alia sunt de inesse, vt quæ ait, Socrates est caluus. Alia necessaria, vt necesse est hominem viuere, si respirat. Alia contingentes, vt contingit Petrum prandere. Boet. in lib. de interpret. char. 241.

Propositionum alia simpliciter proferuntur, vt homo animal est; alia cum modo, vt necesse est quotidie Solem oriri. Boet. in lib. de interpret. char. 264.

Propositiones vel vniuersales, vel particulares, vnæ sunt, si vna significatione teneant. Boet. in l. de inter. c. 355.

Propositio omnis, aut sine modo pronuntiatur, vt Socrates ambulat; aut cū propriis modis, ut Socrates uelociter ambulat. Boet. in lib. de inter. c. 424.

Propositionum alia sunt notæ per se, & quarum probatio nequeat inueniri, quæ maximæ, & principales uocantur: alia, quas, & si animus audientis probet, tamē alijs superioribus approbari possunt, q̄ minores propositiones appellantur. Boet. de diff. top. l. 1. c. 859.

Propositio omnis aut categorica, quæ prædicatiua dicitur, est; uel hypothetica, quæ conditionalis appellatur. Boet. de syl. hypot. l. 1. char. 606.

Propositio omnis, aut constanter profertur, & est propositio; aut modo interrogandi, & interrogatio appellatur: aut dubitandi, & quæstio dicitur. Boet. in topicis. Cic. lib. 1. char. 763.

Propositiones prædicatiue compositas propositiones faciunt, quarum alia copulatiue coniunctione neuntur, ut & dies est, & lux est: alia per coniunctionem fiunt, ut si homo est, aial est. Boet. in top. Cic. l. 5. c. 823.

Propositio omnis aut inesse significat, & hæc in partes diuidi nequit: aut inesse necessario: aut cum non sit aliquid, tamen contingere enūciat. Quæ inesse necessario significat, tribus dicitur modis: vno simile inesse, vt necesse est Socratem sedere dum sedet: alia quãdiu habet, vt homo cor habet, dum uiuit: alia absoluta, vt necesse est Deum immortalem esse. Boet. de syllogis. hypot. lib. 1. char. 612.

Propositionis qualitates essentielles sunt; affirmatio, & negatio: vniuersale; & particulare accidunt ei ex subiecto, & ita simplex, vel composita, vt sit vna, vel plures. Alb. mag. in prior. char. 96. col. 1.

Propositio alia vniuersalis, alia particularis, alia indefinita. singulare nõ confidero, quia non inferuit syllogismo; nec in eo ponitur nisi vt particulare, ad hoc, vel illud determinatum. Alb. mag. in prior. char. 96. col. 1.

Propositio si non per species diuidatur, sed per proprietates, alia dialectica, alia demonstratiua est, prout est in materia probabili, vel necessaria. Albert. Magn. in prior. char. 96. colum. 2.

Propositio immediata dupliciter dicitur. Primo, a causa immediata, quõ principia sunt immediata. Alio modo appellatione subiecti medij, Alb. mag. in prior. c. 138.

Propositiones oppositæ aliæ sunt p̄m rem, alia secundum locutionem, & secundum rem sunt, quæ a se inuicem remouentur, ita ut simul stare non possint secundum locutionem, quæ, etsi secundum rem stare possunt, tamen in sermone secundum affirmationem, & negationem differunt. Alb. mag. in prior. char. 159. col. 3.

Propositio quinque ordines habet. Primo, quæ est uoce credibilis, ex qua fit demonstratio. Secundo est proxima ueritati, ut est dialectica. Tertio est opinabilis, & fit argumento rhetorica. Quarto est uerisimilis, & est sophistica. Quinto est falsa, & fit argumentatio tentatiua. Alb. Mag. in poster. char. 171. col. 4.

Propositio omnis, quæ non est per se uera, sed sumitur ab interrogante, ut conceditur a respondente, diuiditur in 13. partes. Prima in sensu interceptas, id est dignitates. Secunda in sensibiles. Tertia in ea, quæ stant in experimento. Quarta in famosas, quæ sunt morales. Quinta in immediatas. Sexta in existimatas. Septima in maximas ab omnibus concessas. Octaua in syllogizatorias. Nona in eas, quas recipere debemus sua probabilitate. Decima in eas, quæ propter similitudinem maximè uident esse, & nõ sunt. Undecima in eas quas existimat uulgus. Duodecima in eas, q̄ imitantur ueras similitudine. Tertiadecima in falsas aperte. Prima, ut oẽ totum est maius sua parte. Secunda, ut Sol lucidus est. Tertia, ut ignis omogenea cõgregat. experientia enim hoc cognoscimus. Quarta, ut Roma est ciuitas illustrissima.

Illustrissima. Quinta, vt binarius est medietas quaternarius. Sexta, vt corpus non crescit a se ipso, sed ab extrinseco. Septima, vt innocens puniri non debet. Nona, vt sunt, quas vel sancti, vel philosophi asserunt. Decima, vt sunt, quas concedit rñdens. Undecima, vt iocundus est frater. Duodecima, vt qui nocte ambulat, fur est. Tertiadecima, vt poetica falsæ propositiones. Quarum quinque species primæ inseruiunt demonstrationi: duæ maxime, & concessæ Dialecticæ: opinabiles, & quæ assimulantur, conueniunt sophistico: quæ autem vulgus existimat, & apparentes rhetori conueniunt. Albert. Magn. in poster. char. 171. colum. 4.

Propositio multiplex dicitur, quæ multas causas habet veritatis, cuius veritas non destruitur, nisi omnibus modis, & causis veritatis destructæ. Albert. magn. in top. char. 232. col. 4.

Propositio, quæ difficulter probatur, vel indiget definitione, vel est eorum, quæ multipliciter dicuntur, vel secundum translationem, vel quia propinqua principijs, aut quia nobis non est manifestum, secundum quem dictorum modorum est, quod præstat dubitationem. Alb. Mag. in Top. char. 271. col. 3.

Propositiones formari de aliquo potest intelligi tribus modis: Primo modo in accidentibus, vt cum subiectum, & prædicatum, sunt vnum in prædicatione, vt vnum dicitur de alio, & tamen sunt duo intentione, vt prædicati intentio est extra subiectum. Secundo modo, cum prædicatum, & subiectum sunt vnum in esse, tamen sunt duo in potentia, & in propositionibus categoricis substantialibus. Tertio modo, vbi omnino prædicatum, & subiectum sunt idem re, & esse, sed duo in consideratione; & hoc tertio modo tantum possunt formari propositiones de Deo. Alex. de Ales 12. metaph. tex. 34. c. 345. col. 3.

Propositio in syllogismo duobus modis consideratur. Vno modo secundum terminos, & sic se habet in ratione causæ materialis. Secundo, vt vniuntur in vna virtute mediæ, & sic se habet, vt efficiens. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 3. c. 105. col. 3.

Propositio per se nota alia est secundum se tm; alia secundum se, & quoad nos; alia quoad nos tantum. Quæ secundum se, & quoad nos, alia omnibus est nota, alia sapientibus. Thom. de Vio in poster. char. 102. col. 1.

Propositio alia est nota non per aliud medium simpliciter, licet sit nota per medium quoad nos, vt Deus est: alia nota est per aliud medium quoad nos, licet natura sua habeat medium simpliciter, vt nix est alba: alia est nota non per aliud medium simpliciter, nec quoad nos. Thom. de Vio in poster. char. 102. col. 1.

Propositiones in primo modo per se tripliciter reponuntur. Aliæ proprie, & principaliter, & sunt illæ, in quibus definitio data de re secundum exigentiam prædicatur de definito, vt animal est substantia animata sensibilis; vel illa, in quibus differentia essentialiter conuertibilis de eo, cuius est, prædicatur, ut animal est sensibile. Secundo proprie, & secundario, & hæ sunt, in quibus reliquæ huius definitionis partes de definito prædicantur, siue in recto, vt animal est substantia, siue in obliquo, vt linea est ex punctis. Tertio, in quibus definitio data de rebus non secundum rei existentiam, sed secundum modi significandi exigentiam, prædicatur de definito, vt simus est nasus curuus. Thom. de Vio in poster. char. 107. col. 1.

Propositiones quædam per se conuertuntur in per se, & hæ sunt omnes, quarum couerentes simpliciter sunt necessariæ ex terminis. Tho. de Vio. in post. c. 109. col. 1.

Propositiones duobus modis redduntur euidenter intellectui nostro. Primo per solum lumen intellectus agentis, non excludendo eius terminos. Secundo, cum lumen non sufficiat intellectus, additur medius terminus applicatus, Thom. de Vio in post. char. 131. col. 1.

Propositionem negatiuam immediatam esse duobus modis contingit. Primo, cum extra in nullo toto vniuersali sunt, vt substantia non est quantitas: & quando ita immediatæ sunt, vt ista, rationale non est irrationale. Tho. de Vio in post. ch. 148. col. 2.

Propositiones aliæ principia tantum sunt, vt primæ propositiones: aliæ conclusiones tantum, vt vltimæ: aliæ, & principia, & conclusiones, vt mediæ. Thom. de Vio in post. char. 176. col. 1.

Propositio quid est, & vt differt a quaestione, problemate, conclusione, & enunciatione.

Propositio est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, & hæc, vel vniuersalis, vel in parte, vel indefinita. Arist. prior. resol. l. 1. sect. 1. cap. 1. c. 149.

Propositio immediata est, qua non est altera prior. Arist. post. 1. cap. 2. tex. 5. char. 298.

Propositio est enunciationis altera pars, vnum de vno significans: dialectica, quæ vtramvis accipit: demonstratiua, quæ alteram tantum, veram scilicet. Arist. poster. 1. cap. 2. tex. 5. char. 298.

Propositio dialectica est interrogatio probabilis, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus; & his omnibus, aut pluribus, vel maxime familiaribus non inopinabilis: & ea, quæ sunt probabilibus similia, & contraria ijs, quæ videntur probabilia secundum contradictionem protensa, & quæcunque opiniones sunt secundum artes inuentas. Arist. top. l. 1. cap. 8. c. 399.

Propositio, & enunciatio idem subiecto sunt, ratione tamen differunt: nam vt vera, vel falsa, enunciatio est; vt affirmatiua, vel negatiua, propositio. Alex. aphr. in l. 1. prior. cap. 1. char. 4. col. 3.

Propositio non est genus affirmationis, vel negationis, cum prius de affirmatione, deinde de negatione dicatur. In quo errat Alex. quia affirmatio prior est negatione dignitate, non natura; & eodem modo, vt propositio, affirmatio, & negatio diuiduntur. Vide Ammonium. Alexan. aphr. in l. 1. prior. cap. 1. ch. 4. col. 1.

Propositionum differentia, ex differentia ratiocinationum existit. Alex. aphr. in l. 1. prior. cap. 1. c. 4. col. 4.

Propositiones propriæ, ac præcipuæ illæ sunt, quæ proxime propositam rem ratiocinantur, ac demonstrant. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 25. ch. 48. col. 4.

Propositio dialectica est interrogatio probabilis, aut omnibus, vel plurimis, vel sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maxime familiaribus, & non opinabilis. Alex. aphr. in 1. top. cap. 8. ch. 12. col. 1.

Propositio dialectica non est, quæ interrogatur per quid est hoc. Alex. aphr. 8. top. cap. 2. ch. 93. col. 1.

Positiones quædam communes sunt, quæ omni quaestioni accommodantur. Mag. in priora ch. 36. col. 1.

Propositio, quaestio, instantia, conclusio, enunciatio, subiecto contentiunt, habitu quodam differunt. Io. gram. in 1. prio. char. 3. col. 4.

Propositiones ab Aristotele interualla appellantur, vt geometræ emulus, & imitator. Ioan. grammatic. in priora cap. 5. char. 17. col. 4.

Propositiones immediata principia sunt demonstrationum. Io. gram. in 1. post. cap. 11. c. 44. col. 1.

Propositio est oratio verum, vel falsum designans. Boet. in top. Cic. l. 1. char. 763.

Propositiones simplices sunt, quæ simplicibus orationis partibus coniunguntur. Boeth. in topicor. Cicer. libr. 2. chart. 823.

Propositiones prædicatiuæ appellantur, quia aliud de alio prædicant. Boet. in top. Cic. l. 2. ch. 823.

Propositio, quaestio, conclusio idem sunt, sed modo differunt. Boet. de disti. top. l. 1. ch. 857.

Propositio a quaestione differt, quod propositio, vel per se probata, vel aliud probans oratio est, verum vel falsum

sum significans: quaestio autem, & si est oratio, est tamen dubitabilis propositio. Boet. de diff. top. l. 1. c. 859.

Propositiones prædicatiuæ nihil aliud querunt nisi a subiecto prædicatum inhaereat; et si inest, quaeritur, an inest, vt genus, vt accidens, vt proprium, vt diffinitio. Boet. de diff. topic. l. 2. char. 866.

Propositio, est animal, est rationale, vel est irrationale, est in secundo modo per se: tamen habet aliquid de primo, sed in ordinatione, quia secundum rem potius subiectum dicitur esse prædicatum, quam contra. Alb. mag. in prædic. char. 25. col. 1.

Propositio & enunciatio etsi substantia non differunt, differunt tamen secundum esse, & rationem: quia enunciatio refertur ad rem designatam, propositio autem dicit orationem indicatiuam pro altero. Alb. Mag. in prior. char. 96. col. 4.

Propositio dialectica est, quæ non sumit, sed interrogat consensum respondentis. Alb. mag. in prior. ch. 96. c. 2.

Propositio demonstratiua est, quæ sumit alteram contradictionis partem, & de consensu respondentis non curat. Alb. mag. in prior. char. 96. col. 2.

Propositio accidit necessitas, non ab homine, sed a re ipsa. ideo demonstrator non interrogat, sed sumit. Alb. mag. in prior. char. 96. col. 3.

Propositio syllogistica est ratio determinata nullius significationis, vt a terminis transcendētibus sumitur, id est a. b. c. & huiusmodi. Alb. mag. in prior. char. 96. col. 3.

Propositio ois, & oē problema, vel indicat genus, vel proprium, vel accidens. Alb. mag. in top. char. 222. col. 2.

Propositio non est per se, in qua est accidens, vt homo musicus est homo. Alexand. de ales in 5. metaphysic. tex. 23. char. 153. colum. 2.

Propositio aliqua per se est, quæ tamen mediata est in genere causæ, & in genere subiecti. Alexan. de ales in 5. metaph. tex. 23. char. 153. col. 2.

Propositio omnis, in qua species prædicatur de proprio individuo, est prædicatio quidditatis; ideo omnis huiusmodi propositio est necessaria, & perpetua. Thom. de Vio in poster. char. 115. col. 1.

Propositiones sunt rerum signa: Thom. de Vio in posterior. char. 126. col. 2.

Propositio è quibus constat, & eius vis in quo est.

Propositio ex subiecto fit, & prædicato. Ammon. in Porph. char. 9. col. 1.

Propositiones ex duabus vocibus constant, subiecto, & prædicato; aliæ tertium habent appædicatū, aliæ habent tantum modum. Ammon. in lib. de inter. char. 4.

Propositionis qualitates sunt affirmatio, & negatio; quantitates, vniuersale, particulare, & indefinitum. Ioan. Gram. in 1. prior. char. 4. col. 1.

Propositiones semper terminis numero maiores sunt: Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 26. char. 48. col. 1.

Propositio significat compositionem prædicati cum subiecto. Auer. in periherm. cap. 3. char. 36. col. 3.

Propositiones logicæ hic vocantur non conuenientes rei. Auer. in 12. metaph. tex. 10. char. 137. col. 4.

Propositio, cuius subiectum est nomen æquiuocum, non habet subiectum essentielle. Auer. epito. metaphysic. tract. 2. char. 171. col. 4.

Propositionis simplicis vis omnis in verbo cōstituta est. Boet. in lib. de interpret. char. 251.

Propositio omnis significationis suæ proprietatem ex subiecti intellectuius capit. secundo ex rebus, ex quibus intellectus constant; ideoque propositio, & qualitate, & quantitate participat. Boet. in lib. de interpretat. char. 339.

Propositionis proximæ partes non sunt nomen, & verbum, sed subiectum, & prædicatum. Albert. Mag. in prior. char. 96. col. 3.

Propositiones, vt se habent ad conclusionem.

Propositionibus ambabus affirmatiuis, vel negatiuis non est syllogismus in secunda figura. Aristot. prior. resol. l. 1. sect. 1. cap. 1. char. 158.

Propositionibus ambabus particularibus non est syllogismus. Arist. l. 1. prior. sect. 1. cap. 5. char. 159.

Propositione maiori particulari non fit syllogismus in secunda figura. Arist. l. 1. prior. sec. 1. cap. 5. c. 159.

Propositionibus ambabus vniuersalibus affirmatiuis fit syllogismus in tertia figura. Aristotel. lib. 1. prior. sec. 1. cap. 5. char. 160.

Propositione vniuersali negatiua, minori particulari, vel vniuersali affirmatiua, fit syllogismus in tertia figura. Arist. l. 1. prior. sect. 1. cap. 6. c. 160.

Propositio minor in tertia figura semper debet esse affirmatiua. Arist. l. 1. prior. sec. 1. cap. 6. char. 160.

Propositionibus ambabus particularibus, vel negatiuis non est syllogismus. Arist. l. 1. prior. sec. 1. cap. 6. c. 160.

Propositione vna vniuersali, altera particulari, si ambæ sunt affirmatiuæ, est syllogismus. Aristotel. l. 1. prior. sec. 1. cap. 6. char. 161.

Propositione affirmatiua vniuersali, vel negatiua, altera particulari, si minor est affirmatiua, est syllogismus. Aristotel. ibidem.

Propositio, si accipiat loco particularis indefinitam eodem modo, fit syllogismus. Arist. l. 1. prior. sec. 1. c. 7. ch. 164.

Propositione in prima figura altera existente necessaria, altera de inesse, fit conclusio necessaria maiore existente necessaria, vt si particularis est necessaria, non est conclusio necessaria, & ob id nullum accidit impossibile. Arist. l. 1. prior. sect. 1. cap. 9. char. 166.

Propositione negatiua in secunda figura necessaria in mitione de necessario, & inesse, sequitur conclusio necessaria; affirmatiua vero necessaria existente, sequitur conclusio non necessaria. Aristotel. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 10. char. 167.

Propositiones oēs, quæ sunt secundum contingens, conuertuntur inter se, non affirmatiuæ cum negatiuis: sed quæcunque affirmatiuam habent figuram, secundum oppositionem. Arist. l. 1. prior. sec. 1. cap. 11. c. 173.

Propositiones ambas in syllogismis similes esse conclusioni oportet, aut ad minus vnam: dico autem non solum affirmatiuam, aut negatiuam, sed necessariam in existentem, aut contingentem. Aristotel. l. 1. prior. sec. 1. cap. 24. char. 201.

Propositiones cōclusionem magis cognoscimus, quia propter quod vnumquodq; est, illud magis. Arist. poster. l. 1. cap. 2. tex. 5. char. 298.

Propositiones si sunt vniuersales, & cōclusio vniuersalis est. Arist. post. l. 1. cap. 7. tex. 21. char. 309.

Propositiones propriæ sunt in vnaquaque sciētia, ex quibus fit syllogismus. Arist. post. l. 1. cap. 9. tex. 27. c. 315.

Propositione maiore vniuersali necessaria existente in prima figura, altera de inesse, sequitur conclusio necessaria, & si aliter Theophrastus, & Eudemus asseuerauit: nam conclusio semper deteriore partem sequitur. Alex. aphrod. in pri. prior. cap. 9. c. 21. col. 3.

Propositione maiore necessaria existente in mitione de inesse, & necessaria, sequitur conclusio de inesse, & non necessaria. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 9. char. 22. col. 4.

Propositionibus vtrisque necessarijs conclusio necessaria sequi debet. Alex. aphr. in prior. cap. 9. char. 22. col. 4.

Propositione maiore necessaria existente in prima figura, etiam si minor particularis fuerit, necessaria sequitur conclusio in mitione de inesse, & necessario. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 6. char. 23. col. 1.

Propositione negatiua in secunda figura necessaria, conclusio necessaria affirmatiua necessaria tantum de non exitere erit. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 10. c. 23. col. 3.

Propositione posita in tertia figura, quæ si reducatur ad primam

primam est maior, & est necessaria, conclusio in tertia quoque necessaria erit in missione de necessario, & in esse. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 11. char. 25. col. 1.

Propositione affirmatiua de messe, & negatiua, vel affirmatiua contingente in secunda figura, in missionibus non sequitur conclusio. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 16. char. 37. col. 2.

Propositione affirmatiua de inesse, & negatiua contingente in secunda figura in missione de messe, & contingenti, non sequitur conclusio. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 17. char. 39. col. 3.

Propositione necessaria affirmatiua, & contingenti negatiua in secunda figura in missione necessaria, & contingenti non sequitur conclusio. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 18. char. 40. col. 3.

Propositionibus ambabus contingentibus, in tertia figura fit syllogismus. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 18. char. 41. col. 4.

Propositionibus ambabus negatiuis, & contingentibus in tertia figura per se nil concluditur: at cum contingens in affirmatiuum mutari possit, mutata minore in affirmatiuum negatio fit. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 19. char. 42. col. 1.

Propositionibus contingentibus ad maius extremum, & de inexistente ad minus in tertia figura conclusio fit: si autem, quæ ad minus contingens est, non fit. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 20. char. 42. col. 3.

Propositionibus in tertia figura in missione necessarij, & contingentis, utrisque affirmatiuis vniuersalibus contingentibus contingens futura est conclusio. Cum autem affirmatiua sit necessaria, & negatiua contingens, de contingenti non inesse sequitur conclusio: si negatiua necessaria, & contingenti non inesse, & non existendi. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 22. char. 43. col. 1.

Propositionibus negatiuis ambabus, vel affirmatiuis nil sequitur. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 24. char. 46. col. 3.

Propositiones vtraque nõ semper poni in rationatione solemus. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 33. ch. 61. col. 1.

Propositione maiore supposita, minor facile subintelligitur, non autem contra. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 33. char. 61. col. 1.

Propositiones conclusionem probabiliores esse debent. Alex. Aphrod. in elenc. char. 214.

Propositiones ambæ de subiecto esse debent, vt conclusio sit vera. Ammon. in præd. char. 24.

Propositiones vniuersales in secunda figura non sunt syllogisticæ. Magent. in prior. char. 13. col. 4.

Propositiones si possibiles sunt, conclusio quoque possibilis erit: si necessaria, necessaria: si impossibiles, impossibiles: si falsa, & non impossibiles, falsa, & non impossibilis conclusio erit. Magent. in poster. char. 20. col. 1.

Propositiones causæ si sint conclusionis, priores, & potiores conclusionem esse debent. Themist. in 1. poster. cap. 4. char. 1. col. 4.

Propositiones in demonstratione non solum syllogismi causæ esse debent, sed etiam rei. Them. in 1. poster. cap. 4. char. 1. col. 4.

Propositiones syllogismi habitudinem habere debent inter se, alioquin non faciunt syllogismum. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 26. char. 47. col. 4.

Propositio prætermittitur cognoscitur ex ordine recentioris termini in conclusione. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 33. char. 56.

Propositio aliqua sæpe prætermittitur in syllogismo, & adduntur superflua, vel propter occultationem, vel ob aliam causam. Io. gram. in 1. prior. cap. 55. c. 56. col. 4.

Propositiones minores concluduntur propter maiores. Ioan. gram. in 1. poster. cap. 33. char. 57. col. 2.

Propositionibus omnibus nõ cognitis, non fit conclusio. Ioan. gram. in 1. poster. cap. 1. char. 3. col. 1.

Propositionibus non præcognitis, impossibile est scire

conclusionem. Io. gram. in 1. post. cap. 2. char. 8. col. 2.

Propositiones non tractantur in hoc libro, sed in libro poetices. Auer. in perih. cap. 3. c. 36. col. 3.

Propositionem maiorem in prima figura sequitur conclusio in mixtione necessaria, & inesse quoad modum necessitatis, id est si maior est necessaria, & conclusio erit necessaria: si maior de inesse, & conclusio de inesse erit. Auer. in 1. prior. sec. 1. cap. 10. c. 65. col. 2.

Propositio extranea nulla assumpta ex conclusione, propositionem ostendit. Auer. in 2. prior. ca. 5. c. 105. col. 3.

Propositiones syllogismorum minores dependent ex vi propositionum maiorum, vt pars a toto. Auer. in q. logic. q. 7. char. 366. col. 2.

Propositione maiore de inesse, minore necessaria, conclusio est de inesse in omni materia. Auer. in quæst. log. q. 7. char. 367. col. 2.

Propositio eadem non est in duabus scientiis ex vno loco, sed est in superiori conclusio, in inferiori præmissa. Auer. in quæst. log. q. 13. char. 376. col. 1.

Propositiones assimilantur materiæ, quia sunt in potetia conclusio, & conclusio est eis quasi forma. Auer. in phy. 2. tex. 31. c. 29. col. 2.

Propositiones, & termini sunt materia in syllogismo: propositiones propinqua, termini remota. Alb. Mag. in prior. char. 101. col. 1.

Propositionem maiorem principaliter sequitur conclusio, quia prædicatum maioris prædicatum, est conclusionis. Alb. Mag. in prior. c. 109. col. 1.

Propositio altera ad minus similis esse debet conclusioni, siue affirmatiuis siue negatiuis erit syllogismus. Alb. Mag. in prior. c. 111. col. 2.

Propositio vna nihil sequitur, sed ad minus ex duabus sequitur syllogismus. Alb. Mag. in prior. ch. 114. c. 2.

Propositionibus ambabus de contingenti in secunda figura, non fit syllogismus. Albert. magn. in priora char. 120. colum. 1.

Propositio vniuersali negatiua, vel inesse, vel necessaria, fit syllogismus. Alb. Mag. in prior. char. 120. c. 1.

Propositio negatiua de inesse in secunda figura semper erit syllogismus. Alb. mag. in prior. char. 121. c. 3.

Propositionibus ambabus contingentibus in tertia figura existentibus conclusio erit contingens. Alb. mag. in prior. char. 124. col. 2.

Propositio maiore de contingenti, minore de inesse, vel necessaria, conclusio erit contingens. Alber. mag. in prior. char. 124. colum. 2.

Propositio vniuersali negatiua necessaria sequitur duplex conclusio in mixtione contingenti, & necessaria simul, & de inesse, & de contingenti possibili. Albert. mag. in prior. char. 124. col. 2.

Propositiones duas accipere oportet, vt fiat syllogismus, non solum propter formam syllogismi, sed quia non omnia, quæ sunt ex materia, habent ex materia necessitatem. D. Thom. in poster. char. 84. col. 1.

Propositiones vt mediata, vel immediata.

Propositio immediata dicitur, qua nulla superior est, nec demonstratione confirmari potest, vt vniuersalis est. Them. in 1. post. cap. 5. c. 2. col. 1.

Propositio immediata in vnoquoque genere vna est. Io. gra. in 1. post. cap. 26. c. 53. col. 4.

Propositio immediata est simplex, & nõ vt mediata, quæ componitur multarum uirtutibus. Albert. Magn. in poster. char. 196. colum. 2.

Propositio immediata dupliciter dicitur, vel secundum ueritatem, vel secundum opinionem, secundum ueritatem est propositio demonstratiua, secundum opinionem, topica. Alb. mag. in post. c. 202. col. 7.

Propositio aliqua immediata, potest esse contingens. D. Tho. in post. c. 78. col. 1.

Propositio

Propositio, vt prima per se nota, & communis.

Propositiones primæ non sunt sine phantasmatis. Arist. in 3. de ani. sum. 1. cap. 3. tex. 33. char. 663.

Propositiones disiunctas sæpe fallendi causa capimus. Magent. in prior. char. 28. col. 3.

Propositiones propriæ in vnaquaque quæstione sunt. Magent. ibidem.

Propositiones quædam communes sunt, quæ omni quæstioni accommodantur. Magen. in prio. c. 35. colum. 4.

Propositionum notabilissima est conditio, quod sint primæ. Auer. in q. log. q. 1. char. 375. col. 1.

Propositiones primas multi homines recipere non possunt, aut propter diminutionem innatam in natura, aut propter paucitatem exercitationis, aut propter pessimam consuetudinem, quæ est radicata in eis, vt videmus accidere eis, qui primo accipiunt doctrinas apparentes, sed tamen falsas. Auer. in j. de cel. t. 22. c. 9. col. 2.

Propositio, cuius prædicatum est in ratione subiecti, est immediata, & per se nota, quantum est de se. D. Tho. in poster. text. 4. char. 4.

Propositiones per se notæ sunt, quæ statim notis terminis cognoscuntur. D. Tho. in 4. meta. l. 5. text. 8. c. 203.

Propositio aliqua nota esse potest per se, non tamen omnibus, qui ignorant definitionem subiecti, & prædicati. D. Thom. in 4. metaph. l. 5. text. 8. ch. 203.

Propositiones communes sunt proprie de consideratione philosophi primi. D. Tho. in 11. meta. l. 4. t. 1. c. 769.

Propositio, vt vniuersalis, affirmatiua, vel negatiua.

Propositio vniuersalis est, quæ omni, vel nulli inesse ait. Arist. prio. resol. lib. 1. tra. 1. cap. 1. char. 149.

Propositio vniuersaliter affirmatiua concluditur ex antecedentibus prædicati, & consequentibus subiecti. Aristot. 1. prior. sect. 2. cap. 29. char. 208.

Propositio vniuersalis negatiua concluditur in prima figura ex repugnantibus prædicati, & consequentibus subiectum: in secunda ex repugnantibus subiecti, & consequentibus prædicatum. Aristoteles prim. prior. sect. 2. cap. 29. chart. 208.

Propositiones sumendæ sunt omnes, quam maximè vniuersales, & vna faciendæ multæ. Aristotel. in pri. topic. cap. 12. chart. 404.

Propositio negatiua vniuersalis in contingenti, vt plurimum non conuertitur. Alexander aphrodisien. in pri. prior. cap. 3. char. 8. colum. 4.

Propositio vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua in contingenti recipiuntur inter se, quod omni inesse contingit, nulli quoque inesse contingit. Alexander aphrod. in 1. prior. cap. 4. chart. 8. col. 4.

Propositiones vniuersales sumendæ sunt, vt ab vnaquaque plures habere possimus. Alexander aphrodisien. in topic. cap. 12. chart. 15. colum. 3.

Propositiones vniuersaliores sumendæ sunt, quia non statim disputans intelligit, quid concludendum est. Alex. aphr. in 8. topic. cap. 1. chart. 90. colum. 2.

Propositiones vniuersales affirmatiuæ, & negatiuæ ideo appellantur contrariæ, quia non possunt simul esse, possunt tamen ambo abesse, & quia maxime inter se distant. Ammo. in libr. de interpret. char. 51.

Propositio vniuersalis conuertitur in seipsam, si est alicuius diffinitio, quia diffinitio cum diffinito debet conuerti. Ioan. gramm. in 4. phy. tex. 116. char. 112. col. 1.

Propositio vniuersalis, & dici de omni differunt, quia cum dicimus omne animal est corpus, non solum intentio nostra est afferere omne animal esse corpus, sed vnum quodque ex animalibus, & omne id, quod per vnum quodque ipsum disponitur, est corpus. Auerroes in prior. sect. 1. cap. 1. char. 54. col. 2.

Propositiones vniuersales, a quibus adipiscimur propositiones particulares, Aristot. non appellat loca, cum demonstratio non sit, in qua cadat interrogatio, vel responsio. Auer. in 1. topic. chart. 266.

Propositiones probabiles sunt vniuersales, non particulares, sunt variæ & mutabiles. Auer. in j. top. c. 1. c. 168.

Propositio vniuersalis negatiua possibilis, vt plurimum conuertitur in seipsam. Auer. epit. in log. c. 345. col. 4.

Propositio vniuersalis est, cuius prædicatum inest toti subiecto, & eius sunt due species: vna quod prædicatum inest toti subiecto in actu, altera quod non inest toti subiecto in actu, id est possibiliter, id est tempore futuro. Auer. in q. log. q. 3. char. 362. col. 2.

Propositio vniuersalis, si conuertitur, Aristot. argumentatur in secunda figura ex duabus affirmatiuis. Auerro. in 2. phy. tex. 24. char. 27. col. 4.

Propositiones famosæ alicuius artis sunt illæ, in quibus nulla adest inter erus artis professores disceptatio. Auer. in epit. metaph. tra. 4. ch. 182. col. 1.

Propositiones generales sunt proximæ communibus: at demonstratiuæ sunt ex per se dictis, appropriatis. Auer. ex destru. destru. disput. 1. c. 8. col. 1.

Propositiones vniuersales diffiuntur ex hoc principio, scilicet scientia significationis vocabulorum. Auerroes 6. ethic. cap. 3. char. 41. colum. 3.

Propositionum vniuersalium triplex est ordo: alia enim omnes complectitur, ut omnis homo est animal: alia ex indefinita multitudine, & innumera pluralitate ad vnum, propositionum vim colligit, vt quidam homo est animal: alia sine vna determinatione proponunt, vt homo est animal. Boet. in lib. de interp. c. 341.

Propositiones vniuersales vniuersaliter remotis captio-nibus sophisticis semper sunt contrariæ, contrariæ autem semper non sunt vniuersales vniuersaliter. Boet. in lib. de interpret. char. 348.

Propositio negatiua vniuersalis per se in seipsam conuertitur, per accidens autem in particularem negatiuam. Boet. ex intro. ad cat. syll. chart. 574.

Propositio affirmatiua vniuersalis in seipsam non potest semper conuerti; per accidens autem in particularem affirmatiuam conuerti potest. Boet. ibidem.

Propositio vniuersalis negatiua in seipsam conuertitur in iisdem terminis, manente eadem quantitate, & qualitate. Alber. mag. in prior. char. 98. col. 1.

Propositio vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam conuertitur. Alber. mag. in prior. c. 98. col. 1.

Propositio vniuersalis non continetur in particulari, nec actu, nec potentia. D. Thom. in poster. c. 71. colum. 4.

Propositionem vniuersalem sciens vnica tantum mutatione potest particulare scire, cognoscendo illud particulare contineri sub vniuersale: non autem sciens particulare vnica mutatione nouit vniuersale. Thomas de Vio in posterior. char. 165. colum. 1.

Propositio, vt particularis, singularis, & indefinita.

Propositio particularis est, quæ alicui, vel non alicui, aut non omni inesse dicit. Aristoteles prior. resol. sectio. prim. cap. 1. char. 249.

Propositio indefinita est, quæ inesse, vel non inesse ait, sine signo vniuersalis, uel particularis. Aristotel. prior. resolut. libr. 1. sect. 1. cap. 1. char. 149.

Propositio negatiua particularis concluditur in omnibus ex repugnantibus prædicato, & antecedentibus subiectum, excepto quarto modo secundæ figuræ. Aristot. pri. prior. sum. 2. cap. 29. char. 208.

Propositio affirmatiua immediata melior est, & prior est negatiua immediata: propter enim affirmationem negatio est nota. Arist. poster. lib. 1. cap. 21. tex. 4. ch. 344.

Propositio particularis affirmatiua in seipsam conuertitur. Alex. aphro. in 1. prio. cap. 2. ch. 7. col. 2.

b b Pro-

Propositio particularis negatiua reciprocari nequit. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 2. ch. 7. col. 2.
Propositio negatiua particularis in contingenti, vt plurimum conuertitur. Alex. aphr. in 1. prior. capit. 3. char. 8. col. 4.
Propositio indefinita æqualem vim cum particulari continet. Alex. aph. in 1. prior. cap. 7. ch. 19. col. 3.
Propositiones particulares affirmatiuæ, & negatiuæ appellantur subcontrariæ, quia sub contrarijs, vniuersalibus scilicet, constitutæ sunt. Amm. in l. de inter. c. 51.
Propositiones impræfinitæ, & particulares idem sonant. Amm. in l. de inter. char. 62.
Propositiones impræfinitæ materiæ rationem ad præfinitas habent. Amm. in l. de inter. ch. 62.
Propositiones finitæ, aliæ terminatæ, vt omnis homo albus: aliæ non, vt homo albus: & determinatæ, aut vniuersales, aut particulares, & indeterminatæ, aut finitæ sunt, aut singulares. Mag. in l. de inter. ch. 14.
Propositio infinita materiæ rationem possidet: omnes enim determinationes suscipere potest. Magent. in libr. de interpretat. chart. 16.
Propositiones omnes indefinitæ, simplices, & ex commutatione factæ simul verum asserunt. Magent. in libr. de interpretat. char. 24.
Propositiones determinatæ si ex affirmatiuis debent fieri negatiuæ, negatio determinationi ponenda est, & non termino. Mag. in l. de inter. ch. 27.
Propositiones indefinitæ particularibus æquales sunt. Mag. in prior. ch. 27. col. 3.
Propositiones singulares nullam pariunt scientiam. Ioã. gram. in 1. prior. cap. 2. ch. 9. col. 1.
Propositio particularis negatiua in materia necessaria reciprocatur in vniuersalem affirmatiuam. Io. gram. in 1. prior. cap. 3. char. 10. col. 3.
Propositio particularis negatiua in materia impossibili, reciprocatur in vniuersalem negatiuam. Ioã. gram. in 1. prior. cap. 3. char. 10. col. 3.
Propositio particularis negatiua conuertitur secundum determinationem contingentis. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 21. char. 42. col. 4.
Propositio negatiua infinita plus veritatis complectitur, quam affirmatiua simplex, quia verificatur de tribus, sed affirmatiua de vno tantum, homo est iustus, homo non est iustus. Contrario modo se habet negatiua simplex, vt homo non est iustus, cum affirmatiua infinita, vt homo est non iustus. Auerr. in periherm. l. 2. cap. 1. char. 43. col. 3.
Propositio particularis negatiua binas habet interpretationes: quarum vna est partis destructio, altera destructio vniuersalitatibus, quæ in ipsa reperitur. Auerr. in 1. prior. sect. 1. cap. 1. char. 54. col. 1.
Propositiones ex parte quantitatis, & qualitatis sunt secundum formam, ex parte verò demonstratiuæ, dialecticæ, & sophisticæ sunt secundum materiam. Auerr. in 1. prior. sect. 1. cap. 1. char. 54. col. 1.
Propositio indefinita ex necessitate est particularis. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 5. c. 57. col. 2.
Propositio particularis, vel est secundum naturam, vel positionem. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 5. ch. 57. col. 3.
Propositionum priuatiuarum, & infinitarum idem est iudicium. Auer. in 1. prior. sect. 3. cap. 2. c. 98. col. 2.
Propositioe minori infinita in prima figura, fit conclusio, negatiua verò non. Auerroes in 1. physicorum, text. 10. chart. 6. colum. 1.
Propositiones indefinitæ vocantur, quæ nec vniuersalem, nec particularem determinationem habent. Boeth. in lib. de inter. char. 235.
Propositiones singulares, vt Socrates ambulat, verum a falso dirimunt. Boeth. in l. de inter. char. 235.
Propositiones finitæ ab indefinitis differunt, quia cum indefinitæ vniuersalia prædicant, definitæ præter illud

vniuersale, quod & ipsæ prædicant, vniuersaliter inesse etiam prædicant. Boet. in l. de inter. ch. 404.
Propositio negatiua particularis in seipsam non potest semper conuerti, sed per accidens vniuersali negationi conuerti potest. Boeth. ex introd. ad cat. syllog. ch. 574.
Propositio particularis affirmatiua per se conuertitur particulariter, per accidens autem in vniuersalem affirmatiuam. Boet. ex introduçt. ad cat. syllog. char. 574.
Propositio particularis affirmatiua sibi ipsi conuertitur. Boeth. ex introd. ad cat. syllog. char. 595.
Propositio particularis est, quæ substantialiter sub vniuersali accipitur. Alb. mag. in prior. c. 96. col. 2.
Propositio particularis est, quæ significat prædicatū in se subiecto sub determinatione subiecti, ad partem affirmatiuæ, vel negatiuæ. Alb. mag. in prior. c. 96. col. 2.
Propositio indefinita est, quæ prædicatur in esse, vel non esse. Alb. mag. in prior. c. 96. col. 2.
Propositio indefinita non est vniuersalis actu. Alb. mag. in prior. char. 97. col. 2.
Propositio particularis negatiua non conuertitur. Alb. mag. in prior. char. 98. col. 2.
Propositio particularis affirmatiua conuertitur simpliciter in seipsam. Alb. mag. in prior. ch. 98. col. 4.
Propositiones sunt materia, ex qua: problemata sunt materia, circa quam. Alb. mag. in top. ch. 222. col. 1.

Propositio, vt affirmatiua, negatiua, & priuatiua.

Propositio negatiua est illa, in qua non negatio inest, sed formæ tantum priuatio, vt iniustus inimicus. Amm. in l. de inter. char. 91.
Propositio affirmatiua priuatiua minus vniuersalis est negatiua simplici, & negatio priuatiua erit in pluribus vera, quam negatio ex transpositione. Amm. ibi. c. 92.
Propositiones priuatoriæ sunt, quæ prædicant priuationem, vt iniustus. Boet. in l. de inter. ch. 232.
Propositio prædicatiua sine verbo esse non potest. Boet. ibid. char. 383.
Propositiones priuatoriæ sunt, quæ priuationem habent, vt homo iniustus. Boet. in l. de inter. ch. 388.
Propositio negatiua omnis ante se habet affirmatiuam, quæ est causa negationis. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. cau. l. 1. tr. 1. cap. 8. c. 189. col. 1.

Propositio, vt simplex, & transposita.

Propositionum ex transpositione cognitio vtilissima est. Alex. aph. in 1. prior. cap. 42. c. 70. col. 3.
Propositio negatiua ex transpositione amplior est simplici affirmatione, & affirmatio ex transpositione arctior simplici negatione. Amm. in l. de inter. c. 90.
Propositiones, quæ aiunt, contingit nulli, & contingit non omni, affirmationes, & non negationes sunt. Amm. ibid. char. 126.
Propositiones, in quibus nomina, & verba transponuntur, eadem sunt: & si determinationes, vel non particula negatiua transposita fuerit, non erit eadem propositio. Mag. in l. de inter. ch. 27.
Propositiones ex transpositione, siue modum habuerūt, siue non, si sunt affirmatiuæ, compositionem verbi habebunt; si negatiuæ, diuisionem verbi tenebunt. Ioan. gram. in 1. prior. cap. 11. c. 6. col. 4.
Propositionem non mutant nomina permutata, negatio autem mutata propositionem immutat. Boeth. in lib. de interpr. chart. 259.
Propositionibus simplicibus, si fieri debet ex affirmatione negatio, hoc conuenit, vt rem negatio neget, in illis, quæ sunt cum modo, modus negari debet. Boeth. in lib. de interpr. char. 425.
Propositio de prædicato infinito affirmatiua, & negatiua

tiua de prædicato finito differunt; quia affirmatiua de prædicato infinito aliquid ponit; negatiua nihil ponit, & quia non sunt in eodem significato. Albertus magnus in prior. char. 142. colum. 4.

Propositio, vt vera, falsa, probabilis, ambigua.

Propositio nulla vera est, in qua prædicatum dicitur vniuersale, vt omne animal est omnis substantia. Arist. in periherm. l. 1. cap. 5. char. 123.
Propositionibus veris positus semper verum sequitur. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 14. char. 31. col. 1.
Propositionibus manifestis si instant contradicentes, ab accidentibus increpantur. Alexander aphr. in 8. topic. cap. 1. chart. 60. colum. 2.
Propositionum veritatem nullum absurdum concomitatur. Amm. in præd. char. 79.
Propositiones vniuersales in materia contingenti sunt ambæ falsæ, particulares veræ. Amm. in li. de interp. c. 51.
Propositiones, quæ secundum materiam veræ sunt, si modus addatur, sæpe falsæ erunt, & econtra. Ammon. in lib. de interpretat. char. 120.
Propositiones per materiam veræ per modum falsæ esse possunt. Magen. in lib. de interpret. ch. 31.
Propositiones, vel ambæ veræ, vel ambæ falsæ, vel altera vera, altera falsa. Si ambæ veræ, vera est conclusio: si ambæ falsæ, aliquando vera, aliquando falsa. Si maior vera, minor falsa, conclusio vera: si maior falsa, minor vera, conclusio falsa. Ioannes grammat. in prim. prior. cap. 2. char. 68. colum. 2.
Propositiones veras falsam conclusionem concludere impossibile est. Ioan. gram. in 1. poster. c. 25. ch. 52. col. 3.
Propositiones multæ sunt intelligibiles, quæ nõ sunt probabiles, & petitiones. Auerr. in 1. poster. ch. 127. col. 4.
Propositionum probabilium ordines non cognoscimus, nisi cognoscamus quantum deficiunt ab ordinibus veris, quod non assequitur, nisi qui ipsas veras cognoscit. Auer. in poster. lib. 1. in proem. char. 127. col. 4.
Propositiones veræ probabiles præcedere debent, quia consentaneum est, vt incipiamus ab eo, quod est magis secundum naturam desideratum, id est, ab eo, quod est natura dignius, & hoc est constructio demonstrationis. Auer. in poster. 1. in proem. ch. 127. col. 4.
Propositiones necessariæ tres habent conditiones. Prima, vt prædicatum sit de omni. Secunda, vt sit per se. Tertia, vt prædicatio sit in ipsis vniuersalibus. Auerr. in poster. 1. tex. com. 29. char. 136.
Propositiones veræ necessariæ sunt, quas intellectus ex cogitat secundum proportionem per se inter prædicatum, & subiectum: dum vero intellectus non ex cogitat secundum hanc proportionem, dirigitur ad illas ipsa possibilitas, qua directa ipsæ sunt de inesse, non necessariæ: & sæpe subintrant scientias, immo maior pars syllogismorum fit ex his propositionibus. Auer. in q. log. q. 3. char. 362. colum. 3.
Propositio æquiuoca perfectæ æquiuocationis veridica non ingreditur demonstrationem. Auerroes in q. log. q. 13. char. 376. colum. 3.
Propositiones ambiguæ in demonstratione fieri solent, vbi secus fieri non potest. Auer. ex paraph. 2. de celo, text. 10. char. 136. colum. 2.
Propositiones falsæ aliæ sunt cõuenientes, aliæ non cõuenientes. Auer. in 12. metaph. tex. comment. 4. c. 137.
Propositio veritas rei veritatem sequitur. Boetius in lib. de interpr. char. 234.
Propositio aliqua per se vera esse potest, quæ per accidens est falsa. Alber. mag. in prior. char. 101. col. 3.
Propositiones falsæ constituunt natura conclusionem, non vt sunt falsæ, sed per materiam, in quantum vtræque per terminum in ea positum, est medietas veræ conclusionis. Albertus mag. in prior. ch. 146. colum. 3.

Propositionibus ambabus falsis sequi potest conclusio vera: maiore autem in toto falsa, & minore vera, non potest sequi conclusio vera in prima figura. Alb. mag. in prior. chart. 147. colum. 3.

Propositio in toto falsa verificanda est per exceptionem partis, pro qua falsa est. Alb. mag. in topic. c. 271. col. 1.
 Propositio veritas potest dici veritas rei per causam. Diuus Thomas 5. metaph. l. 11. text. 14. char. 319.

Propositiones, vt contradictoriæ, contrariæ, subcontrariæ, & subalternæ.

Propositiones, quæ terminos simili modo collocatos habent, & eadem quantitate sint præditæ, qualitate autem differant vniuersalesque sint, contrariæ sunt. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 4. ch. 9. col. 3.
Propositiones, quæ terminos simili modo collocatos habent, & eadem quantitate præditæ sint, qualitate autem differant, particularesque sint, subcontrariæ sunt. Alexander aphrod. ibidem.
Propositiones, quæ similem terminorum collocationem ac eandem qualitatem habent, quantitate tãtum differunt, subalternæ appellantur. Alexander aphrod. in prim. prior. cap. 4. char. 9. col. 3.
Propositiones, quæ similem terminorum collocationem habent, quantitate autem, & qualitate differunt, contradictoriæ appellantur. Alexander aphrod. in prim. prior. cap. 4. char. 9. colum. 3.
Propositiones contrariæ, & subcontrariæ quali differunt, idem quãtum retinentes. Amm. in li. de interp. c. 52.
Propositiones subalternæ quanto differentes, eodem quali præditæ sunt. Amm. in li. de interpr. char. 32.
Propositiones contradictoriæ sunt, vniuersalis affirmatio, particularis negatio: vniuersalis negatio, particularis affirmatio. Amm. in lib. de interpreta. char. 61.
Propositiones, si contradictoriæ esse debent, idem subiectum habere debent. Amm. in lib. de interp. ch. 100.
Propositionum oppositiones capitimus, vel secundum modos, ut necessariæ contingentibus, uel secundum quantitatem, ut vniuersales particularibus, uel secundum quale, ut affirmatiuæ negatiuis. Amm. ibid. char. 113.
Propositio si habet contrarium, utimur contrario: si non habet, sumus contenti, uel sola priuatione, uel negatione. Amm. in lib. de interpr. char. 149.
Propositiones subcontrariæ sunt quidam, & non quidam, quia utræque uere esse possunt. Boetius in libr. de interpretatione chart. 234.
Propositiones contrariæ, omnis, & nullus utræque falsæ esse possunt. Boet. in lib. de interpr. char. 234.
Propositiones angulares, omnis, & non aliquis, nullus & aliquis semper uerum, & falsum diuidunt. Boetius in libr. de interpr. char. 234.
Propositiones contrariæ ueræ simul inueniri non possunt. Boet. in libr. de interpr. char. 287.
Propositiones subcontrariæ simul ueræ esse possunt, si simul falsæ non. Boet. in lib. de interpr. char. 344.
Propositiones subcontrariæ appellantur, uel quod sub contrarijs sunt positæ, uel quod superioribus, sub quibus sunt, contrarias habent proprietates. Boetius in libr. de interpr. char. 344.
Propositionum contradictoriarum hoc proprium est, ut naturam contrariorum, & subcontrariorum fugiant. Boet. in lib. de interpr. char. 367.
Propositiones contrariæ sunt vniuersalis affirmatio, & vniuersalis negatio: simulque falsæ esse possunt, non autem simul ueræ. Boetius ex introduçt. ad cat. syllog. char. 563. Idem char. 584.
Propositiones subcontrariæ sunt particularis affirmatio, & particularis negatio, quæ simul falsæ esse non possunt; possunt in simul ueræ esse. Boetius ex interpr. ad syl. cat. char. 564. Idem char. 584.

Propositionum copiam elicere, & quot sunt illa, quæ tractantur in libro de interpretatione.

Propositionum abundantiam habere debemus, si potentiam faciendi volumus habere, quod considerare quoque debemus, cum non solum fortasse sufficiat generationem syllogismorum considerare. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 28. char. 206.

Propositionum abundantiam habebimus, si primum sic eas excerpserimus, supponentes ipsum primum, & definitionem, & quæcunque sunt propria rei, deinde, quæ rem sequuntur, & quæ res sequitur, & quæ non contingunt inesse: quibus vero non contingit, non eligendum, quia priuatiuum conuertitur. Consequentium vero alia sunt definitiones, alia propria, alia accidentia: & horum alia ex opinione, alia secundum veritatem, vt quanto pluribus abundabit his, tanto citius concludet: quanto verioribus, tanto verius demōstrabit. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 28. ch. 207.

Propositionum abundantiam cum quærimus, eligere oportet, non quæ aliquam sequuntur, sed quæcunque totam rem sequuntur, quia per vniuersales propositiones fit syllogismus. Et item quæ ipsum sequitur, tota consequens, & non est sumendum, quod totum sequitur, sed tantum simpliciter: non enim veræ sunt propositiones, quæ prædicato addunt signum vniuersale, vt homo est omne animal. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 28. chart. 207.

Propositionum abundantiam cum quærimus, eligere oportet si subiecti consequentia, vel propria quærimus, non quod longe distat, sed propinquiora: & item in antecedentia faciendum, & ea, quæ vt plurimum sequuntur: de ijs enim sunt problemata, nec eligenda sunt, quæ omnia sequuntur, quia ex ijs non est syllogismus. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 28. c. 208.

Propositionum dum quærimus abundantiam, ad prima, & vniuersalia maxime aspiciendum est. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 29. char. 208.

Propositionum dum quærimus copiam, non sunt eligenda, quæ omnia sequuntur; quia ex ipsis non fit syllogismus; & omnia repugnantia, & antecedentia prædicatum, & aliena a subiecto. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 29. char. 211.

Propositiones eligere oportet, vt in cap. 8. huius libri determinatum est: descriptiones quoque sunt faciendæ in vnoquoque genere supponentes scorsum: & eligere ex scriptis disceptationibus: & annotare singulorum opiniones, & ponere, quod ab aliquo probato dictum est. Arist. top. l. 1. cap. 12. ch. 43.

Propositiones omni orator habere debet tum probabiles tum de maiori, & minori. Arist. 1. rhet. c. 17.

Propositionum copia confert ad abundantiam dialecticarum rationum. Alex. aph. in 1. top. cap. 8. c. 11. col. 4.

Propositionum abundantiam elicimus ex tot locis, quot modis dicimus probabile, vt pluribus, sapientibus. Alex. aph. in 1. top. cap. 12. c. 15. col. 3.

Propositiones similes probabilibus eligere vtile est ad abundantiam propositionum. Alex. aph. in 1. top. cap. 12. char. 15. colum. 3.

Propositiones ex scriptis eligendæ sunt, & sub proprio genere adnotare. Alexand. Aphrodisien. in 1. top. cap. 15. char. 15. col. 1.

Propositiones superflue a dialecticis, vel sumuntur de gratia inductionis, vt inductione probent vniuersale, vel ob magnitudinem orationis, vt videatur sapiens, aut ad occultationem conclusionis, cum etiam pro syllogismo facit, vel vt dilucidior fiat oratio. Ale. aph. in 8. top. cap. 1. ch. 90. col. 1.

Propositiones traditæ in libro de interpretatione sunt 3024. contradictiones vero 1512. Ammon. in lib. de interpr. char. 122.

Propositiones modales, idest de inesse, contingentes, & impossibiles.

Propositiones de inesse sunt, quæ existere aliquid, non tamen necessario significant. Alex. aph. in 1. prior. cap. 8. char. 20. col. 4.

Propositiones necessariæ sunt, quæ necessario existere significantur. Alex. aph. in 1. prior. cap. 8. c. 20. col. 4.

Propositiones contingentes sunt, quæ nondum quidem existere, posse tamen existere quicquam indicant; & id vel vere, si veræ sunt; vel falsæ, si mentiantur. Ale. aph. in 1. prior. cap. 8. c. 20. col. 4.

Propositionum differentia, quæ ex modis sunt, cognosci debent. Alex. aph. in 1. prior. cap. 8. c. 20. col. 4.

Propositio contingens vniuersalis negatiua in seipsam, non recipitur. Alex. Aph. in 1. prior. capit. 16. char. 37. col. 3.

Propositiones contingentes a contrarijs existentibus non tolluntur. Alex. aph. in 1. prior. cap. 21. ch. 43. col. 4.

Propositio, quæ habet præfinitionem, si ex affirmatiua debet fieri negatiua, particula negatiua præfinitioni addenda est, cum præfinitio sit eius caput, & cardo. Ammo. in l. de inter. ch. 53.

Propositionum cum modo pars præstantissima modus est, a quo est nomē sumūt. Ammon. in l. de inter. c. 121.

Propositiones cum modo fieri non possunt, nisi est verbū, vel insit, vel subaudiatur fuerit. Ammo. in l. de int. c. 125.

Propositiones cum modo ex affirmatiuis sūt negatiuæ, si particula non, modo, vel verbo est, additur: idem enim sonant, eodemque modo contraria est, possibile est Socratem ambulare, & ea quæ dicit, non possibile est, ac ea, quæ ait, possibile non est. Ammon. in lib. de interpret. char. 125.

Propositiones negatiuæ, aliæ modum auferunt, vt contingit, non contingit: aliæ rem, vt contingit non esse, contingit esse. Ioā. Gram. in prior. cap. 13. c. 31. col. 4.

Propositiones de inesse, cum sint actu, differunt a propositionibus de contingenti, quæ sunt in potentia. Ioan. gram. in 1. prior. cap. 30. ch. 54. col. 2.

Propositiones inexistentes sunt, quæ actu non necessario inueniuntur, in quibus prædicatum inest omnibus subiectis indiuiduis multo tempore: & verisimile est, vt in hanc speciem veniant propositiones, de quibus ambigitur, an sint necessariæ, vel ne. Auerr. in 1. prior. sect. 1. cap. 2. c. 54. col. 4.

Propositio minor in se continet rationem partis, & totius: ideo non valet ratio Theophrasti, & aliorum, qui volunt semper in mixtione necessarij, & contingentis propositionem esse contingentem. Auerr. in 1. prior. sect. 1. cap. 11. c. 65. col. 2.

Propositionum possibilium proprium est, vt affirmatiuæ sequantur negatiuas, & negatiuæ affirmatiuas. Auerr. in 1. prior. sect. 1. cap. 13. c. 68. col. 3.

Propositio de inesse, iuxta Theophrasti opinionem, est, in qua deficit modus necessarij, & possibilis: & secundum se oratio est necessaria, & possibilis, & sic non habet esse, nisi in intellectu. Auerr. in quæst. logic. q. 3. char. 362. col. 1.

Propositio de inesse, iuxta omnium expositorum opinionem (excepto Themistio) est, quod sit propositio possibilis, dum est in actu, id est dum prædicatum inest in actu tempore præsentis ipsi subiecto. Auerr. in quæst. log. q. 4. ch. 362. col. 1.

Propositio de inesse est communis necessariæ, & de inesse actu: & ob id fit de inesse, quia non additur conditio. Et circa hoc errauit Auicenna. Auerr. in quæst. log. quæst. 3. ch. 362. col. 4.

Propositio necessaria est, in qua prædicatum inuenitur affirmatum subiecto quocunque tempore. Auerr. in quæst. log. quæst. 3. ch. 364. col. 1.

Propositiones de inesse simplices sunt, quæ sunt absque tempore

Tempore sensato certo. Auerroes ibidem colum. 1.

Propositioe possibili minore existente, syllogismus est imperfectus. Auerr. in q. log. q. 7. c. 367. col. 1.

Propositio aliqua potest esse possibilis per se, & impossibilis per accidens. Auerr. 6. phy. text. 8. char. 117. col. 3.

Propositio de inesse illa est, quæ subiecto aliquid inesse ait. Boet. in lib. de interpret. char. 241.

Propositio necessaria illa est, quæ rem non necessariam ex necessitate euenire prædicat. Boetius in libro de interpretatione char. 241.

Propositio contingens est, quæ ait, rem, quæ non est, in futurum esse posse. Boet. in lib. de interpret. char. 243.

Propositionum contingentium futurarum non necesse est vnam diffinire veram, aliam esse falsam. Boetius in lib. de interpret. char. 249.

Propositionibus cum modo id tantum conuenit, vt aspiatur non quid res sit, sed quomodo sit. Boetius in lib. de interpret. char. 433.

Propositio possibilis tribus dicitur modis: vt, quæ dicit possibile esse, quod est: aut omni tempore contingere potest, cum ea res permanet, cui aliquid contingit: & quod omni tempore contingere absolute potest. Boetius de syl. hypot. l. 1. char. 612.

Propositio accidenti necessitas non ab homine, sed à re ipsa: ideo demonstrator non interrogat, sed sumit. Alb. mag. in prior. char. 96. col. 3.

Propositio contingens in syllogismo ex ambabus contingentibus semper est falsa, in qua subiectum maioris propositionis est terminus accidentalis, prædicatum, substantialis. Alb. mag. in prior. c. 113. col. 2.

Propositio negatiua contingens ad vtrūlibet, non est vere negatiua. Alb. mag. in prior. ch. 117. col. 3.

Propositio de inesse differt a necessaria, quia de inesse exigit tantum, quod rationes terminorum quocunque modo cohereant, vel secundum modum per se, vel secundum alium modum, qui reduci possit ad modum per se. Idem exigit propositio necessaria, & etiam, vt termini inter se cohereant ad inuicem, vt causa. Alb. mag. in prior. chart. 118. colum. 3.

Propositio aliqua simpliciter redditur impossibilis, si prædicatum repugnat subiecto ratione differentie specificæ, quamuis non repugnet ei ratione generis. D. Tho. in 7. phy. l. 1. text. 3. ch. 107. col. 1.

Propositio necessaria, alia est necessaria absolute, vt homo est animal: alia ex conditione, vt Socrates sedet, dum sedet. Alex. de Ales 11. metaphy. char. 311. col. 2.

Propositiones, vt futurae.

Propositiones futurarum rerum ita variabili, nec diffinita uarietate, & falsitate, proferuntur prout res ipsæ mutabiliter, & indefinite futuræ sunt. Boetius in libro de interpretatione chart. 150.

Propositio, vt categorica, vel hypothetica.

Propositiones suppositiuæ per se ratiocinationem non conficiunt. Alex. aph. in 1. prior. cap. 1. char. 5. col. 3.

Propositiones syllogismi prædicatiui sunt per se notæ: in conditionali res non ita se habent. Auerroes in prior. sect. 1. cap. 23. char. 83. colum. 2.

Propositionum verarum conditiones aliæ sunt a conditionibus, quibus propositiones probabiles ordinantur, quia ordines probabiliū sunt secundum consuetudinem ciuitatum, & populorum: verarum vero sunt secundum conditionem vnam, vt scilicet sint essentielles. Auerr. in poster. 1. in perher. c. 127. col. 3.

Propositionibus conditionalibus categoricis vtitur Aristot. in maiori parte in suis libris. Auerr. in quæst. logic. quæst. 8. chart. 370. colum. 3.

Propositiones hypotheticæ continuatiuæ, in quibus est

consequens possibile esse cum antecedente, necesse est semper, vt destruamus antecedens, & concludamus oppositum consequentis. Auerroes primo de anima, text. 13. char. 110. colum. 3.

Propositiones categoricæ sunt, quæ sine aliqua contradictione promuntur. Boet. in lib. de interpret. ch. 357.

Propositiones conditionales sunt, quæ sub aliqua conditione proferuntur, vt si dies est, Sol est super terram. Boet. in lib. de interpret. char. 357.

Propositionum prædicatiuarum natura, ex rerum veritate, vel falsitate colligitur. Boet. in li. de interp. c. 358.

Propositionum categoricarum aliæ sunt, quæ cum semper eterna prædicatione prædicantur, quæ necessariæ appellantur, vt Deum immortalem esse: aliæ, quæ & si non sunt sempiternæ, sunt tamen necessariæ quousque; illa sunt subiecta, vt homo est mortalis: aliæ contingentia sunt tantum sunt, & harum aliæ æqualiter se habent ad affirmationem, & negationem: aliæ ad alterum plus. Boet. in lib. de interpret. char. 358.

Propositio categorica est, in qua aliquid prædicatur de alio, vt homo animal est. Boet. de syl. hyp. l. 1. ch. 606.

Propositio hypothetica est, quæ cum quadam conditione denuntiat aliquid esse, si fuerit aliud; vt si dies est, lux est. Boet. de syllog. hypot. lib. 1. char. 606.

Propositiones hypotheticæ ex categoricis constant. Boet. de syl. hyp. lib. 1. char. 606.

Propositio prædicatiua vim suam non in conditione, sed in prædicatione constituit. Boet. de syl. hyp. l. 1. c. 606.

Propositio conditionalis vim suam, ac consequentia rationem ex conditione constituit. Boetius de syllogif. hypot. lib. 1. char. 606.

Propositio prædicatiua simplex est propositio, conditionalis autem esse non potest, nisi ex prædicatiuis propositionibus coniungatur. Boet. de syl. hyp. l. 1. c. 607.

Propositio prædicatiua rem, quam subijcit prædicatæ rei suscipere nomen declarat: conditionalis vero hæc est sententia, vt sit aliquid, si fuerit alterum, etiam si neutrum alterius nomen suscipiat. Boetius de syllogif. hypot. lib. prim. char. 607.

Propositio hypothetica omnis fit, vel per connexionem, vel per disunctionem; & per connexionem quatuor modis, vel ex duabus affirmatiuis, vel ex duabus negatiuis, vel ex prima affirmatiua, & secunda negatiua, vel ex prima negatiua, & secunda affirmatiua. Boetius de syllogif. hypot. lib. 1. char. 608.

Propositiones hypotheticæ aliæ sunt secundum accides, aliæ habent aliquam naturæ consequentiam: & naturæ consequentia alia est cum necesse est consequi, non tamen per terminos: alia per terminos. Boetius de syl. hypot. lib. prim. char. 608.

Propositionum hypotheticarum, cui coniunctio proponitur, præcedens dicitur: alia autem consequens. Boet. de syllogif. hypot. lib. 1. char. 609.

Propositiones hypotheticæ ex duabus hypotheticis quatuor terminis copulatæ sunt: vt si est homo, est animal, & cum sit corpus, est substantia. Boetius de syllogif. hypot. lib. prim. char. 610.

Propositiones hypotheticæ ex hypothetica, & simplici tribus copulantur terminis; vt cum dicimus, si est homo, cum sit animal, est substantia. Boetius de syllogif. hypot. lib. prim. char. 610.

Propositionum hypotheticarum connexionum in alia forma, quæ media quodammodo est earum, quæ ex duabus hypotheticis fit, & ex vna hypothetica, & vna simplici. Nam secundum numerum terminorum, tres sunt termini: secundum autem conditionem ex duabus conditionalibus esse videntur, & fiunt per primam figuram sic. Si est a, est b, si est b, est c. in secunda figura, si est a, est b, si non est a, est c. per tertiam si est b, est a, si est c, non est a. Boet. de syllogif. hypot. lib. 1. char. 611.

Propositiones diiunctiuæ semper ex contrarijs constant:

altero enim posito, alterum tollitur: & altero inter-
 pro ponitur alterum. Boeth. de syllog. hyp. l. 1. ch. 611.
Propositionum conditionalium connexarum hic est or-
 do, ut vel propositio propositionem, vel conditio con-
 ditionem, vel propositio conditionem, vel conditio pro-
 positionem sequatur. Boet. de syllog. hyp. l. 1. ch. 619.
Propositiones hypotheticæ ut plurimum infinito profe-
 runtur modo, & sine determinatione aliqua vniuersa-
 lis, vel particularis. Boet. de syllog. hyp. l. 1. ch. 614.
Propositionibus hypotheticis oppositæ sunt, quæ substā-
 tiam earum perimunt, quæ substantia in consequentia
 consistit. Boet. de syllog. hyp. l. 1. ch. 614.
Propositiones, quæ ex prædicatiua prima, secunda hypo-
thetica connectuntur propositione, sunt octo: ut pri-
 ma, si est a, cum sit b, est c, Secunda, si sit a, cum sit b,
 non est c, Tertia si sit a, cum non sit b, est c, Quarta si
 sit a, cum non sit b, non est c, Quinta si non sit a, cum sit
 b, est c, Sexta si non sit a, cum sit b, est c, Sexta si non sit
 a, cum sit b, non est c, Septima si non sit a, cum non sit
 b, est c, Octava si non sit a, cum non sit b, non est c,
 Boet. de syllog. hyp. l. 1. ch. 619.
Propositiones, quæ ex hypothetica prima, secunda præ-
dicatiua connectuntur, octo sunt: ut prima, si cum sit
 a, est b, est c, Secundo, si cum sit a, est b, non est c, Ter-
 tia, si cum sit a, non est b, est c, Quarta, si cum sit a, non
 est b, non est c, Quinta, si cum non sit a, est b, est c, Sex-
 ta, si cum non sit a, est b, non est c, Septima, si cum non
 sit a, non est b, est c, Octava, si cum non sit a, non est b,
 non est c, Boet. de syllog. hyp. l. 1. ch. 621.
Propositiones, quæ mediæ sunt ex hypothetica, & præ-
dicatiua in prima figura sunt octo: ut prima si est a, est
 b, & si b, est c, Secunda si est a, est b, & si est b, non est c,
 Tertia si est a, non est b, & si non est b, est c, Quarta si
 est a, non est b, si non b, non c, Quinta si non est a, est
 b, & si b, c, Sexta si non est a, est b, si b, non est c, Septi-
 ma si non est a, non est b, si non est b, est c, Octava si
 non est a, non est b, si non b, non c, Boeth. de syllogif.
 hypo. lib. 1. chart. 623.
Propositiones, quæ mediæ sunt ex hypotheticis, & præ-
dicatiuis in secunda figura octo sunt: quarum qua-
 tuor sunt inutiles: viles autem sunt, Prima si est a, est
 b, si non est a, est c, Secunda si est a, est b, si non est a, non
 est c, Tertia si est a, non est b, si non est b, est c, Quarta
 si est a, non est b, si non b, non est c, Boeth. de syllogif.
 hypot. lib. 1. chart. 626.
Propositiones, quæ mediæ sunt ex hypothetica & prædi-
catiua in tertia figura: Prima, si est b, est a, si est c, non est
 a, Secunda si est b, est a, si non est c, non est a, Tertia si non
 est b, est a, si est c, non est a, Quarta si non est b, est a, si
 non est c, est a. Boeth. de syllog. hyp. l. 2. c. 626.
Propositiones ex duabus hypotheticis sexdecim sunt:
 Prima si cum est a, est b, cum sit c, est d, Secunda si cum
 est a, est b, cum sit c, non est d, Tertia si cum est a, est b,
 cum non sit c, est d, Quarta si cum est a, est b, cum
 non sit c, non est d, Quinta si cum est a, non est b, cum
 sit c, est d, Sexta si cum est a, non est b, cum sit c, non
 est d, Septima si cum est a, non est b, cum non sit c,
 est d, Octava si cum est a, non est b, cum non sit c,
 non est d, Nona si cum non sit a, est b, cum est c, est d,
 Decima, si cum non sit a, est b, cum sit c, non est d, Vn-
 decima si cum non sit a, est b, cum non sit c, est d, Duo-
 decima si cum non sit a, est b, cum non sit c, non est d,
 Decima tertia si cum non sit a, non est b, cum est c, est
 d, Decima quarta si cum non sit a, non est b, cum sit
 c, non est d, Decima quinta si cum non sit a, non est b,
 cum non est c, est d, Decima sexta si cum non sit a,
 non est b, cum non sit c, non est d. Boeth. ex lib. 2. de
 hypo. syllogif. chart. 632.
Propositiones disiunctæ totidem sunt ac quæ coniunctio-
ne fiunt. Boeth. ex l. 2. de hyp. syllog. ch. 636.
Propositio conditionalis omnis vel fit per connexionem,

vel per disiunctionem. Quæ per coniunctionem, vel ex dua-
 bus affirmatiuis, ut si dies est lux est; vel ex duabus ne-
 gatiuis, ut si lux non est, dies non est; aut ex vna affirma-
 tiua, alia negatiua, ut si dies non est, nox est; aut contra
 ut si nox est, dies non est. Boet. in top. Cic. l. 1. ch. 623.

Propositiones ut se consequuntur, & conuertuntur.

Propositio vniuersaliter negatiua, in eo quod est
 inesse terminis, conuertere necesse est. Arist. prior.
 resol. sect. 1. cap. 2. char. 150.
Propositio vniuersalis affirmatiua de inesse conuertitur
 quidem, non tamen in vniuersali, sed in parte. Arist.
 prior. resol. sect. 1. cap. 2. ch. 150.
Propositio particularis affirmatiua de inesse in se ipsam
 conuertitur. Arist. ibid.
Propositio negatiua particularis de inesse non est neces-
sarium, ut conuertatur. Arist. prior. resol. l. 1. sect.
 1. capit. 2. chart. 50.
Propositio vniuersaliter in eo, quod est ex necessitate, in
 terminis conuerti necesse est. Arist. prior. resol. lib. 1.
 sect. 1. cap. 3. chart. 151.
Propositio vniuersaliter affirmatiua ex necessitate con-
uertitur in particularem affirmatiuam. Arist. ibi.
Propositio particularis affirmatiua ex necessitate con-
uertitur in se ipsam. Arist. ibi. cap. 3. ch. 151.
Propositio negatiua particularis ex necessitate non con-
uertitur. Arist. prior. resol. l. 1. sect. cap. 3. c. 151.
Propositio vniuersaliter negatiua de contingenti non cō-
uertitur. Arist. prior. resol. l. 1. sec. 1. cap. 3. c. 252.
Propositio particularis affirmatiua, vel vniuersalis affir-
matiua de contingenti in particularem conuertuntur.
 Arist. prior. l. 1. sect. 1. cap. 4. char. 152.
Propositio particularis negatiua de contingenti non cō-
uertitur. Arist. prior. resol. l. 1. sect. 1. cap. 4. c. 152.
Propositiones, quæ communicant in duobus terminis,
 terminique non eadem collocatione positi sunt, sed
 inuersi, conuertuntur, ac reciprocantur. Alex. aphr. in
 1. prior. cap. 4. ch. 9. col. 3.
Propositio maiori in prima figura reciprocata, secun-
da figura exoritur. Alexand. aphrodiem. in 1. prior.
 cap. 5. char. 13. col. 2.
Propositio affirmatiua in omnibus modis similiter reci-
procatur: negatiua in omnibus: in cōtingentibus enim
 variatur. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 9. c. 21. col. 1.
Propositiones dialecticæ sunt, & quæ similes sunt proba-
bilibus, & contrariæ his, & quæ videntur probabilia
 secundum contradictionem protensa, & quæ sunt opi-
 niones secundum artes iunctas. Alex. aphr. in 1. prior.
 cap. 8. char. 12. col. 3.
Propositiones, quæ reciprocantur vtroque termino, &
ordine, & qualitate consentiunt, vel vtroque dif-
ferunt, vel alio conueniunt, & alio differunt. Quod
 duobus dicitur modis: aut ordine communicant,
 & qualitate differunt: aut ordine differunt, & qua-
 litate communicant. Prima inepta est, eadem enim
 est propositio, ceteræ aptæ. Ioannes Grammat. in
 1. prior. cap. 2. char. 8. col. 4.
Propositiones reciprocandæ si eundem ordinem tenent,
 & mutant qualitatem, non sunt propositiones contin-
 gentes. Io. gramm. ibid. ch. 9. col. 1.
Propositiones reciprocandæ si ordinem mutant, & qua-
litas varia fuerit, erit reciprocatio cum contrapositio-
ne. Ioan. gramm. ibidem.
Propositiones reciprocandæ si qualitatem eandem ha-
bebunt, & ordinem differentem, reciprocatio erit sim-
plex. Ioan. gramm. ibid.
Propositiones reciprocantes non tractauit Arist. in libro
 de interpretatione, quia in illo tantum egit de inde-
 finitis propositionibus, ut potest esse, contingit esse,
 necesse, & impossibile. In libro autem priorum
 de

de his agit propositionibus, quibus iuncta est aliqua
 determinatio cum modo. Ioan. Gram. in 1. prior.
 cap. 3. char. 10. colum. 3.

Propositiones, vniuersales, & affirmatiui, conuertuntur in
 prædicati ob proprietatem materiæ. Simpl. in 2. physic.
 tex. 2. char. 95. colum. 1.

Propositionis conuersiones sunt, cum mutatur prædi-
catum in subiectum, & è contra. Auer. in pri. prior.
 sect. 1. cap. 2. char. 54. colum. 4.

Propositio euerio est, cū mutatur ordo, & nõ serua-
tur veritas. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 2. ch. 54. col. 4.

Propositio conuertitur per contrapositionem, ut cum
 dicitur omne, quod mensuratur a tempore, est, aut
 quiescens, aut motum, conuertitur sic: omne quod
 non mouetur, nec quiescit, non mensuratur a tempo-
 re. Auer. in phys. 4. tex. 117. char. 89. col. 2.

Propositio negatiuam simplicem non sequitur pri-
uatorie affirmatio, & priuatorie affirmationem sequitur
 negatio simplex, & simplicem affirmationem sequitur
 negatio priuatoria, & negationem priuatoriam non
 sequitur affirmatio simplex. Boet. in l. de interp. c. 390.

Propositionem affirmatiuam simplicem sequitur infinita
 negatio, non autem contra; sed affirmationem infinitam
 sequitur negatio simplex. Boet. in l. de interp. ch. 591.

Propositio conuersa, & propositio conuertens non est
 vna propositio, & si termini idem manent. Alb. mag.
 in prior. char. 97. colum. 2.

Propositionum conuersio est in terminis terminorum
 transpositio, ita ut subiectum fiat prædicatum, & præ-
 dicatum subiectum. Alb. mag. in prior. char. 97. col. 3.

Propositiones de contingenti conuertuntur, secundum
 oppositas qualitates. Alb. mag. in prior. char. 112.

Propositionem affirmatiuam prædicati priuatiui, sequi-
tur negatiua prædicati finiti, & non econuerso. Alb.
 mag. in prior. char. 143. col. 2.

Propositionem affirmatiuam de prædicato finito sequi-
tur negatiua de prædicato infinito, & non è conuer-
so. Alb. Mag. in prior. char. 143. col. 2.

Propositionem negatiuam finitam sequitur affirmatiua
 ex infinito subiecto, & negatiua simplex sequitur affir-
 matiua absolute. Tho. de Vio in perih. c. 20. col. 4.

Propositio affirmatiua de vtroque extremo infinito, cu-
 iusvis quætitatis sit, æquipollet negatiuæ subiecti infi-
 niti, & prædicati finiti. Tho. de Vio. in perih. c. 21. c. 3.

Propositio per se, primo, & secundo modo, & propositio
 necessaria conuertuntur: propositio per accidens, &
 nõ necessaria conuertunt. Tho. de Vio. in post. c. 116. c. 1.

Propositio ut ex tertio adiacente.

Propositio ex tertio adiacente ideo dicitur, non quod,
 est, sit tertium prædicatum, sed quod est, sit tertium,
 iustus autem in propositione, homo est iustus, est præ-
 dicatum. Boet. in lib. de interpret. char. 384.

*Propositio demonstratiua, topica, inductiua,
 & captiosa.*

Propositio demonstratiua differt a dialectica, quia
 demonstratiua est sumptio alterius particulæ con-
 tradictionis: dialectica est interrogatio contradic-
 tionis. Arist. prior. resol. lib. 1. sect. 1. cap. 1. char. 149.

Propositio syllogistica est simpliciter affirmatio, vel ne-
gatio: demonstratiua, si vera est, lest ex his, quæ a prin-
cipio accepta sunt, dialectica apparet, & probabilis.
 Arist. prior. resol. lib. 1. sect. 1. cap. 1. char. 149.

Propositio demonstratiua vera est ex his, quæ supposita
 principio sunt sumpta; quam in posterioribus diffinit
 Arist. esse veram medio carente, primam rōnem, & con-
 clusionis causam. Alex. in 1. l. prio. cap. 1. char. 5. col. 2.

Propositio discretiua interrogatio cōtradictionis ratio-
 cinandi apparentis, & probabilis sumptio est. Alex. in
 1. lib. prio. cap. 1. char. 5. col. 2.

Propositio captiosa potest esse sumptio apparentis & prob-
 abilis. Alex. aphr. in 1. lib. prio. cap. 1. char. 5. col. 2.

Propositio syllogistica est veluti genus demonstratiuæ,
 & dialecticæ propositionis. Auer. in 1. prior. sect. 1.
 cap. 1. char. 54. colum. 1.

Propositiones inductiua sunt, cum non considerat in-
 tellectus necessitate acceptionis subiecti in definitio-
 ne accidentium, & nihil prohibet, ut aliquando inue-
 niatur subiectum ipsarum denudatum ab hoc acciden-
 te. Auer. in post. l. 1. cap. 15. tex. 95. c. 159.

Propositiones logicæ non tractantur ab aliqua arte par-
 ticulari, ut sunt partes demonstrationis, sed pertra-
 ctant, ut sūt ordines. Auer. in post. l. 1. c. 23. t. 188. c. 195.

Propositiones famosæ alicuius artis sunt illæ, in quibus
 nulla adest inter professores illius artis disceptatio.
 Auer. in epitom. metaph. trac. 44. c. 82. col. 1.

Propositio incidit probabile ab homine, ideo dialecti-
 cus interrogat. Alb. mag. in prior. c. 96. col. 3.

Propositiones demonstratiuæ simpliciter sunt vniuersales
 & per se. Alb. mag. in post. c. 174. col. 2.

Propositio omnis demonstratiua vniuersalis esse debet.
 Alb. mag. in post. char. 187. col. 1.

Propositio, quæ non habet propter quid, non est demon-
 strabilis. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 59. c. 242. col. 3.

Propositio, ut sit indemonstrabilis, oportet ut sit imme-
 diata, ita ut prædicatum non habeat causam in subie-
 cto, & in qua inter prædicatum, & subiectum nulla
 causa cadit mediā, per quam prædicatum de subiecto
 demonstrari possit. Alexand. de Ales in 7. metaphysic.
 tex. 59. char. 242. colum. 4.

Propositionum regula.

Propositio hæc, propter quod vnumquodque tale est,
 & illud magis est tale, vera est in omnibus causis vni-
 uoce agentibus, at in entibus per accidens agentibus,
 non est vera. Alb. mag. in post. char. 177. col. 1.

Propositiones in materia remota seruata identitate sub-
 stantiæ non secundum vocem, sed secundum rem, hæc
 legem obtinent, ut affirmatiua semper sit falsa, negati-
 ua vera. Thom. de Vio in prædic. char. 29. col. 2.

Propositum est cum ratione: ideo in homine solum est.
 Arist. mag. moral. 1. cap. 16. char. 295.

Propositum non est finis, sed ad finem. Aristot. magn.
 moral. 1. cap. 16. char. 295.

Proprium quot dicitur modis.

Proprium assignatur aut per se, & semper: aut ad
 aliud, & aliquando. Per se, ut homo animal man-
 factum natura; ad aliud, ut animæ ad corpus. Aristot.
 Topic. lib. 8. cap. 1. char. 471.

Proprium omnis conatur assignare aut quod natura in-
 est, ut hominis bipes: aut quod nunc inest, ut hominis
 alicuius quatuor digiti: aut specie, ut ignis subtilissi-
 mum: aut simpliciter, ut animalis viuere. aut secun-
 dum aliud, ut animæ prudens: aut ut primum, ut ra-
 tionalis prudens; aut in eo, quod habet, ut scientis in-
 dissuasibile a ratione: aut in eo quod participatur, ut
 animalis sentire: aut in eo quod participat: ut alicuius
 animalis viuere, qui non addit igitur natura, peccat.
 Arist. topic. 5. cap. 2. char. 487.

Proprium quatuor dicitur modis. Quod soli speciei, non
 omni conuenit, ut homini medicum, quod omni, non
 soli, ut homini bipedem; & quod soli, & omni, & non
 semper, ut homini canescere in senectute: Quarto
 quod omni, soli, & semper, ut homini risibile. Porph.
 5. voces. cap. 5. char. 45.

Proprium duplex; aliud significat quod quid erat esse, & est diffinitio; aliud, quod re vera est proprium. Alex. Apud. in 1. Topic. cap. 3. char. 6. col. 4.

Proprium per se differt a proprio ad aliud, quia per se ab oibus separatur. Alex. apud. in 5. top. cap. 1. c. 60. col. 4.

Proprium ad aliud vel in omnibus, & semper consideratur, vel ut plerumque, & in pluribus. Alex. apud. in 5. topic. cap. 1. char. 61. col. 1.

Proprie dicta, vel substantię sunt, ut diffinitiones: vel substantia cum accidentibus, ut Socrates est albus: aut accidentia: & hæc, vel propinqua, vel remota. Si propinqua: duobus modis: vel ut genus in species, vel ut genus in differentias. Maget. in lib. de interp. char. 28.

Proprium tribus dicitur modis. Quod omni, & non soli, ut bipes homini; quod soli, & non omni, ut grammaticum esse: aliud quod soli, & omni, ut risibile. Simpl. in prædicamen. char. 23.

Proprium duobus dicitur modis: vel quod partim proprium est, aut quod non ad substantiam toto egeat. Io. gram. in 1. de ani. tex. 13. c. 9. col. 3.

Proprium est trium specierum: aut per se, & semper, & est illud, quod proprie distinguit id, quod proprie cernit totam rem, ut risibile de homine: aut quod dicitur in comparatione ad aliud ens, & hoc distinguitur ab hoc ente tantum: & hoc dupliciter; aliud, quod semper necessariū, ut homini proprium, quod ad equū refertur, bipes: aut pro maiori parte, ut cogitativa imperat, concupiscibilis credit: aut quod refertur sub quodam tempore, ut ire ad templum est proprium eunti tempore suæ ambulationis. Auer. in 3. top. c. 1. c. 202.

Proprium quod non est, dicitur duobus modis: quorum. Vnus est, quod careat dispositione aliqua, qua dicitur de illo proprium, quouis modo dicatur propriū. Alter est, quod priuatio illius, de quo dicitur propriū, sit in præmissa, & huius rei prædicata differant secundum magis, & minus. Auer. in 8. top. cap. 2. c. 296.

Proprij principia alia sunt essentialia, & sunt habitudines, & hæc sunt accidentalia: alia remota, & hæc sunt essentialia speciei, & sunt substantię. Alb. mag. in præd. char. 25. colum. 3.

Proprium aliud per se, & semper, aliud ad aliud, vel quando, Alb. mag. in top. c. 250. col. 1.

Proprium quid est.

Proprium est, quod non indicat quidem esse, soli autem inest, & conuersim prædicatur de re. Arist. top. I. I. cap. 4. char. 393.

Proprium est aliquid in vnoquoque genere, ut in mathematicis. Theoph. I. metaph. cap. 8. c. 324.

Propria, quæ vere propria sunt, cum rebus conuertuntur, quorum sunt propria. Porph. 5. voc. cap. 5. c. 46.

Proprium est, quod omnibus, & non solis, ut homini bipedem esse: vel soli, & non omni, ut grammaticum esse: vel & omnibus, & solis, ut risibile: & hæc re vera sunt propria. Porph. in præd. ch. 12.

Propria non est essentia speciei, cum non perficiat speciem. Alex. apud. in 1. top. cap. 4. c. 7. col. 2.

Proprio, & diffinitioni commune est soli inesse conuertibiliter prædicari. Alex. apud. in 1. top. cap. 4. c. 7. col. 3.

Proprium per se, & proprie proprium est, quod assignatum est ad omnia, & ab omnibus ipsum separat. Alex. apud. in 5. top. cap. 11. ch. 61. col. 1.

Proprium, & accidens consequutiones appellantur. Am. in Porph. ch. 2. col. 1.

Proprium est vox significans rem naturæ comitem, ac de vna solum specie, cuius est proprium, dicitur. Ammo. in Porph. char. 5. col. 4.

Propria rei sunt, quæ in sunt per se alicui. Simp. in 8. phy. tex. 71. char. 465. col. 2.

Proprium semper vni inest speciei. Boeth. in Porphir.

ex Dialo. chart. 45.

Propria communi vocabulo, ac corrupto ea dicuntur, quæ in vnaquaque re ab alijs continent differentiam, licet cum alijs sint ipsa communia. Boet. in Por. ch. 97.

Proprium illud re vera proprium est, quod cum re, cuius est proprium, conuertitur. Boet. in præd. c. 135.

Proprium est qualitas non substantialis, sed ex substantialibus manans, vel fluens. Albert. Magn. in prædicament. chart. 19. colum. 1.

Proprium est qualitas speciei. Albert. Magn. in prædicament. chart. 21. colum. 2.

Proprium quarto modo respectu speciei proprium est, at respectu indiuiduorum, est vniuersale. Alb. mag. in prædicam. char. 26. col. 1.

Proprium est accidens speciei, accidens est accidens indiuidui. Alb. mag. in præd. ch. 26. col. 4.

Proprium prædicamenti quando, quod omni, & non soli conuenit, est non habere contrarium. Alb. mag. in sex princip. char. 72. col. 4.

Proprium, quod omni, & non soli prædicamento vbi competit, est non suscipere magis, & minus: nec non habere contraria. Alb. Mag. in sex princip. char. 74. col. 4.

Proprium communi positioni est non suscipere contrariū, nec magis, & minus. Alb. mag. in 6. princ. c. 75. c. 4.

Proprium positioni, quod omni soli, & semper conuenit, est substantię propriæ assistere inter ea, quæ assistunt substantię. Alb. mag. in sex princip. c. 75. col. 3.

Proprium est, quod non indicat secundum modum prædicandi, quod est esse rei per substantialia, sed accidentaliter prædicatum soli inest subiecto, & conuersim prædicatur non ut proprię speciei subijciatur, sed cuiusque inest proprium, de hoc prædicatur species quantum ad indiuiduorum subiectionem. Alb. mag. in Topic. char. 223. colum. 1.

Proprio quæ conueniunt.

Proprium propter notitiam facimus. Aristot. Topic. lib. 8. cap. 2. char. 474.

Proprium semper plus est, quam per se: nam omne per se semper est, non autem semper per se est. Alex. Aphro. in 5. topic. cap. 1. char. 60. col. 4.

Proprium ad aliud est in plus, quam aliquando. Alexan. apud. in 5. topic. cap. 1. char. 60. col. 4.

Proprium non solum oportet esse notius subiecto, sed etiam, quod notius, & non dubitatum sit, quod inest huic, id est, quod habeat existentiam in hoc subiecto. Alex. apud. in 5. top. cap. 2. c. 61. col. 4.

Proprium in altero esse debet, non alterum in ipso. Alex. Aphro. in 5. topic. cap. 2. c. 65. col. 2.

Proprio, & accidente ablati, non inuenitur hominis, nec animalis substantia. Ammo. in Porph. c. 2. col. 2.

Proprium diffinitioni simile est. Ammo. in præd. c. 39.

Propria gaudent contrahi, ac paucis competere. Simpl. in prædicamen. char. 8.

Proprie de aliquo dicitur, quod, quale sit, illud differit. Simp. in 1. phy. tex. 12. c. 22. col. 1.

Proprium cum sumitur secundum modum habitus, & priuationis, quod habitus sit notior priuatione, sic & affirmatio erit notior negatione. Auer. in 5. topic. capit. 2. char. 296.

Proprium, & accidens conueniunt ex eo, quod ipsa non inueniuntur, nisi in prædicamentis accidentiū: sed genus, & differentia tã inueniuntur in prædicamentis substantię, quã accidentis. Auer. epit. in logic. char. 341. c. 4.

Proprium cum re, cuius est proprium, conuertitur. Boet. in Porph. ex dial. char. 40.

Proprium se his rebus, quæ sub se fuerunt, equaliter dat, & ab his æqualiter participatur. Boet. in Porphy. ex dial. chart. 45.

Propria omnia rem subiectam quodam termino inscriptionis

Prædicamentis includunt. Boet. in Porph. char. 49.

Proprium sequitur differentia, & diffinitio. Boet. de diff. fer. topic. lib. 1. char. 860.

Proprium habet eadē indiuidua cum specie materialiter, nō tamen formaliter. Alb. mag. in prædic. ch. 26. col. 1.

Propria dicuntur proprietates occultæ, vel in tota specie. Alb. mag. in prædicab. char. 26. col. 2.

Proprium conuertitur cum specie, quia nō dicitur ad actum, sed ut natum aptum esse. Alb. Mag. in prædic. ch. 31. col. 3.

Proprium, & diffinitio innotescere faciūt ea, quorū sunt proprium, & diffinitio. Alb. mag. in topic. c. 250. col. 4.

Propria quicūque norit, & communia nouerit, & ignoratis communibus ignorantur propria, sed non contrario modo. Alb. mag. in elenc. char. 299. col. 4.

Proprium consideratio supponit communium considerationem. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 1. c. 75. col. 2.

Proprietas aliqua cū conuenit composito, & formæ, quæ est pars compositi, nunquam contingit eis secundum vnā rōnem. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 15. c. 122. col. 4.

Propria sæpe loco differentiarum ponuntur. Thom. de Vio in prædic. char. 1. col. 2.

Proprium non est prædicabile secundum totum suum ambium, sed secundum quartum modum solum. Thom. de Vio in prædic. char. 27. col. 1.

Proprium ut est ad aliquid.

Proprium eorum, quæ sunt ad aliquid, est, ut ea ipsa, quæ sunt ad opposita referant. Boet. in prædic. char. 193.

Proprium ad aliquid, de quo in Topicis ait Aristoteles, intelligitur & de proprio, quod omni conuenit, & non soli, & quod soli, & non omni conuenit. Albert. Mag. in prædic. char. 25. col. 3.

Proprium ut se habet ad id, cuius est proprium.

Proprium hominis nō est ridere, sed risibile: non enim actu constat, sed potentia. Boet. in Porph. char. 91.

Proprium & species, cuius est proprium, conuertuntur. Boet. in Porph. char. 92.

Proprium an substantia, aut accidens sit.

Propria omnia ex accidentis genere descendunt. Boet. in Porph. char. 90.

Proprium ab accidentibus differt, quod circa omnem solum quamlibet vnā speciem vnā propriæ prædicationis continet: accidens autem ad multas species diffundi potest. Boet. in Porph. char. 109.

Proprium non est idem cum re, cuius est proprium. Boet. in prædic. char. 159.

Proprium manat de essentialibus speciei per differentiam præconstitutæ per intellectum, & non ex genere, quia esset indistinctum, nec ex differentia, quia vno modo tantum esset. Alb. Mag. in prædic. char. 25. col. 2.

Proprium, ut vniuersale prædicamentum est, prædicatur modo accidentis. Alb. mag. in prædic. char. 25. col. 3.

Proprij principia essentialia sunt accidentia. Alb. mag. in prædic. char. 25. col. 4.

Proprium manat de substantialibus potentijs subiecti, ut ait Boetius. Alb. mag. in post. char. 195. col. 3.

Proprium ut argumentorum sedes.

Proprij primus locus, in quo considerandum est an sit proprium vel ne quod dictum est. Arist. topic. lib. 5. cap. 1. char. 471.

Proprij secundus locus, si est quod ad alterū assignatum est, & huius duo problemata, aut quatuor sunt. nam si de hoc quidem assignatum quippiam fuerit, de illo negatum id ipsum, duo duntaxat sunt problemata:

si de vtroque vtrumque assignatum fuerit, & de vtroque negatum, quatuor erunt problemata. Aristot. topic. lib. 5. cap. 1. char. 471.

Proprij tertius locus est, per se quidem proprium, quod ad omnia assignatur, & ab omni separat, ad aliud autem, quod non ab omni, sed ab aliquo statuto determinat. Arist. topic. lib. 5. cap. 5. char. 472.

Proprij locus quartus est, ad aliud proprium assignare, & differentiam dicere, aut in omnibus, & semper, aut ut multum & in plurimis. Arist. top. I. 5. cap. 1. c. 472.

Proprij locus 4. est, ad aliud proprium assignare, & differentiam dicere, aut in omnibus, & semper: aut ut multum, & in plurimis. Arist. top. I. 5. cap. 1. c. 472.

Proprij locus 5. Propriorū autem maxime logica sunt, quæ per se, & semper, & quæ ad aliud. Idem ibid. c. 473.

Proprij locus 6. an bene, vel nō bene assignatum est proprium. Arist. top. 5. cap. 2. c. 473.

Proprij non bene assignati est vnū, si non per notiora, aut per notiora. Arist. top. 5. cap. 2. c. 473.

Proprij locus 7. si proprium per non notiora est hoc quidem si omnino ignotius positum est proprium, quod assignauit, illo, cuius proprium dixit. Idem ibid.

Proprij locus 8. si non notius est hoc huic inesse, non solum enim oportet notius esse, sed & huic inesse notius esse. Arist. top. 5. cap. 2. c. 474.

Proprij locus 9. construenti semper, si per notiora positum est proprium, & si per notiora secundum vtrumque modum. Idem ibid.

Proprij locus 10. si quod nominū, quæ in proprio sunt, assignata, multipliciter dicitur, vel tota ratio plura significat. Idem ibid.

Proprij locus 11. redargutionem aliquam fieri cum assignant proprium, necessarium est, quando in dissidente quispiam conficiet syllogismum de eo, quod multipliciter dicitur. Construenti autem si non plura significat, nec nominum quippiam, nec tot oratio. Aristot. topic. 5. cap. 2. char. 475.

Proprij locus 12. destruēti, si multipliciter dicitur illud, cuius proprium assignatur, & non terminatur cuius proprium assignatur. Idem ibid.

Proprij locus 13. si non dicitur multipliciter id, cuius proprium dicitur, sed est vnū, & simplex, construēdi est locus. Idem ibid.

Proprij locus 14. destruēti, si frequenter dictum est idē in proprio, vel quia nominat frequenter idē, vel quia pro nominibus orationes sumit. Idem ibid. c. 476.

Proprij locus 15. construēti, si nullo vitur frequenter nomine eodem. Arist. top. 5. cap. 2. c. 476.

Proprij locus 16. destruēti si tale aliquid assignauit in proprio nomen, quod omnibus inest. Idem ibid.

Proprij locus 17. construēti, si nullo vsus est communi, sed quod ab aliquo separat, erit bene positum proprium. Idem ibid. char. 477.

Proprij locus 18. destruēti, si plura propria assignauit eiusdem, non determinans, quod plura ponit. Idē ibi.

Proprij locus 19. destruēti, si nō plura eiusdem propria assignauit, sed vnū. Arist. top. 5. cap. 2. char. 477.

Proprij locus 20. destruēti, si eodem vsus est, cuius proprium assignauit, ut eorū quæ sunt illius aliquo. Idē ibi.

Proprij locus 21. construēti, si nec eodem, nec eorum, quæ sunt ipsius, aliquo vitur. Arist. top. 5. cap. 2. c. 478.

Proprij locus 22. destruēti, si aliquo vsus est, aut opposito, aut omnino simul natura, aut posteriore aliquo. Arist. top. 5. cap. 2. char. 478.

Proprij locus 23. construēti, si nullo vsus est, nec opposito, nec omnino simul natura, nec posteriore. Aristot. topic. 5. cap. 2. char. 478.

Proprij locus 24. destruēti, si non quod semper sequitur, proprium assignauit, sed quod fit quandoque nō proprium. Arist. top. 5. cap. 2. char. 478.

Proprij locus 25. si quod ex necessitate semper est proprium,

prium, assignavit. Arist. top. 5. cap. 2. char. 479.
 Proprii locus 26. destruenti, si quod nunc proprium est, assignans, non determinavit, quod non proprium assignat. Arist. top. 5. cap. 2. char. 479.
 Proprii locus 27. si nunc proprium assignans, determinando posuit, quod nunc proprium posuerit. Idem ibid.
 Proprii locus 28. destruenti, si tale, assignavit proprium, quod manifestum non est aliter inesse, quam sensu: non erit bene posuit. Arist. top. 5. c. 2. char. 480.
 Proprii locus 29. construenti, si tale assignavit proprium quod non sensu est manifestum, aut cum sit sensibile, ex necessitate inesse manifestum est. Aristotel. topic. 5. capit. 2. char. 480.
 Proprii locus 30. destruenti, si terminum, ut proprium assignavit. Arist. top. 5. cap. 2. c. 480.
 Proprii locus 31. construenti, si quod conuersim prædicatur, assignavit proprium, non autem indicans, quod quid est. Arist. top. 5. cap. 2. c. 481.
 Proprii locus 32. si non quippiam in quid est ponens assignavit proprium: oportet enim in propriis, ut in terminis primum assignari genus, deinde sic iam addere reliqua, & separare. Arist. top. 5. cap. 2. char. 481.
 Proprii locus 33. construenti, si quis quippiam, quod in quid est ponens eius, cuius proprium assignavit, reliqua adiungit; & hæc loca sunt, quæ considerant an bene, vel non bene sit assignatum proprium. Aristot. topic. 5. cap. 2. char. 481.
 Proprii locus 34. considerandum an proprium sit, quod dictum est, an non proprium: primo destruenti inspicendum est ad vnum quodque eorum, cuius proprium assignavit: ut si nulli inest, aut si non de hoc verificatur, aut si non est proprium cuiusque eorum, secundum illud, cuius proprium assignavit, non est proprium, quod assignatum est. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 481.
 Proprii locus 35. construenti, si de omni verificatur, erit proprium, quod positum est, & destruenti si non de quo nomen, & oratio verificatur, & si de quo oratio, & nomen verificatur. Arist. top. 5. cap. 2. char. 482.
 Proprii locus 36. construenti, si de quo nomen, & oratio, & de quo oratio, & nomen prædicatur. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 482.
 Proprii locus 37. destruenti, si non de quo nomen, & oratio verificatur, & si non de quo oratio, & nomen verificatur. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 482.
 Proprii locus 38. construenti, si aliqua oratio, & nomen prædicatur, & si de quo nomen, & oratio prædicatur. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 482.
 Proprii locus 39. destruenti, si subiectum proprium assignavit eius, quod in subiecto esse dicitur. Arist. ibid. c. 483.
 Proprii locus 40. construenti, si quod in subiecto est, assignavit proprium subiecti, si de solo prædicatur. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 483.
 Proprii locus 41. destruenti, si secundum participationem assignavit proprium. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 483.
 Proprii locus 42. destruenti, si non secundum participationem assignavit proprium, neque quod quid est esse indicans, conuersim prædicata re. Arist. ibid.
 Proprii locus 43. destruenti, si non contingit simul inesse proprium, vel prius quam ipsum nomen. Idem ibid. c. 484.
 Proprii locus 44. construenti, si simul ex necessitate semper inest, cum nec terminus, nec differentia sit. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 484.
 Proprii locus 45. destruenti, si eorundem, quæ eadem sunt, non est idem proprium. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 484.
 Proprii locus 46. construenti, si eiusdem quatenus idem est proprium, & utilis est locus hic in accidente. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 484.
 Proprii locus 47. destruenti, si eorum, quæ sunt eadem specie, non idem semper specie proprium est. Aristot. topic. 5. cap. 2. char. 484.
 Proprii locus 48. construenti, si eorum, quæ eadem sunt

specie, idem semper specie sit proprium, hic locus falsus est, quando alterum eorum, quæ dicuntur vni alicui soli speciei inest, alterum pluribus, ut gressibile quæ drupes. Arist. top. 5. cap. 2. c. 485.
 Proprii locus 49. construenti dicendum, quod non est diuersum simpliciter id, cui accidit, & accidens cum eo, cui accidit sumptum, sed aliud dicitur, eod, quod diuersum sit ipsius esse: non enim idem est homini esse, quod sit homo. Arist. top. 5. cap. 2. c. 485.
 Proprii locus 50. destruenti, si quod natura inest, vel ens assignare, hoc modo ponit secundum locutionem, ut quod semper inest, significet. Arist. top. 5. cap. 2. c. 486.
 Proprii locus 51. construenti, si vult quod natura inest, proprium assignare, & locutione hoc modo significat. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 486.
 Proprii locus 52. Quæcunque dicuntur secundum aliud aliquod primum, aut ut primum ipsum, labor est assignare talium proprium. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 486.
 Proprii locus 53. Accidit in quibusdam propriis plerumque peccatum, propter quod non determinatur quomodo, & quorum ponit quis proprium. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 486.
 Proprii locus 54. Species addens peccat. Aristot. topic. 5. cap. 2. char. 488.
 Proprii locus 55. Si idem esse accidit proprium eius, quod est simpliciter, & eius, quod maxime est simpliciter tale. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 488.
 Proprii locus 56. destruenti, si idem eiusdem proprium posuit. Arist. topic. 5. cap. 2. char. 489.
 Proprii locus 57. Si non eiusdem proprium assignavit, cum conuersim prædicatum posuit. Idem ibid.
 Proprii locus 58. In similibus partium rebus destruenti, si quod totius est proprium, non verificatur de parte, aut quod partis, non dicitur de toto. Idem ibid.
 Proprii locus 59. construenti, si verificatur de vnaquaque similibus partium, quod est proprium eius secundum totum. Idem ibid. c. 490.
 Proprii locus 60. ex oppositis, & primo ex contrariis, si contrarii non est contrarium. Arist. top. 5. cap. 3. c. 490.
 Proprii locus 61. construenti, si contrarii contrarium proprium est, & contrarii contrarium proprium erit. Idem ibid.
 Proprii locus 62. ex iis, quæ sunt ad aliquid, destruenti, si hoc, quod ad aliquid est, eius, quod est ad aliquid, non est proprium. Arist. top. 5. cap. 3. c. 490.
 Proprii locus 63. construenti, si eius, quod est ad aliquid, hoc, quod est ad aliquid, est proprium, & eius, quod est ad aliquid, id, quod est ad aliquid, erit proprium. Arist. top. 5. cap. 5. char. 491.
 Proprii locus 64. si habitus id, quod secundum habitum dicitur, non est proprium, nec priuationis id, quod secundum priuationem dicitur, erit proprium. & si priuationis id, quod secundum priuationem dicitur, non est proprium, nec habitus id, quod secundum habitum dicitur erit proprium, & est destruentis. Arist. ibid.
 Proprii locus 65. construentis, si quod secundum habitum dicitur, est habitus proprium, & priuationis id, quod secundum priuationem dicitur, erit proprium: & si priuationis id, quod secundum priuationem dicitur, est proprium, & habitus, quod secundum habitum dicitur, erit proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 66. Ex affirmationibus, & negationibus est locus utilis destruenti tantum, ut si affirmatio, vel quod secundum affirmationem dicitur, eius proprium, non erit eius negatio, nec quod secundum negationem dicitur, proprium; si autem sit negatio, aut quod secundum negationem dicitur proprium, eiusdem non erit affirmatio, nec quod secundum affirmationem dicitur, proprium. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 491.
 Proprii locus 67. ex prædicatis, vel non prædicatis, & de quibus prædicatur, vel non prædicatur, destruenti, si affirmationis non est affirmatio proprium, nec negationis

tionis negatio erit proprium, & e contra. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 492.
 Proprii locus 68. construenti. Si affirmationis affirmatio est proprium, & negatio negationis erit proprium: & si negationis negatio est proprium, & affirmationis affirmatio erit proprium. Arist. top. 5. cap. 3. char. 492.
 Proprii locus 69. ex ipsis subiectis destruenti. Si quod assignatum est proprium, affirmationis est proprium, non erit idem, & negationis proprium; & si negationis est proprium, quod assignatum est, non erit affirmationis proprium. Arist. top. 5. cap. 3. char. 492.
 Proprii locus 70. construenti. Si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis; deficit tamen hic locus, quia nec affirmatio negationis, nec negatio affirmationis est proprium, quia affirmatio non inest negationi, negatio autem, & si inest affirmationi, non tamen inest, ut proprium. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 493.
 Proprii locus 71. ex iis, quæ ex opposito diuiduntur, destruenti. Si eorum, quæ ex opposito diuiduntur, nullum vilius reliquorum ex opposito diuersorum est proprium, nec quod oppositum est, erit proprium tuius, quod positum est. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 493.
 Proprii locus 72. construenti. Si cæterorum, quæ ex opposito diuiduntur, quoduis est proprium talium quorumcunque eorum, quæ ex opposito diuiduntur: nam reliquum erit eius proprium, cuius positum est non esse proprium. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 493.
 Proprii locus 73. ex casibus destruenti. Si casus non est casus proprium, nec casus erit casus proprium. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 493.
 Proprii locus 74. construenti. Si casus est proprium casus, & casus erit proprium casus. Arist. ibid.
 Proprii locus 75. in oppositis destruenti, si oppositi casus non est proprium oppositi casus, nec oppositi casus erit proprium oppositi casus. Idem ibid.
 Proprii locus 76. construenti. Si oppositi casus est proprium oppositi casus, & oppositi erit proprium oppositi casus. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 494.
 Proprii locus 77. ex iis, quæ similiter se habent destruenti. Si quod similiter se habet, non est proprium, & id, quod similiter se habet eius, quod similiter se habet, est proprium. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 494.
 Proprii locus 78. destruenti. Si quod similiter se habet eius, quod similiter se habet, non est proprium, nec quod similiter se habet eius, quod similiter se habet, erit proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 79. ex iis, quæ sic se habent construenti quidem. Si quod sic se habet eius, quod sic se habet, est proprium, & quod sic se habet eius, quod sic se habet, erit proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 80. Si quod sic se habet eius, quod sic se habet, est proprium, eius non erit proprium, cuius positum est proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 81. Si quod secundum esse dicitur, non est eius, quod secundum esse dicitur proprium, nec corrumpi eius, quod est secundum corrumpi, nec generari eius, quod est secundum generari, erit proprium: & sic ex corrumpi ad esse, & generari ad esse. Idem ibid. char. 495.
 Proprii locus 82. construenti. Si eius, quod est secundum esse, ordinatum est, est per se ordinatum proprium, & eius, quod est secundum generari dicitur ad id, quod est secundum generari, & eius, quod est secundum corrumpi ad id, quod est secundum corrumpi. Idem ibid.
 Proprii locus 83. Inspicendum ad ideam suppositi destruenti quidem, si idem inest; aut si non, qua idea id dicitur, cuius est proprium assignatum. Idem ibid.
 Proprii locus 84. Si idem inest, & secundum hoc inest, qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non esse proprium, inest proprium, quod positum est non inesse proprium. Idem ibid. c. 496.

Proprii locus 85. ex magis, & minus destruenti. Si quod magis est, eius, quod magis non est, proprium, nec quod minus, eius, quod est minus: nec quod minime, eius, quod minime; nec quod maxime, eius, quod maxime: nec quod simpliciter, eius, quod simpliciter. Idem ibid.
 Proprii locus 86. construenti. Si quod magis est, eius, quod magis est proprium, & quod minus est, eius, quod minus; & quod minime, eius, quod minime; & quod maxime, eius, quod maxime: & quod simpliciter, eius, quod simpliciter. Idem ibid.
 Proprii locus 87. ex eo, quod simpliciter destruenti. Si quod simpliciter non est proprium, nec quod magis, eius, quod magis; nec quod minus, eius, quod minus: nec quod maxime, eius, quod maxime: nec quod minime, eius, quod minime. Idem ibid.
 Proprii locus 88. construenti. Si quod simpliciter eius, quod simpliciter est proprium: & quod magis, eius, quod magis; & quod minus, eius, quod minus: & quod minime, eius, quod minime: & quod maxime, eius, quod maxime. Idem ibid.
 Proprii locus 89. Eodem modo considerandum est, si quod minus est proprium, eiusque, quod minus, & sic de magis, & de aliis. Idem ibid. c. 497.
 Proprii locus 90. destruenti. Si quod magis est, non est eius, quod magis proprium, nec quod minus, eius, quod minus erit proprium. Construenti, si quod minus, eius, quod minus proprium, & quod magis, eius, quod magis erit proprium. Arist. top. 5. cap. 5. char. 497.
 Proprii locus 91. destruenti. Si cuius magis est proprium, non est, nec cuius minus. Construenti hic locus non est utilis. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 497.
 Proprii locus 92. destruenti. Si quod maius est proprium, non est proprium, nec quod minus, erit proprium. Arist. topic. 5. cap. 3. char. 497.
 Proprii locus 93. construenti. Si quod minus est eius proprium, est proprium: nam quod maius est eius proprium, erit proprium. Arist. topic. 5. cap. 1. char. 498.
 Proprii locus 94. ex his, quæ similiter inest destruenti. Si quod similiter est proprium, non est proprium eius, quod similiter est proprium; nec quod similiter est proprium, erit proprium eius, cuius similiter est proprium. Aristot. ibid.
 Proprii locus 95. construenti. Si quod similiter est proprium, eius est proprium, cuius est similiter proprium, & quod similiter est proprium, erit eius proprium, cuius similiter est proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 96. destruenti. Si quod similiter non est proprium eius, nec quod similiter est proprium, erit eius proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 97. construenti. Si quod similiter est proprium, eius est proprium, & quod similiter est eius proprium, erit proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 98. destruenti. Si cuius similiter est proprium, non est proprium, nec cuius similiter est proprium, erit proprium. Construenti hic locus inutilis est. Idem ibid. c. 499.
 Proprii locus 99. destruenti. Si potentia proprium assignans, non ad ens proprium assignavit potentia, cum non contingat ei potentia, cum ens non est, non est proprium, quod positum est esse proprium. Idem ibid.
 Proprii locus 100. construenti. Si potentia assignans proprium, tam ad ens assignavit proprium, quam ad non ens, cum contingat potentia non enti, ita erit proprium. Idem ibid. c. 500.
 Proprii locus in oi, si per superabundantiam posuit proprium, non est proprium, quod est positum: construenti si non per superabundantiam posuit proprium. Idem ibid.
 Proprium semper per plura suppediat argumenta, hoc autem aliquando temporis tantum vnus, semper autem, & præteriti, & futuri, & presentis. Alex. aphrod. in 5. topic. cap. 1. char. 61. col. 3.
 Proprium gratia cognitionis, & disciplinæ rebus assignatum est. Idem ibid. col. 4.

Proprium destruimus, si vocem æquiuocam esse ostenderimus, vel orationem amphibologiam efficientem. Idem ibid. cap. 2. char. 62. col. 2.

Propriorum prædicatio de se inuicem est necessaria per accidens, & possibilis p se. Auer. i post. l. 1. t. c. 44. c. 143.

Proprium aliquid cum inest alteri, in summa propositione illa est necessaria, & non per se. Auer. in poster. lib. 1. tex. com. 44. char. 143.

Proprij locorum bases sunt tres. primo, vt proprium semper insit rei. secundo, quod conuertatur cum re. tertio, quod non significet rei quidditatem, & cum vna harum deficit, destruitur proprium. Auer. in 5. topic. cap. 2. char. 296.

Proprium post definitionem facilius est interimere, & difficilium construere. Alb. mag. in top. char. 269. col. 1.

Propter se quod est, & per se est: non autem contra. Ioan. Gram. in 1. de anim. tex. 43. char. 19. col. 4.

Prosperitas est in agendo bonum aliquod præter rationem, & in non subeundo malum, vt debuit, sed est magis in capiendo bonum, quam in euitando malum. Arist. mag. moral. 2. cap. 9. char. 346.

Prosperitas est expers rationis: natura enim fortunatus est, qui sine ratione ad bona impellitur, & qui ea consequitur. Idem ibid.

Prosperitatis facile est reperire participes; aduersitatis vero, nisi optimæ sint mulieres, participes esse renuunt. Arist. œconom. 2. cap. 1. char. 785.

Proteruia est in disputationibus responsio præter dictos respondentes modos syllogismi destructiua. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 562.

Proteruire dicitur ille, qui non per conuenientes responsiones corrumpens prohibet fieri syllogismum. Alex. Aphrod. in 8. Topic. cap. 3. char. 96. col. 3.

Prouerbia translationes sunt a specie ad speciem. Aristot. rhetor. 3. char. 158.

Prouidet per se alicui, qui spectans utilitates eius, cui prospicitur, operatur, & agit huius utilitatis causa ea, quibus se consecuturum id, quod sperat, existimat, finem statuens operationum utilitati eius, cui prouidet. Alex. aphr. in 2. nat. q. cap. 21. c. 9.

Prouidet per accidens alicui, qui ita prouidet nihil agens ad utilitatem eius, cui prouidet, ex quibusdam, quæ ab illo fiunt, aliquid ipsum tamen utilitatis esse sequi contigerit, cum ille, qui hoc modo prouidet, quod accidit, prorsus ignorat. Idem ibid.

Prouidentiam in inferiora esse, hic etiam ex Arist. mente elicitur. Idem in 2. meteor. cap. 3. co. 13. c. 42.

Prouidentia tribuet vnicuique prout meretur secundum opera hic acta post hanc vitam. Ammo. in præd. c. 80.

Prouidentia non tantum curam habet, vt simus, sed vt bene simus. Io. gra. in 1. de ani. ex proem. char. 5. col. 1.

Prouidentia cœlorum ad inferiora non est necessaria eis in esse eorum, & mouentur a iubente, quod non est corpus, & hic iubens est Deus gloriosus. Auer. ex dest. dest. disp. 3. c. 24. col. 3.

Prouidentia excedit factum, eò, quod prouidentia cuncta pariter quamuis diuersa, infinita complectitur. Alber. Mag. in 2. phy. trac. 2. cap. 19. c. 26. col. 1.

Prouidentia est immobilis, ac simplex forma rerum gerendarum. Alb. mag. in 2. phy. trac. 2. cap. 19. c. 26. col. 1.

Prouidentia diuina falli non potest. D. Thom. 6. metaph. lec. 3. tex. 7. char. 420.

Prouidentia diuinæ vt subditur ens, sic omnia accidentia entis, vt ens, inter quæ sunt necessarium, & contingens. D. Tho. 6. metaph. l. 3. tex. 7. c. 420.

Prouidentia diuinæ non solum pertinet, quod faciat hoc ens, sed quod det ei contingentiam, vel necessitatem: & vt voluit dare contingentiam, vel necessitatem, præparauit causas medias, ex quibus de necessitate sequatur necessitas, & contingentia. D. Thom. 6. metaph. lec. 3. tex. 7. char. 420.

Prouidentia, quanto se extendit ad plura, tanto est perfectior, & solertior. Alexan. de Ales in 6. metaphysi. tex. 7. char. 179. col. 3.

Prouidentia diuina, & vniuersalia, & particularia regit, ita vt omnia ad illam reducat, vt in causam per se. Alex. de Ales in 6. metaph. tex. 7. ch. 174. col. 3.

Prouinciæ quartæ partis Occidentalis sunt 22. Italia, quæ includit prouincias quinque, Calabriam, Apuliã, Romaniam, Emiliam, sive Tusciam, Lombardiam, Hispaniam, quæ plura regna habet, & prouincias habet Beticam, Lusitaniam, Galatiam, Aquitaniam, Germaniam, Britanniam, Galliam, Belgicam, Bracaram, Fogaram, Cisalpinam, vbi nunc Burgundia, Sueui, & Buarari: Galliam Transalpinam, Pannoniam cum Bengaria simul attinentibus, Ciatros, Cerunam, Vmbriam, Picenum, Liburniam, Dalmatiam, Illiricum, Noricum, Venetias, vbi nunc est ciuitas Venetiarum cum adiacente prouincia. Emilia autem, quæ pars Italiæ est etiã eius prouincia, quæ a Venetibus dicitur. Habet etiam Senogallias cum Linonibus omnibus, Sabinis, Campaniam, Bruchies, Lucaniam, Apuleam, quæ non est pars Italiæ, Calabriam, & Adriam. Alb. mag. de nat. locor. dist. 3. cap. 1. ch. 101. col. 4.

Prouinciæ quartæ Septentrionalis sunt 12. Macedonia, Achaia, Asia minor, Ithia, Galatia, Paphlagonia, Bithinia, Lydia, Pamphilia, Cappadocia, Trana, Armenia minor. Dacia, Gotia, Sclauia, & Liuania sunt ad Aquilonem versus Occidentem. Similiter & Hibernia, Scotia, Gallia, & Illaudia, & finitimæ eius regiones, quæ nuper habitari ceperunt. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 3. char. 102. col. 4.

Prouincias quarta Meridiana 12. habet, Egyptum, Aethiopiã, Aphricã minorem, Theffaliam, Zeug, Numidiam, Libyam, Pentapolim, Tripolim, Mauritaniã, Cæsaream secundam, Siterfossen. Alb. magn. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. char. 103. col. 1.

Proxime eorum, quæ continent, aliud insitum, quasi que natura ingenitum est, in quo genere forma collocatur; aliud vero externum est, vt locus. Simp. in 4. phy. tex. 15. char. 193. col. 1.

Prudentia quid est, & eius defectus quid.

Prudens quoque is est, qui est consultatorius. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 5. char. 143.

Prudentia est habitus vera cum ratione actiuus circa ea, quæ bona & mala homini sunt. Arist. ibid.

Prudentia, nec scientia, nec ars esse potest, cum eorum, quorum principia aliter se habere possunt, non sit demonstratio, & quæ in actionem veniunt, aliter esse possunt: ars vero, quia aliud est actionis, aliud affectio nis genus. Aristot. ibidem.

Prudentia est virtus rationis, per quam bona consultare possunt de bonis, & malis, quæ ad beatitudinem dicta sunt. Arist. rhet. 1. chart. 38.

Prudentia est virtus animæ rationalis opinatiuæ. Arist. 6. ethic. Nic. cap. 5. c. 144. Idem Arist. de virtutib. c. 76.

Prudentia non est sciëntia, est enim vltimi: eiusmodi enim est, quod in actionem cadit. Vnde etiam intellectui opposita est. Ille enim est terminorum, quorum non est ratio, hæc vltimi, cuius est sensus. Aristot. 6. ethicor. Nicom. cap. 8. char. 149.

Prudentia non est calliditas, sed sine calliditate non existit. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 12. char. 155.

Prudentia est opus, & si non est actiua, quia partis animæ est virtus, & sine ipsa electio actiua esse nequit, quæ hæc, finem; illa, quæ ad finem tendunt, vt agamus, facit. Arist. 6. ethicor. Nicom. cap. 13. ch. 157. Idem Arist. magn. mor. 1. cap. 33. chart. 119.

Prudentia non est præstantior sapientia. Arist. 6. ethicor. Nicom. cap. 13. char. 157.

Pruden-

Prudentia est deterior sapientia, circa maiora enim versatur: nam sapientia circa æterna, prudentia circa humana versatur. Arist. mag. mor. 1. cap. 33. char. 117.

Prudentia sub laudem cadit, virtus ergo est. Arist. ibid.

Prudentia est, quæ virtutibus tribuit essentiam in recta ratione. Alex. aphro. in 4. natur. quæst. cap. 8. char. 18.

Prudentia est inuētrix earum actionum, quæ ad rectam intentionem conducunt: ideo est actiua virtus. Alex. aphrod. in 4. natur. quæst. cap. 25. char. 21.

Prudentia est habitus agendi cum vera ratione in ijs, quæ homini bona, vel mala sunt, & in consultationem cadunt. Alex. aphr. in 1. metaph. com. 6. char. 5. colum. 1.

Prudentia est virtus partis opinatricis animæ. Alexand. aphrod. in 1. metaph. com. 6. chart. 5. col. 1.

Prudentiæ defectus consilium est. Ammonius in libr. de interpretatione char. 75.

Prudentia est cognitio actiua cum ipsa sit causa scientiæ contemplatiuæ. Simplic. in 3. de anima. ex sect. prim. tex. 154. char. 54. colum. 4.

Prudentia est virtus intellectiua, quæ alios animi habitus sibi cognatos habet, & hi sunt, ars, scientia, sapientia, & intellectus. Eustr. 6. ethic. cap. 1. char. 267.

Prudentia est media inter actiuos, & intellectiuos habitus. Eustr. 6. ethic. cap. 1. chart. 267.

Prudentia intellectiua est, quia in mente, & cogitatione est, ex eaque procedit actiua, quia in actione ipsa versatur, atque operatur. Eustr. 6. ethic. cap. 5. char. 294.

Prudentia seruatur, cum neque illecebris, & iocunditate voluptatis, nec doloris asperitate ratio vincitur: corrumpitur, cum ratio irrationabilibus uoluptatibus cedit. Eustr. 6. ethic. cap. 5. char. 295.

Prudentiæ nomen apud ueteres sæpe pro qualibet cognitione sumitur, etiam ea, quæ est rerum præstantissimarum. Eustr. 6. ethic. cap. 7. chart. 308.

Prudentia habitus est, qui ex longo rerum usu, longaque experientia comparatur: indiget calliditate, quam superueniens excitat, & perficit. Eustr. 6. ethic. c. 12. c. 344.

Prudentis electio bona est, nam semper proponit ea, quæ ad bonum finem ductura sunt. Aspaf. 7. ethic. c. 10. c. 387.

Prudentia materialiter est moralis, quia circa mores est: formaliter autem non est moralis, quia ratio recta non ad hunc, vel illum relata medium est, ideo inter intellectuales determinatur. Albertus magnus ethicor. 3. tract. 2. cap. 1. char. 41. colum. 4.

Prudentia est sagax electio, quæ quibus iuuatur ad conuersationem, sagaciter eligit, & quibus impeditur in conuersatione humana vitæ, sagaciter refutat. Alber. mag. ethic. 3. tract. 2. cap. 1. char. 42. col. 1.

Prudentia est recta ratio agibilium, ad quam pertinet, vt prudens dirigatur in his, quæ imminent sibi agenda ex consideratione non solum præsentium, sed etiam futurorum. D. Tho. de mem. & rem. l. 1. char. 24. col. 3.

Prudentia ex præteritorum memoria de futuris prouidet. D. Thom. in 1. metaph. lect. 1. char. 6.

Prudentia est habitus consiliatiuus: oportet enim vt concipiat finem, & per eum inquirat ea, quæ sunt ad finem, conferendo, quæ ducunt ad finem, & quæ non: ideo proprie est in hominibus prudentia. Alexander de Ales in prim. metaphysicor. char. 4. colum. 2.

Prudentia partes quæ sunt.

Prudentiæ partes tres sunt: memoria, intelligentia, & prouidentia. D. Thom. in 1. metaph. l. 1. char. 6.

Prudentia quibus inest animalibus.

Prudentiæ animalium paucis, hominibus scilicet, & non omnibus facta est copia: Simplicius in 3. de anima. ex sect. prim. text. 152. char. 53. colum. 4.

Prudentiam non solum homines habent, sed iuueniuntur etiam quædam animalia, quæ quandam prudentiam participant, non ex eo, quod rationem habeant, sed quia instinctu nature mouentur per apprehensionem sensitiuæ partis ad quædam opera facienda, ac si per rationem operarentur: sed vt prudentiam respectu hominis imperfecte habent, sic etiam rationem imperfecte possident. Diuus Thomas de memor. & rem. niscen. lect. 1. chart. 24. colum. 3.

Prudentia non est in illis animalibus, quæ memoria carent: at quæ memoriam habent, aliquid prudentiæ habere possunt. D. Thom. in 1. metaphysi. lect. 1. char. 6.

Prudentia aliter est in animalibus, aliter in hominibus. in hominibus est prudentia, vt ex ratione deliberant, quid eos oportet agere. prudentia in alijs animalibus dicitur iudicium de rebus agendis ex quodam nature instinctu. D. Thom. in 1. metaph. lect. 1. char. 6.

Prudentia in brutis est naturalis estimatio de conuenientibus prosequendis, & fugiendis nociuis. D. Thomas in 1. metaph. lect. 1. char. 6.

Prudentia proprie est in hominibus, sed secundum quandam similitudinem est in brutis. Alexander de Ales in primo metaphysicor. char. 4. colum. 3.

Prudens vnde, & qui prudentiores.

Prudens natura nullus. Arist. top. l. 2. cap. 4. char. 432.

Prudentes hi sunt, qui sibi id bonum agendum esse existimant, & si fortasse vniuscuiusque bonum sine familiari, & ciuili non est. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 8. c. 148.

Prudens nemo esse potest, nisi sit bonus. Arist. 6. ethicor. Nicom. cap. 12. char. 155.

Prudens non solum est in eo, quod cognoscit, sed etiam in eo, quod actiuus est. Aristotel. septimo ethicorum Nicom. cap. 10. chart. 179.

Prudentiores magna ex parte sunt, qui breui sunt corpore, quam qui longo; quia animus in toto corpore coactius, & compactus manet si breue est: si longum, passus per longitudinem exoluitur, & hebetescit, & sic fortiores sunt, qui breuiore sunt corpore, quam qui proeuctiore. Alex. aphro. problem. 1. nu. 26. char. 673.

Prudentes minus sunt, qui sunt corpore suspensio, & vultu sublimi incedunt; quia ut nauicularius non admodum robustus nauem recta non agit, sic, nec corpus animus imbecillior. Alex. aphr. proble. 1. nu. 27. c. 673.

Prudentia prouenit ex multarum rerum usu, & cognitione. Magen. in prior. char. 30. col. 1.

Prudentiam habere non potest, qui habet appetitum relictum ad finem. D. Thom. 4. politic. l. 7. char. 80. col. 4.

Prudentia circa quæ versatur.

Prudentis viri proprium est posse recte consulere de ijs, quæ sibi ipsi bona sunt, & vtilia, non quæ ex parte, vel quæ ad sanitatem, & robur conferunt, sed quæ ad bene viuendum in vniuersum. Aristoteles 6. ethicor. Nicom. cap. 5. char. 143.

Prudentia est propria virtus eius, qui præest alijs: sic non est eorum, qui subsunt. Aristot. politic. 3. cap. 3. ch. 466.

Prudentis maxime opus est, vt recte consulat. Aristotel. 6. ethic. Nicom. cap. 7. char. 147.

Prudentia non solum vniuersalium est, sed opus est, vt singula etiam cognoscat; est enim actiua. Aristot. 6. ethic. Nicom. cap. 7. char. 147.

Prudentia circa particularia versatur: hinc fit, vt nonnulli nescientes scientibus nonnullis actiuosiores sunt. Aristot. 6. ethic. Nicom. cap. 7. chart. 147.

Prudentiæ est consilium agitare, & discernere bona, & mala, & quæ sunt in vita fugienda, & sequenda honeste vt omnibus bonis, cum alijs recte uersari, prospicere occasiones, solerter verbis, & rebus uti: experientiam habere utilium omnium. Arist. de uirt. 478.

Prudentia maxime ea esse videtur, qua circa seipsam, & vnum quispiam vitur, atque hæc communi nomine prudentia appellatur: illarum autem alia familiaris est, alia legislatrix, alia ciuilis, & huius altera consultatiua, altera iudicialis atque sua cognoscit, & in his, qui versatur, prudens videtur, ciuilis vero negotiosus. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 8. ch. 148.

Prudentia circa ea versatur, quæ iusta, & honesta, & bona homini sunt, & ea sunt huiusmodi, quæ agere viri boni est, Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 12. ch. 153.

Prudentia circa ea versatur, quæ sub actione cadunt, in quibus delectus, & imitatio est, & in nobis agere, & non agere potestas inest. Aristot. magn. moral. 1. cap. 33. char. 311.

Prudentis est optima expetere, eaque sibi semper proponere, & tractare. Arist. mag. moral. 1. cap. 33. char. 117.

Prudens in omnibus rebus agendis optimum scopum statutum, & fixum habet. Alexan. aphrod. in 2. de am. cap. 41. char. 52. col. 3.

Prudentia proprie in consultando versatur, & in ijs rebus, de quibus consilium capitur, diciturque habitus consultandi, & si aliter prudentia idem intelligat, quam facultas rationabilis, sed præter hos intellectus prudentia dicitur solertia, & discretio circa viam, & circa res agendas versutia quædam naturalis, quæ in ijs generatur, qui meminisse valent. Alexan. aphr. in 1. metaphy. com. 1. ch. 3. col. 2.

Prudentia proprie versatur in ratione rerum gerendarum. Alex. aphr. in 1. metaph. co. 3. c. 4. col. 1.

Prudentia, & ars circa practica, & contingentia se habet, & ea, quæ in nobis sunt, de quibus in ethicis. Io. gram. in 1. post. cap. 26. char. 55. col. 4.

Prudentia finem indeterminatum, & quæ ad finem sunt indeterminata, habet. Ioan. gramm. in 1. post. cap. 26. char. 55. colum. 4.

Prudentia subiecta sunt, sine quibus non est vita, quia in omnibus operationibus hominis aliquo modo necessesse est sequi ordinem prudentiæ, vel vita destruitur. Al. mag. ethic. 6. tract. 2. cap. 13. ch. 73. col. 3.

Prudentia pertinet ad sensum interiore, per quem perficitur ratio particularis ad recte existimandum de singularibus intentionibus operabilium. Alb. mag. ethic. 6. lib. 7. char. 107. col. 4.

Prudentia, vt differt a versutia, disciplina familiaris, & ciuili.

Prudentia, & ciuilis est idem habitus: essentia tamen non est eadem. nam eius prudentiæ, quæ circa ciuitatem versatur, altera est, vt architectonica ac præses, quæ est legis latrix: altera, vt particularis, quæ ciuilis appellatur, atque hæc actiua est consultatiua. Arist. 6. ethicor. Nicom. cap. 8. char. 147.

Prudentia, & versutia in hoc differunt, quia prudentia inuenit ea, quæ ad rectam intentionem inducunt, & versutia ea, quæ ad causalem. Alex. aphrod. in 4. natur. quæst. cap. 22. char. 20.

Prudentia a familiari, & ciuili non subiecto tantum discrepat, quod ipsa tantum considerat, quæ vni familiaræ vtilia sunt ipsa, vni; & ciuilis ciuitati, sed etiam specie differunt: prudens enim, & corporis, & animæ salutem consulit; familiaris non. Eustrat. 6. ethic. cap. 8. char. 315.

Prudentia differt a disciplina secundum ea, circa quæ sunt, ex quibus sunt; quia prudentia est sagacitas quædam circa conferentia ad vitam existens ex memoria conuenientium acceptorum cum sensu secundum actum sensibilium facta. Disciplina est sagacitas circa ea, de quibus est ars ex memoria sonorum secundum quod sunt signa rerum per modum conceptus, & nominum. Alber. Magn. in 1. metaphysic. tract. 1.

capit. 6. chart. 57. colum. 4.
Pruiua est, cum vapor in die euaporans ob infrigidationem nocte deorsum fertur, & congelatur priusquam in aqua concretus fuerit: item, & fit magis hyeme, & hiemalibus temporibus. Aristot. meteor. 1. sum. 3. cap. 1. char. 475.

Pruiua non fit in montibus, tum quia calor ad tantam altitudinem tantum pondus eleuare non potest; tum quia defluit maxime aer existens in altis, qui dissoluit consistentiam talem. Aristot. meteor. 1. sum. 3. cap. 1. chart. 475.

Pruiua est, cum vapor est congelatus. Aristot. meteor. 1. sum. 3. cap. 1. char. 476.

Pruiua est ros concretus. Aristot. de mundo. capit. 3. chart. 815.

Pruiua maxime Saturnus generat, & ob id sæpe in uere fructus destruuntur. Alber. magn. in 2. meteorol. tract. 1. cap. 8. char. 86. col. 1.

Pruiua generat frigus excellens, quod simul conuertitur, & congelat ipsam circa mediam aeris regionem: & vapor, qui est materia eius, subtilis est, & ascendit alte vt ros, nisi ab aeris frigore præoccuparetur. Alb. mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 8. ch. 86. col. 1.

Pruiua fit circa medium locum aeris, cum sit frigidissima, in quo non in toto deficit virtus radiorum corporum celestium. Alber. magn. in 2. meteorol. tract. 1. cap. 9. char. 86. col. 1.

Pruiua figura est, vt radij quidam ad centrum reducti, quæ est figura vaporis, qui per modum radiorum in aere distenditur, & sic congelatur. Alber. magn. in 2. meteorol. tract. 1. cap. 10. ch. 86. col. 2.

Pruiua maxime generantur frigore vehementi & spirante septentrione. Alb. magn. in 2. meteorol. tract. 1. cap. 10. char. 86. col. 2.

Pruiua fit ex vapore humido naturæ eiusdem cum vapore roris: sed frigus in aere depressum terræ vicinum congelat ipsum. Albertus Magnus de passio. aeris char. 119. col. 1.

Pruiua voluit habere auram tepidam, & locum facilem & humidum. Alber. magn. de veget. & plant. lib. 7. tract. 2. cap. 9. ch. 178. col. 1.

Prurigo est successio humoris spirituosus veluti contra naturam. Arist. prob. sect. 4. tex. 16. char. 387.

Prurientes balneis calidis delectantur, quia pituitam calorem digerit & vngues excutiunt. Alexan. aphrod. probl. 1. numer. 24. char. 673.

Pruriant tergora magis quam cætere corporis partes, quia plus pituitæ continent, vt quæ frigidiora sunt quam obrem senes pruritus, magis exercent, quia frigidiores sunt. Alexander aphrodien. problem. 1. numer. 25. chart. 673.

Pillium est herba, cuius semen pillium vocatur: aliud estiuum, aliud hiemale: est frigidum & humidum, & sub lingua positum sedat sitim. Alb. magn. de veget. & plant. 1. 6. tract. 2. cap. 14. ch. 168. col. 3.

Pittacus imberbes pueros diligit magis quam barbatos, & libentius cum eis loquitur. Alb. magn. de anim. 1. 8. tract. 3. cap. 2. char. 83. col. 3.

Pittacus est auis viridis tota torque coloris aurei, & in India, & in Arabia & in calidorum locorum desertis inuenitur, rostri duri, in quo quasi fundamento se recipit; pede in comedendo loco manus vitur, & dum bibit, caudam, quam multum custodit, in altum leuat: aquam pluuiæ non substinet. Alb. magn. de anim. 1. 23. cap. 24. char. 194. col. 4.

Pitana ordeacea quam triticea ad morbos est accommodatior: quia cibus competit febrientibus, vt parum aliat, & satis refrigeret, quod ordeacea facit. Arist. problem. sect. 1. numer. 37. chart. 342.

Ptolomeus Lunæ motibus addidit duos, & declarauit Solē superiorem esse Mercurio, & Veneri: duos enim dixerunt

dixerunt esse Aegyptij, & Babilonij. Auer. ex paraph. 2. de celo. tex. 60. char. 140. col. 2.

Ptolomeus vir prudens in multis ob Heracliti argumentum de naturis ait, non habere scientiam certam propter sui mutabilitatem, sed potius esse de ipsis opinionem: cuius signum esse dicit diuersitas opinionem, primo Almagesti in principio, capite primo. Albert. mag. in 1. phys. tract. 1. cap. 2. ch. 1. col. 3.

Ptolomeus in insula Rhodis obseruationes astrorum fecit. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 1. c. 101. col. 3.

Pubescere prius accidit, quæ prius senescunt. Ioan. gram. in 4. de gener. ani. cap. 6. char. 86. col. 2.

Pudor fit molestia quædam, & confusio in huiusmodi, quæ ad existimationis offensionem pertinere videantur, aut præsentibus, aut præteritis, aut futuris; impudentia vero est paruifactio, & affectus vacuitas in his ipsis. Arist. rhet. 2. c. 83.

Pudere necesse est ob hæc mala, quæ existimantur turpia esse ipsi, aut ijs, quos caros habemus, & quantum face re è rebus paruis, aut turpibus, aut impotentibus, aut pauperibus, & mortuis, & non subuenire cum possis, vel parcius: & auxilium accipere ab ijs, qui minus abundant, & mutuum petere, cum suspitio est ne petat, & petere cum repetas, & repetere cum ne petat, & laudare vt petitionis opinionem afferas. Arist. rhet. 2. c. 83.

Pudere est repulsam passum etiam petere, & labores non tolerare, quos senes, & imbecilles ferunt & ab alio beneficium accipere, & sæpe, & collata beneficia exprobrare, & de semetipso prædicare. Arist. rhet. 2. char. 84.

Pudere debet qui sibi aliena vendicat, & rerum honestarum partem non habere, quæ sibi similes habent, & qui passi sunt, vel passuri sunt ea, quæ ad existimationis offensionem & propra pertinent. Arist. rhet. 2. char. 84.

Pudent homines eorum, quorum rationem habent, & quibus cum de honore contendunt, & amatores. Aristot. rhetor. 2. char. 85.

Pudor inhæret oculis. Arist. rhetor. 2. char. 85.

Pudent homines eorum, qui non ignoscunt ijs, qui peccare videntur, & qui in vulgus facile enunciant, & qui in proximorum peccatis occupantur. Arist. rhetor. 2. c. 85.

Pudent homines famulorum, & eorum, qui amici sunt. Aristot. rhetor. 2. char. 86.

Pudor prohi viri esse nullo modo potest, cum ob malas res exoriatur. Arist. 4. ethicor. nicom. cap. 9. chart. 107.

Pudore non afficimur erga eos, quos valde cõtemnimus. Aristot. rhetor. 2. char. 74.

Pudere maxime accidit eis, qui turpia vehementer odio habent. Alexander aphrod. 4. natur. q. cap. 21. char. 20.

Pudore affecti nonnulli cur alis sudant, quia pars ista corporis laxior est, & sic letitia affecti resolui, & relaxari totum corpus, & maxime alas videmus. Alex. aphrod. problem. 1. nume. 11. char. 669.

Pudore affecti cur oculos deorsum vertere solent, quoniam oculos speculum animi natura extruxerat, cum & cæteras animi affectiones per oculos intelligamus. atque animus cum libere aliquam reuerendam personam respicere, & alloqui audientius temperet, trahi palpebras deorsum a muscularis cogit quasi oculens partem, qua facultas cõspiciendi administrare solet. Alex. aphro. problem. 1. nume. 70. char. 688.

Pudor non est bonus homini quando indiget vlli, vt ait Hesiodus. Dex. in prædic. char. 26.

Puellis, & paruis, quæ alba vocantur proueniunt, & sæpe auferunt incrementum puellis. Arist. de generatio. anima. 2. cap. 4. char. 156.

Puella circa annum decimum octauum nuptui dare oportet. Aristot. polit. 7. cap. 16. char. 751.

Puella pubes longiore fixuram habet vuluæ aliquando, quam aliqua vacca, vel equa magna ante partum: quod fit ob magnitudinem capitis in conceptu, & rotunditatem, quæ aliter non posset exire in lucem, nisi per

mortem matris. Albertus magnus de animalib. lib. 18. tract. 2. cap. 4. char. 156. colum. 3.

Pueri quæ propria sunt.

Puer nascens, & si caput extet, si totus non exierit, non emittit vocem. Arist. de hist. anim. 7. cap. 10. char. 265.

Pueri primo omnes homines patres appellant, & matres foeminas; posteriore autem terminant horum vnumquodque. Arist. phys. 1. sum. 1. cap. 3. tex. 5. ch. 4.

Pueri, & senes non possunt quid discere, nec sensibus iudicare, quia multum fit perturbatio, & motus circa ipsos. Arist. phys. 7. sum. 3. cap. 2. tex. 20. char. 186.

Puerile est putare, quæ feruntur, esse parua magnitudine, vt uidentur aspicientibus hic nobis. Arist. meteor. prim. cap. 3. text. 1. char. 454.

Pueri septimo mensis nati sæpe non habent meatus integros, aut aurium, aut narium, sed post accrescentes recipiunt. Arist. de gener. anima. 4. cap. 6. char. 252.

Pueri cum vigilat, non rident, cum dormiunt rident, & interdum lacrimant. Arist. de gene. ani. 5. ca. 1. c. 263.

Pueri imperfectissimi omnium perfectorum partuum nascuntur, & incremento partis superioris exuperant. Arist. de gener. anim. 5. cap. 1. char. 265.

Pueri, & mulieres non caluescunt. Aristot. de generatio. anima. 5. cap. 3. char. 272.

Pueri cum natura sint calidi, cur non sunt vinosi, cum viri robusti sint vinosi, qui sunt habitu calidiores? an quia viri non solum calidi sunt, sed & sicci; pueri calidi, & humidi. Arist. problem. sect. 3. nume. 7. char. 368.

Pueri per ætatem tenuiores redduntur: accidit enim vt ignis igni cõiungatur. Arist. probl. sect. 3. nu. 29. c. 393.

Pueri nonnulli cur cum antequam ætas veniat, qua vocabula suo tempore explanare possint, fari incipiunt, & vbi aliquid expresse dixerint, rursus obmutescunt, atque ut prius degunt, quousque solitum tempus loquendi accedat, quæ a plerisque portenta existimantur? iam enim proditum est aliquos statim, cum in lucem venerunt, locutos fuisse. Quia complura sunt, quæ vt efficere valeamus, breuissimi tēporis adiuuamento opus est, & tamen eadem postmodum æque agere non possumus. Quoties itaque membrum illud liberum, absolutumque est, efficitur, vt id, quod per auditum intelligentiam mouit, idem cum pendet, fluitaque, in sensu remeet, verbumque reddat, & sic pueri aliquid dicunt, rursusque membrum, cui fandi data est potestas, redeat ad suam naturam, & obmutescat, dum tempus corroborandi, abfoluendi; vltimum veniat. Arist. problem. sect. 11. nume. 27. char. 459.

Pueri magis, quam viri lingua hæsitant, quia & manibus & pedibus pueri minime valemus ob debilitatem. Arist. proble. sect. 11. nu. 29. char. 461.

Pueri in Thracia parte, quæ supra Amphipolim extat, cū ad occupationem ex ruribus, regionibusve exeunt proximis, uenandi gratia accipitres assumunt, atque ita uenationem perficiunt. Postquam autem ad locum idoneum aduentarint, nominatim accipitres magno clamore uocant: at illi puerorum uoce audita, ad ipsos accedunt, atque ad arbuta iter arripunt, ubi pueri eos baculis percutientes deprehendunt. Sed quod cuncta miranda excedit, est, accipitres ipsos, cum auiculis non nullas aucupantur, eas venatoribus apportare, pueros uero deprehensis auiculis omnibus portionem quandam accipiti tradere, ac inde discedere. Aristot. de admir. aud. nume. 113. char. 865.

Puerorum omnium capita principio sunt rufa propter alimonij paucitatem, & ob id capilli imbecilles, & rari sunt. Arist. de color. cap. 6. char. 890.

Puerorum natura ob innatum calorem nata est ad frigus exerceri. Arist. polit. 7. cap. 17. char. 753.

Puerorum ploratus sunt utiles ad auctorem, cum sint quodam-

quodammodo exercitationes corporū: spiritus enim compressio facit robur laborantibus, quod etiam pueris contingit ploratum cohibentibus. Aristot. polit. 7. cap. 17. char. 754.

Pueri cur statim cum ex utero parentis in lucem venerint, plorare incipiunt? quoniam sensus iam, & naturam alienam sibi experiuntur, ut qui ex corpore calido, & molli ad aerem frigidum procedunt; & fortasse vel luce percussu contristari, & vociferari incipiunt, Alex. aphr. probl. 1. nu. 63. char. 685.

Pueri in terram cadentes cur non facile, ut viri infrunguntur? quia eorum corpora sua mollitie cedunt duritiei soli; at viri duro corpore reniuntur, & ita amplius ictum recipiunt, & eadem ratione ventus quercum euerit, & arundinem transit. Alexan. aphrod. problem. 1. num. 120. char. 711.

Pueri cur septimo editi mense vivere possunt, qui autem octavo, vivere nequeant? quoniam septenarius numerus est perfectus, & octonarius imperfectus. Quæ ratio si esset firma, potius mense sexto vivere deberent, quam septimo, cum senarius sit perfectus numerus, & non septenarius. Alex. aphr. prob. 2. nu. 48. c. 740.

Pueri execti qui sunt, vocem cur acutiorem reddunt quam qui adultiores? quoniam per id tempus execti sunt, quo meatus sunt arctiores. Spiritus autem eo tenuius sonat, quo per angustiora extruditur. Alex. aphr. probl. 2. nu. 103. char. 770.

Pueri aliqui auditi sunt flere inter viscera matris, & hoc maximi infortunij signum est. Albe. mag. de anim. l. 9. tract. 1. cap. 8. char. 89. col. 1.

Pueri habent consilium, sed imperfectum. D. Tho. 1. pol. lect. 10. char. 13. col. 3.

Pueris ut humidis quid accidit.

Pueri solent plurimum conuulsione excipi, & maxime corpulentiores, & lacte vescentes copiosiore, & crassiore, & lactentes nutricem succi plenam, & corpulentam, & huic morbo vinum nocet magis nigrum quam album, quod minus dilutum est: & cibi, qui inflant, & si alius substituerit, nociuum est. Plurimi ante septimum diem intereunt, vnde fit, ut nomina ante septimum diem imponantur, & plenilunio infestantur hoc morbo periculosius, & si conuulsio a scapulis oriat, in angusto spes est. Arist. de hist. ani. 7. cap. 12. ch. 266.

Pueri cum nati sunt principio dormire omnium maxime imperfectorum animalium solent, quoniam intra parentem cum primum sentire ceperint, totum tempus fere dormiendo consumunt. Arist. de gen. ani. 5. cap. 1. ch. 267.

Pueri cur non canescunt, cum humidi, & excrementosi sint? quia humidi, & calidi sunt: pituita autem vnde canities est, humida, & frigida est: & puerorum caluitia mollis, & ut cutis laxa est. Alex. aphr. probl. 1. nu. 4. c. 666.

Pueros cur mouent nutrices, cum eos dormire volunt? ut humores delapsi per agitationem cerebrum moueant, quod homines ætate perfectæ nunquam patiuntur. Alex. aphr. probl. 1. nu. 122. ch. 712.

Pueri ebrijs similes videntur, quod in vtrisque larga humoris copia superioribus se immiscet. Them. de somn. & vig. cap. 6. char. 98. col. 1.

Pueri propter fluxum cerebri non habent cognitionem vnitam, nec sensibilem differentias percipiunt, quousque cerebrum paulatim exsiccat. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 6. char. 3. col. 3.

Pueri vehementer dormiunt, quia fluidum habent nutrimentum, humidum, & subtile, & multum sanguinem, & calorem, licet non acutum. Alb. mag. de somn. & vig. l. 1. tract. 2. cap. 8. c. 30. col. 2.

Pueri sæpe epileptici fiunt propter multum humidum. Albert. magn. de somn. & vigil. lib. 1. tract. 2. capit. 8. char. 30. colum. 3.

Pueri, & teneram, ac humidam, mollemque complexionem habentes non multum somniant. Alber. magn. de som. & vig. l. 2. tract. 2. cap. 1. ch. 33. col. 4.

Pueris sæpe accidit spasmus propter plenitudinem eorum, in quo nocet multitudo lactis, & magis nocet eis, si nutrices vinum nigrum biberint quam album, & aquosum, & cibi inflatiui, & constipatiui. Alb. mag. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 8. ch. 89. col. 4.

Pueris digestio mala accidit, quia gulosi sunt, & comedunt multa humida: & hac via motus inordinatus in pueris inducit corruptionem. Alber. mag. de ani. l. 12. tract. 1. cap. 5. ch. 104. col. 1.

Pueri ut generant feminas,

Pueri, & senes frequentes generant foeminas, & inter duas ætates positi frequenter mares generant, nisi aliquid prohibeat, nec non laxas carnes habentes, & molles, & ventis austrinis corpora resoluentibus feminas generant, & per duras carnes, & ventum borealem mares. Alb. mag. de ani. l. 18. trac. 2. cap. 9. c. 158. col. 2.

Pueri quibus artibus applicandi sunt.

Pueri fieri potest mathematicus, non autem sapiens vel naturalis, quia illa per abstractionem sunt, horum autem principia ab experientia sumuntur, & hæc non credunt iuuenes, sed dicunt. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 8. c. 149. Pueri non solatij causa discere debent, nam cum labore est disciplina, sed viris factis studia puerorum solatij causa sunt. Arist. pol. 8. cap. 4. ch. 764.

Pueri vsque ad annos quinque ad disciplinam non sunt admouendi, nec labores perferre cogendi, ne crescere impediatur: motus solum quosdam suscipere debet, quo pigritiam corporis euitent, qui & per alios actus, & per ludos præparandi sunt, qui ludi nec illiberales, nec laboriosi esse debent. Arist. pol. 7. cap. 17. ch. 753. Idem Arist. pol. 7. tex. 17. char. 756.

Pueri nec discere, nec aspiciere obscenas picturas debent. Arist. polit. 7. cap. 17. char. 756.

Pueri cum seruis nullo modo conuersari debent. Arist. polit. 7. cap. 17. char. 755.

Pueris musica est addicenda, non ut res utilis, vel necessaria, sed quia quædam ad otium degendum addiscere oportet: libere autem, & ad utilitatem, & ad rem familiarem, & ad studia, & ad civiles actiones quam plurimas sunt, & figurandi peritia, non ut in veniando, vel emendo vasa non decipiantur, sed ut pulchritudine corporum contemplari valeant. Arist. pol. 8. cap. 3. c. 760.

Puerorum opera iuxta Platonis dogma, quia statim ab initio nituntur ostendere, consideranda sunt: quia ad exercitia illa, & artes, & scientias si applicantur, perfecti euadunt. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 7. char. 74. colum. 2.

Pugil est, qui ictu pellere potest. Arist. rhet. 1. c. 24. Pugilatores ideo dicuntur, quod potentiam illam habent, non quod actu ita sint. Boet. in præd. ch. 177.

Pugnaces quidem sunt homines, sed non fortes, cum lætantur, cum viciuntur, & non honestatis causa agunt, sed ob affectum. Arist. 3. ethic. cap. 8. ch. 70.

Pugnancia contraria sunt. Ioan. grammat. in 1. de anim. tex. 14. char. 10.

Pugna inter animalia causa est cibus, mansio, & pulli. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 2. ch. 73. col. 2.

Pulchritudo, & robur sunt eorum, quæ sunt ad aliquid. Arist. phy. cap. 2. tex. 17. ch. 185.

Pulchri maxime species sunt; ordo, commensuratio, & definitum, quæ maxime ostendunt mathematicæ sciētiam. Arist. 3. metaph. su. 1. cap. 3. ch. 271.

Pulchritudo in quaque ætate diuersa est: iuuenis enim est corpus idoneum ad laborem habere, tum ad cursum,

tum ad vim, cum iocundus sit aspectu ad voluptatem; vigentis ætatis ad bellicos labores, & iocundum esse visu cum terrore: senis, ad labores necessarios idoneum, indolens tamen, quia nihil habeat ex his, quibus læditur senectus. Arist. rhet. 1. c. 23.

Pulchritudo in magno corpore est: nam parui elegantes, & concinni dicuntur, non autem pulchri. Aristote. 4. ethic. nicom. cap. 3. char. 90.

Pulchritudo est in bona habitudine, & commensuratione corporis. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 43. c. 53. col. 2.

Pulchritudo in forma magis quam in materia consistit. Alexander aphrodisien. in 11. metaph. vel secundum latin. 12. com. 21. char. 293. col. 1.

Pulchritudo est uirtus corporis in commensuratione qualitatum corporearum. Simplicius in 7. physicor. tex. 17. char. 38. colum. 2.

Pulchritudo in aliquo animali est dispositio in forma creaturæ considerata secundum dispositionem, quam habet in creatione respectu nobilissimi animalium in illa specie, & est illud, quod in omnibus suis dispositionibus est secundum cursum naturæ. Auerroes phy. 7. tex. 17. char. 146. colum. 1.

Pulchritudo est vniuersaliter proportio inter membra media, & extrema. Auer. physic. 7. tex. 18. char. 156. col. 2.

Pulchrum, bonum, & diuinum, in quo determinatur potentialis turpitudine materiæ, forma est ad speciem determinans. Alber. mag. in præd. char. 13. col. 1.

Pulchritudo formæ demonstrat dispositionem ad virtutes, & ad perfectos actus felicitatis, ut in signo. Alber. mag. in præd. char. 13. colum. 1.

Pulchritudinis diuersitas in rebus ex diuersitate est recipientium, non ex diuersitate agentis primi. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. à caus. prim. libr. 2. tract. 4. cap. 13. char. 224. colum. 4.

Pulchritudo non est nisi formositas in magno, & perfecto corpore. Alb. mag. ethic. 4. tract. 2. cap. 1. ch. 51. col. 4.

Pulchritudo accidit iuuenibus, non quasi existens de essentia iuuenum, sed quasi consequens bonam dispositionem causa iuuentutis, Diuus Thomas ethicor. 10. lect. 6. chart. 173. colum. 2.

Pulices nimia quadam putredine gignuntur, sedemque sui ortus sordes obtinet aridas. Aristoteles de historia animal. 5. cap. 31. char. 189.

Pulices gignunt quosdam vermiculos albosimiles expedes. Ioan. gram. de gener. ani. l. 1. cap. 1. char. 1. col. 4.

Pulices nascuntur e puluere humefacto, & calefacto, præcipue si admisceatur calor animalium, & spiritus exhalantes ex animalium corporibus. Est animal nigrum, rotundum, & acutissimæ promoscidæ, qua penetrat per poros hominum carnes, & extrahit sanguinem, & alium trahit ad superficiem, ita ut locus rubeat, ubi mordet. Hastas habet posterius ad saltandum, & tex alios pedes ad ambulandum. Oua eius, ut & pediculorum sunt lendes, & paruus est masculus, & magnus femina. Qui in Martio, vel Aprili nascuntur, deficiunt in Maio. Maius enim pulices non habet, aut valde paucos. In Augusto magis infesti sunt. Est etiam alius pullex terræ, qui vescitur herbis. Albertus magnus de animalibus. lib. 26. charta 204. columna 4.

Pulices arcentur aspergendo domum cum infusione colloquentiæ, & tunc desiliunt, & fugiunt; & similiter ex decoctione rubi, & aiunt, quod quando sanguis hirci infunditur in fouea in cauda congregantur illuc pulices, & moriuntur: & similiter aggregantur super lignum linitum adipe Ericij: fugiunt odorem caulis, & foliorum oleandri. Alb. mag. de ani. l. 26. c. 204. c. 4. Pullulare dicitur omne, quod crescit in alio, & est continuum cum eo aut secundum contactum, aut secundum consolidationem, ut embrio, & fructus, vel semina, quæ crescunt consolidata, aut continua cum habentibus semina. Auer. in 5. metaph. ex sum. l. 1. tex. 10. char. 51.

Pulmo quid est, & in quibus est, & eius partes.

Pulmo in omnibus bipartitus est: verum in his, quæ animal generant, distinctio non æque apparet, minimeque in homine, & hominis est simplicior, nec ita multifidus, ut nonnullorum animalium, quæ animal procreant, nec leuis, sed inæqualis. At in ouiparis pars vna pulmonis ab altera multum est distincta, ita ut binos habere pulmones videant. Arist. de hist. ani. l. 1. c. 16. c. 30.

Pulmo connectitur venæ magnæ, cui nomen est aortæ. Arist. de hist. ani. l. 1. cap. 16. ch. 30.

Pulmo multum sanguinem continet, ex ceteris membris quæ animal pulmonis compos, idemque viuiparum intus, forisve constituunt: quippe qui totus inanis est, & fungosus, ac riuulos venæ maioris singulis suis fistulis excipiat. Arist. de hist. ani. l. 1. cap. 11. ch. 33.

Pulmonem existimantes sanguine vacuum esse errant decepti scilicet conspectu eorum pulmonum, quos distinctis detraxerint animalibus, quorum sanguis illico effluit vniuersus. Arist. de hist. ani. l. 1. cap. 17. ch. 33.

Pulmonis differentia multiplex: alijs enim sanguineus, & magnus: alijs minor, fungosus, & exanguis. Arist. de part. ani. 3. cap. 6. char. 484.

Pulmo folliibus similis est. Arist. de iuuen. senec. vit. mor. & resp. cap. 15. char. 330. Idem Petrus de aluern. de iuuen. lect. 18. ch. 82. col. 1.

Pulmonem quæ habent, & asperam arteriam habent. Io. gram. in 2. de ani. tex. 49. ch. 62. col. 1.

Pulmonis creatio est ex quatuor substantijs. Prima est trachea arteria. Secunda, arteria venata. Tertia rami venarum, & neruorum ad ipsum directorum; & hæc tria contingit caro quædam mollis, & porosa creata ex sanguine subtiliore, qui est eius nutrimentum. Alber. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 2. c. 25. col. 1.

Pulmo propter raritatem multum sanguinem habet, plusquam reliqua animalis membra præter cor, cuius signum est, quod est rubeus, cum per naturam suam sit albus. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. ch. 27. col. 2.

Pulmo in sui complexione non est multum humidus, quia omne membrum in sui naturali complexione suo nutrimento assimilatur, & in sua accidentali complexione assimilatur membro sibi vicino, & nutritur ex calidiore sanguine, cum quo miscetur multum de cholera: sed humiditas eius ex hoc oritur, quod multæ superfluitates ex vapore nutrimentorum, & caliditate capitis sunt adunatæ. Ideo est naturaliter hepate sicior, & sua molities est per accidens. Alb. magn. de ani. l. 12. trac. 1. cap. 2. ch. 102. col. 2.

Pulmo albus est, quia multus aer transit in eius substantiam. Alb. magn. de ani. l. 13. trac. 1. cap. 3. c. 113. col. 2.

Pulmo est flabellum, & organice deseruiens pulsui cordis, & spirationi. Alb. magn. de anim. l. 13. tract. 1. ca. 6. char. 115. col. 3.

Pulmones in omnibus animalibus habent foramina superius, & non interius, ne aer ingrediens frigidus peringat ad diaphragma, & stomachum, & epar; & noceat digestioni, & ne aer incensus, & corruptus interiora corrumpat. Alb. magn. de ani. l. 20. tract. 1. cap. 3. char. 163. col. 2.

Pulmo est organum, quod attrahit aer ad cordis refrigerationem. Petr. de Alu. de iuuen. & sen. l. 12. ch. 76. col. 1.

Pulmonem quæ habent.

Pulmo non est datus omnibus animalibus: piscis enim & omnia, quæ brachia habent, carent pulmone. Arist. de hist. ani. 2. cap. 15. ch. 59.

Pulmonem nullus piscium habet, sed pro eo branchias obtinet, aqua enim refrigerantur. Aristot. de partibus anim. 3. cap. 6. char. 484.

Pulmonem laxum habent oia ouipara, & ranarum genus. cc 3 Arist.

Arist. de iuue. ep. & sen. vita, & mor. & respir. c. 5. c. 307. Pulmonem habet honorabiliora animalia, plurem enim affecta sunt caliditatem. **Arist.** de iuuen. & senect. vita, & mor. & respir. cap. 13. ch. 312.

Pulmonis effectus, & quibus indiget.

Pulmo ideo habetur, quia genus animalium quoddam pedestre est, irrefrigerarique necesse est extrinsecus ea, quae sanguinem habent. **Arist.** de part. ani. 3. cap. 6. char. 484. Pulmo spirandi officio delegatus est, qui originem sui motus a corde accipit. **Arist.** de part. ani. 3. cap. 6. ch. 485. Pulmo nihil ad cordis palpitacionem facit. **Arist.** de part. ani. 3. cap. 6. chart. 485. Pulmo quorum inflammatione laborat, æstuosos esse necesse est, quoniam pulmo humoris copia continens calorẽ excipit aduentitium. **Alex.** aphr. probl. 2. nu. 2. c. 724. Pulmonis inflammatio cur excitatur ex febre ardua, & ex pulmonis inflammatione non oritur febris ardua. Quoniam ardor ex bili proficiscitur flaua, quæ ad ventericulum, & pulmonem e suis refluere conceptabilis solita est. Igitur natura cum varie materiam noxiam rejicere tentet, si tenuis est materia & vires suppetat, & tempus calidum iuuet, per sudorem causam morbi exhaurit. Si contra per alium educit, aut per os euomit, quod magna ex parte facere solita est, quoniam & oris habitus in propinquo est, & bilis flaua efferri aptior est, quam deferri. Quod cum se bilis pulmonis insinuet, membrumque id impleat totum, excitat inflammationem, quam Peripneumoniam nominamus. Ardor tamen nullus oritur, quoniam prius extinguitur, quam ut possit committere ardorem. **Alex.** aphro. probl. 2. num. 8. char. 727. Pulmonis vlcera curari non queunt, quia quod curatum est, iterum quiescere debet, & pulmo continue mouetur. **Alex.** aphr. probl. 2. nu. 81. c. 762. Pulmo etiam respiratione opus habet, ut qui sit natura calidior in pedestribus animalibus eo, quod sit cordi suppositus. **Idem.** gra. in 2. de ast. tex. 89. c. 62. col. 3. Pulmo si desideratur ad extruendum aerem calidum, tunc motus eius non est ex pectore tantum, ut opinatur **Gal.** **Auer.** 2. de ani. tex. 89. ch. 144. col. 4. Pulmo est causa efficiens, qua est aer attractus, & expulsus. **Alb. mag.** de spir. & respir. l. 2. trac. 2. cap. 9. c. 58. col. 1. Pulmonis utilitas est attractio aeris, ut cordi præparetur. **Alb. mag.** de ani. l. 1. trac. 3. cap. 2. ch. 25. col. 1. Pulmo creatur ad complendum spiritum, sicut epar ad complendum nutrimentum. **Alb. mag.** de ani. l. 13. tra. 1. cap. 3. ch. 113. col. 2. Pulmonis utilitas est, ut attrahat spiritum ad inspirationem, & expellat superfluum. **Alb. mag.** ibid. col. 3.

Pulmones, qui in mari reperiuntur.

Pulmones qui appellantur, in mari sponte proueniunt. **Arist.** de hist. ani. 5. cap. 15. ch. 168.

Pulmo, ut se habet ad cor, & eius locus.

Pulmo eandem, quam cor, obtinet sedem, idque amplectitur. **Arist.** de part. ani. 3. cap. 3. ch. 474. Pulmo posterior corde in primo ortu conspicitur. **Arist.** de gen. ani. 2. cap. 1. char. 145. Pulmo principium dilatandi, & contrahendi ex corde accipit. **Mich.** ephes. in 3. de part. ani. cap. 6. c. 111. Pulmonis locus est, ut tendat magis ad sinistram, quia est cordis ventilarum, & cooperitur pulmo a panniculo neruoso, ut sensum aliquem habeat. **Alb. mag.** de ani. l. 1. trac. 3. cap. 2. ch. 25. col. 2. Pulmonis motus principium est in corde. **Alb. mag.** de ani. l. 13. trac. 2. cap. 6. ch. 115. col. 3.

Pulmo coniungitur cordi, in quo est principium caloris naturalis. **D. Thom.** in 2. de ani. l. 18. te. 89. c. 39. col. 3. Pulmonis, alia est impulsio, alia expulsio. **Arist.** in 1. phys. su. 3. cap. 1. tex. 10. char. 181. Pulsio, aut a seipso, aut ab alio ad aliud motus est. **Aristo.** in 7. phy. su. 3. cap. 1. tex. 10. ch. 582. Pulsio est motus a mouente, quod fit a tactu. **Arist. mete.** 4. su. 2. cap. 2. tex. 46. ch. 180. Pulsatio cordis, quam semper facere videtur, similis tuberculis est, quem faciunt motum cum dolore, quia præter naturam est sanguini permutatio vsquequo suppurauerit concoctus. **Arist.** de iuue. senect. vit. & mor. & resp. cap. 15. chart. 329. Pulsus fit semper in corde tumefactione humidi accidentis ex alimento per caliditatem eleuatis vltimam tunicam cordis. **Ari.** de iuue. sen. vit. & mor. & resp. c. 15. c. 329. Pulsus pulsatur magis iunioribus, quam senibus, quia exhalatio est amplior iunioribus. **Arist.** ibid. c. 330. Pulsatio est humidi calefacti inflatio. **Arist.** ibid. Pulsus respirationi non responderet, semper enim est æqualis, & si respiratio sit inæqualis. **Aristot.** de spirit. cap. 3. char. 901. Pulsus non cuiuspiam gratia fit, sed actionis necessitatem sequitur, caloris scilicet in humidum. **Arist.** de spiritu, cap. 3. chart. 902. Pulsus inter initia generationis cordis emergit. **Idem.** ibi. Pulsus est primus motus in animali, deinde attractio, postremo respiratio. **Arist.** de spirit. cap. 3. c. 902. Pulsus est intensio meatus, & remissio in corde, & arteria. **Alex.** aph. probl. 1. nu. 21. ch. 672. Pulsatio est flammosa quædam elatio vaporis humidi a cordis calore genita, & ex parua ad magnam molem incrementum. **Mich.** ephes. de respir. c. 43. col. 3. Pulsus dormientis est diuersus a pulsu vigilantis, quia dormientis fit ex necessaria operatione virtutis nutritiue, & pulsus vigilantis ex necessaria operatione virtutis sensitivæ, & pulsus exercitantis ob necessitatem motus. **Auer.** de part. ani. 3. cap. 4. ch. 82. Pulsus est intentus simpliciter a natura animalis, sed tractus propter aliud intentus est, ut scilicet saluetur natura corporis animati. **Alber. magn.** de spir. l. 1. trac. 1. cap. 9. char. 54. col. 4. Pulsus velox, magnus, frequens, cordis caliditatem significat. Contraria horum frigiditatem, leuitas humiditatem, durities siccitatem. **Alb. mag.** de ani. l. 1. tra. 3. cap. 2. char. 27. col. 1. Pulsus est humidi nutrimentalis purificatio, & est diffinitio materialis. **Petr.** de auer. de iuuen. & senec. mor. & vit. & respir. l. 18. c. 81. col. 4. Pumex fit ex aqua magna, cuius spuma vehemeter passa est a terrestri pumice: ideo est albus propter huius spumæ albedinem. **Al. ma.** in 1. de min. ex tr. 3. c. 3. c. 139. c. 2. Pumices, & si aquæ supernatant, quia sunt spongiosi, tamen eorum puluis sub aqua mergitur. **Alb. magn.** in 1. de miner. tract. 1. cap. 2. ch. 134. col. 3.

Punctum quid est.

Punctorum vltima non sunt vnum. **Aristo.** in 6. phys. su. 1. cap. 1. tex. 1. ch. 145. Punctum non est consequenter, quia consequenter sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis: inter puncta autem est linea, & sic de ipso nunc, quia inter nunc est tempus. **Arist.** in 6. phy. su. 1. cap. 1. tex. 2. ch. 146. Punctus non est articulus indiuiduus, nam articuli semper duorum sunt termini, punctus vnus. **Arist.** de lin. insecab. char. 947. Punctus est finis, articulus potius est diuisio. **Aristo.** ibid. Punctum est, cuius pars nulla est. **Ammo.** in Por. c. 1. col. 4. Punctus nullus est locus. **The.** in 4. phy. te. 47. c. 37. col. 1. Punctum actu principium, & finis non esset, nisi res, quæ moueba-

mouebatur, cõsisteret. **Them.** in 8. phy. t. 65. c. 58. c. 1. Punctum est magnitudinis principium, non magnitudo. **Simpl.** in prædic. char. 39. Punctum est sine dimensione, ac impartibile. **Simpl.** in prædicam. char. 40. Punctum non est, nec finitum, nec infinitum, cum sit indiuisibile. **Simpl.** in 3. phy. tex. 25. c. 160. col. 2. Punctum distantiam habet, quatenus relationem, & habitudinem habet, & terminus lineæ est. **Simpl.** in 4. phys. tex. 49. char. 231. col. 1. Punctum indiuisibile est, ut omnia extrema indiuisibilia sunt. **Simp.** in 3. de ani. ex sec. 2. t. 23. c. 66. col. 1. Punctum non est qualitas. **Contra Alexandrum.** **Dex.** in prædicam. char. 34. Punctum potentia acceptum est causa continuationis lineæ. **Ioan. Gram.** in 4. phys. char. 109. col. 1. Punctum non dicitur quiescere, quia non natum est moueri. **Auer.** in 4. phys. t. 118. c. 89. col. 1. Punctus est quid corporale, ut corporis, ac quantitatis principium. **Alb. mag.** in prædic. char. 7. col. 3. Punctus non est in genere, vt species quantitatis, sed potius, vt terminus continuationis. **Alb. mag.** in prædic. char. 13. col. 4. Punctum, & si nulla sit pars lineæ, tamen est aliquid lineæ, quia terminus est lineæ, & copulans partes ipsius, & secundum quod punctum, positionem habet in continuo, sic est substantia lineæ, secundum esse formale, est continuitas in longum, & illa est a fluxu intellectuali puncti in continuum, ac eodem modo se habet superficies ad corpus, & linea ad superficiem. **Alb. Mag.** in prædic. char. 43. col. 2. Punctum non est in loco, vt contentum, sed vt relatum ad punctum loci. **Alb. mag.** in sex princip. ch. 74. col. 2. Punctum non inest actu in linea infinita. **Albert. mag.** in poster. char. 278. col. 3. Punctum est, vt habens positionem. **Alb. mag.** in poster. char. 199. col. 3. Punctum duo facit in continua longitudine: continuat eam in quantum est terminus, siue vnum indiuisibile anteriori, & posteriori lineæ; diuidit autem eam, vt est finis vnus, & principium alterius. **Alber. mag.** in 4. phys. tr. 3. cap. 8. char. 54. col. 3. Puncti proximum subiectum non est materia prima simpliciter, sed illa, quæ iam incipit esse principium quantitatis. **Alb. mag.** in 6. phys. trac. 1. cap. 1. char. 68. col. 4. Punctum est primum continuans. **Alb. mag.** in 6. phys. tract. 1. cap. 1. char. 68. col. 4. Punctus se habet ex additione ad vnitatem. **D. Thom.** in poster. char. 74. col. 1. Punctum est quoddam vnum indiuisibile in continuo abstractens secundum rationem in materia sensibili. **D. Thom.** in poster. char. 74. col. 1. Punctum nihil est aliud, quam quædam diuisio partium lineæ. **D. Thom.** in 1. de gen. & cor. l. 4. t. 8. ch. 4. col. 4. Punctum est indiuisibilitas concernens situm in continuo. **Alex.** de Ales in 1. metaph. char. 8. col. 2.

Puncti diuersæ considerationes.

Punctum si nullam habet grauitatem, nec linea habebit grauitatem: si non linea, nec superficies, nec corpus. **Arist.** 3. de coelo, cap. 1. tex. 8. c. 334. Punctum non potest habere grauitatem: quia omne graue, & grauius, & leue leuius contingit aliquo esse: graue autem omne diuisibile est: punctum vero indiuisibile. **Arist.** in 3. de coelo, cap. 1. text. 5. c. 335. Punctum puncto non est contiguum. **Arist.** in 1. de gen. & cor. cap. 2. tex. 9. c. 386. Punctum, & omnis diuisio, & sic indiuisibile monstratur, vt priuatio, & similis ratio est in aliis, vt quomodo malum cognoscit, aut nigrum: contrario enim

quodammodo cognoscitur. Oportet autem esse potentia, quod cognoscit, & inesse in ipso. Si vero alicui non inest contrarium causarum ipsa seipsam cognoscit, & actu est, & separabilis. **Arist.** 3. de anim. sum. 1. cap. 4. tex. 25. char. 660. Punctum, quod magis distat a centro, ab eadem potentia celerius mouetur. **Arist.** quæst. mech. t. 1. char. 781. Punctorum iuctura nullam magnitudinem efficit, quia maior locum non occupant. **Arist.** de lineis insecab. c. 943. Puncto non conuenit dici minimum. **Aristot.** de lineis insecab. char. 946. Puncto diuisio quæ accidit, est relatiua, non in eius substantia, quia punctum non diuiditur, sed solummodo, vt est principium in respectu, & finis in respectu. **Auer.** in 4. phys. t. 121. c. 90. col. 3. Puncta, quæ sunt inter principium, & finem magnitudinis, sunt in potentia: cum magnitudo diuidatur secundum illas potentias, & non actu. Punctum vero, quod est finis magnitudinis, est actu. **Idem.** in 8. phys. tex. 67. char. 186. col. 2. Punctum dicitur esse motum accidentaliter, quando fuerit in re mota: & sic de quiescente. **Idem.** in 2. de coelo. tex. 14. char. 48. col. 4.

Punctum, vt se habet ad lineam, & eam facit.

Punctum continuat longitudinem, & determinat; huius enim est principium, illius finis. **Arist.** phy. 4. su. 3. cap. 4. tex. 105. char. 111. Punctum omne recte lineæ, quod inter extrema est, potentia quidem est medium, actu vero non, nisi diuiserit hanc, & superstant iterum coeperit moueri; & sic principium sit medium, & finis: principium posterioris, & finis prioris. **Idem.** phy. 8. su. 3. cap. 3. t. 65. c. 228. Punctus non potest tangere punctum: ergo nec componere lineam. **Idem.** ibid. c. 945. Punctus non potest a linea auferri: nam si contingeret auferri, contingeret & apponi. **Idem.** ibid. Punctus a linea auferri non potest, per accidens potest. **Idem.** ibid. char. 946. Puncto fieri diuisionem non est dicendum, nec paruissimam aliquam lineam in minimum, quod inest, diuidi. **Arist.** de lineis insecab. c. 946. Puncta infinita simul addita non faciunt lineam. **Io. gra.** in 4. phy. char. 97. col. 3. Punctum est principium lineæ, non quod linea componatur ex punctis; sed quod est per modum, quod est, tanquam forma ipsius, quod linea est in actu ex parte, qua extremitatis ipsius sunt puncta. **Auer.** in post. lib. 1. cap. 21. tex. 178. c. 191. Punctum in linea actu inuenitur; instans inuenitur in potentia: cum non sit monstrare instans bis. **Auer.** in 4. phys. tex. 105. char. 85. col. 3. Punctum vnum per se est, duo secundum rationes, & sic diuiditur linea, & secundum quod est vnum, copulat lineam. **Auer.** in 4. phys. t. 121. c. 90. col. 3. Punctum potest imaginari principium lineæ; & si non sit finis lineæ: & potest imaginari finis lineæ: & si non sit principium: instans autem non sic se habet hoc modo; non enim potest imaginari, nisi distinguens inter duo tempora. **Auer.** in 4. phys. tex. 125. ch. 91. c. 2. Puncti fluxus in continuum, vel ductus facit lineam. Quod falsum est, vt supra. **Alb. mag.** in prædic. c. 43. c. 1. Punctus de linea dupliciter consideratur, vt substantiæ positæ in continuo: & sic linea a puncto, vt superficies a linea accipiunt substantiam, quæ est id, quod est: aut vt termini copulantes, & sic sunt, vt formæ, vt tutemque; copulandi habet. **Alb. mag.** in prædic. c. 45. c. 2. Punctum est lineæ principium, sine quo non est linea: & linea figuræ, sine quo non est figuræ: ex quo sicut terminante substantialis est diffinitio ipsius. **Alb. mag.** in posterior.

posterior.char.178.colum.4.
Punctum,& linea duobus modis potest considerari:primò secundum esse in materia:secundò secundum dif-finitiuam rationem,secundum quam non concipitur cum materia.primo modo est punctum & linea,vt accidens in subiecto.secundo modo non est accidens: sed punctum est aliquid de substantia lineæ:& sub-stantia cadit in diffinitione alicuius. Albert.mag.in 6.physic.tract.1.cap.1.char.68.col.4.
Punctum tripliciter est in linea,vt principium,vt me-dium,vt finis.Vt principium fluit ab eo continuum primum,quod est linea:eo quod motus eius imagina-bilis permanens in processu facit lineam;& sic dicitur linea ex punctis,non vt ex partibus: sed a quibus est indiuisibilitas eius per totam longitudinem,vt me-dium,sic est continuans partes,& sic cadit inter duo puncta lineam terminantia:& ideo non possunt esse continua duo puncta.Et vt finis continuatio est ad ipsum,vt ad continui finem. Albert.mag.in 6.physic.tract.1.cap.1.char.68.col.1.
Punctum est in linea,vt causa eius,& forma. Alb.mag.in 2.physic.tract.1.cap.1.char.68.col.4.
Punctorum multorum cõpositio facit aliquam magni-tudinem,eo quod nullum illorum habet diffensionẽ,quæ maiorem requirat locum quãdo composita sunt multa. Alb.mag.in 6.physic.tract.3.cap.5.ch.80.col.3.
Punctum nullum aufert quantitatem. Idem ibid.cap.6.char.81.colum.1.
Punctum vbique potentia est in linea, linea in superfi-cie,superficies in corpore. Idem in 1.de generatio.& corrupt.tract.1.cap.15.char.61.col.1.
Puncta non possunt esse in linea consequenter: quia in-ter duo quælibet puncta est sumere punctum. D.Thom.in posterior.c.91.col.4.
Punctum additum puncto,nullo modo facit maius. D.Thom.in 3.metaph.lec.12.tex.16.char.171.

Punctum, vt non est in aliquo prædicamento.

Punctum, nunc, vnitas, priuationes, & negationes, motus, & mutationes sub nullo sunt prædicamen-to. Ammon. in prædic.char. 29.
Punctum, & vnitas non sunt in prædicamento quali-tatis, nisi per reductionem ad genus. Albert. Magn. in prædic.char.42.colum.3.

Punctum, vt differt a nunc, & vnitate.

Puncta, & vnitates differunt: quia puncta sese tangere possunt; vnitates consequentes sunt: inter puncta est linea: inter vnitates nihil. Aristotel. in 5.physicor. tex.29.char.133.
Punctum non est idem, quod vnitas: quia de puncti ra-tione est,vt sit contactus secundum vnitates,& vt sint consequenter, & inter duo puncta semper cadit me-dium;inter duas vnitates non cadit medium. Aristot. 10.metaph.sum.4.cap.4.char.242.
Punctum bis accipere non absurdum est:nuncibus accipi nõ licet:nõ enim permanet. Simp.in 4.phy.c.265.c.2.
Punctum differt a nunc, eo quod punctum potest accipi actu,& potentia; sed nunc non sic accipi potest, quia est influxio. Contra si puncti nulla est pars, quomodo actu accipi potest? Ioan. Gram. in 4.physic. tex.121.char.113.colum.2.
Punctum est fixum,& demonstratum in linea bis accipi potest. Instans non est fixum,nec bis demonstrari po-test. Auer.4.physic.tex.121.char.90.col.3.
Punctum se habet secundum additionem respectu vni-tatis,quia concernit situm in cõtinuo, quod non con-cernit vnitas. Alex.de ales in 1.metaph.c.8.col.2.
Punctum, & vnitas incommensurabilia sunt, quia non

resoluuntur ad aliquod prius: aliquod enim vnitate esset prius. Idem ibid.c.11.col.1.

Punctum, vt est in loco.

Puncta, lineæ, & superficies non sunt in loco, nec per se,nec per accidens. Auer.pri.de generat.& corrup. tex.29.char.160.colum.1.
Punctus, & cætera indiuisibilia omnia, & cæteræ sub-stantiæ spirituales, & primum cœlum per accidens in loco esse non negatur, & si ad esse suum non requi-runt locum. Albert. Magn. in 4.physicor. tracta.1. cap.1.char.40.colum.2.
Pungitius pisciculus est omnium minimus, qui habet duas lanceolas hinc, & inde: vnã in radicibus pin-narum ventris. Mas est rubeus sub gutture: foemi-na rubedine caret, squammas non habet. De quo piscatores aiunt, quod per se generatur, & generat omnes pisces alios: quod patet, quia in lacunis no-uis statim primo anno inueniuntur, & post illos se-quentibus annis omnium aliorum piscium varietas absque piscium impositione. Albert.Mag.de animal. lib.29.cap.1.char.198.colum.4.
Pupilla omnium animalium commune instituto est;quæ enim partes hanc possident, nec duris sunt oculis, læ-bo constant. Minus esse foecunda,quæ pinguescunt, siue mares,siue foeminae,notum est. Arist.de historia animal.3.cap.17.char.97.
Pupilla oculi humani regitur quibusdam membranis primis, eisquæ est ita vestita, & septa, vt ab alijs cerni non possit: aliorum autem animalium oculi non ita pupillam in tegumentis munitam habent. Alexand. Aphrod.de sens.& sens.1.co.4.char.6.col.4.
Purgationes plurimis mulieribus accidunt: cum conceperint ad tempus quoddam, scilicet triginta dierum, maxime,si concepta est foemina: si mas,quadraginta. Arist.de historia animal.7.cap.3.char.253.
Purpuræ verno tempore eandem in locum se se colli-gentes condunt,quam fauaginem vocant, quæ est ve-lut fauus apum, sed non ita elegans, in quo quidam mucus est, quo fauo rupto, & e loco, in quo effude-runt humorem illum, oriuntur parua purpuræ. Aliæ magnitudine augentur insigni, vt, quæ ad Sigeum, & Leptum Idæ promontorium gignuntur. Aliæ parua, vt quas Euripus fert, & Caria. Pelagias magnæ,& sca-bræ sunt; quarum flos vt plurimum est niger,capiun-tur tempore verno,cum fauos extruunt.Florem suum inter papauer dictum,& collum continent, textu spif-siore aspectu, & membranæ candicantis. Cum fauif-icant tunc deterrimum habent florem: viuæ frangun-tur: nam si priusquam frerigeris,expirant florem om-nem cum vita euomunt, sex annis viuunt, vt buccini. Idem de hist.ani.5.cap.15.c.166.
Purpuræ (vt ait Plinius) conchæ sunt marinæ plerunque septennis annis viuentes, quæ latent in ortu canis tri-ginta diebus, verno tempore, & per vocem haustum liquorem pretiosum ore saluant quasi spumando, & infra annum debitam complent quantitatem. Si ante annum ad debitam crescant, humor,quem concipiunt, non valet:ideo concharum leguli confringunt conchas, ne cito crescant. liquor,quem emittunt, est, quo pur-puræ regum tinguntur; & hic est, vt rosa nigrescens. Purpura semiuiua reddita mari conualefcit,& viuut:& foetidis odoribus delectatur, & allicitur. Alb.mag.de ani.l.24.cap.1.c.198.col.4.
Purum diligenter monstrat quicquid exceperit. Arist.de somn.capit.2.char.64.
Pus est quædam putredo; & putredo est concoctioni contraria. Arist.de gen.ani.4.cap.8.c.258.
Pusillanimitatis est non honorem, nec ignominiam,nec foelicitatem, nec infortunia posse ferre, sed honora-tum

rum intumescere,& leui successu prospero auctum ef-ferri, ignominiam autem ne minimam ferre posse. Aberratio verò est infortuniũ non diudicare magnum,conqueri de omnibus, & ægro animo ferre. præterea talis est,vt omnes neglectus contumeliam,& ignominiam vocet etiam per imprudentiam, & obli-uionem admittos,quam concomitatur sordes,quæri-monia,diffidentia,humilitas. Arist.de virtut.c.483.
Pusillanimitas est paruorum membrorum, & paruorum articularum, macer, & paruorum oculorum, & par-ua faciei,qualis fuit Leucadius Corinthius. Aristot. phvsiogn.cap.6.char.341.
Pusillanimitas est, qui minoribus dignum, quàm sit, esse arbitrat. Arist.4.ethic.Nicom.cap.3.c.91.
Pusillanimitas est intelligens, & talis opinio peiorem ip-sum reddit: ab honestis enim actionibus, & studijs, vt indignus, & ab externis bonis abstinet. Idem ibid.cap.3.char.96.
Pusillanimitas sunt, qui se submittunt, & magis, quam par est,abiciunt. Arist.mag.moral.1.cap.23.c.301.
Pusillanimitas sunt, qui se submittunt, & magis, quam par est,abiciunt. Arist.mag.moral.1.cap.23.char.301.
Pusillanimitas est vitium animæ,per quod neutram pos-sunt fortunam ferre, nec honorem, nec ignominiam. Arist.de virtut.c.478.
Putei vaporat magis Borealibus,quàm Australibus tem-poribus. Arist.meteor.1.sum.3.cap.1.char.476.
Putei omnes oppidi Mythopolis iuxta paludem Asca-niam per centum & viginti stadia, a Cio distantes,al-gore hyemis aduentante exsiccantur, vt nullo modo vas ab aqua intingi possit: feruore vero æstatis adeo repleri, vt ad extrema puteorum labia vnda profiliat. Arist.de admir.aud.num.52.char.847.
Puteorum aquæ malæ sunt propter vapores terrestres il-lis admittos. Albert.magn.in 2.meteor. tract.3.cap.20.char.95.colum.4.
Putorius animal est, non secundum speciem, sed secun-dum genus determinatum. dicitur autem putorius, quia foetet maxime, cum irascitur: & hoc animal vo-camus marturum, & mustellam. Albert.Mag.de ani-mal.lib.22.cap.1.char.182.col.4.
Putrefactio est corruptio eius,quæ in vnoquoque humi-do propriè secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate.hec autem est,quæ ambientis. Arist.meteor. 4.cap.2.t.6.char.560.
Putrescentia primo humidã sunt, deinde sicca. Idem ibid.tex.4.
Putrefactio propriè dicitur in iis, quæ secundum partes corrumunt. Idem ibid.t.44.
Putrefactio est passio communis,& frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ:& ob id omnia fiunt sicciora,quæ putrescunt, & tandem terra,& fimus. Idem ibid.t.6.
Putrefactio minus fit in frigoribus, quàm in æstu: quia in hyeme paucum est in ambiente aere, & aqua cali-dum, quare nihil potest in æstate amplius. Aristotel meteor.4.su.1.cap.1.t.1.char.551.
Putrefcit multum minus,quàm paucum: quia in maiori amplior est ignis proprius, & frigidum, quàm vt do-minentur,quæ in circumstante sunt, virtutes. Aristot. meteor.4.su.1.cap.2:tex.12.c.561.
Putredines, quæ generantur, aut in terra, aut in aqua sunt imbre admisso: cum enim dulce in principium constituendum fecerintur, quod superest talem acci-pit formam:nihil autem gignitur putrescens, sed con-coctum. Arist.de gen.anim.3.cap.11.char.217.
Putredo, & putridum excrementum rei concoctæ est. Idem ibid.char.218.
Putredo fit a calore extrinseco. Aristot. de generat.ani-mal.5.cap.4.char.278.
Putredo aquæ, & terræ, & omnium corporum fieri potest. Idem ibid.

Putrefactio est in omnibus, in quibus secundum natu-ram corruptio existit. Alexand.Aphrod.in 4.meteor. cap.3.com.6.char.93.col.2.
Putrefactio est a calore accidentali cum humiditate ac-cidentali. Auer.meteor.4.t.20.c.215.col.3.
Putrefactio,& combustio licet habeant vnum finem,& similem viam in resoluendo corpora mista; putrefac-tio tamen est naturalis,combustio violenta. Albert. mag.in 4.meteor.tract.1.cap.6.char.118.col.1.
Putrefactionem impediunt balsamus, mirrha, aloes, sal, & sol exsiccans per humidum vehementem exsiccatio-nem. Idem ibid.cap.10.char.119.col.2.
Putrefacta omnia exterius humida sunt, interius arida. Idem de mem.& rem.tract.1.cap.4.char.22.col.1.
Putrescunt facile aqua,& terra. Idem de animal.lib.19. cap.7.char.161.col.2.
Putrefactio accidit,cum exhalat humidum intrinsecum, quia cum humido exhalat calidum. Petr.de Auer.de long.& breuit.lib.3.char.59.col.3.
Pygmeos cum gruibus dimicare, non est fabula; sunt enim genus tum hominum, tum equorum pusil-lum, vt dicitur. degunt in cauernis, vnde nomen Troglodytæ a subeundis cauernis accepere. Aristot. de historia animal.8.cap.12.char.287.
Pygmeus re vera non est homo. Alber.mag.de mem.& rem.tract.1.cap.3.char.21.col.4.
Pygmei sunt simiarum genera, & vocantur cubitales homines, quia in figura hominibus sunt similes, & in longitudine non excedunt cubiti mensuram. Recti incedunt, & generant in fine tertij anni. In octauo moriuntur: & habitant iuxta Nilii principia in meri-die versus Occidentem, & Aquilonem parum decli-nando, & cum gruibus ad eos venientibus pugnant. Habent equos valde paruos, quos equitant, sed vsum rationis non habent, nec verecundiam, nec honesta-tem, nec iustitiam colunt, nec reipublicæ iudicium exercent: sed in multis imitantur homines, ita vt etiam loquelam,imperfectam tamen habeant. Alb.mag. de anim.lib.2.tract.1.cap.6.char.66.col.2.
Pyna similis est conchæ; & ait Plinius, quod hæ conchæ pares ambulant mas, & foemina: sed veritas non est, quod in talibus sit, nec mas, nec foemina, nec coeant. Alb.mag.de anim.lib.24.cap.1.char.198.col.4.
Pyradum est animal quantitatem habens bouis, ramo-sis cornibus,vt ceruus; suillum habens vestigium: ha-bens colorem vrsi: pilos villosos, & condensos,& co-lorem mutat ad similitudinem corporum, iuxta se positõrum. Albert.magn.de animal.lib.22.tracta.2. cap.1.char.182.col.4.
Pyramis nil aliud est,quàm cubi angulus. Simpl.in 3.de cœlo.tex.66.com.62.char.98.col.4.
Pyramides octo si inueniantur verticem habentes ad centrum,sphæræ locum implent. Idem ibid.
Pyramis fit, cum angulus rectangulus mouetur, ita quod centrum sit linea rectum angulum continens, & alterum latus moueatur continue ascendendo cir-ca centrum vsque ad extremitatem lineæ. Alb. mag. in 5.metaph.tract.3.cap.5.char.109.col.3.
Pyrus est arbor nota, spinas habens: sed cum colitur, spinas amittit. fructus eius cum iacuerunt ex arbo-re sumpti, minus nocent, quàm recenter de arbore sumpti, stiptici sunt omnes. Albert.magn.de veget. lib.6.tract.1.cap.30.char.159.col.1.
Pynus conualefcit raro, & dulci solo, si est irriguus, & mensè Martii, & Februarii inferri potest. Alb.mag.de veg.l.3.tract.2.cap.3.c.178.col.1.
Pythagoreus Pato dicebat tempus esse indoctissimum, quia omnia obliuiscatur. Aristotel,physicor.4.cap.7. text.128. chart.118.
Pythagorici rerum omnia principia mathematica po-suerunt, & cum mathematicarum numeri sint primi, ideo

ideo numeros entium omnium principia esse posuerunt. Arist. 1. metaph. ex su. 2. cap. 3. c. 15.
 Pythagorici principis rerum duo addiderunt. primo, quod finitum, & infinitum erat rei substantia, secundo quod primi de quidditate, & definitione licet valde simpliciter locuti sunt. Idem ibid. cap. 4. t. 3. c. 18.
 Pythagorici dialecticam ignorarunt. Idem ibid. cap. 5. text. 8. char. 20.
 Pythagorici omnes non eiusdem sectæ fuerunt. Alexan. Aphrod. in 11. metaph. vel secundum Lat. 12. com. 2. char. 283. colum. 2.
 Pythagoreorum doctrinam transgredi ostenditur Arist. & in deterius excipere tentare. Sirian. in 12. metaph. vel secund. Lat. 13. cap. 6. c. 85.
 Pythagorici diligentius ante Platonem, & Aristot. de forma, & priuatione, & de elementis disputarunt. Simp. in 1. phys. t. 41. char. 60. col. 1.
 Pythagorici, vt metaphoricè, & allegorice numerorum doctrinam tradidere, ita etiam allegorice infinitum inter principia posuere. Ioan. Gram. in 1. phys. tex. 24. char. 58. col. 3.
 Pythagorici per numerum parem, vt principium sectionis materiam significare potuerunt, & per imparem indiuisibilem formam. Idem ibidem text. 26. char. 59. col. 1.
 Pythagorici dogmata sua occultabant, ne contrarijs etiam doctrinam suam palam facerent. Idem in 1. de anim. tex. 21. char. 13. col. 1.
 Pythagorici nomina natura posita esse opinati sunt. Dex. in prædic. char. 29.
 Pythagorici opinati sunt totam medietatem terræ superiorē, quæ extenditur a polo versus polum op-

positum, habitari, & citra æquinoctialem vsque in polum Aquilonarem, & ultra æquinoctialem vsque in polum Australem. Albert. Magn. in 2. de cælo. tract. 1. cap. 6. char. 26. col. 3.
 Pythagoras, & Plato conueniunt in hoc de anima, quod ambo immortalem existimant esse, sed in hoc loco differunt, quod omnes animas Pythagoras putat esse vnus rationis, & naturæ: sed impediri a quibusdam operationibus in quibusdam corporibus, a quibus non impediuntur in alio ob defectum organorum. Albert. Magn. de nat. & orig. anim. tracta. 2. cap. 8. char. 74. colum. 4.
 Pythagoras primus matronis castitatem indixit, & ciues iustitiam, & pietatem docuit colere. Alb. Mag. Ethic. 1. tract. 9. cap. 1. char. 25. col. 1.
 Pythagoræ opinio fuit, quod intellectus, & sensus est rerum mensura, & quod ita sit in re, vt intellectui, & sensui videtur. Alexand. de Ales 11. metaphysic. char. 312. colum. 1.
 Pythagoras ponebat omnia, quæ sunt in mundo, esse in proportione debita, quam proportionem vocabat numerum, & dicebat hanc proportionem esse ex hoc, quod omnia corpora sunt in debito loco, & situ, & si superiora essent inferius, & inferiora superius, destrueretur proportio, & numerus. Alexan. de Ales in 1. metaph. char. 27. col. 2.
 Pythagoræ opinio fuit, quod quicquid videtur alicui, id est verum. Idem in 4. metaph. t. 19. char. 91. col. 3.
 Pythocles Atheniensis Atheniensibus persuasit, vt plumbū, quod a Tyrijs subuehebatur, ciuitas binis drachmis caperet; pretio deinde constituto senarum drachmarum, diuenderet. Arist. œcon. 2. char. 825.



VADRANGVLVM

est, quod quatuor latera æqualia, ac quatuor rector. angulos obtinet, quæ est 30. primi Euclidis definitio. Ammon. in prædic. char. 73.

Quadrangulū altera parte longius pertinet ad binarium, quia fit ex ductu duarum linearum in vnum. D. Thom. 1. metaph. lect. 8. char. 46.

Quadratum, quod a diametro fit, duplum est eo, quod a latere constituitur. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 23. char. 45. colum. 3.

Quadrata cur e longinquo rotunda videntur? quia quadrati angulos subtiles e longinquo prospicere oculis nequit, quibus demptis rotundum videtur, quod relinquitur. Alex. Aphrod. problem. 1. nu. 87. char. 676.

Quadratum necessario non fit ex triangulis, vt Plato in Timeo asserere videtur, sed possunt quadrata ex rectoris fieri lineis, vt Euclid. prim. lib. 46. propositione. Ammon. in Porph. char. 7. colum. 2.

Quadratum est figura, quæ quatuor habet latera, & angulos inuicem æquales. Simp. in præd. c. 111.

Quadraturam circuli a Pythagoricis inuentam ex Sextij Pythagorici demonstrationibus ait Iamblicus, tentarunt autem circulum quadrare, Archimedes per lineam sinuosam, & incuruam, Nicomedes per lineam quadrans appellatam, Apollonius per lineam forem, quæ vt instar cochleg, & est eadem cum illa Nicomedis, Carpus per lineam, quam ex duplici motu appellat, & alii hoc tentarunt. Simp. in 1. phy. c. 19. c. 1.

Quadratum est, quod quatuor æqualibus lineis ac æqualibus angulis continetur. Boet. in præd. c. 287.

Quadrati omnes sibi sunt propria qualitate consimiles. Boet. in prædicamen. char. 212.

Quadratus pertinet ad vnitatem, quia fit ex ductu vnus lineæ in seipsam. D. Tho. pri. metaph. l. 8. c. 46.

Quadrupes, quæ animal gignunt, omnes vice brachiorum habent crura priora, sed præcipue, quæ multifidæ sunt, & partem leuam, vt homo minus agilem habent dextra, præter Elephantem, nare enim vice brachii vitur. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 36.

Quadrupeda quipara crura tum anteriora, tum posteriora retroflectunt paulatim in latus vergentia. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 37.

Quadrupedum magna pars caudam habet, vitulus quoque marinus, & si paruam tamen caudam habet. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 39.

Quadrupeda omnia, & viuipara sunt pilosa. Aristotel. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 39.

Quadrupedum pilis intectorum, aliis corpus totum est hirtum, vt sui, vrsæ, canis: aliis collum hirtius, parique modo vndique, vt leoni, & reliquis iubaribus: aliis prona tantum ceruicis a capite ad summos arcos villi geruntur, vt equo, & mulo, & reliquis capronatis. quo in genere Bonasus quoq; e syluestribus, cornigeris enumerandus est, & Hippelaphus q. a forma equi, & cerui, quam habet compositam, nomen accepit, & fera Hippardium appellata. Arist. de hist. ani. 2. c. 1. c. 39.

Quadrupedum, quæ animal generant, sanguineque constant, aliæ multifidæ sunt, vt hominis manus, & pedes quemadmodum canis, leo, panthera. aliæ bifidæ sunt, quæ forcipem pro vngula habent, vt oues, capræ, cerui, & equi fluuiales. aliæ infisso sunt pede, vt quæ solipedes nominantur, vt equus, & mulus, Ge-

nus vero suillum ambiguum est in Illyria, & in Pæonia, & alibi sunt solipedes. Arist. de hist. ani. 2. c. 1. c. 41.
 Quadrupes, quæ oua pariunt, eademque sanguinem habent, omnes caput, collum, dorsum, prona, atque supina corporis possident, pedesque priores, posterioresque, & quod pectori proportionetur modo viuipari quadrupedum generis. Caudam quoque longiorē habent exceptis paucis, sed hæc omnia pedes in plures digitos discretos habent, & omnia sensus habent totidem, quot cetera quadrupeda, & lingua omnibus est, excepto Crocodilo. Auriculis carent, meatumque audiendi tantum habent. Carent mammis, nec genitale, aut testes obtinent manifestos, sed intus conditos, nec pilo, sed cortice omnia tecta sunt, & dentibus serratis. Aristot. de hist. ani. 2. cap. 10. c. 50.
 Quadrupedibus viuiparis gula, & arteria omnibus est & eodem situ, quo homo. Arist. de hist. ani. 2. c. 15. c. 59.
 Quadrupedibus oua parientibus ossa maioribus data sunt, minoribus spinæ. Arist. de hist. ani. 3. cap. 7. c. 86.
 Quadrupedum villi, ac lanæ senectute prolixius augentur, quamquam rarefiant, & fiant pauciores, & vngulæ maiores in senecta redduntur. Aristotel. de hist. ani. 2. cap. 11. char. 92.
 Quadrupeda terrestria oua parientia eodē modo coeunt, vt quæ animal generant mare superueniente. Aristot. de hist. ani. 3. cap. 3. c. 149.
 Quadrupedum ætas cognoscitur, si cutis prætenta maxillis detracta, mox relaxata illico in suum redeat locum, recentioris quadrupedis inditium est, si diutius rugata maneat, contra. Aristotel. de hist. ani. 6. capit. 26. char. 240.
 Quadrupedum omnium situs in vtero extensus est, expedum obliquus, bipedum inflexus, contractusque, vt auium. homo etiam in semet conglobatus sic gestatur, vt nasum inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat. Omnibus animalibus caput superius est sed cum creuerint etiā exitum appetant, deorsum deducitur. Aristote. de hist. ani. 7. cap. 8. char. 262.
 Quadrupes, quæ animal generant, syluestres, & serrata dentibus, carne omnes vescuntur. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. char. 280.
 Quadrupedum, quæ animal generant, conduntur hystrices, & vrsi, sed qua de causa ambigitur, & vrsi per id tempus vehementer pinguescunt, & foemina tunc parit. Arist. de hist. ani. 8. cap. 17. char. 295.
 Quadrupedibus prona potius egent tegumento: nam etsi priora nobiliora sunt, tamen per corporis totius flexum fouentur & tepent. At homini nobiliori, anteriori scilicet, parti adiumentum natura dedit. Arist. de partib. animal. 2. cap. 14. char. 455.
 Quadrupeda ouipara sunt vt pisces dentibus serratis, nec palpebram superiorem mouent, vt aues quoque, sed inferiore conuiuent, oculosque duriores habent auibus. Aristot. de partib. animal. 4. cap. 11. char. 542.
 Quadrupeda, quæ cauernas subeunt, & oua pariunt crura ex obliquo annexa habent, & humi extensa, & in obliquum illa inflectunt, ob subintrandi facilitatem, & ad ouorum incubitum. Arist. de anim. in celsu. cap. 15. char. 582.
 Quadrupeda multifida generant primo cecos, mox palpebræ illis dehiscunt. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 166.
 Quadrupeda dum ambulant necesse est, vt duo extendantur instrumenta & duo figantur simul, nam si vnum tantum figerent, pars residua caderet. Alb. Mag. de motib. ani. l. 2. tract. 2. cap. 1. char. 46. col. 4.
 Quadrupeda hoc commune habent, vt moueantur valde male vno pede læso, vt bipes male mouetur vno amputato, vel læso, & hoc quia corpus portari debet ante, retro, & in vtroque latere, & ideo quatuor esse oportet. Albert. Magn. de motib. animal. lib. 2. tract. 2. cap. 2. char. 47. col. 2.

Quadrupeda omnia sibi similia generantia loco manuum hominis habent pedes anteriores, & quodcumque illorem fixi pedis est, antierius habet quandam digitorum similitudinem, & in multis utitur eis loco manuum, & sinister non est ita absolutus, ut dexter, excepto elephante, qui promulsci de loco manuum utitur. Alb. mag. de anim. l. 2. trac. 1. char. 29. col. 1.

Quadrupeda omnia sibi similia generantia fixos pedes habentia duos calcaneos non inferius, sed superius in intrinseco cruris habent, in loco, in quo flectuntur digiti pedis. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 1. ch. 29. c. 1.

Quadrupeda omnia nobis nota pilosa sunt in toto corpore, sed quæ repunt sunt nuda, sed squamosa, & duri corij, & rugosa, ut lacertæ, & crocodili. Albert. mag. de anim. lib. 2. tract. 1. cap. 2. char. 29. col. 4.

Quadrupeda alia pilosa sunt secundum vniuersum corpus, ut porcus, lupus, canis, & alia multum pilosa sunt longis pilis in partibus, quæ vicinatur anteriori parti cutis, ut leo masculus: alia in partibus vicinis superiori parti colli sunt pilosa longis pilis a superiori parte usque ad spatularum extremitatem per totum collum, ut habentia iubas, ut equus, mulus, & quoddam genus bouis agrestis. Alb. Mag. de anima. lib. 1. tracta. 1. cap. 2. char. 29. col. 4.

Quadrupeda quædam agrestia habent cornua tortuosa valde, & sunt longiorum pilorum, & vaccæ montanæ agrestes, alia cornua breuia habent spissa, & fortissima, quæ sunt nota apud Vngaros. Albe. mag. de anim. l. 2. trac. 1. cap. 2. c. 29. col. 4.

Quadrupeda omnia sibi similia generantia renes, & vesicam habent, quantia autem renes non habent. Similiter, & volantia, & pisces renibus, & vesica carent. Alb. mag. de anima. l. 2. cap. 1. char. 33. col. 4.

Quadrupeda generantia sibi similia syluestria habentia dentes ferrales comedunt carnem, ut canis, lupus, & leo. Alb. mag. de ani. l. 7. trac. 1. cap. 5. c. 65. col. 3.

Quadrupedum omnium carnes, quæ pascuntur in locis aquosis, malæ sunt, & quæ in locis altis montuosis, bonæ. Alb. mag. de anim. l. 7. trac. 1. cap. 5. char. 66. c. 1.

Quadrupes animal omne multarum fixurarum habens pedes, ut leo, canis, lupus, & vulpes generat partus cæcos à principio natiuitatis suæ, & oculi complentur extra, & aperiuntur, & vident. Albert. magn. de animal. lib. 16. tract. 2. cap. 2. char. 143. col. 1.

Querentes sine dubitatione, primò similes sunt ignorantibus quò oportet ire. Aristotel. 3. metaph. sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 39.

Querere de aliquo secundum se, & de aliquo ut in participante, differt, ut differt querere de natura hominis in se, & de natura hominis in hoc. Alex. de Ales 2. metaph. char. 33. colum. 3.

Querens quid est, supponit an est; quia non entis non est definitio nec quidditas. Alex. de Ales 7. metaphysicor. tex. 59. ch. 239. col. 4.

Questionum diuisio.

Questiones quatuor sunt, affirmatiua, negatiua, & hæ vel particularis, vel vniuersalis. Alex. Aphrod. 1. prior. cap. 27. char. 50. colum. 2.

Questiones aliæ sunt de simplici re, aliæ de composita; de simplici prima est an sit, secunda quid sit; de composita prima an huic illud in sit, secunda quamobrem. Thom. in 2. post. cap. 1. char. 8. col. 3.

Questio existentia simplex, & composita, & questio causæ composita, & simplex reducuntur ad intentionem questionis medij termini, idest questio existentis reducitur ad questionem causæ nominis, & questio causæ ad cognitionem quid est causa, quæ est terminus medius. Auer. in post. 2. cap. 1. tex. 7. char. 200.

Questiones, quarum cognitio appetitur in omnibus ar-

tibus speculatiuis, est duarum specierum: formatio, alia verificatio. Et formatio est, quod est intellectus rei per id, quod constituit substantias suas. Verificatio est intellectus rei, per id, quod dicitur ipsius dispositio quedam, & has præcedunt discipulo duæ partes, agens, & dirigens. dirigens quidem ad formationem est, quæ significatur per dictionem separatam. Agens vero est ex rebus, quibus sibi constat res, & illæ sunt partes definitionum, & diffinitiones. Verificationis dirigens est detentio veritatis apud questionem duarum partium oppositionis, sed agens ipsam est syllogismus. Auer. epit. in log. c. 341. col. 1.

Questionis duo sunt genera, thesis, & hypothesis. Boet. de dif. top. l. 1. c. 859.

Questiones sunt quatuor, an est, quid est, quia est, propter quid est. Alb. mag. in post. c. 203. col. 1.

Questio quid est, quæ ei conueniunt, & quæ diuersa.

Questionum de medio esse indicat maxime ea, quorum medium est sensibile. Aristotel. politic. lib. 2. cap. 12. tex. 1. char. 356.

Questio vna, de fato scilicet, est illa, in qua necesse est, ut alter ex litigatoribus improbus sit. Arif. rhet. 3. c. 170.

Questio, sumptio, concessio, conclusio, & auctoramentum sub eodem genere continetur, propositione scilicet, differunt tamen ratione. Alexan. Aphrod. in pri. prior. cap. 4. char. 9. colum. 2.

Questio est dum res eadem ad probationem proponitur, ut nondum nota. Alexan. Aphrod. in pri. prior. cap. 4. char. 9. colum. 2.

Questiones, quæ sunt subiecta, quoad naturam sunt quæ sita causarum simpliciter. Auer. in 2. posterior. tex. 6. char. 20. colum. 1.

Questio est dubitabilis propositio. Boet. in Topicis Cicero. lib. 1. char. 763.

Questio est propositio in dubietatem, & ambiguitatem adducta. Boet. de diff. topic. lib. 1. char. 857.

Questio est propositio querens aliquid, si hoc est. Alb. mag. in post. char. 185. col. 3.

Questio, ut an est, quid est, propter quid, quia, & quæ carum præcedunt.

Questiones omnes indigent, ut in ipsis queramus, aut si est medium: causa enim est medium, post hæc cum cognouerimus, querimus, quid est hoc. Arif. post. l. 3. cap. 2. tex. 1. ch. 356.

Questionem propter quid querimus habentes quia, nonnunquam etiam simul nobis manifesta sunt, sed non possumus prius propter quid cognoscere, quam cognoscimus quia, sic & nõ est cognoscere ipsum quid est, si non cognoscimus ipsum si est. Arif. post. lib. 2. cap. 9. tex. 9. char. 365.

Questionem si est aliquando habemus secundum accidens, aliquando habentes aliquid ipsius rei. Arif. post. 2. cap. 9. tex. 6. char. 365.

Questio propter quid reducitur ad ipsum quid est in mobilibus, & mathematicis, aut ad mouens primum, aut ad finem, aut in generabilibus ad materiam. Arif. phy. 2. cap. 2. tex. 69. char. 46.

Questio vel doctrina ipsius quid, non habet locum in simplicibus, sed alter modus questionis est talium. Arif. 7. metaph. cap. 20. tex. 60. ch. 161.

Questiones querentes propter quid non pertinent ad dialecticum. Alex. Aphrod. in 4. top. cap. 1. c. 47. co. 2.

Questio an sit, licet & de non re facere: questio autem quid sit, non licet de non re facere. Alex. & Eustrat. in 2. post. char. 7. col. 2.

Questio an est, non queritur in omnibus rebus, sed in illis, quæ in dubium vocantur. Simpl. in 1. phy. c. 6. c. 1. Questionis

Questionis quidem munus est naturæ vim, & rationem explicare, & quid res proposita sit, inuenire. Simpl. in 4. physic. tex. 1. char. 186. colum. 1.

Questio quomodo sit, & quid sit, non habet locum in consideratione de vacuo, qua ostenditur nullo pacto vacuum esse. Simpl. in 4. phy. char. 234. col. 2.

Questio an est tunc queritur, cum occultum est, quod queritur: sed si est notum, ut de tempore (omnibus enim patet esse tempus) non an est, sed quid est queritur. Simp. in 4. phy. char. 254. col. 1.

Questio quid est præcedit questionem an est, in quibus ignoramus, quid est, quod queritur, aut quid significat, aut tenuem phantasiam habemus: in quibus autem, quid nomen significat, scimus, præcedit si est. Ioan. grammar. in pri. post. cap. 2. col. 3.

Questionis si est, duæ sunt species; vna si est in hoc, alia si est simpliciter. Auer. in post. 2. ca. 1. tex. 20. ch. 198.

Questionem, qua queritur, utrum res sit absolute Alex. ponit in numero accidentis: alij vero expositores generis, & diffinitioni applicant; sed prior est magis probabilis. Auer. in top. 1. cap. 4. char. 257.

Questio quid nominis præcedit questionem si est in interrogationibus simplicibus. Auerroes in physicor. 4. text. 50. char. 68. colum. 4.

Questionum, quæ de Deo fiunt, nobilissima est, quæ queritur, quid Deus intelligat. Auerroes in 12. metaph. tex. comment. 51. char. 157.

Questiones multiplicatur ad formam eorum, quæ sciuntur. Alber. mag. in post. char. 202. col. 4.

Questio quia est concluditur per demonstrationem, & propter quid est in demonstratione propter quid. Albert. mag. in post. char. 209. colum. 1.

Questio si est non est terminabilis, nisi per primam causam, esse enim causam est effectus entis primi, quæ est prima causa. Alb. mag. in post. char. 203. col. 1.

Questio si est non terminatur per demonstrationem, sed ex consequenti, & per conditionem. Alb. mag. ibid. col. j.

Questio quid & propter quid differunt ratione non subiecto. Alb. mag. in post. char. 203. col. 4.

Questiones an est, si est, quid est, propter quid est sunt in demonstratiuis, & non in contingentibus. Alber. mag. in post. char. 203. colum. 4.

Questio quia potest haberi per medium accidentale. Alb. mag. in post. char. 208. col. 1.

Questionem propositam relinquere, & se transferre ad alias questionis potius impedit bonam doctrinam, quam ei profint. Alb. mag. in elench. char. 304. col. 3.

Questio quid est, & questio propter quid redeunt in idem subiecto, quamuis differant ratione. D. Thomas in post. char. 80. colum. 3.

Questio quid est sequitur questionem an est. D. Thom. in 4. phy. l. 10. tex. 57. char. 55. col. 3.

Questio quid est, ut se habet ad questionem an est, sic se habet propter quid ad quia, & cum queritur propter quid, oportet illa duo esse manifesta: ut enim propter quid est idem ei quod est quid, oportet esse manifestum an est, & ut distinguitur & quid est oportet esse, quia manifestum. D. Thom. 7. metaph. l. 17. tex. 59. ch. 568.

Quari non potest propter quid aliquid ipsum sit ipsum, sed propter quid hoc sit aliud hoc. D. Thom. 7. meta. lect. 17. text. 59. char. 571.

Questio quid est finis ipsius propter quid. Alex. de Ales 7. metaph. tex. 53. char. 239. col. 3.

Questio quia querit passionem de subiecto, in demonstratione certificatur eadem passio per ipsum propter quid. Alex. de Ales 3. metaph. text. 57. char. 176. col. 2.

Questio omnis propter quid aliquid supponit, est scilicet esse, & aliquid ignorat, causam scilicet. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 59. char. 239. col. 4.

Questio quid est, cadit super esse essentie: questio an est, cadit super esse existentie. Alex. de aies 3. met. t. 10. c. 64. col. j.

Questio quid, est causa satisfactiua quædam ipsius propter quid. Alex. de Ales in 7. meta. te. 59. ch. 298. col. j.

Questio propter quid supponit aliquam quidditatem compositionem, & ex eo, cuius est quidditas, siue secundum rem, siue secundum rationem, in qua potest fundari questio propter quid, & sic quid, & propter quid concernunt idem. Alexander de Ales in 7. metaphysico. text. 59. char. 240. colum. 2.

Questio quid semper est entis, quod duobus modis possumus intelligere. Primo, quia supponit quod queritur habere aliquam essentiam, sed dubitatur, quæ sit hæc essentia in speciali. Secundo potest dici, quod questio quid, est alicuius entis, quia quidditas, quæ queritur, est alicuius suppositi, & alicuius materię, & sic idem est querere quid est, & propter quid. Alexan. de Ales in 7. metaph. tex. 59. char. 240. col. 4.

Questio quid est proprie ad metaphysicum pertinet. Thom. de Vio in post. char. 130. col. 1.

Questio quid est ideo simplex est, quoniam purum, & in mistum quid querit. Tho. de Vio in post. c. 185. col. j.

Questio an est ideo simplex est, quoniam esse rei simpliciter, idest absque illa additione, querit. Thomas de Vio in post. char. 185. colum. 1.

Questio quia, ideo dicitur composita, quoniam ad duarum rerum compositionem querendam inuenta fuisse videtur. Thom. de Vio in post. char. 185. col. 1.

Questio propter quid non dicitur questio composita, quia compositionem directe querit, sed quia compositionis causam postulat. Thom. de Vio in post. ch. 185. col. 1.

Questio an est querit de subiecto, & passione nõ ut passio, sed ut res quædam in se est. Thomas de Vio in post. char. 186. colum. 1.

Questio an est non inquit de passione, quia de passione, ut est passio, queritur ut sit, & ut in sit. Thomas de Vio in post. char. 186. colum. 1.

Questio quid querit formaliter de incompleto quia, querere de complexo iuxta secundum adiacens pertinet ad questionem an est, & iuxta tertium quia & propter quid. Thom. de Vio in post. char. 187. colum. 1.

Questio an est non concluditur in secundo adiacente, sed in tertio. Thomas de Vio in post. char. 187. colum. 2.

Questio si est de facto vbi coniectura plurimum valet, proemio innues, narratione seminabis, probatione ostendes, epilogo amplificabis. Daniel Barbarus thethoric. 3. cap. 27. char. 195.

Questiones, ut affirmatiue.

Questio vniuersalis affirmatiua in prima figura, & in primo modo primæ figuræ solum demonstratur. Alexan. aphro. in 1. prio. cap. 27. char. 50. col. 2.

Questio particularis affirmatiua in prima figura in tertio modo, & in tribus in tertia monstratur. Alexander aphro. in 1. prio. cap. 27. char. 50. col. 2.

Questio prædicatiua omnis aliquid alicui inesse proponit, & id aut maius erit eo, de quo prædicatur, & ei inesse substantialiter contenditur, & est genus: aut eo maius erit, sed non de substantia prædicatur, & est accidens: aut æquale, & in substantia prædicatur, & est accidens: aut æquale, & non de substantia, & est proprium. Boet. de diff. topic. libr. 1. char. 859.

Questiones, ut composita.

Questio pura non fit in re simplici non composita, sed in compositis, in quibus ponitur aliquid esse in aliquo, & prædicari de aliquo, aut aliquid esse, & aliquid non esse. Auerroes in 7. metaphysico. text. 10. comment. 59. chart. 97.

Questio composita est, quæ in pluribus distrahitur affirmationibus. Boet. de diff. topic. lib. 1. char. 861.

Quæstiones, vt negativæ.

Quæstio vniuersalis negatiua in prima figura in secundo modo, & in primo, & secundo secundæ figuræ monstratur. Alex.aph. in 1. prior. cap. 27. th. 50. col. 2.
 Quæstio particularis negatiua in prima figura in quarto modo, in secunda in tertio, & quarto, in secunda in tribus monstratur. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 27. char. 50. col. 2.

Quæstiones, vt comparatiuæ, naturales, & mechanicæ.

Quæstionis naturalis responsio reducit ad materiam, formam, & efficientem: de generatione enim hoc modo maxime causas desiderant. Arist. phy. 2. cap. 2. tex. 72. char. 46.
 Quæstiones mechanicæ sunt omnes mathematicarum contemplationum, & naturalium. Arist. q. mechan. c. 776.
 Quæstiones omnes comparatiuæ accidentis sunt. Alexan. aphro. in 3. top. cap. 4. c. 35. col. 1.

Quæstio, vt probatur.

Quæstionis finis fit manifestus per dubitationem. Arist. 3. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 1. ch. 39.
 Quæstio illa, quæ per plures figuras, & per plures modos probari potest, facilius tractatur, & difficilius, quæ per pauciores. Alex. aph. in 1. prior. cap. 27. c. 50. col. 2.
 Quæstio particularis negatiua facilius tractatur, deinde particularis affirmatiua, deinde vniuersalis negatiua; vltimo vniuersalis affirmatiua, quæ in vno tantum modo primæ figuræ modo tractatur. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 26. ch. 50. col. 2.
 Quæstionem in vna figura conclusam per aliam probare possumus. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 4. c. 97. col. 2.
 Quæstionem affirmatiuam, & negatiuam particularem in prima, in tertiam resolueri possumus. Alex. aph. in 1. prior. cap. 41. ch. 69. col. 4.
 Quæstionum solutiones petendæ sunt ex re, vel habitu, vel specie, vel actione, vel ex simili consensu, vel ex colore, vel ex deceptione sensus, vel ex æquiuocatione, vel ex viribus, quæ magis, ac minus efficere possunt, vel ex eo, quod res durior, aut solutior, aut maior, vel minor, vel ex tempore, vel ex ætate, aut more, aut parte essentiali, aut euentitia, vel ex rerum similitudine conditione. Alex. aph. probl. 1. nu. 2. c. 665.
 Quæstionibus in omnibus medium quærimus, quid causa est. Alex. & Eustr. in 2. post. ch. 10. col. 2.
 Quæstio omnis de causa est. Them. in 2. post. capit. 3. char. 5. colum. 1.
 Quæstio omnis verisimilibus, aut necessarijs probatur argumentis. Boet. in top. Cic. l. 5. ch. 823.
 Quæstio de suppositionibus scientiæ cuiusvis non mouetur in illa scientia. D. Thom. in 8. physic. l. 1. text. 1. char. 118. col. 3.
 Quæstio logici differt a quæstione philosophi, quia logicus considerat modum prædicandi non essentiam rei: philosophus vero non comprehendit extrinsecam, sed causam formæ in materia. D. Thom. 7. metaph. l. 17. tex. 59. char. 571.
 Quæstio omnis in aliqua scientia terminari debet. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 4. ch. 80. col. 1.
 Quæstio terminanda in aliqua scientia non debet excedere subiectum illius scientiæ. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 5. char. 80. col. 2.

Quæstiones, vt tormenta.

Quæstiones sunt tormenta quædam, quæ certâ existimantur habere fidem. Arist. rhet. 1. c. 64.

Quæstio inuita est consilij hominis confessio, quam qui infringere cupit, ostendere debet cruciatibus inimici fieri ijs, a quibus traditi sunt, & doloribus conciti plerumque non vera consentunt, & multos ob dolores euentos esse. Arist. rhet. ad Alex. cap. 16. char. 210.
 Quæstio diffinitionis generis, & proprii continent destrutionem vniuersalis, & particularis; accidentis vero nil prohibet secundum quid inesse. Arist. top. l. 2. c. 2. c. 414.
 Quæstio æqualia sunt ijs, quæ in scientia proficiuntur. Alex. & Eustr. in 5. post. char. 5. col. 1.
 Quæstio quatuor sunt, duo simplicia, duo composita. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 6. col. 1.
 Quæstio, vel quæritur aliquid esse, vel essendi causam, & hoc duplex, aut simplex, aut compositum: nam vel an sit, vel quid sit ambo simplicia sunt: quia & propter quid composita sunt. Alex. & Eustr. col. 1.
 Quæstio proprium demonstrationis est ipsum propter quid, diffinitionis autem ipsum quod quid est. Alexan. & Eustr. in 2. post. char. 50. col. 1.
 Quæstio omne, aut rem quærit, aut rei causam, & rem, aut quatenus per se consideratur, aut quatenus in altero esse habeatur, & causam rei, aut existens per se, aut in altero se habentis. Alexander, & Eustrat. in secun. post. char. 46. colum. 1.
 Quæstio omne habet subiectum per naturam, & prædicatum per naturam. Aueroes in prim. prior. sect. 1. comment. 8. chart. 68. colum. 3.
 Quæstio, & scita sunt idem subiecto, & differunt diffinitione; quia antequam sciatur, quæritur, & cum sciuntur, sunt conclusiones. Auer. in post. 2. c. 1. te. 1. c. 198.
 Quæstionum diuisio in hoc loco est de speciebus interrogationum proportionatarum, quæ sunt nobis extra animam, id est, quæ sunt nobis secundum naturam in omnibus artibus, vt quæstio si est genus; & diffinitio non est quæstio speculatiua, sed logica, quoniam non est extra animam definitio, nec genus, & sic quæstio, quæ numerantur in topicis, sunt quæstio, quæ sunt in anima: sed quæ numerantur hic, sunt entium, quæ sunt extra animam. Auer. in post. 2. cap. 1. text. 3. ch. 199.
 Quæstio entis compositi ponuntur ab Aristotele, in topicis: sed quæstio accidentis, id est si tale inest tale, & item quæstio entis simplicis poni debet sub quæstio accidentis. Auer. in post. 7. cap. 3. tex. 12. char. 204.
 Quæstio primum est, quod non quæritur propter quæsitum alterum, id est quod sit prædicatum in subiecto, non propter prædicationem suam de subiecto altero, & comprehensum in subiecto primo. Auer. in post. secun. cap. 10. tex. 9. char. 232.
 Quæstio aliud est per accidens, aliud per se. Auer. in post. 2. cap. 10. tex. 94. char. 232.
 Quæstio, quæ sunt differentie appropriatæ, & diffinitiones, sunt quæstio prima: sed non prouenit in talibus de monstratio causæ, quia in talibus nihil præcedit extremitatem maiorem. Auer. in post. 2. c. 10. tex. 94. c. 233.
 Quæstio generis sunt inter accidentalialia; Auer. in post. 2. cap. 10. tex. 94. char. 233.
 Quæstio per syllogismum sunt demonstrationum trium specierum: vel quod quæramus causas rei, & suam inuentionem simul: at causam tantum cum aduenit nobis prima notitia suæ inuentionis: aut quod quæramus suam inuentionem solam. primæ est demonstratio simpliciter, secundæ demonstratio causæ. tertiæ demonstratio inuentionis & per signum. Aueroes in epitom. in logic. char. 351. colum. 2.
 Quæstio cuiuscunque intentio est conclusio categorica. Auer. in quæst. log. tex. 8. char. 370. col. 2.
 Quæstio propter quid non fit nisi de compositis. Auer. in epitom. metaph. tract. 2. char. 174. col. 4.
 Quæstio turpis est, per quem dicitur queunt vnde cunctæ, & lucri quam pudoris plures faciunt. Aristote. de virtuti. char. 482.

Qualitas

Qualitas quot dicitur modis, & eius species.

Quale vno modo dicitur differentia substantiæ, id est, essentia, vt quale quid homo, quia animal bipes, vel qualis circulus, quia quædam figura sine angulis. Alio modo, vt mathematica, vt numeri dicuntur quales, & in summa, quidquid existit in materia numeri præter quantitatem, est qualitas. Vocantur enim numeri superficies multiplicati, vt quoties quanti, & solidum, vt quotus quot quanti. Alio modo sunt passionnes corporum mobilium & secundum virtutem, & vitium, & omnino bonum, & malum. Arist. 5. metaph. cap. 14. tex. 19. char. 104.
 Quale ferè secundum duos modos dicitur, & horum duorum modorum principalis est primus, secundum quem dicitur qualitas substantiæ differentia, & huius est quædam pars. Secundus qualitatis modus, qui est in numeris, quia qualitas in numeris est quasi quædam differentia substantiarum non motarum aut non in quantum motarum. secundus modus est, qui tertius numeratus est, & quartus, ambo enim sunt passionnes partes, & ostendunt differentias motus, & actus secundum quos faciunt, vel patiuntur bene aut prauè, quæ sunt in motu. Arist. 5. metaph. cap. 14. text. 19. char. 104.
 Quale duplex; aliud in substantia, vt differentia, prædicatur; aliud in prædicamento qualitatis. Arist. libr. 1. metaph. sum. 4. cap. 3. char. 241.
 Qualitas est eorum, quæ multipliciter dicuntur, cuius vna species est habitus, & dispositio: alia est naturalis potentia, & impotentia: tertia, passibilis qualitas, & passio: quarta, figura, & forma. Arist. præd. tra. 2. cap. 4. ch. 78.
 Qualitatum omnium differentie reducuntur ad illas quatuor, calidum, frigidum, humidum, & siccum. Arist. 2. de gener. & cor. sum. 1. cap. 2. tex. 45. char. 406.
 Qualitatis quatuor sunt species: habitus & dispositio; naturalis potentia, & impotentia: passiuæ qualitates, & passionnes; forma, & figura. habitus autem, & dispositio non specie, sed numero differunt, & sic de singulis. Porphy. in prædicamen. char. 22.
 Qualitates alia sunt, quæ in animalibus sensu præditis affectiones circa sensum afferunt, vt albedo, nigredo: alia quæ ex affectione in his, quæ ipsas habent, extiterunt, vt albedo, & amaritudo. Porphy. in prædic. char. 22.
 Qualitates alia affectiones vocantur, vt rubor præ pudore qui in corpore est, in anima auaritia, cuius duæ sunt species. Alia est in illis, qui tantum habent naturalem aptitudinem. Alia est in illis, qui iam morbum contraxerunt. Prima species differt a secunda, quod prima ex natura proficiuntur, secunda ex prauis moribus. prima est in potentia, secunda perfectionem iam habet. Porphy. in prædic. char. 22.
 Qualitas est vel secundum potentiam, vel impotentiam: vel secundum actum, secundum potentiam, vt puer potest esse grammaticus, secundum impotentiam, vt equus non potest esse grammaticus. Secundum actum, aut perfectiua, aut deprauatiua est subiecti, vel nec perfectiua, nec deprauatiua. quæ perfectiua, vel deprauatiua, aut affectum in nostro sensu generat, aut non, vt sanitas, si generat, æqueque amittitur, fit habitus: si non æque amittitur, dispositio: quæ prima est qualitatis species. Ammo. in prædic. char. 84.
 Qualitatis species primum, & 2m locum obtinent, non vt qualitates, sed vt magis digna sunt. Ammo. in præd. c. 86.
 Qualitatis prima species actu consideratur, secunda potentia. Ammo. in prædic. char. 89.
 Qualitas diuiditur in quatuor species, vt genus in species non vt æquiuocum per significata. Simp. in præd. c. 58.
 Qualitates, alia naturalis, alia aduentitia. Simplicius in prædicamen. chart. 60.
 Qualitates primæ speciei differunt à tertia, quia in prima considerantur, vt dispositiones, & habitus; hic vt

passiones. Secundæ a tertijs differunt, quia secundæ considerantur, vt potentia, & aptitudines; hic magis, vt actus, & secundum quandam formam subsistunt. Simplicius in prædica. chart. 68.
 Qualitatis aliquæ sunt species, de quibus in metaphysica agit Aristoteles. Simplicius ibidem.
 Qualitates corporales tribus dicuntur modis: aut secundum passionem solam, vt cum aliquis superficialiter calescit; aut secundum dispositionem, ut cum aliquis, ita fit calidus, ut dicatur calidus, aut secundum habitum, quando mansua fuerit dispositio. Simpl. in 1. de cælo tex. 21. commen. 24. char. 18. colum. 1.
 Qualitas non per se diuiditur, sed per accidens. Aueroes in 6. physic. tex. 49. char. 127. col. 3.
 Qualitatum alterationes alia primæ sunt, alia secundæ: primæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: secundæ sunt, quæ fiunt ex his, ut densum, rarum, color, sapor. Auer. in 7. physic. tex. 12. char. 144. colum. 2.
 Qualitas aliquando dicitur de communiore re, quæ prædicatur in prædicamento, quia dicitur de quatuor generibus, & aliquando de formis specificis, ut de humanitate, & quædam eius inest substantiæ per se, ut habitus, & dispositio: & aliqua per aliud prædicamentum, ut figura, quæ inest substantiæ medio quantitatis. Auer. in epitom. metaph. tract. 1. char. 169. col. 4.
 Quale multis dicitur modis, & dicitur secundum quod quale dicimus, & sic qualitatis tantum conuenit. Alio modo, quod est consequens quid perfectum, & hoc modo accidens omne quale est. Alio, quod est consequens essentialia speciei, & naturæ, & hoc modo proprium dicitur quale. Alio modo, quod potentia determinatum ad esse speciei, & ideo dicitur quale, quia est subiectum primum, quod est genus rei, & quantum ad essentiam suam substantia est, licet prædicetur in quale. Alio modo dicitur quale, vt diuiditur contra hoc aliquid. Alber. mag. in prædic. char. 12. col. 2.
 Qualitas multipliciter dicitur, ut genus de speciebus suis. Alber. mag. in prædic. char. 52. col. 4.
 Quale quod dupliciter intelligitur. Vno modo inferius omne est quale quod respectu superioris, ut species respectu generis. Alio modo quod per accidens adueniens est quale, & quod est in seipso. Alb. mag. in elenc. c. 309. col. 1.
 Qualitas duplex, substantialis, & accidentalis. vniuersalia dicuntur qualitates non accidentales, sed substantiales, particularia uero accidentales. Alexand. de Ales in 3. metaph. tex. 20. char. 74. col. 4.
 Qualitatis, & quantitatis species duobus modis considerari possunt. Primo, ut sunt quidditates, & fundamentum, ut scilicet aliqua essentia, & natura in se sunt. Secundo, ut habent aspectum ad subiectum, & sic qualitas facit subiectum quale; quantitas quantum, & in qualitate similitudinem, in quantitate, æqualitatem faciunt. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. c. 143. col. 3.
 Qualitas duobus modis accipitur, pro qualitate in se, & pro modo qualitatis. primo modo non exit genus qualitatis, & super hoc fundatur similitudo accidentalis. secundo modo reperitur in alijs prædicamentis, & super hoc fundatur omnis similitudo. Idem ibid. col. 4.
 Qualitas duplex: substantialis, quæ primo est in specie, secundo in indiuiduis: & accidentalis, quæ primo est in indiuiduis, secundo in speciebus. Alexander de Ales in 7. metaph. tex. 14. char. 195. col. 1.
 Qualitas duplex: realis, & intentionalis. Alexan. de Ales in 9. metaph. tex. 17. char. 272. col. 3.
 Quale, ut pertinet ad logicum, duobus modis sumitur: cõter, vt est in omnibus generibus, uel propriè, ut est vnũ prædicamentum. Tho. de Vio in præd. c. 66. col. 1.
 Qualitas dupliciter dicitur: secundum rem tantum, id est cuius essentia est huius generis generalitatis; & secundum rem, & modum secundum quam quale dicitur. Thomas de Vio in prædica. char. 72. col. 1.

Qualitas quid est, & qui prior hoc nomen posuit.

Quale, ut differt a qualitate.

Qualia sunt, quæ secundum qualitates denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his. Arist. in præd. tract. 2. cap. 4. ch. 82.
 Qualitas est, secundum quam quales quidam dicuntur. Arist. in præd. tract. 2. cap. 4. ch. 78.
 Qualitates, quæ non sunt tangibiles, non construunt elementa, vt album, nigrum, dulce, amarum. Aristot. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 2. tex. 7. ch. 424.
 Qualis est vnusquisque, talia, nisi alicuius rei causa faciat, agit, & dicit, & ita vitam suam instituit. Aristot. 4. ethic. Nicom. cap. 7. char. 102.
 Qualitatis nomen primus Plato instituit, vt in Theeteto insinuat. Simpl. in præd. char. 55.
 Qualitas est quoddam intellectuale, & solis habentibus intellectum est nota. Simp. in præd. ch. 56.
 Qualitas est quoddam medium inter aduentitia accidentia, & substantias per se naturales: quare non immerito potentia assimilatur. Simp. in præd. ch. 59.
 Qualitates non sunt completiue substantiæ, quamuis qualem substantiam significare videantur. Idem ibid.
 Qualitates sunt illæ, quæ de foris adueniunt corpori, & animæ, ac quendam habitum aduenientem, & suppositionem, & formam significant. Simp. in præd. c. 59.
 Qualitas est potentia appositæ substantiis, copulans, quæ se sibi propter cognitionem post substantias. Simpl. in prædicamen. char. 59.
 Qualitas, secundum quam fit mutatio, non est per se diuisibilis, tamen per accidens diuisibilis est, quia subiectum, in quo est quæritas, est diuisibile; quantum enim est, & quantum proprium est diuisibile esse. Simp. in 6. phy. char. 352. col. 1.
 Qualitates, vt magnum, paruum, strictum, latum, breue, profundum, commemorantur in quantitate, quia sunt primo in magnitudinibus. Auer. in epitom. metaph. tract. 1. char. 169. col. 4.
 Qualitas dicitur res illa, qua participari potest. Boeth. in prædicamen. char. 172.
 Quale differentia est in substantia, quia est perfectiue potentia illius secundum substantiam; quale autem accidentis est consequens quid perfectum in eo, quod est hoc aliquid, & nihil substantiæ addit, ideo est accidentale. Alb. mag. in prædicab. ch. 12. col. 2.
 Qualitatum sensibilibus propinquiores materiæ sunt, rarum, & densum, & post has humidum, calidum, & frigidum. Albert. Magn. in 7. physicor. tractat. 1. cap. 4. char. 83. col. 3.
 Qualitas media, quæ fit remissis excellentijs elementorū qualitatum, est propria qualitas corporis mixti. Diu. Tho. in 1. de gen. & cor. l. 24. tex. 84. c. 23. col. 4.
 Qualitates tangibiles non omnes sunt formæ perfectiue elementorum, sed solum primæ actiue, & passiuæ sunt ad inuicem. D. Thom. in 2. de generat. & corr. l. 2. tex. 7. char. 25. col. 3.
 Qualitas, quæ remanet in transmutatione elementorū, non est eadem numero, sed eadem specie. D. Tho. in 2. de gen. & cor. l. 4. tex. 25. c. 28. col. 1.
 Qualitates tangibiles sunt differentia corporis elementati, vt huiuscemodi. D. Thom. in 3. de anim. l. 1. tex. 129. char. 47. col. 2.
 Qualitas dicitur ex hoc, quod est dispositio substantiæ, & sic de alijs. D. Tho. 9. metaph. l. 1. tex. 1. c. 628.
 Qualitatis realis alteratio est via ad generationem. Alex. de ales in 9. metaph. te. 17. c. 272. col. 3.
 Qualitas præter quantitatem, quæ est in numero, est multitudo, quæ est quantitas specifica, vel certificatio, itaque quilibet numerus specificus est multitudo cum specifica certificatione, quæ in alio numero nullo reperitur, & per hanc omnes numeri specificè differunt. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 19. c. 137. col. 1.

Quale posterius est qualitate, notius tamē. Ideo per belle fecit Arist. in prædicamentis, qualitate, per quale declarare. Alex. aphr. in 4. metaph. vel secundum lat. 5. com. 1. char. 126. col. 1.
 Qualitas solo intellectu perspicitur, quale autem sub sensu cadit. Ammo. in præd. ch. 83.
 Qualitas per ipsum quale euidentior fuit. Sim. in pd. c. 56.
 Quale est sensibile, & notius apud eos, qui habent sensum. Simp. in præd. char. 56.
 Quales cū dicuntur secundū qualitatem, tum qualitates sunt rationes specificantes qualia. Idem ibid. ch. 57.
 Qualitas si adest in ipsis qualibus, qualitates in materia, & cum materia sunt simul, quæ quidem secundum se habet subsistentiam. Idem ibid.
 Qualitas non est qualitas. Ioan. gram. in 1. post. cap. 18. char. 41. col. 1.
 Quale dicitur, & qualitas, & res, quæ qualitate participat. Boet. in præd. char. 172.
 Quale notius est ipsa qualitate. Boet. in præd. c. 173.
 Qualitas sola est illa, qua simpliciter quales dicimur: reliqua accidentia non simpliciter in quale prædicantur. Alb. mag. in præd. char. 52. col. 3.
 Qualitas prædicatur in quale, per quam omnibus alijs inest. Alb. mag. in præd. ch. 58. col. 1.

Qualitates, ut actiue, passiuæ, & passiones.

Qualitates passibiles dicuntur, non quod ea, quæ illas susceperint qualitates, aliquid patiantur, sed quando secundum sensus vnaqueque dictarum qualitatum passionum effectiua est. Arist. in præd. tra. 2. ca. 4. c. 80.
 Qualitas actu existens si perfectiua, vel deprauatiua, ac rerum circa sensum inducat effectum, passiuæ nominatur: si non diu permanet, passio appellatur. Ammo. in prædicam. char. 84.
 Qualitates passibiles, & passiones quatuor considerantur modis: vel adsunt omni speciei, vt album omni niui: aut non omni naturaliter tamen, ac ab ortu, vt nigredo Aethiopibus: aut omni, & completiua subiecti, & vt ignis caliditas, & siccitas: aut non completiua, vt colorum color. Si non omni speciei, aut durat, aut non breui durans, & facile emendabilis sub prædicamento pati reducitur. Ammo. in præd. c. 92.
 Qualitates passiuæ dicuntur, vel quod affectum fit subiectum, vel quod afficiatur sensus. Ammo. in præd. c. 93.
 Qualitas passiuæ, vel animo inest, vel corpori. Quæ animo, vel omni speciei inest, vt ferocia leonibus, aut nonnulli; vel ab effectu ex generatione, vt furor, aut ab accidente, vt improbitas. Quæ corpori: vel omni speciei, vt albedo niui, vel quibusdam, aut ex quodam generationis effectu, vt Aethiopibus nigredo; aut non a generatione, quod aut inuehit affectum, vt febris, aut non inuehit, vt pallor. Ammo. in præd. ch. 93.
 Qualitas passiuæ non dependet ex habitudine, sed ipsa alteri aduenit, cuius propriū considerat penes ipsā transmutationem, quæ non est secundū esse. Sim. in pd. c. 68.
 Qualitates passiuæ, & passiones versantur circa illa, quæ secundū naturam facile, vel difficile sunt mobilia: habitus, & priuationes circa ea, quæ ex doctrina & extrinsecus sunt mobilia. Simp. in præd. ch. 67.
 Qualitatis passiuæ proprium est, vt inferat passionē sensibus, quamuis nos eos non multum excerceremus, siue per passionem adducerent subiectis, siue sine mutatione, & alteratione. Simp. in præd. ch. 67.
 Qualitates omnes passibiles, sensibiles sunt. Ioan. gram. in 1. de ani. tex. 39. char. 18. col. 1.
 Qualitates actiue sunt fortiores in aqua, & igne: passiuæ in aere, & terra. Auerroes de long. & breuit. vit. cap. 1. char. 256. colum. 2.

Quali-

Qualitates actiue duæ sunt, quia virtutes, sine commotione materiæ ad lōinquum agunt, vt calidum a centro ad circumferentiam, frigidum ad centrum. Albert. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 2. char. 116. col. 4.
 Qualitates actiue, & passiuæ elementorum sunt inuicem contrariæ, & suscipiunt magis, & minus. D. Thomas in 2. de gener. & corrup. ex q. de mixt. char. 37.
 Qualitates actiue non agunt solum in virtute propria, sed in virtute formarum substantialium, quæ sunt vt instrumenta. D. Tho. in 7. metaph. l. 8. tex. 32. c. 489.

Qualitas, vt figura, & forma.

Qualitas actu si est, nec perfectiua, nec deprauatiua, ac superficiem occupat, in inanimatis figura, in animatis forma appellatur. Ammo. in præd. c. 85.
 Qualitas diuersa est a figura. Simp. in præd. c. 58.
 Qualitas a figura differt; quia qualitas eandem proprietatem per ipsum vniuersum quale ingerit: figura est terminus extrinsecus magnitudinis, qualitas præcedit magnitudinem, figura est posterior magnitudine. Simplificus in prædica. char. 58.
 Qualitatis quarta species non in figura consistit, sed in figuratōe. Simpl. in præd. char. 32.

Qualitas, vt habitus, & dispositio.

Qualitatis primæ species sūt, habitus, & dispositio, quia homini cōueniunt secundum animam, & corpus, vt virtutes, & sanitas. Alb. mag. in præd. char. 53. col. j.

Qualitates, vt naturales.

Qualitates naturales semper secundum naturam veniunt, insitæq; sunt rebus. Simpl. in præd. char. 60.
 Qualitates naturales, aliæ secundum potētiam sunt, aliæ secundum actum. Simp. in præd. char. 60.
 Qualitates naturales secundum potentiam sunt illæ, quibus dicimur apti ad aliquid faciendum. Idem ibidem.
 Qualitates naturales secundum actum, aliæ sunt quæ in profundo agant: & harum aliæ passionis ope aliquid sensibus ingerunt, vt dulcedo, caliditas: aliæ, quia secundum passionem adueniunt, vt pudore affectus est pallidus: aliæ operantur in superficie, & sunt forina, & figura. Simplificus in prædica. char. 60.

Qualitates, vt aduentitiæ.

Qualitates aduentitiæ extrinsecus perficiunt, & abijci queunt. Simpl. in prædicamen. char. 60.
 Qualitates aduentitiæ sunt habitus, & dispositiones. Simplificus in prædicament. chart. 60.

Qualitates primæ, & vt ad elementa pertinent.

Qualitates primæ insunt omnibus plantis, animalibus, & partibus eorum. Aristoteles meteor. 4. summa prim. cap. 2. text. 2. char. 559.
 Qualitates neutre non possunt esse differentia elementorum. Auer. in 2. de gener. tex. 21. ch. 169. col. 2.
 Qualitas prima tunc absolute dicitur, cum ad simplicia corpora refertur, ceu ignem calidū absolute dicimus, niuem frigidam. In respectu dupliciter dicitur, primo secundum respectum diuersarum qualitatum corporis similis, quæ in eo dominantur, vt sanguis calidus, & humidus. secundo vnius speciei respectu ad aliam in eadem qualitate, vt marem foemina calidiorem esse. Auer. de partib. animal. 2. cap. 2. chart. 70.
 Qualitates primæ sunt actiue, & passiuæ. Auerroes in septimo metaphysic. text. comment. 31. chart. 85.
 Qualitates elementorum sunt signa formarum substan-

tialium in elementis. Albertus magnus in 5. physicor. tract. 1. cap. 4. char. 61. colum. 3.
 Qualitates primæ non sunt formæ elementorum, quia forma substantialis non est nec actiua, nec passiuæ, & quia nihil est forma substantialis vnius, & accidentalis alterius. Albertus magnus in 2. de generat. & corrupt. tract. 2. cap. 7. chart. 74. colum. 1.
 Qualitates primæ sunt in elementis substantiales, alio modo quàm formæ, quia sunt substantiales, vt passiones, quæ fluunt a substantia. ideo sunt accidentia per se elementis, non autem accidens per accidens. Alber. mag. in 2. de generat. & corrupt. tract. 2. cap. 7. ch. 74. col. 1.
 Qualitates primæ sunt causæ elementorum, non vt differunt, & constituuntur suis formis substantialibus, sed vt inuicem transmutantur. ideo iuxta naturam vniuersalium coniugationum istarum qualitatum inuicem contingit esse quatuor elementa. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 116. col. 3.
 Qualitates primæ actiue sex effectus principaliter faciunt, qui sunt, terminare, transmutare, humectare, arefacere, indurare, mollificare. Idem ibidem.
 Qualitates primæ dicuntur potentia, & virtutes eo modo, quo quædam virtutum naturalium est actio, quæ principium est transmutationis in aliud, id est, vt materiam in quoddam aliud mouet. Idem ibidem colum. 4.
 Qualitates primæ habent virtutes substantialium formarum, a quibus mouentur. Albertus magnus de anim. libr. 1. tract. 1. cap. 3. char. 97. col. 3.
 Qualitates primæ non sunt formæ substantiales elementorum, quia formæ substantiales nihil habent contrarium. Contra Alexander in 5. physicor. c. 10. Albertus mag. in prædica. char. 61. colum. 1.
 Qualitates elementales se habent ad virtutem luminum coelestium, vt instrumentum, & non operantur, nisi vt sunt informatæ a luminibus coelestibus: & luminum virtutes se habent, vt instrumenta ad virtutes animæ; & animæ virtutes se habent, vt instrumenta ad virtutes intellectuum coelestium; & virtutes intellectuum coelestium se habent, vt instrumenta virtutis primæ, quæ procedit a causa prima. Albertus magnus de ani. lib. 20. tract. 2. cap. 4. char. 168. col. 3.
 Qualitates primæ, vt sunt simplices, differunt in quinque a seipsis, vt sunt complexionatæ. Primo modo actionis calidi enim simplicis (prout ipsum est) in igne, est vnire, dissoluere, & reducere id, quod agit vsque ad simplicem speciem suam quantum fieri potest: complexionata vero calidum non sic facit, immo digerit, & complet humidum, & terreum, quod est in corpore, & non separatur vnus ab alio, immo depurat vtrunque, quia separatur purum ab impuro. Secundo, in actionis forma differt, quia in simplici, non agit, nisi ad formam ignis; in complexionali mouetur à forma complexionis, & ab anima. Tertio, differt in acumine, & hebetatione actionis, quia in simplici agit quasi recedendo: in complexionali acutè penetrat interiora, eo quod per minima per omnia interiora rei diuisum est. Quarto, differt in actionis diuersitate, quia dissoluendo, decoquendo, & dirigendo, assimilando, terminando, conuertendo, & vniendo agit in complexionato: in simplici autem vnus tantum per se agit, quod est calefacere, & si aliud agit, hoc est per accidens. Quinto, in actionis fine differt, quia simplex in cineres conuertit, cum in terrestrem agit: sed in complexionato finit actiones in speciem carnis, ossis, & nerui, & aliorum membrorum homogeneorū, & idem est in alijs qualitibus primis. Alber. mag. de anima. lib. 20. tr. 2. cap. 4. ch. 168. col. 2.
 Qualitates primæ non sunt formæ substantiales elementorum, quia quod vnus est accidens, alij non potest esse substantia. Alb. mag. in 8. metaph. tr. j. c. 3. c. 134. col. 3.
 Qualitates elementorum consequuntur formas substantiales elementorum, ut effectus causam sequitur. si ergo

fit transmutatio ipsarum qualitatum, fit etiam transmutatio in formis substantialibus. D. Tho. in 2. de gen. & cor. l. 1. tex. 6. ch. 25. col. 1.
Qualitates elementorum proficiuntur a substantialibus formis ipsorum. Idem ibi, l. 4. te. 25. c. 28. col. 1.

Qualitatum proprietates.

Qualitati inest contrarietas, non autem omnibus. Arist. in præd. tract. 2. cap. 4. ch. 83.
Qualitatis hoc est proprium, ut si contrariorum alterum est quale, & alterum sit quale. Idem ibid.
Qualitas suscipit magis, & minus, sed non omnis. Arist. in præd. tract. 2. cap. 4. char. 83.
Qualitatis proprium est simile, & dissimile. Arist. in præd. tract. 2. cap. 4. char. 84.
Qualitas non fit, sed corpus habens qualitatem aliquam. Arist. in 7. metaph. cap. 1. tex. 32. ch. 143.
Qualitates intendi, & remitti aiunt nonnulli Platonici, quam opinionem sentit Porphyrius: alij ut Stoici, non intendi, nec remitti: alij non remitti, nec intendi, sed qui dicuntur quales posse magis, & minus esse. Porph. in prædicamen. char. 24.
Qualitas quædam cum vnaquaque forma existit, quæ cum diuersa a specie sit, semper tamen illi coheret. Dex. in præd. char. 40.
Qualitates, quæ concurrunt, ac in species rediguntur & si sumunt magis, & minus, ipsæ substantiæ tamē, ac species non recipiunt magis, & minus. Simp. in præd. c. 28.
Qualitas incorporea de diuersis differētibus corporibus secundum ipsum dicitur. Simp. in præd. c. 57.
Qualitatis proprium est distinguere substantias inter se, proprium caracterem illis ingerere, atque operationem circa qualem, & caracterem extendere. Simp. in prædicamen. char. 60.
Qualitati contrarietas maxime cognata est. Simp. in prædicamen. char. 74.
Qualitates consideratæ secundum extremam perfectionem non suscipiunt magis, & minus. Simp. in præd. c. 36.
Qualitas ut graue, & leue, locum obtinet, calidum & frigidum non habet locum. Simplic. in 4. physicor. tex. 5. char. 188. col. 1.
Qualitates ideo per vniuersum corpus recipiuntur, non ut qualitates sunt, sed incorporatæ. Io. gram. in 4. phy. tex. 39. char. 83. col. 2.
Qualitates plures transmutabiles non recipiunt magis, & minus. Auer. phy. 8. tex. 24. ch. 164. col. 2.
Qualitates, per quas differunt corpora, & quantitates in suis substantijs non pertinent motui, nec per illas mouentur corpora. Auerroes in 5. metaphysicor. text. commen. 19. char. 60.
Qualitatum omnium solus homo successiuus est. Alber. mag. in præd. ch. 52. col. 4.
Qualitas in genere non habet contrarium. Idem ibid. char. 64. col. 3.
Qualitates cōmunes mutant in esse, & mutant in essentiam. Idem in 1. de gen. & cor. tract. 2. cap. 2. c. 63. col. 4.
Qualitatum excellentiæ corrumpunt animal per se, & non per accidens, quia omnis excellentia sensibilis corrumpit sensum. D. Thom. in 3. de ani. l. 18. tex. 68. c. 68. col. 4.
Qualitas non ponit in numerū proprie cōtra illud, cuius est qualitas. Alex. de ales in 5. metaph. te. 20. c. 75. c. 1.
Qualitas non habet magis, & minus, nisi ut induit rationem quanti. Alexan. de ales in 10. metaphysico. tex. 10. char. 288. col. 1.

Qualitates circa quæ versantur, quid efficiunt, & an substantiæ sint, vel non.

Qualitates indiuiduæ, quæ sensibiles sunt, in indiuiduis substantijs insunt, ac de ipsis prædicantur,

Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 28. char. 51. col. 1.
Qualitate contraria quæ sunt, idem efficiunt, ut frigus, & calor constringunt, id quidem fieri censendum per diuersas vires, quia calor cum nimium humorem absumit, constringit: frigus, quia constipat. Alex. aphrod. probl. 1. num. 129. char. 715.
Qualitates substantiales sunt, quæ explent, ac perficiunt substantias. Porph. in præd. ch. 112.
Qualitates immateriales, & quæ per se se existunt, non sunt qualitates, sed substantiæ. Idem ibid. ch. 24.
Qualitates non sunt substantiales, quæ præsentia, ac sua absentia non corrumpunt substantias. Idem ibidem. char. 12.
Qualitates non tantum circa corpus, sed etiam circa animam considerantur. Ammo. in præd. ch. 93.
Qualitas consideratur in substantijs secundum substantiales differentias, in cæteris autē prædicamentis proprie in vnoquoque proprietatem generis determinando. Simp. in præd. char. 72.
Qualitas est in corporibus diuisibilibus, & cum illis diuiditur, præsertim naturalibus. Simpl. in 1. physic. text. 19. char. 26. col. 1.
Qualitates actiuæ, & passiuæ in his corporibus sunt, quæ sunt in corporibus subiectis, sic agentes, ut minime separantur ab ipsis. Idem in 3. phy. tex. 17. ch. 155. col. 1.
Qualitas omnis in latitudine consideratur, nec est indiuisibilis eius substantia. Ioan. grammat. in 1. de gen. & corrup. tex. 68. com. 118. ch. 85.
Qualitates, quæ secundum eandem rationem primi temperamenti sunt generatæ, non compatiuntur ad inuicem. Idem ibidem.
Qualitates substantiales duæ in elementis duobus in fine non possunt inueniri. Auerro. meteor. 4. tex. 10. char. 214. col. 3.
Qualitates elementorum non solum sunt qualitates, sed substantiales qualitates. Boet. in præd. ch. 143.
Qualitates aeris, & aquæ sentiunt sine medio extrinseco. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 33. c. 29. col. 3.
Qualitates tangibiles non sunt in corporibus cœlestibus per modum, quo sunt in inferioribus corporibus, sed per modum eminentiorem, ut in causa actiua. D. Tho. in 2. de cel. l. 10. tex. 43. c. 40. col. 1.
Qualitatis modum, quo ipsa differentia substantiæ qualitas dicitur, prætermittit Arist. in prædicamentis, quia non continetur sub prædicamento qualitatis, de quo ibi agebatur. D. Thom. in 5. metaph. l. 16. te. 19. c. 361.

Qualitas, ut se habet ad cætera prædicamenta.

Quale, & ad aliquid idem esse non est inconueniens diuersis rationibus, & modis. Arist. in prædicamen. tract. 2. cap. 4. char. 83.
Qualia ordine naturæ relatiua præcedere debent. Ammon. in prædic. char. 83.
Qualificabile duplex: substantiale, & hoc est materia; accidentale aliud, & hoc est subiectum. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 32. ch. 164. col. 1.
Quando substantiæ ad tempus relationem significat. Porph. in prædic. char. 25.
Quando, tempus declarat, vel quod est in tempore, cuius tres sunt species, præsens, præteritum, & futurum. Ammon. in præd. char. 102.
Quando species sunt, quæ habent habitudinem ad temporales mensuras, ut heri, cras, nocturnum, hodiernū, hodie, olim, nuper, hoc anno, iam, nondum. Simplic. in prædicamen. char. 90.
Quando significat præteritum tempus, & quod est in tempore. Simp. in prædic. char. 93.
Quando est habitudo rei ad tempus determinatū, quod consequatur inuentionem rei, cuius, & quantum est pars. Auer. epit. in log. ch. 342. col. 4.

Quando

Quando dictione vtuntur aliquando in interrogatione duorum finium inuentionis rei. Auer. ibid.
Quando prouenit non a tempore, sed a temporis adiacentia. Alb. mag. in præd. c. 58. col. 1.
Quando, ut est prædicamentum, est id, quod in eo, quod tempore, vel alia duratione mensuratur, ex mensurante duratione relinquitur in eo, quod sic mensuratur. Alb. mag. in 6. princ. c. 71. col. 2.
Quando, differt ab vbi, quod quando, & tempus, ut est numerus, sunt in eodem, ut in subiecto; vbi vero, & locus, a quo, ut a causa fit vbi nunquam sunt in eodem, ut in subiecto. Alb. mag. ibid. c. 72. col. 1.
Quando, quod est tempore relinquitur, ut in proprio subiecto est proprie in omni, quod incipit esse. Albert. mag. in lex princip. char. 72. col. 4.
Quandros lapis est, qui inuenitur aliquando in cerebro vulturis, contra omnes nocuos casus, & replet mammillas lacte. Albert. Magn. in 2. de mineral. ex tract. 7. cap. 15. char. 141. colum. 3.

Quanti diuisio.

Qantum, aliud discretum, aliud cōtinuum, & aliud ex habentibus positionem ad se inuicem in ipsis partibus: aliud ex non habentibus positionem. Arist. in prædicamen. tract. 2. cap. 2. char. 67.
Quanta, alia sunt per se quanta, ut oratio, numerus, linea, superficies, corpus, locus, & tempus. alia per accidens ad supradicta aspicientes, ut multum, quia superficies multa: & sic de alijs. Arist. in prædicamen. tract. 2. cap. 2. char. 69.
Quanta, alia secundum se sunt quanta, ut linea: alia secundum accidens, ut musicum. Arist. in 5. metaphysic. cap. 13. tex. 18. char. 103.
Quanta secundum se, alia secundum substantiam sunt, ut linea, quia in definitione quantum quid existit; alia sunt, ut passiones, & habitus huius substantiæ, ut multum, paucum, productum, breue, latum, strictum, profundum, humile, graue, leue, & alia talia. Aristot. in 5. metaph. cap. 13. t. 18. char. 104.
Quantitates secundum accidens, alia sunt quanta, quia quanto alicui insunt, ut musicum, & album; alia ut motus, & tempus. hæc enim quanta quædam continua; dicuntur, quia illa sunt diuisibilia, quorum sunt passiones, non quia ipsa mouentur, sed propter magnitudinem, quæ sunt natura, quia magnitudo est quanta, ideo motus est quantus: & propter motum, & tempus quantum est. Arist. in 5. metaph. c. 13. te. 18. c. 104.
Quantitas, alia coniuncta, alia disiuncta. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
Quantitas, alia modi est, alia numeri. Them. in 3. phys. char. 32. tex. 63. col. 2.
Quantitas, quod indigeat substantia, non videtur ratio manifesta, maxime de discreta, & continua: licet videamus in eius speciebus esse corpus. Auer. in epito. metaph. tract. 2. char. 172. col. 2.
Quantitas æquiuoce dicitur de quantitate dimensionis, & de quantitate virtutis. Alb. mag. in prædic. c. 48. c. 1.
Quantum in essentia consistens duplex est; primo secundum quantitatis essentiam, & constitutionem eius, quod est quantum, vel quantitas; secundo est secundum esse specificum, & rationem, non secundum id, quod est quantitas, & dans nomen, & definitionem quantitatis: & hoc non est quantum, sed potius quantitatis ratio, & natura, & sic simplicitate sua accepta est vniuersale. Alb. mag. de prædic. char. 7. col. 3.
Quantitatis consideratio duplex est, vel ut ratio simplex, vel ut terminus corporum physicorum. Primo modo dupliciter: vel secundum simplicem intensionem quantitatis, cuius communitate clauditur omnis interior quantitas, & sic logici quantitatem considerant; vel

vel ut multiplicabilis ab vnitatem, & ut terminabilis a linea in continuo, & sic mathematici eam considerant. Secundo modo sumitur, ut est terminus corporum physicorum, quæ omnia determinatam habent rationem suæ magnitudinis. & ideo si illam attingunt, sunt perfecta in augmento, & si sunt circa illa, sunt imperfecta, & diminuta, & sic perfectio, & imperfectio secundum quantitatem circa idem in physicis debet fieri, & huius ratione in quantitate est contrarietas. Alber. mag. in 5. physic. trac. 1. cap. 8. char. 63. col. 1.
Quantitates duæ omnes sunt commensurabiles, quarum proportio est ad inuicem, ut proportio numeri ad numerum. At quæ non se habent, ut numerus ad numerum, incommensurabiles sunt. Alexand. de Ales in 1. metaph. char. 11. col. 1.

Quantitatis species.

Quanti species sunt magnitudo, & multitudo: cōtinuum, & discretum, differentia. Simplic. in prædicamen. char. 31.
Quantitas in linea, superficie, & corpore vna, & eadem in omnibus est, significata per modum subiecti in primo modo per se, & per modum passionis in secundo modo per se. Alex. de Ales in 5. metaphysic. text. 18. char. 134. colum. 3.
Quantitatis nomen primaria intentione dicitur de fundamento, secundario de re fundata super illo fundamento. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. c. 135. col. 2.

Quantum quid est, & ut finitum.

Qantum dicitur, quod est diuisibile in eis, quæ insunt, quorum vtrunque, aut singulum vnum quid, & hoc aliquid aptum est esse. Aristotel. 5. metaphys. 13. tex. 18. char. 103.
Quantum, si est numerabile, dicitur multitudo: si mensurabile, magnitudo. Arist. 5. meta. c. 13. tex. 18. c. 103.
Quanti passiones sunt magnum, & paruum, maius, & minus, tam secundum se, quam ad inuicem, & ad alia quoque; transferunt. Arist. 5. metaph. c. 13. tex. 18. c. 104.
Quanti terminus indiuisibilis est. Simplic. in prim. phy. tex. 19. char. 26. col. 1.
Quantitatis id est particeps, quod in plures partes diuiditur. Simp. in pri. phy. tex. 28. c. 41. col. 2.
Quantitas est omnis res possibilis, quæ monstratur per partem sui, vel per quantitatem, quæ æqualis parte sui est, & ipsius sunt septem species; numerus, corpus, superficies, linea, oratio, tempus, & locus. Auer. in epit. in logic. char. 342. colum. 2.
Quantitas non est de potentijs actiuis, sed sequitur potentias actiuas, & earum operationes. Auer. in phy. 4. tex. 84. char. 79. colum. 3.
Quantitas tortuosa est contraria quantitati rectæ. Auer. phy. 5. tex. 43. c. 107. col. 3.
Quantitates æquales esse non possunt, nisi rectæ inuicē, & circulares inuicē. Auer. phy. 7. tex. 29. c. 150. c. 3.
Quantitas est diuisibilis essentialiter, qualitas per accidens, quia est in quanto. Auer. 3. de celo. tex. 7. c. 83. col. 1.
Quantitas est genus æquiuocum ad numerum, lineam, & superficiem. Auer. in pri. metaph. tex. co. 46. ch. 14.
Quanta per accidens non dicuntur quanta, nisi illud, in quo sunt, sit quantitas per se. Auer. in 5. metaphysic. tex. com. 18. char. 59.
Quantitatis, & qualitatis, ut prædicamenta sunt, species, hic declarare Aristotel. non intendit, sed solum numerare intentiones, quas significant hæ dictiones, quantitas, & qualitas. ideo incipit hic a qualitate, quæ est substantia. Auer. in 5. metaph. tex. co. 19. c. 59.
Quantitas non habens sitū non assimilatur non habenti situm. Auer. ex def. def. disput. 1. c. 14. col. 2.

Quantitas

Quantitas diffinita est, quæ alicuius termino numeri coercetur. Boet. in præd. c. 151.
 Quantitas illud est, quo mensurante redditur quantitas, discretorum numerus est talis. Albert. mag. in prædic. char. 42. colum. 3.
 Quantitas non est vniuoca oibus speciebus quantitatis, nisi logice loquendo. Alb. mag. in poster. ch. 181. col. 4.
 Quanti extenso est a forma. Alb. mag. in 3. phys. trac. 2. cap. 13. char. 38. col. 4.
 Quantitas ideo probatur esse finita, quia tempus finitum est. Alb. mag. in 1. de celo. tract. 2. cap. 8. char. 12. col. 4.
 Quantitas nulla diuisibilis nota, nisi per suam mensuram primam. Alb. mag. in 5. metaph. tr. 1. c. 10. c. 103. col. 1.
 Quantitas dicitur ex hoc, quod est mensura substantiæ. D. Thom. 9. physic. lect. 1. tex. 1. char. 628.

Quantitatis proprietates.

Quanto nihil est contrarium. Aristot. prædic. tract. 2. cap. 2. char. 69.
 Quantum non suscipit magis, & minus. Arist. ibid. c. 21.
 Quanti proprium maxime est, quod dicitur æquale, & inæquale. Arist. prædic. tract. 2. cap. 2. char. 71.
 Quantum vniuersale non generatur, sed ea, quæ sunt similia partium, adueniente aliquo quanto. Arist. 1. de gener. & corrupt. su. 2. cap. 4. tex. 40. char. 402.
 Quantitati præfinitæ nihil est contrarium. Por. in pd. c. 13.
 Quantitati inest contrarietas per solum locum, quod nõ opinabatur Herminus. Porph. in prædic. char. 16.
 Quantum omne hoc habet, vt quæ additionem, & ablationem suscipiunt, excedentia cum sint, & deficientia, in ipsis sunt fugienda: æquale vero, & commensuratum, & medium expetendum, in quo est virtus. Alex. Aphrod. in 4. natur. q. cap. 27. char. 22.
 Quantitatem esse quantum non est absurdum tanquam ipsimet id præbeat, quod aliis impartitur. Simplic. in prædicamen. char. 33.
 Quantum omne est vt mensuratis, & vt quod mensuratur. Simplic. ibid.
 Quantitas non suscipit magis, & minus, quia alia quanto mensurantur. Simplic. in præd. c. 38.
 Quantum est mensurabile. Simplic. in prædic. char. 39.
 Quanto insunt excessus, & defectus, quæ in ad aliquid considerantur, ideo post quanti prædicamentum, de ad aliquid verba fiunt. Simp. in prædic. char. 41.
 Quantum, vt quantum, non suscipit magis, & minus, sed quæ quanto accidunt non vt quanta, sed vt qualia suscipiunt magis, & minus. Simp. in præd. c. 46.
 Quanta omnia mensurantur ab iis, quæ sunt in ipsis habentia rationem minoris, & minimi. Simplic. in prædicamen. char. 60.
 Quantitas per se subsistit. Ioan. Grammat. in 4. physic. char. 86. colum. 3.
 Quantitas subiecti si est diuersa, diuersa est eius passio necessariò. Auer. phy. 7. tex. 33. c. 151. col. 4.
 Quantitatis solius est magis, & minus, ideo potentia incorporæ non possunt intelligi, vt vna sit maior altera. Auer. physic. 8. tex. 78. char. 194. col. 2.
 Quantum vt est terminus motus, in quo est motus, non mouet, nec mouetur. Albert. Magn. in 5. physicor. tract. 1. cap. 1. c. 60. col. 1.
 Quantitas vt ens, non habet contrarium, tamen vt est terminus natura constantium, & ratio magnitudinum eorum, habet contrarium. Alb. mag. in 1. de generat. & corrupt. tract. 2. cap. 5. char. 64. col. 1.
 Quanti omnis additio non facit augmentum, vt augmentum est motus ad perfectam quantitatem animalium: nam febricitantibus, & extenuatis, & si restituitur pinguedo, & quantitates, tamen non augmentatos esse dicimus. Albert. Magn. de nutriment. & nutriment. tract. 2. cap. 1. char. 56. colum. 1.

Quantitati non conuenit proportio, in quantum est quantitas, sed in quantum est comparata alteri quantitati secundum quandam proportionem. D. Thom. in poster. char. 85. col. 4.
 Quantitatis indiuisibilia duo, vt duo puncta simul conuenientia non sunt nisi vnum. D. Thom. in 4. phy. lec. 2. tex. 9. char. 46. colum. 2.
 Quantitati tantum proprie competit mensurare. D. Thom. in 4. physic. lect. 20. tex. 119. col. 3.
 Quantitatis motus accipitur secundum spatii quantitatem. D. Tho. in 6. phy. lec. 9. tex. 66. c. 100. col. 4.
 Quantum quod non est, pertransiri non potest. Alex. de Ales 11. metaph. char. 321. col. 1.
 Quantitas materiæ assimilatur. Alexand. de Ales in 7. metaphys. tex. 39. char. 225. colum. 2.
 Quantitas non est susceptibilis contrariorum, nec naturalis potentia, sed sunt media, quibus substantia est susceptibilis contrariorum. Thom. de Vio in prædicamen. char. 53. colum. 1.

Quantitas ut continua.

Quantum continuum est, vt linea, superficies, corpus, locus, & tempus. Aristot. prædicam. tract. 2. cap. 2. char. 67.
 Quantitas coniuncta alia mobilis, alia immobilis. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
 Quantitas mobilis alia semper mouetur, alia semper moueri non potest. Ammon. in Porph. 2. char. 2. col. 4.
 Quantitas coniuncta, & quæ agitari non potest, est terra, in qua Geometra laborat. Ammon. in Porphyr. char. 2. colum. 4.
 Quantitas cohærens, & quæ semper mouetur, est cœlum, in cuius cognitione Astrologia versatur. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
 Quantorum continuorum, si vna pars mouetur, omnia mouentur, discretorum non item. Boet. in prædicamen. char. 246.
 Quantitas continua, & habens positionem fluit a puncto, vt ab indiuisibili corporali principio. Alb. mag. in prædic. char. 42. col. 3.
 Quantitas continua si diuiditur secundum eandem proportionem, erit procedere in infinitum, vt sic accipitur tertium totius, & tertium tertij, sic deinceps. Sed tamen partes acceptæ non erunt æquales secundum quantitatem: sed si fiat diuisio per partes æquas, non proceditur in infinitum, etiam si solum corpus mathematicum consideretur. D. Thom. in 1. physic. lect. 9. tex. 37. char. 8. col. 2.
 Quantitates continuæ non resoluuntur in aliquod indiuisibile. Thom. de sens. & sens. lect. 7. char. 8. col. 4.
 Quantitatum duarum continuarum medium omne indiuisibile est. Tho. de sens. & sens. lec. 19. char. 24. c. 1.
 Quantitates continuæ non semper sunt commensurabiles, quia dantur duæ quantitates, quæ vna communi mensura mensurari non possunt, vt diameter & costâ. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. char. 141. col. 2.
 Quantitas cõtina de ratione sui corrumpit qualitatem. Alex. de Ales 7. metaph. tex. 39. char. 225. col. 2.
 Quantitas continua non est cognoscibilis perfecte, nisi in quantum est resoluibilis ad discretam. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 2. char. 278. col. 4.
 Quantitas continua non est inseparabilis a materia. Alex. de Ales 10. metaph. tex. 97. char. 296. col. 3.

Quantitas ut discreta.

Quantum discretum est, vt numerus, & oratio. Arist. prædic. tract. 2. cap. 2. char. 67.
 Quantitas discreta est illa, in qua communem terminum sumere non licet, ad quem partes inter se cohæreant.

hæreant. Porph. in prædicamen. char. 14.
 Quantitas disiuncta, alia per se est: alia in ijs, quæ cum alio comparantur, deducta est. Ammon. in Porphyr. char. 2. colum. 4.
 Quantitas disiuncta alia est per se; alia, quæ cum alio comparatur. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
 Quantitas disiuncta per se est illa, circa quam Arithmetica versatur. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
 Quantitas disiuncta ad aliud est affectio sonorum inter se mutua, in qua armonia cernitur, cuius est numeris petenda est cognitio, & in qua versatur Musica. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
 Quantitas disiuncta est, cuius partes nullo communi termino copulantur. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
 Quanta discreta sunt, quæ non habent positionem, aut non omne, quod non habet positionem, descriptum est. Simplic. in prædic. char. 31.
 Quantitas discreta habens ordinem in partibus loco positionis, vt numerus deriuat ab vnitatem, vt a suo descriptionis essentiali principio. Albert. Magn. in prædic. char. 42. colum. 3.
 Quantitas discreta differt a continua, quia omnes quantitates discretæ commensurabiles sunt: quantitates vero continuæ licet diuisibiles sint, non semper commensurabiles sunt, quia non est mensuratio in continuo, nisi per discreta, vt continuum resoluuntur in discreta. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 11. col. 2.
 Quantitas omnis mathematica reducitur ad discretam, & continuam, & discreta super continuam quandam primitatem habere videtur, quia simplicius prius est composito. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 17. col. 3.

Quantitas, vt habet positionem.

Quantum, cuius partes positionem inuicem habent, sunt linea, superficies, corpus, & locus. Arist. præd. tract. 2. cap. 2. char. 68.
 Quantum, cuius partes positionem non habent inuicem, sunt numerus, oratio, & tempus. Arist. ibid.
 Quantitas, vt habeat positionem, tria requiruntur: primo locus vbi sunt sitæ partes: secundo partes, quæ non euanescent: tertio mutua partium continuitas, quæ tria si non habent, ordinem habere possunt, nõ autem positionem. Porph. in præd. c. 15.
 Quantum quod habet positionem tria hæc habere non debet, vt sit in loco, vt inexistant eius partes omnes, & vt partes sint connexæ: sed tantum duas condiciones vltimas, non autem debet esse in loco. Simplic. in prædicamen. char. 33.
 Quanta, quæ habent positionem, continua sunt: quæ autem continua sunt, omnia non habent positionem. Simplic. in prædic. char. 131.

Quantitates unde, & ut variè considerantur.

Quanti essentiam constituens duplex est: primo secundum quantitatis essentiam, & constitutionem eius, quod est quantum, vel quantitas, secundo secundum esse specificum, & rationem, nõ secundum quod est quantitas, & dans nomen, & definitionem quantitatis; & hoc non est quantum, sed potius quantitatis ratio, & natura, & si simplicitate sua accepta est, vniuersale est. Alb. mag. in prædic. char. 7. col. 3.
 Quantitas omnis fluit ab indiuisibili. Quod est falsum, vt colligitur ex 2. phy. in prim. & prim. de gener. 7. 8. Alb. mag. in poster. char. 199. col. 3.
 Quantitas omnis ab indiuisibili procedit, & tria sunt indiuisibilia, vnitas, punctum, & nunc. Alber. Mag. in 3. phy. trac. 2. cap. 11. c. 38. col. 3.
 Quantitatem considerat mathematicus, quæ non est forma sequens transmutabile corpus, vt transmutabile,

sed potius corpus, vt corpus; sed naturalis nõ sic eam considerat, sed potius, vt non separatur a transmutabili corpore, vt est mutabile, quod considerat quantitatem, non vt quantitas est, sed vt est terminus magnitudinis augmenti, vel diminutionis, aut vt est dispositio mobilis localiter. Albert. magn. in prim. de anim. tract. 1. cap. 7. char. 3. col. 2.
 Quantum non componitur nisi ex quantis. Alber. Mag. in 5. metaph. trac. 3. cap. 5. c. 109. col. 3.
 Quantitas quidquid est formaliter est per se quantitas. Alexand. de Ales 5. metaphysicor. tractat. 7. capit. 5. char. 109. colum. 3.

Quantitates, ut se habent ad cætera prædicamenta.

Quantitates si considerantur tali, vel tali præditæ figura, sub qualitate cadunt: si quatenus rectæ, aut curuæ, sub quantitate. Porph. in prædic. char. 23.
 Quantitas statim post substantiam primum obtinet locum, quia vnumquodque simul atque est, vel vnum est, vel multa, quæ sunt quantitates: & quia de ipsa in capite de substantia actum est, tum etiam, quia dempta a substantia quantitate, & cætera accidentia auferuntur: si remanet quantitas, adhuc substantia est. Porph. in prædicam. char. 14.
 Quantum post substantiam merito primum locum tenet, tum quia de ipso mentionem in substantia fecit, tum etiam quia corpus sine quanto, nec animo quidem completi potest. Ammon. in prædic. char. 54.
 Quantitas aduenit substantiæ ex parte materiæ non ex parte formæ, immo forma substantialis aduenit materiæ secundum ordinem naturæ ante quantitatem. Cuius contrarium tenet Aucr. cap. 1. de substantia orbis, de quantitatibus interminatis. Albert. magn. in prædicam. char. 46. col. 2.
 Quantitas prædicat ens in alio, per quod ipsa subiicitur, & substat multis aliis accidentibus. Alb. Mag. in prædicamen. char. 58. colum. 1.
 Quantitas quandam prioritatem habet respectu qualitatis sensibilis, & ideo sicut prius potest abstrahi a posteriore, & intelligi præter posterius, ita quantitas potest abstrahi a qualitate sensibili, & præter illam intelligi. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 1. col. 4.
 Quantitas aliter respicit motum, & aliter tempus, quia de essentia motus non est, vt sit quantitas, & de ratione entis in potentia non est, vt sit quantitas, sed quia est quædam tendentia ad perfectum actum, & quia potest esse in re, quæ habeat partem extra partem, ideo sortitur naturam generati: ideo per accidens potest esse quantum. Alexand. de Ales in 5. metaphysic. tex. 18. char. 135. col. 4.
 Quantitas differt ab alijs prædicamentis absolutis, vt substantia, & qualitate, quia in prædicamento quantitatis reperitur realitas, & modus in alijs, licet non reperitur ista realitas, nisi per accidens, reperitur tamen modus quantitatis. Alexand. de Ales in 5. metaphysic. tex. 20. char. 143. col. 4.
 Quantitas inter omnia prædicamenta maxime habet rationem subiecti. Alex. de Ales in 7. metaphysicor. tex. 39. char. 225. colum. 1.
 Quercus putridæ, cornu, capita piscium, squammæ, & oculi videntur in tenebris, vt lucentia, & in lumine, vt colorata, & ideo in tenebris videntur, quia habent in sua compositione aliquid lucis, in quantum lucidum ignis, & diaphanum aeris, & aquæ non est totaliter in eis comprehensum per opacum terræ, & quia lumen est modicum, ideo ad præsentiam maioris occultatur. D. Thom. in 2. de anima. lect. 15. tex. 72. char. 35. colum. 4.
 Quid est & propter quid responso de causis non est eadem respoasio; quia quod respondetur in responsionibus

nibus quid est, sunt causæ, & formæ: quod respondetur in responsione propter quia, sunt extrinsecæ, & quæ maxime conuenit ex ipsis est causa finalis, & agens in aliquibus rebus. Auer. in poster. l. 2. cap. 1. tex. 6. char. 200.

Quid est, & propter quid est sapientis quærentis intentio una, & eadem est. Auer. in posterior. 2. cap. 1. tex. 6. char. 200.

Quid ab Aristotele quatuor modis diffinitur: primo, quod iudicatum est per definitionem: secundo, ut principium satisfaciens ad quæstionem propter quid: tertio, quod est causa materiæ: quarto, quod non est elementum, sed aliquid præter elementum. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 59. char. 241. col. 4.

Quid est, & quomodo supponere oportet de subiecto. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 315. col. 1.

Quidditates si sunt separatæ ab eo cuius sunt, nec est scientia nec erunt entia. non scientia, quia ideo scitur scientia, quod illius quod est erat esse scitur: nec ens, quia quidditas cuiuslibet est separata a quomodo habet, & idem bonum, & non bonum esset. Aristotel. 7. metaph. cap. 5. tex. 20. char. 135.

Quidditas ab Aristotele aliud appellatur, & aliud ratio, vel diffinitio: nam quidditatem vocat rem ipsam, eiusque naturam coniunctam, & complicatam, ac simul intellectam, quæ nomine ipso significatur: diffinitionem vero intellectum, qui partibus, ex quibus forma consistit, explicandis, recensendisque percipitur, & in hoc differt a diffinitione, quod illa est confusa quædam intellectio, & quasi dictio, quæ rem velut unam contemplatur: diffinitio vero est explicatio quædam rei, & partium eius enarratio. Alexan. Aphrod. in 6. metaph. vel secundum Latin. 7. com. 7. c. 184. col. 2.

Quidditas nihil aliud est quam omnis indiuidui in vnaquaque specie substantia. Alex. Aphrod. in 6. metaph. vel secundum Latin. 7. com. 9. char. 186. col. 2.

Quidditas, quæ non est, nec quidditatem habet, est pura priuatio. Auer. 3. de anima. tex. 36. char. 178. col. 2.

Quidditas nec pure æquiuoce, nec pure uniuoce dicitur de materialibus, & separatim. Auer. 3. de anima. tex. 36. char. 178. col. 2.

Quidditas, & materia non generantur nisi per accidens, sed formæ, & materia corrumpuntur, ut sunt partes indiuidui singularis. Auer. in epito. metaph. tract. 2. char. 137. colum. 3.

Quidditas a primo non aufertur, sed non in modo cauatorum. Auer. ex destr. destr. disput. 9. char. 44. col. 3.

Quidditas rei est res ipsa, cuius est quidditas, est falsum, sed est verum, si quidditas rei non est aliud a re, cuius est quidditas, & quidditas rei est eadem rei, cuius est quidditas. Albert. magn. in 7. metaphys. tract. 2. cap. 1. char. 124. colum. 1.

Quidditas, & cuius est quidditas, non differt in ideis. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 21. col. 3.

Quidditas, & id, cuius est quidditas, in re sensibili differt. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 21. col. 3.

Quidditas secundum Aristotelem est separata secundum rationem, secundum Platonem est separata secundum rem. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 29. col. 1.

Quidditas non est res, sed ratio rei. Alexand. de Ales. in 7. metaph. tex. 21. c. 203. col. 3.

Quidditas est principium eius, quod quid est. Alexand. de Ales in 7. metaph. tex. 21. c. 204. col. 3.

Quidditas puram formam demonstrat. Alexand. de Ales in 7. metaph. tex. 21. c. 704. col. 4.

Quidditas in vnaquaque re est sua perfectas, & suus principalis intellectus, & sua essentia. Alexand. de Ales in 7. metaph. tex. 21. c. 205. col. 1.

Quidditas rei semper est in illo, cuius est quidditas. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 28. c. 213. col. 3.

Quidditas & cuius est quidditas, in separatim a materia

est idem, si de primo intelligimus, in quo nulla est compositio. si autem in angelis, non est idem, quia in eis est essentia limitata. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 41. char. 226. col. 3.

Quidditas rei non concludit, nisi, quod est de perfectate rei, & quia includit principia rei non omnia, sed formalia, & rationes. Alexan. de Ales in 7. metaph. tex. 41. char. 226. col. 3.

Quidditates sensibiles tractantur in hoc septimo, & in octauo: in 12. vero de separatim. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 59. ch. 239. col. 2.

Quidditas est actus entis in actu. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 319. col. 3.

Quidditas & cuius est quidditas, non differunt in separatim a materia. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 321.

Quidditas est obiectum intellectus contemplatiui, quæ quidditas secundum suum esse materiale differt a sua scientia secundum esse intelligibile; & idem est, quod conceptus de re. Alexan. de Ales in 1. metaphys. tex. 51. char. 351. colum. 4.

Quiescere quid est & quæ quiescunt.

Quies est immobilitas illi, cui inest motus. Arist. phy. 3. sum. cap. 5. tex. 16. ch. 57.

Quies est contraria motui, quare priuatio erit susceptiui. Arist. phy. 5. cap. 3. tex. 20. l. 30.

Quiescere dicitur id, quod similiter se habet, & ipsum, & partes nunc, & prius. Arist. phys. 6. sum. 2. cap. 2. tex. 30. chart. 155.

Quies nec motus fit in impartibili, in quo enim est moueri, in eodem est quiescere. Arist. phy. 6. sum. 4. cap. 4. tex. 70. chart. 168.

Quiescere est, quando, & in quo aptum natura est moueri, non mouetur id, quod aptum natura est. Arist. phy. 6. sum. 4. cap. 4. tex. 7. ch. 168.

Quiescere tunc dicimus, cum in alio, & alio nunc verum est dicere, quod in eodem, & ipsum, & partes sunt. Arist. phy. 6. su. 4. cap. 4. tex. 72. ch. 168.

Quiescere omnia dicere, & huius quærere rationem, est infirmitas intellectus. Arist. phys. 5. summ. 2. cap. 1. text. 24. chart. 202.

Quiescere omnia semper est impossibile, & etiam impossibile est omnia moueri semper. Arist. phy. 8. sum. 2. cap. 1. tex. 26. char. 205.

Quies est motus priuatio. Arist. phys. 8. sum. 3. cap. 3. tex. 71. char. 233.

Quiescere omnia qui dicunt, falsum dicunt, & etiam qui omnia moueri dicunt, falsum dicunt. Arist. 4. metaph. cap. 5. tex. 29. char. 83.

Quies est summum remedium membri affecti. Ale. aph. probl. 1. nu. 143. char. 720.

Quiescunt ea, quæ cum quiescunt, possunt tamen moueri. The. in 6. phy. tex. 30. ch. 50. col. 2.

Quiescunt sola ea, quæ nata sunt moueri. Simp. in 4. phy. tex. 118. ch. 171. col. 1.

Quies omnis media est inter duos motus, quos per se mensurat, & primus nunc est terminus prioris motus, & posterius principium secundi, spacium medium, quod intercedit, quod ex accidenti mensurat spacium quietis intermediæ, quando contingit quietem esse inter duos motus. Simpl. in 4. phys. tex. 118. char. 271. col. 1.

Quies est priuatio motus, & motus non est priuatio quietis, quia primariæ naturæ est motus causa, cum sit actus, sed priuationes sunt absentie habituum, & actionum, & quies non est status actus. Simpl. in 5. phys. char. 311. col. 2.

Quies non solum intelligenda est ea, quæ contra motum diuiditur, sed etiam ipsa statio est immobilitas, cum natura non solum sit causa quietis, quæ motui succedit,

succedit, sed est cuiuscunque, quod semper manet, atque immobile est, ut de centro circuli, & polis dicere solemus. Io. gram. in 2. phy. c. 30. col. 4.

Quies, quæ semper est motu nullo interrupta immobilitas est. Psel. in 5. phys. char. 48.

Quiescit illud, quod iam dudum laborare, vel mouere destitit. Psel. in 6. phys. c. 55.

Quies est operatio, nam quiescendo viuimus, & vita operatio est, ergo quies est operatio. Eustr. vel Mich. Ephel. 10. ethic. cap. 4. c. 196.

Quiescens quiescit propter similitudinem continentis, & mouetur propter priuationem similitudinis inter ipsum, & continens, & hoc erit cum mouetur in continente. Auer. in phy. 4. tex. 4. c. 66. col. 4.

Quies in termino a quo est contraria motui, quies vero, quæ est in termino ad quem, est motus perfectio. Auer. phys. 5. tex. 54. char. 110. col. 3.

Quiescere est, cum aliquid sit secundum omnes suas partes in eodem statu. Auer. phy. 6. tex. 74. c. 134. col. 1.

Quiescens est omne, quod est in longitudine sibi æquali actu, non autem potentia. Auer. phys. 6. tex. 76. char. 135. colum. 1.

Quies animalis in somno est quies perfectissima, quæ in post motum, & expergefactio a somno est perfectissima motus, qui fit post quietem perfectam. Auer. phy. 6. tex. 20. c. 161. col. 4.

Quiescere omni impossibile est. Auer. phys. 8. sum. 1. cap. 1. tex. 25. char. 204.

Quiescit in contraria id, quod mutatur. Auer. phys. 8. sum. 3. cap. 2. tex. 62. char. 226.

Quietes duas comprehendere medium fingunt, impulsa scilicet stiles, & diastiles. Auer. 8. phys. tex. 65. char. 185. colum. 1.

Quiescens accidentaliter non est nisi propter quiescens naturaliter, siue essentialiter. Auer. 2. de celo. tex. 14. char. 49. colum. 1.

Quies est finis motus. Auer. 2. de celo. tex. 92. c. 74. col. 2.

Quiescendo effectus ex operante augentur, & ideo, quæ fiunt, indigent quiete, dum fuerint in locis suis propriis. Auer. meteor. 4. tex. 10. c. 214. col. 4.

Quiescere motu naturali nihil potest, nisi quod est aptum moueri. Albert. Magn. in 2. phys. tract. 1. cap. 3. char. 16. colum. 4.

Quies differt a natura, in qua quiescit, quia quies nil aliud est, quam motus priuatio ab eo, quod natum est moueri, & quando, & quomodo motum est moueri: natura autem, in qua fit huiusmodi quies, est natura sistens motum, & quiescens. Albert. Mag. in 5. phys. tract. 1. cap. 9. char. 63. col. 4.

Quies non est pure priuatio, sed est ens, & illæ, quæ sunt in contrariis, sunt contrariæ. Alber. Magn. in 5. phys. tract. 3. cap. 6. char. 67. colum. 1.

Quies non est negatio motus, sed priuatio. D. Tho. in 4. phy. l. 10. tex. 117. c. 68. col. 2.

Quies est priuatio motus in illo subiecto, quod est aptum natum suscipere motum. Alexand. de Ales in 1. metaph. char. 329. colum. 1.

Quiescere est eodem modo se habere nunc, & prius. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 6. c. 81. col. 3.

Quies, ut se habet ad motum, & tempus.

Quies omnis in tempore est. Arist. phys. 3. sum. 3. cap. 6. tex. 118. char. 115.

Quiescere aliquid tempore infinito, postea motum esse aliquando, & huius nullam esse differentiam, quare nunc potius, quam prius, nec aliquem ordinem habere, non est opus naturæ. Aristotel. phys. 8. sum. 1. cap. 2. tex. 15. char. 298.

Quiescentis robur debet esse proportionale robori mouentis. Arist. de anima. motu. cap. 2. char. 81.

Quies alio modo mensuratur, à tempore, quam motus nam quietem per se mensurat tempus, motum per accidens. Them. in 4. phy. tex. 11. c. 44. col. 1.

Quies opponitur motui, ut priuatio: non proprie ut contraria, quia non est species, ut motus, sed est absentia motus. Simp. in 5. phy. tex. 58. c. 324. col. 2.

Quiescit nihil in ipso nunc. Auer. phys. 6. su. 2. cap. 2. tex. 29. char. 154.

Quiescens a motu per cessationem alterius a motu mouetur ab alio. Auer. phys. 7. tex. 2. char. 140. col. 2.

Quietem cadere inter motus contrarios intelligendum est tantum cum eodem moto, quod mouetur duobus motibus contrariis habentibus principium, & finem, non in motibus successiuis, qui sunt in pluribus motibus. Auer. 8. phy. tex. 62. c. 183. col. 2.

Quies non refertur ad tempus, nisi gratia motus, eo quod est motus priuatio. Alber. mag. in 4. phys. tract. 3. cap. 7. char. 59. col. 1.

Quies existens cum contrario motu in eodem non impedit ipsum. Alber. magn. in 5. phys. cor. tract. 3. cap. 8. char. 68. colum. 2.

Quies non intercipitur in motu continuo. Alexand. de Ales in 1. metaph. char. 328. col. 1.

Quies ut uiolenta.

Quies uiolenta illa est, quæ est alicuius præuolentis, ut motus uiolentus est vi mouentis. Simpl. in phys. tex. 61. char. 326. col. 2.

Quies ut consideratur, & ut opponitur.

Quietes, quæ in contrariis sunt, ad inuicem contrariæ sunt. Arist. phy. 5. su. 3. cap. 2. tex. 54. c. 140.

Quiescere dicebamus id, quod natum est natura moueri, & non mouetur, cum natum aptum est natura moueri, & non ubi, & quo pacto. Arist. phys. 6. sum. 2. cap. 5. tex. 29. char. 154.

Quietes opponuntur mutuò, quæ in contrariis locis sunt, & qualitatis & quantitatibus, ut sursum deorsum, quies in albo, quies in nigro, in sanitate, ei, quæ est in morbo. Simp. in 5. phy. tex. 58. c. 326. col. 1.

Quies alia transumptiua, ut poli sunt quiescentes, & vera in eis, quæ nata sunt moueri essentialiter. Auer. in phys. 4. tex. 118. char. 89. col. 1.

Quies dupliciter consideratur: primo, ut priuatio motus, & ut finis, in quo quiescit motor a mouendo, & mobile a motu. Alb. Mag. in Topic. char. 249. col. 1.

Quies non dicit formam positiuam circa corpus, sed potius priuationem, quæ non intelligitur nisi per habitum. Albert. magn. in 1. phys. tract. 1. cap. 3. ch. 2. c. 1.

Quinarius inuictus a Pythagoricis appellatur, quia in rectangulis triquetris, quæ latera primum diuisibilia continent. laterum angulum rectum completentium, alterum est trium, alterum quatuor. bases vero quinque. ergo quoniam basis æquualet vtrique simul, ideo uictrix ipsa, latera vero debellata esse dicuntur: namque, exempli gratia, quadratum ex ternario est 9. & ex alio latere 4. est 16. quæ simul iuncta faciunt 25. quod idem facit 5. in se multiplicatus. Alex. Aphrod. in 1. metaph. com. 54. char. 27. col. 2.

Quinque appellabant Pythagorici nuptias, quia nuptiæ sunt maris, & feminae, coniunctio, & cum impar sit mas, & par femina, & primus impar sit ternarius, & primus par binarius, hi simul coniuncti quinque generant. Alexand. Aphrod. in 1. metaph. com. 32. char. 15. colum. 1.

Quinquerio est, qui crura projicere quodammodo, & cito mouere, longe premereque, & tenere, & ictu pel- lere possit. Arist. rhetor. 1. char. 24.

Quinta lapis est, qui inuenitur in nido Vpupæ, aliquando

R



ABIES camelum etiam, & canemprehendit. Arist. de hist. anim. 2. cap. 2. ch. 304. Rabies canibus, lupis, camelis, & equis nocet. Alb. mag. de anim. 1. 7. tract. 2. cap. 2. char. 69. col. 1. Racamum lapis est albus in toto, vel in parte. Alb. mag. in 2. de mineral. ex tract. 2. cap. 1. c. 140. col. 4.

Radij a visu nostro exeuntes, ac ad visibile accedentes, non possunt esse cauta visus. Alex. aphr. in 2. meteor. cap. 2. co. 12. ch. 72. col. 2. **Radius** est rectitudo illuminata, quæ est perspicui pars quædam, unde illud perspicuum, super quod manet lumen, dicitur radius. Alb. Magn. in 2. de anim. tract. 3. cap. 10. char. 23. col. 1. **Radij**, qui æqualiter distant a perpendiculari, & refranguntur ad angulos rectos in puncto refractionis, faciunt figuram circule. D. Tho. in 2. meteor. 1. 4. c. 180. **Radius** est participatio, vel affectus lucis secundum rectam lineam in diaphano. D. Thom. in 2. de anim. 1. 14. tex. 70. ch. 35. col. 3. **Radius** vocatur cum sit per lineam rectam ad corpus lucidum. D. Tho. de nat. lumin. cap. 5. c. 84. col. 1. **Radix** in plantis est medium inter plantam, & alimentum: vitæ enim causa est, quod vitam in plantis adducat. Arist. 1. de plant. cap. 3. ch. 470. **Radices** in stirpibus sunt sursum, & se habent, ut os in animalibus. Arist. de ani. inces. cap. 4. c. 562. **Radices** sunt plantis proportionales ei, quod vocatur os in animalibus. Arist. de iuuent. & senect. vit. mort. & respir. cap. 1. char. 300. **Radicalæ** tenues aciores sunt, quia ampliores illæ spacio temporis longiore plenius concoctæ mitescunt. Arist. probl. sec. 20. nu. 1. ch. 541. **Radicularia** folia tẽpore hiberno, cum maxime vigent, si quis absciderit, & terram pedibus complanarit, ita ut imbrem admittere non possit, radicalæ illæ per ætatem mire crescunt, quia ne corrumpantur causa conculecandi soliditas est, quæ humorem putrefacere prohibet, & alimentum, quod ad germen transmitteretur, radix in se dispensat. Arist. probl. sec. 20. nu. 13. c. 532. **Radicij** gramine oriuntur. Aristot. de histor. animal. 5. cap. 19. char. 178. **Radum** est lapis niger lucens, valet ad quoduis impetrandum. Alb. mag. in 2. de miner. ex tra. 2. ca. 16. c. 141. c. 3. **Raia** inter cartilaginea foetificat copiosus: sed ideo pauce videntur, quia facile pereunt. Arist. de hist. anim. 6. cap. 17. char. 222. **Raicon**, quæ rais Gallice dicitur, sunt pisces de pectinũ genere, rotundi, ita ut cubitum, vel duos habeant in latitudine, & tantundem in longum in hac habet pinulas ad natandum, & oculos horribiles habet, & os quasi loco ventris turpissimum carnis duræ, & indigestibilis. Alb. mag. de ani. 1. 24. cap. 1. ch. 199. col. 1. **Ramai** est idem, quod bolus armenus est subrubens constringit ventrem dysenterias, & menstrua. Idem in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 16. char. 141. col. 3. **Rami** sunt, qui supra furculos nascuntur. Aristot. pri. de plant. cap. 3. char. 370. **Rami**, qui in arboribus nascuntur, ut cortices, ligna, & medulla non aliunde nascuntur, quæ ex humore. Arist. ibid. **Rami** sunt partes immediatæ a stipite non in loco furculorum, sed superiore orientes. Alb. mag. de veget. 1. 1. tract. 2. cap. 4. char. 128. col. 2. **Ranæ** reddunt suam ololiginem illam maxillæ inferioris labro demisso pari libra, cum aqua modice recepta in fauces, superioreque inteta. Arist. de hist. ani. 4. ca. 9. c. 137. **Rana** pisciculos venatur in ceno abscondita cum his, quæ gemina habet ante oculos, eos ad os suum alliciens. Arist. de hist. ani. 9. cap. 37. ch. 347. **Ranas** in Cirenensi agro vocales penitus deesse scribitur, atque in Ematia Macedoniæ fues solipedes generari dicunt. Arist. de admir. aud. nu. 67. ch. 450. **Rana**, & si quatuor pedes habet, & natat, tamen non generat animal, sed ouat. Alb. mag. de anim. 1. 2. tract. 1. cap. 7. char. 33. colum. 2. **Ranæ** clamant ponendo mandibulam inferiorem in aquam, & extendendo superiorem super aquam, & per ostensionem duarum mandibularum, & conatum vocis ex ventositate eleuantem interius clamant, & quia coitus earum sæpissime est de nocte, ideo etiam nocte plus clamant. Alb. mag. de ani. 1. 4. tract. 2. cap. 2. ch. 5. col. 1. **Rana marina** est de aquatilibus habens cornua sub oculis, & spinas in cilijs, quibus pisces incautos fodit. Alb. mag. de ani. 1. 24. cap. 1. c. 199. col. 1. **Rana vermis** est quadruplex in figura buffonis, sed non habet venenum, longa posterior, brevis anterior: breuia crura cum digitis longis, & membranam habet inter digitos, & membranam ad natandum. Coit in vere, & ouat multa oua in aqua alterius anni vere ex coitu illo, & in medio ouorum illorum rana latet abscondita, & cum oua egrediuntur, sunt magni corporis, & ventrem habent iuxta caput, & posterior habent caudam cum pinnis ad natandum, & postea post medium decidit cauda, & formatur quatuor pedes. hyeme latet in rimis calidis, vel in aquis sub terra. Alb. mag. de ani. 1. 26. ch. 204. col. 4. **Rana** est quædam, quæ rubeta appellatur, quia frequenter in rubo sedet, de qua mira multi dicunt, habet venena, sed pauca, hoc genus in hamum positum purpuras de mari ad se trahit, & allicit. officulus dextri lateris eius vas aqua feruens deferuere facit impositus, nec ultra aqua feruebit, nisi extrahatur officulus. cinis eius est medicamen, ut cinis leporis marini contra ipsorum venenum. Est etiam rana parua in arundineto viuens, quæ si forte a bobus hauriatur, ventres eorum tanta distendit corporum lentia, ut scindi videantur. ite est rana viridis, quæ cantando pluuias predictit, & si in os canis proijciatur, obmutescere facit canem. Idem ibid. char. 205. col. 1. **Rangifer** est animal in aquilonis partibus versus polum arcticum generatum. Est quali de natura cerui, sed maius corpore, & robore fortissimum, & fuga celerrimum, tres ordines cornuum gerens in capite, & in quolibet duo cornua habet, duo longiora in loco cornuum cerui aliquando quinque cubitorum, & ramorum 25. duo in medio capitis lata in modum cornuum Damæ, sed circumposita ramis multis, & breuibus, duo in fronte anteriori versa. Alb. mag. de ani. 1. 22. cap. 2. c. 182. col. 4. **Rapa** feritur mense Julio terra bene putrida ex letamine, & soluta, tamen non fit spissa, sed rara. Alb. mag. de veg. 1. 7. tract. 2. cap. 2. ch. 177. col. 3. **Raphano** cur per cibum ingesto, alij sede eructant, alij non quorum ventriculus non vitiosis excrementis, maximeque pituitosis redudat, horum eructus purior est, quorum illis redudat impurus olenq; male est. raphanus enim vim calefaciendi, extenuandi, ac incidendi materias obtinet, flatuq; ex humoribus mouet, quos per motum trudit ac reijcit. Alex. aphr. probl. 1. nu. 42. c. 677. **Raphanus** est radix herbe calida, & humida: generat ventositates, sed semine eius soluit eas. Alb. mag. de veg. 1. 6. tract. 2. cap. 16. ch. 169. col. 3. **Representatio** fit per definitionem, propositio per affirmationem. Alexand. de Ales in 4. metaphy. text. 22. char. 275. colum. 2. **Raptus** est operatio partis animæ intellectualis, secundum quam ab aliquo extrinseco fertur in aliquid non naturale, sicut naturale per accessionem, & immobilitatem

quando si super pectus dormientis ponitur secreta propalat. Alber. Mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 15. char. 141. colum. 3. **Quod** aliter esse potest, diuiditur in efficiendum, & agendum. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 4. c. 142. **Quod** est, dicitur sinonime de rebus, de quibus dicitur nomen entis, sed non est transcendens ad verum, & est de dictionibus transumptiuis, quia apud vulgum est verbum, hic est nomen, & ab ipso dicitur esse. Auer. in epit. metaphy. tract. 1. c. 169. col. 2. **Quodlibet** accidens habet quædam sibi attributa, quæ non attribuuntur eidem, ut est sub alio accidente. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 2. cap. 1. c. 123. col. 4. **Quoduis** non fit a quouis, sed ex determinato. Aristot. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 45. ch. 41. **Quondam** significat tempus remotum. Arist. phy. 4. ca. 7. tex. 127. char. 118. **Quotupliciter** aliquid dicatur, primo in contrario propiciendum est, si multipliciter dicitur siue specie siue nomine dissonet. Secundo cum distinctio per contrarium notior est per ea, de quibus prius nominis notitiam quærebamus. Tertio, si huic aliquid est contrarium, illi autem simpliciter nihil. Quarto, si huic est aliquid medium, illi nihil, aut si vtrisque, non idem ta-

men. Quinto, si horum sunt plura media, illorum vnum. Sexto sumitur ab oppositis secundum contradictionem: nam si hoc multipliciter dicitur, & oppositum multipliciter dicitur. Septimo est sumpta ab oppositis secundum priuationem, & habitum. Nam si alterum multipliciter dicitur, & reliquum multipliciter dicitur. Octauo ab ipsis casibus sumitur, nam si iuste multipliciter dicitur, & iustitia multipliciter dicitur. Nono est ex locis sumptis a genere, si genera non sunt eadem, æquiuocum est. Decimo consideranda etiam sunt genera eorum, quæ sunt sub eodem genere, si diuersa, & non subalterna sint, & non solum si sunt subalterna, sed & in contrario. Vndecimo, vtile est ad definitionem inspicere, quod fit de composito, quia sublata propria eandem rationem relinqui necesse est. Duodecimo, si non sunt comparabilia secundum magis, & minus, vel similiter. Tertiodecimo, est sumpta a differentia, vtrum sint differentie generum supra mox diuersorum, aut mediorem, & vna significatio adscendat ad vnum agens, alia ad aliud. Quartodecimo, si differentie diuisiue diuersæ sunt. Quintodecimo, si hæc est differentia, alia est species. Aristot. topic. 1. 1. cap. 13. char. 405.

billitatem sensuum. D. Thom. 5. polit. l. 2. c. 129. col. 2.
Rarefactio non est augmentum, sed alteratio. D. Thom. in 1. de gener. & corru. l. 14. tex. 3. char. 13. col. 2.
Rarum, spissum, asperum, & leue potius partium positionem, quam qualitatem significant. Aristot. prædic. tract. 2. cap. 4. char. 81.
Rarum id dicitur, cuius partes inter se ita sunt separatæ, vt diuersi generis corpus inter ipsis penetrare possit, vt spongiæ. Porphy. in præd. char. 23.
Rarum est, quod deductus habet partes, vt recipere alterius generis corpus valeat. Ammo. in prædic. char. 95.
Rarum ideo dicitur, quod non sit vnum *καθ' ἑν* enim, qua si *τοῦ αὐτοῦ* significat. Ammo. in præd. char. 95.
Rarum cum leni, & subtili concurrat, & densum cum crasso, & pingui existimauit Aristoteles. Simpl. in pri. phys. tex. 32. char. 50. col. 1.
Rarum, & densum comprehenduntur in corporibus naturalibus sensibilibus: magnum, & paruum in corporibus naturalibus, & mathematicis. Aueroes in prim. physic. text. 49. char. 15. col. 2.
Rarum, & densum sunt contraria in quantitate, cū translatio corporis de raritate in densitatem sit translatio de maiori quantitate in minorem, & e conuerso. Auer. in physic. 4. tex. 84. char. 79. col. 2.
Raritas, & densitas, quia sunt qualitates non actiue consequentes calorem, & frigus, ideo præmittuntur hic ab Arist. Auer. 2. de gener. tex. 15. ch. 168. colum. 4.
Rarū est partium positio, nō qualitas. Boet. in præd. c. 182.
Rarū est, cuius partes ita sunt separatæ, vt inter ipsis alieni generis corpus admitti possit. Boet. in præd. ch. 182.
Rarum, & densum non sunt principia actiua passionum, sed potius disponentia, vt passionem in materia, & in partibus materiæ introducuntur. Alb. mag. in 1. de gener. & corrupt. tract. 2. cap. 1. ch. 64. col. 1.
Rarum, & densum, cum sint primæ qualitates, dupliciter possunt intelligi. Primo, vt sunt accidens compositi corporis ex materia, & forma, & quod est causa variationis materiæ ad formas diuersas in specie elementari, quod non facit euaporationem, & est in partibus aeris. Secundo, quod inducit formam elementi in materia, & variat eam. per illud enim efficitur aqua sub æris forma, & ideo est sub loco, & sub motu eius efficitur, tale non potest esse in aere, sed primum: & hoc ideo, quia ignis non eleuat vaporem, sed consumit ipsum: nec aer est humidum vaporabile, quia est corporale, aut medium inter corporale, & spirituale: sed potius humidum habet spirituale, quia subtilius est omni vapore, & ideo non vaporat. Albert. mag. in 1. meteor. cap. 9. chart. 79. colum. 4.
Raritas, & densitas non faciunt perspicui naturā, & opacit. Alb. mag. de sens. & sens. tract. 2. cap. 5. ch. 12. col. 2.
Raritas omnis est aere plena. Alb. mag. de veget. & plan. lib. 4. tract. 1. cap. 1. char. 140. col. 3.
Rarum, & densum non sunt qualitates naturales, sed solum positio partium materiæ secundum propinquum in densum, & secundum remotum in raro. D. Thom. in 2. de gener. & corrupt. lect. 17. tex. 7. char. 25. col. 3.
Rarum, & densum nō addunt super partes materiæ qualitatem, quæ proprie sit qualitas, sed potius partium situm. D. Th. in 2. de gen. & cor. l. 7. tex. 57. c. 30. col. 3.

Ratio quot dicitur modis.

Ratio quatuor modis dicitur falsa, si apparet concludens, & est syllogistica: secundo si ratiocinatur, non tamen ex propositionibus sumptis concludit: tertio cum acceptum concluditur propositum, sed non fuerit propria accepta demonstratio: quarto cum per falsas propositiones, & immediatas aliquid concluditur, sed non propter quid, sed quia talis sit syllogismus, Alexan. aphrod. in 8. topic. cap. 4. char. 99. colum. 3.

Ratio multis dicitur modis, vt vel ratio calculandi, & subducendi, & quæ ore proferuntur, & quæ intrinsecus animo concepta latent: vel definitio, quæ substantiæ ratio etiam dicitur. Porphy. in præd. c. 3.
 Ratio, & de diffinitione & de descriptione dicitur. Ammo. in præd. char. 11. Idem Dex. in præd. char. 31.
 Rationes causæ formales sunt, licet secundo modo. Simpl. in 2. de anim. tex. 4. char. 24. col. 2.
 Ratio alia est animæ, alia computandi, alia naturæ, alia, quæ in diffinitionibus redditur. Boet. in præd. c. 116.
 Ratio omnis, aut est complexi, aut incomplexi. si incomplexi, per ipsam habemus scientiam quid rei, id est, diffinitionis, si complexi, per ipsam habemus scientiam propter quid, id est, demonstrationes, & sic nec in vna, nec in alia via fit circulus. Albertus magnus in pri. de anim. tract. 2. cap. 7. char. 7. col. 3.
 Ratio multipliciter dicitur: est ratio ratiocinantis, & ratio eius, de quo est ratiocinatio. Albert. mag. ethico. 6. tract. 1. cap. 3. char. 69. col. 4.
 Ratio tripliciter agit. Vel ex necessitate, cui inferuit iudicatio, quæ est in analiticis resolutorijs. Secundo in qua, vt in pluribus, verum concluditur, non tñ necessario, cui inferuit pars inuentiua, topica, scilicet rhetorica. Tertio est in qua ratio a vero deficit pp alicuius principij defectum, quod ratiocinando erat obseruandum, & huic inferuit sophistica. D. Tho. in post. ch. 36. col. 4.
 Ratio formalis subiecti duobus modis consideratur: primo vt est res, id est, secundum se: alio modo secundum obiectum, id est, vt est res visibilis. Thomas de Vio in postero. char. 168. colum. 2.

Ratio quid est, & cui inest.

Ratio est eorum, vel quæ semper fiunt, vel frequenter. fortuna est in ijs, quæ fiunt præter hoc. Arist. phys. 2. sum. 3. cap. 2. tex. 55. char. 43.
 Rationis est opus, an hoc agat, vel ne: & necesse est vno mēsurare. manus enim persequitur. quare potest vnum ex pluribus phantasmatibus facere. Arist. 3. de anima. sum. 2. cap. 3. tex. 57. char. 668.
 Rationes, quæ non ex proprijs ducuntur principijs, inanes sunt. Arist. de gener. anim. 2. cap. 6. char. 182.
 Ratio omnis ex proprijs in eo, quod quid est subiecti composita diffinitio est. Alex. & Eust. in 2. post. c. 33. col. 1.
 Ratio omnis, ac scientia omnis vniuersalis est. Alexan. aphro. in 10. metaph. vel 11. comm. 4. char. 260. col. 1.
 Ratio non est in eis, quæ sunt ingenua, ergo nec fortuna. Simpl. in 2. physic. tex. 52. char. 117. col. 2.
 Ratio recta est, quæ nunquam errat, nec peruertitur. Eustr. 6. ethic. cap. 1. chart. 164.
 Ratione quod prius est, non est & substantia prius. Sirian. in 12. metaph. ex lect. 1. char. 51.
 Ratio speculans sine electione non est practica, siue operatiua, sed potius contemplatiua. Albert. mag. ethico. 6. tract. 2. cap. 11. char. 74. colum. 1.
 Ratio nō solum dirigere potest inferiorū partium actus, sed et actus sui directiua est. D. Th. in post. c. 36. col. 3.
 Ratio recta est non facere alij, quod sibi non fieri vult. D. Thom. 7. physic. lect. 2. char. 103. col. 1.
 Rationis opus est ordinare scientiarum processus. Diuus Thom. in 1. de coel. ex proem. char. 1. col. 1.
 Rationis consideratio per habitum perficitur. D. Thom. ethico. 1. lect. 1. c. 1. colum. 1.
 Rationis eiusdem est manifestare si est passionis, & quid est. Alex. de Ales in 6. metaph. tex. 1. c. 169. colum. 2.
 Ratio illa est magis vna, quæ in se est magis indiuisa, & ab omni alio magis diuisa. talis est substantiæ ratio respectu accidentis; & hoc, quia notitia, & ratio substantiæ est independens, nec est per additamentum. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 7. char. 278. col. 3.
 Ratio eorum, quæ sunt ad finem, ex fine sumitur. Thom. de Vio in post. char. 218. colum. 1.

Ratio,

Ratio, vt anima pars.

Ratione recta agere est, cum pars irrationalis non prohibet rationalem suam exercere actionem. Aristote. mag. moral. 2. cap. 11. char. 348.
 Ratio, quæ in homine est, ad id spectat, vt proprias cogitationes, & spectacula iis indicemus, quibus cum versamur. Alex. aphro. in 2. de anim. cap. 42. char. 52. col. 3.
 Ratio his tribus continetur: genere imaginoso, vi imaginandi, & actu, qui ex vtroque oritur, & hæc proprie imaginatio dicitur. Themistius de memor. & reminif. l. 1. cap. 11. char. 93. colum. 2.
 Rationalis diuiduationis est persæpe distinguere bonum a suauis, & malum a molesto, & infectio significat dilectionem, & desiderium: fuga vero auersionem, & recessum. Simp. in 3. de ani. ex lect. 2. tex. 28. ch. 69. col. 4.
 Rationale principaliter habet bonum pro fine, & malum pro auersione, licet suaue aliquid habeat malum, & triste bonum. Simp. in 3. de anim. ex lect. 2. tex. 30. col. 2.
 Rationalis omnis cognitio licet sit externæ rei, dum conuertitur in seipsa, & sui met intellectum indicat, nihilominus gignitur, & fit: ideo dictum fuit fidem sequi omnem opinionem. Simplicius in 3. de anima. ex lect. 2. text. 33. char. 61. colum. 4.
 Ratio est particula humanæ animæ, quoniā tota est vna. Simpl. in 3. de anima. ex lect. 1. tex. 63. c. 37. col. 3.
 Rationis est ex præterito futura colligere. Ioan. gramm. in 3. de anim. tex. 44. char. 93. col. 4.
 Ratio soli animæ rationali inest. Eustratius libr. 6. ethic. cap. prim. char. 264.
 Rationale iuxta aliorum opinionem est genus ad hominem, & angelum: iuxta aliorum dicitur æquiuoce de illis, & sic non est genus. Auer. in Por. c. 3. c. 4. col. 1.
 Rationale non diuiditur ab animatis, nisi per comprehensiones, & existimationes, terminantes, s. hoc esse tale, vel hoc nō esse tale. Auer. in 4. meta. t. co. 17. c. 40.
 Rationalis virtus, quæ est in homine, non est ipsa eadem in se intellectus in actu, nec per naturam suæ essentia: sed intellectus agens reducit eam in intellectum in actu, & concedit, quod alia sint sibi intelligibilia in actu. Et cum rationali acciderit, vt sit intellectus in actu, ascendit tunc ille intellectus in actu ad assimilationem rerū abstractarum, & intelligit suum esse, quod est actu intellectus, & tunc relinquatur suum intelligibile esse in telligens, & et intellectus intelligibile, & intelligens tunc erunt vnum. Auer. de anim. beatitu. c. 4. c. 65. c. 4.
 Ratio non potest venire ad instrumenta, quo cognitionem incogniti eliciat ex cognito, nisi tribus vijs. Primo ordinare vnum ad alterum. Secundo componere vnum cum altero. Tertio colligere composita secundum, discursum, qui fit ex vno in alterum. Alber. magn. in præd. char. 33. col. 1.
 Ratio duo habet, quorum vnum est ex reflexione ad sensum, & memoriam, & ibi est perceptio ex perimenti. Secundum est, quod habet secundum quod exaltatur versus intellectum simplicem, & sic est elicitua vniuersalis, quod est principium artis, & scientiæ. Alber. mag. de ani. l. 21. cap. 2. ch. 170. col. 2.
 Rationabilitas non est differentia, sed rationale. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 2. ca. 13. ch. 117. col. 3.
 Rationis lumen semper esse rectum, intelligendum est non de lumine, quod ratio infundit in ratiocinationis actum: quia hoc frequenter occumbit propter umbram eorum, circa quæ operatur ratio, & tunc incidit error: sed de ipso lumine intelligendum est constituyente rationem in esse rationis, prout imago intellectualis luminis est. Alber. Magn. ethic. 1. trac. 6. cap. 8. char. 17. col. 2.
 Ratio est vis animæ facientis currere causam in causatū. Alb. mag. ethic. 6. tract. 1. cap. 3. ch. 69. col. 4.
 Ratio, & intellectus solum in homine sunt, in quibus sit

totum principium sui actus. Alb. magn. ethic. tract. 1. cap. 4. char. 70. col. 2.
 Rationis tres sunt actus: primo est intelligentia inaccessibile, secundum quam concipit, quid est re. secundo est compositio, vel diuisio intellectus, in qua est verum, vel falsum: tertio id, quod est proprium rationis, discurrere scilicet, ab vno in aliud. D. Tho. in post. char. 36. col. 3.
 Ratio dominatur irascibili, & concupiscibili, & gubernat eas. D. Tho. ethic. 5. l. 17. c. 99. col. 3.
 Ratio humana eorum, quæ sunt secundum naturam, est cognoscitiua tantum: eorum vero, quæ sunt secundum artem, & cognoscitiua, & factiua: vnde oportet, quod scientiæ humanæ, quæ sunt de rebus naturalibus, sint speculatiuæ. D. Tho. 1. pol. lect. 1. ch. 1. col. 1.
 Rationis operationes tres sunt: simplex apprehensio, compositio, & diuisio, & discursus, discursus inferuiunt libri priorum cum reliquis omnibus sequentijs: compositio, & diuisio liber perihermenias: apprehensio liber prædicamentorum. Tho. de Vio. in præd. char. 32. col. 2.
 Ratio par parem habere debet effectum. Tho. de Vio. in post. char. 204. col. 2.

Ratiocinatio, vt argumentum.

Ratiocinatum non fieri est, cum sine conclusione aduersarij interrogationi bis in propositionibus idem datur. Arist. prior. l. 2. cap. 20. char. 278.
 Rationi fides adhibenda est, si quæ demonstrantur conueniunt cum ijs rebus, quæ sensu percipiuntur. Arist. de gen. ani. 3. cap. 10. ch. 114.
 Ratione contendere cum his, qui non rationem, sed multam merentur, absurdum est. Aristotel. moral. end. 1. cap. 1. char. 369.
 Rationem, qui de omnibus quærun, simul cum ratione scientiam tollunt: imo melius est dicere ipsos quærere rationem eorum, quorum nō est, nec fuit ratio. Theophrast. metaph. cap. 8. ch. 326.
 Rationem quærere vbi sensus fidem facit, ridiculum est. Them. in 8. phy. tex. 22. ch. 55. col. 2.
 Ratio, & de diffinitione, & de descriptione dicitur. Dex. in prædicam. char. 31.
 Rationi cedere nihil aliud est, quam assentiri propositionibus ipsam probantibus. Simpl. in 1. physicor. tex. 31. chart. 44. colum. 2.
 Rationes extræ sunt communes, & terminatæ per probabilia, sed non demonstratiuæ. Simpl. in 4. phy. tex. 87. char. 253. col. 2.
 Ratio contentiosa differt a ratione sophistica, quia contentiosa, & in forma, & in materia decipit: sophistica autem, quoad materiam veritatem vitur, quoad formam decipit. Io. gram. in 1. phy. tex. 10. c. 6. col. 3.
 Rationes extræ sunt, quæ ex opinabilibus, & verisimilibus constant. Ioan. gramm. in 4. physicor. tex. 88. char. 105. colum. 2.
 Ratio omnis rei per intelligibilia est. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 1. ch. 1. col. 2.
 Rationem non habens, vel auctoritatem diuinam omnem non habens. Diu. Thom. in 8. physic. l. 3. tex. 13. char. 122. colum. 1.
 Rationes duæ non omnes faciunt duas scientias, quia quando vna ratio habet attributionem ad aliam, tunc non faciunt, nisi vnam scientiam. Alexan. de ales in 6. metaph. tex. 3. ch. 173. col. 1.

Ratione qua fiunt.

Ratione fiunt, quæcunq; ab agentibus ipsa fiunt, quæ de his ratiocinantur atq; componuntur, quoniam pacto fieri possunt. Alex. aphro. de fato. cap. 3. c. 24.
 Ratio

Ratio par artem habet effectum. Tho. de Vio in poster. char. 4. colum. 2.

Ratio, vt se habet ad opinionem.

Ratio in plus extenditur, quam opinio non enim solum de opinabilibus dicitur, sed etiã de necessarijs. Io. gram. in 1. prior. cap. 26. c. 15. col. 4.

Ratio, vt descriptiua, vel definitiua.

Ratio descriptiua substantiæ rationem describit: definitiua cuiusq; naturam, & quid sit secundum substantiam explicat. Simpl. in præd. ch. 7.

Ratiocinationis diuisio.

Ratiocinatio alia demonstratiua, alia dialectica, alia captiua; prima figura demonstratori: secunda dialectico: tertia sophistico apta est. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 4. char. 10. colum. 1.

Ratiocinationes ex subiectione diuiduntur in eas, quæ per assumptionem, & quæ per totum fiunt. Magent. in prior. char. 35. col. 1.

Ratiocinatio quid est, & quæ excellentior.

Ratiocinatio est instrumentum, quod vsus alicuius causa, & demonstrationis assumitur. Alex. aph. in 1. prior. cap. 2. char. 5. col. 4.

Ratiocinatio est oratio fidem faciens partium ex toto. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 4. ch. 9. col. 2.

Ratiocinatio, quæ concludit vniuersale, anteponi debet ei, quæ particulare tantum demonstrat, cum magis proprium ratiocinationi sit vniuersale, quam affirmatiuum. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 4. c. 10. col. 1.

Ratiocinatio probatæque iugationes sunt, quæ cum diuersitate materiæ minime variant, neque alias aliud colligunt, sed in qualibet materia similem semper eandemque formam in conclusione feruant. Alex. aph. in 1. prior. cap. 4. char. 10. col. 3.

Ratiocinationes necessariæ, & existentes simili se habent modo. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 8. c. 70. col. 4.

Ratiocinationes adiectæ sunt illæ, quarum conclusio præmittitur. Alex. aph. in 1. prior. cap. 26. c. 49. col. 3.

Ratiocinationes simplices, & primæ suppositiue sunt, quæ ex vniuersis dicuntur, ex quibus compositæ omnes habere constitutionem demonstrabuntur. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 34. c. 57. col. 4.

Ratiocinationes ex suppositione non sunt proprie, & absolute ratiocinationes. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 40. char. 69. col. 1.

Rationes adiacentes sunt illæ, quarum demonstratiua propositio ommissa est. Alex. aph. in 1. prior. c. 26. c. 49. c. 3.

Ratiocinari difficilius est ex his, quæ minus patent. Alex. aphr. in 1. elench. char. 78.

Ratiocinatio affirmans est, quæ conclusionem affirmatiuam habet. Magent. in prior. ch. 16. col. 3.

Ratiocinatio negans est, quæ conclusionem negatiuam habet. Magent. in prior. ch. 16. col. 3.

Ratiocinationes demonstratiue dicuntur, quæ enunciante sunt, ac ex recto casu inducuntur. Magent. in prior. char. 25. col. 4.

Ratiocinationes connexæ sunt, quæ non colligunt absolute. Magent. ibidem.

Ratiocinationes per assumptionem dicuntur, in quibus, sed, particula collocatur. Magent. in prior. c. 35. col. 1.

Ratiocinationes per qualitatem ex subiectione sunt, quæ ex maiori, minori, vel similitudine probant. Magent. ibid.

Ratiocinatio falsa, fit propter maiorem falsam. Magent. in prior. char. 69. col. 4.

Ratiocinatio, quæ fit per medium, omnibus alijs prior est natura. Mag. in prior. ch. 65. col. 3.

Ratiocinatio est cognitio, quæ medium tenet locum inter facultatem cognoscentem, & rem cognitam. Ioan. gram. in 1. prior. ch. 2. col. 1.

Ratiocinatio est certa ab altero ad alterum commutatio, quoniam concluditur argumentum alterum ex altero, cum id, quod concluditur, datum, ac concessum non est. Io. gram. in 1. prior. cap. 2. col. 4.

Ratiocinatio primo inuenta, quia animus cum res contempleretur, nec eas sibi consentientes, neque omnino dissidentes videret, ratiocinatione indigebat, vt verum a falso cognosceret. Io. gram. in 1. prior. cap. 1. c. 7. c. 2.

Ratiocinatio est orationum collectio. Io. gra. in 1. prior. cap. 4. char. 12. col. 2.

Ratiocinatio cuius est, quibus eget, & quid facit, & quæ apta.

Ratiocinationum captiuarum modus propter equiuocationem videtur ineptissimus. Arist. elench. l. 2. capit. 7. chart. 630.

Ratiocinatio methodi præcipuum est opus de demonstratione disputare. Alex. aphr. in 1. prior. c. 1. c. 4. c. 2.

Ratiocinatio ex omnibus argumentis maxime fidem facit, maximamque necessitatem affert. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 4. char. 9. col. 2.

Ratiocinatio simplex omnis ex tribus terminis, & duabus propositionibus constat. Alex. aph. ibid. col. 4.

Ratiocinatio omnis, vel aliquid inesse, vel aliquid non inesse ostendit, & vtræque, vel vniuersaliter, vel in parte. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 22. c. 44. col. 2.

Ratiocinatio id demonstrare debet, quod absque ratiocinatione notum non est. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 23. chart. 46. colum. 1.

Ratiocinationibus sæpe adduntur aliæ propositiones occultandæ veritatis causa, quæ facilius ea, quæ ignorat qualis ex harum concessione sequi debet conclusio, concedunt. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 25. char. 48. col. 4.

Ratiocinationes adiacentes sunt illæ, quarum demonstratiua propositio ommissa est. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 26. char. 49. col. 3.

Ratiocinatione qui vti vult, non tantum scire debet quid fit, & quomodo fiat, sed etiam eius constituendæ, ac ratiocinandi habere facultatem debet. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 28. ch. 50. col. 3.

Ratiocinatio statim non est, & si ex positis necessario aliquid sequatur: nam ex infinitis, & particularibus, & se sequi videatur, non tamen sequitur. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 31. chart. 62. col. 4.

Ratiocinatio ex ambigujs, vel ex nihil significantibus, nullo modo fit. Alexand. aphrod. in 1. prior. cap. 39. char. 66. colum. 4.

Ratiocinationes ex notioribus, & probabilioribus esse debent. Alex. aphr. in 1. elench. c. 114.

Ratiocinatio enunciationibus eget. Ammon. in Porph. char. 10. colum. 4.

Ratiocinatio ab exemplo fit, cum æquale ab æquali confirmatur, & singulare a singulari. Magent. in prior. chart. 3. colum. 4.

Ratiocinatio omnis ex materia, & forma confecta est. Magent. in prior. char. 29. col. 4.

Ratiocinatio ab inductione fit, cum vniuersale per inductionem particularium demonstratur. Magent. in prior. char. 3. colum. 4.

Ratiocinatio illa, quæ nullo concessio prius sumpto ratiocinatur, expertis artis est. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 2. char. 2. colum. 1.

Ratiocinatio nulla effici potest, nisi dentur quædam confessa sine argumentis, quæ intelligentia ipsa a seipsa non capit. Io. gram. in 1. prior. cap. 2. ch. 2. col. 3.

Ratioci-

Ratiocinandi munus est intelligentiæ. Ioannes grammat. in 1. prior. cap. 1. char. 7. colum. 2.

Ratiocinationes, quæ extrinsecus terminos quosdam perunt, ratiocinationes non appellantur. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 1. char. 8. colum. 3.

Ratiocinatio ex una propositione constare non potest. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 4. char. 12. col. 3.

Ratiocinatio omnis mixta coniecturæ inuentionis modo fit, non resolutionis & iudicij. Albertus magnus in topicor. chart. 218. colum. 4.

Ratiocinatio, vt animæ pars.

Ratiocinatrix est vna pars eius animæ, quæ rationis est capax. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 1. char. 139.

Ratiocinationes, vt perfectæ, & imperfectæ, & quibus perficiuntur modis.

Ratiocinatio perfecta est, quæ nulla alia re indiget præter eam, quæ sumpta est, vt necessarium appareat. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 4. char. 15. col. 1.

Ratiocinatio imperfecta est, quæ aliquid, vel aliqua extrinsecus requirit, quæ sunt ex subiectis terminis necessaria, non tamen sumpta in propositionibus sunt, cuiusmodi sunt quæ & in secunda, & tertia conficiuntur. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 3. char. 14. colum. 1.

Ratiocinatio, quæ est demonstratiua, ad id fit, quod ex transmutatione sumitur; ex transmutatione autem sumitur aliquando oppositum propositæ rei, vt in demonstratione ad impossibile: vel quod ea concessione sumptum est quandoque id, quod recentiores assumptum appellant. Idem ibid. cap. 23. char. 44. col. 4.

Ratiocinationes omnes per prædicatiuas conficiuntur, & cum prædicatiua in tribus tantum figuris demonstrantur, omnes ergo ratiocinationes in tribus figuris ostenduntur. Idem ibid. cap. 24. char. 49. col. 3.

Ratiocinatio perfecta est, quæ pro firmanda conclusione illata nulla indiget demonstratione, vel affirmatione. Magent. in prior. char. 8. colum. 3.

Ratiocinatio, vt ad impossibile.

Ratiocinationes ex impossibili per eosdem terminos, per quos etiam demonstratiue demonstrari possunt. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 30. char. 57. col. 1.

Ratiocinatio demonstratiua veras ambas propositiones habet; deductio ad impossibile alteram veram, alteram falsam habet. Alex. aphr. ibid.

Ratiocinatio demonstratiua absoluta est, ad impossibile conditionalis. Alex. aphr. ibid. col. 1.

Ratiocinationes omnes, ad impossibile per ratiocinationem enunciante falsum colligunt. Magent. in prior. c. 27. col. 1.

Ratiocinatio, vt ad figuram pertinet.

Ratiocinationes, quæ fiunt in prima figura, perfectæ sunt: quæ in alijs, imperfectæ. Alexander aphrodifien. in 1. prior. cap. 1. char. 6. colum. 3.

Ratiocinationes omnes, quæ in secunda figura sunt imperfectæ sunt, per reductionem autem ad primam perficiuntur. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 28. chart. 41. col. 4.

Ratiocinationes omnes demonstratiue, per aliquam trium figurarum fieri neesse est. Alexander aphrodifien. in 1. prior. cap. 23. chart. 45. colum. 1.

Ratiocinatio omnis in aliqua ex tribus figuris fit. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 30. char. 58. col. 4.

Ratiocinationes, quæ ex suppositione aliquid demonstrant, non possunt reduci, ac resolui in figuras, quæ sunt, quæ ad impossibile demonstrant. Alexan. aphro. in 1. prior. cap. 4. char. 68. col. 3.

Ratiocinationes aliæ probantur directe, vt omnes primæ figuræ modi, aliæ reciprocatone, & aliæ argumento ducente ad id, quod fieri non potest, vt secundæ, & tertiæ figuræ. Ioan. grammat. in prior. cap. 5. ch. 19. col. 1.

Ratiocinatio ut ad utilitatem pertinet.

Ratiocinatione fiunt, quæ ex cōmemoratis bonis prodesse existimantur, aut vt finis, aut vt ad finem, quoties propter utilitatem agantur. Arist. rhetor. 1. c. 45.

Rationalis potetia duplex. Vna per se irrationalis, rationalis tamē, quia rationi parere potest, ac a ratione corrigi, & hæc est anima appetitiua. Alia rationalis, quia ipsa in seipsa rationem habet, & ambarum est quedam actio, & virtus, per quam ipsum bene in propria actione fit. Alexan. aphro. in 4. natu. q. cap. 25. ch. 21.

Rationali potetie subiecta alia in actiua, & practica versantur, circa quæ intellectus practicus versatur: alia in necessarijs, ac contemplatiuis versantur, circa quæ intellectus speculatiuus versatur. Alexander aphrodi. in prim. de anim. cap. 22. char. 40. col. 3.

Rationale est, quod vitam rationi conuenienter, atq; iudicio degit, vt homo, & angelus. Ammon. in Porph. c. 2. col. 1.

Irrationale est, quod temere, & citra defectum atatem transmittit. Ammon. in Porph. char. 2. col. 1.

Rationabilia habent ad vtrunque potetiam. Ammon. in prædica. char. 90.

Rationale aliud est naturale, quod non est quale: aliud aduenit homini secundum acumen, & solertiam ingenij, & hoc est qualitas. Simpl. in prædica. c. 59.

Rationalis actio semper in discursu est collocata, & in assensu apparentis veri. Simplicius in 3. de anima, ex lect. 1. tex. 152. char. 54. colum. 1.

Rationalis facultas est in corde. Mich. Ephes. de som. & vigi. char. 12. colum. 2.

Rationale est in anima principale, & indicatiuum. Mich. Ephes. de ani. motu. c. 48. col. 4.

Rationale non est idem, quod animal habens rationem, sed vt quoddam habens rationem. Albertus magnus in prædica. char. 32. colum. 2.

Rationale cum mouetur secundum appetitum, tunc mouetur secundum liberam voluntatem. Albert. mag. in 3. de anim. tract. 4. cap. 5. char. 47. col. 2.

Rationalia sola, in quibus est electio, cognoscunt finem, & agunt ob finem, & cognoscunt proportionem eorum, quæ conducunt ad finem. D. Thom. 5. metaph. lect. 16. tex. 19. char. 364.

Rationale dicitur ex eo, quod habet rationalem naturam, quæ se habet ad sensitiuam, vt forma ad materiam. D. Thom. in 5. metaph. lect. 22. tex. 33. ch. 394.

Receptiuam potetiam habet huius, quod effectiuum in ipso fiat: at cum est in altero contrariorum, potetiam habet, quod mutetur in alterum, alioqui in alterum maneret tantum. Alexander aphrod. in prim. natural. quæst. cap. 19. char. 5.

Receptio sensitiui corporis fit cum mutatione quadam, & corporea passione: intellectiui vero receptio immutabilis est. Simpl. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 7. ch. 60. col. 1.

Receptum in corpore, vt forma corporis, omne est particulare, & indiuiduum. Albertus mag. in 3. de anima. tract. 2. cap. 4. char. 36. colum. 3.

Receptio est in indiuisibile temporis transmutatio in tempore. Albertus magnus in 4. de anima. tracta. 2. cap. 17. chart. 40. colum. 3.

Receptum omne secundum modum receptionis limitatur, & finitur. Alexan. de Ales in 2. metaph. c. 45. col. 3.

Recipiens omnem impressionem a subiecto ex existentia formæ in eo conuenientem, vel fugiendam, aut paucam, aut multam est necessario corpus, & etiam contra; quia omnis generatio recipit mutationem. Auer. contra Algaz. in phy. disput. 2. c. 62. col. 1.

Recipiens aliquid non recipit illud, vt est actu, sed vt est potentia. Auer. in phy. 1. tex. 69. c. 19. col. 4.
Recipiens omne non recipit aliquid nisi in modo, secundum quem caret illo. Auerro. 2. de anima. text. 67. char. 140. col. 1.
Recipit seipsum nihil, aut est in causa alicuius in recipiendo ipsum. Auer. 2. de ani. tex. 67. c. 140. col. 1.
Recipere aliud est a iudicare. Auerr. 2. de anim. tex. 149. char. 156. col. 4.
Recipiens denudatum esse debere a natura recepti intelligitur a natura speciei illius recepti, non a natura generis, & maxime remoti. Auerr. 3. de anim. tex. 4. char. 160. col. 2.
Recipiens denudatum est a formis eorum, quæ recipere est-natum, & in omnibus recipientibus est vera hæc propositio. Alber. Magn. in 3. de anim. tract. 2. cap. 2. chart. 35. colum. 2.
Recipientis per modum omne, quod est in aliquo, est in eo, non autem per modum recepti. D. Thom. in 2. de gen. & cor. lec. 10. tex. 58. ch. 34. col. 4.
Reciprocus, alia in propositionibus, alia in ratiocinationibus, quæ cum oppositione recipiuntur. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 2. ch. 7. col. 2.
Reciprocatio ratiocinationum cum oratione ratiocinationis recipitur. Alexan. aphrod. in 1. prior. cap. 2. chart. 7. colum. 2.
Reciprocatio propositionum fit cum seruata propositionis qualitate, id, quod subiectum est, fit prædicatum, & prædicatum fit subiectum. Alex. aphr. in prior. cap. 2. char. 7. col. 2.
Reciprocationes, ac collectiones in figuris non ex materia proprietate, sed ex figurarum natura fiunt. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 3. c. 8. col. 3.
Reciprocatio est propositionum duarum in terminis inuerse collocatis communicatio. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 4. char. 9. col. 3.
Reciprocari est adæquare, & nec redundare, nec deficere. Porph. in præd. ch. 3.
Reciprocatio duarum propositionum est, quæ vtrisque terminis accommodatae sunt communio, in qua eadē qualitas seruatur, terminorū tamen ordo ita inuertitur, vt simul verum dicant. Mag. in prior. ch. 4. col. 2.
Reciprocatio est communio duarum propositionum, in quibus vtrique termini conueniunt. Magen. in prior. char. 53. colum. 3.
Reciprocatio alia est terminorum, de qua in prædicamentis; alia propositionum, de qua in libro de interpretatione; alia de ratiocinatione, de qua hoc in loco. Mag. in prior. char. 54. col. 1.
Reciprocatio & demonstratio ad id, quod fieri non potest, habent inter se id commune, quod per repugnantem oppositum ei, quod oppositum est, alteram propositionem auferunt: differunt vero, quia reciprocatio facit ratiocinationem prius, demonstratio ad impossibile non facit primo ratiocinationem, sed questionem argumentatur. Mag. in prior. ch. 55. col. 4.
Reciprocatio est quedam æqualis reuersio. Ioā. gram. in 1. prior. cap. 2. ch. 8. col. 4.
Reciprocari vnum non potest, sed cum fit relatiuum, duo inter se recipiuntur. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 2. char. 8. colum. 4.
Reciprocantur ratiocinationes, cum sumpta propositione in maiorem adiungimus probantes minorem. Ioā. gram. in 1. prior. cap. 2. ch. 8. col. 4.
Reciprocantes propositiones vtroque termino consentiant oportet. Io. gra. in 1. prior. cap. 2. ch. 8. col. 4.
Reciprocatio simplex est duarum propositionum, quæ simul veræ sunt, communio. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 2. char. 9. col. 1.
Recrementa omnia cum exustum est humidum, in odorabilia sunt. Arist. de sen. & sensib. ch. 19. col. 4.

Rectum progredi nullū potest continue, & firmiter, moueri autē poterit, vt in palestris ij, qui per pulchre genibus reptant. Arist. de ani. incesu. cap. 7. c. 572.
Rectum, & obliquum recto cognoscimus: index enim rectum vtrorumque est: obliquū vero nec sui, nec recti index est. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 5. tex. 85. c. 611.
Rectus motus ille est, cuius omnis pars coheret, & adæquatur, & omnis motus siue in recto, siue in orbe, siue secundum alterationem, siue secundum augmentationem modo fit regularis, sic se habet, vt rectus. Sim. in 5. phy. tex. 43. ch. 321. col. 1.
Rectus casus ideo a Peripateticis rectus appellatur, quia ab animi sensibus quasi similis filo decidat. Magen. in lib. de interp. chart. 8.
Rectum non est contrarium rotundo, quia rotundum est perfectio figurarum. Auerro. phylicor. 1. tex. 41. char. 13. colum. 4.
Rectum quod habet principium, & vltimum, necesse est esse finitum. Auerro. 2. de generat. & corrupt. text. 68. char. 175. col. 4.
Rectum est breuissima linea inter duo puncta. Euclidis definitio. Alb. mag. in post. c. 178. col. 4.
Rectum (vt ait Plato) est linea, cuius prima pars totam operit lineam, vel cuius medium non exit ab extremis. Alb. mag. in 1. post. c. 178. col. 4.
Rectitudo est forma simplex, & vno modo, quæ competit primis lineis, quæ sunt compositarum linearū principia. Alb. mag. in top. c. 244. col. 1.
Rectum in lineis mathematicis prius est circulari, quia rectum est vnius formæ simplicis, circularis autem linea est duarum formarum, concaui, & connexi. Alber. mag. in 3. meteor. trac. 4. cap. 1. c. 109. col. 4.
Rectus motus non est contrarius circulari, quia pertinet ad figuram, cui nihil est contrarium. D. Thom. in 1. de celo. 1.4. tex. 1.1. char. 4. col. 2.
Redargutio est contradictio syllogismus. Arist. in prior. 1.2. cap. 10. char. 279.
Redargutio existente, est & syllogismus, at existente syllogismo non est redargutio. Aristotel. prior. lib. 2. cap. 20. char. 279.
Redargutio est syllogismus cum contradictione conclusionis. Arist. elench. l. 1. cap. 1. ch. 575.
Redarguedi modi duo sunt, aut propter dictionem, aut extra dictionem. Arist. elench. l. 1. cap. 3. c. 577.
Redargutionis extra dictionem septem sunt captiones, vna per accidens: alia propter id, quod simpliciter, sed aliquo modo, aut vbi, aut quando, aut aliquid dicitur. Tertia propter redargutionis ignorantiam. Quarta propter consequens. Quinta propter id, quod est in principio sumere. Sexta propter id, quod non est causa, vt causam sumere. Septima propter plures interrogationes vnam facere. Arist. elench. l. 1. cap. 4. c. 580.
Redargutio propter accidens, est quādo similiter quodcunque existimabitur rei, & accidenti inesse: nā quia multa accidunt eidem; non est necesse omnibus prædicatis, & subiectis ea omnia inesse: nam vbi que omnia esse eadem. Arist. elench. l. 1. cap. 1. c. 581.
Redargutio propter id, quod hoc quidem simpliciter illud autem aliquo modo, & non simpliciter est cum quid in parte dicitur, vt simpliciter dictum sumitur, vt quod non ens est opinabile, quod non est, est non est idem esse, quod ens & esse simpliciter. Arist. elench. l. 1. cap. 4. ch. 581.
Redargutio propter redargutionis ignorantiam fit propter omissionem orationis. Aristotel. elench. libro 1. cap. 4. char. 882.
Redargutio est contradictio vnius, & eiusdē, non nominis, sed rei, & nominis, non synonymi, sed eiusdē ex ijs, quæ data sunt ex necessitate, non connumerato eo, quod erat in principio secundum idem, & ad idem similiter, & in eodem tempore. Arist. elench. l. 1. cap. 4. ch. 582.
Redar-

Redargutio propter consequens ideo est, quia putant conuerti consequentia, nam si cum hoc est ex necessitate, & illud sit: & cum illud est, putant & alterum esse ex necessitate, & quæ ob opinionem ex sensu sunt, deceptiones fiunt; nam tæpe esse mel, fel suspicari sunt, quia flauus est amborum color. Aristotel. elench. lib. 1. cap. 4. char. 582.
Redargutio propter non causam vt causa est, cum assumitur quod non causa est, tanquam propter illud fiat redargutio, & accidit tale ad syllogismum per impossibile. Arist. elench. l. 1. cap. 4. c. 583.
Redargutio propter id, quod est duas interrogationes facere vnam est, cum latet plures esse, & perinde, ac si vna sit assignatur responsio vna. In aliquibus facile est videre, quod plures, & quod non est danda vna responsio, in aliquibus minus. Arist. elench. l. 1. cap. 4. ch. 584.
Redargutio propter consequens, quia semper est in pluribus, differt ab accidenti, quia aliquādo est in aliquo vno. Arist. elench. lib. 1. cap. 2. char. 585.
Redargutionis per accidens deceptio fit, quia non potest iudicare idem, & diuersum, vnum, & multa, nec quibus prædicatorum omnia hæc, & rei accidunt: & itē in his, quæ sunt per consequens: pars enim est accidentis id, quod est per consequens. Arist. elench. l. 1. c. 6. c. 589.
Redargutionis per omissionem orationis, & in ijs quæ sunt aliquo modo, & simpliciter eo quod propter parum deceptio est. nā quasi nihil significet, quid aut aliquo modo, aut simpliciter, aut alicubi, aut nunc, vniuersaliter concedimus. Similiter & in ijs, quæ quid in principio est sumunt, & in non causis, & quæcunque interrogationes plures vnam faciunt: in omnibus his est deceptio ob id, quod propter parum, nam non exacte discernimus nec propositiones, nec syllogismi terminum. Arist. elench. lib. 1. cap. 6. char. 589.
Redargutiones sunt, & veræ, nā quæcunque est demonstrare est & redarguere eum qui ponit contradictionem veri. Arist. elench. l. 1. cap. 8. char. 591.
Redargutiones falsæ infinitæ sunt, secundū enim vnamquamque artem falsus est syllogismus. Arist. elench. lib. 1. cap. 8. char. 592.
Redargutionum non omnium, sed earum, quæ sunt in dialectica sumendi sunt loci: nam ij communes sunt ad omnem artem, & potentiam, & eam quæ secundum vnamquamque disciplinam redargutionem. Arist. elench. lib. 1. cap. 8. char. 592.
Redargutionem primo contemplari, quā de syllogismo sit contemplatio inconueniens est, nam redargutio est syllogismus. Arist. elench. lib. 1. cap. 9. char. 544.
Redargutio est, vel reprehensio, vel est in ratiocinatione, id est in conclusionem, vel in contradictione, id est contradictionis interrogatione, vel in vtraque. Arist. elench. lib. 1. cap. 9. char. 594.
Redargui videri non redargui cauendum est, quia qui interrogat amphibolia, & quæ propter æquiocationem sunt, & huiusmodi cauillationes, qui vero redargutionem ad umbrant, & redarguentem & non redarguentem incertum reddunt. Arist. elench. l. 2. c. 2. c. 609.
Redargutionum ex æquiocatione, & amphibolia, alia habent aliquam interrogationem plura significantē, alia conclusionem multipliciter dictam: & duplex quidem quandoque est ens, quandoque est non ens, & quandoque significat duplex hoc quidem ens, illud non ens. Arist. elench. lib. 2. cap. 3. char. 614.
Redargutiones, quæ sunt simpliciter illud hoc autem, vel quia, vel vbi, vel aliquo modo, vel ad aliquid dicitur, non simpliciter soluende sunt considerando conclusionem ad contradictionem, si contingit horum aliquid passas esse. At si in principio interroget non consistendum, sed dicendum non sic, vel forte. Arist. elench. lib. 2. cap. 5. char. 623.
Redargutiones, quæ fiunt, quia petitur principium si

manifestum sit, non dandum: si lateant ignorantiam obscurissimam talium orationum ad interrogantem retorquendum, tanquam non redarguentem. Arist. elench. l. 2. cap. 5. char. 626.
Redargutionis propter consequens in ipsa oratione monstrandum duplex est consequens: aut vt particulare vniuersale, vt hominem animal: aut secundum oppositiones; nam si huic est illud consequens, & opposito oppositum. Arist. elench. l. 2. cap. 5. c. 626.
Redargutiones, quæ accidunt propter id, quod additur aliquid, considerandum si eo ablato accidit nihil minus impossibile, deinde manifestandum, & dicendum, quod dedit non tanquam videretur, sed ad orationem: quo verò vsus est nihil ad orationem. Aristotel. elench. l. 2. cap. 5. char. 626.
Redargutionibus, quæ plures interrogationes vnam faciunt, statim in principio est determinandum ac illis obuiandum. Arist. elench. l. 2. cap. 5. c. 627.
Redargutionibus, quæ ducunt ad idem frequenter dicere obuiandum, si non damus eorum aliquid quæ dicuntur ad aliquid significare aliquid separatas per se prædicationes, & non danda est dictio secundum rectum, id est non est finium natus causus, sed nasi passio. Arist. elench. l. 2. cap. 6. c. 628.
Redargutio est syllogismus in contradictionem per interrogationem adigenus. Alex. Aphrod. in 3. metaph. vel secundum Latin. 5. com. 57. char. 97. col. 1.
Reduplicatio fit ad primum extremum, non autem ad medium. Arist. 1. prior. sect. 3. cap. 38. char. 226.
Reduplicatio est iterata duplicatio medi super extremum, vt notetur causa inhærentie prædicati in subiecto. Alb. mag. in prior. char. 139. col. 1.
Reduplicatio est proprietates inchoans a prædicato, & in subiectum procedens, & in ipso declaras causam, qua inhæret prædicato. Alb. mag. in prior. char. 139. col. 1.
Reduplicatio ad maius extremum debet fieri. Alb. mag. in prior. char. 139. col. 1.
Reduplicatio est specificatiua rationis secundum quam prædicatum inest subiecto. Alex. de Ales 11. metaph. char. 319. colum. 3.
Reflexio non fit nisi secundum angulos terminatos. Auer. 2. de celo. tex. 49. char. 61. col. 4.
Reflexio fit diuersa secundum fortitudinem, & debilitatem. Auer. meteor. 3. cap. 3. char. 209. col. 4.
Reflexio est in causa caloris, quia in reflexione multi radii diriguntur ad punctum vnum, vbi propter multiplicatum calorem aut locus calet, aut incenditur. Alb. Mag. in 2. de celo. trac. 3. cap. 3. c. 32. col. 4.
Reflexio fit ad loca determinata secundum proportionem corporum, ad quæ fit reflexio. D. Tho. 2. de celo. l. 12. tex. 49. char. 31. col. 1.
Reflectio est causa iridis areæ paretiorum, & virgarum: secundum modos autem differunt, & a quibus, & quo modo accidit fieri refractionem ad solem, aut aliquid aliud fulgidorum. Arist. meteor. 3. su. 2. c. 1. c. 541.
Reflectio quæcunque vt fiat, tria requiruntur: primo obiectum, quod in speculo imprimit suam virtutem, vt lumen Solis; qui habet rationem refracti. Speculum, quod determinat actionem obiecti, & eius recipit similitudinem, quod habet rationem refrangētis: & visus, qui habet rationem eius, ad quod fit refractione. D. Thom. in 3. meteor. lect. 4. char. 177.
Refrigeratione indiget natura animalium propter feruorem animæ in corde, quam animalia habentia pulmonem faciunt per respirationem. quæ pulmonem non habent, vt pisces aqua per branchias. Arist. de iuuen. fenec. vit. & mor. & respir. cap. 13. c. 325.
Refrigerati magis vrimur atque dolemus a calore vehementi, quā a paruo, vel quia caro suæ causi densitatis calorem occurrentem sibi tenacius suscipit, ex quo plumbum calidius redditur, quā lana: an calor

vi penetret eo, quod foramina nimio frigore congelauerunt. Arist. problem. sect. 8. num. 16. char. 419.

Regere est ad esse perfectum & finem dirigere. Albert. Mag. de caus. & process. vniuers. a prim. caus. l. 2. trac. 4. cap. 1. char. 224. colum. 1.

Regi est ad esse perfectum, & ad finem dirigi. Alb. Mag. de caus. process. vniuers. a prim. caus. libr. 2. tractat. 4. cap. 1. char. 225. colum. 4.

Regio circa vrsam in hyeme tranquilla est, & sine flatu; sed secundum modicum vterius flans, & latens extra procedens iam flatus sit uehemens. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 1. char. 513.

Regionis temperies in stirpibus, quadrupedibus, animalibusque cæteris non solum ad cæteram corporis felicitatem multum pensanda est, sed ad coitum, partumque ampliorem, ac sic in piscium ratione locis ipsis discrimen plurimum oritur, non ad magnitudinem tantum, sed ad coitum, & partum, ut eadem alibi pluries generent, alibi minus. Aristot. de historia animal. 5. cap. 11. char. 157.

Regionem feracem esse, omnium necesse est: nam omnia in se ipsa habere, & nullius indigere sufficiens est, & tantum ut queat habitatores otiosos nutrire, & liberaliter simul, & temperate uiuentes. Arist. polit. 7. cap. 5. char. 724.

Regionis forma, in qua est ciuitas, talis esse oportet, ut non facile ab hostibus inuadi possit, ciuibus autem sit facilis in aliena egressio, & ut cognosci, & succurri facile possit. Arist. polit. 7. cap. 5. char. 725.

Regio alia publica esse debet, alia priuata: & publica, alia deorum cultui deputanda; alia ad commestationum impensam; & priuata, alia ad proprias necessitates esse deputanda, alia ad ciuitatem. Arist. politic. 7. cap. 10. char. 735.

Regionum diuersitas ut diuersificat plantas, & arbores, ita etiam animalia non solum secundum abundantiam sibi, sed etiam in multitudine coitus partus, & imprægnationis. Alb. mag. de ani. l. 5. tract. 1. cap. 4. c. 54. c. 1.

Regio morbo laborantes omnia flaua esse existimant. Ioan. Gram. in 2. de anima. tex. 69. char. 56. col. 1.

Regni figuram habet patris societas in filios. Aristot. 8. Ethic. Nicom. cap. 10. char. 205.

Regia administratio est ea, quæ primam rerum obtinet potestatem, sed in quatuor partes distribuitur, aut numeri rationem habere consuevit, aut rerum, quæ exportantur, aut earum, quæ importantur, aut expensarum. Arist. econom. 2. char. 802.

Regum est spontanea gubernatio, ac maiorum propria. Arist. polit. 5. cap. 10. char. 680.

Rex paruus Tyrannus euadit. Aristot. 8. Ethic. Nicom. cap. 10. char. 204.

Rex non est nisi ex se ipso sufficiat, omnibusque bonis excelsat, & qui is est nulla re indiget, quo circa utilitatem non sibi, sed subditis procurabit. Tyrannus e contrario, & ideo pessimus est, quia optimo contrarius est. Arist. 8. Ethic. Nicom. cap. 10. char. 204.

Regni transgressio est Tyrannus, & in hoc differunt, quia Tyrannus suam; Rex subditorum utilitatem spectat. Arist. 8. Ethic. Nicom. cap. 10. char. 204.

Regni vna est autoritas belli perpetua: & quandoque per genus, quandoque per electionem huiusmodi regnum obtinetur. Arist. polit. 3. cap. 10. char. 589.

Regni secunda species, ut sunt apud barbaros regna vim habentia proximam Tyrannidi, licet sint legitima, & secundum morem parata, sed habent securitatem, quia moribus & legibus viuunt. Arist. polit. 3. e. 10. c. 589.

Regni est tertia species, quam antiquitus in Græcia appellabant Aesymnetas. Est autem hæc ut simpliciter dicamus electiua Tyrannis, differens a secunda non eo quod non legitime, sed eo quod non consuevit, & hæc potestas, aut uiuente eo durabat, aut tempore

quodam præfinito vel rebus gestis finiebatur, quæ quia Tyrannicæ sunt, dominationem habent; quia electiua sunt, & uolentium, regnæ. Aristot. politic. 3. cap. 10. char. 590.

Regni quarta species est spontanea secundum morem, & legem, ut fuerunt heroicis temporibus, quibus regnum eis delatum fuit, vel propter beneficia a patribus in populos collata, vel per artes, vel per bellum, vel per congregationem in vnum, vel per acquisitionem regionis: & hi & belli, & rei diuinæ exercebant imperium, & de controuersijs iudicabant, alij iure iurando, alij non. & iusiurandum erat illis per sceptri eleuationem. Arist. polit. 3. cap. 10. ch. 590.

Regni species quinta est, cum vnus omnium habet potestatem, ut vnaquæque gens, & ciuitas publice ordinata ad exemplar gubernationis domus. Arist. polit. 3. cap. 10. char. 591.

Regimen, est ciuitatis potestas, quæ vel penes vnum, vel penes paucos, vel penes multos, & quando vnus vel pauci, vel multi communem utilitatem in gubernatione sequuntur, has esse respublicas necesse est. At cum ad propriam utilitatem vnus, vel paruorum, vel multitudinis gubernatur, transgressiones sunt, & labe. Arist. polit. 3. cap. 4. char. 568.

Regia potestas est, cum vnus ad utilitatem communem respiciens gubernat. Arist. polit. 3. cap. 5. char. 571.

Regia gubernatio est vna ex rectis speciebus rerum publicarum. Arist. polit. 3. cap. 10. char. 388.

Regum omnium non est modus vnus potestatis. Arist. polit. 5. cap. 10. char. 588.

Rex Lacedæmoniorum, cum egreditur extra regionem ad bellum, impertium habet ad bellum, sacrificia, & deorum ceremonias, & non habet vitæ & necis potestatem, nisi dum bellum gerit. Arist. polit. 3. c. 10. c. 588.

Reges a ciuibus custodiuntur, Tyranni ab externis mercede conductis. Arist. polit. 3. cap. 10. char. 589.

Reges uolentibus, Tyranni inuitis dominantur. Aristot. polit. 3. cap. 10. char. 589.

Rex arbitrio idem repertus est, quia erat difficile viros plures excellentes virtute reperire, & maxime tunc cum virtutes paræ sunt. Arist. polit. 3. cap. 1. c. 593.

Regibus congruit hæc multitudo, quæ natura apta sit ferre genus præstans virtute ad principatum ciuilem. Arist. polit. 3. cap. 12. c. 598.

Rex auctoritatem habere debet, ut ipsi suadenti pareatur, & non per vices potestatem habere debet, sed simpliciter. Arist. polit. 3. cap. 12. char. 599.

Regia potestas optimatum gubernationi respondet. Arist. polit. 5. cap. 10. c. 672.

Regia potestas pro tutela præstantium virorum contra populum reperta est. Arist. polit. 5. cap. 10. char. 672.

Rex fit ex præstantibus per excellentiam virtutis, vel rerum gestarum, quæ sunt a virtute, vel per excellentiam huiusmodi generis. Arist. polit. 5. ca. 10. c. 672.

Regia potestas est secundum dignitatem, vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia collata, vel per ista simul, & potentiam. Arist. polit. 5. c. 10. c. 673.

Rex vult esse custos, ut qui diuitias habent nihil iniustum patiantur, nec populus contumelijs afficiatur. Arist. polit. 5. cap. 10. char. 674.

Regis obiectum est honestum, Tyranni quod placet. Arist. polit. 5. cap. 10. c. 674.

Regnum ab iis, quæ extra sunt, minimum corrumpitur: ex se enim ipso ut plurimum corrumpitur: nam duobus modis corrumpitur. vno, si seditio oriatur inter eos, qui participes sunt regni. alio si Tyrannicè gubernare pergunt, volentes esse domini plurimum, & contra leges, & in illis, quæ per genus sunt. Est etiam causa, quod plerique contemnendi homines succedunt. Arist. polit. 5. cap. 10. char. 680.

Reges secundum antiquam ciuilitatem non habebant potestatem

potestatem faciendi, prout eis videbatur, sed erant rectoris multitudinis, ad quam pertinebat facere ea, quæ a principibus consilio determinata erant. D. Thom. Ethic. 2. lec. 20. char. 43. colum. 1.

Regale regimen est cum illo, qui habet plenariam potestatem, quæ est in ciuitate. D. Tho. 1. polit. l. 1. c. 1. c. 3.

Rex non est ille, qui non est per se sufficiens & superexcellens omnibus bonis. D. Tho. polit. 4. l. 1. c. 53. col. 1.

Regula ad inueniendas propositionum consequentias contemplati subiecti, ac prædicati quantitatem, & qualitatem, respicit ad subiecti differentias, nam vel finitum est subiectum, vel infinitum: & prædicatum, vel simplex, vel ex transpositione; a quantitate, vel vniuersalis, vel particularis, vel indefinita, vel singularis; a qualitate, vel affirmatiua, vel negatiua. quæ cum ita sint ut inuenias consequentiam sume aliam propositionem subiecto similem, & quantitate cæteris ambabus dissimilem: ut omnis homo animal, nullus homo non animal. Ammon. in lib. de interpr. char. 102.

Regula ad inueniendas propositionum consequentias subiectum quantitatemque, propositionis seruare, qualitatem, & determinationem mutare, ut omnis homo animal est, nullus homo non animal est. Magent. in lib. de interpr. char. 25.

Regulare, & irregulare non uariant speciem motus, sed faciunt in eo aliquam multitudinem. Auer. physic. 5. tex. 43. colum. 3.

Relatiuorum diuisio.

Relatiua dicuntur, alia per se, ut multiplicatum ad multiplicati partem, quæ in numeris est, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. alia secundum potentiam actiuam & passiuam, ut calefactiuum ad calefactibile. alia ut mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam. Aristoteles 5. metaphysic. cap. 5. tex. 20. char. 105.

Relatiua alia dicuntur contrariè, quia scilicet vnum refertur ad aliud, & contra alia ut scibile & scientia, quia scibile non refertur ad scientiam, nisi quia scientia refertur ad ipsum. Arist. meta. 5. cap. 5. tex. 21. char. 106.

Relatiua alia eodem vtuntur nomine, ut simile simili: alia non vtuntur eodem nomine, ut filius patris filius. Porphyrius in prædica. char. 17.

Relatiua alia ad genitium casum pronuntiantur, alia ad alios. Porphyrius in præd. char. 18.

Relatiuorum alia dicuntur per equiuocationem, alia per diuersiuationem: & horum alia a mutuo excessu, vel defectu: alia a principe, & subdito: a iudicante, & eo quod iudicatur: ab eo qui participat & quod participatur, secundum causam, & a causa perfectum: ab agente, & patiente: & pro locali differentia. Ammonius in prædic. char. 66.

Relatiua alia optant genitium, alia datiuum; alia vtrunque, alia accusatiuum cum præpositione ad: alia ablatiuum cum præpositione a vel ab. Simp. in præd. ch. 42.

Relatiua alia dicuntur per se, ut æquale, & simile: alia per accidens, ut homo, cui accidit esse duplum. Simplicius in prædicamen. char. 45.

Relatio alia per se existit, alia insequitur reliqua prædicamenta. per se est ut qualitas, quantitas, & substantia. quæ reliqua prædicamenta sequitur, est quando, vbi, habere, agere, pati. Auerroes in 3. physic. exposit. med. char. 204. colum. 2.

Relatio duobus modis est, aut in substantia vtriusque relatiui, aut in substantia alterius tantum, & in altero propter aliud. Auer. 5. metaph. tex. comment. 20. char. 61.

Relatiua alia ad eisdem casus referuntur, alia ad diuersos; alia omni casu sunt carentia. Boet. in præd. c. 155.

Relatiua, quæ iisdem casibus conuertuntur alia similibus, ut æquale æquali æquale: alia dissimilibus conuenien-

tibus tantum prædicationi casibus conuertuntur, vt maius minori maius. Boet. in prædic. char. 157.

Relatiua ad conuertentiam dicuntur, non secundum suam nuncupationem, sed secundum aliquam habitudinem. Boet. in prædic. char. 161.

Relatiua tripliciter considerantur, vt sunt simul natura, vt sunt ad inuicem dependentia, vt sunt ea, quæ sunt relatiua per aliquam relationem, quæ in ipsis est causata. Primo modo habent vnâ formam, quæ in ipsis est æqualiter. Secundo non est inconueniens alterum esse notius, alterum esse ignotius. Tertio nihil prohibet vnum relatiuum alterius causam esse. Alber. mag. in prædic. char. 15. colum. 3.

Relatiua multis modis dicuntur: vt ad finem, & actum propter quem est, vt oculus ad videndum: vt materia ad formam, & sic est propria materia ad propriam formam: vt ex non nota o cum principali suo, vt caput, & manus: vt principale, & totum esse, vt pater ad filium: & sic nulla substantia est ad aliquid. Albertus magnus in prædic. char. 52. colum. 1.

Relatiua comparata ad substantiam tribus dicuntur modis. Alia ex necessitate sunt in illis, vt habitus, & dispositio, & mediocritas virtutis. Alia sunt circa ista, ad quæ dicuntur, ut contraria ad suum contrarium: Tertio alia sunt aliquando in illis, aliquando non, vt scibile & scientia. Alber. mag. in topic. char. 247. col. 2.

Relatiua in disparata, & opposita diuisa debent accipi iuxta fundamentum, & fundamenta disparata vocantur duo fundamenta, quæ distant formaliter. Alex. de Ales. in 8. metaph. tex. 20. char. 140. col. 1.

Relationum quædam distant formaliter, quædam numeraliter. Formaliter distant, quorum fundamenta distant genere, uel specie, & si hæc concurrunt cum oppositione relatiua, distat etiam subiectiue, & si fundamenta distant solum numeraliter, distat relatiue numeraliter. Alex. de Ales. in 5. metaph. text. 20. ch. 140. col. 2.

Relatiuum aliud secundum esse, aliud secundum dici. Secundum esse, cum relatiuum habet respectum, & suum nomē importatur a natura respectus, cum idem, quod principaliter importatur per nomen, est quidditas relationis, tunc est relatiuum secundum quidditatem relatiui, & per consequens secundum esse. Et cum relatiuum includit relationem, & respectum, sed nomen suum non imponitur principaliter a natura respectus, licet dicatur relatiuum, est relatiuum secundum dici, & non secundum esse: cuius ratio est, quia vtrunque quod dicitur, habet esse quidditatiuum ab illo, a quo principaliter nomen importatur. Alex. de Ales. in 5. metaph. tex. 20. char. 141. col. 1.

Relatio esse potest secundum rem, & secundum esse simul, sed secundum diuersas rationes. Alexand. de Ales. in 5. metaph. tex. 20. char. 141. col. 2.

Relatiua duobus modis considerantur. Primo, vt opponuntur contradictioni participatæ. Secundo, vt sunt opposita ad aliquid. Thom. de Vio in præd. ch. 79. col. 1.

Relatiua que sunt, & quid sunt.

Relatiua dicuntur quæcunque hæc ipsa, quæ sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet alter ad alterum, & hæc descriptio est iuxta antiquos. Aristoteles prædicam. tract. 2. cap. 3. char. 7.

Relatiua sunt, quorum hoc ipsum est esse, ad aliquid quodammodo se habere. Arist. ibid. char. 76.

Relatiua per se secundum numerum non concernunt motum, nisi ut dictum est metaphoricè: non enim habent actiones secundum motum. Quæ autem sunt secundum potentiam, dicuntur relatiue secundum tempus, vt faciens ad id, quod fit, & facturum ad faciendum, & quæ secundum priuationem potentie dicuntur, relatiue dicuntur. Arist. 5. metaph. cap. 15. tex. 20. ch. 106.

Relatio-

Relationes, quæ sunt secundum numerum, & secundum potentiam, dicuntur ad aliquid ex eo, quod essentia eorum dicitur ad aliquid, & nõ, quia illud aliud dicitur ad illa. Quæ autem sunt, vt mensurabile, & scibile, & intelligibile, dicuntur relatiua, quia ad illa dicuntur alia aliqua. Intelligibile enim significat quod eius est intellectus, & intelligibile non est relatiuus ad id, cuius est intellectus, quia sic idem bis diceretur, nec visus dicitur relatiue ad aliquid visus, sed ad obiectum. Arist. 5. metaph. cap. 15. tex. 20. c. 107.

Relatiua per accidens sunt, quæ sunt relatiua, quia genera eorum sunt in relatione, ut medicina, quia genus suum scientia est in relatione, & quæ secundum habentia dicuntur ad aliquid, ut æqualitas, quia æquale, similitudo, quia simile, & ut homo, quia ei accidit duplum esse, & quia accidit ei album esse. Arist. 5. metaph. cap. 15. tex. 20. char. 107.

Relatiuorum est omnis habitus. Porph. in præd. c. 18.

Relatiuum est illud, quod secundum solam habitudinem consideratur, & habet esse in alijs prædicamentis. Simpl. in præd. char. 85.

Relatiua mouentur, & fiunt non per se, sed per accidens. Simp. in 5. phy. c. 302. col. 2.

Relatiuorum substantia est ante relationem, & habitudinem. Simpl. in 8. physic. char. 403. col. 2.

Relatio est habitudo inter duas res, quarum dum determinabitur per eam, utraque illarum cogitabitur substantia sua in relatione ad alterutrum. Auer. epitom. in logic. char. 342. col. 3.

Relatio est debilioris esse quam cætera prædicamenta, ita ut quidam putarunt eam esse ex secundis intellectibus. Auer. in 12. metaph. tex. com. 19. char. 144.

Relationis essentia est per proportionem. Auer. in epitom. metaph. tract. 1. char. 169. col. 4.

Relatiuum unumquodque accipitur per comparationem ad suum relatiuum. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. char. 177. col. 1.

Relatiue ad aliquid, quod refertur, habet aliquam quodammodo relationem ad id, quod reducitur. Boet. in Topic. Cicer. lib. 1. char. 760.

Relatiua, ut sint, non satis est, ut alicuius aliquid sit, sed oportet, ut sit ipse, ut perfecti, uel instrumenti ad alterum. Alb. mag. in præd. char. 48. col. 4.

Relatiua multa sunt in genere, quæ non sunt relatiua in specie. Alb. mag. in præd. char. 51. col. 2.

Relatio in ueritate habet esse, sed non habet esse nisi in relatiuo. Alb. mag. in 5. metaph. tr. 3. cap. 7. c. 110. c. 1.

Relatiuorum entitas est respectus subiecti. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 3. cap. 7. char. 150. col. 2.

Relatiua omnia formaliter esse impossibile est. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 25. char. 95. col. 2.

Relatio fundatur super absolutum, & non super relationem. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 16. c. 124. col. 2.

Relatiue dicitur omne excedens secundum quantitatem ad quod exceditur. Idem ibid. tex. 20. c. 138. col. 2.

Relatio omnis fundamentum requirit, & uariatio modorum relationis est penes fundamentum, id est, prædicamentum absolutum. Alex. de Ales ibid.

Relatiue quidquid dicitur, est aliquid aliud, præter illud, quod relatiue dicitur. Alex. de Ales ibid.

Relatiua distinguuntur a logicis in relatiua æquivalentiæ, suppositionis, & superpositionis relatiua. Idem ibid. eorum. 3.

Relatio secundum rem est ipsa habitudo posita in re a natura rei. Alex. de Ales in 5. meta. tex. 20. c. 140. c. 4.

Relatio secundum rationem est relatio, quæ est in re non propter naturam rei, sed propter conceptum intellectus. Alex. de Ales in 6. metaph. tex. 20. c. 140. c. 4.

Relatio secundum rem, & rationem esse potest in omnibus modis relationis, in metaphysicis ab Aristot. numeratis. Alex. de Ales in 5. meta. tex. 20. c. 140. col. 2.

Relatiuis per se hæc requiruntur, quia oportet ibi esse illud, quod refertur, & illud, quod est ratio referendi. Idem ibid. char. 146. col. 2.

Relatiua ut aliqua sint, duo considerare debemus; si id, quod sunt, non absolute sunt, nec sui, sed aliorum sunt, ita ut per esse aliorum excludantur duo, quod non sint absoluta, & quod non sint suimet. Thom. de Vio in prædicam. char. 58. col. 1.

Relatiua, quæ sunt, non sunt secundum materiam, sed secundum formam. Tho. de Vio in præd. c. 62. col. 1.

Relatiua definiuntur ad reliquum, non autem per reliquum, nam particula, per, casuale significat: ad autem, habitudinem. Tho. de Vio in præd. char. 7. col. 1.

Relatiuorum proprietates.

Relatiuorum proprium est esse, illis cõtrarium, quod tamen nec omnibus, nec solis accidit. Aristot. prædicam. tract. 2. cap. 3. char. 82.

Relatiuorum proprium est, & magis, & minus suscipere, sed nec omnibus, nec solis accidit. Arist. prædicam. tract. 2. cap. 3. char. 73.

Relatiuorum proprium est dici ad cõuertentiam. Arist. prædicam. tract. 2. cap. 3. char. 73.

Relatiua si conuenienter assignentur, si omnia alia auferentur relicto solo accidente ad quod conuenienter assignatum est ad ipsum semper dicuntur. Aristot. præd. tract. 2. cap. 3. char. 84.

Relatiuorum proprium est, quod sint simul natura, sed non omnibus est proprium. Arist. præd. tr. 2. c. 3. c. 85.

Relatiuorum proprium vere est, ut si quis perfecte norit unum eorum, cognoscat & reliquum. Arist. ibid. c. 76.

Relatiua ingrediuntur descriptionem alter alterius. Porph. 5. voc. cap. 3. char. 36.

Relatiua ad aliquid si debent ad conuertentiam dici, fingenda sunt nomina, sumendo ea, quæ denominatiue dicuntur, ut a capite capitatum, caput capitati caput. Porph. in præd. char. 18.

Relatiua quæcunque sunt, sunt simul natura. Contrarium videtur asserere Aristot. in textu. Porph. in prædicam. char. 18.

Relatiuorum natura est, ut unum capiatur in diffinitione alterius. Auer. in Porph. cap. 3. char. 3. col. 4.

Relatiuum necessario est omne, quod intelligitur in respectu alicuius. Auer. physic. 7. tex. 17. char. 146. col. 1.

Relatio omnis sequitur transmutationem. Auer. phys. 8. sum. 1. tex. 9. char. 157. col. 1.

Relatiuorum utrunque accipitur in diffinitione alterius, & non accidit inde malum. Auer. in 9. metaph. tex. com. 11. char. 111.

Relatiuorum de propria natura est, ut de necessitate unum capiatur in alterius formationem. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. cap. 177. col. 1.

Relatiue nullum est causa alterius, quia ambo sunt simul. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. char. 177. col. 1.

Relationis in natura quodcunque agnoscitur cum alio necesse est ut consideretur. Boet. in præd. c. 155.

Relatio rectissime prædicatur de illis, de quibus sublati cæteris prædicatio ualet, & cæteris manentibus ea tantum sublata prædicatio intercipit. Boet. in præd. c. 163.

Relatiua, ut conuertantur, æqualia esse debent. Boet. in præd. char. 165.

Relatiua si se recipiunt, vel amica, vel dissidentia conferuntur. Si amicitia, vel substantialiter, ut genus, forma, accidentia, consequentia, causa, effectus. Vel in qualitate, ut coniugatum, simile coniunctum. Vel in quantitate ut paria. Quæ dissidentia conferuntur, partim a se tantum dissident, partim aduersa, quæ si in qualitate sunt contraria repugnantia: si in quantitate maius, & minus. Boet. in Top. Cicer. l. 2. c. 775.

Relatiua si in relatiuorum diffinitione posita fuerunt non

non est inconueniens. Alb. Magn. in præd. c. 13. col. 2.

Relatiuorum quædam suscipiunt magis, & minus secundum genus, non secundum speciem. Alber. Magn. in præd. char. 50. col. 1.

Relatiua omnia dicuntur ad conuertentiam secundum veritatem, vel secundum modum tantum. Alb. magn. in prædicam. char. 50. col. 2.

Relatiuorum aliquando unum dependet ad aliud simpliciter, & alterum non secundum seipsum dependet ad illud, nisi secundum, quod stat sub forma prima. Alb. mag. in præd. char. 50. col. 2.

Relatiua non faciunt conuertentiam in recto casu, quia rectus casus ad rectum non ponit diuersitatem, quam semper exigit relatiua. Alb. mag. in præd. c. 50. c. 2.

Relatiua si definiuntur, relationem pro genere sumunt, & correlatiuum, ad quod est, pro differentia. Albert. mag. in præd. char. 52. col. 1.

Relatiuum unumquodque per reliquum definitur. Albert. mag. in præd. char. 52. col. 1.

Relatiua habent virtutem oppositorum in hoc, quod se expellant actu, & potestate ab eodem subiecto, quod autem posita se ponunt, habent a mutua relatione. Alb. mag. in præd. char. 59. col. 2.

Relatiuum cum ponitur in diffinitione alterius, non ponitur, ut diffiniens, sed ut terminans. Alb. mag. in Topic. char. 259. col. 4.

Relatio in extremis in eadem diuisione cadit, cum eo, quod est causa relationis. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 6. char. 105. col. 3.

Relatiuum unum cum refertur ad alterum relatiuum diuersum a subiecto: tamen non refertur nisi ad unum, ut relatiuum, & ad subiectum, ut ad accidens. D. Th. 5. metaph. lect. 17. tex. 20. char. 370.

Relationis essentia hoc requirit, ut ad aliud se habeat, ut omnis relatio distincta requirit extrema distincta, sed aliter relatio realis, & relatio rationis: quia relatio realis requirit extrema distincta realiter, ad relationem autem rationis sufficit, quod sint extrema distincta secundum rationem. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 16. char. 124. col. 4.

Relatio habet esse debile, propter quod non potest se ipsam fulcire, ideo requirit fundamentum, quod cum non sit in prædicamento relationis, est in alio, apta enim est fundari in alio, & non fundare aliud, ita ut in alijs prædicamentis accidentalitas relationis fundatur. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. char. 135. col. 1.

Relatio numeratur inter prædicamenta intrinseca, quia a fundameto sua natura oritur, fundamentum autem est intrinsecum rei. Idem ibid. tex. 20. char. 140. col. 3.

Relationes duas separatas non est impossibile super eadem relatione fundari, ut illa realitas induit rationem diuersorum modorum. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. char. 144. col. 1.

Relatio nullam realitatem addit super suum fundamentum, quia habitudo relationis ad fundamentum non est habitudo rei ad rem, sed modi ad rem; & quia eadem realitas ligat subiectum relationis ad eius obiectum, & quia realitas fundamenti, & relationis est eadem, & quia nulla mutatione facta vnus est relatus, quæ antea nõ erat. Alex. de Ales in 5. meta. te. 20. c. 147. c. 3.

Relatio realis ubi est, ibi est ordo, & dependentia realis. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 21. char. 297. col. 2.

Relatio de sui essentia nõ denotat illud, cuius est, nisi respectu alterius. Alex. de Ales in 11. meta. char. 326. col. 1.

Relatiua secundum esse carent contrario, sicut dici possunt habere contrarium. Tho. de Vio in præd. c. 60. col. 1.

Relatiua, ut opponuntur, & differunt.

Relatiue opposita non semper differunt formaliter, sed semper differunt subiectiue. Alex. de Ales in 5.

metaph. tex. 20. c. 140. col. 1.

Relatiue opposita sunt illa, quæ mutuo se aspiciunt, quorum vnus est extremum respectu alterius. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 20. c. 140. col. 2.

Relatio, & relatiuum differunt, ut albedo, & album. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. char. 146. col. 2.

Relatio differt a fundamento suo secundum intentionem, quia possunt concipi duo conceptus, vnus relationis, alius fundamenti. Idem ibid. c. 148. col. 2.

Relatiua, ut ad inuicem se habent.

Relatiua, quæ sunt, in multitudine cõsiderantur: nam vnus sibi ipsi non habet relationem. Porphyr. in prædicam. char. 1.

Relatiua quæ comparantur, vel comparantur casu recto, vel obliquo. Ammon. in Porph. c. 9. col. 2.

Relatiuorum prædicamentum, ut se habet ad cætera prædicamenta.

Relationis prædicamentum sequitur quantitatem, quia ubi longitudo, latitudo, & profunditas precessit statim sequitur maius, & minus, quod est ad aliquid: & quia in quantitatis prædicamento mentionem fecit eius, quod est aliquid. Porph. in præd. c. 17.

Relatiua quæcunque sunt non habent diffinitã naturã, sed in prædicamentis alijs existunt. Ammon. in præd. c. 14.

Relatiua differunt ab ijs, quæ secundum habitum, & priuationem dicuntur. Ammon. in prædicam. char. 111.

Relatiua cum subsistant in alijs generibus, idcirco cum ipsis considerari possunt. Simpl. in præd. char. 44.

Relatiuum in qualitate est habitus: in quanto duplum: in ubi ultra, & circa: in quando, senius, & recentius: in facere, & pati vsio, & incisio: in poni id, quod supponitur: in habere id, quod dicitur denominatiue ab eo, a quo habet, ut calceatio: in substantia pater, & filius. Simp. in præd. char. 45.

Relatio accidit quantitati, & cæteris prædicamentis. Auer. in 5. metaph. tex. com. 18. char. 54.

Relatio communior est reliquis omnibus prædicamentis, quia inuenitur in substantia, ut pater, & filius: in quantitate, ut duplum, & dimidium: in qualitate, ut similis & dissimilis: in ubi, ut quæ in loco circumscribuntur esse: in quando, ut prius, & posterius: in situ, ut dextrum, & sinistrum: in agere, & pati, ut agens, & passum. Auer. in epitom. metaph. tract. 1. c. 169. col. 4.

Relatiua quæcunque prædicantur substantiam semper ex oppositis sumunt. Boet. in Porph. char. 66.

Relatiue quæ prædicantur, substantiam fortiuntur ex ijs, de quibus prædicantur. Boet. in Porph. char. 97.

Relatiua minorem entis habent portionem, quam quantitas, & cætera accidentia absoluta. Alber. Magn. in præd. char. 48. col. 4.

Relatiua prædicantur, ut comparatum, ad aliquid, qui modus immixtus est omnibus sex prædicamentis. Alb. Magn. in præd. ch. 58. col. 1.

Relationis prædicamentum duo habet: formale, ut ad aliud se habere, & materiale: omne scilicet illud, in quo reperitur ad aliud se habere. Alexand. de Ales in 5. metaph. tex. 20. c. 138. col. 3.

Relaxatio est huiusmodi motus animæ, & requies per voluptatem. Arist. pol. 8. cap. 3. c. 760.

Religio est scientia, & cura caeremoniarum diuinarum, & horum appetitus, & inquisitio, & inuentio non est nisi secundum aliquid his simile in anima: simile dico, ut id, quod est in potentia, est simile ei, quod est in actu. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. c. 6. c. 73. c. 3.

Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, caeremoniamque affert. Albert. mag. Ethic. 5. tract. 3. cap. 3. char. 64. col. 3.

Remi ex cupressu fiebant. Simplic. in 2. physicor. tex. 25. char. 107. colum. 2.

Reminiscencia quid est.

Reminiscencia est inuentio per inquisitionem phantasmatis, quod fuit quandoque in corpore, in quo est anima sensitua. Alex. Aphro. in 3. nat. q. cap. 1. c. 11.

Reminiscencia non est resumptio memoriæ, nec assumptio apprehensio disciplinæ. Them. de mem. & remin. lib. 1. cap. 1. char. 93. col. 4.

Reminiscencia est reparatio prioris memoriæ, reuocatioque non totius, nam hoc discere est, sed partis. Them. de memor. & remin. lib. 2. cap. 1. char. 94. col. 1.

Reminiscencia est cuiusdam phantasmatis inuētio, quod aliquando fuit in spiritu. Ioan. Gram. in pri. de anim. tex. 64. char. 27. col. 3.

Reminiscenciæ principium est, in quo sensus definit. Ioan. Gram. in 1. de anim. tex. 64. char. 27. col. 3.

Reminiscencia, ira, & timor corporeæ sunt passionēs. Mich. Ephes. de mem. & remin. char. 9. col. 2.

Rememoratio est in præsentī: intentiones comprehensæ in præterito. Auer. de mem. & remin. char. 195. col. 3.

Reminiscencia est super partem obliuī. Albert. Magn. in poster. char. 174. col. 2.

Reminiscencia dicitur reflexus actus rationis secundum potentiam reminiscencem redeuntis ex aliquo medio super partem obliuī. Albert. magn. in top. c. 233. col. 4.

Reminiscencia cum sit inuestigatio per memoriā, & omnis inuestigatio fit ab aliquo principio, & huic loci topici maxime seruiunt. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 3. char. 23. col. 3.

Reminiscencia nihil aliud est, quam inuestigatio obliuī per memoriā. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 1. char. 22. col. 4.

Reminiscenciæ motus est, vt motus interruptus, & diuersificatus. Interruptus quidem, quia non continue per eandem formam reflectitur in rem; quia ea cecidit in obliuionem, vel in toto, vel in parte. Diuersificatus autem, quoniam ex multis est formis similium, & antecedentium, & consequentium, & locorum, & aliorum diuersorum, quæ accidunt rei quæsitæ per reminiscenciam. Albert. mag. de memor. & remin. tract. 2. cap. 1. char. 22. col. 1.

Reminiscencia est quidam motus ad memorandum. D. Thom. de mem. & remin. lect. 1. char. 24. col. 3.

Reminiscencia est motus in scientia. Alex. de Ales in 11. metaph. char. 328. col. 1.

Reminiscencia, vt fit, & eius opus.

Reminiscenciæ contingunt, quoniam aptus natura est hic motus fieri post hunc: si enim ex necessitate, manifestum est, quod cum motus fuerit illo, hoc mouebitur; si autem non ex necessitate, sed consuetudine, vt plurimum mouebitur. Accidit autem quosdam semel consueuisse magis, quam alios sæpe motos. vnde quædam semel videntes magis meminimus, quam alia sæpe. Cum igitur reminiscimur, mouemur secundum quandam primorum motuum, quousque moueamur, post quem ille consueuit. vnde, & quod consequenter est, venamur, meditates ab ipso nūc, aut alio aliquo, & à simili, aut contrario, aut propinquo. Arist. de mem. & remin. cap. 3. char. 40.

Reminiscens maxime oportet cognoscere tempus, aut mensuram, aut infinitè. Idem ibid. char. 43.

Reminiscens maxime turbatur, quibus humiditas existit circa locum sensituum, non enim facile cessat motus quousque accedat, quod queritur, vt recte procedat motus. Idem ibid. cap. 4. char. 44.

Reminiscens ab ipso se mouetur, & ex principio quo-

dam incolūmi, & manente intus iustrat, & vestigat innexa, & iuncta principio. Themist. de mem. & remin. lect. 2. cap. 8. char. 94. colum. 3.

Reminiscenciæ causa est priorum motuum reiteratio. Mich. Ephes. de mem. & remin. char. 1. col. 3.

Reminiscencia provenit cū ex partis resolutione residuū inuenire fuerit. Mich. ephes. de mem. & remin. ch. 4. c. 4.

Rememoratio fit per virtutes comprehensiuas passibiles, id est materiales, id est imaginatiua, cogitatiua, & rememoratua: ideo non rememoramus post mortem cogitationum habitatum in hac vita. Auer. 3. de anim. tex. 20. char. 171. col. 1.

Rememoratio est virtus: animæ comprehendēs res particulares indiuiduas: nō enim fit nisi p sensum, & imaginationem eius, quod fuit sensatum, & imaginatum. Auer. de mem. & remin. char. 195. col. 3.

Rememoratiuæ virtutis actio est facere præsentare post eius absentiam intētionem rei imaginatæ, & iudicare ipsam rem esse illam intētionem, quam ante sensit, & imaginabatur. Quatuor igitur sunt: imago, intentio illius imaginis, & facere intētionem esse præsentem, & indicare eā esse intētionē illius imaginis, quæ prius sentiebatur. Facere igitur imaginē esse præsentem necesse est, vt sit alterius virtutis a virtute, qua comprehendit intētionem: & hæc est dupliciter, si enim comprehensio eius fuerit continua, dicitur conseruans; si diuisa, dicitur rememoratua. Auer. ibid. col. 4.

Rememorans delectatur licet delectabile non sit actu, quia illa, quæ induxerant ad rememorandum sunt præsentia in actu, & sunt necessaria similia rebus rememorandis: quia igitur simile rei est comprehensum in actu, ab eo accidit rememoranti delectatio, & sic contristatio. Idem ibid. char. 196. col. 2.

Reminiscencia fit aliquando a locis, in quibus vidimus res: aliquando a similitudine secundum partem. Alb. Mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 4. c. 23. col. 4.

Reminiscens omnis cognoscit tempus præteritum, vt est mensura eius, quod reminiscitur, & hoc vel definitum, vel infinitum. Idem ibid. cap. 5. c. 24. col. 1.

Reminisci non est in arbitrio hominis, vt possit reminisci, sed cogit frequenter dispositio corporis naturalis, vel accidentalis, quæ ex infirmitate, vel ætate provenit. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 6. char. 24. col. 3.

Reminisci tunc dicimur, cum per id, quod habemus apud nos distincte recognoscimus id, quod prius vidimus, & audimus, & didicimus. Alb. Mag. de mem. & remin. tract. 1. cap. 1. c. 21. col. 1.

Reminiscencia tria in se habet. Primo est repræsentatio imaginis, vt imaginis, & hoc non fit nisi per memoriā, per se incipientem à phantasmate, per accidens vero ab intellectu. Secundo descriptio figuræ, & aptatio, vt debet esse, & hoc fit à virtute imaginatiuæ vniente figuræ, & aptatē eas: & ideo multa vis reminiscenciæ est in imaginatione bona, vel phantasia. Tertio est, quam Arabes vocant virtutem distinctiuā, quæ omnia hæc componit, & attribuit omnibus modis, quibus attribui potest per simile, & contrarium per locū, & tempus, & alijs modis, vt eliciat secundum intēntum, quod cecidit in obliuione. Horum autem vnum læditur ab alio, ita vt semper corporalius lædat spiritum alius, & impediatur reminiscenciā: namq; sensus cōis corruptus impedit phantasiā, & nō econtra: phantasia lædit memoriā, & non econuerso; memoria lædit intellectum distinguentem, & non intellectus memoriā. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 1. c. 22. c. 4.

Reminisci volentes trahunt se à loco publico, lucido, & vadunt ab obscuro priuatum, quia in publico lucido sparguntur imagines sensibilibium, & eorum motus confunduntur, in obscuro ordinantur, & ordinati mouentur. Albert. Magn. de memor. & reminisc. tract. 2. cap. 1. char. 22. col. 4.

Reminiscencia

Reminiscencia requirit, vt idem bis dicatur, & inuenire idem ignotum: primo quidem inuestigandum per doctrinam, vel inuentionem cum primo accipit scientiam: secundo per memoriā, cum iterato inuenit partem obliuam per imagines eorum, quæ circumstant ipsum. Idem ibidem cap. 2. char. 23. colum. 2.

Reminiscencia, vel fit ex parte reminiscencis, & tunc est consuetudo, vel ex parte reminiscibilis, & est, aut ordo necessitatis, vel probabilitatis. Si necessitatis, statim ex ipso in quæsitam venit. Si probabilitatis, tunc aut erit in pluribus dialectice, aut rhetorice, & tunc ab omnibus, quæ aliquo modo adhærent rei, vel referuntur ad ipsam, est inuentio rei per reminiscenciam. Idem ibi dem cap. 3. char. 23. colum. 2.

Reminiscimur id, cuius in se habemus obliuionem, sed principij eius recordamur per memoriā. Alber. mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 3. char. 23. colum. 3.

Reminiscimur quosdam motus semel sumptos velocius, quam qui multoties facti sunt, duabus de causis. Prima ob ætatem, quia inuenit animā minus occupatam, & ideo paruis motus profundatur in ea, & hac sola de causa pueri diu reminiscuntur. Alia causa est dispositio rei mouentis animam, quæ duplex est, destructio vehemens, & abominatio vehemens. Albert. magn. de mem. & remin. tract. 12. cap. 3. char. 23. col. 2.

Reminiscencia fit per conuersionem ad particularia, quæ sunt in phantasmatibus, & fit a cogitatione, quæ est actus rationis conferentis de particularibus. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 19. ch. 41. col. 3.

Reminiscendi causa est ordo motuum, qui relinquuntur in anima ex prima impressione eius, quod primo apprehendimus. D. Thom. de mem. & remin. 5. ca. 28. col. 3.

Reminiscencia, vt differt à ceteris animæ potentijs, & quæ eam sequuntur.

Reminisci, & iterum discere differunt, quia poterit quodammodo per seipsum moueri in id, quod est post principium: cum vero non, sed per alium, non adhuc meminuit. Sæpe autem fit, quod nō potest reminisci, quærens potest, & inuenit; hoc fit multa mouenti quousque moueat huiusmodi motu, quem cōsequitur res. Arist. de mem. & remin. cap. 3. char. 40.

Rememoratio differt a conseruatione: quia conseruatio est illius, quod semper fuit in anima: rememoratio est obliuī, & eadem subiecto sunt, sed diuersa secundum modum. Auer. de mem. & remin. c. 195. col. 3.

Reminiscencia quæ priuata sunt, spæ quoque priuantur. Auer. 1. rhetor. tract. 2. cap. 14. char. 39. colum. 2.

Reminiscenciam, qui bonam habet, & quæ facile reminiscuntur.

Reminiscibilia sunt facillime, quæ ordinationem habent aliquam, vt mathematica, quæ autem prauæ, difficulter. Arist. de mem. & remin. ca. 3. char. 40.

Reminisci interdum à locis videmur, quia facile ab alio in altud veniunt, vt a lacte in album, & sic in alijs. Arist. de mem. & remin. cap. 3. char. 42.

Reminiscimur cito eorum, quæ sæpe intelligimus. Arist. de memor. & remin. cap. 3. char. 42.

Rememoratiōnis bonæ est homo tardi motus in anima, & victus complexio posterioris cerebri est retinēs formam consistentem in ipso, & est ille, in cuius hac parte dominatur siccitas magis, quam humiditas. Auerroes de mem. & remin. char. 196. col. 2.

Reminiscuntur velocius, qui ex principio consequentiæ incipiunt reminisci, & quanto essentialius consequentiā incipiat, tanto in reminiscendo velocior est. Alb. mag. de mem. & remin. tract. 2. cap. 3. char. 23. colum. 3.

Reminiscibilia sunt, quæ ordinata sunt, vt scientiæ, &

probabilia minus, quæ minus sunt ordinata, prauæ vero inordinata. Albertus magnus de memor. & remin. tract. 2. cap. 3. char. 23. colum. 3.

Reminiscuntur maxime homines melancholici, qui habent melancholiam accidentalem proficienteam ex sanguine, & cholera simul adustis. Albertus magnus de memor. & remin. tr. 2. cap. 6. char. 24. colum. 3.

Reminiscibiliores sunt, qui habent partes anteriores partis capitis, quæ sunt circa sensum maiores, dummodo habeant in eis humiditatem compressam aliquantulum. Alb. mag. de memor. & remin. tra. 2. c. 7. ch. 24. colum. 4.

Reminisci non multum possunt, nec teneri infantes, nec senes propter multum motum, qui in eis est, & nihil habent virtutis retentiuæ formatæ: senes enim in decremento sunt humiditatem extraneam habentes: humiditatem pueri humidum augens nimis fluidum habent. Idem ibidem.

Reminiscuntur facile iuuenes compressam habentes humiditatem. Idem ibidem.

Reminiscuntur facile, qui sunt velocis ingenij ad inueniendum ex se, & bene dicendum ab alijs. D. Thomas de memo. & remin. lect. 1. char. 24. col. 3.

Reminiscuntur sæpe homines a locis vbi factæ sunt res. D. Tho. de mem. & remin. lect. 6. char. 29. col. 4.

Remissio vniuscuiusque motus est per impotentiam. Arist. 2. de coel. sum. 2. cap. 5. tex. 3. char. 304.

Remissio in quibus est, in his etiam inest vigor apud fac. Simp. in 2. de coel. text. 39. com. 20. char. 64. col. 4.

Remora expe omnino est, sed quia pinna pedibus similes habet, hinc videtur habere pedes: pisciculus est qui dam saxi affuetus in cibum non admittendus, non a remorandis nauibus adeptus, utilis ad inditiorū causas, & ad amatoria veneficia, vt aliqui volunt. Arist. de histor. animal. 2. cap. 14. char. 58.

Renes post lienem, & ictur iuxta spinam adhæret, & hominis similes sunt bubulis. Dexter in omnibus animalibus, in quibus sunt renes, obtinet superiorem locum, minusque pingui obducitur, & siccor est: Pertinent ad renes meatus, tam ex vena maiore, quam ex aorta, sed non ad cauum, quod alij amplius, alij arctius sua media parte continent, præterquam in vitulo marino, cuius renes, etsi bubulis similes sint, tamen solidissimi videntur. Omnes meatus in renem corpus absumuntur, ideo sanguine carent. habent sinum exiguum, à quo meatus duo insignes ad vesicam deueniunt, alij etiam ex aorta frequentes, & validi eorum pertendunt. Ex medio renum singulorum venæ singulæ causæ nervosæ dependent, spinam prætereuntes angusto itinere, tum in vtranque abolentur coxam, ac denuo ibi porrectæ vparent; demum in vesicam descendunt: hæc enim loco vltimo posita est, meatibus annexa illis porrectis à renibus ad ceruicem vrinarium producentem meatum, & fere circum vndique extenuatis in fibras membranulis proximis quodam modo septo illi transuerso pectoris deligata. Arist. de hist. ani. 1. ca. 18. c. 34. Renes, & vesicam omnes quæ animal generant quadru pedes possident: at quæ oua pariunt aues, & pisces non habent. quadrupedum vna testudo marina habet magnitudine ad cæterarum partium rationem, similes bubulis renes ei omnino adhærent quasi ex multis exiguus constituti. Arist. de histor. anim. 2. cap. 16. char. 61. Renes è visceribus maxime pinguefcunt, sed dexter minus, quam sinister, & quamuis vehementer fuerint pingues, tamen aliquid semper medijs deest. Aristot. de histor. animal. 3. cap. 17. char. 97. Renes ad excrementum, quod in vesicam secedit, opitulantur. Arist. de partib. anim. 2. cap. 7. char. 487. Renes non habentur vlla necessitate, sed vt melius, & locupletius sint: humoris enim excrementiij causa adiuncti sunt, vt melius fungatur munere suo vesica. Idem ibidem char. 488.

ff Reacs

Renes nullum pennatum, nullum squamatum, nullum corticatum excepta testudine habet, quamquam in ali quibus aibus sint quædam carniculæ renibus similes, non tamen in loco renum. Idem ibid. cap. 9. c. 490.

Renum morbus in hominibus difficile curari potest, quia videtur ex multis renibus constare. Arist. de part. animal. 3. cap. 9. chart. 491.

Renes mittunt duos meatus ad vesicam insignes, singulos, ex singulis. Arist. de part. ani. 3. cap. 9. ch. 491.

Renes inter omnia viscera secundum reddunt odorē, Arist. de part. anim. 3. cap. 9. char. 492.

Renes habentibus omnibus dexter superior sinistro est, Idem ibidem.

Ren dexter tangitur a iecore, quod elatior est. Idem ibi.

Renis pingue magis ambit, quam reliqua viscera. Idem ibidem.

Renibus pingue vtile est, pinguedine enim melius humores concoquuntur. Aristot. de partib. animalium 3. capit. 9. chart. 492.

Ren dexter minus pinguis est, quia dextræ partes natura sicciore sunt, & mobiliore. Idem ibid. ch. 493.

Renes omnes obesos habere cum omnibus animalibus proficiat, ouibus tantum letale est. Aristot. de part. animal. 3. cap. 9. chart. 493.

Renes si hominibus sunt admodum pingues, dolores asferunt letales. Arist. de part. ani. 3. cap. 9. ch. 493.

Renum obesitate ceteri omnium animalium oues oppletur. Idem ibidem.

Ren non attrahit nisi suum nutrimentum, quod est sanguinis aquositas. Alber. Magn. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 21. char. 19. colum. 2.

Renes duri sunt vt sit eis virtus coadunata, vt melius resistant nocentis acutorum humorum; qui descendunt ad ipsos cum vrina: concaui etiam sunt, vt ad illâ concavitatem vrina trahatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 6. chart. 28. colum. 2.

Renes sunt medium attrahens superfluam aquositatem, sanguinis a gibbo epatis per duas emulgentes completa digestionē in epate. Alb. mag. ibid.

Renum creatio in homine, vt in vacca est, vt sint oblongi, intus concaui, & exterius rotundi. Alb. mag. ibid.

Renes non operantur ad esse, & vitam, sed potius ad super impediētis remotionem. Alb. mag. de anim. l. 1. 3. tract. 1. cap. 8. char. 116. col. 2.

Renes plus fetent, quā alia mēbra interiora, quia in ipsis est colamentum aquosæ humiditatis. Idem ibid. col. 4.

Rex dexter altior est rene sinistro ob duas causas: prima quia motus tractus ex parte dextra est fortior: secunda quia epar, quod est in dextra calefacit renem, & eleuat eum, & minoris pinguedinis est, quam ren sinister, quia suo calore consumit pinguedinem. Alb. magn. de ani. l. 1. 3. trac. 1. cap. 8. ch. 116. col. 4.

Renes multum sepe habent propter colamētū humidæ aquosæ superfluitatis, quia sanguis aquosus bene digestus, qui ibi remanet, vertitur in pinguedinē, & Zircum. Alber. magn. ibidem.

Repente significat tempus, quod in insensibili tempore propter paruitatem remotum est. Arist. phy. 4. cap. 7. text. 127. char. 118.

Reo dexter apud iudicē locus datur, vt ratio cōpensandi habeatur. cū igitur res faciat accusatorē superiorē reo, status cōceditur melior, vt se aduersario possit equare, tum etiam reus magna ex parte cauere cōsuevit, quod melius facere id possit, si dextrum locū obtineat. Arist. probl. sect. 29. num. 12. ch. 610.

Repercussionis in leui, & solido corpore duæ sunt causæ. Prima est priuatio penetrabilitatis, quia radius corporalis incidens in ipsum nō potest penetrare per ipsum, & ideo reflectitur. Alia est impetus violentiæ, qua reflectitur retro, & recluditur, vt pila in pariete iuxta opinionem ponentium visum fieri per extramissionem.

Alb. mag. de sen. & senil. tract. 1. cap. 8. ch. 3. col. 2.

Repetitio est species orationis, qua sollicitus est aliquis in monstrando aliquid ignotū per illud idē, id est, per aliquid ignotū id, quod nō potest monstrari, nisi per aliud ab ipso. Auer. in 2. prior. cap. 21. ch. 117. col. 3.

Repetitio eiusdem perturbat audientem. Albert. Mag. in top. char. 251. colum. 3.

Replicatio est eiusdem termini bis in propositione sumptio. Io. gram. in 1. prior. cap. 38. c. 60. col. 4.

Replicati termini non minori, sed maiori termino ponendi sunt. Ioannes Grammatic. in prior. capit. 38. chart. 60. colum. 4.

Reprehendendus quousque, & quatenus aliquis sit, diffiniri ratione haud facile potest. Aristot. 2. ethico. ad Nicomac. cap. 9. char. 41.

Reprehensionis genera sunt 13. sex in verbis, septem in intelligentia. Alex. aphr. in l. elench. c. 3.

Reprehensio sine syllogismo fieri non potest, & duabus affirmatiuis non potest effici. Alexand. aphrod. in lib. elench. chart. 6.

Reprehensio, quæ in verbis est, sex diuiditur modis: homonymia, ambiguitas, adiunctio, distinctio, accentus, orationis forma. Alex. aphr. in l. elench. ch. 11.

Reprehensio, quæ in rebus, est septem diuiditur modis: ex accidente, Alterum cum omnino, aut non omnino, seu quodammodo, aut alicubi, aut aliquando, aut collocatum cum aliquo dicitur, nec proprie nominatur. Tertium ex reprehensionis ignorantia. Quartum ex consequentibus. Quintum ex eius, quod initio dictum est, petitione. Sextum cum id, quod causa non est pro causa ponitur. Septimum cum multa rogata pro vno ponuntur. Alex. aphr. in l. elench. ch. 11.

Reprehensiones, quæ in verbis sunt, vel ex eis sunt, quæ per se sunt, & sunt homonyma, vel ex ijs, quæ sunt in eis, & sunt ea, quæ ambigua sunt. Alexand. aphrod. in l. elench. char. 11.

Reprehensiones ex homonymia quatuor sunt: prima, qua docetur scientem esse inscium: secunda, mala esse in bonis: tertia, sedentem stare. Quarta ægrotantem valere. Alex. aphr. in l. elench. ch. 13.

Reprehensiones ex homonymia, & ex ambiguitate tres sunt: prima cum oratio, vel nomen multa significat: secunda cum illa nomina ita nominare consueuimus; tertia cum nomina ipsa per se vnum significant, coniuncta ambiguum declarant. Alexan. aphr. in lib. elench. chart. 11.

Reprehensio ex conjunctione dicitur, quod sententia eius, quod coniuncte dicitur, possit intelligi, siquid per adiunctionem proponat, & captionem faciat. Alex. aphrod. in lib. elench. chart. 15.

Reprehensio ex distinctione dicitur, quia quæ potentia congruunt ei, quod dicitur, ea distinguit sophista, & separatim per totum concludit illa ipsa ad rem, qua de agitur actu accommodata esse, quod non concluderet, nisi adhiberetur distinctio. Alexand. Aphrod. in lib. elench. char. 17.

Reprehensio ex accentu dicitur, quia sonus ad quem canimus, & componimus orationes facit captionem, siue alijs, siue aliter, siue alibi collocetur. Alex. aphrod. in lib. elench. char. 17.

Reprehensio ex forma orationis sic appellatur, quia ipsa vox verbi captionem parit, quia agens, & patiens sunt eiusdem formæ in ferendo, vt id, quod id natura non est, esse idem videatur. Alex. aphr. in l. elench. c. 17.

Reprehensio, quod accidenti euenit, cum quod conuenit prædicato, subiecto conuenire putamus. Alex. aphro. in lib. elench. char. 20.

Reprehensio cum omnino non omnino & cet. fit cū qui ea quæ quodammodo, id est coniunctæ, & simul de aliquo dicuntur, vt omnino, id est separatim, & seorsum, alia ab alijs dici sinat. Alex. aphro. in l. elench. ch. 22.

Repre-

Reprehensio ex ignorantia dicitur, quia quod reprehensio est, nouit nō falli se finit per aliquem hac captione. Alex. aphro. in l. elench. c. 22.

Reprehensio est oratio contraria vnius, & eiusdem non verbi, sed rei, & verbi non synonymi, sed eiusdem, quæ ex ijs, quæ data sunt efficitur necessario, non adiuncto eo, quod initio dictum est, quod eadem ex parte, in eadem re, eodem modo, & in eodem tempore dicatur. Alex. aphro. in l. elench. c. 24.

Reprehensio ex consequentibus differt a reprehensione ex antecedentibus; quia in hac termini non vicissim retro commentur: in reprehensione ex consequentibus sumuntur termini ferē reciprocantes. Alexan. ibid. c. 26.

Reprehensio non causam pro causa ponere, eadem est, quæ in libro priorum, non ex hoc falsum effici, appellatur. Alexan. aphr. in l. elench. c. 27.

Reprehensio non multa rogata pro vna ponuntur, ita appellatur; quia singula ea, quæ proposita sunt, & de quibus habetur sermo, quæ proprie interrogationis indigent, non proponuntur separatim, & prope ab eo, quod questionem ponunt; sed ijs immiscet diuersa subiecta, & quasi de vno interrogat, & fallit eum qui respondet, cum ipse tanquam de vno subiecto respondeat. Alex. aphrod. in lib. elench. c. 29.

Reprehensio differt a ratiocinatione, quod in diffinienda reprehensione addendum est nomen contrariæ orationis: in ratiocinatione non item. Alexan. ibid. c. 32.

Reprehensio ex accidente, ratiocinatio non est. Alexan. aphrod. in lib. elench. c. 33.

Reprehensio sophistarum non omnino, sed contra aliquem est reprehensio. Alex. aphr. in l. elench. c. 42.

Reprehensionis modi, tres sunt. Primus, non solum interponere causas conclusionis, sed & multa alia. Secundus, festinatio interrogationum. Tertius est, vt is, qui respondet, irascatur. Alex. aphr. in l. elench. c. 64.

Reprehensionis verissimus modus, qui ex ambiguitate fit, est ille, in quo nullum nomen ambiguum est, sed in ipsa oratione inest ambiguum. Alex. aphr. in l. elench. c. 84.

Reprehensio fit, cum aliquis oppositum vere subiectioni inducit. Mag. in prio. char. 61. col. 1.

Reprobatio fiducia est, cū admittimus, quod opponitur, & ostendimus nihil aliud efficere. Amm. in præd. c. 52.

Repugnare vt sit, tria requiruntur; subiectum, quod contraria possit admittere; terminus, qui de alio dicitur, sit contrarius; ipsa media nature repugnantia. Magent. in libr. de interpret. c. 15.

Repugnantia, & quæ sunt, & quæ non sunt assumunt, & priuationes sumunt solum, quæ sunt, iterumque natura, & negationes. igitur magis est verum negationes opponi affirmationibus, quam priuationes. Magent. in libr. de interpret. char. 36.

Repugnancia sunt quoties id, quod alicui contrariorum naturaliter iunctum est, reliquo cōtrario comparatur. Boet. in topic. Cicer. li. 2. c. 776.

Repugnancia non sunt ipsa contraria, sed contrariorum consequentia. Boet. in top. Cicer. libr. 4. char. 821.

Requies esse debet iocunda, est enim medicina molestiæ illius, quæ per labores suscipitur. Arist. pol. 8. c. 4. c. 765.

Requiescit, quod dicimus stare. Pfellus 6. phytic. char. 55.

Rerum diuisio.

Res aliæ vniuersales, aliæ particulares sunt. Aristotel. periherm. cap. 5. chart. 112.

Res vel sunt, & fiunt semper, & in omni, aut non semper quidem, sed vt plurimū, & horum necesse est medium esse vt plurimum. Arist. poster. l. 2. c. 13. tex. 16. c. 374.

Res aliæ simpliciter fiunt, aliæ frequenter. horum neutrum est causa fortuna. alia fiunt præter dictos modos, & hæc dicuntur fieri a fortuna, & casu. Arist. phy. 2. sum. 3. cap. 2. tex. 48. char. 41.

Rerum aliarum altera, quæ dum causa est aliarum non

est, altera quæ habent causam alteram a se ipsis, hæc demonstrabilia sunt, quæ non, hæc sunt indemonstrabilia. Alexan. & Eustr. in 2. poster. chart. 54. col. 1.

Res aliæ considerantur, vt fiunt; aliæ vt fiunt. Alexan. & Eustr. in 2. poster. c. 66. col. 2.

Res omnes, aut secundum naturam fiunt, aut secundum discursum, aut a casu, & fortuna. Alexander & Eustr. in 2. poster. char. 66. colum. 1.

Res, quæ in eo quod quid est prædicantur, aliæ ita se habent, vt & se supra genus extendant, in quod subiectum referuntur: aliæ, vt intra ipsum sint. Alexand. & Eustr. in 2. poster. char. 71. col. 2.

Res aliæ non habent potentiam, in sui oppositum mutandi, vt ignis frigus suscipere: aliæ potentiam habent efficiendi in eo, quod sunt, ac in opposito. Alexand. aphro. de fato. cap. 6. char. 24.

Res aliæ intelligibiles, aliæ sensibiles sunt, & sensibilia ab intellectu intelligibilia redduntur, quia hæc ipsa à materia seungitur, & speculatur quod sit ijs id, quod est esse. Alex. aphro. in 1. de ani. cap. 25. char. 41. col. 1.

Rebus quæcunque insunt, vel per se, vel in comparatione ad aliud insunt. Them. in 1. phy. tex. 61. ch. 19. col. 4.

Res quæcunque sunt, aut per naturam sunt, aut per alias causas, & harum aliæ per artem, aliæ per fortunā, aliæ per delectū habentur. The. in 2. phy. tex. 1. c. 21. col. 2.

Res tribus modis componuntur. Primo, cum ex partibus corporalibus componuntur, vt domus ex lignis, & lapidibus. Secundo, cum mixtione fit aliquid, vt mulsim ex aqua, & melle: & in hoc differunt, quia in primo partes distinctæ sunt loco, in secundo, & si videantur reuera tñ abolitæ, & corruptæ sunt, tenet integritas. Tertio, vt ex ere, & figura constat statua, & ex lapidibus, & structura edes, quomodo animal ex anima, & corpore efficitur. The. in 2. de ani. c. 3. te. 4. c. 70. col. 2.

Res vnaquæque, & nomen, & diffinitionem, vel descriptionem habet, & vel in nomine, vel diffinitione communicat, & sunt vniuoca: vel differunt in ambobus, & sunt diuersiuoca: vel communicant nomine, & non diffinitione, & sunt æquiuoca: vel communicant diffinitione & non nomine, & sunt multiuoca: vel diffinitione, & nomine communicant, & transformatione differunt, & sunt denominatiua. Porphy. in præd. c. 2. Idem Ammo. in præd. c. 8. Idem Simpl. in præd. c. 6. Idem Boet. in præd. chart. 115.

Res oēs, aut ex materia, & forma constant, aut ex ijs, quæ materia, & formæ respondent. Amm. in Por. c. 11. col. 4.

Res, aliæ vniuersales, aliæ singulares. Am. in Por. c. 2. col. 3.

Rerum aliæ in rerum cadunt naturam, aliæ in solis intelligentijs, quæ si intelligentur coherent, si non, per se constare non possunt: sed cum finita earū intelligentia est, tum ipsæ quoque esse desinunt. Am. in Por. c. 3. col. 1.

Res omnis, & vna est, & multæ: ideoque, & nomine, & ratione explicatur. Ammo. in Porphy. char. 3. colum. 4.

Res partim per se, vt substantia, partim in ipso, vt quantum, & quale; partim citra illud dicuntur, vt sunt reliqua septem prædicamenta. Ammo. in præd. char. 30.

Res aliæ semper eodem se habent modo, ex quibus ratiocinatio demonstratiua componitur: aliæ nunquam eodem modo se habent; e quibus captiosum argumenti genus constat: alia vicissitudinem capiunt, vt modo ita se habeant, & modo secus, aut prius, e quibus conficitur dialectica ratiocinatio. Io. gr. in 1. prio. c. 2. col. 3.

Res aut genere, aut forma differunt, vel numero. Ioannes grammatic. in 1. prior. cap. 1. char. 7. colum. 2.

Res aliæ eundem cursum semper tenent, aliæ varium, & mutabile, & est modus cōtingentis. Quæ eundem semper cursum subsistent, vel per se subsistent, vt cælestia, & est modus necessarius: vel in alio hærent, vt nigrum in coruo, & est modus existendi. Ioannes grammatic. in prim. prior. cap. 2. char. 9. colum. 1.

Res, aliæ eodem modo se habent, & semper sunt necessariæ,

cessariæ, aliæ insunt quidem, non tamen ex necessitate, sed non inesse possunt, & sunt de inesse: aliæ nec sunt; nec ex necessitate insunt, tamen possunt esse, & non esse, & sunt contingentiæ. Ioan. gramm. in prior. cap. 8. char. 25. colum. 1.

Res aliæ per nomen, vt homo significantur; aliæ per orationem. Io. gram. in 1. prior. cap. 37. ch. 59. col. 2.

Rerum quædam sunt non entia, quædam solum entia, quædam partim entia, partim non entia, non entia sunt, quæ nihil sunt, entia formæ, partim entia; & partim non entia, priuatio, & materia, sed materia per se est ens, per accidens non ens, & priuatio per se est non ens, per accidens ens. Ioan. gramm. in 1. phys. tex. 66. char. 25. colum. 3.

Res vt intelligibiles, vel sensibiles, ad aliquid sunt: vt substantiam habent, per se sunt. Ioan. gramm. in 3. de ani. tex. 38. char. 91. col. 3.

Res, alia ratione sunt æquiuocæ, aliæ vniuocæ. Simpl. in prædicam. char. 7.

Res aliæ sunt in puro actu, vt homo demonstratus: aliæ secundum quod potentia admiscetur cum actu, & si potentia non fuerit, non erit actus. Auerro. in phys. 3. tex. 56. chart. 52. colum. 2.

Res omnes, aut sunt in subiecto, aut non sunt: aut de subiecto prædicantur, vel non prædicantur. Boet. in prædicam. char. 131.

Res aliæ superiores, aliæ mediæ sunt. Boethius de diuisione. chart. 644.

Res aliæ per se insunt, & sunt ea, quæ simpliciter insunt: aliæ per accidens, & sunt ea, quæ insunt, vt nunc: insunt autem simpliciter solum, quæ insunt secundum primum modum per se, & quæ in secundo modo, aut vtroque modo, aut vt proximum reducit ad alterum ipsorum modorum. Albe. magn. in prior. char. 16. colum. 1.

Res aliæ sunt natæ per seipsas cognosci, vt principia, aliæ per alia. Alb. mag. in prior. ch. 161. col. 2.

Res aliqua comparatur ad intellectum duobus modis: primo, vt mensura ad mensuratum, & sic comparantur res naturales ad intellectum speculatiuum humanum: secundo, vt ad intellectum comparantur, vt mensuratum ad mensuram, vt in intellectu practico, qui est causa rerum. D. Thom. in perih. ch. 2. col. 4.

Res aliæ sunt, quorum esse a materia dependet, nec sine materia definiti possunt, vt naturalia: aliæ, quæ licet esse non possunt nisi in materia sensibilij, in eorum tñ diffinitione materia sensibilis non cadit, vt mathematicæ: aliæ sunt, quæ non dependent a materia nec secundum esse, nec secundum rationem, vel quia nunquam sunt in materia, vt Deus, & aliæ substantiæ separatæ: vel quia vniuersaliter nō sunt in materia, vt substantia, potentia actus, & ipsum ens, de quibus agit metaphysicus. D. Thom. in 1. phys. l. 1. tex. 1. ch. 1. col. 1.

Res aliæ sunt actu, aliæ potentia, aliæ medio modo se habent inter actum, & potentiam, quæ sunt in potentia nondū mouentur: quæ in actu perfecto, non mouentur, sed mora sunt: quæ autem inter actū, & potentiam, mouentur. D. Thom. in 3. phys. lect. 2. tex. 6. ch. 32. col. 2.

Rerum ordines quinque sunt. Primus, qui habet perfectum bonum sine actione. Secundus, qui habet perfectum bonum per vnum, vel paucos motus, vt celestia corpora. Tertius, qui acquirit perfectum bonum per multas operationes, vt homo. Quartus, qui non potest illo modo recipere perfectum bonum, sed acquirit aliquid præuium per paucos motus, vel per vnum tantum, vt animalia, & plantæ. Quintus, qui non potest aliquid acquirere, & ideo non participat aliquem motum. D. Thom. in 2. de cœl. l. 18. tex. 63. char. 47. col. 2.

Res duplicē variationē habet. Vno modo dicitur a reorferis. Et sic illa, quæ habet esse putatiuum, & tantum

in anima, vt figmenta, possunt vocari res. Secundo modo a ratum esse, & sic illa vocatur res, quæ aliquā entitatem, & certitudinem habet in natura diuersam a quolibet alio, siue sit diuersa in essentia, siue in existentia. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 20. ch. 147. col. 2.

Rei esse duplex. Primum esse est esse rei in se, in quo radicatur entitas extra animam, in quo est veritas essentiæ secundum esse in esse diminutum apud animam per similitudinem rei, in quo radicatur veritas conceptus, quæ est subiectiue in anima concipiente, & sic ens optime conuertitur cum vero. Alex. de Ales in 6. metaph. text. 8. chart. 181. colum. 1.

Rei, quæ intelligitur, dupliciter aliqua conueniunt: nam quædam conueniunt ei, & si nunquam intellectus ea negociaretur, vt hominem esse visibilem, alia ideo conueniunt, quia circa illam intellectus negociatur, vt homini quod sit subiectū, vel prædicatum in aliqua propositione. Tho. de Vio in præd. c. 4. col. 2.

Res duobus modis possunt declarari. Primo componendo rem vnam cum alia. Secundo compositione facta declarando qualis sit. Tho. de Vio in perih. c. 26. col. 1.

Res sub quo comprehenduntur.

Res sunt separatæ a natura, quæ sub potentijs cadūt, nec omnes omnibus congruunt, sed visus circa visibilem materiam, auditus circa vocalem, & sic de reliquis. Them. in 1. de ani. cap. 14. tex. 33. c. 72. col. 3.

Res eadem alio, ac alio modo sumpta, in alio, & alio prædicamento esse potest. Porph. in præd. ch. 18.

Res omnes sub decem comprehenduntur prædicamentis, substantia, quantitate, qualitate, ad aliquid, vbi, quando, situm esse, habere, agere, ac pati. Ammon. in Porph. char. 3. col. 3.

Res eadem alia, & alia ratione intellecta, vel genus, vel species, vel differentia vocatur: & aliud natura, aliud accidens appellatur. Ammo. in Porph. ch. 2. col. 2.

Res vnaquæque communibus, ac proprijs rationibus, secundum substantiam comprehenditur. Simpl. in prædicam. chart. 45.

Res non sunt in nobis. Simp. 3. de ani. ex sect. 1. tex. 154. chart. 54. colum. 3.

Res secundum vnamquamque scientiam definitæ sunt, nec vnquam iuxta æquiuocationem error in ipsis fit: Ioan. gramm. in 1. post. cap. 9. ch. 25. col. 3.

Res in loco esse tum dicitur, quum in vltimo, & extremo corporis ambientis consistit. Psel. in 4. phy. ch. 31.

Res omnes habent quandam primam naturam, ex quibus omnia velut ex aliquo fonte manant, & prima & quæ substantia est, genus appellatur. Boeth. in Porph. ex diam. chart. 1.

Res omnes aut nomine, aut diffinitione monstratur. Boet. in præd. char. 115.

Res, & intellectus apud omnes eadem sunt, ideo sunt natura, voces, & litteræ, quoniam aliæ quæ apud diuersos sunt, positione sunt. Boet. in l. de inter. ch. 297.

Res ab intellectu concipiuntur. Boeth. in libr. de interpretatio. chart. 296.

Res non sunt in anima; idest singularia, sed similitudines rerum, idest vniuersalia. Alber. Magn. de prædicament. chart. 9. colum. 1.

Res a natura causatæ agentes suas cognitiones in anima sunt extra animam. Albe. magn. in perih. ch. 80. col. 1.

Res speciem suam generat in anima, & intellectus specie illa informati instituit vocem, & vox efficitur signū, & similitudo rei in eo, qui audit. Alber. magn. in perih. ch. 80. colum. 2.

Res se habent in anima per similitudinem generantis. Alb. mag. in perih. ch. 80. col. 2.

Res quælibet in loco suo conseruatur in forma sua. Albe. mag. in meteor. cap. 4. ch. 78. col. 1.

Rei

Res essentia consistit in diuisibili; Thom. de Vio. in præd. char. 20. col. 2.

Res ut declarantur.

Res non significant, sed significantur. Porph. in prædicament. chart. 1.

Res nomine declaratur, cum res vna quæpiam tantum spectatur. Ammo. in Porph. ch. 4. col. 4.

Res oratione declaratur, cum multis ex partibus coalescit, vt si hominem animal rationale dixerimus, quæ si insunt rei, fit definitio; si rem concomitantur, descriptio. Ammo. in Porph. ch. 4. col. 4.

Rebus in omnibus hæc tria considerare liceat; natura, similitudo, & distinctio. Ammon. in Porph. chart. 13. colum. 1.

Res vel per nomina, vel per diffinitiones declaramus. Ammon. in præd. char. 8.

Res per se nullam continent veritatem, quæ ad cognitionem spectat, nec subijci, nec prædicari possunt. Am. in l. de interp. char. 12.

Rei eiusdem per diuersa media plures demonstrationes fieri possunt. Them. in 1. post. cap. 44. c. 8. col. 1.

Rem demonstramus multis modis, interim ex accidentium momentis, quæ a rei substantia longe supposita, iterum ex aliquo, quod in re contineatur, & hæc alia propius, alia remotius sunt iuncta. Them. in 2. post. cap. 9. char. 10. col. 1.

Rem vnamquamque, cuius ope in alicuius rei cognitionem deuenimus, eadem rem illam priusquam edoceamur necesse est. Mag. in prior. ch. 1. col. 2.

Res omnis per formam cognoscitur. Magent. in prior. char. 29. colum. 4.

Res vnaquæque, & per nomen, & diffinitionem declaratur. Per nomen, vt homo declaratur, quod vt est vna species, confusa, potestque alicui secundum substantiam differenti competere. Per diffinitionem, vt vt rationale, mortale, declaratur, quod secundum multas eius partes nec alteri competere potest, quod differat secundum substantiam. Simp. in præd. ch. 6.

Res non secundum materiam, sed secundum formam informatæ distinguuntur. Ioan. gramm. in 1. phys. text. 24. char. 11. col. 1.

Res nisi definiuntur, nunquam intelligerentur. Psel. in 2. phys. char. 15.

Res quæ Arabicè dicitur alscaia, dicitur, de eo, de quo dicitur ens, & quandoque de communiori, idest de omni re concepta in anima siue se habeat ita extra animam, siue non. Auerro. in epit. metaph. tract. 1. char. 170. colum. 1.

Res omnes: quæ sub sensu cadunt, singulares sunt, & secundum quod constituuntur a natura, & commune quod est in eis, accipitur ab intellectu. Alb. mag. de præd. chart. 3. colum. 1.

Res perfecte non scitur, & cognoscitur nisi cognoscatur omnis eius potestas. Albertus Magnus in prior. chart. 146. colum. 4.

Res omnes comparantur ad diuinum intellectum, vt artificia ad artem. D. Thom. in perih. c. 2. col. 4.

Res vnaquæque ex rebus sui generis constituitur. D. Th. 1. de gener. & corrup. l. 4. tex. 8. ch. 5. col. 1.

Rei quidditas præcognoscitur per essentialia omnia. Tho. de Vio. in post. c. 92. col. 1.

Res ut utuntur, & quid faciunt, & ut se habent.

Rebus, quarum vsus est, ijs & bene, & male vti licet. Aristot. 4. ethicor. Nicom. cap. 1. ch. 80.

Res dissoluantur in id, ex quo sunt factæ. Themist. in 3. phys. tex. 45. char. 30. col. 4.

Res, quæ pluribus tribuitur, ita vt alteri per alterum tri-

buatur, necesse est vt illi plus competat, per quod alteri communicat. Them. in post. cap. 6. ch. 2. col. 2.

Res, quæ transmutantur, vtuntur intermedijs tanquam oppositis: nam tepens refrigeratur non in eo, quod frigore, sed in eo quod calore participat. Them. in 5. phys. tex. 6. char. 46. col. 1.

Res compositæ, vel ordinem solum retinent, quo factæ sunt, vel compositionem, vel vtrunque. Ioan. gramm. in 1. phys. char. 18. col. 3.

Res omnis, cum suum occupat locum, tunc quiescit. Io. gram. in 3. phy. tex. 48. ch. 66. col. 2.

Res vnaquæque, cum in sua vniuersitate fuerit suapte natura non potest agere secundum momentum innatū. Ioan. gramm. in 4. phys. ch. 101. col. 2.

Res nulla semper est in loco præter naturam. Io. gramm. in 1. de ani. tex. 40. ch. 18. col. 2.

Res si iungantur, affirmationem non faciunt. Boeth. in prædicam. char. 114.

Res eiusdem naturæ non suscipiunt denominationem, prædicationem, vel appellationem. Albert. Magn. in prædicam. char. 34. col. 1.

Res agunt per suas formas, & patiuntur per suas materias. Alb. mag. in 7. phy. tract. 1. cap. 5. ch. 84. col. 2.

Res vnaquæque propriam essentiam habet. D. Thom. in post. char. 82. colum. 3.

Res, ens, vnum, idem significant, sed secundum diuersas rationes. D. Tho. 4. metaph. l. 2. tex. 3. ch. 189.

Resistitio est facta obuiatio ad frigidam compulsionem: Arist. de iuen. & senect. & resp. cap. 15. ch. 3. Idem Michael ephes. de resp. char. 43. col. 3.

Resistentia in motu naturali quandoque est ex ipso motu, & quandoque ex ipso medio, & quandoque ex parte vtriusque respectu diuersorum. Auerr. in phy. 4. tex. 21. char. 75. col. 2.

Resistentia necessario esse debet inter motorem, & rem motam, siue fuerit naturalis, siue nō naturalis motio, & hæc resistentia communis est, vt alterum est agens, alterum patiens. Auer. phy. 7. tex. 35. c. 152. col. 3.

Resolutionis diuiso.

Resolutio alia est vniuersi in partes, alia rei compositæ in simplicia, alia corporum naturalium in elementa, alia argumentorum in proprias species, de qua in his libris. Io. gramm. in 1. prior. ch. 2. col. 4.

Resolutio duplex: alia est resolutio rei in alias res, ex quibus componitur compositione naturali, & resolutio in ea, ex quibus componitur secundum naturam, & hæc resolutio ea est, de qua verificatur contrarium compositionis. Auer. in post. l. 1. cap. 12. tex. 93. c. 158.

Resolutio duplex: rei conclusæ in principia, & causas, per quas concluditur, & syllogismi collecti iam, & constituti in principia formalia: de qua in libris priorum, de prima in posterioribus. Albert. magn. in prior. chart. 95. colum. 3.

Resolutio syllogisticæ orationis aut est potentia syllogismus, aut actu: potentia est, cum est oratio inordinata: actu, cum est reducta sub syllogismi forma. Alb. mag. in prior. char. 136. col. 3.

Resolutio quid est.

Resolutio est vniuersi cuiusque rei compositæ in ea, ex quibus compositio facta est, reductio. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 1. char. 4. col. 1.

Resolutio est in superiora, & priora solutio eorum, quæ secunda sunt, & ex ipsis proficiuntur. Alex. & Eufr. in 2. post. char. 3. col. 2.

Resoluere est vera conclusione posita propositiones, ex quibus confecta est, exquirere. Themist. in 1. poster. cap. 26. char. 5. colum. 4.

ff 3 Resolu-

Resolutio est quedam reuersio ad priora, & causas coagmentationis. Ioan. gramm. in 1. prio. char. 2. col. 4.
Resolutio est inuentio propositionum, per quas illata est vera conclusio. Ioannes grammatic. in prim. postero. cap. 9. char. 26. colum. 3.
Resolutio est a particularibus, & singularibus ad vniuersalium ascensus vsque ad ipsum generalissimum. Ioan. grammat. in 2. postero. cap. 1. char. 56. col. 4.
Resolutio est a cognito aliquo ad principia, & ad causas regressus, ex quibus esse habet, & cognosci. Io. gram. in 2. postero. cap. 1. char. 56. col. 4.
Resolutio est ex eisdem & posterioribus recursus ad principia, & causas, ex quibus causata constitutionem habent. Ioan. grammat. in 2. postero. cap. 1. char. 56. col. 4.
Resolutio dicitur uia a compositis ad simplicia, ex quibus composita sunt. Ioannes grammat. in 2. posterior. cap. 1. char. 56. colum. 4.
Resolutio est in elemento, diuisio est totius in partes. Io. gramm. 1. physic. char. 17. col. 2.
Resolutio est reuersio quedam a composito ad simplicia, ex quibus fuerat conflatum. Magen. in prio. c. 1. col. 2.
Resolutio est medij inuentio. Magen. in prio. c. 37. col. 2.
Resolutio, in quam resoluitur res per se, est illa, quæ potest inueniri solum per se absque re, in quam resoluitur res per se, & est illa, in quam resoluitur. Auerro. in epitome in logic. char. 362. colum. 1.
Resolutio syllogistica prima est, cum oratio potentia syllogismi reducitur ad actum formalem syllogisticæ orationis, & quæ est actus syllogistica, debet tamen reduci in figuram, & modum. Albertus magnus in prio. r. char. 136. colum. 3.
Resolutio secunda est indifferens reductio omnium figurarum in omnem figuram ad inuicem, quæ fit, cum docetur eadem oratio in pluribus, vel omnibus figuris per medij variationem concludi. Albertus magnus in prio. char. 136. colum. 3.
Resolutio tertia appellatur differens reductio, quæ dupliciter fit, primo cum figuræ imperfectæ in perfectam reducuntur; aut est modorum in modos perfectos, & hæc est quarta. Albertus mag. in prio. char. 136. col. 3.
Resolutio est compositi in simplicia; posterioris in priora; causati in causas, & incipit ab ultimo secundum sensum. Alber. mag. in postero. char. 176. col. 1.
Resolutio vltima generabilium, & corruptibilium ad materiam est. Alex. de Ales in 5. meta. text. 4. c. 108. col. 1.

Resolutionis proprietas.

Resolutio facilis esset, si verum non ostenderetur ex falsis; conuersio enim necessario fieret. conuertuntur autem maxime in mathematicis, quia nullum accedens sumunt, sed definitiones, quæ conuertuntur. Aristot. postero. l. 1. cap. 9. text. 19. char. 317.
Resolutionis proprium est res concretas in simplices dirimere. Ammon. in Porph. char. 2. colum. 3.
Resolutio omnis stat in vno. Albertus magnus ethico. 1. tract. 2. cap. 3. chart. 4. colum. 2.
Resolutio omnis de sua natura stat in aliquo primo, aliqui si esset, in infinitum abiretur. Alexander de Ales in 4. metaphysicor. text. 8. char. 82. colum. 4.

Resolutio vt se habet ad compositionem.

Resolutio in simplici definit, compositio in concreto. Ammon. in Porphy. char. 2. colum. 4.
Resolutio, & compositio affectione sola differunt. Ammon. in Porphy. char. 2. colum. 4.
Resolutionem qui nouit, & compositionem prius nouit, non econtrario. Ioan. gramm. in 1. prio. char. 2. col. 4.
Resolutio contrarij modo se habet ad compositionem. Ioan. gramm. in pri. postero. cap. 9. char. 26. colum. 3.

Resoluere difficilius est, quam componere. Magent. in priora char. 1. colum. 2.
Resoluitur vnumquodque in ea, ex quibus componitur. Simplic. in 3. de celo tex. 15. commen. 16. ch. 87. col. 4.
Idem D. Thom. in 1. phys. lect. 13. tex. 65. ch. 13. col. 4.
Resolutionis vltimum, primum est in compositione. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. à cau. pri. lib. 2. tract. 1. cap. 17. char. 204. colum. 4.

Resolutoria vt uia, & vt liber ab Aristotele conscriptus.

Resolutoria uia utilis est, vt cognoscamus plures tribus non esse figuras. Alexander aphrodisien. in prim. prior. cap. 33. char. 61. colum. 1.
Resoluentes propositiones omnia superuacanea extrinsecus sumpta detrahere debent, quod in duas proprias propositiones deueniet. Alexander aphrodisien. in prim. prior. cap. 33. char. 61. colum. 3.
Resolutorios libros viginti quatuor in bibliothecis inuentos aiunt. Ioan. gramm. in 1. prio. c. 2. col. 4.
Resolutoriam artem nõ Aristoteles inuenit, sed normis, & prescriptionibus quibusdam perfecit, & illustrauit. Ioan. gramm. in 1. prio. char. 2. col. 4.
Resolutoria arte inuentio medij syllogismi fieri non potest. Albert. mag. in prior. char. 131. col. 1.
Resolutio fieri non potest, nisi medium prius inuentum fuerit. Albert. mag. in prio. char. 409. col. 1.
Resolutionis uia est uia intellectus abstrahentis, qua uadit ad primam naturam formaliter naturalem, quæ est etiam principium intelligendi id, quod naturat. Alb. mag. in postero. char. 176. colum. 2.
Respectus, qui est in prædicamento ubi, vniuersaliter est conuersus illi, qui est in prædicamento habitus. Auero. in 5. metaph. text. com. 28. char. 64.
Respirationis instrumentum guttur est, cuius autem causa hæc pars, est pulmo. Aristoteles secun. de anima. sum. 4. cap. 4. text. 89. char. 637.
Respirantia non odorant in aqua, quia necessarium est olfacere respirando, & hoc facere impossibile est in humido. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 5. text. 100. char. 640.
Respiratione utitur natura ad duo: ex proposito quidem vt thoraci auxilietur; extra propositum autem ad odorem. Arist. de sens. & sens. cap. 3. chart. 22.
Respirant animalia omnia, quæ habent pulmonem. Arist. de iuuent. senec. vit. mort. & resp. cap. 4. char. 307.
Respiratione minus indigent animalia, quæ pulmonem habent laxum, & exanguem. Arist. ibidem.
Respirare dicitur de inspiratione, & expiratione. Idem ibidem cap. 5. char. 308.
Respiratio non fit alimenti causa. Idem ibid. c. 8. ch. 313.
Respiratione, quæ fit per nares, utitur natura ad odoratum quibusdam animalium præter propositum. Arist. de iuuent. senec. vit. & mort. & resp. cap. 9. chart. 313.
Respiratio propria non fit per nares, sed per canalem, qui circa guttur. Idem de iuuent. senec. vit. & mort. & resp. cap. 4. chart. 315.
Respirantia in pauca aere suffocantur, & aquatilia in pauca aqua, celeriter enim vtrunque fit calidum. Idem ibidem cap. 13. char. 326.
Respiratio fit cum augetur calidum, in quo principium est nutritium. Idem ibidem cap. 15. chart. 330.
Respiratio est ingressus aeris, exspiratio est exitus. Idem ibi.
Respirationis initium a pulmone est. Aristoteles de spir. cap. 2. chart. 897.
Respirat animal ubi primum in lucem editum est. Aristot. de spir. cap. 3. char. 902.
Respiramus densius sopiti, quia maiori respiratione indigemus. Io. Gram. in 2. postero. cap. 10. char. 72. col. 1.
Respiratio, & de inspiratione, & de respiratione dicitur. Ioan. Gram. in 1. de anim. text. 41. char. 12. col. 4.

Respira-

Respirationem Plato non solum ab ore fieri dixit, & naribus, sed a toto etiã reliquo corpore carnibus raris, & meatibus plenis. Mich. Ephes. de respir. c. 35. col. 1.
Respiratio in omnibus animalibus est ad caloris naturalis mitigationem. Alb. mag. in 8. phys. tr. 2. c. 10. c. 101. c. 2.
Respiratio est motus quidam aeris compositus ex inspiratione, quæ est quasi tractus, & expiratione, quæ est quasi expulsio. Alb. mag. de spir. & respir. lib. 2. trac. 2. cap. 1. char. 37. col. 3.
Respiratione ad duo utitur natura, vt operosa, idest adiutorium thoracis, & refrigerium cordis, & vt aduentitia, idest ad percipiendum odorem. D. Thom. de sens. & sens. lect. 13. char. 16. col. 2.
Respiratio, & si non est causa vitæ, est tamen concausa, vt temperatur ad temperamentum caloris, si ne quo non est vita. D. Th. 5. metaph. l. 6. tex. 6. c. 290.

Respondentis munus.

Respondens debet, si aliquid ambiguum ei oblatum fuerit, distinguere, & si aliquis hoc non facit ne videatur molestus, tamen quia dicitur esse equiuocum, nõ cõtandũ est diuidere. Arist. Elench. l. 2. c. 2. c. 710.
Respondens ad duas interrogationes nõ debet dare vnã responsum, & sic in æquiuocis non est sic, vel non dicendum. Arist. elenc. l. 2. cap. 2. ch. 611. Idem Alex. Aphrod. in Elench. c. 75. Idem Boet. in l. de inter. c. 18.
Respondendum est in ijs rebus, quæ speciem habent verarum, est dicendum, nam & sic minime fiet redargutio. At si aliquid, quod inopinabile sit, cogatur dicere, addendum esse videtur, sic enim nec inopinabile, nec redargutio accidit. Arist. Elench. l. 2. cap. 2. ch. 611.
Respondens, si interrogans petit principium, non est concedendum, sed interimendum quasi petat quod est in principio. Arist. Elench. l. 2. cap. 2. char. 612.
Respondendum si interrogans sumit vniuersale non nomine, sed similitudine: debet dicere, quod non sic est datũ, nec sumit, vt proposuit. Arist. Elench. l. 2. c. 2. c. 612.
Respondens debet respondere in ijs, quæ proprie dicuntur, nominibus, vel simpliciter, vel diuidendo: in ijs autem, quæ truncatim interrogantur, an respondendum sit, vel non, quia intus redargutio nasci solet. Aristot. elenc. l. 2. cap. 2. c. 612.
Respondens non debet simpliciter concedere, quæ obscure proponuntur. Arist. elenc. l. 2. cap. 2. c. 612.
Respondens quod minus est, dare debet, cum duobus existentibus hoc ex necessitate, alterum non ex necessitate; quia si minus concedit, difficilius est colligere de pluribus. Arist. Elench. lib. 2. cap. 2. char. 612.
Respondens, si argumentum est, quod huic est contrarium, illi non, si oratio vera est, dicendum contrarium esse est dicendum esse, sed nomen non est positum. Arist. Elench. lib. 2. cap. 2. char. 612.
Respondens, in quibus non est certum vtro modo soleat concedi, nõ est cõcedendũ. Arist. Elench. l. 2. c. 2. c. 614.
Respondens ad quasque interrogationes, quæ senserit, quæ præinstandũ est, & prædicendũ, nam sic maxime interrogantem prohibet. Arist. elenc. l. 2. cap. 2. c. 613.
**Respondens, si ambiguum verbum, vel oratio proposita est in principio argumentationis, respondere debet, est, vt sic: & est, vt non, & quæ expediant agendum. expedientia enim multipliciter dicuntur, & si latet in fine est addendum, & corrigendum; Aristot. Elench. lib. 2. cap. 3. char. 615.
Respondens his si plane argumentum conluserit obuiare debet, quod non rem, quã dixit, negauit, sed nomen; quare id non est redargutio. Arist. ibid. c. 106.
Respondens si oratio composita, & diuisa duplicem habet significationem, & conclusum sit id de quo agitur, contrarium dicere debet. Idem ibid. c. 615.
Respondens, & si propter acceptum pauca sint oratio-**

nes, tamen soluere oportet, quia non idem est, quod grauitur, & acute profertur. Arist. ibid. char. 615.
Respondens debet ad eum, qui ait eadem esse, quæ non sunt eadem obistere per genera prædicamentorum. Arist. Elench. lib. 2. cap. 3. char. 616.
Respondere ad ambigua debemus distinguendo: ad contraria, statim cum responsum solutionem afferendo, priusquam quod reliquum est interroget, aut syllogismo concludat, & ei, qui concludit, si conclusionem interrogando confecerit causam afferre. Aristot. rhetoric. 3. char. 174.
Responsum vnã ad duo rogata dare iniquum est. Alex. Aphrod. in lib. Elench. char. 75.
Responsum, & si vera sit, quæ simplex est, ad multiplicem interrogationem reprehendi debet. Boet. in lib. de interpretat. char. 418.
Respondens non debet concedere eas propositiones, quæ aliquem terminum contrarium habent, nam cum posset esse medium syllogisticum totum concederet. Alb. mag. in prior. char. 163. col. 3.

Responsum, ut latet, qui dicit, & ponit.

Respondentem maxime latere potest, si interrogans conclusiones non præratioinetur, sed acceptis necessarijs fiat obscuræ, & si propinqua non interrogat, sed quam maxime immediata, & si per vnum medium fiat. Arist. prior. lib. 2. cap. 20. char. 278.
Respondens non debet proteruire, ut cogatur ad ea, quibus impossibilia, & inopinabilia quædam per responsum concedat. Alex. Aphro. in 8. top. c. 2. c. 94. col. 3.
Respondens secundo ad id attendere debet, si adducatur inopinabile, dicere, ut non uideatur ad ipsum hoc accidere, sed ad problema. Alexand. Aphrod. in 8. top. cap. 2. char. 94. colum. 3.
Respondens omnis, uel ponit problema probabile, uel inopinabile, uel simpliciter, uel diffinitè. Alex. aphro. in 8. top. cap. 3. c. 95. col. 1.
Respondentis officium est posse mentientem redarguere eum, qui interrogat. Alex. aphro. in l. elenc. c. 8.
Responsum multiplex esse debet contra multiplicem interrogationem. Boet. in l. de inter. c. 418.
Responsum quasi sententiam ab aduersario subtilitate interrogationis elicit dialecticus. Boet. de differ. topicor. lib. 4. char. 880.

Respondentis loci.

Respondentis locus primus (ut interrogantis est sic deducere interrogationem, ut faciat respondentem dicere inopinabilia, quàm ea, quæ propter positionem necessaria sunt) est non propter se apparere impossibile, aut quod præter opinionem est, sed propter positionem. Arist. top. l. 8. cap. 3. c. 558.
Respondentis locus 2. Alius est modus discantis, & exercitantis, quia discens ponere debet semper ea, quæ uidentur: nemo enim conatur falsum docere: in congressibus uero, qui experimeti causa fiunt, nihil dictũ est ab alijs, ipsi tentabimus aliquid dicere. Idem ibid.
Respondentis locus 3. Necessè est respondentem substinere orationem ponendo aut probabilem positionem, aut neutram, & aut simpliciter probabile, aut improbabile, aut indeterminate, ut huic, alicui, uel alij. Idem ibi.
Respondentis locus 4. Quia syllogizans ex probabilioribus, & notioribus propositum demonstrat non dandum est respondentem, quod simpliciter est improbabile, nec quod non videtur simpliciter, nec quod quidem videtur, minus autem conclusione videtur. quare probabilia omnia esse debent, quæ sumuntur. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 559.
Respondentis locus 5. Ponendum est, quæ uidentur omnia,

nia, & eorum, quæ non videntur, quæ minus sunt improbabilia conclusione. Arist. top. lib. 8. c. 59.

Respondentis locus 6. Si positio, nec probabilis, nec improbabilis omnium danda. Arist. top. lib. 8. cap. 3. c. 59.

Respondentis locus 7. Si simpliciter probabile, vel improbabile, quod ponitur ad ea, quæ videntur simpliciter comparatio faciendâ; sed si non simpliciter probabile, vel improbabile sit, quod ponitur, sed respondententi ad seipsum, quod videtur, & quod non videtur indicando ponendum, vel non. Arist. top. lib. 8. c. 3. c. 560.

Respondentis locus 8. Si alterius opinionem tuetur, ad illius intelligentiam aspiciendo ponere singula debet, & negare. Arist. top. lib. 8. cap. 3. char. 560.

Respondentis locus 9. Quoniam est necesse omne, quod interrogatur, aut probabile, aut improbabile esse, aut neutrum, & ad rationem, non ad orationem attinere, quod interrogetur: si sit, quod videtur, & non ad orationem dandum est dicendo, quod videtur. Arist. ibid.

Respondentis locus 10. Si non videretur, & non ad orationem, quod interrogatur, dandum, & significandum, quod non videtur ad euitationem absurditatis. Idem ibid.

Respondentis locus 11. Si quod interrogatur, sit ad orationem, & videretur, quod non videtur quidem, sed valde propinquum ei, quod in principio est, & interimitur eo posito, quod propositum est. Idem ibid.

Respondentis locus 12. Si ad orationem valde probabile postulatum, dicendum, quod accidit hoc posito, valde absurdum esse, quod proponitur. Arist. ibid.

Respondentis locus 13. Nunquam probabile neque improbabile, & nihil ad orationem quod petitur dandum, nihil determinando. Arist. ibid.

Respondentis locus 14. Si ad orationem, quod petitur significandum, quod interimitur (posito eo) quod in principio est. Arist. ibid. char. 561.

Respondentis locus 15. Qui ex non probabilibus conatur syllogizare, non est ponendum, cum sic interrogat. Arist. ibid.

Respondentis locus 16. Qui ob scire, & ea, quæ multipliciter dicuntur, interrogat, non est ei dandum. Arist. ibid.

Respondentis locus 17. Si notum est, quod multipliciter dicitur, si in omnibus verum, vel falsum est, quod dicitur dandum simpliciter, quod dicitur, vel negandum; si in aliquo verum, in aliquo falsum significandum, quod multipliciter dicitur, & quia hoc falsum, hoc verum. Arist. ibid.

Respondentis locus 18. Si eius, quod multipliciter dicitur, non prævidit dubium, sed in alterum aspiciens posuerit, dicendum ad eum, quod in alterum ducit, quoniam non aspiciens ad id dictum, sed ad alterum. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 561.

Respondentis locus 19. Quoniam omnis propositio syllogistica, aut earum aliqua est, ex quibus syllogismus, aut propter aliquam earum, manifestum: quod quandoque alterius gratia fumetur, ex eo quod plura similia interrogant. Singularia igitur omnia ponenda, si sunt probabilia; ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. Arist. top. lib. 8. cap. 3. char. 562.

Respondentis locus 20. Sine instantia; vel quid sit, vel quæ videtur prohibere orationem, proteruire est. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 562.

Respondentis locus 21. Si contra argumentari non habet, quod non verum, multo magis videtur proteruire. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 562.

Respondentis locus 22. Sustinere positionem, & definitionem ipsam sibi ipsi oportet pro argumentando. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 562.

Respondentis locus 23. Inopinabilem suppositionem cauendum sustinere: inopinabile autem multipliciter contingit, & ea, ex qua contingit abscondere. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 562.

Respondentis locus 24. Quæcunque orationem falsam syllogizant, soluendum interimendo id propter quod

fit falsum. Arist. topic. lib. 8. cap. 3. char. 563.

Respondentis locus est, cum interrogas interrogat præmissum æquiuocum, vt distinguat. Aristot. Elench. lib. 2. cap. 1. char. 608.

Respondentis locus est, quod aduertat in se, & postea respondeat. Arist. Elench. lib. 2. cap. 1. char. 608.

Respondentis locus est celeriter occurrere. Arist. Elench. lib. 2. cap. 1. char. 608.

Rerum publicarum diuisio, & quid est respublica.

Respublicæ differre videntur: aliæ sunt primæ, aliæ posteriores, nam quæ prolapsæ sunt posteriores sunt. Arist. pol. 3. cap. 1. c. 559.

Respublica vocatur, cum multitudo gubernat ad communem vtilitatem, in qua principalissimum est, quod ad robur belli refertur. Arist. pol. 3. cap. 5. c. 571.

Respublica est ciuitatis institutio circa magistratus, & honores publicos, quemadmodum debeant impartiri, & in quo potestas autoritasque summa debet consistere, & qui sit finis cuiusque societatis. Aristotel. pol. 4. cap. 1. char. 602.

Respublicæ plures sunt, quia partes ciuitatis plures sunt, & tot sunt, quot institutiones circa earum supereminencias, & secundum differentiam partium. Idem ibid. cap. 3. char. 604.

Respublicæ duæ sunt: popularis scilicet potestas, & potentia paucorum, & inter has aliæ secundum excessum, & defectum. Aristot. politic. 4. cap. 3. char. 605. Idem Arist. polit. 4. tex. 2. com. 10. char. 6.

Rerum publicarum species sunt, monarchia, paucorum gubernatio, popularis, optimatum, & quinta, quæ respublica appellatur. Aristot. polit. 4. cap. 7. char. 616.

Respublica est mixtura paucorum, gubernationis, & popularis. Arist. pol. 4. cap. 8. c. 618.

Respublica constituitur ex paucorum, & populari potentia. Arist. pol. 4. cap. 10. c. 622.

Respublica est vita qdam ciuitatis. Arist. pol. 4. c. 11. c. 623.

Rerum publicarum tres sunt partes, quibus necesse est, vt legis peritus consultat. Prima versatur in publicis consiliis: altera in magistratibus, id est, quos esse oportet, & quam potestatem habere, & quemadmodum habent creari. Tertia pars in iudiciis consistit. Aristot. polit. 4. cap. 14. char. 631.

Respublicæ pars, quæ consulit, habet auctoritatem de bello, & pace, de societate belli ineunda, vel dissolueda, de legibus ferendis, vel abrogandis, de morte, de exilio, de publicatione bonorum, & rationibus reposcendis: & horum vnus est modus, vt singulariter non simul oēs deliberet magistratus simul collecti: ad magistratum vero vadant oēs singulatim ex tribubus, & partibus minutis vsq; ad oēs. Alius modus est omnes simul conuenire, aut solum ad magistratus creandos, & ferendas leges, & pro bello, & pace, & ad rationes reposcendas; in reliquis deliberat magistratus, qui ad singula deputati sunt, vel per electionem, vel per sortem. Alius modus est, vt ad magistratus creandos, & ad rationes de poscendas conueniant oēs ciues, & ad deliberandum bellum, an sit suscipiendum, vel societas ineunda: cætera magistratus exæquant per electionem creati. Quartus est, vt omnes de omnibus conuenientes deliberent; magistratus de nullo statuunt, sed primo loco sententiam dicant, & hi omnes populares modi sunt. Arist. polit. 4. cap. 14. char. 631.

Respublicæ quatuor sunt: populi dominatus, paucorum, optimatum, vnus. Arist. rhetor. pri. c. 35.

Respublica, ut popularis.

Respublica popularis est, cum pœnes ingenuos homines est gubernatio. Arist. polit. 4. cap. 4. c. 607.

Respublica

Respublica popularis constat iis, qui cum sint secundum quid pares, putant esse simpliciter pares, & in hoc errant. Arist. polit. 5. cap. 1. c. 643.

Respublicæ popularis gubernatio prima species est, quæ maxime secundum æqualitatem est. Alia vt magistratus secundum censum patrimoniorum tribuantur. Alia species est, vt omnibus ciuibus habitas sit, modo non sint aliqua ex causa obnoxii. Alia species est, vt omnes habiles sint ad magistratus gerendos, modo ciues sint, & dominetur lex, Alia est eodem modo, nisi quod non lex dominatur, sed multitudo, quod fit cum populi decreta pualēt legibus. Idem pol. 4. c. 4. c. 611.

Respublica popularis nisi aliquam habeat potestatem feruus erit, & inimicus. Arist. polit. 3. cap. 10. char. 554.

Respublicæ status est, cum ad egenorum commodum gubernatur. Idem polit. 3. cap. 5. char. 571.

Respublicæ popularis gubernatio inæqualis cum dominatur tyrannidi similis est. Idem polit. 4. cap. 4. c. 62.

Respublicæ popularis status maxime recipit mutationes propter perfidiam eorum, qui sunt quasi duces populi; nam præteritum egregium quemq; calumniatur, publice vero multitudinē irritant. Idem polit. 5. c. 2. c. 654.

Respublicæ popularis status non hêt, nec possessiones, nec fructus diuitum aufert. Arist. polit. 5. cap. 8. char. 668.

Respublicæ popularis status duobus definitur, potestate summa populi, & libertate. Arist. polit. 6. cap. 9. c. 672.

Respublicæ popularis potentia est illa, quæ contraria est paucorum potentia. Arist. polit. 6. cap. 1. char. 694.

Respublicæ populares plures existunt, & duabus de causis: prima, quia inter populos differentia est, alij enim sunt agricolæ, alij opifices, alij ministri, qui in eo differunt, quod non sunt idē. alia est causa, quæ faciunt popularem statum; æ ipsi propria esse videtur cōiuncta simul faciunt varietatē: nā alicui pauciora cōsequenter sunt, alicui plura, alicui cōia. Arist. polit. 5. cap. 1. char. 633.

Respublicæ popularis status hoc habet, quod inopes plus possunt, quam opulenti: plures enim sunt. Arist. polit. 6. cap. 2. char. 694.

Respublicæ popularis status est summi ad magistratus omnes ex omnibus, & præesse omnes vniciue, & vnūquemque vicissim omnibus, Per sortem tribuere magistratus, vel penitus omnes, vel saltem illos, qui non indigent peritia, & arte. A nullo censu esse magistratus, vel saltem a minimo. Non nisi semel eundem magistratum ab aliquo geri posse, vel per raro, & paucos, exceptis his, qui versantur in bello, Parui temporis esse magistratus, vel omnes, vel quot recipiunt: iudicare omnes, vel ex omnibus, & de omnibus, vel de plurimis, & maximis, & principalissimis, & concionem esse omnium dominam, aut maximarum rerū: magistratum vero nullius, aut minimorum, & inter magistratus popularissimū est consiliū, vbi non oibus est mercedis facultas, & mercedem capere potissimū oēs, cōcionē, iudicia, magistratus, vel saltem magistratus, iudicia, consilium, & conciones principales: præterea potestatem nullam esse perpetuam. Idem ibid. c. 4. c. 695.

Respublicæ populus optimus est ille, qui ex agricolis constat. Idem ibid. cap. 4. char. 698.

Respublicæ populum ex agricolis constituere qui vult, lex optima est, ne liceat alicui habere plus agri quam mensuram certam, uel alicui loco ad oppidum, uel ciuitatem. Idem ibid. char. 670.

Respublicæ populus post agricolas est optimus è pastoribus, qui viuunt ex animalibus, & ad publicas expeditiones utiles sunt. cæteræ uero multitudines deteriores sunt. Idem ibid. char. 700.

Respublicæ popularis status, ut constituitur, non est magnum opus, sed ut conferuetur. Idem ibid. cap. 5. c. 700.

Respublicæ popularem statum seruat, damnatorum bona non in publicum, sed in sacrum afferri, quod compefcit populi cupiditatem ad damnandum, & publicas

accusationes minus facit poena magna constituta aduersus eos, qui accusant falsi, & omnes quantum fieri potest erga statum reipublicæ beneuolos reddere. quod si fieri nequit saltem conari, ne hostes existiment eos, qui gubernant. Idem ibid. char. 702.

Respublicæ status videre debet, ne multitudo pauperie nimia prematur: egestas enim prauam reddit populi gubernationem. Arist. pol. 6. cap. 5. c. 703.

Respublicæ popularis status est respublica, in qua sorte mandantur magistratus. Aristotel. rhetor. prim. c. 35.

Respublicæ popularis finis est libertas, paucorum diuitiæ, optimatum leges, tyrannidis custodia. Idem ibi. c. 36.

Respublicam omnes regere populare est. Aristotel. polit. 4. cap. 8. char. 668.

Respublicæ popularis propositum est libertas, quæ consistit, vt per vices imperent, & pareant, & viuere, vt quisquis volet. Aristotel. politic. 6. cap. 2. char. 694.

Respublica, ut paucorum.

Respublica paucorum per duos modos maxime mutatur: vnus si iniuriis afficiat multitudinem, & quandoque ob opulentos, qui non honorant magistratus. Arist. pol. 5. cap. 6. c. 656.

Respublicæ paucorum gubernatio mutatur interdum propter factiones ipsorum, qui plus apud populum posse volunt, & hoc dupliciter: quandoque enim sibi alicuius alios de numero paucorum, quandoque ipsi vendicant sibi plebem. Idem ibid. c. 657.

Respublicæ paucorum gubernatio mutatur cum prodigaliter viuentes, qui gubernant per luxuriam patrimoniam consumpserunt. Arist. polit. 5. cap. 6. c. 658.

Respublicæ paucorum gubernatio mutatur, cum aliam paucorum gubernationem faciunt, id est, quando eorum, ad quos pertinet gubernatio reipublicæ, qui pauci sunt, selectio fit: neque habitas est omnibus ad maximos magistratus posse assumi. Aristot. polit. 5. cap. 6. char. 658.

Respublicæ paucorum gubernatio mutatur, & in bello, & in pace. In bello, quia populo diffidentes conducto milite uti compelluntur, & qui illis præferunt, sæpe tyrannus euadit, ut Corinthi Timophanes: In pace autem propter diffidentiam, quam inter se habent, conductis militibus custodiam tradunt, & aliquem constituunt, qui sæpe tyrannus efficitur, quod in Larissa accidit. Idem ibid. char. 659.

Respublicæ paucorum gubernatio mutatur per exclusionem aliorum ab alijs factam eorum ipsorum, qui sunt in paucorum gubernatione, quando de nuptijs, uel de iudicijs concertant. Idem ibid.

Respublicæ paucorum gubernatio sæpe mutatur ob nimiam dominationem non probantibus quibusdā ex ipsis, qui gubernabant huiusmodi excessum. Idem ibid.

Respublicæ paucorum gubernatio pauperum curam habere debet, & ipsis subsidia, si quæ constituta sunt, & officia tradenda: & si quis diuitum, eos contumelia affecerit, maiori poena puniendus, quam si ipsi inter se idem fecissent. Arist. polit. 5. cap. 8. char. 668.

Respublicæ paucorum potentia regula est, ut semper, qui maiores habent census, magistratus capiant. Arist. polit. 6. cap. 5. char. 704.

Respublicæ paucorum potentia ibi locum habet summum, ubi contingit regionem esse ad equitatum aptam. Arist. polit. 6. cap. 7. char. 607.

Respublicæ paucorum, & potentia custodia indigent, qui alios custodire debent. Arist. polit. 6. cap. 8. char. 710.

Respublicæ paucorum status est respublica, in qua censu maiori q sunt, habent magistratus. Arist. rhet. 1. c. 35.

Respublica paucorum est, cum penes opulentos est gubernatio. Idem polit. 4. cap. 4. char. 607.

Respublica paucorum ex his constat: qui cum præsentent

In aliqua re, se in cunctis arbitrantur præstare, nam opibus superantes simpliciter superare existimant. Arist. polit. 5. cap. 1. char. 643.
 Reipublicæ paucorum, optimatum, & reliquorum non inveniuntur simplices, sed complexæ. Auer. 1. rhetor. tract. 2. cap. 11. char. 37. col. 1.

Reipublica, ut bona, & mala, & que presidentibus reipublicæ conveniant.

Reipublica bona a mala differt in hoc, quod bona leges facit, & ciues boni redduntur; contra mala. Arist. 2. Ethic. Nicom. cap. 1. char. 31.
 Reipublica non est eadem apud omnes, sed vna tantum ubique ea est secundum naturam, quæ optima est. Arist. 5. Ethic. Nicom. cap. 7. char. 126.
 Reipublicæ refert pueros, & mulieres esse bene institutas: nam mulieres sunt media pars hominum liberorum, & ex pueris sumuntur, qui reipublicam gubernant. Idem polit. 1. cap. 8. char. 513.
 Reipublica illa, in qua neglecta sunt illa, quæ circa mulieres spectant, in ea putandum est medietatem ciuitatis neglectam esse: nam vt vxor & vir sunt pars domus, ita cætus virorum, & mulierum ciuitatis pars. Idem polit. 2. cap. 7. char. 541.
 Reipublica, quæ diuturna esse vult, oportet vt omnes eius partes consentiant, atque in statu suo permaneant. Idem ibid. char. 543.
 Reipublicæ qui præfunt, vel vnus, vel plures sint, in his potestatem habere debent, in quibus leges expressæ cauere non possunt. Arist. polit. 3. cap. 7. c. 581.
 Reipublica gubernari debet à multitudine liberorū hominum, qui nihil agant præter legem, nisi in quibus lex ipsa necessario deficit. Idem ibid. cap. 11. c. 593.
 Reipublicæ conuenit ea multitudo, in qua populus innascitur bellicus, qui gubernari possit, & gubernare secundum leges, & æquitatem, impatiens tenuioribus honores, & magistratus. Idem ibidem. cap. 13. char. 598.
 Reipublicam non solum, quæ optima esse potest considerare oportet, sed etiam, quæ in vlu cadere potest, & quæ sit facilior, & communior omnibus. Aristot. polit. 4. cap. 1. char. 601.
 Reipublicæ qui curam habent, & qui in ea versantur, facultates mediocres, & sufficentes habere debent. Arist. polit. 4. cap. 10. char. 625.
 Reipublica magistratum habere debet, qui sit quasi specula ad mores ciuium intuendos, & pauperes cum diuitibus, vel medios augere conandum est. Aristot. polit. 5. cap. 8. char. 667.
 Reipublica maxime curare debet, ne ex magistratibus lucra proueniant: nam leuius ferunt populi, qui à reipublica excluduntur: immo gaudent, quod sua agere non impediuntur. At si putant eos ditescere, qui reipublicæ præfunt, duplici afficiuntur dolore, & quod ab honore, & quod a lucro excluduntur. Aristot. polit. 5. cap. 8. char. 667.
 Reipublicam pars illa, quæ saluam esse velit in ciuitate, potentior esse debet illa, quæ reipublicam saluam non vult. Arist. polit. 5. cap. 9. c. 670.
 Reipublicæ multum prodest erudiri ad reipublicæ disciplinam. Aristotel. ibid.
 Reipublicæ concessio populo faciendâ est, vel cum ad censum peruenit, vel cum per certum tempus a fordibus officijs destiterit. Arist. polit. 6. cap. 1. char. 706.
 Reipublica optima ea est, per cuius institutionem vnusquisque optime agat, & beatè viuat. Aristotel. politicor. 7. cap. 2. char. 716.
 Reipublica optima esse non potest, nisi opportuna sint facultates. Arist. polit. 7. cap. 4. c. 722.
 Reipublicas omnes, & earum leges, & instituta cognoscere maximum, & potentissimum est ad persuadendum, & ad consilium dandum. Arist. rhet. 1. char. 35.

scere maximum, & potentissimum est ad persuadendum, & ad consilium dandum. Arist. rhet. 1. char. 35.

Reipublicæ fines, institutiones, quæ faciles, & difficiles.

Reipublica a Socrate constituta maximas obtinet difficultates. Arist. polit. 2. cap. 3. char. 526.
 Reipublicæ bene institutæ signum est, quod populus in suo loco permaneat, nec seditionem vllam, (quod dictu dignum sit) vnquam fecit, nec tyrannidem. Arist. politic. 3. cap. 9. char. 550.
 Reipublica est eorum, qui in ciuitate degunt, institutio quædam. Arist. polit. 3. char. 557.
 Reipublicam non est minus corrigere iam institutam, quam ab initio instituere. Arist. polit. 4. cap. 1. ch. 601.
 Reipublicæ circa æqualitatem tria contendunt, libertas, diuitiæ, & virtus. Arist. polit. 4. cap. 8. char. 618.
 Reipublica prouidere lege debet, ne alicui sit nimia potestas, nec amicorum, nec pecuniarum: quod si contingat, per absentiam remouendæ sunt huiuscemodi clientelæ. Arist. polit. 8. cap. 8. char. 666.
 Reipublicæ & seruat, & ab initio constituit mos vniuersi cuiusque proprius, & semper melior mos est causa melioris reipublicæ. Arist. polit. 8. cap. 1. char. 757.
 Reipublicæ disciplina est, ciuitatē ab initio constituisse, & constituta bene vti. Arist. œconom. 1. cap. 1. char. 775.
 Reipublicæ finis, & salus est permanentia eius. D. Thom. 4. pol. lec. 1. char. 61. col. 4.
 Reipublicæ optimæ finis est finis optimus hominis, quia reipublica non est aliud, quam ordo ciuitatis. D. Thom. polit. 1. char. 100. col. 4.
 Reipublicæ instituendæ principiū est cōsuetudo vniuersi iusque reipublicæ. D. Tho. 8. polit. lec. 1. ch. 124. col. 2.

Reipublica, quæ magis durabilis.

Reipublicarum omnium magis tuta est, quæ ex mediocribus constat: propinquior enim est hæc gubernatio populari gubernationi, quam paucorum. Arist. polit. 5. cap. 1. char. 645.
 Reipublicæ, quæ ad multitudinem declinant, sunt tutiores, & durabiliores. Arist. polit. 5. cap. 7. char. 662.

Reipublica in qua mutatur, quæ ei similia sunt, & quæ diuersa.

Reipublica ex censi potentia mutatur in populi potentiam: hæc enim finitio inter se sunt. Aristot. 8. ethic. nicom. cap. 10. c. 205.
 Reipublicæ similis est potestas, & societas fratrum. Arist. lib. Reipublica Cretica, Laconica, & Carthaginensis, multa habent inter se proxima. Arist. polit. 3. cap. 9. ch. 550.
 Reipublicam magis destruit diuitum cupiditates plus habendi quam multitudinis. Arist. polit. 4. c. 13. ch. 629.
 Reipublicæ mutantur absque seditione propter verecundiam, vt in Hærea, cum enim per electionem sumere magistratus solerent, postea fortiti sunt, quia electiones eorum in turpibus, & pudendis cadebant. Arist. polit. 5. cap. 4. char. 648.
 Reipublicæ mutantur propter negligentiam, cum eos ad summas potestates ducunt, qui non sunt amici status eorum. Arist. polit. 5. cap. 4. c. 648.
 Reipublicæ mutantur propter pusillanimitatem cum laet paulatim subcrefcens reipublicæ mutatio. Aristot. polit. 5. cap. 4. char. 649.
 Reipublicam facile immutant, qui potentie causam fuere, siue priuati homines, siue consilia publica, siue tribus, siue & pars aliqua ciuitatis, siue quæcunque multitudo seditionem commouent. Aut enim qui honori illorum inuident seditionem faciunt, aut propter

pter præualentiam partem habere cum cæteris non acquiescunt: & cum partes, quæ contrariæ esse videntur, parificantur. Arist. polit. 5. cap. 4. char. 652.

Reipublica quandoque per vim mutatur quandoque per dolum. Per vim, aut statim, aut postea compellendo; nam & fraus duplex est, nonnunquam enim recipiunt sponte alium gubernandi modum ab initio decepti, deinde postea violenter conferuant. Interdum ab initio persuadentes, & postea persuasis rursus sponte, & volentibus retinent gubernationem. Aristot. polit. 5. cap. 4. char. 653.

Reipublicæ cunctæ dissoluantur interdum per se ipsas, interdum per externam causam, cum contraria gubernatio sit, vel prope, vel longe, sed admodum potens. Arist. polit. 5. cap. 7. char. 662.

Reipublica conseruatur, si nihil è legibus institutis que mouetur, & maxime canendum est ab eo, quod paulatim repit, latet enim corruptio. Arist. polit. 5. cap. 8. c. 664.

Reipublica non solum optimatum, sed etiam paucorum durat, cum qui gubernant recte se gerunt, tam erga eos, qui in reipublicæ gubernatione versantur, quam erga eos, qui extra reipublicam sunt. Erga eos quidem, qui non participantes sunt gubernationis non afficiendo eos iniuria. Erga socios humane se gerendo, & populariter. Arist. polit. 5. cap. 8. char. 664.

Reipublicæ non solum interdum conseruantur, quia longè sunt à periculis, sed etiam quia prope sunt, ideo qui reipublicæ præfunt, debent formidines quasdam parare. Arist. polit. 5. cap. 8. char. 665.

Reipublicam stare, quæ constituta sit, præter iustitiam difficile est. Arist. polit. 7. cap. 14. char. 643.

Reipublica, & res familiaris differunt inter se non solum quantum domus, & ciuitas, sed etiam quia in reipublica multi imperant, in re familiari vnus. Aristot. œconom. 1. sum. 5. cap. 1. char. 775.

Reipublicæ omnes (præter optimam) remittendo & intendendo labefactantur. Arist. rhetor. 1. char. 20.
 Retardatio acti ex voluntate agentis bonum possibile est, sed retardatio eius actionis agētis est impossibile. Auer. ex dest. dest. disp. 1. char. 8. col. 2.

Retentiuua potentia operatur, vt cibus in loco vno ita diu stet, donec debitam accipiat alterationem, quæ tribus inuatur, dissimilitudine, quam habet ad membrum. Secundo siccitate retentionis. Tertio frigiditate, & propterea in animalibus perfectis villi in intestinis, & in stomacho positi sunt. Albert. Magn. de anima. tract. 2. cap. 8. char. 18. col. 4.

Retracti appellantur, qui pauca quædam exhibent, & minuta. Eust. 4. mor. cap. 1. char. 170.
 Retributionis mensura accipiendâ est penes utilitatem beneficiorum. Alb. mag. ethic. 8. trac. 3. c. 11. c. 97. c. 2.

Rhetorices diuisio, & quid est.

Rhetorica facultas est videndi, quod in vnaquaque re idoneum sit ad fidem. Arist. rhetor. 1. char. 8.
 Rhetorica est facultas quædam arte perfecta, quæ in ea versatur oratione, quæ valeat, & pertineat ad fidem in causa ciuili faciendam, cuius finis est bene dicere. Ammon. in Porph. c. 1. col. 1.

Rhetorica tentatiua est in experimento rhetorico, quia exquirat interrogans, vt fallit in omni arte per errores essentielles in arte ad cognoscendam perfectionem suam in arte illa. Auer. epitom. in logic. char. 355. col. 3.

Rhetorica est vis implectens in se onus persuasionis possibile de qualibet rerum separatarum. Auer. rhetor. 1. trac. 2. cap. 1. char. 30. col. 4.

Rhetorica est facultas, cuius tres sunt species: iudicialis,

deliberatiua, & demonstratiua. Boet. de diffin. topic. lib. 4. char. 880.

Rhetorica est facultas persuadendi. Dan. Barb. 1. rhet. c. 1.
 Rhetorica duplex: altera, quæ nulla certa lege, ac præceptione artis continetur; altera, quæ artificio, & ratione comparatur, & prior, vel natura, vel consuetudine tenetur. Dan. Barb. 1. rhetor. cap. 1. char. 14.

Rhetorices partes.

Rhetorice formæ tot sunt, quot audiores, tres scilicet. Arist. rhet. 1. c. 15.

Rhetorices demonstratiuæ sunt quatuor partes: rhetorica doctrinæ & disciplinæ: rhetorica litigiosa uerè, & rhetorica institutionis confictionis, & rhetorica tentatiua. Auer. epitom. in logic. char. 355. col. 1.
 Rhetoricam litigiosam, & poeticam auferre oportet. Auer. epitom. in logic. c. 355. col. 2.

Rhetorice partes quinque sunt: inuentio, & locutio, dispositio, memoratio, pronuntiatio, quæ ideo sunt partes, quia si aliqua harum defuerit oratori, imperfecta facultas est. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 881. col. 1.

Rhetorica oratio sex partes habet: proœmium, narrationem, partitionem, confirmationem, responsionem, confirmationem. Boet. de diff. top. lib. 4. char. 881. col. 1.

Rhetorice duo sunt genera; proprie iudicialis, & deliberatiua: nam tertium quod in laude, & vituperatione ponitur, minus est necessarium. Dan. Barb. 1. rhetor. cap. 5. char. 7.

Rhetorica forma & finis.

Rhetorice facultatis forma est ciuilis quaestio. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 881.

Rhetorice finis alius in oratore est, & est dicere apposite ad persuadendum, alius in altero est, & est persuasississe. Finem qui in se est, semper assequi debet orator. Qui in altero, non semper, & si ipsum non consequatur, ideo orator esse non desinit. Boet. de differenti. topic. lib. 4. char. 882.

Rhetorices materia, & proprium.

Rhetorica non est in omni materia, vt dialectica: nam orator potius in rebus ciuilibus versatur. Alexan. Aphrod. in 1. Topic. cap. 1. char. 406. col. 4.

Rhetorice propriū est res, quæ fatit decipere, vt in paucioribus. Auer. in 1. de elenc. cap. 7. c. 326. p. dist. 2. q. 1.

Rhetorice facultatis materia est omnis res proposita ad iudicationem. Boet. de diff. topic. lib. 4. char. 881.

Rhetorice materia, & dialecticæ similis est, forma contraria, ideo Auerroes, & Alexan. similem Cicero contrariam dixit. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 2. c. 3.

Rhetorices materia est probabilis, & id, quod ad probabile proxime accedit. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 8. char. 14.

Rhetorica opus, effector, & instrumentum.

Rhetorica aut per exempla, quod est inductio, aut per entimemata, quod est syllogismus, persuadet. Arist. post. 1. cap. 1. tex. 1. char. 295.

Rhetorica utilis est, quod vera, & iusta natura meliora sunt, quam contraria. Arist. rhetor. 1. char. 6.

Rhetorica non facit fidem alicuius rei, sed accipit quæ in quaque re ad fidem idonea sunt, siue persuasibilia insint. Arist. rhetor. 1. char. 7.

Rhetorica per entimema, & exemplum fidem facit. Aristotel. rhetor. 1. char. 18.

Rhetores, & qui sophistæ vocantur, commentationibus & exemplis agunt. Them. in 1. post. cap. 1. c. 2.

Rhetores per entimema ostendunt. Ioan. Grammat. in

in 2. priorum. cap. 26. text. 83. char. 2.
Rhetorica elocutionis sunt tresdecim genera. Primo est ex excellentia dicentis, & defectus aduersarij. Secundo praeuius apparatus audientium per affectum ad verificationem. Tertio allicere audientes per rationes morales. Quarto magnificare rem. Quinto conciones. Sexto restrictiones. Septimo supplicatio. Octauo fidei iusio, & pignoratio. Nono solitudo in eremo. Decimo tolerantia laborum. Undecimo vita monastica. Duodecimo qualitas orationis, vocis, & accentus, secundum rei dispositionem. Tertio decimo deprauatio sermonum, & eorum declinatio. Auer. epit. logic. char. 360. col. 1.
Rhetorica exemplis utitur Aristotel. in illis locis, in quibus est difficultas imaginandi. Auer. in physicor. 4. text. 84. char. 79. colum. 3.
Rhetoricus sermo in rebus difficilibus est necessarius. Auer. 3. de anima. text. 48. char. 168. col. 4.
Rhetorica facultatis instrumentum est oratio. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 881.
Rhetoricae facultatis opus est docere, & mouere. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 881.
Rhetoricae facultatis effectus orator est, cuius officium est dicere apposite ad persuadendum. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 882.
Rhetorica utitur sermone pro ut est designatiuus eius, per quod persuadere intendit. Albert. Magn. de praedic. char. 2. colum. 3.
Rhetorici syllogismi, qui imperfecti sunt, reducuntur ad perfectas figuras. Alb. mag. in prior. char. 167. col. 2.
Rhetorices arma quamuis in vtramque partem valeant, non tamen est aequum id haberi malum, quod bene uti licet. Dan. Barb. 1. rhetor. cap. 9. char. 12.
Rhetorices quaestiones.
Rhetoricae quaestiones, aliae in scripti alicuius contentione versantur, aliae in seipsis. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 882.
Rhetoricae quaestiones, quae in scripto versantur, quinque modis fieri possunt: vel hic scriptoris verba, ille sententiam defendit, & scriptum, & voluntas appellatur: vel si leges contrariae sint, & status legis appellatur: vel cum scriptum, & sententia ambigua sunt, & ambiguitas dicitur: vel cum eod, quod est scriptum, non scriptum intelligitur, qui syllogismus dicitur: vel cum quod scriptum est, absumptum est, & vocatur finis, vel descriptio. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 882.
Rhetoricae quaestiones sunt an sit, quid sit, quale sit: & an iure, vel more possit exercere iudicium. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 882.
Rhetorica vnde habeat ad dialecticam.
Rhetorica responderi dialecticam: amba enim de eius modi quibusdam sunt rebus, quae communes aliquo modo sunt omnium ad cognoscendum, nec vllius scientiae desinit. itaque omnes vtriusque aliquo modo participes sunt. omnes enim quadam tenentur, & ex quiete, & quaestione tueri, & defendere, atque accusare certant, & hoc alij temere, alij habitu haec faciunt. Arist. rhetor. 1. char. 3.
Rhetorica est agnata dialecticae, & particula est, quae de moribus. Arist. rhetor. 1. char. 9.
Rhetorica in hoc est maxime similis dialecticae, quod ambo omnium scientiarum principijs vtuntur. Ioan. Gram. in 1. physic. char. 3. col. 1.
Rhetorica non habet subiectum proprium. Auer. epit. in logic. char. 359. col. 3.
Rhetorica nemo vtitur secum, vt nec etiam topica, sed cum alio. Auer. rhet. 1. tract. 1. cap. 1. char. 29. col. 3.

Rhetoricam Zeno manu dilatata, dialecticam contracta ostendere solebat. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 2. ch. 3.
Rhetorica, & dialectica in hoc consentiunt, quod sermo ne reciproco vtuntur, & ad alias reflectuntur, & nullo certo, & praefinito genere continentur, & vsus communis earum est omnibus, & res omnes pariter vtrique subiiciuntur: ambae ex communibus colligunt non ex proprijs, & in re ipsa positris, ambae in contrarium valent, & ex eadem propagine duci videntur. D. Barb. rhetor. cap. 8. char. 12.
Rhetorica, & dialectica in hoc differunt, quia & si ambae nullis clauduntur terminis, plus tamen operae in ciuili materia ponit rhetorica: at dialectica in hoc ampliores habet fines, & oratio rhetorices est perpetua, dialectices interrupta, & infinitas quaestiones habet, quas proposita dicimus. Rhetorica vero finitas, & in personarum discrimine, locorum commoditate, temporum occasione, causarum connexionem positas, quas controuersias appellamus. demum vna latior, altera pressior. Dan. Barb. rhet. cap. 8. ch. 3.

Rhetorica vt inuenta est, & qui eam duxit.

Rhetoricae orationes ita paulatim inuenta sunt, vt qui principia inuenerit ad exiguum quid perduxerit: qui autem nunc celebriores habentur vendicantes a multis, velut ex successione particulatim colligentes, sic auxerunt: Tysias post priores, Trasimachus post Tysiam, Theodorus post hunc. Aristotel. elench. lib. 3. capit. 8. chart. 634.
Rhetoricam auxit Tysias post priores, Trasimachus post Tysiam, Theodorus vltimus post Trasimachum. Albert. mag. in elench. char. 315. col. 3.

Rhetorices librorum diuisio.

Rhetorices tres sunt libri, in primo est ratio dicendorum, in secundo vis mouendorum in vltimo regulam conciliandorum hominum collocatur. Dan. Barb. 1. rhetor. char. 2.
Rheubarbarum est lignum rarum, molle, & valde sipticum propter terretatem, quae est in eo. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 30. ch. 159. col. 3.
Rheuma & si fiat ex calida, & frigida causa, tamen ex calida non fit nisi per accidens, vt calefactura cerebrum attrahat maiorem humorum quantitatem, quae attracta propea magis infrigidatur, & sic semper fit a frigore, vt a causa proxima. D. Barb. 1. rhet. c. 2.
Ridet qui verberatur in sede praecordiorum. Arist. probl. sect. 35. text. 6. ch. 653.
Ridiculus vsus habent in contentionibus. Aristotel. rhetor. 3. char. 175.
Ridiculum aliquo pacto est peccatum, & turpitudine sine dolore, minime noxia. Arist. poet. cap. 1. c. 262.
Ridet solus homo, quia pellem habet valde tenuem, & carnem valde subtilem, & tactum: vnde quidam opinati sunt, quod si homo vulneretur in subscellaribus locis, vbi mouetur paries, ridebit. Alb. mag. de ani. l. 13. tract. 1. cap. 9. ch. 117. col. 2.
Rigentes liuidi fiunt, quia sanguis appulso frigoris gelascit, gelatus autem nigrescit propter caloris inopiam. Albedo namque igni tribuitur, ideo his maxime, qui aetate processerunt, caro liuescit, quia calorem minimum obtinent. Arist. prob. sect. 8. nu. 9. c. 415.
Rigent maxime extrema corporis propter angustiam: foramina enim quaeque in his insunt, angusta parum obtinent sanguinis, & ob eam rem parum caloris fortiuntur, sanguis enim calidus est. Aristot. probl. sect. 8. num. 2. chart. 455.
Rigent magis tunc pedes, cum suspensi tenentur, quia frigus amplius ad eos aspirat, vel quia sanguis in breuiorem

sem se contrahit partem. itaque reliquum frigori opportunius redditur, cum calor desit. Arist. problemat. sect. 8. numer. 3. char. 415.
Rigent homines omnes pleni, cum tamen pingue omne sit calidum, quia ob amplitudinem molis partes extremae a calore interiore distant, & prope sunt extremo frigori. Arist. problem. sect. 8. nu. 5. char. 416.
Rigentium lingua, vt & vinolentorum errare solet, vel quia a frigore concreuit, ac indureuit, mouenti difficili redditur, itaque explanare non potest: vel quia partes exteriores appulso delantur frigoris, humor intus collapsus linguam modificat, ex quo suo fungi officio lingua nequit, vt de vinolentis etiam diximus: vel quia per tremorem a rigore inductu motus temere agitur, articulate vocabula lingua edere non potest, itaque oberrat, & haesitat. Arist. prob. sect. 8. nu. 10. char. 417.
Rigentium pili eriguntur, quia ex refrigeratione calor in partem anteriorem se colligit, & vbi caloris beneficii defuit magis, coagitur, quod cum fit, pili erectiores effici coguntur. Arist. proble. sect. 8. nu. 11. ch. 418.
Rigemus magis hyeme cum currimus, quam cum stamus, quia aer nostra ambiens corpora, cum itamus, vbi semel concalescit, nullam praeterea molestiam affert. Cum autem currimus, alius, atque alius subinde frigidus occurrit, itaque facit, vt magis rigeamus. Ad haec aer cum mouetur, frigidior redditur, quod in currente maxime incidit. Arist. probl. sect. 8. q. 12. char. 418.
Rigentes maxime dormire non valent, quia qui riget spiritum magis retinet, quam laxat: qui dormit magis reddit, quam trahit. igitur rigor facit, vt contra agatur, quam cum dormitur. Arist. probl. sect. 8. q. 19. ch. 420.
Rimatrix (vt ait Iorach) est serpens ordinis primi rimans aquas, & cibos, & inspicit eos, & si quis ex infectis aliquid gustauerit, statim moritur. Albert. mag. de anim. lib. 25. char. 202. colum. 2.
Rinoceros vnum cornu habet, vna vngulam continuam, & est animal valde crudele: sed alij dicunt esse animal, quod arabice dicitur archa. Albert. magnus de anima. lib. 2. tract. 1. char. 30.
Risibile est proprium hominis, non autem ridere: ideo & si non semper ridet, habet tamen semper potestatem ridendi. Boet. in Porphy. char. 91.
Risibile proprium quidem hominis est, risibilitas autem non est hominis proprium. Alb. mag. in praed. c. 26. col. 2.
Risum cur minus retinere possumus, cum amicos nostros, & familiares videmus? quia volubilius quod clarius, atque suspensius est, at benevolentia ferpe huiusmodi est: ergo merito tunc ad furrindum mouemur. Arist. problem. sect. 28. nu. 8. char. 607.
Risus mouetur si alae tangantur, & sternutamentum, si nares penna tentantur, quia loca quaedam venularum habemus, quibus refrigeratis, vel contra affectus venulae ipsae, vel humectantur, vel in spiritum ex humore dissoluuntur, vt si quis ceruici venas premat. letitia itaque gestiens concalescit, spiritum autem, cum redundat, foras mittimus vniuersum sternutamenti quoque ratio illa eadem est. cum enim penna mouemus, & tepe facimus nares, humor in spiritum soluitur, quem mox redundantem expellimus. Aristoteles problemat. sect. 35. nume. 8. char. 654.
Risum cur multi putant ex liene oriri hoc argumeto quod quib. lien scirrho, id est tumore duro vitatur, non perinde sunt ad ridendum comparati, vt qui sunt incolumes, sed sint mestiores? lien non proprie ac per se, sed ex accidenti risus causa censendus est. Quandiū enim est sanus, omnino foeculentum, & melancholicum succum ex iecinore trahit: atque ita dum sanguis purus, & defecatus totum corpus cerebrumque inuadit, naturam simul, & animam non aliter, ac vinum delectat & exhilarat, & in tranquillam constitutionem traducit, & inde risus excitatur. Alex. aphro. probl. 1. nu. 126. c. 718.

Risus est hominis proprium, non quod semper rideat, sed quod semper sit natus aptus ad risum. Ammo. in Porphy. char. 12. colum. 2.
Risum est granum calidum, & siccum, decoctum cum lacte & oleo amygdalino maxime nutrit. Alber. mag. de veget. & plan. l. 6. tract. 2. cap. 16. char. 169. col. 2.
Risus maximarum rerum saepe momenta versans tristes soluit affectiones, animum ab intentione, a labore, a fatigata ad interpirationem, & quietem traducit. Dan. Barbar. 3. rheto. cap. 12. char. 179.
Rithmus figurae elocutionis terminus est, & metra segmenta sunt. Arist. rhet. 3. char. 148.
Rithmorum heroicus grandis est, & canorus harmoniam requirens. Arist. rhet. 3. char. 148.
Rithmorum iambus vulgi sermo est, sed granditatem effici, & excitationem oportet. Arist. ibidem.
Rithmorum trocheus cordaci vicinior est. Arist. ibidem.
Rithmorum pegan, quo tanquam arcano veteres sunt vsi, cepit aetate Thrasimachi, sed ignorabant quid nam esset id genus, sed tertius est pegan, & his, quos diximus, conunctus, vt tria ad duo. Arist. ibidem.
Rithmi pegan duae sunt formae: altera inijs aperta, quia longa incipit, & tribus breuibis terminat: altera contra a tribus breuibis incipit, & extrema longa finit. Aristot. rhetor. 3. char. 148.
Rithmus est dictio Dorica, figuramque significat. Ioan. grammata. 1. de anima text. 20. char. 12. col. 8.
Rithmus est numerus syllabarum determinatus in ratione simili sine determinatus. Diuus Thomas 8. politic. lect. 2. chart. 130. colum. 2.
Robur est facultas mouendi alterum, vt vult: praecise est autem mouere alterum vel trahendo, vel pellendo, vel tollendo, aut deprimendo, aut collidendo. Aristoteles rhetoricor. 1. char. 23.
Robur est in firmitate, & agilitate secundorum, & quae illis componuntur, corporum. Alexan. aphrod. in 2. de ani. cap. 43. char. 53. colum. 2.
Rodanus fluius, vt ait Augustus, nascitur in medio campo Gallorum, & ei occurrit Bicornius cursu, & incessu suo. fluius autem nascitur in campis Gallorum, & influit Oceano occidentali: & videtur iste fluius esse Setana. Albertus magnus de natur. locor. distin. 3. cap. 2. char. 102. colum. 2.
Romanorum Respublica diutius permansit (vt ait Vitruuius) quam alia regna, quia vt medium expositum fuit inter meridionales, qui acumine ingenij, & rationis plurima machinatur, & inter aquilonares, qui ferocitate attentant temere: habentes contra aquilonares audaciam: & contra meridionales studium senatus, & sapientiam. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 3. char. 100. col. 3.
Rombus est piscis in mari Italicae, & Graeciae abundans, & est de peccinis genere, totus rotundus. Alber. mag. de ani. lib. 14. cap. 1. char. 199. col. 1.
Ros, & Pruina vocatur, quod in die euaporat quantum non suspensum fuerit propter paucitatem, sursum ductis ipsum ignis, ad eam, quae eleuatur aquam, iterum deorsum infrigidatum, noctu fertur. Aristoteles meteor. 1. sum. 3. cap. 1. char. 474.
Ros fit cum concretus fuerit in aquam vapor, nec sic fuerit tepor, vt exsicceret sursum ductu, nec sic frigus, vt congeletur vapor ipse, propterea quod aut locus tepidior, aut anni tempus sit. Arist. meteor. 1. c. l. c. 1. c. 475.
Ros fit magis in temperie, & in temperatis locis: nix autem e contrario. Arist. meteor. 1. sum. 7. cap. 1. ch. 475.
Ros, & pruina fiunt serenitate, & tranquillitate quia nec eleuantur, no existente serenitate, nec coacta esse possunt vento flante. Arist. meteor. 1. sum. 3. ca. 1. ch. 475.
Ros fit vbique australibus non borealibus praeterquam in Ponto, vbi e contrario fit. Arist. meteo. l. 3. c. 1. c. 475.
Ros est diei consistentia, & eius locus paruus. Aristotel. meteor. 1. sum. 3. cap. 1. chart. 476.

Roris vapor est subtilior inter vapores humidos tempore serenitatis in die eleuatus nunquam ascendens, nisi quando circa mediū in loco non inuenit vaporem frigidum se impediētem: & ideo altius ascendit inter vapores humidos, & ascēdit ultra locum mediæ regionis aeræ. Alb. mag. 2. meteor. tr. 1. cap. 3. c. 95. col. 2.

Ros differt a pluuia, quia est calidus, & humidus: pluuia ad rorem est frigida, & humida, ros fit tempore sereno, pluuia nunquam tempore sereno, ros est signum serenitatis, pluuia non. Alber. Magn. 2. meteor. tract. 1. cap. 4. ch. 95. col. 3.

Ros differt a pruina in generante, quia materia conueniunt: est enim communis materia vaporum, sed ros fit, si vapore eleuato accedit ad aerem frigus temperatum, cui nox auxilium dedit: pruina autem congelatur antequam resoluatur ex vapore aqua. Idē ibi. cap. 10. char. 86. col. 2.

Ros in duobus locis generatur, in primo per se, qui est locus iuxta terram, & fit ob duas causas, ob frigus aeris, & calorem loci: & ob calorem aeris, & frigus loci. Idem ibi. cap. 11. col. 3.

Ros, & pruina non generantur in montibus supremis. Idem ibi. cap. 12.

Roris generatio fit aliquando in vapore, qui habet multum humidum aerei, & subtilis terrestri sicci, qui eleuatur tantum tempore maximi caloris, & frigore temperato accedente permixto humido aeris, & sicco terræ pinguescit, & cadit ros fluens, & viscosus, vt mel super herbas, & folia arborū, & sole agente comburitur humidum, & restat in formam spheræ super herbas, & sua siccitas eas exsiccat, quas herbas comedunt animalia libenter, & maxime oues, quæ fluxu ventris moriuntur, vel marcescunt. Idem ibi. cap. 14. c. 87. col. 1.

Ros aliquid cum pluuia simile habet, & pruina cum niue. Roris generatio est ex vapore grossiori, quā pluuia, & minus calida, quia aliquid terrestre habet admixtum: ideo parum eleuatur, & non fit in tempore magni caloris, nec frigoris, & conuertitur iuxta terram, etiam quandoq; iuxta montem cubiti altitudinem, & conuertitur per se, & per accidens. Per se aeris frigore in nocte, cum non est luminis reflexio in ipso a Sole, & ideo, quia parui humores sunt absorpti a Sole, alia est conuersio multi vaporis in seipsum reflectēs. Idē de pass. aer. c. 118. c. 4.

Rosæ suauius olent, quibus vmbilicus asper, quā quibus lenis, quia olēt suauius, quæ modū consecuta sunt suæ naturæ. Rosæ vero spinosæ sunt sua natura, & ideo suauissime olent. Aristo. prob. sec. 12. num. 8. c. 476.

Rosa est virtutis compositæ inter aquam, & terram, in ipsa sunt acutæ vapores, & siccitas, & amaritudo cum simplicitate, & pauca dulcedine. Alb. mag. de veg. l. 6. tr. 1. cap. 32. ch. 160. col. 2.

Rota, quæ mouetur circa mediū suū, non mouet proprie circulariter, sed motus eius est compositus ex eleuatione, & depressione. D. Thom. in 1. de cel. l. 3. t. 5. c. 3. col. 2.

Rubrum mare, Sossiris conatus est perfodere, vt fieret navigabile, sed inuenit mare altius existens terra: ideo ille secundo cessauit fodere, deinde Darius quoque idē fecit. Aristo. meteor. 1. su. 4. cap. 2. ch. 489.

Rubedo in corpore non est nisi sanguinis concursus. Aristo. prob. sect. 9. nu. 9. ch. 423.

Rubei multum astuti, referuntur ad vulpes. Aristo. phys. flog. cap. 10. char. 352.

Rubro quæ sunt colore, acuta sunt, quoniam omnia, quæ sunt secundum corpus, a motu calefacto erubescunt. Aristo. phys. flog. cap. 10. ch. 352.

Rubescunt qui timore afficiuntur. Aristo. 4. ethic. Nicom. cap. 19. char. 106.

Rubescere solent, qui gaudent, quoniam natura sponte occurrit, quæ grata extrinsecus accidit, & sanguis ea comitatur, qui florem suo colore cordi largitur. Alex. Aphr. prob. 1. nu. 11. ch. 669.

Rubescunt qui pudent, quia natura sua naturali quadam non arbitrali conscientia verecundatur, & reueretur, quod colendum cœsuerit. Itaque morē pudicę puellæ se ad loca penitiora recipit, & occulit: quod cum agitur, sanguis concitus liberalius fluitat, cutemq; suo colore pertingit, & sunt qui aut naturam se tegere sanguinis copia, vt & manu, dum pudore allicimur, faciem tegimus. Idem ibi. nu. 15. ch. 670.

Rubor fit cum sanguis recurrit a corde ad faciem. Simp. in præd. char. 68.

Rubescunt irati, quia in ira fit palpatio cordis, per quam fit caliditas. Io. gram. in 1. de ani. t. 11. ch. 9. col. 1.

Rubor in facie fit, cum ira circa præcordia sanguinē mouet, quo motu mouetur epar, & sanguine in superficiē facto facies rubet. Idem ibi. t. 14. c. 10. col. 1.

Rubor in mane significat pluiam, quia signum est quod Sol vaporem eleuatum trahit secum in superius hemispherium, & ibi calore suo facit ascendere in altum, vbi est pluiarum generatio. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 1. cap. 25. c. 100. col. 4.

Rubor in fero est signum serenitatis, quia est signū, quod Sol trahit secum vaporem eleuatum ad inferius hemispherium, & liberat superius a vaporibus pluiam generantibus. Idem ibi.

Rubor in humido fit ex aliqua ipsius humidum inflammatione. Albe. Magn. de spir. & respir. l. 2. tract. 1. cap. 1. char. 56. colum. 4.

Rubedo serotina fit in nube ex spissitudine ipsius propter aduersionem caloris Solis, ideo est signum futuræ serenitatis. Alb. mag. de pass. aer. c. 121. col. 4.

Rubedo matutina fit in nube ex spissitudine eius propter vapores humidos ascendentes, quibusdam conuigitur lumen Solis, efficit colorem rubeū, vel vinosum, vnde est signum pluiæ futuræ. Idem ibi.

Rubescit homo, cum timet per verecundiam priuationis honoris recurrentibus humoribus ex spiritibus ad exteriora. D. Tho. ethic. 4. l. 17. c. 78. col. 3.

Ructare non boues, non quæ cornua gerunt, non aues solent, quia ventrem siccum habent, celeriter enim humor consumitur, & percolatur, qui dum immoratur, inflaturque, ructationem mouere potest, iumentis autem ob colli longitudinem deorsum flatus se vertit, & ruminantes non ructant ob multitudinem ventriū. Aristo. prob. sec. 10. nu. 43. c. 439.

Ructus est ventriculi. Aristo. prob. sect. 33. nu. 1. ch. 642.

Ructus fit, cum ventriculi humor recalescens inflatur, & concoquitur. Idem ibi. nu. 15. c. 664.

Ruminare nihil aliud est, quam reassumere ex primo ventre cibū ad iteratam masticationē, quia prima incōplete fuit facta. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 2. cap. 1. c. 34. col. 1.

Rustici, & duri sunt, quia quæcunque ridicula non dicunt nec aliquid dicentis audiunt. Aristo. 4. ethicor. Nicom. cap. 8. char. 104.

Rusticus, qui nec incessare vult, nec recte incessum ire existimat, sed exandescit. Aristo. magn. moral. 1. cap. 28. char. 304.

Rutæ odor serpētibz infensus est. Aristo. de hist. anim. 9. cap. 6. char. 325.

Rutæ cur insita in ficum pulcherrima, & plurima prouenit: inferunt vero inter corticem, limoque obducto fouetur, quia rutæ radix teporem desiderat, ficus autem calida est. Aristo. probl. sec. 20. nu. 18. c. 534.

Rutam cur fascinationis remediū esse aiunt? an propterea, quia tum effascinari se credunt, cum aut voraciter edunt, aut incommoditatum aliquarum tenentur suspicione, aut cibum habent suspectū, quæ capiunt: itaque cum de mensa eadem, qui priuare sibi assumunt, participem intuentem quempiam faciunt, afflanturque cum impertiant ne me fascines: ergo cibum cum perturbatione sument, ne quid bibent, aut edent sine turbatione, & flatu, qui vicia hauriuntur, & ingerantur.

Quam-

Quamobrem flatu ipso, vel cum extrudendus efferit, cibo quoque vna elatus eicitur: vel cum interclusus per humorem tenetur, tormina mouentur, & cruciatus. Igitur ruta præfinita vi sua, & potentia calefactoria vas, quod recipit cibos, elaxat, & reliquum corpus itidem afficit, ex quo fit, vt flatus ille interclusus transmitti, ac secedere possit. Arif. prob. se. 20. nu. 34. c. 539.

Ruta est herba calida, & sicca, incisua, & resolutiua, remouet odorem aliorum, & cepearum: confert paralitico, & confortat stomachum. Alb. mag. de veg. & plan. l. 6. tract. 2. cap. 16. ch. 169. col. 4.

Rutæ saporem vipera, & fere omnia alia animalia venenosa fugiunt. Alb. mag. de ani. l. 8. tr. 2. ca. 2. ch. 74. c. 4.

Rutela, vt ait Galenus, Auicenna, & Semetion, est animal, araneæ similis, quæ venatrix est muscarum, & ideo est de genere aranearum, & non serpens, & est sex modorum. Primus est rotundæ figuræ, aurei coloris, & vocatur abarbacion. Secundus est latioris corporis, sed rotundæ tamen figuræ, & apparent circa collum eius squamæ, & circa quædam prominentia, & appellatur aures. Tertius est similis magnæ api, tendit ad citrinitatem, & corpus eius tegitur paruis corporibus eminentibus rubeis præcipue in dorso, & appellatur mur-

chion. Quartus dicitur sagudofoon, quia totum corpus est durum, & habet alas, vt sunt alæ magnę formicę. Quintus dicitur subdion, quia est longi corporis, est subtilis, & supra corpus eius sunt puncta. Sextus dicitur furbal, quia est longi corporis, viridis coloris, & habet aculeum quasi sub collo, Alb. magn. de anim. l. 26. char. 205. col. 1.

Rutelarum aranearum duodecim modos esse, ait Galenus, & deterior omnium est Aegyptiaca. Quædam est rubea rotunda, quædam alba habens rotundum ventrem, & paruum os: quædam est stellata, quæ est acuti dorsi cum lineis lucidis: quædam citrina pilosa: quædam vicia: quædam est, cuius capitis medium, & pedes breuia, & ad posteriora recurra: quædam formalis dicitur, rubeum collum, & caput nigrum, & dorsum albū, habens multis coloribus depictum: quædam vespalis est similis vespæ rubea: quædam herbalis rotunda parua subalbidum ventrem, & pedes albos multorum pilorum, & ægyptiaca, quæ maligna est valde, habens ventrem, & caput magnum, similis animali, quod volat in circuitu candelæ, & omnes isti mordent, & mortuus illorum diuersa facit symptomata. Idem ibi.



Abbatii institutio in lege filiorum Israel forte fuit, quæ existimauerunt Deum post creationem angelorum manu precepisse eis creare mortalia, & remansit in quiete à labore. Auer. 12. metaph. tex. 10. co. 44. ch. 154.

Sabrin (vt ait Semerio) serpens est coloris arenosi, habens puncta nigra, & alba, & longitudo eius est longitudo serpentis cornuti, & similis est aspidio. Alb. magn. de ani. l. 25. ch. 202. col. 4.

Sacchar, quod Indi appellant, mellis est coagulatum. Alex. aphr. prob. 2. nu. 79. ch. 861.

Saccharum est arundo nodosa, concaua, vt arundo nostra: & est calidum, & humidum. Alb. mag. de veg. l. 6. tr. 1. cap. 37. ch. 162. col. 2.

Sacerdos nullus deputandus est, nec agricola, nec artifex, nec vilium exercitiorum; nã honos dijs a ciuibus impendendus est. Arist. pol. 2. cap. 9. c. 732.

Sacrificia vetusta post frugum perceptionem celebrantur, quia hoc tempore maxime otio indulgebant. Arist. ethic. ad Nicom. cap. 9. ch. 202.

Sacrificium optimum est, quod aduersus deos pie, ac deuote, moderate vero ad sumptus, ad bellum vtiliter, ad spectaculum splendide habuerit: Ad deos pie se habebit, si patriæ consuetudines, & instituta non soluantur. Ad sumptus moderate, si non consumantur quæcunque ad pompam missa fuerint. Ad bellum vtiliter, si equites, & milites vna composita ludos agant. Ad spectacula vero splendide, si auro, & alijs his rebus, quæ non consumuntur, magnifice quis vitur. Arist. rhet. ad Alex. cap. 2. ch. 187.

Sacrum serpentem magni angues fugiunt, quamuis sit minutus, & quidquid momorderit continuo circiter putrescit. Arist. de hist. ani. 8. cap. 29. c. 311.

Sagittæ in aere motus multum similis est motui nauis in vnda, quæ portat eam, qui existimatur esse vnus, cum sit motus successiuus per vndationem, q̄ fit in aqua, & talis vndatio fit in aere. Auerr. phy. 8. t. 80. c. 194. col. 4.

Sagitta intincta in saliuam hominis ieiuni intoxicatur, cum vulnerat alium. Alber. magn. de anim. l. 2. tract. 2. cap. 5. chart. 70. col. 2.

Sal magis odorabile est nitro, quod patet, quia a sale exit oleum: nitrum autem est magis terræ. Arist. de sen. & sens. cap. 5. char. 19.

Sal igni ingestum crepitum mouere solet, quia sal parum humoris in se continet, qui mox a calore ignis in spiritum conuersus violentoque exiliens impetu salem rumpit: omne autem, quod rumpitur, mouere strepitum potest. Arist. prob. sect. 1. nu. 26. c. 459.

Sal exiguus ocius crepat, & exilit: vehementius autem, & crepat, & exilit, qui plenior est, quia exiguus rumpi celerius potest: haud enim multum id est, quod subeat ignis oportet, cum sal totus exiguus sit: plenior autem ille lentius dominatur, quia plus negotij est magnum distrumpisse, quã paruum. Crepat paruus parum, quia paruus inuehitur ictus: maior magis, quia magno agitur: crepitus autem est ictus, & quod robustus est magis exilit, quoniã minus cedit. Idem ibi. nu. 42. ch. 465.

Sal si eadem magnitudine, qua medio igni ingestus crepat, nimio inieceris igni, vel nihil, vel parum crepabit: quia prius ab igne corrumpitur, quã rumpi possit. Arist. prob. sect. 1. nu. 43. ch. 465.

Sal cur eliquari citius aqua salia, quam dulci potest? quia eliquari nil aliud est, quam ab humore, caloreve subeunte resolui, & dirimi, ita vt liquidum sit: at eliquare

nequeunt, quæ subire non possunt, vel quæ ita subeunt, vt tangere nequeant. Vix illa vero eliquant, quæ facile transmeant: contra celerrime dirimunt, quæ per vim se intrudunt. Subire autem nequeunt, quæ amplioribus admodum partibus consistant: quippe quæ meatus rei subeunde excedant: contra q̄ minoribus consistant transseunt sine tactione. Atqui vt dulcis aqua tenuior, sic crassior falsa est; ergo altera sua tenuitate facile penetrat vix liquefacit, altera subit quidẽ, sed minus propter suarum partium magnitudinẽ: itaq; cogere, & proinde dirimere celerius potest. Arist. prob. sec. 23. nu. 22. c. 560.

Sal desolabile trium cubitorum altitudine auunt innascenti aspectum candidum, non autem solidum, sed tenacissimæ sordiciei proximum in Ithaca Libiæ ciuitate. At cum Soli exponitur, consolidatur, & persimile Pario lapidi efficitur, & ex eo alia cætera, & supellectilia, & vasa sculptores sculpunt, & faciunt. Aristot. de admir. aud. nu. 130. char. 870.

Salis calor, & humectans, & spirascentem reddens fermentum adauget. Ioan. gramm. de gener. anim. l. 3. cap. 5. ch. 61. col. 2.

Sal non est saporosum, donec humefiat, & dissoluatur, quia sicca in actu sunt saporosa in potentia. Auerr. de sen. & sen. in Paraph. ch. 192. col. 3.

Sal fit ex terreo grosso, & combusto postquam commistum est aqueo. Alber. Magn. in 5. de miner. ex tract. 2. cap. 2. ch. 149. col. 3.

Sal aliud est marinum, quod ex aqua salia extrahitur, & est album: aliud est napticum nigrum ex napa, quæ est in ipso: sed si suffumigatur, exit napa, & liquefit, & fit album. Est & aliud sal radicum nigrum ex multa adustione terræ, quæ est in ipso. Est etiam sal armoniacum, & est sal quod in fontibus fit. Idem ibid.

Sale seminatæ terræ, vel falsæ steriles efficiuntur. Idem de veg. l. 4. tr. 2. cap. 2. ch. 144. col. 1.

Sal est species terræ, vnde inueniuntur quidã montes de sale. D. Tho. de sen. & sen. lect. 10. c. 11. col. 3.

Salaces ij sunt, quibus pili palpebrarum defluunt, ob id ipsum, quo etiam calui: sunt enim hæ ambæ partes rei eiusdem, quia partes superiores sanguinis parum obtinentes libido refrigerat, & ita fit vt locus hic alimentum concoquere non possit, & cum pili careant alimento, defluant necesse est. Arist. prob. sect. 4. nu. 11. c. 388.

Salamandra (vt aiunt) inambulans per ignem, cum extinguit. Arist. de hist. ani. 5. cap. 19. ch. 179.

Salamandræ pili, vel panni ex illis facti non ardent, quia non habent potentiam, per quam ignis egrediatur, & solvere possit humidum continuans. Alb. mag. in 4. meteor. tr. 7. cap. 2. ch. 114. col. 2.

Salamandra est serpens idest aliquid simile serpenti habens. alij idẽ quod camaleon esse dicunt, vt Plinius, & Solinus. Est quadrupes, faciẽ compositã habens ex faciẽ porci, & simiæ, & eius lana falso Salamandræ lana dicitur, quia est ferri vapor, qui adhæret tecto fabricæ vbi ferrum scindit, & fabricatur, & non adurit igne, & falsum est in igne viuere, sed si est paruus ignis consumitur a Salamandræ frigiditate: si magnus adurit Salamandram. Oculi eius sunt valde profundi & quasi concaua fouearum subditi introrsum, & non clauduntur, & Plinius ait, oculos eius circumrotari. Maximum est animal, laxa pellis, & macilentum nimis propter melancholiam. Iecur habet in parte sinistra: non habet splenem, quia melancholia spargitur in omnibus corporis partibus. Hiatus oris nunquam clauditur, nec cibum in eo, vel potum sumit, sed solum aliquem humorem, & falsum est de rore, vel aere viuere, nec habet sanguinem, nisi circa cor parum, ideo est timida. Ascendit arbores, & omnes fructus inicit: ex quorum comestione plurimi moriuntur. Oua facit, vt gallinæ, & lacertæ, & in Asia abundat. Al. mag. de anim. l. 25. ch. 201. col. 3.

Salamandra longo tempore nutritur, in igne ex sicco terreo

terreo adusto, & fumoso, propter conuenientem similitudinem ad suam complexionem, non autem nutritur in igne puro. D. Thom. in 4. meteor. ex digress. de color. libr. 7. char. 232.

Salit plus qui halteres pilas plumbeas in manibus habet, quam qui non habet: illis enim se quodammodo sustentat. Arist. probl. sect. 5. nu. 8. char. 397.

Saluut facilius, qui in manibus rotulas quasdam habent: in illis enim quodammodo sustentantur. Mich. Ephes. de animal. incesu. char. 55. col. 1.

Saluam in ore præparauit natura, & branchios in homine ad congregandum istam humiditatem, vt ea median te gustentur sicca. Auerr. de anima. tex. 102. a char. 147. colum. 2.

Salix est arbor in locis humidis melius conualecens, & folia in domibus sparsa aerem infrigidant, & mitigant calorem infirmorum. Alb. mag. de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 33. chart. 160. colum. 2.

Salmo Piscis est tam in mare, quã in fluminibus, sed in stagnis non inuenitur. Optimus (vt ait Plinius) est in Aquitania: nunc melior est in Rheno, & præcipue in Colonia efficitur cubiti dimidij, vel duorum cubitorum, spissitudinis palmi vel amplius: piger sed fortis, vbi obstaculum retis, vel piscis inuenit. Caudam ad os applicat, & se in circulum inflectens transit. carnes habet rubeas, pingues, & dulces, sed multum satiantes, & graues: & cor eius de corpore extractum diutius mouetur. Albertus magnus de animal. libr. 24. cap. 1. char. 199. colum. 1.

Salio prælium cum asino est, propterea quod asinus spinetis sua viscera, scilicet causa atterat, & tum ob eam rem, tum etiam, quia si vocem rudentis audierit, oua abortiuntur, & pulli metu labuntur in terram, & ob id aduolans viscera asini rostro excuauit. Aristot. de histor. animal. 9. cap. 1. char. 117.

Salpa semel autumno parit, thunna semel, sed quia paratum præmature, mense Decembris scilicet, edit, & tarde parit, vere scilicet, existimant aliqui bis parere. Arist. de hist. ani. 5. cap. 9. char. 156.

Salpa est piscis marinus obscenus, & vilis, qui nunquam decoqui potest, nisi multum sit ferula contritus. Alber. mag. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 1.

Salpiga serpens dicitur, qui propter paruitatem non videtur, & vim nocendi maximam habet. Albertus mag. de animal. libr. 25. char. 202. col. 3.

Saliedo in corpore fit alimenti subsistentia propter inconcoctionem. Arist. meteor. 2. f. 1. cap. 3. char. 502.

Saliedo est accidens, quod accidit mari, non vt elementum, sed vt corpus mistum. Auerr. de meteorolog. 2. cap. 1. chart. 193. colum. 3.

Salus sapor reducitur ad substantiam calidam terream, cuius amaritudo vincitur, & fragitur aqueitate, & ideo proprium eius subiectum est combustum, cum peruenta est combustio in fluxu humiditatis aqueæ, antequam totum in amaritudinem conuertatur. Alber. mag. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 2. char. 139. col. 1.

Salis saporis subiectum est substantia media inter grossitatem, & subtilitatem calidam. Alber. magn. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Salus sapor abstergit, soluit, exsiccat, & prohibet putrefactionem. Alber. mag. de veget. & plan. libr. 3. tract. 2. cap. 3. chart. 139. colum. 3.

Salu quod mouetur, & ad se ipsum, quod supra est innisum, & ad id, quod pedibus subiacet, saltum facit. Renisus enim quosdam ad se inuicem habent partes in ipsis flexuris, & omnino ad depresso id, quod deprimat. Ideo Pentathli plus saluunt, si halteras habuerint, quã si non habuerint. Aristoteles de animal. incesu. cap. 3. char. 561.

Salientem facere mutationem continuam difficile est. Arist. de animal. incesu cap. 11. char. 580.

Saltus in corde est compulsio calidi, quod in ipso propter refrigerationem excrementitiam, aut colliquatricem, vt in morbo, qui vocatur palpitatio, & in alijs morbis, & timoribus. Aristot. de iuuen. senec. vit. & mort. & respir. cap. 15. char. 329.

Saltus animalium, cum gracilia sint, non potest esse naturalis motus. Them. in 8. phys. c. 55. col. 3. nu. 27.

Saltus fit pedibus posterioribus. Auerr. de partibus animalium. 4. cap. 6. char. 95.

Saltus bipedum perficitur vtroque pede simul fixo, & fit per multam spiritus emissionem in organo motus, & per motum corporis per pedes in aerem, vt mouetur id, quod est proiectum. Alber. magnus de mot. animal. lib. 2. tract. 2. cap. 2. char. 47. col. 1.

Saltus in aqua fieri nequit, ideo natantia non saltant primo, & postea natant, vt animalia quædam terrestria. Alb. mag. de mot. ani. lib. 2. tra. 2. cap. 3. char. 47. col. 3.

Salubres appellantur, qui naturalem habent nihil à quibusuis facile patiedi, potestatem. Ammo. in præd. c. 91.

Salua est alia domestica, quæ in folijs virtutem habet; alia syluestris, quæ in radice virtutem habet, quæ ambrosia deorum alio nomine dicta est. est calida & sicca confortans, confert paraliticis, & epilepticis. Alber. mag. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 17. ch. 170. col. 3.

Sambucus est arbor medullosa valde, citius frondescit, & tarde floret. cortex eius rarus interior si manus radentis ab imo superius mota radat, soluit superius per vomitum, si contra, per secessum. Albert. magn. de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 33. char. 160. col. 3.

Sanctum, & iustum in hoc differunt, quod illud æqualitate inter conformes consideratur, hoc ad Dei, ac diuinarum rerum honorẽ spectat. Eustr. j. ethic. ca. 6. c. 29.

Sandalus est arbor Indiæ trium colorum; alia alba, alia rubra ad tincturam pannorum vtilis, alia citrina. Alb. mag. de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 33. ch. 160. col. 3.

Sanguinis diuifio.

Sanguis naturalis alius est, alius innaturalis. Naturalis in homine bonæ complexionis sanguis est rubeus, sapor valde dulcis, boni odoris, & humidus exitens: & ille varius est ratione ætatis, & locorum. Namque colericus rubeus, incensum, inflammatum, siccum, odoris, & saporis acuti, & spumofum, gracilis spumæ sanguinem habet: flegmatici pallidum, aqueum, inspidum: melancholici nigrum, spissum, & terrestre. Alber. mag. de ani. lib. 3. tract. 2. cap. 3. char. 41. col. 2.

Sanguis quid est, & quid bonum facit sanguinem.

Sanguis simularium corporis partium potissimum communis animalibus omnibus sanguineus est, nec minus communis ea pars est, qua sanguis continetur, quæ vna dicitur. Secundum locum obtinent, quæ ijs proportionantur, fanies, & caro, os, & quod ossis vicem gerit, spine, & cartilago: & huic adde cutem, membranam, neruum, vngues, pilos, & quæ ijs e proportionem respondet. Ad hæc adipem, sebum, excrementa, stercus dico, pituitam, & bilem, tum atram, tum flauam. Arist. de hist. ani. cap. 2. char. 73.

Sanguis in animalibus sanguineis vltimum alimentum est, in exanguibus id, quod ratione sanguini respondet. Arist. de partib. anim. 2. cap. 3. char. 432.

Sanguis est materia totius corporis, quippe cum alimentum materia sit, & sanguis sit vltimum alimentum. Idem ibidem cap. 4. char. 435.

Sanguis est totius corporis materia. Aristot. de partibus animalium. 3. cap. 5. char. 481.

Sanguinis copia caloris inditum est. Aristoteles ibidem cap. 6. char. 485.

Sanguis est in sanguine præditis vltimum nutrimentum,

in exanguibus vero proportionale. Aristoteles de somn. & vig. cap. 4. chart. 54.

Sanguis est vltimum nutrimentum intra venas, ex quo est augmentum, & generatio, & in anima sensibili sensus. Alb. mag. in 1. de ani. trac. 2. cap. 3. c. 5. col. 2.

Sanguinem quæ habent, licet in illis sit cum sanguine aliquis spiritus, tamen quisquis secundum se calidus est, & suo calore leuatur; & cum calor sit diuissius, & perforatius, calor ille aperit membra, vt possit subintrare nutrimentum: & ille spiritus iter suum habet per alias vias. Alb. mag. de spir. & respir. l. 1. tr. 1. cap. 7. c. 53. c. 3.

Sanguis est vniuersalius membrum simile, quod inuenitur in animali, & post ipsum sanguis aqueus nondum ad sanguinis perfectionem redactus: postea caro, deinde os, tandem cutis, & tele, neruus, vngues, & pili, & pili, & zibus. Alb. mag. de anim. l. 3. trac. 1. cap. 1. c. 53. col. 3.

Sanguis innaturalis est, qui a naturali dispositione est mutatus, tam in colore, quam in sapore, & odore; & hoc duobus contingit modis. Ex seipso solo, & ex alio remouente eum a dispositione naturali. Ex se, cum aliqua qualitate actiua, vel passiuâ impeditur a dispositione naturali. Ex alio humore dupliciter remouetur sanguis a naturali dispositione: quia humor alienus, vel a sanguine generatur, vel ab alio: vnde in ipsum sanguinem intrat, & vtrunque vel ad phlegma, vel ad cholera, vel ad melancholiam inclinare incipit: si ad phlegma fit aquosus; si ad cholera fit aliquantulum turbidus; si ad melancholiam, fetidus. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 3. c. 41. col. 2.

Sanguinis boni causa efficiens est calor naturalis digestius secundum proportionem; materialis causa est id, quod de cibis, & potibus nutrientibus est temperatum: formalis est digestio conueniens: finalis nutrire corpus. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 4. c. 42. col. 3.

Sanguis est calidus per se, sed forte per accidens efficitur magni, & intensi calor. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 1. cap. 3. ch. 103. col. 1.

Sanguis est humor calidus, & humidus, nutrimentum in habentibus sanguinem existens. Idem ibid.

Sanguis est calidus, & humidus. Pet. de auer. de long. & breuit. vit. l. 3. ch. 61. col. 4.

Sanguis quo in loco fit, & vt purus, & crassus, & eius color.

Sanguis habens villos magis est terræ: ideo & frigore concrefcit, & humido liquefcit; non habens autem villos aquæ non concrefcit. Aristot. meteor. 4. summ. 4. cap. 1. tex. 52. char. 583.

Sanguis in nullo alio loco nisi in corde, præter venas reperitur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 17. c. 97. Idem Alb. mag. de ani. l. 13. tr. 1. cap. 4. c. 114. col. 1.

Sanguis effluit si quancunq; partem incideris carnis viuæ, & corruptæ. Arist. de hist. ani. 3. cap. 17. c. 98.

Sanguis, si integer est, rubet, & dulcis saporis est: sed si natura, vel morbo fuerit vitiatu, attrior est, nec admodum crassus, nec tenuis, qui optimus est, humidus, & calidus semper est, quandiu in corpore animalis continetur: at vbi effluxerit, concrefcit, excepto ceruorum, & damarum, & si quid aliud est huiusmodi. Aristot. de hist. ani. 3. cap. 17. char. 98.

Sanguis oritur primo in corde, antequam formetur totum corpus, si multus sanguis effluat, anima deficit: si nimium vita interit, si sanguis immodice humefcit, morbus infestat; sic enim in speciem saniei diluitur, & adeo se refcit, vt nonnulli sudore cruento exudarint. Ari. de hist. anim. 3. cap. 18. ch. 99.

Sanguis in iuuenili ætate saniem trahit, & largior est: in senectute crassus, niger, & paucus: in media medium tenet. Arist. de hist. ani. 3. cap. 19. c. 100.

Sanguis feminis nigrior, & crassior est quam maribus dum

cetera sunt paria, ætas, & sanitas, exterioraque in feminis minus sanguinem habent, interiora plus: sed omnium foeminarum mulier maxime sanguine abundat. Arist. de hist. ani. 3. cap. 6. ch. 99.

Sanguis crassior, & calidior roboris efficacior est. Arist. de part. ani. 2. cap. 1. ch. 426.

Sanguis tenuior, & frigidior vim sentiendi, & intelligendi meliorem obtinet. Arist. de part. ani. 2. cap. 1. c. 426.

Sanguinem calidum, tenuem, & sincerum quæ habent, optime constant, vt quæ animæ ingenio, & corporis viribus plurimum valeant. Aristot. de part. animal. 2. cap. 1. chart. 426.

Sanguis non est carni cognatus, sed in corde, & venis continetur. Arist. de part. ani. 2. cap. 3. c. 433.

Sanguis omnis non continet fibras, vt ceruorum; & damarum. fibræ autem sunt terræ opificium. Idem ibid. cap. 4.

Sanguinem dilutum habentia timidiora sunt; metus enim refrigerat. Arist. de part. ani. 2. cap. 4. c. 434.

Sanguis quorum corpulentius est, hæc seuum potius habent, quam adipem. Aristot. de partib. animal. 2. cap. 5. chart. 436.

Sanguis est in venis, vt in vase. Aristot. de partib. anim. 3. cap. 5. chart. 480.

Sanguis, cum ab vno fonte proueniat, & venarum origo ab vno prouenire necesse est. Aristot. de part. anim. 3. cap. 5. chart. 481.

Sanguis sine vena esse non potest. Aristot. de part. anim. 3. cap. 5. chart. 482.

Sanguinis locus venæ sunt. Aristot. de somn. & vig. cap. 4. chart. 54.

Sanguis purissimus est, qui est in capite, crassissimus, qui in partibus inferioribus. Aristot. de somn. & vig. cap. 6. chart. 58.

Sanguis omnis vitiatu integre tenuior est, quasi enim in saniem degenerat. Arist. prob. sec. 10. nu. 2. c. 426.

Sanguis omnis simpliciter in venis fit sanguis. Io. gramm. de gen. ani. l. 2. cap. 4. ch. 38. col. 1.

Sanguinis semper distributio fit cum spiritu. Mich. ephes. de part. ani. 2. cap. 2. ch. 65.

Sanguinis, & venarum principium vnum esse conueniunt Aristoteles, & Galenus, & Arist. ait id esse cor: Galenus epar. Auer. de part. ani. 3. cap. 4. c. 82.

Sanguis generati in corde proportio ad sanguinem generatum in epate, est proportio formæ ad materiam. Auer. de part. ani. 3. cap. 4. ch. 83.

Sanguis, qui est in capite, purissimus est, & tenuissimus: turbulentissimus autem qui inferiora nutrit. Albert. Magn. de somn. & vig. libr. 1. tract. 2. cap. 10. char. 21. colum. 2.

Sanguis est rubeus, quia epar est membrum rubeum, & molle, & quasi sanguis coagulatus, ideo chimum, quod a stomacho educitur, calore cordis, & proprie conuenit in colorem similem sibi, qui est rubeus. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 23. c. 20. col. 2.

Sanguis subtilior est attractus ad testes, & est humiditas sanguinis magis subtilis in toto corpore. Idem ibi. cap. 24. char. 21. colum. 2.

Sanguis omnis est in vena, vel pulsatili, vel quieta; & in nullo aliorum membrorum continetur, nisi in corde solo, quod indicat cor esse venarum, & digestionis principium. Alber. Magn. de anim. l. 3. tract. 2. cap. 6. char. 43. col. 3.

Sanguis foeminae est spissior, & nigrior propter frigiditatem maiorem, quam sit sanguis maris, ambobus in bona dispositione constitutis. Alb. magn. de anim. l. 3. tract. 2. cap. 6. ch. 43. col. 4.

Sanguis in infante est tenuis, & aquosus: in iuvene est acutiore caliditatis: in ætate virili est constans bonæ dispositionis: & in omnibus his ætatibus est multus sanguis: in senectute autem paucus, spissus, & niger. Albert. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 6. c. 43. col. 4.

San-

Sanguinem subtiliorem habentia sapientiora sunt habentibus sanguinem huic contrarium. Idem de ani. l. 12. trac. 1. cap. 2. char. 102. col. 1.

Sanguinem terrestrem multum habentia aialia hebetiora sunt in operibus aia. Idem ibid. tr. 2. c. 1. c. 105. c. 4.

Sanguinis qualitas, & quantitas.

Sanguis tactum nullo in genere sentit, vt excrementa in aluo contenta sensu carere certum est. Aristot. de histor. anim. 3. cap. 17. c. 98.

Sanguinis copia in primis animalibus his est, quæ animal, & intra se formant, & in lucem edunt: mox iis sanguineis, quæ oua pariunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 18. c. 98.

Sanguis omnium animalium palpitat inter venas, pulsusque simul vndique mouetur solus omnium humorum sparsus per totum corpus animalium, & semper quandiu animal feruet. Idem ibid. cap. 19.

Sanguinem Egithi, & Flori misceri inuicem non posse aiunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. c. 314.

Sanguis per associationem est calidus. Aristot. de part. anim. 2. cap. 1. char. 429.

Sanguis quodammodo calidus est, videlicet quale est ei sanguini esse, perinde ac aquam feruentem, nomine vno significemus. At subiecto, & quod tandem cum sit, sanguis est, non calidus est & quodammodo per se calidus, quodammodo per se calidus non est. Caliditas enim in eius ratione inest, vt albedo in albi hominis ratione. At eo, quæ sanguis per affectionem, siue passionem est, non per se calidus est. Idem ibid. c. 3. c. 431.

Sanguis quibus dulcis est, qui iecur subeat, hæc aut nullum fel in iecore habent, aut venulis quibusdam inclusum habent, aut partim habent, partim non. Arist. de partib. animal. 4. cap. 2. char. 507.

Sanguis quia actu non est pars animati corporis, sed potentia tantum, ideo non habet sensum tactus in aliqua corporis parte. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 2. c. 6. c. 43. c. 3.

Sanguinis quantitas non est tanta in hominibus bene dispositis, vt in his, qui multum potant, præcipue si vinum forte potant, & rubeum. Idem ibid.

Sanguinem inter cetera animalia homo subtilem habet propter sui tactus nobilitatem. Idem ibid.

Sanguis minus exibat ad cisturam pelvis corporis dormientis, quam vigilantis, quia in dormiente est paucus sanguis in manifesto, & multus in profundo. Idem ibi.

Sanguinis maiorem quantitatem habet mulier, quæ est foemina hominis, foemina cæterorum animantium, quod ob tres causas fit: primo est mollities corporis sui: secundò delicatus cibus: tertio abundantia cibi. Idem ibid. colum. 4.

Sanguis columbæ abscindit fluxum sanguinis narium, quod est propter velamen cerebri. Alb. mag. de anim. l. 5. trac. 1. cap. 6. c. 54. col. 2.

Sanguis hirci enutriti petroselino, & vino potatus calculum frangit, & adamantem mollem reddit. Albert. Mag. de anim. lib. 5. tract. 2. cap. 1. char. 55. col. 1.

Sanguis, vt coagulatur, & post mortem, vt est in membris.

Sanguis taurorum celerrime omnium coit, & durefcit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 19. char. 98.

Sanguis facile in corpore concrefcit senibus, qui per summa est, quod non euenit iuuentibus. Aristot. de histor. anim. 3. cap. 19. char. 100.

Sanguis tactu calidior est, quam aqua, aut oleum est, sed celerius congelascit. Arist. de part. anim. 2. c. 1. ch. 429.

Sanguis taurorum omnium celerrime coit, & durefcit, sed si fibras detraxeris, sanguis non coit. Idem ibid. capit. 4. chart. 434.

Sanguis coagulatur eo, quod segregatur a frigido cali-

ditas, quæ est in sanguine, dum recedit ficcum, & humiditatem educit, quæ est in eodem sanguine. Alex. Aphrod. in 4. meteor. cap. 6. co. 29. char. 106. col. 2.

Sanguis post mortem non manet in membris, nisi forte in corde, & ibi modicus manet. Alber. mag. de anim. l. 3. tract. 1. cap. 1. char. 55. col. 4.

Sanguis omnium animalium nobis notorum congelatur, præterquam cerui, leporis, cunini, & forte capreoli: aliorum vero congelatur, nisi extrahantur fila per colationem ipsius. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 2. c. 6. ch. 43. c. 3.

Sanguis tauri citius congelatur, quam aliorum propter multam filositatem ipsius. Idem ibid.

Sanguis senum, & in corpore, & extra corpus cito congelatur. Idem ibid. col. 4.

Sanguis, vt ad generationem pertinet.

Sanguis materiam rationem obtinet, semine vero cause effectiue: Io. gra. in 2. de gene. & cor. tex. 58. co. 47. c. 116.

Sanguinem menstruum habere virtutem generatiuam, ait Arist. quod & Galenus concedit. Auer. 1. de gener. anim. cap. 20. char. 215. col. 3.

Sanguis, qui attrahitur in nutrimentum embrionis, est duplex in substantia: aliquis enim sanguis sic vnitur spermatis, quod induit aliquam virtutem spermatis, eo quod aliquid humiditatis spermaticæ manet in ipso, & ex hoc generantur dentes: ideo in etate vicina spermatis recrefcit, in alia remota non. Alia sanguinis pars triplicis est substantiæ, ex spisso generatur caro, quæ supplet vacua membrorum similia, & instrumentalia. ex aquoso generatur adeps, & pinguedo perfuit, & effluit facilius, quam caro. reliqua est fex, & impuritas sanguinis, & expellit vnâ cum puero ex utero in secundinis. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 1. c. 5. c. 4. col. 4.

Sanguinis fluxus ab hemorrhoidis est innaturalis: propter conaturalitatem tamen sanguinis ad spermata raro nocturno somno polluantur, & parum spermantizant, quibus fluunt hemorrhoidæ. Alb. mag. de anim. lib. 15. tract. 2. cap. 7. char. 132. col. 3.

Sanguis primus in generatione cordis generatur subito ex conuersione guttæ seminalis in sanguinem: postea quando digestum est semen, & perforata via venarum, augetur per cibum tractum per vmbilicum. Albert. mag. de anim. lib. 16. tract. 2. cap. 1. char. 142. col. 3.

Sanguis in quo fit, & quid facit.

Sanguis a sanie fit per concoctionem, & a sanguine fit a deps. Arist. de hist. anim. 3. cap. 19. char. 99.

Sanguine vitiatu, atque excrefcente profluuium, vel enaribus, vel per infera mariscis mouetur, aut varices fiunt. Idem putrescens, pus redditur, quo demum conalescente, porus, idest tophus lapis consistit. Arist. de historia animal. 3. cap. 19. char. 99.

Sanguinis concoctio per se est seuum, & adeps. Arist. de partib. animal. 2. cap. 6. char. 438.

Sanguineæ concoctionis probæ fetus, adeps, & seuum est. Arist. de partib. animal. 3. cap. 4. char. 492.

Sanguinem quæ habent, & quæ non, & ob quid.

Sanguinem aliquibus animalibus dedit natura, alijs loco sanguinis aliud tribuit. Aristot. de partibus animal. 2. cap. 1. char. 426.

Sanguis datus est animalibus alimenti causa. Aristot. de partibus animal. 2. cap. 3. char. 432.

Sanguis necessario inest ijs, quæ sanguinea sunt. Arist. de partibus animal. 3. cap. 4. char. 475.

Sanguinem non habentia non respirant exterius, quia frigida in corde sunt. signum horum est, quod talium nutrimentum non conuertitur ad ruborem. Albert. Magn.

Magn. de spir. & respir. lib. 1. tract. 1. cap. 1. c. 56. col. 4. Sanguinem habere, vel non habere, non est causa longioris, vel brevioris vitæ. Albert. mag. de mort. & vit. tract. 2. cap. 5. char. 60. col. 4.

Sanguis in animalibus non est, nisi propter cibum: ideo sensum non habet, quod est membrum in potentia tantum, non actu. Albert. mag. de anim. lib. 12. trac. 2. cap. 1. char. 105. col. 3.

Sanguis a naribus fluens, vt sistitur, & ut homo sudat.

Sanguine è naribus fluente nonnullis aquam frigidam in faciem fundimus, quia calor ita intus se colligit, & circum obsistit, quod sanguinem summum reddit liquidiorum. Arist. problem. sect. 33. num. 6. char. 644.

Sanguis sic in famei speciem diluitur, & sic concrefcit, vt nonnulli sudore cruento exfudarint. Arist. de historia animal. 3. cap. 19. char. 99.

Sanguinem sudat homo duabus de causis: aut propter sanguinis multitudinē, aut propter sanguinis aquositate. Alb. mag. de anim. 3. tract. 2. cap. 6. ch. 43. col. 2.

Sanguifuga sunt vermes palustres noti, meliores sunt virgulas rubecae in dorso habentes: sed quia venenosa aliquando fugunt, remedium est, vt in olla noua paruo sale asperia ponantur, vt maturefcant, & venenum voment; & postea calido sanguine agni parum cibentur, & post duas horas corpori apponantur. Quædam harum insensibiles sunt, & in aqua haustæ adherent faucibus, & sanguinem continue fluere faciunt, sed si sale locus infundatur, exit sanguifuga. Si sanguifuga comburatur in testa, & puluis eius super vulnus ponatur, sanatur. Alb. mag. de anim. l. 26. char. 205. col. 2.

Sanguines morbofi non concrefcunt, sunt enim saniofi. Arist. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. t. 41. char. 575.

Sanguine autumnio acutius speculantur, & fiunt dementes facilius in vere. Alb. mag. in sex princ. ch. 73. col. 1.

Sanies est pituita, & aqua, propter quod inconcoctum est, & insuperatum a natura. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. t. 41. char. 575.

Sanies sanguis inconcoctus est, aut quia non est concoctus, aut quia in famei degenerauit. Arist. de historia animal. 3. cap. 19. char. 100.

Sanies pars diluta, siue aquosa, sanguis est, eo quod nondum concocta, aut corrupta est. Aristotel. de partibus animal. 2. cap. 4. char. 435.

Saniei generatio dolores, ac febres generat, qua facta cessant. Mich. Ephes. de respir. char. 43. col. 2.

Sanitas est calidorum, & frigidorum commensuratio, aut eorum, quæ sunt intra, aut ad continens. Aristot. phy. 7. sum. 3. cap. 2. t. 17. char. 185.

Sanitatis signa sunt; vrinae egestiones, & superfluitates, quia indicant, caliditatem propriam dominari humido. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 3. t. 17. char. 562.

Sanitatis, & infirmitatis prima cognoscere principia naturalis est. Arist. de sen. & sen. cap. 1. char. 4.

Sanitas, & infirmitas nõ pot fieri carētibus vita. Idē ibi.

Sanitatis causas non solum medici dicere debent, sed & naturales. Arist. de san. & morb. char. 332.

Sanitas, & ægritudo fiunt circa potentias primorū corporum, ex quibus sunt animalia, quæ sunt ipsa elementa. Alex. Aphrod. in 1. natur. q. cap. 9. char. 3.

Sanitas est mensura mutua caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis. Alex. Aphr. in 1. nat. q. cap. 9. c. 3.

Sanitas est organi, vel instrumenti excellentia. Simpl. in prædic. char. 47.

Sanitatem alij in humiditate, & humoribus simpliciter, vel in sanguine, vel in spiritu, vel in solidis, vel in commensuratione, & æqua proportione primarum qualitatum positam esse dixerunt. Simpl. in 3. physic. tex. 10. char. 150. col. 2.

Sanitas, & bona corporis habitus consistit in commensuratione qualitatum corporearum. Simp. in 7. phys. tex. 17. char. 338. colum. 2.

Sanitas est mensurata mediocritas, sicci, humidi, calidi, & frigidi. Io. gra. in 1. phy. tex. 92. col. 3.

Sanitatem appetimus propter futuram fruitionem. Io. gra. in 2. de ani. tex. 54. c. 95. col. 2.

Sanitas non est alteratio, quia est humorum temperantia, quæ spectat ad aliquid. Psel. in 7. phy. c. 60.

Sanitatis tot sunt species, quot sunt ægritudinis species, sed non habent nomen. Auer. phy. 5. tex. 57. c. 3. col. 3.

Sanitas, & ægritudo consideratur à naturali, vt passionē entium naturalium: medicus vero de eis considerat in eo, quod destruit vnam earum, & conseruat reliquam. Auer. contra Algaz. in phys. disp. 1. c. 55. c. 3.

Sanitates tot esse numero existimandum est, quot sunt ægritudines. Auer. 3. de colo. 5. 1. tex. 18. c. 86. col. 2.

Sanitas est dispositio facta ex cōpositione membrorum, & humorum. Auer. in 5. metaph. tex. 10. co. 25. ch. 62.

Sanitas duobus dicitur modis, & de intellectu sanitatis, quæ est in anima, & de sanitate existente in corpore. Auer. in 7. metaph. tex. 10. co. 23. char. 82.

Sanitatis forma, vel est in anima medici, vel in humoribus. Auer. in 11. metaph. cap. 141. tex. 10. com. 14.

Sanitas, quæ est in anima medici, nõ facit sanitatis actionem, quia alioquin medicus non esset sanus. Auer. in 11. metaph. tex. 10. co. 23. char. 145.

Sanitas, & ægritudo non habent medium, cum de natura sanitatis non sit, vt admisceatur ægritudini. Auer. in epito. metaph. tract. 3. c. 174. col. 4.

Sanitas, si alicui reddi debet, oportet, vt ei sit aliqua pars sana, vt cor. D. Tho. in 2. de ani. l. 11. tex. 58. co. 2. c. 32.

Sanitatis, & ægritudinis proprium subiectum, est corpus viuum. E. Tho. de sen. & sen. c. 2. lec. 1. col. 4.

Sanitatis, & ægritudinis consideratio communis est medicis, & naturalibus: quia sanitas aliquando proficiscitur tantum à natiuo, & sic ad naturale pertinet eius consideratio: & aliquando ab arte, & ita à medico consideratur. D. Tho. de sen. & sen. c. 2. lec. 2. col. 1.

Sanitas, quæ est in anima, est quædam ratio, per quam cognoscitur sanitas, & infirmitas, & consistit in cognitione vtriusque. D. Tho. 7. metaph. l. 6. tex. 26. c. 472.

Sanitas est adæquatio humorum in respectu ad naturam humanam. D. Tho. 7. metaph. l. 6. tex. 23. c. 473.

Sanitas, quæ generatur à casu, licet respectu vnius sit casualis, respectu tamen alterius est naturalis. Alex. de Ales. in 7. metaph. c. 214. tex. 29. c. 13.

Sanitas fienda non præcedit, nisi in potentia, partem rei. Alex. de Ales. in 7. metaph. tex. 30. c. 216. col. 3.

Saphirus sit cum perspicua substantiæ, & valde clare immistum habet subtile terrestre, & valde cōbustum, & calor differentia est, prout clarius, & obscurius erit perspicuum. Alb. mag. de min. tr. 2. cap. 2. c. 137. col. 1.

Saphirus lapis est colore perspicuus, flauus, vt cœlum ferenum. melior est non satis perlucidus. optimus, qui nubes habet obscuras ad rubedinem declinantes. est etiam bonus, qui albas habet nubeculas. anthraces fugat, hominem reddit castum, interiorē ardorem refrigerat, sudorem restringit, dolores frontis, & linguæ curat, pium ad Deum hominem facit, & animam firmat in bonis. Alb. mag. in 2. de min. trac. 2. cap. 174. char. 141. col. 3.

Sapientis in vnoquoque opus est, non mentiri ipsum, de quibus nouit, & mentientem manifestare posse. Arist. elenc. l. 1. cap. 2. char. 576.

Sapientis cum sapit, non est verum dicere, quod alteratur. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 1. tex. 58. c. 629.

Sapere, & sentire idem esse aiunt Empedocles, & Homerus. Arist. 2. de ani. su. 7. cap. 1. tex. 150. c. 652.

Sapientis de non nullis interdum habere vult demonstrationem. Arist. ethic. ad nicom. cap. 6. c. 145.

Sapientiam

Sapientiam in artibus his attribuere consueuimus, qui absolutissimi in ipsis sunt, vt esse aliquos alios omnino non ex parte sapientes existimamus, nec aliqua alia in re sapientes. Arist. ethic. ad nicom. cap. 7. c. 145.

Sapientiam exactissimam scientiam esse manifestum est. Arist. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 7. char. 146.

Sapientem non solum ea, quæ ex principijs sunt, cognoscere, sed etiam circa principia ipsa vnum dicere oportet. Arist. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 7. char. 146.

Sapientia est intellectus, & scientia, ac quasi habens caput: scientia rerum præstantissimarum. Arist. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 7. char. 146.

Sapientia, & ciuili eadem nullo modo sunt. Aristotel. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 7. char. 146.

Sapientia est rerum præstantissimarum, natura, scientia, & intellectus. Arist. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 11. c. 146.

Sapientis nemo natura est, sed disciplina acquiritur. Arist. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 11. char. 153.

Sapientia, & prudentia pro se expetendæ sunt, cum sint vtriusque animæ portionis virtutes, licet natura de ipsis quidquā efficiat. Arist. 6. ethic. ad nicom. c. 12. c. 154.

Sapientis etiam si per seipsum sit, contemplari potest, & id tanto magis, quanto sapientior fuerit: melius fortasse si adiutorem habet, sufficientissimus tamen ipse est. Arist. 10. ethic. ad nicom. cap. 7. c. 256.

Sapientis Deo est carissimus, & foelicissimus est. Arist. 10. ethic. ad nicom. cap. 8. c. 262.

Sapientia ex scientia, & mente constituitur. Arist. mag. moral. 1. cap. 33. char. 316.

Sapientia est multarum, & admirabilium rerum scientia. Arist. rhetor. 1. char. 51.

Sapientem non ordinari, sed ordinare oportet. Arist. 1. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 7.

Sapientiores arbitrantur esse illi, qui inuenerunt artes, quæ nec vtilitati, nec introductioni ad alias scientias conferunt, quæ mathematicæ Aegypto à sacerdotibus, qui necessaria habebant, repertæ, indicant. Arist. 1. metaph. ex su. 1. cap. 1. char. 61.

Sapientiam antiqui homines oēs circa primas causas, & principia ponebant. Arist. 1. metaph. ex su. 1. c. 1. c. 6.

Sapientis prima conditio est omnia scire, vt potest scire, singularium enim non est scientia: secundo, difficultia cognoscere; tertio, qui certior est: quarto, & qui magis in qualibet scientia assignat causam, quæ sit; quinto illa magis est sapientia, quæ est eligibilis gratia sui, quæ propter scire, vel gratia aliquorum contingentium: sexto, & principaliorem scientiam magis nominant sapientiam subseruientem. Arist. 1. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 6.

Sapientia appellatur scientia ea, quæ considerat finalem causam, quia est illa, ob quam sunt aliæ causæ. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 3. char. 43.

Sapientia appellatur scientia, quæ considerat causam formalem, quia forma est maxime causa scibilis, quia magis nouit scire, qui ponit esse rei, quàm qui alia cognoscit via. Arist. ibid. c. 43.

Sapientia, est intellectus, & scientia eorum, quæ natura sunt nobilissima. Alex. Aphr. in 1. metaph. co. 6. c. 5. c. 1.

Sapientia, quæ est in anima, est habitus: sapientia, quæ est in intellectu, est substantia. Simpl. in præd. c. 64.

Sapientis, cum sapit, non alteratur, quia hæc est actio ipsius animæ. Simp. in 2. de anim. tex. 53. char. 33. col. 3.

Sapientis actus, qui est prudentia rationalis, est cognitio, non autem est intellectus munus, qui supra animam. Simpl. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 163. char. 57. col. 3.

Sapientia aut idem cum scientia est, aut si diligenter diuidas, est supremus intellectus, & ipsius finis. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 26. char. 55. col. 2.

Sapientia est, per quam diuitorum, & intelligibilium formarum apprehensio fit. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 26. char. 55. col. 2.

Sapientis est entia omnia, vt entia sunt, scire: nihil tamen vetat, & alias esse, quibus partes entis sint distributæ, & si diuersimode ipsas, & communius considerent. Sirian. in 2. metaph. vel secund. Latm. 3. char. 2.

Sapientia, & substantia, & quæ hoc pacto infunt per resolutiuâ principia entis accipiens per diuisionem, & finitiuam omnium substantias considerans per demonstrationem, quæ per se substantijs infunt concludens considerat. Idem ibid. co. 6. char. 3.

Sapientis, vel prudens si quis est euasurus, natura etiam opus est. Eustr. Ethic. 2. cap. 1. char. 84.

Sapientis finis est in docendo influere bonum tantum. Auer. in epito. metaph. tract. 3. char. 181. col. 1.

Sapientis opus duplex est in se, & ad alium. In se cognoscere difficillima, quæ difficile est homini scire, siue scire, quæ raro sciuntur, & a paucis: altissima, & prima scire, & ea, quarum sciendi modus est gratia scientiæ, & ordinare vnumquodque, & non ordinare, & in his non est gloria sophistica. In sapientia ad alium est gloria sophistica, vt ad vnum sit vniuersaliter comprehendere in vnoquoque opus scientiæ, & sapientia. Alb. mag. in Elenc. char. 276. col. 4.

Sapientis proprium opus est respondentem sibi mentientem manifestare posse per ea, de quibus nouit. Alb. mag. in Elenc. char. 276. col. 4.

Sapientia propter multam experientiam, & multorum memoriam, quæ ex frigido, & sicco confortat. Alber. Mag. de iuuent. & senec. trac. 1. cap. 9. c. 49. col. 3.

Sapientis est ordinare non ordinari, quia in seipso ordinis rationem habet. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. à cau. pri. l. 1. tract. 2. cap. 8. char. 192. col. 4.

Sapientia intellectus vniuersaliter agentis æquiuoce est ad sapientiam intellectus speculatiui, qui perficitur rationibus speculatiuis. Idem ibid. lib. 2. tracta. 1. cap. 6. char. 201. col. 2.

Sapientis primo dicitur, qui oia maxime scit, vt decet, & non habet secundum vnumquodque singularem de ipsis scientiam; & secundo, qui ea cognoscit, quæ duplici difficultate cognoscuntur, quæ & sunt difficultia homini cognoscere, & difficultia noscere secundum seipsa. Tertio, qui certior est, & doctissimus causarum in hoc, quod dicit eas, quæ sunt magis causæ, quàm aliæ. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 1. char. 59. col. 2.

Sapientis non intendens gloriam, sed intendens docere veritatem. multum dignus est gloria, & honore. Albert. Mag. in pri. metaph. trac. 2. cap. 11. c. 61. col. 4.

Sapientis secundum Democritum est mensura omnium eorum, quæ sunt. Idem in moral. 1. tract. 1. cap. 3. char. 2. colum. 1.

Sapientia, quæ est virtus intellectualis, dupliciter sumi potest; vel in ratione virtutis, vel in vltimo posse suæ actionis. Alb. Mag. Ethic. 1. trac. 1. cap. 3. c. 2. col. 3.

Sapientis, & periti idem est officium. Alb. Magn. ethic. 1. tract. 4. cap. 2. ch. 6. colum. 2.

Sapientia in intellectu, & scientia ex illis est cōposita non substantiali cōpositione, sed quia participat ex vtriusque. Alb. Mag. Ethic. trac. 2. cap. 20. c. 76. col. 2.

Sapientia differt ab intellectu, quia intellectus est principiorum demonstrationis acceptiuus: sapientia vero accipit principia entis, vt est ens: à sciētia vero differt, quia scientia est discursus à principijs demonstrationis ad conclusionem: sapientia recipit à causis primis, in quarum cognitionem peruenit per secundas. Albert. Magn. ethicor. 6. tract. 2. c. 76. cap. 20. col. 2.

Sapientia est partis intellectiue, & est intellectus secundum maximam suam conuersionem ad imaginationem, quæ constringit intellectum ad continuum vel discursum. Alber. Magn. ethicor. 6. tractat. 2. cap. 20. char. 76. colum. 2.

Sapientia est finis intellectus contemplatiui. Alber. mag. ethic. 6. tract. 4. cap. 1. char. 79. col. 4.

Sapientis

Sapientis est omnes ordinare alios. D. Thomas 1. metaphysicor. proem. c. 1.
Sapientum septem nomina sunt ista; Thales Milesius tempore Romuli, & apud Hebræos, tempore Achaz regis Israel. & Pithacus Mitileneus tempore Tarquinij, & apud Hebræos Sedechia. Alij quinque fuerunt, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lidius, Bias Prienenfis, qui omnes fuerunt tempore Babilonicæ captiuitatis. D. Tho. 1. metaphysicor. cap. 1. lect. 4.
Sapientia est vna scientia, quæ considerat plura principia, vt reducatur ad vnum genus. D. Tho. 1. metaphysicor. lect. 1. tex. 1. char. 148.
Sapientia considerat prima principia principaliter, & ab ea aliæ scientiæ huiusmodi principia sumunt. Diuus Thom. 1. metaphysicor. lect. 1. tex. 1. char. 749.
Sapientia considerat de omnibus substantijs, licet de separatis principaliter, in quantum omnes conueniunt in vno genere, quod est ens per se. Diuus Thom. 1. metaphysicor. lect. 1. tex. 1. char. 749.
Sapientia substantias, & accidentia considerat, vt conueniunt in ente, quod est eius subiectum, sed substantias principaliter, vt per se prima entia, & de his accidentia demonstrat. D. Thom. ibidem.
Sapientia considerat causarum genera, & maxime formalem & finalem, & vltimus finis, qui est primum mouens, est omnino immobile. D. Thom. ibidem. char. 750.
Sapientia determinat de substantijs sensibilibus, vt sunt substantiæ, non vt sensibiles, vel mobiles. D. Thomas 1. metaphysicor. lect. 1. tex. 1. char. 750.
Sapientia est potissima perfecte rationis, cuius proprium est cognoscere ordinem. D. Th. ethic. 1. ca. 1. l. 1. col. 1.
Sapientis non est veritari circa principia illa demonstranda, quia principia prima indemonstrabilia sunt, sed magis declarando terminos, super quos fundantur talia principia. Alex. de Ales in 1. metaphysicor. c. 2. col. 1.
Sapientis nullus vocatur, qui non cognoscit causas. Alexander de Ales in prim. metaphysicor. c. 7. colum. 1.

Sapor quid est, & quod organum ei inseruit.

Sapor est vnum quoddam tangibile. Aristotel. 2. de anima sum. 2. tex. 27. char. 621.
Sapor est, vt quoddam condimentum calidi, & sicci, frigidi & humidum. Arist. 2. de ani. sum. 2. tex. 29. char. 621.
Sapor est gustatiuæ partis passio. Aristot. de sens. & sensib. cap. 1. char. 4.
Saporis genus manifestius est in nobis, quam odorum. Arist. de sens. & sensib. cap. 4. char. 14.
Sapores omnes crassitudinem habent magis calidam: id autem est concausa. Arist. de sens. & sensib. cap. 4. ch. 15.
Sapor est passio facta à sicco, & humido. Aristot. de sens. & sensib. cap. 4. chart. 16.
Saporibus cognoscendis organum ita compactum esse oportet, vt neque actu humidum sit, nec potentia careat, qua humectari possit. Alex. aphr. 1. de ani. c. 17. c. 37. col. 1.
Sapor est eius partis affectio, per quam percipimus, & sentimus eorum, quibus fruimur, genera. Alex. aphr. de sens. & sensib. ex sect. 1. cap. 5. char. 3. col. 3.
Sapor est gustatus affectio. Alexander aphrod. de sens. & sensib. ex sect. 1. cap. 6. char. 3. col. 1.
Sapor per se gustabilis est. Simplicitas in secun. de anima. cap. 42. tex. 101. colum. 2.
Sapor tanquam accidens est in humido, aliquando tanquam forme in materia, vt sustinentes, & in se ipsis formantes illam. Simpl. in 2. de ani. text. 101. ch. 42. col. 2.
Sapor est passio omnis nutrimenti, quæ est sequela complexionis eius. Albertus magnus de sens. & sensib. tra. 1. cap. 1. chart. 2. colum. 2.
Sapor est passio, & qualitas nutrimenti. Albert. mag. de sens. & sensib. tract. 2. cap. 6. char. 13. col. 2.

Saporis priuatio est insipidum, non autem sapor. Albert. mag. de veget. sect. 3. tract. 2. cap. 1. char. 139. colum. 1.

Saporis species quæ sunt.

Saporum species, vt in coloribus, simplices quidem contrariæ sunt, vt dulce, & amarum; dulce sequitur pingue, amarum salum, & horum media sunt acre, austerrum, acerbum, & acidum. Arist. in 2. de anima sum. 4. cap. 6. tex. 105. char. 642.
Sapores alij dulci commiscetur ad cibum pro condimento. Arist. de sens. & sensib. cap. 4. char. 19.
Sapores omnes fiunt ex dulci, & amaro, vt colores ex albo, & nigro, & alij proportionem, & hi delectationem faciunt, alij indeterminate. Aristoteles de sens. & sensib. cap. 4. char. 17.
Sapor pinguis ipsius dulcis est. Aristotel. de sens. & sensib. cap. 4. char. 17.
Sapor amarus, & falsus fere idem sunt. Aristotel. de sens. & sensib. cap. 4. char. 17.
Sapor acris, austerus, acerbus, & acidus est inter pinguem & amarum. Arist. de sens. & sensib. cap. 4. char. 17.
Saporum species, & colorum fere sunt æquales: septem enim sunt vtrinque species. Aristote. de sens. & sensib. cap. 4. char. 17.
Sapor dulcis primas in alēdo obtinet, cæteri pabulo commiscetur, non quo illi ipsi, vt falsus, atque acidus, solitarij alere queant per se, sed condimenti causa extrinsecus introducantur. Alexander aphr. de sens. & sensib. ex sect. 3. com. 32. char. 16. col. 3.
Sapor austerus est, qui prouenit ex maiori caliditate, quam acer. Albertus magnus in secun. de anima. tract. 3. cap. 24. char. 27. colum. 1.
Sapor acutus est ex caliditate omnino vincente. Albert. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 24. char. 27. col. 1.
Sapor dulcis, amarus, & acutus sunt in substantia calida: stipticus acetosus, & ponticus sunt in substantia frigida, quod tamen omnino non est necessarium, quia opium, & amarum est, & frigidum: sed errat regula magis in frigidis, quam in calidis. Albert. mag. de veget. 1. 3. tract. 2. cap. 2. char. 138. col. 4.
Saporum antiqui nouem species tradidere: insipidum, dulcem, amarum, acutum, salum, acetosum, ponticum, stipticum, & pinguem: postea vero, qui subtilius naturas rerum rimati sunt, non posuerunt insipidum inter sapores, sed tantum reliquos. Albert. mag. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 2. char. 139. colum. 1.

Sapor unde fit, & corrumpitur.

Saporis sensum nihil facit absque humiditate, aut actu, aut potentia. Aristot. in secun. de anima sum. 4. cap. 6. tex. 102. char. 641.
Saporum genus in terra nascentibus fit maxime. Aristot. de sens. & sensib. cap. 4. char. 15.
Sapores omnes gignuntur ex admisione terrene siccitatis. Alexander aphrod. de sens. & sensib. ex sect. 3. comm. 31. char. 19. colum. 1.
Sapores prodeunt ex admisione caloris, & humoris aquei in terra. Alexan. aphrod. de sens. & sensib. ex sec. 3. com. 30. char. 15. colum. 4.
Sapores plerumque à frigore intereunt, quia perfecta digestio frigoris accessu impeditur. Alexan. aphr. de sens. & sensib. ex sect. 3. com. 31. char. 61. col. 1.
Sapor est affectio, quæ ex sicca glebulēta, & terra in aqua ex caliditate quapiam, atque inconcoctione gignitur, & gustandi vim, quæ in potestate est, ad actum demutat. Alexan. aphr. in 1. de ani. cap. 16. char. 36. col. 3.
Saporis gustus nihil aliud est, quam terrosi, sicci per humidum distillatio, quæ caliditate aliqua concoquitur, & constituitur. Alex. aphr. in 1. de ani. ca. 17. ch. 37. col. 1.
 Sapor

Sapor qualitas, & affectio quædam humoris est non in eo, quod humor inest in illo sapore, sed quia in humore est sapor, quia si non est humor, non est sapor. Them. in 2. de ani. cap. 35. tex. 10. char. 78. col. 1.
Saporosum siccū immersum in perodoro redditur odorabile. Simp. in 2. de ani. tex. 100. c. 42. col. 11.
Sapor inuenitur in corpore misto. Auer. meteor. 1. cap. 1. char. 193. colum. 3.
Sapor non est sapor in actu, nisi in corpore humido in actu. Auer. 2. de ani. tex. 102. char. 147. col. 2.
Saporum sermo Galeni non est verus, secundum suas naturas. Auer. 2. de ani. tex. 105. char. 148. col. 1.
Sapor magis sequitur humiditatem, & siccitatem, quam caliditatem, & frigiditatem. Auer. ibid.
Saporosa in potentia sunt sicca in actu. Auer. ex paraph. de sens. & sensib. char. 192. col. 3.
Saporum primum subiectum est humidum insipidum, ergo est aqua: humidum enim aeris est spirituale, & non incorporabile ad nutrimentum. Alb. mag. de sens. & sensib. tract. 2. cap. 6. char. 11. col. 3.
Saporum subiectum, nec humidum absque sicco, nec siccum absque humido. Alb. mag. de sens. & sensib. tract. 2. cap. 6. char. 13. col. 2.
Sapor acer procedit à frigido calidum expellente, fit enim ex cruditate. Albert. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 24. char. 27. col. 1.
Sapores, & odores non sunt in corporibus simplicibus, quia in eis sunt qualitates primæ non contrariæ: in plantis sunt præcipue, quia præcipua sunt agentia qualitates primæ, cum non habeant nisi partem animæ: in animalibus non ita, quia ibi magis agitur ad animæ operationem, & ideo non ita manifesti sunt in eis primarum qualitatum essentialia actiones. Idem ibid. cap. 24. char. 27. col. 1.
Saporum diuersitas in nulla est ita manifesta, vt in fructibus, & succis plantarum. Alb. mag. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 1. char. 138. col. 3.
Saporum subiectum, aut est substantia grossa, terrea, grossa, & pistæ terreitatis, vel est subtilis, vel media inter grossam, & subtilem: aut est calidum, aut frigidum, aut æquale inter calidum, & frigidum. Albert. mag. de veget. 1. 3. tract. 2. cap. 3. ch. 136. col. 2.
Sapores iuxta Galeni opinionem vniuntur in aliqua re. Alb. mag. de veget. 1. 3. tract. 2. cap. 5. ch. 139. col. 4.
Sapor consistit in humido aqueo aliquantulum digesto. D. Thom. in 2. de ani. l. 19. tex. 95. char. 40. col. 4.
Sapor potest corrumpere animal, non vt sapor, sed in quantum sapor coniungitur aliqua qualitas tangibilis, vt cum ei consequitur calor, vel frigus vehemens. D. Thom. in 3. de ani. l. 18. tex. 68. c. 68. col. 4.

Sapores an nutriant.

Sapor confert ad alimētum, vt est sequela complexionis. D. Tho. in 3. de ani. l. 17. tex. 64. c. 67. col. 3.
Sarcophagus est lapis, qui deoratur cadauera mortua. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 17. ch. 141. c. 4.
Sarda est lapis, qui se habet ad tabulas ligni, vt magnes ad ferrum, & est in colore purillimus nitens. Albert. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 13. ca. 41. col. 3.
Sardinus lapis est rubicundus, accendit animam ad gaudium, & acuit ingenium per virtutes contrarias. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 17. ch. 141. col. 3.
Sardonix est lapis compositus ex sardo, & onice, est rubrus, & albus, & niger; luxuriam depellit. Alb. Mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 17. c. 141. col. 3.
Sargus colit mense Decembris, fert vterum dies triginta, & sic in mugilum genere, qui labeo, & mucro vocatur. Arist. de hist. ani. 16. cap. 17. char. 221.
Sarmius lapis est a Sarmia Insula portatus, vertiginem sedat, & mentem solidat, manu parientibus alligatus

impedit partum, & contiuet fetum in matrice. Alber. magn. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 17. char. 141. col. 4.
Satietas plus doloris, quam voluptatis habet. Dan. Barb. in 2. rhetoricor. cap. 3. c. 110.
Satio in locis frigidis tempestiue fieri debet, vt planta aliquid roboris ante hyemem recipiat. Alber. mag. de veget. & plant. 1. 7. tract. 1. cap. 6. c. 174. col. 1.
Satio in locis frigidis humidis maris, & paludibus circūpositis, non autumnus, sed verno tempore fieri debet, quia siccitate hyemis nimio agri humori coniuncta temperamentum facit. Albert. mag. de veget. & plant. 1. 7. tract. 1. cap. 6. ch. 174. col. 1.
Satio omnis perfecta est antequam Sol accipiat arietem. Alb. mag. de veget. & plant. 1. 7. tr. 1. cap. 9. ch. 175. c. 2.
Satio nullo modo in eodem agro diuersis simul seminibus fieri debet. Alb. mag. ibid.
Saturni inscriptio in lapide confert potestatem crescentem, & stabilem, & citius ignobili, quam nobili. Alb. mag. de miner. 2. tract. 3. cap. 5. ch. 143. col. 1.
Saturni effectus coaptantur ad vniuersalia loca tempore Iouis, Martis, Solis ad annum, Veneris, & Mercurij menses, Luna dies. D. Thom. 12. met. l. 9. t. 43. c. 881.
Saturnus in Italia primus docuit artem seminandi triticum, ideo habitus est in numerum deorum. D. Tho. 3. politicor. lect. 18. char. 47. colum. 1.
Saxifraga aquilæ pullos adhuc debiles ab aquila reiectos suscipit, tuetur, & alit, dum quantum satis est, adolefcunt; ipsa enim parum oculis valet, nubecula enim oculos laesos habet. Arist. de hist. ani. 9. cap. 34. ch. 345.
Saxum aliquod si leue est, pars media mergitur in aqua, & media supernatat, ideo arbores omnes his lapidibus sunt grauiores. Arist. de plant. 2. cap. 1. char. 382.
Saxum quoddam inesse circa Aritaniam iuxta confinia Apolloniæ inesse autumant, ex quo emissus ignis non percipitur: cum vero oleo de super respergitur, inflammatur. Arist. de admitt. aud. nu. 34. c. 845.
Scabie, tabe, lippitudine capiuntur, qui appropinquantur: ab aqua autem inter cute; febre; aut stupore attonito; aut aliquo ex numero cæterorum malorum capi nequeunt. à lippitudine quidam, quia oculis pars corporis mobilissima est. cæterum maxime omnium rei sibi obiectæ similis reddi potest, quippe qui facile moueatur ab eo, quod moueat: itaque fit, vt cum perturbatum obspicit oculum, facile etiam ipse perturbetur. Talis autem cõtagio ideo fit, quia spiritum vitiat, & grauem reddit: & omnes morbi ipsi cito accipiuntur, qui spiritu corrupto proueniunt, quale est omne pestilens genus, & qui appropinquauerit, talent trahit spiritum, qualem æger reddiderit. At scabies magis quam lepra, & cætera vitia eiusdem generis efficere potest, quoniam per summa corporis errat, & humore manat glutinoso: omne enim genus purientium tale est. Itaque id ipsum, quia per summa peruenit, glutinosum est, cætera per suam siccitatem persistere nequeunt. Arist. problem. sect. 7. num. 4. ch. 412.
Scabies, lippitudo, tabes, cur sunt mala contagiosa, febris, apoplexia, non transeunt in aliam? quoniam oculus humidus affectioni opportunus deprauatur, tabes expirando patrum aerem reddit, qui tractus ab homine sano facile pulmonem vitiat, & scabies cum per summa corporis sit facile propagare potest. Febris vero, & huiusmodi cum nihil putreficiens emittant, vnum in alios vitium transmittere nequeunt. Alex. Aphrod. problem. 2. num. 43. char. 738.
Scalas facilius descendimus, quam ascendimus; quia in descendendo pondus nostri corporis iduat, at in ascendendo vires laborant, dum corporis nostri pondus efferunt. Alexand. Aphrod. problem. 1. num. 62. ch. 685.
Scamander amnis flauas reddere oues creditur. Aristot. de histor. animal. 3. cap. 12. char. 93.
Scamonea est succus solubilis cuiusdam, cuius virtus du-
 rat

rat per triginta annos. melior est, quæ est varia ad albedinem declinans; facile puluerizabilis, & est quasi fragmentum ostreati, & cum resoluitur in aqua, facit eam, ut lac. est calida, & sicca, & caliditas eius maior est sua siccitate: inimica est stomacho, & epati: cordi nocet, & intestinis. Albert. magn. de veget. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 17. ch. 170. col. 1.

Scapulæ sunt humerorum ossa: quæ ijs annexa dependent, sunt brachia, & manus. Aristot. de historia animal. 3. cap. 7. char. 85.

Scapulis curui, qui mouent elati, referuntur ad leones. Arist. phys. gno. cap. 10. char. 354.

Scarabei nascuntur ex vermibus tauri, qui in lignis aridis gignuntur: primo enim vermes, deinde rupto putamine scarabei fiunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 19. ch. 177.

Scarabei pilularij in simo, quem voluunt, conduntur per hyemem, paruosque vermiculos pariunt, ex quibus ipsi procreantur. Arist. de hist. anim. 5. cap. 16. ch. 178.

Scarabeorum locus interfectus est amplior area in Thracia Olympo proxima, quod si in ea cætera omnia animalia vadunt, inde discedere possunt scarabeis exceptis, qui circum aduolantes fame pereunt. Aristot. de admir. aud. num. 115. char. 865.

Scarabæos rosarum redolentia interire proditur. Idem ibid. num. 147. char. 874.

Scaurus est piscis delectabilis, qui solus ruminat inter piscis. Alb. mag. de anim. l. 26. cap. 1. char. 199. col. 1.

Scaurus dicunt esse serpentem, qui dum occidit in fenestrate, ingreditur fixuram parietis, & ducit se per foramen in rectum solis, donec visum recuperet. Alb. mag. de anim. l. 25. ch. 202. col. 3.

Scena heroum facta, & dicta simulat. Arist. problem. sectio. 19. num. 49. char. 526.

Scibile, & scientia differunt ab opinabile, & opinione; quia scientia est vniuersalium, & necessariorum; opinio vero, nec vniuersalium, nec necessariorum. Arist. poster. lib. 1. cap. 26. tex. 44. char. 351.

Scibilia proprie dicuntur conclusiones demonstrationis, in quibus passionem prædicatur de proprijs subiectis. D. Thom. in poster. char. 44. col. 2.

Scientia quot dicitur modis.

Scire tribus dicitur modis: vel vt vniuersale, vel vt proprie, vel vt agere. quare, & tribus decipimur modis. Arist. prior. lib. 2. cap. 21. char. 282.

Scientiæ tres sunt modi: vnus de eo, quod mouetur, & est scientia naturalis: alius de mobile quidem, sed incorruptibile, qui est scientia mathematica: alius est circa corruptibilia. Ait Auerroes non intelligit Aristotelem de scientia, quia eadem considerat entia mobilia, & entia corruptibilia, sed intelligit docere entia diuersa. Arist. phy. cap. 2. tex. 71. c. 46.

Scientia aliqua, quod sit diuina, duobus modis intelligi potest: vel quia Deus eam habet: vel quia de rebus diuinis, & de Deo agit. Aristot. in 1. metaphysic. ex sum. 1. cap. 2. char. 9.

Scientiæ theoreticæ tres sunt: mathematica, physica, metaphysica. Arist. 6. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 2. c. 120.

Scientiæ speculatiuæ tres sunt: naturalis, mathematica, & metaphysica: & metaphysica nobilior est cæteris, quia est circa honorabilium entium. Arist. 11. metaph. ex sum. 3. cap. 1. char. 229.

Scientia, & scire duplex; aliud potetia, aliud actu. potetia est tanquam materia vniuersalis, ac indefinita: actus vero determinati. Arist. 12. metaph. ex su. 1. c. 5. ch. 295.

Scire dicitur duobus modis: & qui vtitur, & qui vti potest scientia. Arist. 5. metaph. cap. 7. t. 14. char. 96.

Scire duobus modis dicitur: vel quod habet scientiam, & non vtitur: vel quod habet scientiam, & ea vtitur. Arist. 7. ethic. ad nicom. cap. 3. c. 163.

Scire duplex; aliud est habere scientiam, aliud est exercere scientiam. Arist. mag. moral. 2. cap. 7. c. 130.

Scientiæ liberales quædam sunt, quas vsque ad aliquid discere honestum est, penitus vero se illis dedere, & ad extremum vsque proficere velle nocentis obnoxios facit, & impedimento sunt ad vsum, & opera virtutis. sed si sui, vel amicorum causa, vel propter virtutem discat, non est illiberale: at qui propter alios agit, sæpe illiberaliter, & sordide agit. Aristot. politicor. 7. cap. 2. char. 759.

Scire duo significat: vel scientiã habere, vel scientiã ipsius esse: & hoc, vel secundum habitum, vel secundum præparationem. Alex. Aphr. in Top. cap. 2. char. 61. col. 4.

Scire duobus dicitur modis: latius, & præsius. Latius, vt cum omnem notitiam, siue de solis accidentibus, siue de alia re scientiam vocamus. Præsius, cum causam illam tenere credimus, à qua res, vt sit, habet, & quæ causa esse cognoscitur, nec putamus aliter esse posse: & hæc simplex, & absoluta est scientia. Themist. in 1. poster. cap. 4. char. 1. col. 4.

Scire duobus sit modis, aut per medium, aut per causam rei. primo modo sit syllogismus. secundo demonstratio. Them. in prim. post. cap. 27. c. 6. col. 1.

Scientia certior alia multis dicitur modis: primo si quæ obrem ostendit illa quid est: si hæc intelligibilium, ac vniuersalium, illa sensibilibus; si hæc simplicioribus principijs, illa iunctis, & connectis. Them. in 1. poster. cap. 43. char. 7. col. 4.

Scientia tribus dicitur modis. Alia est, cuius subiectum errore vacat, ac secundum eadem & eodem pacto perpetuo se habet, vt Geometria, Astronomia, & Arithmetica. Alia quæ per se ex principijs fidem facientibus emanat, & hæc reuera scientia est: Tertia est paratrix vix intelligens ea, quæ antecedere, & sequi conueniat, vt medicina, & mechanica. Ammon. in prædic. ch. 87.

Scientia alia propria, quæ rerum certam notitiam habemus; alia communior, quæ de omni arte dicitur. Simplic. in prædic. char. 12.

Scientia duplex; alia prouenientis ab extra; & perfecti intellectus: altera substantialis, & perfectioris est intellectus. hæc coniuncta cum formis colligatur: illa quadam cum diuersitate, & vtraque potestate aliquando fit. Simp. in 3. de ani. trac. 2. tex. 38. c. 73. col. 3.

Scire tribus dicitur modis vniuersaliter, vt propria, vel vt agat, & vtraque: Ioan. Gram. in 2. prior. cap. 21. char. 80. colum. 4.

Scientia duplex; aut quæ contingit ex dignitatibus problematis, aut causa, quæ ex dignis. Ioan. Gram. in pri. post. cap. 2. char. 9. col. 2.

Scientia alia versatur circa cognitionem necessariorum, & eorum, quæ semper eodem modo se habent per syllogismum: alia circa necessaria, quæ cognoscuntur per indemonstrabilem scientiam, quæ diuiditur in acceptionem immediatarum propositionum, & communium notionum. Ioan. Gram. in prim. poster. cap. 26. char. 54. colum. 2.

Scientia alia scientia certior est multis modis: primo cognoscens quia, & propter quid; certior est cognoscens, quia solum. & quæ versatur circa immaterialia, & intelligibilia, quam ea, quæ versatur circa compositiora. Ioan. Gram. in 1. phy. cap. 25. char. 50. col. 1.

Scientiarum principia tria sunt: alia sunt dignitates, alia suppositiones, alia postulata. Eufr. 6. ethic. c. 7. c. 302.

Sciētia quatuor dicitur modis; aut singularis, aut vniuersalis, aut potetia, aut actu. Auer. 2. prior. c. 26. ch. 121. col. 3.

Scientia, quæ acquiritur per demonstrationem; tres habet conditiones. Prima, vt sciamus rem esse, quæ scimus causam suã esse. Secunda, vt scientes, quod res sit ex parte causæ ipsius, sciamus illã esse ipsius causam. Tertia, vt sciamus, quod non potest esse sine illa causa. Prima conditione distinguitur demonstratio à signo. Secunda,

vt sciamus medio causã, quia aliquando aliquid scimus alterius causã. Tertia, ut distinguat inter causam essentialem, & accidentalem, & imaginatiuam, & veram. Auer. in post. 1. 1. in procem. tex. co. 7. char. 130.

Scientia alia est perfecta, & est illa, quæ est per causam: alia imperfecta; & est illa, quæ est sine causa. Auer. in phy. 1. 1. tex. 1. char. 4. col. 1.

Scientiæ nomen æquiuoce dicitur de scientia primæ intelligentiæ, & nostra: quia sua scientia est causa entis, & ens est causa nostræ scientiæ. Auer. in 12. metaph. tex. comm. 51. char. 158.

Scientiarum generis sunt tria; vel speculatiuæ, quarum finis est scire tantum; vel practicæ, quarum scientia habetur propter opus; aut artes dirigentes ad istas, & auxiliantes istis, & sunt artes logicæ. Auer. in metaphysicor. tract. 1. c. 168. col. 3.

Scire in complexis propositionibus tribus dicitur modis. In vniuersali, & hoc scire est in potentia: quia omne vniuersale principium est particularis, quia potentia est particulare. Secundo modo in propria natura, quod est scire in particulari, quia res vnaqueque per propriam naturam est particularis. Tertio modo in agere, cum aliquis, quod sit actu, refert ipsum ad sua principia. Alb. mag. in prior. c. 165. col. 1.

Scire quatuor dicitur modis. Primo comprehensio rei per causam, per quam potest quocunque modo concludi largissime, & sic contingit ad vtrilibet sciuntur. Secundo comprehensio veritatis rei per ea, quæ contingunt frequenter, & sic contingens actu scitur. Tertio comprehensio veritatis vno modo, & immutabiliter se habentium, & sic principia, & demonstratiuæ conclusiones sciuntur. Quarto comprehensio veritatis vno modo se habentis, & immutabilis per acceptionem alterius prioris, a quo habet suam veritatem persuum esse, quomodo definitur scire primo posteriorum. Alb. Mag. in post. 4. c. 175. col. 2.

Scientiæ omnis duæ sunt præcedentes cognitiones: quarum vnã cognitionem principiorum vocat, alteram præparationem, quæ est in nobis: vt Arabes dicunt, quæ est acceptio terminorum. Alb. mag. de som. & vigil. l. 3. tract. 1. cap. 2. ch. 25. col. 3.

Scientiæ, quæ est in homine, triplex est modus: quia aliqui non sciunt, quod sciunt, nec de scitis respondere sunt parati, nisi per magnam scitorum, & scibilibus indagationem, & collationem, quibus inueniunt differentias, conuenientias, & antecedentia, & consequentia singulorum, propter quod intellectus eorum nõ est purus, nec per stantem scientiæ habitum adiuuatus. Quidam ex habitu ipsum adiuuante intellectum de omnibus parati sunt reddere rationem, quæ in scientia illa queri possunt, & hoc faciunt ex habitu ipso, qui in effectu eduxit intellectum eorum possibilem. Quidam per naturam boni sunt, quorum intellectus hominis vniuersaliter agentis intellectus sic illustratus est, vt statim quaestione audita certi sunt se posse determinare eam, quia intellectus eorum, species, & lumen sunt intelligibilia, & scibilia. Alb. mag. de caus. & process. uniuers. à cau. 1. l. 1. tract. 2. cap. 7. c. 192. col. 2.

Scientia animæ nobilis ex duobus est; scilicet illuminatione intelligentiæ agentis, cuius splendor ipsa est, & ex apprehensione formæ, quæ abstrahitur à re intelligibili. Idem ibid. l. 2. tract. 2. cap. 111. c. 213. col. 1.

Scientia stare ad aliquid dupliciter dicitur; vel sicut ad terminum operis, vel sicut ad finem intentionis, & moralis docens licet stet ad conclusionem, uel ad medium, quod est causa, uel signum sicut ad terminum operis sui, ut discursus syllogisticus, tamen non stat in ipso, vt in fine intentionis, sed refertur ad opus, quod est operatio virtutis. Alb. mag. mor. 1. cap. 2. char. 1. col. 3.

Scientiæ aliæ practicæ, aliæ speculatiuæ. practicæ sunt, quæ sunt propter opus. speculatiuæ, propter seipsas.

D. Thom. in 1. de anim. l. 1. text. 1. char. 1. colum. 2.

Scientiæ de veritate dupliciter sunt. abiter enim se habet consideratio primæ philosophiæ circa veritatem, & aliarum particularium scientiarum: particulares enim considerant quãdam particularem veritatem circa determinatum genus entium; sed prima philosophia considerat circa vniuersalem veritatem. Idem 2. metaphysic. l. 1. 1. tex. 1. char. 98.

Scientia omnis, aut est actiua, aut factiua, aut rhetorica. Idem 6. metaph. l. 1. 1. tex. 1. ch. 403.

Sciētia de Deo duobus modis intelligitur: de Deo, vt de subiecto; vel de Deo, vt de illo, in quo maxime seruat ratio subiecti. Primo modo non est de Deo metaphysica. Secundo est de Deo, vt de eo, in quo primo seruat ratio entis. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 10. col. 2.

Scientiæ vniuersales duobus modis dicuntur; vno modo ex parte obiecti, alio ex parte causati, vel ex modo considerandi: & duæ scientiæ dicuntur vniuersales, quæ considerant duo obiecta ad vnã formalitatem propinquã, vt geometria, & arithmetica, quæ considerant numerum, & magnitudinem, quæ conueniunt in quãtitate. Alex. de Ales in 3. metaph. text. 2. char. 49. col. 4.

Scientia eadem diuersa spectare potest dupliciter. Primo, quia illa diuersa reducuntur ad vnã formalitatem, quã vnitas scientiæ oritur ex vna formalitate in obiecto. Alio modo, quia vnã vnã facit ad cognitionem alterius. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 4. ch. 5. col. 2.

Scientia duobus modis accipi potest. Vno modo accipitur pro quacunque cognitione certa, & hæc acceptio est impropria. Secundo modo accipitur scientia proprie, & sic est cognitio intellectiua certitudinaliter habita de re per resolutionem rei ad suas causas. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 25. 1. ch. 96. col. 1.

Scientia tripliciter dicitur vniuersalis. Primo modo, cum aliquid scitur de vniuersali subiecto vniuersaliter sumpto per causam primam. Secundo cum aliquid scitur de subiecto vniuersali, & communi non vniuersaliter sumpto, ita vt hoc scitum sit in communi, & vniuersali. Tertio quæ considerat omnia, & in communi, & in particulari. Alex. de Ales in 6. metaphysic. tex. 3. char. 173. colum. 3.

Scientia per negationem duobus modis apud aliquem esse potest: vel quia deletur ratio rei scibilis apud animam, vel quia destruitur res in se. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 5. ch. 235. col. 2.

Scientia duobus modis sumitur. Primo vt habitus per demonstrationem acquisitus. Secundo, vt bonum reddit habentem, & eius opus, & eodem modo sapientia. Tho. de Vio in post. ch. 128. col. 2.

Scire propter quid duobus modis contingit. Primo solitarie, idest absque applicatione ad effectum. Secundo cum applicatione ad effectum. Idem ibid. c. 144. col. 1.

Scientia quid est, & quæ.

Scire, quorum demonstratio est non secundum accidens, est habere demonstrationem. Aristot. poster. 1. cap. 2. tex. 5. char. 297.

Sciens simpliciter immutabilis esse debet. Arist. poster. 1. cap. 2. tex. 5. char. 299.

Sciens non est, qui non habet rationem, propter quid existente demonstratione. Aristot. poster. 1. cap. 5. text. 17. chart. 307.

Scimus vnumquodque non secundum accidens, cum secundum illud cognoscimus, secundum quod inest ex principijs illius finem quod illud, quare si per se, & illud inest cui inest necesse est medium in eadem cognitione esse, at si non est, sed per scientias subalternas, demonstrantur quid est, sed differunt: ipsum enim quia inferioris est scientiæ, propter quid vero superioris. Arist. post. 1. cap. 7. tex. 23. char. 311.

Scientiæ omnes per diffinitionem fiunt. Arist. post. 2. cap. 17. tex. 24. char. 384.
 Scientia omnis, & cognitio contingit fieri ex cognitione principiorum, causarum, & elementorum, in quibus sunt principia causæ, & elementa. Arist. in 1. phys. ex su. 1. cap. 1. tex. 1. char. 3.
 Scientia speculatiua, & scibile idem est. Arist. 3. de ani. ca. 2. tex. 15. char. 657.
 Scientia in actu eadem est cum re. Arist. 3. de ani. sum. 1. cap. 3. tex. 19. char. 659.
 Scientia, quæ est in actu, est ipsius rei, & quæ est in potentia, tempore prior est in vno: Idem ibidem. tex. 27. chart. 661.
 Scientia diuina non est, vt scientia intelligibilis, nec vt scientia animalis, vel animæ, imo est super scientiam intelligentiæ, & scientiam animæ, quoniam est causans ipsas. Arist. de caus. propo. 9. ch. 983.
 Sciens omnis, qui scit essentiam suam, est rediens ad essentiam suam reditione completa; quia scientia non est nisi actio intelligentis, quia sciens, & scitū sunt res vna quoniam scientia sciens essentiam suā est ex eo, & ad eum, quia est scitum. Arist. de caus. propo. 14. c. 988.
 Scire tunc vnumquodque putamus, cum causas primas cognoscimus. Aristot. in 1. metaph. ex summ. 2. cap. 3. chart. 9.
 Scientiæ omnes vniuersales sunt. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 8. tex. 20. char. 48.
 Scientia naturalis non est prima scientia, sed est vnum genus particulare entis vniuersalis. Arist. 4. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 7. char. 65.
 Scientia non est tantum per quantitatem, sed omnia cognoscuntur per formam. Idem ibidem. cap. 2. text. 20. chart. 77.
 Scientiarum actiuarum principium est in faciente, aut in intellectu, aut animæ, aut potentia quædam. Aristot. 6. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 1. c. 119.
 Scientiæ theoreticæ est nosse, si est aliquid immobile sempiternum, & separabile, & nec physice, nec mathematice, sed metaphysice, & physice nō, quia est circa inseparabilia, & mobilia: mathematicæ autem sunt quidem circa immobilia, & inseparabilia forsitan, verum quasi in materia; prima vero circa separabilia, & immobilia, quæ est circa causas, quas sempiternas, & communes esse oportet; hæc enim causæ a sensibus separatæ sunt in causa sensibilibus manifestis. Idem ibid. t. 2. c. 120.
 Scire vnumquodque est scire eius definitionem. Aristot. 7. metaph. cap. 5. tex. 21. ch. 136.
 Scientia naturalis, nec est practica, nec factiua; quia factiua scientiæ habent motus principium in faciente, & non in facto; & hoc siue sit ars aliqua, siue aliqua potentia, practicæ autem non in agibili, sed in agentibus motu habent. Physici vero consideratio est circa habentia in se motus principium: est ergo naturalis speculatiua scientia. Arist. 11. metaph. ex su. 3. cap. 1. ch. 228.
 Scientia metaphysices sola vniuersalis est, nam mathematica, & naturalis circa entia particularia versatur. Arist. 11. metaph. ex su. 3. cap. 2. ch. 229.
 Scientia omnis est semper entis, aut in plus. Idem ibidem chart. 130.
 Scientiam absque vniuersalibus accipere non est. Arist. 13. metaph. ex su. 3. cap. 5. ch. 295.
 Scibile necessarium est, ergo & æternum; quæ enim necessario sunt, absolute sunt necessaria: quæ autem sunt æterna, generationi, & corruptioni minime subiacent. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 3. c. 141.
 Scientia est habitus demonstratiuus. Idem ibid. ch. 142.
 Scibile, quod est, demonstrabile est. Idem ibidem. capit. 6. chart. 145.
 Scientiarum officium nil aliud est, quam vt naturam subiectarum rerum norint, & intelligant. Aristot. moral. eud. 1. cap. 5. char. 375.

Scientiæ est opus recte eligere. Aristot. pol. 3. cap. 2. c. 579.
 Scientia est syllogismus, quem demonstratiuum appellat, vel cognitio causæ, quæ sciri potest, quæque rei causa esse nōcatur, nec secus quod sit, esse possit. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 20. ch. 38. col. 3.
 Scientia est habitus demonstratiuus; esse autem demonstratiuum, quod ex prioribus, & medio vacantibus, & conclusione notioribus colligitur, vel scientia est existimatio de vniuersalibus, atque necessarijs, vel cognitio, qua cognoscitur causa, ob quam res est illius; esse causa, nec rem aliter se habere posse. Alex. aphr. in 1. metaph. co. 6. char. 5. col. 1.
 Scientiarum principia sunt ea, quibus non sunt alia priora, & quorum esse sine demonstratione accipitur, aut supponitur, aut inductione notum fit, aut fide traditur, aut experimento, aut aliquo alio modo accipitur. Alex. & Eust. in 2. post. c. 54. col. 1.
 Scientiæ, & artis principium animal est. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 107. col. 1.
 Scientia est illa, quæ versatur circa ea, quæ sunt a natura. Alex. & Eustr. in 2. post. c. 110. col. 1.
 Scientia est illa, quæ versatur circa ea, quæ semper eodem modo se habent. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 110. colum. 1.
 Scientia, tunc vera scientia est, cum ambiguo nullo tenetur. Ammo. in præd. ch. 75.
 Scientia est notitia per demonstrationem acquisita. The. in 2. post. cap. 33. c. 13. col. 2.
 Scientiam habere, & scibile eiusdem est. Sir. in 2. metaph. vel secund. latin. 3. ch. 2.
 Scientiæ proprie scientiæ appellantur, quæ de æternis, & per se existentibus, & semper eodem modo affectis pertractant. Sir. in 12. metaph. vel secundum latin. 13. cap. 2. text. 62.
 Scientia nulla est rerum infinitarum. Psel. in pri. phys. cor. chart. 7.
 Scientia est species opinionis receptæ. Psel. in quinto. phys. cor. chart. 45.
 Scientia est status animi pacificus, & tranquillus. Psel. in 7. phys. cor. chart. 61.
 Scientia omnis, & honesta, & honorata est. Simpl. in 1. de ani. tex. 1. char. 1. col. 2.
 Scientia est rationalis conuolutio cum causa eorum, quæ aliter se habere non possunt, sed semper sunt. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 151. c. 55. col. 1.
 Sciens est, qui facit peculiare sermones conuenientes suis positionibus. Simp. in 3. phy. tex. 34. c. 167. col. 1.
 Scientia est rationis cognitio. Simp. in 3. de ani. sect. 2. te. 20. char. 64. colum. 3.
 Scientia est finis demonstrationis, & habitus ex ipsa scientia generatus in anima. Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 2. char. 5. colum. 3.
 Scire non est, quod non est. Ioan. gramm. in 1. posterio. cap. 2. char. 6. colum. 1.
 Scientia est, quæ aliter se habere non potest, & aliud ipsi credibilis non est. Ioan. gramm. in 1. posterio. capit. 2. chart. 8. colum. 2.
 Sciens non est causam, & rationem ignorans. Io. gram. in 1. posterio. cap. 6. char. 15. col. 1.
 Scire est propriissimum propter quid speculari. Io. gram. in 1. post. cap. 11. char. 30. col. 2.
 Scientiæ, & demonstrationis simpliciter principium est intellectus, per quem communes notiones consideramus. Io. gram. in 1. post. cap. 19. ch. 45. col. 1.
 Scientia est transitus a definitis ad definita. Io. gram. in 1. de ani. tex. 26. ch. 14. col. 1.
 Scientia sperabilis est diuinatoria; sperat enim augur fore cras, quid tale. Michael Ephes. de mem. & rem. chart. 2. columna prim.
 Scientiam inducentis facultatis, veritas ipsa finis est. Eust. 6. ethic. cap. 3. char. 270.

Sciens

Sciens vniuersaliter scit per se, sciens a particulari scit per accidens. Auer. in poster. libr. 1. cap. 1. text. 163. c. 184.
 Scientia de propositionibus est existentia tantum, de conclusionibus est existentia, & causa per demonstrationes simplices, & demonstratio tantum per demonstrationes causarum. Auerroes in poster. libr. prim. cap. 3. tex. 198. char. 197.
 Scientia de quacunque re provenit ad perfectionem post scientiam dubiorum inuestigatorum de ipsa appropriatorum, & proportionatorum. Auer. in poster. libr. 2. cap. 1. tex. 8. char. 200.
 Scientia continetur sub virtute contemplatiua, prudentia sub virtute actiua. Auer. in 4. topic. cap. 2. char. 284.
 Scientia vera est, quæ notificat rem vt est. Auer. in quæst. log. quæst. 2. char. 374. col. 2.
 Scientia proueniens ex causa proxima, est tutior scientia proueniente ex causa secunda remotiore. Auerroes in quæst. log. q. 15. char. 378. col. 1.
 Scientia certa est scientia perfecta. Auer. in prim. phys. tex. 1. char. 4. colum. 1.
 Scientia concedit suum subiectum esse, quia manifestum est per se, aut quia demonstratum est per se in alia scientia. Auer. in 1. phy. tex. 85. char. 22. col. 4.
 Scientia exiens de potentia in actu est generata. Auer. in 3. de ani. text. 27. char. 27. col. 1.
 Scientia si est, debet esse ex rebus permanentibus. Auer. in 4. metaph. tex. com. 22. char. 43.
 Scientia non est genus medicinæ in rei veritate, nisi diceretur scientia in relatione ad scientem, & medicina ad medium; tunc enim scientia esset genus medicinæ, & sciens medici. Auer. in 5. metaph. tex. com. 20. char. 61.
 Scientiæ eiusdem est scire aliquid esse, & quid sit. Auer. in 6. metaph. ex sum. 1. text. com. 1. char. 68.
 Scientia non est permanentes in scito, nisi per causam. Auer. in 6. metaph. ex sum. 2. tex. com. 5. char. 70.
 Scientia est in qualitate, & scitum est in substantia. Auer. in 10. metaph. text. 10. com. 22. char. 127.
 Scientia Dei nō dicitur, nec vniuersalis, nec particularis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 51. char. 158.
 Scientiarum apprehensio est perfectio animæ rationalis, donec perueniatur homo ad vltimā suam perfectionem. Auer. epitom. in metaph. tract. 1. char. 169. col. 1.
 Scientia est particularium modo vniuersali, quem facit intellectus, cum abstrahit ab eis naturam communem, quæ diuisa est in materijs. Auer. ex destr. destr. disput. prim. char. 17. colum. 1.
 Scientia intellectus nostri est in potetia, prima vero scientia est in actu. Auerroes ex destr. destr. disputat. 6. char. 38. colum. 4.
 Scientia hominis comprehensio est per sensum, substantiarum vero vniuersalium est per intellectum, & causa comprehensionis est ipsummet comprehensum. Idem ibidem disput. 13. char. 50. col. 1.
 Scientia indiuiduorum est sensatio, aut imaginatio: vniuersalium vero est intellectus. Auerro. ex destr. destr. disput. 13. char. 50. colum. 2.
 Scientia Dei gloriosi est alligata enti modo altiori, quam modus, quo alligata est ei scientia nostra. Idem ibidem.
 Scientiam de indiuiduis infinitis in actu ex eo, quod est scientia indiuidualis, est quid impossibile. Auerroes ex destr. destr. disput. 16. char. 54. col. 2.
 Scientia iudicij stellarum in pronosticando id, quod fit in mundo, est species diuinationis. Auer. contra Algaz. in phy. disp. 1. char. 55. col. 3.
 Scientia physiognomiæ est species diuinationis rerum occultarum, quæ nunc reperiuntur, non autem futurarum. Auer. contra Algaz. in phy. disp. 1. c. 55. col. 3.
 Scientia interpretationis somniorum est species pronosticationis eius, quod fit, & non est speculatiua, nec factiua, licet habeat vtilitatem in operatione. Auer. contra Algaz. in phy. disp. 1. char. 55. col. 3.

Scientia imaginum est falsa, quia impossibile est si posuerimus, quod situs cœlestes faciant impressionem in rebus, quæ fiunt hic, vt sit illa impressio, nisi in re facta, non autem quod illa impressio huius rei factæ trāseat ad aliam rem extra eam. Auerroes contra Algaz. in phy. disput. 1. char. 55. col. 3.
 Scientia veri est scientia rei prout est. Auer. contra Algaz. in phy. disp. 1. char. 57. col. 3.
 Scientiæ sunt æternæ, nec generabiles, nec corruptibiles, quia intellectus apprehendit de indiuiduis, quæ communicant specie aliquid in quo communicant, & est quidditas illius speciei absque eo, quod diuidat in ea, in quæ diuiduntur indiuidua ex situ, loco, & materijs, in quo plurificantur. Auerroes contra Algaz. in phy. disput. 2. char. 62. colum. 1.
 Scientia est rerum, quæ sunt veritatis comprehensio. Boet. in præd. char. 165.
 Scientia est habitus conclusionis. Albert. magnus in prædica. chart. 2. colum. 1.
 Scientia demonstratiua non est realis, sed fermocinalis, vel forte dicitur quod est modus sciendi nobilissimus, & non proprie scientia, vt Arist. tertio primæ philosophiæ tex. vltimo ait. Alb. mag. in poster. ch. 171. col. 2.
 Scientia dicitur secundum se adepta, quæ quiescit in anima. Alb. mag. in poster. char. 173. col. 2.
 Scientia ab Arist. in pri. poster. tex. pri. dicitur, vt est habitus conclusionis, & doctrina, vt emanat a principijs, & disciplina, quæ per principia suscipitur. Albertus mag. in poster. char. 173. colum. 2.
 Scientia in vniuersali non est nisi secundum quid, & scientia in particulari est, quæ propria natura est simpliciter scientia. Alber. mag. in poster. char. 174. col. 4.
 Scientis signum, & maxime sapientis est posse docere. Alber. mag. in poster. char. 174. col. 4.
 Scire sophisticum est, quod apparet per se esse, & ideo illud scire est deceptorium. Albertus magnus in poster. char. 175. columna prima.
 Scire definitur in primo posteriorum, & nō scientia, quia accipitur scire, vt est in cōclusionem, quod est scire in agere, & ideo per modum actus definitur, & non per modum substantiæ. Alber. mag. in poster. char. 175. col. 2.
 Scire secundum propriissimum modum est, quorum demonstrationis est nō secundum accidens, id est ex demonstrabilibus per alia, quia illa faciunt scire, per alia vera secundum accidens. Idem ibidem col. 3.
 Scire contingunt ea, quæ per alia sciuntur. Idem in post. chart. 177. colum. 2.
 Scientia est habitus cōclusionum, intellectus est habitus principiorum. Idem in poster. char. 201. col. 4.
 Scientia est, vt dirigitur ad finem contemplationis. Idem in top. char. 219. colum. 3.
 Scientia est eorum, quæ necessaria sunt, & semper presentia sunt, vel in seipsis, vel in necessitate ordinis suæ essentia. Alb. mag. in top. char. 233. col. 4.
 Scientia omnis est alicuius generis subiecti, de quo probantur passionem, & cuius considerantur passionem, & differentia. Alb. mag. in 1. phy. trac. 1. cap. 3. c. 1. col. 4.
 Scientia illa est sola vere scientia, quæ demonstratiua est, & solius demonstrationis effectus est scire. Alb. magn. in 1. phys. tract. 1. cap. 5. char. 2. col. 3.
 Scientia, quæ est in anima, vt in subiecto, & animam denominat, vt dicitur sciens est qualitas, aut vt est in se, ac in sua generatione, quæ in anima generatur est ad aliquid. Alb. mag. in 7. phy. tra. 1. cap. 9. char. 85. col. 2.
 Scientiæ fermocinales non sunt veræ scientiæ, sed modi scientiarum omnium. Albertus magnus in 1. de anima ex tract. 1. cap. 2. char. 1. col. 2.
 Scientia, quæ est in anima, & aliæ virtutes intellectuales non habent esse reale, & ratum in natura, sed in anima tantum: & hoc esse est debile, & potius est entis aliquid, quam ens, & his entibus subijcitur id, quod in

non est indiuiduum secundum formam. Alb. magn. in 3. de ani. tract. 2. cap. 11. ch. 38. col. 3.
Scire est habentium intellectum. Alb. mag. in 1. de anim. tract. 2. cap. 12. ch. 10. col. 2.
 Scientia intelligentiæ non est secundum modum rei intellectæ, sed secundum modum sui ipsius, cum intelligentia a re non accipiat intellectionem, & vt ipsa est causa rei. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. tract. 2. cap. 11. ch. 210. col. 4.
Scire est speciem, & rationem scibilis in se habere. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. 1. l. 1. tract. 2. cap. 3. char. 191. colum. 2.
 Scientia intelligentiæ tantum extenditur, quantum eius actio. Alb. mag. de cau. & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. tract. 2. cap. 43. char. 219. col. 3.
 Scientia ipsa est per se sapientia vera, quæ per se est scientia, itaq; sui ipsius est causa. Alb. mag. in 1. metaph. tra. 2. cap. 1. ch. 59. col. 3.
 Scientia vera est in rebus immobilibus, in mobilibus autem est opinio. Alb. mag. in 9. metaphysic. tract. 4. cap. 6. char. 141. colum. 3.
 Scientia omnis est de aliquo subiecto. Alb. mag. in 1. ethi. tract. 1. cap. 3. ch. 3. col. 1.
 Scientia est comprehensio veritatis immutabilis ex principijs necessarijs demonstrata. Idem ibid. tract. 3. cap. 3. char. 6. colum. 3.
 Scientia, ac virtutes non sunt in nobis, sed nos nati sumus suscipere eas. Alber. magn. in 3. ethicor. tract. 1. cap. 7. chart. 36. colum. 2.
 Scientia eorum in communi est vna, quorum in communi est vna potentia. Alber. magn. in 3. ethic. tract. 3. cap. 1. chart. 44. colum. 4.
 Scientia est habitus demonstratiuus, qui est acceptio conclusionis per syllogismum demonstratiuum. Alb. mag. in 6. ethic. tract. 2. cap. 19. ch. 71. col. 4.
 Scientia est, cum totam animam in scientia certificat, ita vt nihil dubitat, vel formidat de contradictorio. Alber. mag. in 7. ethic. tract. 1. cap. 2. c. 82. col. 2.
 Scientia vniuersalium sine experientia inutilis est ad curationem. Alber. Magn. in 10. ethicor. tract. 3. cap. 3. char. 115. colum. 3.
 Scientiæ, quæ partem entis considerant, non sunt sapientiæ simpliciter, sed secundum partem. Alb. magn. in 6. ethic. tract. 2. cap. 19. c. 76. col. 1.
 Scientia omnis particularis sibi parat substantiam sui instrumenti. Albert. magn. in 1. ethicor. tracta. 1. cap. 5. chart. 2. colum. 2.
 Scientia est finis intellectus practici. Alb. mag. in 6. ethic. tract. 4. cap. 2. char. 80. col. 1.
Scire simpliciter aliquid dicimus, cum scimus id in ipso; secundum quid, cum scimus aliud in alio, in quo est, vel vt pars in toto, vt scientes domum scire parietem, vel vt accidens in subiecto, vt in pariete albedinem, vel vt effectus in causa, vt conclusionem in principijs. D. Tho. in post. char. 39. col. 1.
 Scientia cuiusvis rei, quæ per demonstrationem queritur, est conclusio aliqua, in qua propria passio de aliquo subiecto prædicatur, quæ conclusio infertur ex aliquibus principijs. D. Tho. in post. c. 17. col. 3.
 Scientia proprie est intellectus conclusionum. D. Tho. in post. char. 44. colum. 2.
 Scientiæ speculatiuæ nõ sunt de essentijs substantiarum separatarum. D. Tho. in post. ch. 74. col. 2.
 Scientia significat certitudinem cognitionis per demonstrationem acquisitam. Diuus Thomas in posterior. chart. 78. colum. 1.
 Scientia omnis per demonstrationem habetur. D. Tho. in 1. phy. lect. 1. tex. 1. ch. 1. col. 1.
 Scientia naturalis est de ijs, quæ habent principium motus, & quietis. D. Tho. in 1. phy. lect. 1. tex. 1. c. 1. col. 2.
 Scientia perfecta in actu est, cum peruenitur per resolu-

tionem ad distinctam cognitionem principiorum, & elementorum. D. Thom. in 1. phy. l. 1. tex. 2. c. 1. col. 3.
 Scientiæ acceptio non est alteratio, sed alterationem sequitur. D. Tho. in 7. phy. l. 6. tex. 20. c. 113. col. 3.
 Scientia, quæ habetur de re in vniuersali, non est scientia in vltimo actu. D. Tho. in 1. meteor. l. 1. ch. 1.
 Scientia est hominis perfectio, vt homo. D. Tho. in 1. de ani. lect. 1. tex. 1. ch. 1. col. 2.
 Scientia, quæ de Deo, & intelligentia est, maxime videtur esse intellectualis, & aliarum domina. D. Tho. in 1. metaph. ex procem. char. 2.
 Scientiæ operatiuæ incertissimæ sunt, quia oportet, vt considerentur multis singularium operabilium circumstantijs. D. Tho. in 1. metaph. lect. 2. c. 17.
 Scientia naturalis non est circa ens simpliciter, sed circa substantiam naturalem. D. Thom. in 6. metaphysic. l. 1. tex. 1. chart. 403.
 Scientia, si est ratio rei scitæ in anima, necessario est vna contrariorum. D. Thom. in 9. metaphysicor. l. 2. text. 3. chart. 634.
 Scientiæ cuiuslibet finis est considerare id, quod scitum est sibi proprium, & subiectum, & per se accidentia eius. D. Tho. in 11. metaph. l. 8. tex. 1. ch. 788.
 Scientiæ primæ non est contraria aliqua scientia, sed solum ignorantia. D. Thom. in 12. metaphysicor. libr. 2. tex. 56. char. 915.
 Scientia in vnaquaque est vitiosum, vt homo moritur in his, quæ sunt extra scientiam. D. Thom. ethicor. 1. char. 11. colum. 4.
 Sciens omnis fugit superabundantiam, & defectum, & sequitur medium. D. Tho. 2. ethic. l. 6. c. 28. col. 3.
 Scientia est communis omnibus. D. Thom. 5. polit. l. 1. char. 81. colum. 1.
 Scientiæ nobilitas est ab obiecto. Alex. de ales in 1. metaphysic. char. 316. colum. 2.
 Scientia speculatiua vocatur, quæ est propter scire tantum, & non propter operari. Alex. de ales in 1. metaphysic. char. 1. colum. 4.
 Scientia est acceptio vniuersalis ex multis; experientia vero est acceptio particularis tantum. Idem ibidem. chart. 4. colum. 3.
 Scientia est habitus speculatiuus in intellectu speculatiuo. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 6. col. 4.
 Scientia est quasi notitia quædam, quæ habetur ex prioribus. Alex. de ales in 1. metaph. c. 32. col. 4.
 Scientia ideo scientia est, quia resoluit conclusiones scibiles ad causas suas. Alex. de ales in 2. metaph. c. 36. col. 3.
 Scientia omnis est ex decursu principiorum ad conclusionem, & ex resolutione conclusionum ad principia, & ex connexionem primorum, & posteriorum. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 47. col. 3.
 Scientia non est nisi explicatio accidentum de natura subiecti. Alex. de ales in 3. metaph. te. 5. ch. 56. col. 2.
 Scientiæ intentio est ad certificandum naturam subiecti, quæ certificatio confertur ex hoc, quod proprie passiones explicantur per demonstrationem de subiecto. Alex. de ales in 3. metaph. te. 6. c. 57. col. 3.
 Scientia non est quid vnum numeraliter, sed habitus scientialis capit ostensionem demonstratiuam, & diffinitiuam, ita quod ex diffinitiuâ deuenitur in demonstratiuam. Alex. de ales in 3. metaph. t. 6. c. 57. col. 3.
 Scientia est certa perceptio intellectus habiti per resolutionem effectiuam ad causas. Idem in 4. metaph. tex. 25. char. 95. colum. 4.
 Scientia est rei vniuersalis acceptio, vniuersalis ab experimento multorum particularium, & aliquo modo causata a natura scibilis. Idem in 5. metaphysic. text. 20. char. 146. colum. 2.
 Scientia speculatio est circa ens secundum rem. Idem in 6. metaph. tex. 4. c. 174. col. 2.
 Scire intellectiuum est finem scire, sensitiuum est ad finem.

ad finem. Idem in 1. metaphysic. chart. 3. colum. 4.
Scire est scire essentiam, & substantiam rei. Idem ibidem chart. 29. colum. 2.
Scire rem est scire naturam rei, vt in genere esse, & esse in potentia: ergo genus proprie non dicit naturam rei. Idem in 3. metaph. tex. 10. ch. 62. col. 3.
Scit proprie rei natura, cum sit eius natura specifica. Idem in 3. metaph. tex. 10. ch. 63. col. 2.
Scibile est perceptibile, quia illud dicitur sciri, quod ab intellectu percipitur, sed percipitur cum quadam certitudine ad differentiam opinari, & percipitur cum quadam formidine; sed & hoc conuenit principijs, ideo scitum est, quod vix certitudo perpenditur ab intellectu per resolutionem ens ad suas causas. Idem in 4. metaphysicor. text. 23. char. 92. colum. 4.

Scientia, vt inuenta, vnde dicitur, & circa que versatur.

Scientia, & syllogismus demonstratiuus non est de infinitis, quia imprudatum est medium; de aptis vero natis est. Arist. 1. prio. lect. 1. cap. 11. char. 174.
 Scientia cuius est simpliciter, id impossibile est aliter se habere. Arist. poster. 1. cap. 2. tex. 5. char. 297.
 Scientia omnis cum ratione est. Aristoteles poster. libr. 2. cap. 18. tex. 27. char. 387.
 Scientia de natura fere plurimam videtur circa corpora, & magnitudines, & horum passiones, atque motus, & circa principia, quæ sunt talis substantiæ. Arist. prim. de col. tex. 1. char. 249.
 Scientialis virtus non mouetur, sed quiescit. Aristot. 3. de ani. sum. 2. cap. 3. text. 57. char. 668.
 Scientia, & ars per experientiam fit in hominibus, vt ex multis memorijs fit vnum experimentum. Arist. prim. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 4.
 Scientia, quæ est priorum, & abstractorum, maxime est certissima. Arist. 1. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 7.
 Scientia omnis considerat subiectum, & per se accidentia illius subiecti. Arist. in 3. meta. ex sum. 2. c. 1. te. 5. c. 44.
 Scientia aliqua speculari debet ens in quantum ens, & accidentia, quæ insunt enti, in quantum ens secundum se. Arist. in 4. metaph. sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 59.
 Scientiæ aliæ, præter metaphysicam non vniuersaliter de ente, vt ens, sermonem faciunt, sed partem entis, circa quam ens speculatur accidens proprium, & secundum se. Arist. in 4. metaph. ex sum. 1. cap. 1. text. 1. char. 59.
 Scientiam querere simul, & modum sciendi absurdum est. Arist. in 2. metaph. cap. 3. tex. 15. char. 38.
 Scientia omnis intellectualis participat aliquid intellectus circa causas, & principia, aut certiora, aut simpliciora. Arist. 6. metaph. ex sum. 1. cap. 1. text. 1. char. 118.
 Scientiæ omnes particulares circa ens aliquod versantur: nulla autem earum circa ens, vt ens, versatur, nec de ipso, quidquid est, vllam faciunt mentionem, sed aliæ, quidquid est, faciunt manifestum per ea, quæ sensui apparent: alia accipiunt ipsum per suppositionem ab alia scientia, & si probant passiones subiecti, vel per demonstrationes necessarias, vel ipsius. Arist. 6. metaph. ex sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 118.
 Scientia omnis querit aliqua principia, & causas circa vnumquodque eorum, quæ sunt sub ipsa subiectiua. Arist. 9. metaph. ex sum. 3. cap. 2. char. 227.
 Scientia nulla est de ente per accidens, quod scilicet non habet speciem determinatam. Aristote. 11. metaphysic. ex sum. 3. cap. 2. char. 230.
 Scientis signum est posse docere, & arte præditi docere possunt, quod facere non possunt experimento præditi. Arist. 1. metaph. ex sum. 1. cap. 5. char. 5.
 Scientiæ omnis, & facultatis finis est aliquis, idque per se bonum, nullaque scientia, vel facultas est mali causa. Aristoteles magn. moral. prim. cap. 2. char. 271.

Scientia nulla, vel facultas loquitur de fine, quod sit bonum. Arist. mag. moral. 1. cap. 2. char. 274.
 Scientia est circa id, quod sub scientiam cadit, quod cum demonstratione, & ratione est explicatum. Idem ibidem cap. 33. char. 315.
 Scientia omnis fere propriorum est, substantia enim, & quidditas secundum vnumquodque proprium existit. Theophrast. metaph. lib. cap. 8. char. 324.
 Scientiæ, quæ subiecto inter se differunt, ex aduerso inter se distinguuntur. Alexander aphrod. in libr. prim. prior. cap. 1. char. 3. colum. 1.
 Scientia nulla circa indefinitum contingens versatur. Alex. aphr. 1. prior. cap. 12. char. 28. col. 1.
 Scientiarum principia debent per se fidem habere. Alexander aphr. in 1. topic. cap. 1. chart. 3. col. 3.
 Scientia nulla de proprijs principijs disputat, sed ipsi vtuntur, vt eiusmodi sint. Alex. aphr. in lib. elench. ch. 55.
 Scientia omnis ex quæstione incipiens inuentionem præcedit. Alex. & Eustr. in 2. poster. chart. 9. col. 1.
 Scientia in philosophia ante Aristotelem nondum exacte inuenta erat, licet quidam studium adhibuissent, sed ruditer, & confuse, vt solent blesi voces pronuntiare. Alex. aphr. in 1. metaph. com. 86. col. 2.
 Scientia omnis, & ars circa vniuersalia consistunt, quæ sub sensum nõ cadunt, nec si ad sensibilia descendunt, protinus in ipsis versantur, sed cum in vniuersalibus versentur, agunt quidem de sensibilibus, sed non qua sensibilia, & hæc sunt, sed qua talia, quæ sunt communis participantia. Alex. aphrod. in 2. metaph. vel apud latin. 3. com. 32. ch. 66. col. 1.
 Scientia omnis, quæ in subiecto aliquo versatur, demonstrat, quæ illi per se adsunt. Alex. aphr. in 3. metaph. vel apud latin. 4. com. 1. char. 82. col. 1.
 Scientiæ eidem nihil prohibet definitentem doctrinam, & quid est considerantem esse subiectam, & demonstratricem, quæ quidem accidentia per se cuiusque generis demonstrat. Alex. aphr. in 3. metaph. vel apud latin. 4. cap. 6. char. 85. col. 1.
 Scientia, quæ de vniuersali differit, eadem, & de huic subiectis differere conuenit. Alex. aphrod. in 3. metaph. vel secund. latin. 3. com. 11. char. 87. col. 2.
 Scientiæ, & virtutes maiori ex parte doctrinæ comparantur. Porphy. in præd. c. 2.
 Scientia, atque artes (philosophia excepta) in rebus quibusdam singulis versantur, vt Astronomia circa corpora cœlestia. Ammon. in Porphy. char. 1. col. 1.
 Scientiæ versantur in his, quæ sine vlla tractatione cohererent, vt arithmetica. Ammon. in Porphy. chart. 1. col. 4.
 Scientia id non potest comprehendere, quod sub diffinitione non cadit. Ammon. in Porphy. char. 8. col. 4.
 Scientiæ munus est contemplari non modo res subiectas illius scientiæ, sed etiam eas, quæ & si non sunt, esse tamen videntur, persequi, ac referre. Ammon. in præd. c. 56.
 Scientiæ non sunt indiffinitorum, sed diffinitorum. Mag. in prior. chart. 18. colum. 3.
 Scientiarum propositiones necessarias esse oportet. Themist. in poster. cap. 7. char. 2. col. 3.
 Scientia eadem ostendit vt sit, & quod ita sit, cum immodiate duæ sunt propositiones, vna à causa, altera à signo. Them. in 1. poster. cap. 27. c. 6. col. 1.
 Scientiam eorum generum, quæ sub sensum illum cadunt, qui sensus deficit, defecturam necesse est. Them. in 1. poster. cap. 33. char. 6. colum. 3.
 Scientia omnis, aut demonstratiua, ex vniuersalibus scilicet, aut inductione ex particularibus constat. Them. in 1. poster. cap. 33. char. 6. col. 4.
 Scientia in homine ideo est, quia primo in anima est, Themist. in 4. phy. tex. 25. char. 34. col. 4.
 Scientiæ certioris est per vnam viam, & rationem discendi plura, & vniuersalia, & vtilia theoremata inuenire. Simp. in 8. phy. tex. 62. char. 453. col. 1.
 h h 3 Scien-

Scientiæ factiæ finis est opus. Simpl. in 2. de cel. tex. 61. commen. 56. char. 97. col. 2.
Scire asserimus ea, quæ certiori quodam modo nouimus. Simp. in 1. de ani. tex. 1. ch. 1. col. 2.
Scientia est rationalis conuolutio cum causa eorum, quæ aliter se habere non possunt, sed semper sunt. Sim. in 3. de ani. ex sect. 1. r. 151. ch. 55. col. 1.
Scientia, & est necessarium, & necessaria sola sunt per se. Io. gram. in 1. post. cap. 6. ch. 14. col. 3.
Sciens ex natura rerum propositiones sumit. Io. gram. in 1. post. cap. 8. ch. 23. col. 4.
Scientia nulla de suis principijs rationem reddet. Io. gra. in 1. post. cap. 5. ch. 24. col. 2.
Scire idē, & simul opinari non est possibile: scientia enim circa necessaria versatur, opinio autem circa contingētia. Io. gra. in 1. post. cap. 26. ch. 55. col. 3.
Scientiæ nullius particularis est contra illos differere, qui sua propria principia insciuntur, & tollunt: ideo, nec demonstrare sua propria principia possunt; nā id munus est primæ philosophiæ. Io. gra. in 1. phy. te. 7. c. 6. col. 1.
Scientiæ particulares petunt, postulantque sua particularia principia. Io. gram. in 1. phy. ch. 6. col. 2.
Scientiæ diffinire res, & comprehendere eas ratione, & demonstrare innatum, inditumque est. Idem ibid.
Scientia a peccato immunis esse debet, ac circa ea, quæ semper eadem sunt, versari debet. Io. gram. in 1. de ani. tex. 4. char. 6. col. 2.
Scientia in se dicitur, quia in se est, id est in statu animam dicit, & is, qui rationis est, postquam inuenit per demonstrationem, quod quærebatur, quiescit. Io. gra. in 1. de ani. tex. 48. ch. 23. col. 4.
Scientia magis pertinet ad securitatem mentis, quam ad motum, & perturbationē aiorum. Psel. in 7. phy. c. 61.
Scientia circa id, quod necessario euenit, versatur. Eust. in 6. ethic. cap. 3. char. 283.
Scientiæ facilitatis causa licet, vt faciamus scientiam per modum translationis a magis noto ad magis occultū. Auer. in post. l. 1. cap. 17. te. 17. ch. 188.
Scientia practica considerat res, quarum operatum est cōsiliū, & electio ex parte, quæ homo sit felix per illas. Auer. epit. in log. ch. 354. col. 3.
Scientia nulla speculatiua speculatur de casu, cum nullū ens intētum naturaliter proueniat ab eo: & entia, quæ ab eo proueniunt, non habent causas determinatas. Auer. in 2. phy. cap. 33. ch. 53. col. 1.
Scientia eadem considerat entia mobilia, & corruptibilia: ideo hoc in loco non docet Arist. diuersitatem sciētiarum, sed diuersitatem entium, & in phy. 2. tex. 71. char. 35. colum. 2.
Scientia diuina non considerat de rebus abstractis tantum, sed etiam de rebus existentibus, vt existunt. Idem ibid. tex. 11. char. 35. col. 2.
Scientia non continet, nec demonstratiuæ scientiæ pars est id, quod est infinitum, & non habet naturam terminatam. Idem phy. 5. tex. 6. ch. 96. col. 4.
Scientia modorum corporum naturalium, & consequētium eorum non completur, nisi per scientiam causarum. Idem 1. de cel. te. 1. ch. 2. col. 2.
Scientia nulla probat sua principia. Auer. 12. metaph. te. 10. com. 5. chart. 138.
Sciens scientia vniuersali scit particularia, quæ sunt in actu, in potentia scita, sed eius scientia necesse est in potentia, cum vniuersale non sit, nisi potentia particularium rerum. Idem ibid. tex. 10. co. 51. ch. 158.
Scientiæ particularis non est verificare sua principia, nec remouere errores in ipsa cadentes, sed hoc pertinet ad metaphysicam per dicta vera, & ad topicam per dicta falsa. Auer. epit. in metaph. tra. 1. ch. 168. col. 4.
Scientia perfectiori aliquid cognoscere, & nescire scientiæ imperfectiori, non est defectus. Idem ibid. tract. 4. char. 183. colum. 4.

Scientia proueniens ex prophetia prouenit tanquam cōplens scientias intellectus, scilicet quod omne, in quo deficit intellectus, id tribuit Deus per prophetiam. Auer. ex dest. dest. disp. 3. c. 30. col. 2.
Scientia moralis inquit res, quarum principium est voluntas. Idem 1. ethic. cap. 6. c. 4. col. 1.
Scientia vniuersalis si apud aliquem est sine particula, huic non est possibile operari per ea. Idem 6. ethicor. cap. 7. char. 43. col. 1.
Scientiæ sermocinales omnes grammatica, rhetorica, poetica, & logica sermone vtuntur. Alb. Magn. de prædicament. char. 2. col. 3.
Scientia veri tantum est. Alber. Magn. de prædicament. char. 4. colum. 2.
Scientia, si ad scibile referatur, est in genere relationis; si per se, sub qualitate. Alber. Magn. in prædicament. char. 35. colum. 4.
Scientiæ origo est ex admirari, ideo ceperunt philosophi philosophari. Albert. Magn. in posterior. chart. 175. columna prim.
Scientia nulla particularis rationem reddit principiorum suorum. Alb. mag. in post. ch. 186. col. 3.
Scientia scibilium in nobis non inest, nisi per acceptionē. Alb. mag. in post. ch. 192. col. 1.
Scientia intelligentiæ tantum extenditur, quantum eius actio. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. 1. l. 2. tract. 2. cap. 43. ch. 219. col. 4.
Sciri nulla res potest, nisi per suum esse. Idem de caus. & proces. vniuers. a caus. pri. lib. 2. tractat. 1. capit. 7. char. 201. colum. 4.
Sciens omnis rem aliquam superiorem, & meliorem se, vel inferiorem, & peiorem non scit nisi secundum modum facultatis suæ substantiæ, & secundum suum esse, & non secundum modum, secundum quem res sunt in ipsis. Idem ibid. tr. 2. cap. 13. c. 211. col. 3.
Sciendi desiderium naturale est, & naturam speciei consequitur. Alber. magn. in 1. metaphysic. tract. 1. cap. 5. chart. 57. colum. 2.
Scire non perficitur per vnicam sensibilibus apprehensionem, sed retentione etiam sensibilibus acceptorum similibus, eo quod vniuersale est vnum de multis essentialiter similibus acceptio, & deinceps acceptio non fit nisi per memoriam; & vna acceptio de ijs omnibus non fit nisi per rationem, per quæ tria inest scientia in sciente. Albertus Magnus in prim. metaphysicor. tract. 1. cap. 6. chart. 57. colum. 3.
Scientia aliqua si secundum aliquid vltra nostrum posse exaltata est, & secundum aliquid comprehensibilis est a nobis, stultissimus omnino est, qui propter disperationem eius, quod supra nostrum posse est, comprehendere negligunt, quod de ipsa nescibile est. Ptolomæi sententia, Alber. Magn. in 2. metaph. cap. 1. chart. 74. colum. 3.
Scientiæ multæ vtuntur causis, in quibus nulla est causarum consideratio, vt in geometria, & arithmetica de causa formali. Alber. Mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 1. char. 83. col. 2.
Scientiæ omnes ab experimento ducunt initium contemplationis, ideo a nobis notis inchoantur præter mathematica. Alber. Magn. in 7. metaphysic. tract. 1. cap. 2. char. 121. colum. 2.
Scientia omnis particularis sibi parat substantiam instrumenti sui. Idem ethic. 1. cap. 3. ch. 3. col. 2.
Scientiæ vniuersaliusque proprium est partes subiecti tradere, vt & passionēs. Diu. Thom. Aqu. in periherm. chart. 1. columna 2.
Scientia significat certitudinem, cognitionis per demonstrationem acquisitam. Diuus Thomas in posterior. chart. 78. colum. 1.
Scientia omnis in intellectu est. Idem in 1. phys. loc. 1. tex. 1. char. 1. colum. 1.

Scientia

Scientia nulla probat suum subiectum. D. Tho. ibid.
Scientia omnis nō demonstrat per oēs causas. Idē ibi. c. 3.
Scientia nulla habet soluere rationes sophisticas, quæ manifestum defectum habent in forma, vel in materia. D. Thom. in prim. phys. l. 2. tex. 10. char. 2. col. 4.
Scientiis quibuslibet, quæ sunt communia, pertinet ad illas scientias, pertractare. D. Thom. in 4. phys. lect. 1. tex. 1. char. 45. col. 3.
Scientia est in anima secundum Aristot. opinionem per hoc, quod species intelligibiles abstractæ per intellectum agentem recipiuntur in intellectu possibili. D. Tho. in 7. phys. lec. 6. tex. 20. char. 113. col. 3.
Scientia debet esse naturaliter regularis, quæ maxime est intellectus. hanc autem regulam, quæ circa maxime intelligibilia versatur. D. Th. 1. metaph. ex proem. c. 1.
Scientiæ eiusdem est considerare causas proprias, & genus ipsum. Idem 1. metaph. ex proem. char. 2.
Scientia non considerat id, quod per accidens subiecto suo inest, sed id, quod est per se. D. Thom. 4. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 183.
Scientia licet, vt est cognitio quædam, ad contraria se habeat, vt vnum contrarium est ratio cognoscendi aliud: tamen in quantum est habitus quidam, se habet tantum ad cognoscendum vnum actum, qui est cognoscere veritatem, non autem se habet ad errorem contrarium. D. Thom. 5. ethic. lect. 2. char. 79. col. 1.
Scientia speculatiua non sunt circa contingentia. Idem ethic. 6. lect. 3. char. 102. col. 4.
Scientiæ practicæ ad opus tantum ordinantur; speculatiuæ vero ad cognitionem. D. Th. 1. polit. l. 1. c. 1. c. 2.
Scientia eadem accipit substantiam, vt substantia est, & accidens, sed differenter, quia substantiam considerat ratione definitiua; accidentia considerat ratione demonstratiua. Alex. de Ales 11. metaph. tex. 1. c. 305. c. 1.
Scientiæ ambitum excedere non debet, quod considerandum est in illa scientia. Alex. de Ales 11. metaph. tex. 1. char. 310. col. 1.
Scientia nulla versatur circa particularia, sed solum circa vniuersalia, quia particularia, vt particularia, fugiunt aspectum scientiæ, non enim cadunt sub scientia, nisi vt reducuntur ad vniuersale. Alex. de Ales 11. metaph. char. 335. colum. 4.
Scientia naturalis determinat materiam, & motum tam secundum esse, quam secundum diffinitionem, ideo est de ente mobili, siue de corpore mobili, quod idem est. Idem in 1. metaph. char. 1. col. 3.
Scientia principiorum non potest haberi sine scientia cōmuni, ideo oportet dare vnam scientiam, in qua determinatur de natura entis, & omnium communiū, quæ sequuntur ens, vt ens. Alex. de Ales in 1. meta. c. 1. c. 1.
Scientiales habitus sic se respondent semper, vt substantiæ. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 8. col. 2.
Scientia omnis aliquem habitum specialem aspicit. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 33. col. 2.
Scientia proprie habetur de specie, quæ sciri nequit, nisi sciatur vltima differentia, quæ specificat speciem. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 44. col. 3.
Scientia haberi non potest nisi ex hoc, quod posteriora resoluuntur ad priora, ita vt semper fiat resolutio ad aliquid primum, quod non est resolubile ad aliquid aliud. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 42. col. 2.
Scientia quælibet præsupponit suum subiectum sub esse confuso. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 1. ch. 49. col. 1.
Scientia illa, quæ considerat ens, vt ens, debet considerare substantiam, vt substantia. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 5. char. 57. col. 1.
Scientia vt esse possit de singularibus, oportet vt omnia singularia redigantur in vnum, & idem in ratione, sed non oportet, vt illud vnum sit separatim secundum rem. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 1. r. char. 68. c. 2.
Scientia nō est de singularibus, sed de vno reperto in sin-

gularibus. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 14. c. 68. c. 2.
Scientia cadit super vno certo terminato, & finito, non tamen cadit super vno certo, & terminato numero: quia in multis singularibus talem numerum non est reperire, sed super vno determinato, & certo in conceptu cadit scientia. Alex. de Ales in 3. metaphysicor. tex. 14. char. 68. colum. 2.
Scientia abstrahit ab esse existentie, & concernit esse essentia. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 25. c. 96. col. 1.
Scientia refertur ad scibile duplici ratione: primo quia scibile est eius instrumentum, & causatum eius, & scibile eius mensura. Alexand. de Ales in 3. metaphysicor. tex. 20. char. 14. colum. 2.
Scientiæ ratio postulat, vt supponatur subiectum. Alex. de ales in 6. metaph. tex. 1. c. 69. col. 1.
Scientia nulla est de subiecto particulari. Alexan. de ales in 6. metaph. tex. 3. c. 137. col. 3.
Scientia vera solum requirit, vt ratio rei scibilis, sit apud animam. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 52. ch. 136. c. 2.
Scientia vtitur principijs intrinsicis rerum, & vt primis, a quibus incipit, & in partibus, ex quibus constituuntur res ipsæ. Tho. de Vio in post. c. 170. col. 2.
Scientia non probare suum subiectum non prouenit defectu medijs, sed quod sumitur, vt notissimum. Thom. de Vio in poster. char. 188. col. 2.

Scientia vt conueniunt, & differunt inter se, & ab alijs.

Scientiæ, quæ communicant vel communicant in medio, vel extremitatibus. Aristot. posterior. cap. 25. tex. 406. l. 1. char. 350.
Scire & intelligere magis conuenit arti, quam experientia. Arist. 1. metaph. ex su. 1. cap. 1. char. 5.
Scientia per demonstrationem ab ea, quæ per diffinitionem fit, differt: quia per diffinitionem substantiam scimus, per demonstrationem alterum in altero. Alex. & Eust. in 2. poster. char. 15. col. 1.
Scientiæ, & artes materia non rationibus discrepant. Ammon. in Porph. char. 1. col. 4.
Scientia ab opinione vera differt, quia scientia necessaria contemplatur, opinio circa ea, quæ mutari possunt, & possibilis. Temist. in 2. poster. cap. 46. col. 4.
Scire potētia possumus, actu ignorare & econtra. Io. gra. in prim. post. c. 25. col. 1.
Scientia & scire differunt a demonstratione: scientia est ipsa dispositio innata nobis de rebus; demonstratio via, per quam harum fit notitia, & nomen scientiæ vniuersalius est demonstratione. Ioan. Gra. in 1. post. cap. 1. tex. 4. colum. 4.
Scire vnusquisque opinatur, demonstrare vulgus hominum non nouit. Io. Gra. in 1. post. cap. 25. col. 1.
Scientia inuicem diuersa est, quæ habet principia, nec eadem, nec altera ex alteris sunt. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 23. char. 50. col. 4.
Scientia ab opinione differt, quia scientia est credulitas immutabilis, & semper eodem modo se habens: opinio, quam contingit, & aliter se habere. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 25. char. 50. col. 1.
Scientia est plusquam ratio, quia non solum circa demonstrationem versatur, sed etiam circa immediatas propositiones. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 26. tex. 55. col. 4.
Scientia differt a facultate, vel potentia in eo, quod illa ex necessarijs, ac per se propositis primis, ac proximis causisque conclusionis constat: facultas vero, & potentia ex ijs, quæ vt plurimum eueniunt. Eustr. 1. mor. c. 10.
Scientiæ diuersæ sunt, quarum principia sunt diuersa. Auer. 1. poster. tex. 180. char. 172. col. 1.
Scientiæ naturales ad exterius scientias speculatiuas est, vt partes ad totum; quia duplex est genus speculatiuarum, vnum, quod plurimum ponitur ad vsum, vt mathematica;

thematicæ: alterum, quod inter perfectiones connumeratur, ob quas fit usus, quæ sunt naturalis, & diuina. Auer. phy. 1. proem. char. 3. col. 2.

Scientia & cognitio dignius est ut sint de capitulo ad aliquid, uel de qualitate. Auer. phy. 7. tex. 20. c. 3. c. 147.

Scientiæ diuerſæ ſunt ſecundum diuerſitatem nature ſubiecti. Auer. in 6. metaph. ſu. 2. tex. cō. 10. c. 68.

Scientia neglectus multarum artium ſuffulit. Boeth. in prædicament. char. 165.

Scientiæ inter ſe differunt ratione nobilitatis ſubiecti, & ſubtilitate demonſtrationis. Alb. mag. de præd. c. 9. c. 4.

Scientiæ præfertur alii certitudine demonſtrationis, & nobilitatis ſubiecti. Arist. de anim. tex. 1. & 8. Top. c. 4.

Allo. mag. in poſter. char. 171. col. 1.

Scientia demonſtratiua certior eſt ſcientia ſyllogiſmi, quia ſyllogiſmi ſcientia habet tantum neceſſitatem conſequentiæ ex ordine terminorum, & propoſitionum in figura, at demonſtratiua habet, & neceſſitatem conſequentiæ, & conſequentis. Alb. mag. in poſt. c. 171. c. 1.

Scientiæ demonſtratiuæ omnes communicant ſecundum communia principia, non autem ſecundum propria. Alb. mag. in poſter. char. 168. col. 2.

Scientia diuerſa eſt ab alia duobus modis: primo, quæ habet principia, quæ nec penitus ſunt ex eisdem, nec ex alteris: nam ſubalterna, & ſubalternata ſunt altere: ſecundo illæ ſunt aliæ ad inuicem, quorum ſubiecta, & principia ad vnum aliquid non reſpiciunt. Albert. mag. in poſter. char. 199. col. 4.

Scientia, & opinio circa idē ſunt. Idem in poſt. c. 202. c. 3.

Scire idem demonſtratione, & diſſinitione ſecundum idem impoſſibile eſt. Idem in poſter. char. 204. col. 4.

Scientia demonſtratiua eſt idem demonſtrationi tanquā eius effectus. Alb. mag. in poſter. char. 217. col. 3.

Scientiæ, & artis differentia non eſt ſecundum ſubiectū, ſed ſecundum finem. Idem in Top. c. 219. col. 3.

Scientia differt ab arte, quia ſcientia eſt collectio principiorum tendentium ad paſſionem de eodem ſubiecto probandi: ars autem ſit collectio principiorum, quæ ſunt regulæ operum ad eundem finem operantium tendentis. Alb. mag. in Elenc. char. 276. col. 1.

Scientia ois nō indiget experimēto, ſed ars experimento indiget. Alb. mag. in 1. metaph. traet. 1. cap. 8. c. 58. c. 2.

Scientia libera differt à ſcientia liberali. Libera eſt ea ſcientia, quæ in principijs, vel in demonſtratione nulli eſt obnoxia, & in fine ſui ipſius eſt cauſa, ita ut finis quærendi cauſa, & ſciendi gratia ſit in ipſamet ſcientia, non indigens aliqua aliarum, ut metaphyſica. Libera ſciencia vero eſt, quæ non quidem eſt libera, ſed libertatis habet quandam modum, qui modus poſſimè eſt ſumendus ex parte ſcibilis, & medijs, per quod ſcitur, & quia totum phyſicum negocium motui ſubiacet, & mutationi, propter quod non perfecte ſcitur, quod eſt de naturis, ſed error magnus eſt in phyſicis, & diuerſæ diuerſorum opiniones: ideo phyſica ſcientia non eſt libera, ſed obnoxia potius forma phyſicæ varietati, ideo non eſt libere principium ſciendi. Similiter in diuinis, quæ omnem intellectum præueniunt, forma non libere creat ſcientiam, & ideo nec phyſica, nec prima philoſophia dicuntur ſcientiæ liberales, ſed potius mathematicæ formas ſtantes habentes liberales dicuntur, & ſic liberalis dicitur, quæ non alterius utilitatis cauſa quæritur, & libere ſcire facit ſcientiam dubitationi nō obnoxiam, ut Arithmetica, Muſica, Geometria, & Astrologia. Et etiam illæ, quæ proportionantur intellectui de intentione rerum, quæ non ſubiacent varietati, quia libere ſcitur, quod in eis quæritur, & non eſt error in eis, nec varietas opinantium, & ſic ſunt Grammatica, Logica, Rhetorica, quæ tamen illum modum libertatis non habent, quæ ſecundum finem accipiunt, eo quod iſtæ propter alias inquæritur. Alb. mag. in 1. metaph. traet. 2. cap. 7. c. 60. col. 4.

Sciendi modi in vna, & eadem ſcientia diuerſi ſunt; itaque primum ſubiectum, quod prius non habet ex poſterioribus, quæ poteſtate ſunt in ipſo, ſcitur per diuifionem, quia per priora ſcite non poteſt, & partes ſubiecti, quæ priores ſe habent, ſciuntur per diſſinitionem, & paſſiones tam ſubiecti quam partium per demonſtrationem. Alb. mag. in 3. metaph. traet. 3. c. 83. c. 3.

Scientiæ cuiuſvis proprium eſt partes ſubiecti tradere, ut & paſſiones. D. Thom. in periherm. char. 1. col. 2.

Idem D. Thom. in 1. phyſic. lect. 1. tex. 1. char. 1. col. 1.

Scientiarum habitus, quibus intellectus perfeitur, diſtinguitur ſecundum differentiam ſeparationis à materia. D. Thom. de ſenſ. & ſenſ. lect. 1. char. 1. column. 1.

Scire, & intelligere differunt, quia ſcire pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autem ad eius apprehenſionem. D. Tho. in 3. de anim. lect. 7. tex. 1. c. 54. col. 4.

Scientiæ variantur ex vario modo definiendi. D. Tho. 6. metaph. tex. 1. l. 2. char. 404.

Scientia ſimpliciter, & ſcientia, quæ eſt ſapientia: differunt; quia ſcientia, quæ eſt ſapientia, verſatur circa totum ens, & ſcientia ſimpliciter verſatur circa partem entis. Alexand. de ales in prim. metaphyſicor. ex proem. char. 1. col. 1.

Scientiæ particulares diuerſæ ſunt ſecundum diuerſas partes entis. Alex. de ales in pri. metaph. c. 1. col. 3.

Scientia ſimpliciter, & ſcientia, quæ eſt ſapientia, differunt; quia ſcientia, quæ eſt ſapientia, verſatur circa ſubſtantias ſeparatas, ideo diuina vocatur, quæ verſatur circa res diuinas: at ſcientia ſimpliciter verſatur circa entia, quæ concernunt materiam, & quantum ad eſſe, & quantum ad diſſinitionem: at naturales, vel concernunt materiam quantum ad eſſe, & non quantum ad defini, ut mathematicæ. Alexand. de ales in 1. metaphy. char. 1. col. 4.

Scientia ſimpliciter, & ſcientia, quæ eſt ſapientia differunt; quia ſapientia circa principia, & dignitates verſatur, quæ ſcilicet ſuper terminos communes, ut ens & non ens, fundatur: ſcientia verò ſimpliciter conſiderat terminos abſtractos arctatos, & limitatos, & non communes. Idem ibid. c. 2. col. 1.

Scientia, & ſapientia differunt, & conueniunt: quia ambo generantur ex reſolutione ad cauſas, & differunt, quia ſcientia conſiderat cauſas in ſe: ſapientia ipſas conſiderat altiori gradu. Alexand. de ales in 1. metaphyſicor. char. 8. col. 4.

Scientiæ ſpeculatiuæ vno modo diuiduntur, ex oppoſito contra practicas, & mechanicas: alio modo contra alias omnes ſpeculatiuas, ut ſpeculatiuæ diuiduntur contra mechanicas. ſic omnes ſpeculatiuæ dicuntur eſſe cauſa ſuimet reſpectu illarum, quia quæritur propter ſcire, & ad fugam ignorantia; mechanicæ verò propter utilitatem. Si verò hæc ſcientia diuiditur contra alias ſpeculatiuas, ſic hæc ſola eſt ſuimet cauſa, quia omnes ordinantur ad metaphyſicam. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 9. col. 4.

Scientiæ differunt pœnes obiecta formalia, & vbi eſt vna formalitas, ibi eſt vna ſcientia. Alex. de ales in 1. metaph. tex. 2. char. 49. col. 4.

Scientiarum diſtinctio magis attenditur pœnes diſtinctionem rationum, quam rerū. Alex. de ales in 6. metaph. tex. 2. c. 171. col. 1.

Scientiarum diuerſitatem non quæcunque diuerſitas parit, ſed ea diuerſitas, quæ eſt ſcibilis. Thom. de Vio in poſterior. c. 170. col. 1.

Scientia quæ præſtantior eſt, & eius utilitas.

Scire arbitramur unumquodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens, cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res eſt, quando illius cauſa eſt, & non contingit aliter ſe habere.

bere quod patet, quia & ſcientes & neſcientes exiſtunt ſic ſcire: ſed ſcientes, & ſciunt & putant: neſcientes vero tantum putant. Arist. poſt. 1. c. 2. te. 5. c. 296.

Scientia certior, & prior eſt alia, quæ facit cognoſcere quia & propter quid, ea quæ ſeorſum vel quia vel propter quid cognoſcere facit, Aristotel. poſterior. lib. 1. cap. 23. tex. 42. char. 386.

Scientia certior, & prior, quæ non eſt de ſubiecto, ea, quæ eſt de ſubiecto. Arist. poſt. 1. c. 21. tex. 42. c. 346.

Scientia certior, & prior eſt, quæ ex paucioribus ea, quæ eſt ex appoſitione. Arist. poſt. 1. c. 21. tex. 42. ch. 386.

Scimus maxime vnumquodque, cum per ipſum ſcimus, quàm ſecundū aliud. Arist. poſt. 1. c. 20. te. 39. c. 339.

Scientiæ nullum genus certius eſt, quàm intellectus. Arist. poſt. lib. 2. cap. 18. tex. 27. char. 387.

Scientiæ eiſdem eſt cognoſcere formam, & materiam uſque ad aliquid. Arist. phyſ. 2. ſu. 2. cap. 2. tex. 22. c. 35.

Scientiæ eiſdem eſt, ut tam de intellectu, quàm de re intelligibili doceat. Coniunctorum enim eadem eſt contemplatio. Arist. de partib. animal. 1. cap. 1. char. 406.

Scientia illa magis docet, quæ magis cauſas ſpeculatur. Arist. in 1. metaph. ex ſu. 1. cap. 2. char. 7.

Scientia illa eſt maxime gratia ſui, & propter ſcire, quæ eſt reſpectu maxime ſcibilis. Arist. in 1. metaphyſic. ex 1. ſum. cap. 2. char. 7.

Scientia illa eſt principalis maxime, quæ cognoſcit vltimum finem, quo ſingula ſunt agenda, & hoc eſt bonum vniuſcuſque, & vniuerſaliter optimum in natura omni. Arist. 1. metaph. ex 1. ſu. cap. 2. char. 8.

Scientia omnis, quæ ſolum eſt propter fugam ignorantia, eſt ſpeculatiua, & eius non eſt uſus alicuius cauſa, ſed tantum propter ſcire. Arist. in 1. metaph. ex 1. ſu. c. 2. c. 8.

Scientia illa libera eſt, quæ ſui ipſius cauſa tantum. Arist. in 1. metaph. ex 1. ſu. cap. 2. char. 8.

Scientia illa maxime honorabilis eſt, quæ eſt maxime diuina, & huiuſmodi eſt metaphyſica. Arist. in 1. metaph. ex 1. ſu. cap. 2. char. 9.

Scientia omnis, & omnis diſciplina præſupponit aliqua præcognita, ex quibus eſt ſcientia. Arist. in 1. metaph. ex ſum. 3. cap. 4. tex. 46. char. 32.

Scientia certiffima debet conſiderare ſcibile maxime certum, ut hæc eſt ſcientia, quæ conſiderat ens, ut ens: ergo hæc, quæ eſt metaphyſica, debet dicere de principio maxime certo. Arist. in 4. metaphyſic. ex ſum. 1. cap. 1. tex. 8. char. 65.

Scientiarum honorabiliſſimarum oportet circa honorabiliſſimum eſſe genus. Arist. 6. metaphyſic. ex ſum. 1. cap. 1. tex. 10. char. 110.

Scientia dicitur deterior, & melior ſecundum proprium ſcibile. Arist. 11. metaph. ex ſu. 3. cap. 1. char. 229.

Scientia nihil eſt præſtantius niſi Deus. Arist. moral. eudem. 7. cap. 18. char. 472.

Scientia vnaquæque propria principia, ex quibus propoſitiones, & ratiocinationes ſunt, præbet, ac eligit. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 31. char. 59. col. 2.

Scientia omnis quædam communes propoſitiones habet, quæ ἀξιωματα, id eſt auctoramenta appellant. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 31. char. 59. col. 2.

Scientias ſi quis amiſerit, iterum recuperare poteſt, ſenſum non. Alex. Aphrod. in Top. cap. 14. char. 19. col. 2.

Scientiæ cuius eſt de cunctis entibus conſiderare, ad eundem pertinet, quot ſunt entis ſpecies, intelligere. Alex. Aphr. in 3. metaphy. vel apud Lat. 4. cap. 5. c. 84. col. 2.

Scientiæ ſunt principia mouendi in alio, nam ſcientia in parte anime rationis compote exiſtens mutat, ac mouet animam ad aliquid conſiderandum, & inquirendum. Alex. Aphr. in 5. metaph. vel 6. com. 4. c. 232. c. 1.

Scientia eſt perfectiua anime rationalis deducens eam in proprium ipſius actū. Alex. & Euſt. in 2. poſt. c. 5. c. 1.

Scientiam per demonſtrationem accidetis cognoſcimus, per diſſinitionem non cognoſcimus accidentia. Alex.

& Euſt. in 2. poſt. c. 16. col. 1.

Scientia nos in certiffimum rerum ſtatum, ac exitū prouehit. Ammo. in Porph. c. 3. col. 1.

Scientis eſt eorum, quæ ſunt natura uicina, & diſcrimen, & communionē afferre. Simp. in phy. te. 97. c. 258. c. 1.

Scientiæ maxime proprium eſt ex diſſinitione eſſentiam ipſam declarare, & contemplari ea, quæ ſubſtantijs per ſe contigerit, quia contemplatio ſit ex cauſa, & accidentium ſubſtantia eſt cauſa. Simplic. in 1. de anim. tex. 1. char. 3. colum. 2.

Scientia quæque ſua complectitur propria principia, & quædam fundamenta firma, vltra quæ non eſt progredi, ut grammaticæ elementa, geometriæ puncta. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 1. c. 5. col. 4.

Scientis eſt non ſolum ſpecies rerum ſubiectarum conſiderare, ſed etiam materiam, & idoneitatem ad receptionē taliū formarū eligere. Idem ibi. c. 28. c. 48. c. 4.

Scienti conuenit non ſolum quæcunque ad doctrinæ ſcientiam pertineant, tradere, ſed & quæ ſcientia proſequatur deceptionem exponere. Idem in 1. poſterior. cap. 1. char. 31. colum. 2.

Scientiæ ſolius eſt uniuerſalia complecti. Idem in prim. phyſicor. char. 3. colum. 3.

Scientiæ eſt opus, & munus naturam rerum, quæ ſubiiciuntur, conſiderare, & diſcernere, quæ ſibi conueniunt, & quæ non conſonant. Idem ibid. tex. 7. c. 6. col. 1.

Scientiarum ſpeculatiuarū cognitionem ſequuntur præſtantiffimi affectus, & mores: oportet enim profefſores huius ſcientiæ, ut reddantur probi in omni genere virtutum moralium nobilium, quæ ſunt iuſtitia, temperantia, fortitudo, magnitudo, animi, liberalitas, veritas, fides, & humilitas, & religio. Auer. in 1. phyſic. ex proem. char. 2. colum. 2.

Scientia de motu non perficitur, niſi cum fuerit declaratum, quomodo eſt curſus de hoc in omnibus partibus mundi, ſcilicet in diſpoſitione motus, quo ſcito, perficitur cognitio de motu. Auer. in 8. phy. t. 2. c. 162. c. 1.

Scire aliquid cum ſua cauſa erit certius ſcientia, quæ eſt in ſenſu tantum. Auer. in 8. phyſ. tex. 6. 1. char. 185. col. 1.

Scientia naturalis conſiderat de duabus primis cauſis; motore, & materia: metaphyſica vero de duabus vltimis, forma, & fine. & quia hæc ſunt alij meliores, ideo hæc ſcientia melior eſt illa. Auer. in 3. metaph. tex. co. 3. c. 20.

Scientia ſpecierum, & generum nō cauſat mutationem, ut ſcientia indiuiduorum, ſed eſt permanens. Auer. ex deſt. diſput. 13. c. 50. col. 2.

Scientiæ omnes communem quandam modum habent, per quod ſunt ſcientiæ, ut per inueſtigationem rationis ex cognito deuenitur in cognitionem incogniti. Alb. mag. in præd. char. 1. col. 1.

Scientiam tantum ſpeculatiuam habere poſſumus eorum, quæ a natura ſunt; quæ autem à voluntate noſtra, practica. Alb. mag. de præd. c. 1. col. 3.

Scientia ſecundum actum accepta finem non habet: at potentia ſcita eſt in complexione ſcientis, quia ſubtilium humorum, & ſpiruum magis ſunt apti ad ſciendum. Alb. mag. in lex princ. char. 67. col. 4.

Scientia demonſtratiua utilis eſt, ut linea recta in architectura. Alb. mag. in poſter. char. 171. col. 2.

Scientia demonſtratiua utilis eſt, quia non omnes ſcientiæ demonſtratiuæ inuentæ ſunt, & ſi eſſent inuentæ, ad tria utilis eſſet: primo in uſu particularium ſcientiarum, qui non eſt rectus, niſi menſureretur ad regulam; ſecundo, in demonſtratione particularium ſcientiarum, quæ bene inuentæ, & bene traditæ ſunt, & quod eis innitur, ut veris, quod fieri nequit, niſi referatur ad regulam: tertio, propter cauillationem, cuius calumnia reſelli nequit, niſi inferatur ad regulam. Idem ibidem.

Scientia demonſtratiua perficit hominem, & ad felicitatem contemplatiuam diſponit ſecundum nobilitatem

rem eius partem. Idem ibid.
Scientia demonstratiua resolutoria est, quia docet resol-
 uere conclusiones in principia, quæ sunt causæ essen-
 tiales, & propriæ, siue cõuertibiles immediate. Idẽ ibi.
Scientiæ demonstratiuæ causa efficiens est duplex: fa-
 ciens, & instrumentalis; faciens est intelligentia, vel
 decimi, vel primi orbis, quæ super alias irradiat ad ho-
 rum, quæ dicenda sunt, declarationem: instrumenta-
 lis est Arist. ad hoc illustratus ab intelligentia. Albert.
 mag. in poster. char. 171. col. 3.
Scientiæ signum, & maxime sapientis est, posse docere.
 Alb. mag. in poster. char. 173. col. 2.
Scientiæ omnis effectus est, aut demonstrationis, aut ali-
 cuius saltem persuasionis probabilis à ratione perfe-
 cta, aut imperfecta probata. Alb. mag. de som. & vig.
 lib. 3. tract. 1. cap. 2. char. 35. col. 3.
Scientiæ, quæ ex paucioribus sunt, certiores sunt, quàm
 ea, quæ sunt ex additamentis, vt arithmetica. Albert.
 mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 3. char. 60. col. 1.
Scientia practica, quæ non ignorat cuius causa agenda
 sunt singula, non in vno, sed in omnibus agendis, illa
 maxime principalis est, & magis principalis serui-
 quæ ei subseruit ad illud. Alb. mag. in 1. metaphysic.
 tract. 2. cap. 5. char. 60. col. 2.
Scientiis speculatiuis potest sciri de essentijs substantia-
 rum separatarum, an sit, quod non sint, & aliquid se-
 cundum similitudinem in rebus inferioribus inuen-
 tam. D. Thom. in poster. char. 74. col. 2.
Scientiam addicere debemus, vt ad diuinorum cog-
 nitionem veniamus, alioqui fallimur. D. Tho. in 4. me-
 teor. ex digres. de color. l. 1. char. 214.
Scientiam vnusquisque desiderat, vt materia formam.
 Idem in 1. metaph. t. 1. char. 3.
Scientia tanto est certior, quanto ad sui subiecti conside-
 rationem pauciora actu consideranda requiruntur.
 D. Thom. in 1. metaph. lect. 2. char. 17.
Scientia illa tantum propter seipsam quæritur, quæ non
 competit homini, vt possessio. Idem ibid. lect. 3. ch. 21.
Scientiæ, quæ sunt ex additione materiæ, non sunt ita
 certæ, vt quæ sunt sine additione materiæ. Alexan. de
 Ales in 1. metaph. char. 8. col. 2.
Scientiæ quanto sunt de vniuersali sine, tanto sunt prin-
 cipaliores. Alex. de Ales in 1. metaph. ch. 8. col. 4.
Scientia practica facit scire, quia aliquo modo resoluit
 cõclusiones ad causas. Alex. de Ales in 2. met. c. 36. c. 3.
Scibile quanto nobilius est, tãto fuum scibile, & sua sci-
 tia desiderabilior est. Idem in 1. metaph. char. 9. col. 1.
Scientia abstrahit ab esse actuali existentijs in particu-
 lari, & non ab existentijs in communi, nec a suppositio-
 ne existentiarum. Tho. de Vio in poster. ch. 92. col. 2.
Scientiæ subiectum duobus modis consideratur. Primo
 in acquisitione, & sic oportet, vt sit in rerum natura,
 vt generet sui scientiam in nobis. Secundo in vsu, & sic
 oportet subiectum habere rationem entis, quia non
 entis passionem non quærentur. Thom. de Vio in po-
 ster. char. 93. col. 2.
Scire quidquid est alicuius, & nescire an est, impossibile
 est. Thom. de Vio in poster. char. 203. col. 1.

Scientia, vt se habet ad id, quod sciri potest.

Scientia ad scibilia se habet, vt sensus ad sensibilia.
 Alex. aphrod. in 1. top. cap. 8. c. 12. col. 2.
Scire quid est ignorantes an sit fieri nequit. Alexand. &
 Eustr. 2. post. c. 52. col. 2.
Scire rem non possumus, nisi nomen cognouimus, no-
 men scire possumus, rem nescire. Themist. in 1. poster.
 cap. 2. char. 1. col. 2.
Scire partem, & partem ignorare possumus, & quæ disci-
 mus. Them. in 1. post. cap. 3. c. 1. col. 3.
Scire possumus vniuersale, & decipi circa particulare, &

econtra. Io. Gra. in 2. prior. cap. 21. c. 80. col. 3.
Scire potentia possumus, actu ignorare, & econtra. Ioan.
 gram. in 1. post. cap. 2. c. 5. col. 1.
Scientia dignitatum non fit per demonstrationem, sed
 per se credita est. Io. Gra. in 1. post. cap. 2. char. 5. col. 3.
Scire non possumus hoc aliquid, vt sit, si nescimus quid
 significat. Io. Gra. in 1. post. cap. 2. char. 6. col. 2.
Scientiæ differentes non vtuntur iisdem propositioni-
 bus. Io. gram. in 1. poster. cap. 7. char. 17. col. 4.
Scientiæ omnes communicant secundum dignitates cõ-
 munitissimas, sed secundum data, aut quæ sita nulla cõ-
 municat alteri, nisi sint subalternæ. Ioan. gram. in 1.
 poster. cap. 8. char. 23. col. 3.
Sciens non est interrogandus de quacunque interroga-
 tione, nec secundum omne interrogatum responden-
 dum est de vnoquoque, sed ad problema illius scienti-
 æ proprium. Ioan. gram. in 1. post. cap. 9. c. 24. col. 3.
Scientiæ raro negatiuas conclusiones concludunt. Ioan.
 gram. in 1. poster. cap. 11. char. 30. col. 4.
Scientiæ modi ex cognito deuenire in cognitionem in-
 cognitæ, tantum per logicum fit, ita vt ideo logica sit
 scientia. Alb. mag. de prædic. char. 1. col. 1.
Scientia in vniuersali non opponitur ignorantia in par-
 ticulari. Alb. mag. in prior. char. 164. col. 3.
Sciens in propria natura, & in agere non potest ignorare
 in vniuersali: at contra, qui scit in vniuersali, potest in
 alijs ignorare. Alb. mag. in prior. char. 165. col. 1.
Sciri nulla res potest, nisi per suum esse. Alb. mag. de caus.
 & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tr. 1. cap. 8. c. 201. col. 4.
Scientiæ modum prius cognoscere oportet, quàm pro-
 cedere in scientia ad ea consideranda, de quibus est
 scientia. D. Tho. in 4. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 185.

Scientia, vt vna, & vt subalterna.

Scientiæ superiores concludunt per causam, & sãpe
 nesciunt quia. Arist. post. l. 1. cap. 10. tex. 30. char. 320.
Scientia vna est, quæ est vnus generis, quæcunque ex pri-
 mis componuntur, & partes sunt, aut passionem harum
 per se. Arist. post. l. 1. cap. 22. tex. 41. c. 346.
Scientia altera est ab altera, quaruncunq; principia, nec
 ex eisdem, nec ex alteris sunt. Idem ibid.
Scientia vna erit, si indemonstrabilia eadem erunt: si non
 eadẽ, imo diuersa, nõ erit vna. Idẽ ibi. c. 23. t. 43. c. 346.
Scientia quid est, & propter quid, vna, & eadem est: am-
 bo enim quærentur causam consequentem existentiam
 rei. Arist. post. l. 2. cap. 8. tex. 8. c. 365.
Scientia vna considerat, quæ cadunt intra vnum genus,
 & vnũ sensum. Arist. in 4. metaph. su. 1. c. 2. tex. 2. c. 60.
Scientiæ vnus est speculari nõ solum ea, quæ secundum
 vnum dicuntur: verum etiam ea, quæ ad vnam naturam
 dicuntur. Arist. in 4. metaph. su. 2. cap. 2. tex. 2. ch. 60.
Scientiæ vnus consideratio, an sit de substantia, hoc in
 loco clare patet, solutioque substantiæ principia, &
 causas metaphysicas considerat. Arist. in 4. metaphysic.
 sum. 1. cap. 2. tex. 2. char. 60.
Scientiæ vnus est opposita speculari, & vni opponitur
 pluralitas. Arist. in 4. metaph. su. 1. cap. 2. tex. 4. ch. 61.
Scientiæ eiusdem est habere sermonem de substantia, &
 de his communibus, idest de his, quæ consequuntur
 vnum est ens, & sic soluitur dubium, quod quærebatur
 ens. Arist. in 4. metaph. sum. 1. cap. 2. tex. 4. char. 61.
Scientiæ illius est cognoscere accidentia entis, & vnus,
 cuius est cognoscere, quod est ens, & vnum. Aristot. in
 4. metaph. sum. 1. cap. 2. tex. 5. char. 63.
Scientiæ vnus est speculari de ente, vt ens est, & de vno,
 quia & si multipliciter dicitur vnum ad principium
 tantum omnia dicuntur, vt & contraria. Aristot. in 4.
 metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 6. char. 64.
Scientia vna potest esse de oibus entibus, quia entia oium
 reducuntur ad vnum ens, & cõtraria omnia ad vnam
 contra-

contrarietate. Arist. 11. metaph. ex su. 2. c. 1. c. 221.
Scientiæ plures eiusdem secundum idem esse non pos-
 sunt, vt secundum idem agere dicamur. Alex. Aphr.
 de sen. & sen. ex sect. 5. co. 78. char. 27. col. 4.
Scientia definitiua vbi est vna, ibi est quoque demon-
 stratiua vna. Alexand. Aphrod. in 2. metaph. vel apud
 Lat. 3. co. 27. ch. 63. col. 1.
Scientiæ subalternæ proloquia communia habere pos-
 sunt. Them. in poster. cap. 16. char. 4. col. 2.
Scientiæ inferiores, vt sit, demonstrant superiores quam-
 obrem sit. Them. in 1. post. cap. 11. ch. 4. col. 2.
Scientiæ omnes sub prima philosophia ita sunt, vt per-
 spectiua sub geometria. Them. in 1. post. c. 20. c. 5. c. 1.
Scientia vna dicitur, quæ affectiones per se vnus generis
 contemplatur. Them. in 1. post. cap. 43. ch. 7. col. 4.
Scientia vnus sensus perditio sensu amittitur, non ut sen-
 sus scientia esse possit, sed ut ex sensu vniuersalis pro-
 ficiscitur. Them. in 1. post. cap. 46. ch. 8. col. 1.
Scientiarum subalternarum superiorum est ostendere
 propter quid, inferioris quia. Ioan. Gram. in 1. poster.
 cap. 8. char. 20. col. 1.
Scientia vna est, quæ circa unum genus uersatur, & quæ
 per se huic insunt, cõsiderat. Idem ibid. c. 23. c. 50. c. 3.
Scientia, quæ alterius scientiæ principia demonstrat,
 exactior illa est. Idem in 1. de ani. t. 1. ch. 5. col. 2.
Scientiæ superiori quod accidit, accidit & inferiori, &
 non contra. Auer. in 3. de coel. su. 1. t. 6. c. 82. col. 4.
Scientia una est rerum non tantum earum, quæ unum
 subiectum genere habent, aut specie vniocæ, sed qua-
 rum esse attribuitur uni fini, aut uni agenti, aut uni
 subiecto. Auer. metaph. 4. tex. co. 2. ch. 31.
Scientia contrariorum possibile est, ut sit scientiæ vnus,
 ut receptibile contrariorum est potentia una. Auer. 5.
 Ethic. cap. 1. ch. 32. col. 2.
Scientia una, ut alteri subalternetur, tria requiruntur.
 Primo quod subiectum subalternatæ concipiat in se
 subiectum subalternantis cum additione differentia
 contrahentis ipsum ad naturam, & materiam determi-
 natam. Secundo, quod id, quod addit subalternata,
 oportet quod contrahat ipsum ad rem alterius natu-
 ræ, & generis. Tertio, quod id, quod addit supra subie-
 ctum superioris, non procedat a substantia, & natura
 subiecti superioris. Alb. mag. in post. c. 188. col. 2.
Scientiæ subalternæ, aliæ sunt vere vniocæ cum subal-
 ternatis, in quibus inferior recipit nomẽ, & rationem
 superioris, aliæ non. Idem ibid. col. 3.
Scientia vna, quæ est vnus generis, dicitur ab vnitatis
 subiecti, quæ ex primis immediatis principiis compo-
 nitur, quæ principia ad vnum subiectum referuntur,
 & partes essentielles habet, ad quæ illa principia refe-
 runtur. Idem ibid. char. 199. col. 4.
Scientia vt sit vna, quatuor requiruntur; vnitatis subiecti
 in genere: secundo, quod principia sint ad vnitatem,
 & proprietatem subiecti: tertio, quod habeat partes
 vnitatis in subiecto, ita quod sint subiectæ ei, vel inte-
 grales, vel essentielles ipsi: quarto, quod passionem, quæ
 probantur de ipso subiecto, vel partibus eius, sint per
 se ex partibus eius inhærentes. Idem ibid.
Scientia vna in communi est de simplicibus corporibus,
 quæ mouentur motu locali, vt sunt mobilia motu lo-
 cali. Alb. mag. in 1. de coel. ex tract. 1. cap. 1. ch. 1. col. 1.
Scientia in omnibus entibus secundum actum primi agen-
 tis una est: secundum actum proxime agentis scientiæ
 diuersæ sunt secundum scibiliũ diuersitatem. Alb. mag.
 de cau. & proces. vniuers. a cau. l. 2. cap. 12. c. 222. col. 4.
Scientia, ut alii subalternetur, non tantum requiritur,
 quod subiectum sit sub subiecto; sed quod medium,
 quod est causa propter quod subalternatæ scientiæ,
 medio concludatur, uel contineatur. Idem in 1. meta-
 physicor. tract. 1. cap. 2. c. 56. col. 4.
Scientia una melior est alia, & honorabilior, & mirabi-

lior. Alb. mag. moral. 1. trac. 1. cap. 1. c. 1. col. 1.
Scientia superior in scientiis subalternis est magis scientia,
 quàm inferior. D. Tho. in post. c. 50. col. 2.
Scientia una est sub alia duobus modis. Primo, cum
 subiectum vnus scientiæ est species subiecti alterius
 scientiæ. Alio modo, cum subiectum inferioris scienti-
 æ non est species subiecti superioris scientiæ, sed iu-
 rioris subiectum comparatũ ad subiectũ superioris,
 ut materiale ad formale. Idem ibid. c. 56. col. 2.
Scientiæ diuersæ idem consideratur secundum diuersas
 considerationes, nec hoc inconueniens est. Idem in 2.
 phys. l. 3. t. 18. c. 18. col. 3.
Scientiæ eiusdem est manifestare si est, & quid est. D. Th.
 6. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 402.
Scientiæ inferioris accidentia, quæ sunt per se, & per ac-
 cidens, se habent ad superius. D. Thom. 4. metaphysic.
 lect. 1. tex. 14. char. 84.
Scientia eadem est respectu subiecti, & respectu per se
 accidentis, quia eadem quærit subiectum, & passionem.
 Alex. de Ales in 3. metaph. t. 6. ch. 57. col. 3.
Scientia vna non solum est eorum, quæ vniocantur in
 vno, sed etiam eorum, quæ attributionẽ habent ad vnã
 materiam. Alex. de Ales in 4. metaph. t. 2. ch. 76. col. 3.
Scientia vna considerat principia cõmunia oibus demõ-
 strationibus. Idem in 11. metaph. t. 1. char. 304. col. 4.
Scientia vnus esse, non plurium, intelligendum est de
 vno formaliter, non materialiter: quia potest esse cir-
 ca plura materialiter, quæ participat formaliter illius
 vnus. Idem ibid. tex. 1. char. 305. col. 1.
Scientia vna comprehendit ea, quæ sunt infra vnum or-
 dinem. Idem in 4. metaph. t. 2. ch. 76. col. 4.
Scientias duas esse de iisdem formaliter impossibile est.
 Thom. de Vio in poster. ch. 171. col. 2.
Scientiæ & in subiecto, & in passione communicare de-
 bent, si unica conclusio inferarum scientiarum esse
 debet. Tho. de Vio in post. c. 172. col. 2.
Scientiæ vnus subiecti, & vnus passionis materialiter
 possunt esse rationibus diuersis diuersa. Tho. de Vio
 in posterior. char. 172. col. 2.
Scientiæ eiusdem est considerare subiectum, & per se il-
 lius subiecti passionem; quia scientia est habitus syllo-
 gismi demonstratiui, & syllogismus demonstratiuus
 cõcludit passionem de subiecto per causam proximam,
 & immediatam. Petr. de Auer. de long. & breui. uit.
 lect. 1. char. 57. col. 2.

Scientia, vt mathematica.

Scientiæ mathematicæ sunt, in quibus maxime inest
 scientia. Alb. mag. in post. ch. 188. col. 4.
Scientiæ media dicuntur, quæ accipiunt principia abstra-
 cta a puris mathematicis scientijs, & applicant ad ma-
 teriam sensibilem. D. Tho. in 2. phys. l. 3. t. 20. c. 19. c. 1.
Scientiæ mathematicæ sunt puræ speculatiuæ. Alex. de
 Ales in 1. metaph. char. 6. col. 4.

Scientia, vt acquiritur, & ut amittitur.

Scire possumus in vniuersali, & simpliciter nescire.
 Arist. post. l. 1. cap. 1. t. 3. c. 295.
Scientia non solum habetur per principia, quæ est de-
 monstratio, sed etiam medio intellectus, quo terminos
 cognoscimus. Arist. post. l. 1. cap. 3. tex. 6. c. 300.
Scientiam vniuersalem ex experientia particulari accipi-
 mus. Arist. phys. 7. su. 3. cap. 2. tex. 20. ch. 186.
Scientiarum habitum, cur per aliquas scientias habemus,
 per aliquas non? quia per illas tantum habitum ad ipi-
 sci putamus, per quas vim inueniendi acquirimus: in-
 uentio enim ex habitu est. Aristotel. problem. sect.
 30. num. 2. char. 623.
Scientia omnis talis est, vt docere scibile omne, ut disci
 possit.

possit. Aristot. 6. Ethicor. nicom. cap. 3. char. 141.
Scientiam rei non habet, qui vnam ex causis ignorat. Sir. in 2. metaph. vel secundum lat. 3. nu. 6. char. 1.
Scientia duobus modis acquiritur: aut discendo, aut inueniendo. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. ca. 15. c. 40. col. j.
Scientia mutatur duabus de causis: ex defectu sciti, & ex defectu scientis. Ex defectu sciti, si scitum non est scibile, & hoc duabus de causis, aut quod de ipso non est demonstratio, aut quia non ex se, sed ex alio cognoscitur. Ex parte scientis dupliciter imperfecta est. primo, quia scitum perfecte attingere nequit, quod intellectus tenebris procedit. Secundo, quia scientia non totum perficit scientem, quia multa cognoscens non cognoscit seipsum. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. à caus. prim. lib. 2. tract. 2. cap. 44. char. 219. col. 3.
Scire aliquid secundum perfectum, & verum sciendi modum impossibile est, nisi prius per diffinitia diuidendo perueniat ad ea, quæ secundum formata indiuidua sunt. Alb. mag. in 2. metaph. cap. 9. char. 76. col. 2.
Scientiam impediunt diuersimode accidentia corporea. Alber. mag. ethic. 7. tract. 1. cap. 4. char. 83. col. 4.
Scientiam acquirere possumus, non solum addiscendo à magistro, sed etiam inueniendo. D. Thom. in 2. de ani. lect. 11. tex. 58. char. 32. col. 2.
Scientiam qui habet, non oportet inquirere sua obiecta extra se, cum ea in se habet. Idem ibid. l. 12. t. 60. col. 4.
Sciens obiecta cum vult considerare potest, nisi per accidens impediatur, quia ipsa in se habet, sed sentire non potest aliquis, cum vult, quia sensibilia non sunt in se. Idem ibidem.
Scientiæ iam acquisitæ vsus per læsionem organi impeditur. D. Thom. in 3. de ani. l. 13. tex. 39. char. 62. col. 2.
Scientiam aliquo modo habet, quod mouetur ad scientiam, quia habet aptitudinem ad illam. Alexan. de Ales in 1. metaph. char. 2. colum. 3.
Scientia tunc perfecte possidetur, & habetur, cum sciens illam scientiam perfecte consequitur naturam scibilis, quod sentit in illa scientia. Idem ibid. c. 10. col. 1.
Scientiæ adeptio dum fit, est in ea acquisitione, vt ipsum factum est intellectus speculatiuus, quasi compositus ex intellectu possibili, & ratione scibilis. Secundo, intellectus agens ad modum facientis, qui est omnia facere. Tertio, sunt principia quasi instrumentum, per que deuenitur in intellectum speculatiuum, vt accidit in artificialibus, in quibus est res facta, vt arca, & faciens, vt artifex, & instrumentum medium inter faciens, & factum. Alex. de Ales in 2. metaph. chart. 34. colum. 4.
Scilla est monstrum marinum, vt aiunt poete, in mari Italia. Albertus mag. de animal. lib. 4. char. 199. colum. 2.
Scinthis animalia sunt aquatica in Nilo natantia crocodilis similia, sed multo minora, contractiora. Horum caribus insecta pocula vim veneris extinguunt, caudam villosam habent, qua foramen, quod ad ventum respicit, in cauerna obturant. Albertus mag. de animalibus lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 1.
Scintillatio est ex eo, quod visus noster non potest perfecte apprehendere rem visam, quæ in stellis fixis accidit, propter earum distantiam; in Solem propter excellentiam claritatis. D. Tho. 2. de coel. 1. t. 49. c. 41. col. 4.
Sciscibilia sunt illa, quæ diuiduntur secundum longitudinem: in sciscibilia, quæ secundum latitudinem diuiduntur. Auer. meteor. 4. char. 212.
Scissio est effectus siccitatis. Albert. magnus in 3. meteor. tract. 2. cap. 18. chart. 104. col. 1.
Scissiculus terpens est, vt ille, qui ad duas partes salit. Alb. mag. de anima. lib. 25. char. 202. col. 4.
Scitu notiones generales sunt, quas animus doctrinis imbutus varia, ac diligenti notatione collegit, in repositoriumque condidit, vnde quæ velit, pro arbitrio tanquam è sinu suo proferat. Themistius in secun. de ani. cap. 20. tex. 60. char. 74. col. 3.

Scitorum non est numerus in scientiis æterna, vt est scientia humana, quia numeratio scientiarum fit duobus modis: vno in imaginatione, & hæc assimilatur numerationi locali: alia est numeratio in seipsis in intellectu nostro, quæ scilicet euenit ipsi enti. Auer. ex destr. destr. disput. 3. char. 338. col. 4.
Scolopendria est herba, quæ lingua ceruina dicitur, & est frigida, & humida. Albertus magnus de veget. & plan. lib. 6. tract. 2. cap. 17. char. 170. col. 2.
Scolopendria est piscis maris similis animali terrestri centupedi. hamo deuorato euomit omnia quæ deuorauit, & ea hamo sequestrato reorbet. Albert. mag. de ani. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 1.
Scopus tertij libri de anima, est de anima rationali. Ioan. gramm. in 3. de ani. tex. 128. char. 72. col. 4.
Scorpio bis, & araneus parit, vere, & autumnno. Aristot. de histor. anim. lib. 5. cap. 9. char. 756.
Scorpiones terrestres vermiculos ouorum specie pariunt plures, & incumbant, mox vt prolem pepererunt, pelluntur ab ea ipsa, vt & araneis accidit, & interimuntur a suis liberis magno numero: sepius enim vndenos pariunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 26. char. 186.
Scorpiones, & aranei a suis liberis interficiuntur. Aristot. de histor. anima. 5. cap. 46. char. 186.
Scorpiones in Pharo non lædunt, & in Syria interimunt, si hominem, vel beluam percusserint. Aristot. de histor. anim. 8. cap. 29. char. 311.
Scorpionum terrestrium ingens copia ab ijs, qui ex Sais ad Mediam proficiuntur secunda itineris die reperitur. quo circa cum Persarum rex illuc exercitum traiceret, triduo toto agmine commoratus, venationem scorpionum imperauit, & his, qui plurimos scorpiones ceperint, præmium dedisse fertur. Arist. de admir. aud. numer. 26. char. 844.
Scorpionis multa sunt genera: aliud longæ caudæ, & duos aculeos habet: aliud paruorum, quod intra Rhenum habitat. Alb. mag. de ani. lib. 4. tra. 1. cap. 7. char. 49. col. 3.
Scorpio maris est animal scorpioni simile, quod manum tollentis percutit. Albertus magnus de animal. lib. 24. cap. 1. char. 199. colum. 1.
Scorpio vermis est niger multorum pedum, & habet ante loco manuum duo bifurcata magna, & cornua gracilia, vt cancer: & inter omnia rugosa, & inter lecta caudam habet longam, & in fine caudæ aliquis eorum habet aculeos duos, quibus arcuato ferit vulnere. Fœmina maior est masculo: & punctus a scorpione vulneris locus infrigidatur, reliquum corpus calefit, & efficitur sudor frigidus. est etiam scorpio alatus, qui vento de regione in regionem fertur, & quidam habent sex spondiles in cauda, & horum malitia in ortu vulturis stellæ interficit. quidam habent pauciores spondiles. Alber. mag. de anim. lib. 26. char. 205. col. 2.
Scorpiones tradunt antiqui nouem colorum esse: albi, citrini, rubei, cineritij, ferruginei, virides, aurigines caudas habentes, & extremitates caudarum vinosi coloris. in percussione sentitur punctura acus, & dolor nocuius. sunt etiam fumosi, de quorum punctura accidit risus, & permittio rationis. Albertus magnus de anim. lib. 26. char. 206. colum. 3.
Scorpionum punctura hæc facit. locus apostematur statim apostemate duro, & rubeo, & dolor protenus aliquando inflammatur, aliquando infrigidatur, & imaginatur percussus se contundi pilis, quibus sal contunditur, & accidit dolor, subito sequitur sudor, & tremor labij, & frigus, & vomitus viscosus, qui congelatur statim, & horripilatio, & ruptura pilorum, & tremor, & frigus extremitatum, quæ sunt prope vulnus: mollificatio corporis, inguinum imminutio, extensio virgæ, inflatio in ventre, apostemata ascellarum, si sit punctura super arteriam, accidit sincopis, si super neruum, spasmus, si super venas putrefactio. Et qui sunt in Italia,

fia, parui sunt, & non inferunt magnum malum, nisi in loco arteriarum vulnerentur. Ouat animal hoc, & facit pullos, & positus in ampulla in oleo viuunt multum, & putrefactus in oleo, oleum est remedium contra istum scorpionum. Albert. mag. de anima. lib. 26. chart. 205. colum. 3.
Scriptores, qui ex arte scribunt, nihil postea colligunt, quod non prius seruaerint. Daniel Barbar. 1. rhetor. cap. 7. char. 11.
Scrobe iuxta mare fossa cur dulcis aqua cõperitur? quoniam mare transmissum, liquatumque per terram totam suam crassitudinem amittit, & in humorem dulcem extenuatur. Alex. aphr. prob. 2. nu. 128. char. 773.
Scropharum apria castrantur ne coitum præterea appetant, sed breui obestantur, & castrantur cum biduo ieiunarint. Arist. de histor. anim. 9. cap. 5. char. 778.
Scuatina est piscis maris, quem Germani catulam maris appellant: quinque dentes habet in longum, caudam monopodalem, in limo absconditur, & improvisos interficit pisces. Cutem ita asperam habet, vt ea, cum fuerit sicca, ligna, & ebora poliant. pilus eius niger est, & breuis similis aristis herbæ fullonum, & adeo durus, vt ferro vix, ac calibe incidi possit. Alber. mag. de anima. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 1.
Scurra, & importuni sunt, qui ridiculis excedunt adeo, vt studeant potius mouere risum, quam honeste loqui, & dolore eum non afficere, quem cauillantur. Aristot. 4. ethic. nicom. cap. 7. char. 104.
Scurra est, qui cuncta, & omnino incessendum esse existimat. Arist. mag. mor. 1. cap. 28. char. 304.
Scythiæ terræ avis est, quæ oua duo edit, & inuoluit in leporina, vel vitulina pelle, & ita obuoluta pelle in summo arboris collocat, & cum a venatione vacat, custodit. Arist. de histor. ani. 9. cap. 32. char. 344.
Sebo quæ pinguescunt, magis quàm quæ adipe in renibus opimandis luxuriantur, ac omnij præcipue oues, quippe quæ renibus vndiq; sepo obductis interimunt, quod fit vbertate pabuli, vt in Sicilia agro Leontino fieri constat. quocirca sero diei agunt oues ad pascua, vt minus pabuli capiant. Aristoteles de histor. animal. lib. 3. cap. 17. char. 93.
Sebum, & adeps inter se differunt sanguinis ratione: est enim vtrunq; sanguis concoctus per bonitatem enutriendi, consistitque in eo, quod non in pulpam animalis absuntur, sed concoctione alimenti, quod bonitate præditum est. Arist. de partib. ani. 2. cap. 5. char. 425.
Sebum multum est terrenum. Idem ibidem char. 436.
Sebum habent, quæ vtrunque non sunt dentata, vt dentata vtrunque loco seui adipem habent. Arist. de partib. animal. 2. cap. 3. chart. 436.
Sebum, & adeps non sentiunt, quia ex sanguine sunt, qui non sentit. Arist. de part. ani. 2. cap. 5. char. 436.
Secabilia sunt consistentia durorum, aut mollium, quæ possunt, neque ex necessitate præcedere diuisionem, neque diuisa commutari. Quæ autem, aut humida, aut talia, non secabilia. Alia sunt, & secabilia, & scissibilia, velut lignum, sed vt plurimum scissibile quidem secundum longitudinem, secabile secundum longitudinem. Arist. meteor. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 47. char. 581.
Secundas, ac membranas, quæ circum voluunt foetum, Arist. duas, recentiores vero tres opinantur. Io. gramm. de gener. anim. lib. 2. cap. 4. char. 39. col. 4.
Secundum quod multipliciter dicitur. Vno modo species, & substantia cuiuslibet rei. Alio, in quo primum aptum natum est fieri. quod primo dicitur per formam, quod secundo per materiam, & subiectum omnino ipsum. Secundum quod toties dicitur, quoties causa est, & secundum positionem dicitur. Aristotel. 5. metaph. cap. 18. tex. 23. char. 109.
Secundum se multipliciter dicitur. Vno modo, vt definitio de definito. Alio modo, vt partes definitionis di-

cuntur, quæ existunt in eo, quod euid est. Amplius secundum quod aliquod prædicatum ostensum est esse in aliquo subiecto primo, aut in aliquo ipsius subiecti, & cuius non est alia causa, & quæ soli, vt soli insunt; quia separatum est secundum se. Arist. 5. metaphysic. cap. 18. tex. 23. char. 129.
Secundum se, & secundum accidens non aspiciunt naturam rei, sed modum significandi. Alexander de Ales in 5. metaphysic. text. 16. char. 124. col. 1.
Secure magnam si quis super lignum ponit, & super illam magnum adiciat pondus, cur non diuidit lignum? cum autem securem extollit & percutit, scindit illud, & si multo minus habet ponderis, qui percutit? quia omnia cum motu fiunt, & graue grauitatis magis assumit motum, dum mouetur, quam dum quiescit. Incumbens igitur conatur graui motione non mouetur: motum vero, & secundum hanc mouetur, & secundum eam, quæ est percutientis. Præterea securis ipsa efficitur cuneus paruus, aut existens cuneus magna diuidit, cum ex duobus sit vectibus contrario modo inuicem constitutis. Arist. 5. mecan. q. 19. char. 792.
Sedens est, cuius spondiles recte renibus porrigitur, sed crura non porrigitur ad inferiora ad sustentationem. Alber. mag. in 6. prin. char. 75. col. 2.
Sedile alios implet, alios extenuat, quia alij excrementis redundant, & ob eam rem motum, qui ea consumat, desiderant, alij non. Arist. probl. lect. 6. nu. 1. char. 409.
Seditio in rebus publicis oritur propter inæqualitatem. Arist. politic. 5. cap. 1. char. 645.
Seditiones in Republica maxime mouentur, quia alij pares esse volunt ijs, qui plus possunt, & nisi hoc fit, non acquiescunt: alij se præstare dignos putantes indigne ferunt, nisi plus habeant. Arist. polit. 5. cap. 1. ch. 645.
Seditiones fiunt in republica, vel ob lucrum, vel ob honorem, vel vt dedecus, & damnum, vel ipsorum, vel amicorum fugientes. Arist. polit. 5. cap. 2. char. 746.
Seditionis initia septē sunt: vel propter lucrum, vel propter honorem, non vt acquirant, sed quia vident alios partim iniuste, partim iuste plus habere, propter contumeliam, propter metum, propter impotentiam, propter contemptum, propter incrementum excessuum, & præterea propter verecundiam, propter negligentiam, propter pusillanimitatem, propter imparitatem. Aristoteles ibidem.
Seditio fit propter impotentiam cum maior fit, & potentior, vel vnus, vel plures, quàm secundum reipublicæ dignitatem, & potentiam reipublicæ, & ex talibus fit vnus gubernatio violenta. Idem polit. 5. ca. 3. ch. 647.
Seditio fit propter metum, cum qui pœnas formidant ob maleficia commissa, contra rempublicam insurgunt. Arist. politic. 5. cap. 3. char. 647.
Seditio fit propter contemptum, vt in paucorum potentia cum plures sunt illi, qui à republica excluduntur; potentiores enim se putant, in populari statu opulentes cõtemnentes inordinationem, & incuriam eorum, qui gubernant. Arist. ibidem.
Seditiones fiunt propter incrementum, cum pars aliqua ciuitatis plures crescit, quàm alia. Aristotel. politic. 5. cap. 4. char. 648.
Seditio fit per fortunam, cū ex bello magna pars ciuium extenuata sit, & debet alta surrogari. Idem ibidem.
Seditiones excitantur ex peregrinis: ideo quicumque inquilinos, vel aduenas suscepere, in seditiones incurrent. Arist. ibidem char. 649.
Seditiones fiunt in ciuitate propter situm, quia talis est locus, vt non ad vnam, & eandem gubernationem sit aptus. Arist. polit. 5. cap. 4. chart. 649.
Segregatio, & congregatio facit res magis corruptibiles. Arist. 1. de gener. & cor. cap. 2. tex. 10. char. 387.
Segregatio heterogenei necessaria est in congregatione homogenei, sed in segregatione non est necessaria

congregatio. Auerro. 3. de cel. tex. 74. ch. 107. colum. 3. Selibriant egestate pecuniarum laborantes, cum apud ipsos lex esset, ne frumentum ab ipsis ad eos, qui fame premerentur, aporterent, frumentoque vetere abundarent, decreuerunt, ut a priuatis frumentum ciuitati cōstituto pretio præberetur, ita ut apud singulos annuus relinqueretur victus, & reliquum ex portare permiserunt. Arist. econom. 2. ch. 811.

Semini in vniuersali, quæ accidunt.

Semina omnia è duobus corticibus sunt. Aristot. 1. de plant. cap. 2. char. 36. Semen sua natura tale esse requirit, ut ex eo primo oriatur ea, quæ secundum naturam constituuntur. Arist. de gener. ani. 1. cap. 18. ch. 120. Semen, & fructus differunt ratione prioris, & posterioris. Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. c. 121. Seminis secessio in ancipiti est, quoniam aliquid alimenti inutilis assumit. Arist. ibid. ch. 125. Semen est efficiens, & materia eius, cuius est semen. Alb. mag. de sen. & sens. tract. 2. cap. 6. c. 12. col. 3. Semen omne, ex quo est generatio, siue sit in matrice animalis, siue non sit, habet in se virtutem formatiuam, quæ virtus absque dubio est in semine, non ex elementis, sed ut artificis forma est super materiam, ut fiat artificiatum. Alber. Magn. in 1. de ani. tract. 2. cap. 23. char. 10. colum. 4. Semen tam in plantis est, quam in animalibus; in animalis autem solum inuenitur, quia illa sola de se sunt generatiua; alia autem generant species suas in materia aliena. Alber. Magn. de nutr. & nutr. tract. 2. cap. 2. char. 66. col. 2. Semina non ad magnam terræ distantiam feminata statim germinant. Idem de natur. locor. tract. 2. cap. 1. chart. 99. colum. 2. Semen ex duobus corporibus constituuntur: quorū vnū est terrestre, & cortex seminis; & alterum est forma ipsius seminis ex subtili terreo calido aereo confecto. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 127. col. 3. Semen dupliciter emittit ex virtute formatiua prima, & ex multiplicatione radicum. Alb. mag. de veg. l. 3. tract. 1. cap. 2. char. 137. col. 3. Semina omnia acuta emittunt ex parte acuta, & ex basi capillares radices emittit. Idem ibidem. capit. 7. chart. 138. colum. 3. Semina vetustiora esse non debent quam annua. Alber. mag. de veg. & plant. l. 8. tr. 1. cap. 9. c. 175. col. 2. Semina singula in siliquis quæcunque habent, florent per octo dies, & per quadraginta deposito flore grandescunt vsque ad maturitatem perfectam. At, quæ plura semina habent in siliqua, per 40. dies florent, & simul grandescunt. Alber. mag. de veget. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 1. char. 178. col. 3. Semen omne duplici adiutorio indiget, nutrimenti scilicet conuenientis extra, & aere, qui circumstat, siue alio circumstante, ut venter, vel terra in plantis. Alb. mag. de ani. l. 16. tract. 1. cap. 16. c. 141. col. 3. Seminis multitudinem contingit esse in vasis seminarijs, quæ grauat naturam, quæ contingit euacuari per coitum, & melius disponi ad sanitatem. D. Thom. 7. polit. l. 2. char. 122. col. 1. Semina omnium animatorum humida sunt. D. Tho. in 1. de ani. l. 3. tex. 32. char. 7. col. 1.

Semen quid est, & ut sit, quo in loco, & ut animatum est.

Semen præparatur vsu ciborum humidorum, & acriū. Arist. de hist. ani. 7. cap. 2. ch. 253. Semen genitale exeunte spiritu antecedit, & ipso exitu constat agi cum spiritu, nihil enim procul sine violen-

tia spiritus proijci potest. Arist. ibid. 7. c. 261. Semē è toto corpore prouenire quatuor probatur rationibus. Primo ob vehementem voluptatem. Secundo quia ex mancis manca procreantur. Tertio ob similitudinem parentum. Quarto, ut quemadmodum totus aliquid est, ex quo primum generatur, sic & partis cuiusque fit semen aliquod proprium: & aduentitias ciuitates parentum filios habere fidem huic opinioni facit. Arist. de gen. ani. 1. cap. 17. c. 113. Semen ex toto corpore prouenire similitudo parentum nullum affert inditium: nam, & voce, & vnguibus, & pilis, & motu similes procreantur, ex quibus nihil prouenit, nonnulla etiam nondum habent cum generent, ut canos, aut barbam, & plerunque maioribus suis similes sunt, ex quibus nihil sic esset. Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. chart. 114. Semen ex toto corpore prouenire non arguit voluptas rei veneræ, quia voluptas non ob id accidit, sed quia prurigo vehemens accidit, qua propter si quis frequenter ea re vititur, minus afficitur voluptate. Et veneris voluptas potissimum est in fine coitus; sed si ex toto excernitur corpore, non simul, sed singulis partibus, alijs prius, alijs post, exultaret. Aristot. de gener. anim. 1. cap. 18. chart. 119. Semen ex toto corpore prouenire non arguit manca ex mancis procreari, quia est, quod non mancis manca procreat. Aristoteles de generatio, animalium prim. capit. 18. chart. 119. Semen est, quod ex ambobus coeuntibus originem trahit, velut id, quod ex mare, & foemina primo miscetur. Idem ibidem. Semen morboſi, & senes, aut non habent, aut non prolificum, propter inutilis, & morboſi excrementi permissionem. Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. c. 122. Semen est aliqua pars utilis excrementi: vtilissimum autem, quod vltimum, & ex quo iam vnumquodque gignitur membrum. Aristot. de generat. anim. 1. cap. 18. chart. 122. Semen non est, quod ex toto secedit, sed quod ad totum suapte natura facit, & non colliquamentum, sed excrementum vltimi. Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. c. 123. Semine carent ægri propter imbecillitatem: senes, quia non satis potest eorum natura concoquere; pueri propter incrementum: absunt enim totum alimentum in corporis desiderium, priusquam aliquid excrementi remaneat. Aristotel. de generat. animal. 1. cap. 18. chart. 124. Seminis colliquatio accidit, cum resoluitur in quod accesserit, quomodo cum protinus decidit, quod testorij operis modo illitum fuerit. Arist. de gener. ani. 1. cap. 19. chart. 127. Semen est excrementum alimenti sanguinei, quod vltimum in membra digeritur. Arist. de gen. anim. 1. cap. 19. ch. 126. Idem Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. c. 13. col. 1. Idem Io. gram. 2. de ani. tex. 47. c. 48. col. 1. & tex. 34. c. 44. col. 4. Et de gen. l. 1. cap. 18. c. 13. col. 1. Semen non ex toto corpore secerit, nec ita conferre ad generationem femina, & mas maximum inditium est, si qua subuentanea auis fert, si postea coit nondū mutato ouo ex luteo in album, foecunda ex subuentitijs redduntur. Arist. de gen. ani. 1. cap. 20. c. 135. Semen habeat animam nec ne, eadem ratio reddenda ac de partibus est: nec enim anima vlla esse potest in alio, nisi in eo, cuius est: nec pars vlla esse potest, quæ non sit anime particeps, nisi æquiuoce, ut mortui oculus: semē ergo, & habere animam, & esse potentia palam est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 1. ch. 148. Semen procedit de animali crassum, & albū, mox refrigeratum, humidum ad aquæ speciem redditur, & aquæ colorem accipit. Arist. de gen. ani. 2. cap. 2. c. 149. Semen commune est spiritus, & aquæ. Arist. ibid. c. 150. Semen

Semen non congelatur, quia aer incongelabilis est. Idem ibidem. char. 151. Seminis decisio fit, ut ceterorum excrementorum, non alia causa cogente, nec quod a testibus, ut quidam opinantur, trahatur. Arist. de gen. ani. 1. cap. 4. c. 155. Seminis calor constituit non tantum quantum, sed etiam quale quid, coaguli vero calor quantum solum constituit. Arist. de gen. ani. 4. cap. 5. char. 224. Semen vel loci, vel temporis ratione creati plurimum potest, ut in aere, & in vere, quia eius natura calida, & humida est. Arist. probl. sec. 4. nu. 32. ch. 393. Seminis profusio cur alijs animantibus nunquā per somnum accedere solet, alijs raro? Vtrum quod nullum, homine excepto, resupinum cubare consuevit? nullum autem nisi resupinum semen profunderet potest. An quod cetera non pariter, ut homines, somniant? seminis autem per quietem illa profusio non nisi cum imaginatione fieri potest. Arist. probl. sec. 10. num. 18. char. 431. Seminis minorem quantitatem habet animal omne pingue propter frigiditatem adipis sui. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 4. ch. 34. col. 3.

Semen, ut est, quo fit animal.

Semen genitale omnia emittunt, quæ sanguinē habent. Arist. de hist. ani. 3. cap. 22. ch. 104. Semen plurimum proportione corporis homo emittit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 22. ch. 104. Semen lentum est pilos habentium: ceterorum nullam habet lentitiam. album omnium est. Arist. de hist. ani. 3. cap. 12. char. 104. Semen, quod foecundum est, delabitur in aqua, atque subflet: at quod infecundum est, diffunditur, atque exoleſcit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 22. ch. 105. Semen actu animatum est, ut qui vigilat geometra, acta geometra est. Ioan. gramm. de gener. anim. l. 2. cap. 1. char. 33. colum. 1. Semē genitale & roboris, & imbecillitatis causa prouenire solet. Io. gram. de gener. anim. l. 1. cap. 5. ch. 5. col. 2. Semina sunt illa, quæ dant formas reū generatarū a seminibus per formas, quas dederunt semina generantia. Arist. 7. metaph. tex. 31. ch. 85. Semen est superfluum humidum. Alb. magn. de mor. & vit. tract. 2. cap. 8. ch. 62. col. 1. Semen est, ex quo est generatio. Alb. magn. in 1. de anim. tract. 2. cap. 13. ch. 10. col. 4. Semen in nulla parte corporis efficitur vere semen, id est potēs producere simile in specie ei, cuius est semē, nisi maturatum in membro ad generationē ordinato, id est in testiculis & in membro, quod est testiculorū loco. Alb. mag. in 1. de ani. tract. 2. cap. 11. ch. 10. col. 4. Semen non est pars corporis animati, quia pars corporis animati non est potentia corpus, nisi prius corrumpatur, & semen est potentia totum corpus. Alb. magn. in 2. de ani. tract. 2. cap. 7. ch. 18. col. 3. Semen non est pars corporis, quia quod acta est pars corporis, non decidit ab animato sine dolore, sed semen decidit cum delectatione; & quia pars non deciditur a toto corpore, semen autem a toto corpore deciditur. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 7. ch. 18. col. 3. Semen sumptum esse oportet de nutrimento, quod sufficienter passum est ab anima, & quod non est passum sufficienter, non est assimilatum: ideo ab vltimo digesto nutrimento oportet esse seminis decisionem antequam corpori vniatur. Alb. magn. de nutr. & nutr. tract. 2. cap. 2. ch. 66. col. 2. Semen est superfluitas quartæ digestionis a toto corpore decisa, & maxime a capite: cuius signum est, quod maxime operationes cerebri debilitantur ex multo coitu. Alb. mag. de nutr. & nutr. tract. 2. cap. 2. c. 66. col. 2.

Semen per ipsam corporis spongiositatem distillatur & a testiculis attrahitur, ut attrahit v̄tosa, & sicut attrahitur nutrimentum ad membra. Alb. mag. de nutr. & nutr. tract. 2. cap. 2. ch. 66. col. 2. Seminis digestio fit per penpasm, quia fit a naturali, & proprio calore. Alb. mag. de nutr. & nutr. tract. 2. cap. 2. char. 66. colum. 3. Seminis omnis virtus siue sit animalis, siue coelestis, siue elementalis, aut mixtionis elementorum, est virtus operans in corpore, nec educere potest formam, nisi quæ est actus corporis. Alb. magn. de nat. & orig. ani. tract. 1. cap. 5. ch. 69. col. 3. Seminis substantia duo cōtinet; quorum vnum est virtus formatiua, quam habet è coelo cum calore, & spiritu, qui instrumentaliter formatiua deseruiunt; calor digerendo, & segregando, & subtiliando: spiritus vehendo virtutem. Alterum est substantia formalis, quæ in misto sibi humido suscipit formationem, & figuratiōnem in planta, & plantæ organo. Alb. magn. de veg. & plant. l. 7. tract. 1. cap. 9. ch. 175. col. 1. Semina infœcunda sunt tenuia; foecunda, quæ grandinis speciem referunt, & hæc marem magis generant, tenuia foeminam. Arist. de hist. ani. 7. cap. 1. ch. 251. Semen spiritu in vterum attrahitur, ut oribus, & naribus attrahitur. Arist. de hist. ani. 10. cap. 4. c. 389. Semen bifariam accipitur, ex quo, & cuius: a quo enim decessit, eius est semen, ut equi, & eius, quod scilicet ex illo futurum est, ut muli. Aristot. de partib. anim. 1. cap. 1. chart. 407. Semen, & fructus sunt in potentia corpus viuens. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 10. ch. 616. Semen genitale spiritu retento emitti necesse est. Arist. de gen. ani. 1. cap. 6. ch. 103. Semen sanguinea aperte emittunt; insecta autem, & mollia an emittant, nec ne, incertum est. Arist. de gen. ani. 1. cap. 17. char. 113. Semen non emitti a foemina inditio est, quod cum per coitum foeminis voluptas contractione loci eius dē, atque maribus euemat, tamen humor ille non hac emittitur. Item non foeminis omnibus id excernitur, sed sanguineis tantum, ijsque non omnibus, sed quibus vterus non ad septum transversum est, nec partus ex ouo. Ad hæc ijs, quæ non sanguinem, sed proportionale sanguinis habent, non emittitur ille humor. Arist. de ani. 1. cap. 20. ch. 131. Semen non in vtero emittitur, sed extra, quod aut ibi manet, aut intro ab vtero trahitur, si calidus est, & modice temperatus. Cuius rei inditium est, quod locus, qui modo inadebat, mox sentiat relinquitur. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. char. 159. Seminis foecunditas in aqua probatur; quod enim tenue, & frigidū est, cito diffusum per summa innatat; quod foecundum est, in immo descendit. Calidum enim est, quod concoctum est; concoctum autem est, quod spissum, & crassum est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 5. c. 179. Seminale animal, calidum, & humidū esse oportet. Arist. de gen. ani. 3. cap. 1. char. 187. Seminale excrementum cum bene concoctum est in mēstruis, motus maris agit pro sua forma. si superat facit marem, non foeminam, & similem ei, qui generat, non matri. si non superat pro ea, qua non superarit facultate defectum facit. Facultatem autem hoc modo intelligi volo, quod generans non solum mas est, sed etiam talis mas, ut Socrates: nec solum Socrates, sed homo. & sic alia propius, alia remotius sunt in eo, quod generat, ut qua genitale est, non per accidens, ut si grammaticus, aut vicinus est qui generat. Valet autem semper in generando magis, quod propriū est, & peculiare. Corificus enim, & homo, & animal est: sed propius distat a proprio homo, quam animal. Generat autem, & particulare, & genus; sed magis particulare, quam genus.

Semen Arist. de gener. anim. 4. cap. 3. char. 232.
Semen ebriosorum magna ex parte infœcundū est, quia habitus corporis eorum præhumidus est, & semen nõ humidum, sed quod consistat, ac crassum, generandi vim obtinet. Arist. prob. sect. 3. nu. 4. ch. 366.
Semen non emittunt mulieres, sed a vulua feceritur quædam humor, vt ab oculis lacrimæ: & non omnibus mulieribus hoc accidit, sed tantum albis, & humidioribus. Io. gram. de gen. ani. l. 1. cap. 20. ch. 22. col. 2.
Semen vuluam ingressum, ac menstruo admistum morâ dierum septem peragit, quia ad efficiens in ipso causa fe mota menstruo commiscetur: sic dehinc a septima, aut excernitur, aut in spiritu resoluitur. Io. gram. de gen. ani. l. 1. cap. 20. ch. 24. col. 3.
Semen vbi primum condensatum est, quod simul stat, inanimatum est: deinde organizatum plantæ simile est, adhuc tamen extra partem sensus: paulo post autē cū processerit, & sensum assumpserit, plantarum simile efficitur, in vteroque coniugitur, & hoc quousq; partu emittitur in lucem, quo tempore in animalia perfecta euadunt, & (si de homine dicatur) rationis vitâ participem suscipiunt, cum prius extra rationem vitâ ducant. Io. gram. in 1. de ani. tex. 3. c. 36. col. 2.
Semen essentiam coitus tempore accipit. Io. gra. de gen. ani. l. 1. cap. 18. ch. 16. col. 4.
Semen dupliciter dicitur: patris vt ex quo; filij, vt cuius: ipsius enim causa est, & huius causa productum. Mich. ephes. 1. de part. ani. cap. 1. ch. 22.
Semen maris est formans, & coagulans conceptus in omnibus coeuntibus. Albert. magn. de anim. l. 4. tract. 1. cap. 1. char. 52. col. 2.
Seminum recipiens locus est differens valde: quoniam quædam generantium sibi simile, & ouantiū recipiunt femina marium suorum intra vuluas suas, & ibi firmatur, & fouetur materia conceptus, & etiâ aliquando formatur. Aliqua non accipiunt intra, sed tantum in loco exitus feminis conficiant, vt multi pisces; & quædam complicantur ad inuicem, & omnia illa habent locum recipiendi feminis extra corpora sua in loco exitus ouorū, aut humiditatis alterius. Alb. magn. de ani. l. 5. tract. 1. cap. 1. ch. 52. col. 2.
Seminum virtutes primo manifestantur ex calore ignis, & mixti: postea caloris cœlestis, & postea primo in operibus animæ, & membrorum opera incipiunt, quæ sunt virtutum, quæ sunt principia vitæ, & cum cum manifestant vitæ opera, complementum animæ erit per intellectum. Alber. mag. de ani. l. 16. tract. 1. cap. 11. char. 139. col. 2.
Semen maris differt a semine foemine, quia in semine maris est prima virtus mouens in generatione animalium, & potest digerere cibum vltimum, quod est materia concepti, & facit ipsum transire ad matricem foemine. In foemina vero est materia, ex qua efficitur embrio, propter quod cum semen viri vincit perfecte, & obedit ei materia, quæ est in mare, fit conceptus similis patri, si contra, fit similis matri, quia foemina naturaliter est contrariæ complexionis mari. Alb. Mag. de ani. l. 18. tract. 1. cap. 3. c. 153. col. 1.
Semen in se virtutem habet, quæ a quibusdam virtus formatiua appellatur, ab aliis distinctiua, a quibusdam intellectus, ab aliis imago mundi, & a quibusdam anime formatiua dicitur, quia informat calidum, & spiritum, quæ sunt in semine, & per ea, vt per instrumentum, informat cor. Distinctiua dicitur, quia ipsa est prima, quæ in membris distinctionem facit, tum etiam, quia cum virtus naturalis non operetur nisi vnum, ipsa multa operatur. Intellectus appellatur, quia opera ipsius sunt, vt opera intellectus practici, qui distinguit, & operatur aliquid, eo quod commiscetur materiæ. Imago mundi dicitur, quæ in quatuor consistit. Primum est, quod omnes virtutes membrorum, & materiæ

ad vnam primam diuinam virtutem referuntur, quæ principaliter est formans, & informans omnes alias; & hæc congruit omni animæ. Secundum in motu consistit, quia omnis motus alterationis semper terminatur ad speciem, quæ est secundum congruitatem virtutis primæ. Tertium est, quod omnes virtutes animæ ad lumen intelligentiæ referuntur, vt omnia lumina ad lumen Solis. Quartum est, quod motus animæ sunt imitationes circularis motus. Anima dicitur tandem virtus, quæ est in semine, non quod animal corpus animatum sit semen, sed quia operatur actu animæ membra vitæ, & vitam. Alber. magn. de anim. lib. 20. tract. 2. cap. 3. char. 167. col. 4.
Seminis virtus appellatur a philosopho quid diuinū, quia est opus intelligentiæ, & Dei. Alex. de ales in 7. meta. tex. 31. char. 217. col. 2.

Seminis color quid est.

Semen genitale exit album, & crassum, sed foris tenue totum redditur, & nigrum. Non concrefcit gelu, sed extenuatur, & aquæ colorem, & substantiam trahit; calore aut coit, & crassescit. Arist. de hist. ani. 3. c. 22. c. 104.
Semen omne album est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 2. c. 150.
Semen sanguini potentia simile est, sed a motu, qui tempore coitus fit, liquefcit, ac commutatur, ac album efficitur. Ioan. Gra. de gen. anim. l. 1. cap. 18. c. 17. col. 4.

Semen vt vita nocet.

Semen in emissionem Renes imbecilles fiunt, cum indiget corpus eis, quæ abierunt. Aristotel. de histor. anima. 10. capit. 7. chart. 394.
Semine retento multi morbi accidunt, & alij euadunt, alij obeunt mortem. Aristoteles de generat. anim. 1. capit. 18. chart. 128.
Semen cum euicitur vel per coitum, vel per infirmitatem amplius quam sustineri potest, desiccando abbreviat vitam. Albert. magn. de mort. & vit. tractat. 2. cap. 8. char. 62. columna 1.

Semen metaphoricè dictum.

Seminarium scientiarum ab aliquibus appellatur aptitudo illa, quæ est in anima hominis ad formam, quæ est ars. Alexand. de ales in 9. metaphysicor. text. 14. char. 276. columna 3.
Semiuocalis est vox, quæ non potest sonum reddere, qui exaudiri possit sine vlla adiectione. Aristotel. de poetica. cap. 20. char. 285.
Semper sunt ea, quæ per se sunt; & quæ non semper sunt, non sunt etiam per se. Alexand. & Eustr. in 2. posterior. char. 10. colum. 2.
Semper id est, quod supra tempus est; & quod supra tempus est, supra generationem est: namq; omnis generatio est in tempore. Eustr. 6. ethic. cap. 3. c. 285.
Semper in tempore totum est, & aliquando est pars. Boet. de diffin. topic. l. 2. c. 867.
Sempiternum nihil est, præter naturam: quod enim præter naturam est, posterius est eo, quod secundum naturam est. Arist. 2. de cœlo su. 2. cap. 2. tex. 17. char. 297.
Sempiterna nihil in se habent contingenter, nec casu. Arist. 2. de cœlo su. 2. cap. 4. tex. 33. c. 301.
Sempiterni esse non possunt cibo vescentes. Arist. in 3. metaph. ex su. 2. cap. 4. tex. 15. c. 53.
Sempiterna priora sunt subiecta corruptibilibus, nihil enim est in eis potentia. Aristotel. 9. metaphysicor. cap. 4. tex. 11. char. 187.
Sempiternorum nihil est in potentia simpliciter. Arist. 9. metaph. cap. 4. tex. 17. c. 187.
Sempiternus modus, nec quod mouetur motu sempiterno

terno in potentia est, nisi vndequo, id est vt partes eorum sint in potentia in aliquo loco, & non in alio. Arist. 9. metaph. cap. 4. tex. 11. ch. 188.
Sempiterna, & principia in se non habent malū, nec corruptionem. Arist. 9. metaph. cap. 5. tex. 16. ch. 189.
Sempiterna illis, quæ semper non sunt, præstantiora sunt. Mag. in l. de inter. ch. 36.
Sempiterna sunt, quæ proprie sunt, quæ non sunt in tempore. Simp. in 4. phy. tex. 115. c. 268. col. 2.
Sempiterna non sunt in tempore, cum eorum durationem tempus non contineat. Simpl. in 4. phy. tex. 117. char. 269. colum. 2.
Sempiternum duplex: aliud simul totum, vt æternum: quod dum fit, semper est secundum tempus indeficiens. Simp. in 4. phy. tex. 283. col. 2.
Sempiternorum ita sunt essentia, ac esse principia, vt generationes generabilium sunt principia. Io. gram. in 1. physic. chart. 24. col. 3.
Sempiternum non potest manere in aliquo præter naturam. Io. gram. in 3. phy. text. 48. c. 66. col. 3.
Sempiterna semper actu sunt, ac omnium rerum principia. Boeth. in l. de inter. ch. 281.
Sempiterna omnibus, quæ non sunt sempiterna, priora sunt. Boet. in l. de inter. ch. 282.
Sempiternum est quid semper in vno stans. Alb. magn. de caus. & process. vniuers. a caus. l. 1. 2. tract. 5. cap. 8. char. 228. colum. 2.
Sempiternum duplex: vnum est secundum successionem, quod est causatum: alterum secundum substantiam, quod est causa, & hoc duplex: aliqd cuius est substantia mobilis sensibilis, quæ reiteratur motu, vt celū. Et cum omnis motus habeat motorem sibi coniunctum, ideo oportet quod cū illa sit alia substantia immobilis sempiterna. Et si est immobilis, non potest esse diuisa, & distensa per vbi, nec per formam: & quod penitus est indiuisibile per vbi, & per formam, omnino caret materia, & hæc est verissima demonstratio, quod prima substantia sit immaterialis. Alb. mag. in 11. metaphysic. tract. 2. cap. 3. ch. 152. col. 1.
Sempiternæ naturæ sempiternus est motus. Alb. mag. 11. metaph. tract. 2. cap. 18. c. 156. col. 2.
Sempiterna secundum qualitatem realem non possunt alterari: secundum autem qualitatem intentionalem, (qualis qualitas est lumen) alterari possunt. Alexan. de ales in 9. metaph. tex. 17. c. 272. col. 3.
Sempiterni moti partes sunt in alio, & alio fm rem, & secundum rationem; totum verò secundum rationem solum. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 17. c. 272. col. 4.
Sempiternitas duplex. vna simpliciter, quæ nunquam desinit, vt hominem esse animal; alia talis, quod nunquam tali tempore deficit, vel simpliciter, vt solem oriri; vel vt in pluribus, vt sub cane esse ficitatem. Tho. de Vio in post. ch. 126. col. 1.
Senarij numerus perfectus est, & in ipso est fieri, & esse perfectio; in septenario autem tota temporis successio. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 4. cap. 1. c. 111. col. 3.
Senarij substantia est semel sex. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 19. char. 133. col. 2.
Senatus consulta sunt, quæ fuerunt senatus autoritate decreta. Boet. in top. Cic. l. 2. ch. 796.
Seneca in epithaphio suo scribi fecit, hospita terra vale: corpus auara cum solemnibus excipe laxis: iniuriam sibi reputans, si solemnibus saxis non sepeliretur. Alber. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 9. c. 21. col. 4.
Senectus, & ariditas est via ad corruptionem secundum naturam, & omnium horum finis marcedo, nisi aliquid violentia corruptum fuerit. Arist. meteor. 4. summ. 1. cap. 2. text. 3. char. 559.
Senescunt celerius mares salaces, & mulieres, quæ frequentius pariunt: nam ne incrementum quidem post tertium partum fieri posse videtur. Aristotel. de

histor. animal. 7. capit. 1. chart. 251.
Senex si acciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 3. tex. 65. c. 605.
Senium non est, quia substat in aliquid anima, sed in quo. Idem ibid.
Senectus frigida est, & sicca. Aristot. de generat. anim. 5. cap. 4. char. 278.
Senectus est morbus naturæ naturalis. Idem ibid. c. 279.
Senectus est frigida, & sicca, & quod mortuum est, sic videtur. Arist. de long. & breu. vit. cap. 3. ch. 295.
Senescencia exsiccare necesse est. Arist. de long. & breu. vitæ. cap. 3. char. 295.
Senescunt propter laborem homines, exsiccat enim labor. Arist. de long. & breu. vit. cap. 3. c. 296.
Senectus est refrigeratiuæ particulæ decrementū. Arist. de iuuen. vit. & mort. & resp. cap. 14. c. 328.
Senescunt tardius, qui loca incolunt aperta: qui caua, & palustria, ocyus; quia senectus est quædam putredo: putret autē, quod quiescit nullo modo, aut minus ita afficitur, quod mouetur, vt aqua profluens, ac conclusa: Igitur vt locis editis aer vndiq; a flante spiritu agitat, ita cauis manet immotus. Ad hæc locis aperitis purus, diuersus assidue propter agitationem aer, habetur, palustribus impurus, & semper emarcescit. Arist. probl. sect. 14. numer. 7. ch. 484.
Seniores cur amplius mēte valemus, iuniores ocyus discimus? quia instrumenta duo natura nobis inseruit: manum corpori, animo mentem: & vt manu non statim a natiuitate vtimur, sic nec mente, immo tardius mente, quam manu, vt etiam mentis instrumenta posteriora sunt, vt scientia, & discimus ocyus iuniores, quia rem fere nullam tenemus: nam cum alia scimus, non æque præterea capere alias possumus. Arist. probl. sect. 30. num. 4. char. 624.
Senex, & lusciosus cum propter imbecillitatē ambo oculis valeant, cur alter proxime admouet, si quod inspicere vult, alter procul abducit? quia dissimilis est eorum imbecillitas. Senex. n. quia videre nõ potest, vbi minus radij coeunt, rem videndam eo abducit, vbi visus maxime est: procul enim coire radij solent. lusciosus ille videre quidem rem istic potest, sed quæ nã rei cõspicitur caua sint, quæ vè excedant, discernere nequit: itaq; in his fallitur, quia caua, & excedentia splendore discerni maxime possunt. Arist. probl. sec. 38. nu. 26. c. 627.
Senectus est quædã putredo. Ari. probl. sec. 38. nu. 9. c. 660.
Senes non sequuntur iocundum, sed vtile. Arist. 8. ethico. ad Nicom. cap. 3. char. 192.
Senibus honor affurgēdo, & sessione sedēdo reddendus est. Arist. 7. ethic. ad Nicom. cap. 20. ch. 219.
Seniorum fœtus, quemadmodum iuniorum, imperfecti sunt, & corporibus, & intellectibus. Arist. polit. 7. capit. 16. char. 752.
Senectus bona est tarditas senectutis cum indolentia. Arist. rhetor. 1. char. 24.
Senes contrarios iuuenum mores habentes nihil affirmant, & opinantur, nihil sciunt, & cum controuersantur, addunt semper forsan, & omnia in peiorem partē interpretantur: & suspitiosi sunt, increduli, nec valde amant, nec valde oderunt: pusillanimes sunt, & illiberales, timidi quoque sunt, & vitæ cupidi, & obiurgationibus delectantur, & ad vilitatem viuunt, & inuerecūdi. Mala quoque spe pleni sunt, & memoria magis, quæ spe viuunt. Arist. rhet. 2. ch. 99.
Senes exandescentiæ acutæ sunt, & non valde cupidi, & lucro inseruiunt, & ratiocinatione viuunt potius, quæ moribus, & iniurias ad malitiam, non ad cõtumeliam faciunt, & misericordes sunt, sed non propter eandem causam vt iuuenes, & queruli sunt, non faceti, nec ridiculi. Arist. rhet. 2. char. 101.
Senes excrementis abundant, & vigiles sunt. Excrementis quidem abundant, quia frigidiores sunt, &

debiliores, & ad concoquendum ineptiores longi tēporis spacium reddidit: hinc enim corporis foramina, & meatus excrementis redundant. Vigiles vero, quia ficciores parte corporis solida efficiuntur. Alex. aphr. prob. 1. num. 3. char. 566.

Senum membra obtremunt, quia nerui, & muscoli debiles sunt: fit enim tremor, cum pondus membrorum corporis trahit deorsum: anime autem vis sursum eleuat, idque vicissim, ac assidue agit, & tunc fenēs ne corruant, baculis se sustinent: & eadem causa est, vt inconsulte prodeant alui excrementa, & vrinæ. Alexan. aphr. prob. 1. num. 18. char. 671.

Senes magis intelligunt quam iuuenes; sobrij, quā ebrij, quia intellectus magis fit in quiete, quam in motu. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 7. ch. 33. col. 1.

Senium fit victoria frigoris, & siccitatis. Io. Gram. in 1. de gen. & cor. tex. 42. co. 101. char. 63.

Senescentes valde delirant, vt & ebrij, & melancholici. Io. Gram. in 1. de ani. tex. 65. c. 27. col. 4.

Senes minus vident, quia oculus debilitatus est, & tuni- culæ crassiores factæ, & tanquam sordescentes non sic translucent, non quod visua potētia aliquid patiat, Io. gram. in 1. de ani. tex. 65. ch. 28. col. 1.

Senes ad res gerēdas iuuenibus minus idonei sunt. Eust. 4. moral. cap. 1. char. 168.

Senectus est via in corruptionem. Auerr. phys. 5. tex. 56. chart. 111. colum. 3.

Senium est ætas decrepita, quæ est frigida, & humida, nō intrinseca naturali humiditate, sed extrinseca, & acci- dentali. Alber. Magn. de iuuent. & senectut. tracta. 1. cap. 6. char. 50. colum. 1.

Senes puerilia amant, & faciunt, quod fit propter spiri- tuum animalium grossitiam, & pigritiam, qui non pe- netrant ad cellam logicam, sed remanent in interiori capitis cum defectu, ideo non prohibetur in eis ap- prehensio fantastica per actum rationis, & sunt deliri, quia distemperata est in eis armonia virtutum anima- lium vt in lira dissona, & non memorantur propter fri- gus, & interiorē siccitatem. Idem de iuue. & senect. tract. 1. cap. 7. ch. 50. col. 2.

Senes omnes abundant humore in spūis ex excreationi- bus, & multo stercore liquido, quia vasa corrupta sunt, & frequenter propter indigestionem statim post cibi sumptionem moriuntur. Alb. mag. de mort. & vit. tra. 2. cap. 7. char. 61. col. 4.

Senium si differri debet, & vita prolōgari oportet, quod humidū, quod est vitæ causa, & principium sit tale, quod non ex leui causa excidetur per epotationem calidi. Alb. mag. de mort. & vit. tract. 2. cap. 8. ch. 62. col. 1.

Senectutis signa in homine sunt, pili albi, in equo dentes albi. Alb. Mag. de anim. l. 19. cap. 4. char. 160. colum. 1.

Senium, corruptio, & decrementum, si consideratur natura particularis, est contra naturam, quia natu- ra vniuscuiusque intendit conseruationem proprii sub- iecti: si consideratur natura vniuersalis, tunc omnia supradicta sunt ex aliquo principio naturali intrinse- co: D. Tho. in 5. phy. lect. 10. text. 56. chart. 83. col. 4.

Senectus, & decrementum sunt præter naturam parti- cularem, quæ vult indiuidua conseruare, non autem præter naturam vniuersalem, ex qua, & corruptio proficitur, & omnes alij defectus ad corruptionem tendentes. Diuus Thomas in 2. de celo. lect. 9. tex. 37. char. 38. colum. 2.

Senes paucis passionibus affecti moriuntur, quia in sene- ctute modicum est calidum. Petr. de aluer. de iuuen. & senect. vit. & mor. & resp. l. 17. c. 80. col. 2.

Sensus quot sunt, & quot modis dicitur.

Senfitiua alia secundum locum mouentur, alia non. Arist. 2. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 42. c. 622.

Sentire dupliciter dicitur, & quod potentia sentit, etiam si fuerit dormiens; & quod iam est operans: sic & sensus dupliciter dicitur, actu, & potentia. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 1. tex. 53. char. 628.

Sensus dupliciter dicitur, actu, & potētia. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 1. tex. 53. char. 628.

Sensus dupliciter dicitur, actu, & potentia. Aristot. 2. de anim. sum. 4. cap. 1. tex. 53. char. 628.

Sensibile tripliciter dicitur: quorum duo dicimus per se sentire: vnum autem secundum accidens, & duorum aliud proprium est sensus vniuscuiusque, aliud commune omnium, proprium est, quod non cōtingit alio sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 2. tex. 62. ch. 630.

Sensibilia, quæ tangentes sentimus, aut sunt sensibilia ta- ctu, quem habemus: aut per media, vt aere, & aqua. Arist. 2. de ani. su. 5. cap. 1. tex. 129. char. 647.

Sensus, & sensibilis dicitur actu, & potentia. Aristot. 2. de anim. sum. 6. cap. 2. tex. 142. char. 610, Idem de sens. & sens. cap. 3. char. 10.

Sensus cur quinque tantum non plures, nec pauciores sunt? quoniam pro rerum natura, & numero sensus tributi sunt, & tot sunt sensibus obiecta. Alex. aphro. probl. 2. nu. 62. char. 747.

Sensibilia omnia aut per se, aut ex accidenti sunt sensibi- lia. Per se sunt, quæ singularem cuiusque sensum habent, alia ad visum pertinent, vt colores: alia ad au- ditum, vt sonus: ad olfactum, vt odores: alia ad gu- stum, vt sapores: alia ad tactum, vt contrarietas tacti- lis, caliditas, frigiditas: & alia communia dicuntur, quæ sunt ea, quæ sensu cognoscuntur, sed plures sensus sunt, qui eorum opera, ac obsequio vtuntur, vt motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Per accidens sen- sibilia sunt, quia illis aliquid sensibile accidit. Idem in 1. de ani. cap. 13. char. 35. col. 2.

Sensus duo sunt, quibus omne animal fruatur necesse est: tactus, & gustus. Idem de sens. & sens. ex sect. 1. co. 3. char. 5. colum. 3.

Sensus tria habet: sensibile, vim sensibilem, & actum, qui ex- initu, admissuraque illorum, tanquam fetus excluditur. The. de mem. & rem. l. 1. cap. 11. ch. 93. col. 2.

Sensus triplex est: alius substantia alius potentia talis sub- stantiæ, tertius actus substantiæ secundum potentiam. Simp. in 7. phy. ch. 375. col. 2.

Sensituum duplicem habet causam, alteram materialē, vt magnitudo, & corpus, alteram formalem, iuxta vi- tam sensitiuam, quæ ipsum tanquam vitale organum informat. Simp. in 2. de ani. tex. 122. ch. 45. col. 2.

Sensibiliū duplex est cognitio: alia sensitua, alia rationa- lis. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. te. 156. ch. 55. col. 3.

Sensibilia per accidens duplicia sunt substantiæ indiui- duæ, quæ nulli sensui sunt subiectæ, sed ex accidenti- bus, quæ sunt in ipsis intelligunt: vel quod alij sensui subijcti, vt visui dulce, Io. gra. in 3. de ani. t. 16. c. 82. c. 2.

Sensibilia sunt secundum tres dispositiones: alia, quæ iudi- cantur præcise vera: alia præcise falsa: alia sunt ignota, donec surgat demonstratio, vt de corpore Solis. Auerr. in 8. phy. tex. 26. ch. 165. col. 1.

Sensibilia duos modos habent comprehensionis: modū, qui non est scientia eorum, sed imago: & modum, qui est scientia eorum, & est intellecta vniuersalia. Auerr. in 1. metaph. tex. 10. co. 27. ch. 9.

Sensibile dupliciter dicitur, secundum quod sensibile a sensu, & secundum formam, & virtutem est acceptum, & vt accipitur in sensu: & hoc duobus modis, vt in sensum secundum actum acceptum, & si non est intel- ligibile, nec scibile; & vt cum sensu secundum actum ac- ceptum, & sic est intelligibile, quia vniuersale accipitur in sensu, & secundum sensum notius est, vt confusum. Alb. mag. in top. ch. 247. col. 1.

Sensibile dupliciter accipitur: formaliter, & materia- liter:

liter: & sic non agit, nisi in corpus animatum anima sensibili, & sic sensus, & sensatū sunt correlatiua. Si au- tem accipiatur in quocunque sensu, tunc agit alteran- do etiam corpora non animata, & sic non sunt corre- latiua. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 4. cap. 3. c. 30. col. 4.

Sensibilem formarum in genere cognitionem in nobis triplicem experimur. Vnam circa formas susceptas per sensum, vt visus sensatæ. Alia circa intentiones, quæ nunquam in sensu fuerunt, sed tamen a sensibiliū cōditionibus non sunt separatæ. Tertia, quæ agit tam in formis sensatis quàm in intentionibus, quæ est quasi communis virtus, ad quam reducitur tam formæ sen- satæ, quàm intentiones elicite, vt sensata particularia ad sensum communem. Idem ibid. cap. 7. ch. 31. col. 3.

Sensus interiores hos tres, idest sensum cōem, imagina- tionem, & æstimatoriam habet oē animal, quod habet aliquem, vel aliquos de sensibus exterioribus. Idem in 3. de anim. tract. 1. cap. 2. c. 33. col. 3.

Sensus quinque sunt exteriores, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus: & quinque interiores, cōmunis sensus, imaginatio, æstimatoria, phantasia, & memoria. Alber. Magn. in 3. de anim. tractat. 1. cap. 9. colum. 2.

Sensibilem generationis in genere sunt tres. Alia nō per se distincta generantur per marem, & foeminam, vt ostrea. Alia, vt solum foeminæ plenæ ouis inueniuntur, vt quædam genera piscium paruorum. Alia ex mare, & foemina generantur. Idem de nat. & orig. ani. tract. 1. cap. 4. c. 68. col. 3.

Sensus principium aliud est, & aliud est sensus virtutem determinans, distinguens, & approprians. Idem de ani. l. 3. tract. 1. cap. 6. c. 39. col. 1.

Sensus organum vniuersum duplex est. Pellis enim, quæ est ex neruorum tangentium contexione, duplex est per situm, eo quod vnā est dextra, alia sinistra. Lin- gua est diuisa in duas linguas: oculi, aures, & nares duæ apparent. Idem ibid. l. 12. trac. 3. c. 2. c. 109. col. 3.

Sensatum proprium duobus dicitur modis. Vno, vt est in re sensata, in qua est secundum esse materiale. Alio, ut est receptum in organo sensus. Idem in 2. de anim. tract. 3. cap. 5. c. 20. col. 4.

Sensibiliter dicitur fieri nuntium de motu quadrupliciter. Primò, per sensibile proprium, ut pecora mouentur ad cibum: Secundo, per comparisonem, vel diuisi- onem sensibiliū, ut album cum dulce componitur. Tertio, cum fit motus non per se sensibile, sed per id, quod accipitur cum sensibili non separatim ab ipso, ut ouis fugit lupam, ut sibi inimicum natura. Quar- to, quando fit per motum ex potentis reflexiuis, ut ex memoria, vel reminiscencia. Idem in 6. ethic. tr. 1. cap. 4. char. 70. colum. 1.

Sensibile dupliciter dicitur esse in actu. Vno modo cum actu sentitur, idest dum species eius est in sensu, & sic sonus est actu, vt est in auditu. Alio modo, vt habet propriam speciem, per quam sentire potest, vt est in subiecto, & sic reliqua sensibilia sunt in actu. D. Tho. in 2. de ani. lec. 16. tex. 77. c. 37. col. 1.

Sensu aliquod dupliciter percipitur. Primò per ipsam immutationem sensus a sensibili, & sic cognoscuntur tam sensibilia propria, quàm communia sensibus pro- priis, & sensu communi. Alio modo, cum secundario motu, qui relinquitur ex prima immutatione sensati a sensibile, q̄ remanet et post absentia sensibiliū, & p- tinet ad phantasiā. D. Tho. de mem. rem. l. 2. c. 25. c. 4.

Sentiendi modus dupliciter potest diuersificari. Per se, quod est secundum diuersam habitudinem sensibilis ad sensum, & hæc diuersificat sensum, & in modo sentiendi. Per accidens, qui non diuersificat sensum. D. Thomas de sen. & sen. lect. 14. char. 16. colum. 4.

Sensus impeditur a cognitione alicuius sensibilis dupli- citer. Vno modo, per corruptionem organi ab excel- lente sensibili. Alio modo, ex defectu proportionis vir-

tutis sensitiuæ ad obiectum. Diuus Thomas in secun- metaphysic. lect. 1. tex. 1. char. 101.

Sensus quid est, & vnde fit.

Senfitiua potentia est insitā in omnibus animalibus. Arist. poster. lib. 2. cap. 18. tex. 27. char. 386.

Sensibilia sunt, quibus differunt corpora a se inuicem, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, & raritas, & horum media. Et similiter alia, quæ sunt sub sensibus, vt calor, frigus, lenitas, aspe- ritas. & hæc sunt passiones subiectæ qualitatibus, qui- bus differunt sensibilia corpora, aut secundum locum magis, & minus, quia patiuntur aliquid horum. Arist. in 7. phys. sum. 3. cap. 11. tex. 11. char. 182.

Sensuum actus motus est per corpus patiente aliquo sen- su. Arist. in 7. phy. sum. 3. cap. 11. tex. 12. char. 183.

Sensibile corpus est tangibile: tangibile est, cuius sensus est tactus. Aristoteles in 2. de generatio. & corruptio. sum. 1. cap. 2. tex. 7. char. 424.

Sensus est passio cognoscens. Aristot. prim. de plant. cap. 1. char. 361.

Sensus est vitæ communis animalium causa: is discretio- nem facit inter vitam mortemque medium. Arist. 1. de plant. cap. 1. char. 361.

Sensuum principium est cordis locus: duo enim idest tan- gendi, & gustandi sensus ex corde aperte dependent: olfaciendi medium obtinet. audiendi, & videndi, ma- xime in capite positi sunt propter sensoriorum natu- ram, visusque omnibus in capite est: nam sensorium auditus, & olfactus in piscibus non est in capite mani- festum. Arist. de partib. ani. 2. cap. 10. char. 450.

Sensus exquisitiores per partes, quæ habent sanguinem sinceriores, absolui necesse est. & ideo capiti sensuum sedes mandata sunt. Idem ibidem.

Sentiendi officium sanguinis calidioris agitatio interci- pit, atque refrangit. Aristoteles de partibus animal. 2. cap. 10. char. 450.

Sentiendi vis, nec exāgui data est parti, nec sanguinis pro- pria est, sed cuidam ex his, quæ sanguine proueniunt, delegata est. Arist. de part. ani. 2. cap. 10. char. 451.

Sensuum nōnullos in capite natura collocauit, quoniam sanguis eius membri tēperatus modice est, & idoneus tamen ad cerebrum tepesciendum, tum ad sensuum tranquillitatem, atque integritatem. Arist. de partibus anim. 4. cap. 10. char. 530.

Sensus in eo, quod est moueri aliquid, & pati accidit: vi- detur enim quædam alteratio esse. Arist. 2. de anima. sum. 4. cap. 1. tex. 51. char. 627.

Sensus secundum actum singularium est, scientia autem vniuersalium. Aristotel. secun. de anima. sum. 4. cap. 1. text. 60. chart. 630.

Sensibilia singularium sunt, & exteriorum. Arist. 2. de ani- ma. sum. 4. cap. 1. tex. 62. char. 630.

Sensituum potentia tale est, quale iam actu sensibile. Arist. 2. de anima. sum. 4. cap. 1. tex. 62. char. 630.

Sensus omnis vnus contrarietatis esse videtur. Aristote. 2. de anim. sum. 4. cap. 7. tex. 107. char. 642.

Sensus qui sentit differentias corporis, est membrum, quod potentia est talis dispositionis. Aristot. 2. de anim. sum. 4. cap. 7. text. 117. char. 644.

Sentire est quoddam pati. Idem ibid. text. 118. char. 645.

Sensus est id, quod est receptiuum formarum sine mate- ria. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 8. tex. 121. char. 645.

Sensorium est primum, quod recipit formas sine materia. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 8. tex. 122. char. 645.

Sensus nullus est præter quinque sensus, visum scilicet, auditum, olfactum, gustum, & tactum. Arist. 2. de ani. sum. 5. cap. 1. tex. 128. ch. 647.

Sensorium susceptiuum est sensibilis absque materia: vn- de

de abeuntibus sensibilibus, insunt sensus, & imaginationes in ipsis sensoris. Idē ibi. su. 6. c. 1. te. 138. c. 649.

Sensus ratio est: exuperantia autem, aut dolore afficiunt, aut corrūpūt. Arist. 2. de ani. su. 6. cap. 1. te. 143. c. 651.

Sentiens vltimum in sensibus, potentia idem diuisibile, & indiuisibile est, & contraria: ipso autem esse non, sed patiēdo diuisibile est, & non possibile simul esse album, & nigrum. Idem ibid. tex. 148. c. 652.

Sentiens vltimum in sensibus est vt punctum, quod vnū est, & duo, vt. n. indiuisibile est discernens, vnū est, & simul: secundum autem, quod diuisibile est, non vnū, bis vtitur eodem. signo simul, vt duobus vtitur termino: duo iudicat: in quantum vnū, uno, & simul. Idem ibid. tex. 149.

Sensibile qualitatum species finitæ sunt. Arist. de sen. & sen. cap. 15. char. 25.

Sentire non est indiuisibile. Arist. de sen. & sen. c. 8. c. 34.

Sentire non est propria animæ passio, nec corporis. Arist. de som. & uig. cap. 1. char. 47.

Sensus qui secundum actum est, est alteratio quædam. Arist. de som. cap. 2. char. 63.

Sensibile est mensura sensus, & intelligibile intellectus. Arist. 10. metaph. c. su. 1. cap. 3. 1. 5. c. 196.

Sensorium est portio corporis organici, suscipiendis sensibilibus accommodata. Alexand. Aphrod. in prim. de anim. cap. 7. char. 33. col. 1.

Sensuum principium cordi inhærens. & assidens est, ubi ferē in uniuersum omnis animæ principatus uiget. Alex. Aphrod. in 1. de ani. cap. 12. c. 35. col. 2.

Sensibile omne materiale, & compositum habetur. Alex. Aphrod. in 1. de ani. cap. 27. c. 41. col. 3.

Sentire quod animalis proprium est, & post uitam, ponitur, sensalis animæ actio dicitur. Alex. aphrod. in prim. de anim. cap. 21. c. 40. col. 1.

Sensitiua potentia est, qua animalia finiuntur, quam sine altrice haberi impossibile est: post has autem est motus, & animi impulsio cum sensitiua potestate iuncta. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 10. c. 44. col. 1.

Sentiendi actio perficitur sensu prius affecto. Alex. Aphr. de sen. & sen. ex sec. 1. com. 3. c. 5. col. 3.

Sentiendi anima una numero est, quæ intus in corde collocatur: & ideo, si instrumenta sentiendi hærent cerebro, ab eo tamen initium non trahunt, sed a corde, a quo tres uiaæ meatusque ad cerebrum usque pertinentes visui, auditui, & odorati inserviētes terminant: at tactus, & gustatus meatus non ad cor per cerebrum deriuant, sed recta ad cor usque pertinent. Idem ibid. com. 12. char. 10. col. 2.

Sensus simplex est simplicis obiecti. Alex. aphrod. de sen. & sen. ex sec. 5. co. 62. c. 25. col. 2.

Sensus unusquisque iudex est contrariorum. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 5. co. 68. c. 15. col. 2.

Sensus est præsentium sensibile, quæque extra sensoria sunt, apprehensio, seu cognitio. Alex. aphrod. in 3. metaph. uel secundum Lat. 4. co. 53. c. 113. col. 1.

Sensus est rerum præsentium, imaginatio absentium. Idē ibi.

Sensus, & doctrina mensura appellatur, quia præstant nobis cognitionem, quæ mensuræ proprium est, & si potius a rebus mensurantur, quam res ipsas mensurent. Alex. aphrod. in 9. metaph. uel 10. co. 6. c. 252. c. 1.

Sensibile nihil ita globosum, & circulare est, ut geometria definit, quia circulus sensibilis in punctum lineam non tangit. Alex. aphrod. in 2. metaph. uel apud Lat. 4. com. 32. char. 66. col. 1.

Sensus cum pertinet ad singularia, non est demonstratio. Them. in 1. post. cap. 46. char. 7. col. 1.

Sensibilia sunt ea, quibus corpus differt a corpore, ut grauitas, leuitas. Them. in 7. phys. t. 11. c. 52. col. 3.

Sensilia sensuum irritamenta, & incitamenta sunt. Them. in 1. de anim. cap. 18. tex. 42. char. 64. col. 4.

Sensibilis uis similis est centro circuli, in quo omnes li-

neæ a curuamine perfectæ directæque terminantur, & procumbunt. Them. in 2. de ani. ca. 8. t. 147. c. 81. col. 4.

Sensus materiæ sensibilium effici nequeunt. Them. in 2. de anim. cap. 42. tex. 122. char. 79. col. 4.

Sensus, species, & ratio ea est, quæ sedem in primo sentiendi instrumento habet. Idem ibidem.

Sensus nihil aliud est quam facultas, & forma primi sensorij. Them. in 2. de anim. cap. 42. tex. 122. ch. 79. col. 4.

Sensus omnes in prima illa sentiendi vi sedem habent. Them. in 3. de ani. cap. 8. tex. 147. char. 81. col. 4.

Sensibilia omnia composita sunt. Them. 12. meta. ch. 26.

Sensus particularis est vniuersalium scientia. Simpl. in 2. de anim. text. 60. char. 34. col. 3.

Sensibile omne non est forma, sed formatum. Simp. in 2. de anim. tex. 121. char. 45. col. 2.

Sensitiuum nihil esse potest absque caliditate. Simp. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 127. char. 47. col. 1.

Sensus noster est æquiococus cum irrationali sensu, & cum illo, qui torus ad corpus declinat. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 136. char. 50. col. 1.

Sensu in quouis, quod est actu sensibile in aliqua extremum est consonantia, vt neque deficiat, neque excidat, sed in quadam mediocritate se habeat. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 143. char. 51. col. 3.

Sensus est excitata cognitio ab organo recipiente primo actionem a sensibili, quæ ipsorum quidem est sensibile, quæ tamē proxime quadrat formis sensibilibus, quæ in sensorijs impressæ sunt. Simp. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 155. char. 55. col. 1.

Sensus est præsentium, appetitus est absentium. Idem ibidem sect. 2. tex. 56. char. 80. col. 3.

Sensitiuum est conseruatiuum mortalium animalium, cum sit causa, vt euitentur aliena, & recipiantur propria. Idem ibid. text. 60. char. 83. col. 2.

Sensorium omne designatur per quandam animæ sensitiuæ potentiam præter tactum, qui per totum corpus tendit. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 9. char. 37. col. 3.

Sensitiuæ omnes potentia e cerebro procedunt. Ioannes gramm. in 1. de anim. tex. 19. char. 40. col. 2.

Sensus omnis nutritur, & concoquitur, & omnis concoctio per calidum: ergo igne opus habet. Ioan. gramm. in 3. de anim. tex. 128. char. 73. col. 2.

Sentire posse non satis est formam sine materia suscipere, sed ea etiam animali facultate opus est, quæ non est in omnibus, quæ sensibilem formas sine materia suscipiunt. Ioan. gram. in 2. de ani. text. 127. char. 72. col. 3.

Sensus actualis est motus animæ per sensorium factus. Michael Ephes. de sen. & vig. char. 10. col. 2.

Sensus est conditio in obseruatione sensibilis. Auer. post. lib. 2. cap. 11. tex. 104. char. 238.

Sensus sunt de virtutibus passiuus, non de actiuus. Auerr. phy. 7. tex. 12. char. 144. col. 3.

Sensus conuenientia est ex conditione sermonū demonstrabilem. Arist. 1. de coel. tex. 22. char. 9. col. 3.

Sensus prima consideratio est, vtrū sit numeratus in virtutibus actiuus, aut passiuus. Auerroes. 1. de ani. tex. 51. chart. 137. col. 1.

Sensus est de virtutibus passiuus. Auerroes pri. de anima. tex. 51. char. 137. col. 1.

Sensus hominis proprium est comprehendere intentiones indiuiduales decem predicamentorum. Idem ibid. text. 63. char. 139. col. 2.

Sensus est comprehensio intentionis indiuidui, & comprehensio intentionis est intellectus, & vniuersalitas, & indiuidualitas comprehenduntur per intellectum, id est definitio vniuersalis, & indiuidui. Auer. prim. de anim. tex. 65. char. 139. col. 4.

Sensuum omnium instrumenti est proprium, quod nihil habet in actu ex eis, quæ comprehendunt nisi instrumentum tactus, quod componitur ex qualitibus, quas comprehendit: & ideo non comprehendit, nisi

res intensas per suum temperamentum, & ideo quanto magis caro est temperata, melius comprehendit simplices qualitates. Auerroes de sens. & sens. ex paraphr. char. 192. colum. 1.

Sensibile rerum perscrutatio non potest fieri, nisi numerando interrogationes naturales de causis. Auer. in 7. metaph. tex. 10. com. 59. c. 93.

Sensus est agens, & patiens, sed diuerso modo; quia actio est ex parte formæ, passio ex parte materiæ. Auer. contra Algaz. in phys. disp. 2. chart. 61. col. 3.

Sensus est passio cum permutatione. Auer. de anim. beatitud. cap. 3. char. 65. col. 1.

Sensibilis est, qua sensata apprehenduntur quinque sensuum, & delectabile, & iuste, non autem iuuatiuum, & nociuum, nec conueniens ab inconuenienti. Auer. de ani. beatitud. cap. 5. char. 66. col. 2.

Sensus, & imaginatio sunt quædam primæ figuræ, supra quas veit fundamento quodam superueniens intelligentia nititur. Boet. in libr. de interpr. char. 299.

Sensus omnes passiuæ potentia sunt, & fiunt actu cum patientes recipiunt formas sensibilibus. Idem in 7. phys. tract. 1. cap. 4. chart. 83. col. 4.

Sensus sunt animæ partes, & organa sensuum sunt animata: ideo non possunt in eis esse formæ, nisi secundum esse spirituale. Idem ibidem.

Sensibilia dicuntur corpora, quæ sentiuntur per tactum. Idem 2. de generat. & cor. tract. 1. cap. 1. char. 71. col. 4.

Sensibile per se dicitur iuxta secundum modum per se, cum similiter subiectum est causa prædicati. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 6. char. 21. col. 3.

Sensibile omne circulariter generatur. Idem in 2. de ani. tract. 3. cap. 19. char. 25. col. 3.

Sensus omnis est susceptiuus sensibilibus specierum sine omni materia, & esse materiale, materia tamen presente: vocamus autem hic sensum virtutem sensibilem in primo organo sensitiuo sitam. Idem ibidem tracta. 4. cap. 11. char. 30. col. 1.

Sensibile secundum actum in eo dicitur sensibile, quia operatur in sensu secundum actualem sensus mutationem. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 3. cap. 1. ch. 17. col. 1.

Sensibilia in eo dicuntur omnia, quod possunt mouere sensum, & faciunt eum sentire actu. Idem ibidem.

Sensibile omne est magnitudo, nec indiuisibile contingit sentire. Idem ibid. cap. 7. char. 20. col. 4.

Sensitiua in homine coniuncta rationi est multo maioris virtutis, quam in alijs animantibus. Idem de natur. & orig. ani. tract. 1. cap. 5. char. 69. col. 3.

Sensus est causa manifesta vitæ. Idem de veg. lib. 1. trac. 1. cap. 2. char. 122. col. 2.

Sensus est primæ illustrationis operū vitæ, quæ facit anima in corpore: prima. n. cognitio, quæ est in animatis, est apprehensio sensibilibus, quæ non fit nisi lumine sensus. Idem ibidem cap. 3. char. 123. col. 1.

Sensus secundum suum nomen vniuersalem quandam dicit esse sensibilem perceptionem, & non naturalem solum. Idem ibidem cap. 10. char. 125. col. 2.

Sensitiuum est in anima secundum esse in ea, secundum esse animæ, non secundum sensus distinctionem. Idem de caus. & process. vniuers. a caus. prim. libr. 2. tract. 2. cap. 29. char. 215. col. 3.

Sensus sunt virtutes passiuæ, in quas agunt sensibilia secundum potestates suarum formarum. Idem de anim. lib. 12. tract. 1. cap. 1. char. 101. col. 2.

Sensum primum operas est spiritus. Idem ibidem cap. 1. char. 105. col. 2.

Sensus in formam rationis reductus non ex se, sed ex ratione actus principium erit. Idem ethicor. 6. tracta. 1. cap. 4. chart. 70. col. 1.

Sensus purior est a materia remotior, illi impurior coniunctior est. Idem ethicorum libr. 10. tract. 1. cap. 20. chart. 110. col. 3.

Sensus est virtus in organo corporali. D. Thomas in 2. de ani. lect. 12. tex. 60. char. 32. col. 4.

Sensibile per accidens est omne id, quod est obiectum proprium alicuius interioris potentia. Idem ibidem lect. 13. text. 64. char. 33. col. 4.

Sensibile per se est, ac habitudinem per se ad sensum habet, quicquid facit differentiam in ipsa passione, vel alteratione sensus. Idem in secun. de anima. lect. 13. tex. 64. char. 33. col. 4.

Sensus excellentia est dispositio ad excellentiam intellectus. D. Tho. in 2. de ani. lect. 19. tex. 94. char. 40. col. 3.

Sensus a sensibili secundum generā immutationum diuersi fiunt. namq; diuersi fiunt sensus per contactum, & sic est sensus tactus, qui est discretius eorū, ex quibus constat animal: & sensus gustus, qui est perceptiuus qualitatum, quæ designant conuenientiam nutrimenti, quo conseruatur corpus animalis: Alio modo immutat sensus per medium, & hæc immutatio, aut est cum alteratione sensibilis, & sic odor immutat sensum cum aliqua resolutione odorabilis: aut cum aliquo motu locali, & sic immutat sonus, aut absque immutatione sensibili, sed per solam immutationem spiritualem medij, & organi, & sic immutat color. Idem in 3. de anima. lect. 1. tex. 133. char. 48. col. 2.

Sentiendi vis diffunditur in organa quinque sensuum ab aliqua vna radice communi, a qua procedit vis sentiendi in omnia organa, ad quam etiam immutantur omnes immutationes singulorum organorum, quæ potest considerari dupliciter. Vno modo, vt est principium vnū, & terminus vnus omnium sensibilibus immutationum. Alio modo, vt est principium, & terminus huius, & illius sensus. D. Thomas in 3. de ani. lect. 3. tex. 149. char. 50. col. 4.

Sensitiuæ partes potentia omnes sunt passiuæ. D. Tho. in 3. de ani. lect. 3. tex. 149. char. 51. col. 1.

Sensus est quædam potentia receptiua omnium formarum sensibilibus. D. Thomas in 3. de anima. lect. 13. text. 39. char. 62. col. 1.

Sensitiuum in potentia sensibile esse oportet, alioqui non pateretur ab illo. D. Tho. de sen. & sen. 1. 5. ch. 6. col. 3.

Sensitiuum nihil est sine calore. Idem ibid. 1. 6. c. 7. col. 2.

Sensitiua cognitio animalibus est prouisua ad vitæ necessitatem, & propriam operationem. Diuus Thomas in pri. metaph. lect. 1. char. 5.

Sensitiua cognitio est omnibus communis, cum ex ea oīs humana cognitio initium sumat. Idem ibid. 1. 2. ch. 16.

Sensibile non est definitio, quia in continuo fluxu sunt: definitio autem est in quadam immutabilitate: omni enim, & semper conuenire debet. D. Thomas ibidem lect. 10. text. 6. char. 54.

Sensus principium in corde est, & si operationes maxime videntur in cerebro. Idem in 5. metaph. l. 1. te. 1. c. 257.

Sensus interior ab Arist. appellatur intellectus passiuus, qui est corruptibilis. Idem in 6. ethic. l. 1. c. 1. 12. col. 1.

Sensibilia entia indeterminata sunt, quia in illis est materia, quæ de se non terminatur ad aliquam formam. Alexan. de Ales in 4. metaph. tex. 22. char. 94. col. 1.

Sensus in quo est, & cuius perceptiuus, & quæ sunt sensibilia.

Sensibile nullum extra sensum existens nouimus. Arist. prior. lib. 2. cap. 21. char. 281.

Sensum non habentes inducere nō possunt: singularium enim est sensus. Arist. poster. lib. 1. cap. 14. t. 33. ch. 327.

Sensus scientiæ habet virtutem. Arist. 1. de gener. & cor. cap. 3. tex. 19. char. 392.

Sensus nullus iunctus est cum attractione cibi. Arist. 1. de plantis, cap. 1. char. 362.

Sensus omnes homo, & quæcunque terrestrium animal generat, & sanguinem habent possidere videntur, nisi quid

quid læsum, laceffitumque fit, vt talpa, cui visus deest. Arist. de hist. anim. 4. cap. 8. char. 130.

Sentire partes tantum possunt, quæ sanguinem obrinet. Arist. de partib. ani. 2. cap. 10. char. 451.

Sensoria geminam sedem habent propter duplicem corporis partem, dextram, & sinistram: sed hoc in tactu incertum est, propterea quod primum sensorium non caro, non pars eiusmodi aliqua est, sed aliquid intimi. Arist. de partib. ani. 2. cap. 10. char. 451.

Sensus ubi est, est dolor, & voluptas: & ubi hæc sunt, est desiderium. Arist. 2. de anim. sum. 1. cap. 2. t. 20. c. 619.

Sensus cui inest, illi & voluptas, & dolor, & iocundum, & molestum inest; & quibus hæc, & concupiscentia. Arist. 2. de ani. sum. 2. tex. 27. char. 621.

Sensibilia indigent medio: nihil enim tangens sensum sentitur. de tactu, & gustu, & si non ita videtur, est tamen ita. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 3. text. 74. char. 633.

Sensoria sunt solum ex aere, & aqua. Pupilla aquæ, auditus aeris, olfactus autem alterius est ignis, aut nullius, aut omnium; nihil enim sentitur sine calore: terra nullius est, aut in tactu. Aristoteles secundum de anima. sum. 5. cap. 1. tex. 130. char. 648.

Sensus omnes habentur ab animalibus non imperfectis, nec mutilatis. Aristoteles in 2. de anima. sum. 5. cap. 1. text. 131. char. 647.

Sensus si elementis debent assignari, oculus aquæ, auditus aeri, odoratus igni assignandus est: tactus terræ, & gustus est quædam species tactus. Aristoteles de sens. & sensib. cap. 2. char. 9.

Sentimus magis vnumquodque simplex, quam mixtum, quia se inuicem obscurant mixta. Idem ibid. c. 8. c. 29.

Sensus principium esse in animalibus ab eadem parte, à qua est & motus, iam determinatum est, & hoc est cor. Aristot. de som. & vig. cap. 3. char. 52.

Sensibilia omnia sunt in anima per modum causæ suæ, propter quod anima est sicut causa exemplaris; & intelligo per animam virtutem agentem res sensibiles. Aristot. de caus. propr. 14. char. 986.

Sensus vniuersi quæ in eodem tempore circa idem sensibile semper idem dicit, nisi corpus sensibile mutetur. Arist. in 4. metaph. cap. 3. tex. 25. char. 78.

Sensus nullius principium actionis est, quod perspicuum ex eo est, quod bestię cum sensum habeant, actionis participes minime sunt. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 2. c. 140.

Sensibile omne couisue manifestum est, quousque ferit sensum. Alexan. aphr. in 5. topic. cap. 2. char. 64. col. 2.

Sensus circa singularia versatur: inductio, & si circa vniuersalia versatur, tamen ex singularibus concludit. Alexan. & Eustr. in 2. poster. char. 37. col. 2.

Sensus non ratiocinatur, cum omnia particularia suscipit, ex quibus ratiocinatio non constat. Magent. in prior. char. 747. colum. 3.

Sensibile generum communes notiones scrutari non possunt, nisi per inductionem. Themist. in prim. poste. cap. 33. char. 6. colum. 4.

Sensus, & imaginatio expertes notitiæ temporum sunt, præsentis, præteriti, & futuri. Themist. in 3. de anima. cap. 41. tex. 19. char. 67. col. 4.

Sensus sine his, quæ habentur extra, quia tanquam fores, & animi fenestras sunt, vim suam exercere non possunt. Themist. in 1. de ani. cap. 16. tex. 41. char. 64. col. 4.

Sensus vnus circa vnum par contrariorum. Themist. in 2. de ani. cap. 39. tex. 116. char. 79. col. 2.

Sensus non est substantiarum perceptiuus, sed tantum qualitatum. Simpl. in præd. c. 67.

Sensus proprie est in animalibus. Simplicius in 2. physic. tex. 1. char. 91. colum. 2.

Sensorium, quia sensitiuo modo viuunt, non vt inanimata patitur, sed agendo patitur, & ea ratione aduocat sensitiuam animæ actionem proxime & potestate vitali motus congruam, & quadrantem. Simpl. in 3. de anim. ex

Scoto 1. text. 139. char. 50. col. 2.

Sensus, & si sint partibilium rerum extrema, & vltima cognitio, iusta tamen forma cognoscibilis obiecti manet. Simpl. in 1. de ani. te. 46. char. 11. col. 4.

Sensus corpore, vt instrumentum vtitur: anima autem non vitur, licet propter structuram id sibi subsequens habeat. Simpl. in 1. de ani. tex. 66. ch. 16. col. 2.

Sensus in ipso pati consistit. Simplicius in secundum de anima. tex. 51. char. 32. colum. 4.

Sensus per accidens substantiam cognoscit, ideo in ea cognoscenda decipitur. Simplicius in secundum de anima. tex. 64. char. 35. colum. 3.

Sensus patitur sensorio principaliter patiente, dum in propriam excitatur actionem, & ab utroque patitur, sed non quatenus eorum vtrunque dicitur. Simpl. in 2. de ani. tex. 121. char. 45. colum. 2.

Sensus, phantasiæ, imaginationes, & quæ cum ipsis passionibus existunt, non absque corpore agunt. Simpl. in 1. de anima. text. 12. char. 5. col. 1.

Sensus, & imaginationes in sensorijs insunt, abeuntibus sensibilibus. Simplicius in 3. de anima, ex sect. prima, text. 136. char. 50. colum. 4.

Sensus perceptiuus est indiuiduorum sensibilibus, quia & opinio ipsa cum sensu stat cum ipsa, vt indiuidua esse dicat, aut persensum fit, si ab his ad vniuersale ascendat, aut cum indiuidua etiam dicat, dum agit cum ipsa imaginatione. Simplicius in 3. de anima. ex sect. 1. text. 145. char. 52. colum. 2.

Sensus solum cognoscit, quod occurrit, licet falso occurrat, vt in imaginibus contingit, quas iudicare nequit. Simpl. in 3. de anima. ex sect. 1. text. 152. char. 54. col. 1.

Sensus se ipsum non cognoscit, nec vnquam per se sine præsentia sensibilibus excitatur. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 12. char. 58. col. 2.

Sensus, & mens argumenta non efficiunt, quia mens acerrima acie sua percipiente quicquid capit, ratiocinandi laborem non patitur, & sensus ignauia sua ratiocinandi prouinciam non audet assumere. Ioan. grammat. in 1. prior. cap. 2. char. 2. col. 2.

Sensibilia omnia particularia sunt. Ioan. grammat. in prior. cap. 18. char. 48. colum. 1.

Sensus solum particulare sentit: intellectus vero, quæ seorsum videntur a sensibus, in vnum congregans, facit vniuersale, & scientiam. Ioan. grammat. in 1. posterior. cap. 25. char. 52. colum. 2.

Sensorium auditus non sunt aures, sed vel membranula, quæ intus est, vel aer, qui intus est. Ioan. grammat. in 2. de ani. tex. 75. char. 58. col. 2.

Sensus omnes & multos, & vnum esse nouit philosophus, carnem scilicet, & sensorium & intermedia, vt & anima nostra & vna & multiplex. Idem ibidem tex. 106. char. 68. colum. 1.

Sensus duos circa idem simul aliqui cooperari contingit, vt visus & gustus. Idem in 3. de ani. tex. 133. ch. 74. col. 1.

Sensus communis nihil apprehendit, quod non sit sensibile. Ioan. gram. in 3. de ani. tex. 133. char. 74. col. 4.

Sensus, qui est secundum actum suum, subiectum apprehendit, non autem suam operationem. Ioan. grammat. in 3. de ani. tex. 138. char. 76. col. 2.

Sensibilia sine sensu non est cognoscere. Ioan. grammat. in 3. de ani. tex. 144. char. 77. col. 2.

Sensus vnus non cognoscit qualitates alterius sensus. Ioan. gram. in 3. de ani. text. 144. char. 77. col. 3.

Sensuum operationem circa sensibilia non ratio est, quæ demonstrat, sed experimentum. Eustr. 1. ethic. ch. 74.

Sensus sufficit ad ostendendum inesse. Auer. 8. physicor. tex. 65. char. 185. col. 1.

Sensui quod manifestum est, non indiget declaratione. Auer. 2. de coelo tex. 27. char. 53. col. 1.

Sensus insufficiens est, vt de celestibus dispositionibus iudicet. Auer. ex paraphr. 2. de coelo tex. 17. c. 136. c. 4.

Sensu

Sensu fortes sunt, qui comprehendunt minimum eorum, quæ possibilia sunt vt comprehendantur de spatiis, ex quibus desperatur visio. Auer. 1. de coelo, tex. 117. c. 4.

Sensibilia comprehendere existimauit Plato, ita vt formæ sensibilibus sint in anima, & in actu, & quod non acquirunt eas ab extrinseco, & quod formæ extrinsecæ solum excitant, & faciunt rememorare id, quod tenet ex eis, quod est falsum; quia si sic esset, non indigerent formis extrinsecis in sentiendo eas, & instrumenta essent otiosa. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. ch. 92. col. 4.

Sensibile apprehensio in visu, auditu, & odoratu, fit per medium, & primo de visu, qui fit sic, vt mediante luce aer recipit formas rerum, & eas reti extrinseco reddit, & rete extrinsecum aliis motibus reddit, quousque motus perueniat ad vltimum rete, post quod est sensus communis, & in medio istorum retium, comprehenditur rete grandinosum formam rei: & est quasi speculum medium inter naturam aeris, & aquæ, & ideo recipit formas ex aere, & reddit eas aquæ, quia natura eius est communis inter has duas naturas, & aqua, de qua dicit Arist. quod est post humorem grandinosum, est illa, quam vocat Galenus vitreum, & ista pars est postrema partium oculi: & per illam aspicit sensus communis formam. & cum sensus communis recipit formam, reddit eam informanti, idest, virtuti imaginabili, quæ recipit illam informantem receptione magis spirituali: & tunc illa forma erit in tertio ordine. Et quia est magis spiritualis, ideo non indiget in faciendo eam præsentem præsentia sensibilibus rei extra, & ipsa virtus imaginabilis non abstrahit intentionem eius, nisi post maximam quietem, & intensionem magnam, & cum sensatum absens fuerit, deletur forma à sensu communi, & restat virtus imaginatiua imaginando illam. Auer. de sens. & sens. ch. 193. col. 2.

Sensus tribus, visui, auditui, & odoratiui proprium est comprehendere per medium. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. char. 192. col. 1.

Sensus non comprehendit essentias rerum, vt quidam existimarunt, sed hoc est alterius potentia, idest intellectus. Auer. 1. de ani. tex. 63. c. 139. col. 2.

Sensibus omnibus communia sunt, motus, quies, & numerus: at figura, & qualitas tactu & visu tantum. Auer. 1. de ani. tex. 64. char. 139.

Sensibus accidit comprehendere differentias indiuiduorum, secundum quod sunt indiuidua, non secundum quod sunt sensus simplices, sed secundum quod sunt humani, & præcipue differentia substantiales. Auer. 1. de ani. tex. 65. char. 134. col. 4.

Sensus hominis comprehensio intentionum indiuiduarum substantiarum, de quibus intellectus considerat, est propria. Auer. 1. de ani. tex. 65. c. 139. col. 4.

Sensibile rerum differentiarum comprehensio à sensu est in causa in comprehensione earum ab intellectu, & ideo qui caret sensu, caret intellectu illius generis sensibilibus. Idem ibi. tex. 92. ch. 145. col. 2.

Sensus si reciperet cum materia, tunc res idem esse haberent in anima, & extra animam. Auer. in 2. de ani. tex. 12. char. 151. colum. 2.

Sensus numeratur in relatione vno modo, in qualitate alio modo. Auer. 2. de ani. tex. 143. c. 155. col. 2.

Sensus apprehensio fit per duo subiecta, quorum vnum est subiectum, propter quod ipse sensus est verus, qui est ipsum sensibile extra animam existens: alterum est illud subiectum, per quod ipse sensus est forma quædam existens, & primus actus ipsius sentientis. Auer. 3. de ani. tex. 5. char. 163. col. 4.

Sensus percipit formas in quantum sunt singulares, & tandem ex eo, quod sunt in materia indiuiduali, licet non recipiat eas receptione materiali eo modo, quo sunt extra animam, sed spiritualiori modo. Auer. in epitom. metaph. tex. 2. c. 174. col. 2.

Sensus est in capite relationis. Auer. 13. meta. c. 22. col. 7.

Sensus in tribus consistit: in sensitiuo membro: in recepto, idest virtute sensibilis in eo membro sita: & motore idest motore, qui sentitur extra animam, vt lux in visu. Auer. de anim. beat. cap. 3. ch. 65. col. 1.

Sensus omnis in corpore est: quo interempto, interimitur etiam sensus. Boet. in præd. char. 167.

Sensus corporis passiones sunt. Boet. in l. de inter. c. 298.

Sensuum aliorum, excepto auditu, obiecta secundum nihil sui proficiuntur ab anima, sed à re externa, & nihil in ea facit anima, quod ea recipit. Albert. mag. in Periherm. char. 81. col. 2.

Sensibile proximum non est sensibile per se, vel commune, vel proprium, quia nihil sibi ipse est proximum, sed proximum est sensibile per accidens, quod est in natura particulari, & ad singulare deducta receptum. Alb. mag. in poster. char. 176. col. 2.

Sensus est singularium, vt singularia sunt. Albert. mag. in poster. char. 192. col. 2.

Sensus, si comprobatur aliquam conclusionem, vel acceptio-nem, melior est hæc quæ illa, quæ sensui contradicit, quæ incredibilis est. Idem in 8. physic. trac. 3. cap. 2. c. 95. c. 4.

Sensus tres insunt omnibus animalibus, quæ mouentur secundum locum, omniaque illa habent salutis causa, vt euitanda fugiant, & conuenientia sequantur, idest, odoratus, auditus, & visus. Albert. mag. de sens. & sens. tract. 2. cap. 1. char. 2. col. 3.

Sensus consistit in quadam medietate, vel harmonia. D. Thom. in 4. meteor. & digres. de color. c. 196. col. 1.

Sensituum in potentiis non differt specie, nisi per genera diuersa sensibiliū. D. Tho. de sen. & sen. l. 19. c. 23. c. 1.

Sensitua potentia non crescit in infinitum, vt nec alia virtutes naturales. D. Thom. de sens. & sens. lect. 14. char. 17. columna 3.

Sensus non potest esse simul in actu, nisi vnus, vt nec aliqua potentia simul recipit diuersas formas. D. Tho. de sen. & sen. lect. 17. c. 21. col. 3.

Sensitua partis operationes omnes passiones quædam sunt, vt sentire pati quoddam est. D. Thom. de mem. & rem. lect. 1. char. 24. col. 3.

Sensibilia, quæ vult homo considerare non potest secundum scientiam, sed quæ tantum sensu percipit. D. Tho. in 2. de ani. lect. 12. tex. 60. ch. 32. col. 4.

Sensus corporaliter, & materialiter recipit similitudinem rei, quæ sentitur. D. Thom. in 2. de ani. lect. 12. tex. 60. char. 32. col. 4.

Sensibile, vt aliquid sit per accidens, requiritur, vt accidat ei, quod per se est sensibile, & quod sit apprehensiuū à sentiente. D. Tho. in 2. de ani. l. 13. tex. 65. c. 34. c. 1.

Sensitua nullam habent operationem sine organo. D. Thom. 3. de ani. lect. 3. tex. 149. char. 51. col. 1.

Sensum necessario sequitur lætitia, & tristitia, quia si est conueniens sensibile, delectabile est: si nocet, triste. D. Thom. in 2. de anima. lect. 4. tex. 20. char. 24. col. 1.

Sensuum cognitio, quæ est particularium præcedit in nobis intellectus cognitionem, quæ est vniuersalium. D. Tho. 1. metaph. lect. 2. c. 16.

Sensus operationes maxime videtur in cerebro. D. Tho. 5. metaph. lect. 1. tex. 1. c. 257.

Sensus ut sentit, ut est verus, qui excellitior, Et eius obiectum.

Sensus inductione vniuersale colligit. Arist. poster. l. 2. cap. 18. tex. 27. char. 386.

Sensus propriorum semper verus est, & omnibus inest animalibus: intellectus falsus est in propriis & verus in vniuersalibus, & nulli inest, nisi cui inest ratio. Arist. de ani. su. 7. cap. 1. tex. 15. char. 653.

Sensituum non est actu, sed potentia tantum, vnde non sentit. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 1. tex. 5. ch. 628.

Sensatio

Sensatio non fit sine præsentia exteriorum sensibilium. Arist. 2. de ani. fu. 4. cap. 1. tex. 52. char. 628.
Sensitiva prima mutatio fit à generâte, cum iam generatum est, habet iam sicut scientiam, & sentire. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 1. tex. 59. char. 629.
Sensus non decipiuntur circa propria obiecta, sed circa quid sit coloratum, aut ubi, aut quid sonans aut ubi. Arist. 2. de anim. fu. 4. cap. 2. tex. 63. char. 630.
Sensibile supra sensum positum nõ causat sensationem. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 5. tex. 98. c. 639. Idem eod. in loco cap. 7. tex. 116. ch. 644.
Sentimus omnia per medium. Arist. 2. de anima. sum. 4. cap. 7. tex. 114. char. 644.
Sensus circa sensibile proprium non decipitur, sed circa commune. Arist. de sen. & sen. cap. 4. c. 18.
Sensu uno duo sentire simul non est, nisi mixtura sit; mixtura enim unũ vult esse. Arist. de sens. & sens. c. 8. c. 30.
Sensus non simul sentit contraria, nisi ut unum sentiantur; sic enim una proportio extremorum sit. Arist. de sen. & sen. cap. 8. char. 31.
Sensitivum unum, & idem est in anima; sed alterum, & alterum: horum quidem specie, horum genere: ideo anima sentit simul eodem, & uno, ratione autem non eodem. Arist. de sen. & sen. cap. 8. char. 33.
Sensus non est falsus circa proprium obiectum, sed falsum pertinet ad phantasmam, quæ non est sensus. Arist. in 4. metaph. cap. 12. tex. 24. char. 77.
Sensus iudicium non est æque credibile circa communia, ut circa propria: non ita enim credendum est visui de rebus gustui subiectis, ac de coloribus. Arist. in 4. metaph. cap. 3. tex. 25. char. 78.
Sensus unus quod comprehendit uno modo, & in eadem dispositione, semper est verum, & nunquam diverfum. Arist. in 4. metaph. cap. 4. tex. 26. ch. 79.
Sensorium, quorũ formas simul excipit, eorũ simul iudiciũ facit. Alex. Aphrod. in 1. de ani. cap. 19. c. 38. col. 2.
Sensus in proprijs sensibilibus potissimum veri sunt, ubi sensibus ea servantur illæsa, quibus cum sensibilia suscipi nata sunt, quorum primum, ac præcipuum est uti secundum naturam valentia, & sana sentoria sint: secundo rei sensibilis situs: tertio æquabilis interualli mensura. Et propter hæc opus est medio, quo intercedente ad sensoriorũ ministeria cõmoda, & apta sensibiliũ susceptio præbeatur, & tamẽ nil sensum perturbare debet. Alex. Aphrod. in 1. de ani. cap. 13. c. 35. col. 3.
Sensuum receptio per similitudinẽ fit, similitudo per alterationem, alteratio autem fit quopiam immutatio. Alex. Aphrod. 1. de ani. cap. 17. char. 37. col. 1.
Sensus in proprijs sensibilibus dignoscendis fere q̄ rarissime fallitur. Alex. Aphrod. in 1. de ani. c. 20. c. 38. col. 2.
Sensus, licet non sit alteratio, nõ tamen sine alteratione fieri videtur. Alex. Aphrod. in 1. de ani. c. 25. c. 41. c. 1.
Sensus animalibus inutilis est, nisi autem motus, & impulsus ad aliquam rem adfit. Alexand. Aphrod. 2. de anim. cap. 10. char. 44. col. 1.
Sensus à natura ita instituti sunt, vt medijs corporis interuentu effigies rerum, & motum percipiant. Them. 3. de anim. cap. 1. tex. 128. char. 80. col. 2.
Sensus patitur aliquid propria affectione, quæ est receptio sensibilis speciei sine materia; & receptio non est pure actiua, velut mentis, intrinsecus tota existens, sed habens aliquid, vt passivum a sensitivo, ideo fit etiam cum alteratione. Idem in 7. phys. ch. 375. col. 2.
Sensus validiores magis percipiunt debiliores quantitates secundum vnumquodque. Idem 1. de celo. tex. 117. com. 113. char. 48. col. 4.
Sensibilia absque sensitivæ facultatis cognitione percipere non possumus. Simp. in 1. de ani. tex. 2. c. 1. col. 3.
Sensoriũ a sensibili effici oportet, ut inde sensus ad actionem moueatur. Simp. in 2. de ani. tex. 12. ch. 33. col. 3.
Sensoria ab exterioribus, non perinde vt inanimata, pa-

triantur. Simp. in 2. de ani. tex. 62. char. 35. col. 1.
Sensoria prima per media quædam mouentur, quorum alia sũt in nobis, vt in gustu, & tactu: alia extrinsecus, vt in relijs. Simp. 3. de ani. ex sect. 1. tex. 127. c. 46. c. 4.
Sensus semp exterioribus obiectis indiget ad hoc, vt suã habeat operationem. Simp. 2. de ani. tex. 51. c. 33. c. 1.
Sensus sit aut tangentibus nobis sensibilija, aut per media ipsa. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 129. ch. 47. col. 3.
Sensus humanus se ipsum percipit: sentiens enim quodammodo se ipsum cognoscit, cum cognoscat se ipsum sentire. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 136. c. 50. col. 1.
Sensus semper vera dicit in proprijs sensibilibus, quia pauca comprehendit, non tamen quod sit verum, scit. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 152. char. 54. col. 1. Idem eod. in loco col. 2.
Sensus nihil percipit vt verũ, sed vt sensibile sic: & imaginatio circa figuras, & typos versatur, quæ præter sensum tantum assumit, vt non semper præsentibus indigeat sensibilibus, quibus illæ figuræ sunt similes. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 153. char. 54. col. 3.
Sensitivæ rationes, vt plurimum sunt veræ, nisi interualum, aut quid extrinsecum impediatur: imaginatiuæ, plurimæ falsæ: illæ ob angustiam: istæ propter indeterminatam incitationem à qua excitantur. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 156. c. 55. col. 2.
Sensibilia ipsa non imprimuntur sensui, nec imaginationi, sed sensibile formæ sensui, vt sensibilia; imaginationi, vt phantasmata. Simp. in 3. de anima. ex sect. 2. tex. 33. char. 71. col. 3.
Sensibile non potentia, sed actu terminatur. Psel. in 5. physicor. chart. 16.
Sensibilia propria a proprio sensu facilius, ac exactius cognoscuntur, quàm communia sensibilija. Ioan. Gram. in 3. de anima. tex. 133. char. 74. col. 1.
Sensibilia propria per se cognoscuntur, & primo: communia aut per se quidem, sed secũdo. Idem ibid. col. 3.
Sensus omnes formas, non autem materiam apprehendunt. Ioan. Gram. in 3. de ani. tex. 60. char. 57. col. 1.
Sensus, si ad prudentiam comparatur, ignobilis citissimè vero ad inanimata, magnum quoddam esse existimabit vnusquisque. Idem de gen. ani. l. 1. cap. 20. c. 27. col. 2.
Sensibilia vera sensibilibus falsis assimilare est primum principium sophistarum, qui negant scientiam. Auer. physic. 8. tex. 14. char. 164. col. 3.
Sensibile omne, quod sentitur per medium, æqualiter debet sentiri ex omnibus partibus, nisi aliquid impediatur. Auer. 2. de ani. lex. 97. c. 146. col. 1.
Sensibilia non habent demonstrationem, nec habent definitionem: quia postquam recedunt, non habent nisi existimationem. Auer. 7. metaph. tex. co. 55. ch. 95.
Sensuum iudicium aliquando est præcisè falsum, vt cum iudicatur de magnitudine Solis; aliquando præcisè verum, ut cum iudicium plurium sensuum est, idem aliquando partim verum, & partim falsum, & est dubium donec feratur demonstratio, quæ alteram partem certificat. Alb. mag. in 8. physic. tract. 2. cap. 2. ch. 95. col. 4.
Sensibilia quæcunque organorum sensuum non sunt in medio secundum aliquod esse, quod habet in medio, & à medio non simul omnia, sed successiue patiuntur talia media, nisi in solo lumine, & colore. Alb. Mag. de sen. & sen. tract. 3. cap. 2. c. 18. col. 3.
Sensus spiritualis dignior est, cum est verus, quàm corporalis: quando verò est falsus, dignior est corporalis. Alber. Mag. de som. & uig. l. 1. trac. 1. cap. 9. c. 24. col. 3.
Sensibilis anima in his, in quibus est perfectio uluina, totum denominat, & perficit non eo, quod in toto est uniuersitas suarum potestatum tota, sed quia secundum potentias distribuitur partibus, & nõ in qualibet parte est quælibet sua potestas; ideo non denominat partes, nisi a particularibus partibus suæ potestatis. Alb. mag. de natur. & orig. ani, tract. 1. cap. 6. c. 69. c. 4. Sensuum

Sensus facilis deceptio fit tam dormiendo, quàm vigiliando ex passionis vehementia, in qua existimus. Alb. mag. de som. & uig. l. 2. tract. 1. cap. 7. col. 2.
Sensus magis perfici videtur in membro consimili, tamen non perficitur debile sine membro dissimili. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 1. cap. 1. char. 101. col. 2.
Sensati forma per se ipsam generat se in medio sensus secundum esse sensibile. Albert. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 6. char. 21. col. 2.
Sensus proprii obiecti quamuis sit verus, non tamen cognoscit hoc verum. D. Tho. Aqu. in perih. c. 2. col. 4.
Sensus obiectum per se non est substantia, sed aliqua sensibilis qualitas. D. Thom. in poster. char. 76. col. 3.
Sensus non habet aliquam actionem, nisi per organum corporeum. Diuus Thomas in libr. 7. physicor. lect. 4. text. 12. char. 110. col. 3.
Sensus proprius circa proprium, & per se obiectum non decipitur. Diuus Thomas in 3. meteor. ex digress. de color. lect. 6. char. 197.
Sensus tunc falsus est, cum aliter recipitur forma sensibilis in sensu, quàm sit in sensibili. Idem in 3. de anima. lect. 6. tex. 161. char. 53. col. 2.
Sensus, & intellectus formas suscipiunt spiritualiter, & immaterialiter secundum esse quoddam intellectuale, prout non habet contrarietatem. D. Thom. de sens. & sens. lect. 19. char. 24. col. 4.
Sensus, & intellectus nõ solum formas rerum suscipiunt, sed & de ipsis iudicant, & iudicium, quod faciunt de contrarijs, non est contrarium, sed vnum, & idem: quia per vnum contrarium sumitur iudicium de altero. D. Thom. ibidem col. 4.
Sensibilia omnia immutant medium secundum aliquam materialem immutationem, excepto visu, qui non immutat, nec organum, nec medium, nisi spirituali mutatione. D. Thom. 1. metaph. lect. 1. char. 4.
Sensus iudicium non est certum, cum non eodem modo semper iudicet. Diuus Thomas in 4. metaph. lect. 11. text. 21. char. 229.
Sensus iudicium de coloribus verius est in propinquo, quàm in remoto. Diuus Thomas in 4. metaphysicor. lect. 14. tex. 25. char. 238.
Sensus quia quædam apparent, ideo esse vera impossibile est dicere. Diuus Thomas in 4. metaphysicor. lect. 14. text. 25. char. 241.
Sensus & si de sensibili potest esse verus, tamẽ veritatem non cognoscit. Diuus Thomas in 6. metaphysicorum. lect. 3. text. 7. char. 423.
Sensus non iudicat, nisi vt nunc. Diuus Thom. ethic. 10. lect. 2. char. 169. col. 2.
Sensus propter sui materialitatem non resoluit cognitum ad causas: sentire enim solum consistit in moueri ab obiecto. Intellectus autem propter immaterialitatem resoluit cognitum ad causas: potest enim non solum ab obiecto moueri, sed etiam discurrere circa obiectum, & in hoc differt sensus ab intellectu. Alexander de Ales in 6. metaph. text. 1. char. 168. col. 2.
Sensus cur sunt, & vt differunt inter se, & à cæteris animæ potentijs.
Sensus illustrandæ vitæ causa est vis: alitrix vero auctio- nis rei viuientis causa est. Arist. de plant. cap. 1. ch. 360.
Sensus gratia sunt omnia, quæ habent idem, vel obtinet: ossa dico, cutem, venas, pilos, vngues, & reliqua. Arist. de partib. animal. 2. cap. 8. chart. 443.
Sensitivum non est sine vegetatiuo. Aristo. in 2. de anim. sum. 2. cap. 1. text. 29. char. 621.
Sensus vnus comprehendit, quod est proprium alterius, vt sensus est: sed secundum quod vnum sunt cum sim- mul sit sensus in eodem, vt quod bilis amara est, & flamma: non enim alterius est dicere, quod ambo vnum.

& ideo decipitur, & si sit, flatuam bilem esse opinatur. Idem ibidem sum. 5. cap. 1. tex. 134. chart. 648.
Sensus plures vno habemus, vt minus lateant consequentia, & communia; vt motus, magnitudo, & numerus, idest sensibilibus multitudo est in causa. Idem ibidem sum. 5. cap. 1. text. 135.
Sensitui, & intellectui impassibilitas non est similis: sensus enim non potest sentire, ex vehementi sensibili; sed intellectus cum aliquid intellexerit valde intelligibile non minus intelligit inferiora, sed magis: sensitivum enim non sine corpore est, hic autem separabilis est. Arist. in 3. de ani. cap. 1. tex. 7. char. 657.
Sensus, qui per exteriora insunt, vt odoratus, auditus, visus, omnibus habentibus causa salutis insunt: vt præsentia prosequantur alimenta, mala autem, & corruptiua fugiant. Arist. de sens. & sen. cap. 1. char. 4.
Sensuum, odoratus, visus, & auditus ad necessaria vitæ, melior est visus secundum se: ad intellectum autem secundum accidens auditus. Arist. de sens. & sen. ca. 1. c. 5.
Sensus dextri cur sinistris non sunt præstantiores, cum in cæteris dextra sinistris sit præstantior? Vtrum ex consuetudine, quia vbi nati sumus, eodem modo amobus sensibus vtimur: at pars dextra magis exercetur sinistra. An quia sentire effici est: pars autem dextra præstantior est, quia efficacior, & affici pernicacior est quàm sinistra? Arist. probl. sect. 13. nu. 12. char. 633.
Sensus non solum propter ipsorum vtilitatem amamus, sed etiam propter seiplos, & maxime visum, quia nos multa cognoscere facit, & multas rerum differentias nobis ostendit, & plures quàm alij sensus. Arist. in pri. metaph. ex sum. 1. cap. 1. chart. 3.
Sensus, & imaginatio non sunt idem, cum imaginamur, cum volumus: sentire autem non in nostra potestate est. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 20. chart. 38. col. 3.
Sensus a cogitatione plurimum differt: nam sensus indiget ijs, quæ mouent sensum, sed cogitatio horum figuris impressa satis potest nobis occurrere. Magent. in libr. de interpret. char. 4.
Sensuum cognitiones non differunt specie, sed numero. Simp. in prædicamen. char. 72.
Sensus rationi consociatus non est similis sensui existenti absq; ratione, sed nec sensus, qui determinatam mouet phantasmam huic similis est. Simpl. in 2. de anima. tex. 23. char. 28. col. 4.
Sensus dicitur communis, non quod contractionem in multorum collectione agat, sed quod illorum multorum assidet vniciueque propter mutua ipsorum colligantiam: non enim inter se ita diuisi sunt, vt non inter se conueniant. Dicitur etiam communis, quia in concursu multorum iudicat idem: item quia communia percipit. Simpl. in tertio de anima ex sect. pri. text. 134. chart. 49. col. 2.
Sensus agens perfectior est sensu non agente, ut id, quod actu est perfectius, eo, quod est potentia. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 138. char. 51. col. 4.
Sensus ab imaginatione differt, quia imaginatio extrinsecus est, sensus intrinsecus. Ioan. grammar. in 1. de ani. ex perih. char. 2. col. 4.
Sensus & sensibile, intellectus & intelligibile opponuntur, vt ad aliquid. Io. gram. in 1. de ani. te. 9. ch. 8. col. 3.
Sensus vnusquisque per accidens etiam propriam sensibilibus priuationem apprehendit. Ioan. grammar. in 2. de anim. tex. 71. char. 57. col. 1.
Sensus nullus, ut absq; actu non producitur; ita sine imaginatione nulla est uniuersalis comprehensio. Michael Ephes. de memor. & rem. char. 2. col. 3.
Sensus, & phantasia est iudicatrix seruilis. Mich. Ephes. de animalium motu. char. 48. col. 4.
Sensus, uel intellectus nihil conferunt ad motum, nisi adfit appetitiua potestas. Michael Ephes. de animalium motu. char. 49. col. 3.

Sensui quod apparet, est testimonium eius, quod apparet rationi, sed non sufficit ad ostendendum omne accidere. Auer. 8. phy. tex. 65. c. 185. col. 1.
Sensus prima perfectio fit ab intelligentia agente. Auer. 1. de ani. tex. 59. ch. 136. col. 3.
Sensus in maiori parte non est causa longitudinis, & breuitatis vitæ. Auer. 3. de ani. tex. 60. c. 185. col. 1.
Sensus in animalibus non est, nisi ad salutem. Auer. in 12. metaph. tex. 10. cap. 36. ch. 149.
Sensus impositi sunt animalibus ad inuasionem. Auer. in epit. metaph. tract. 4. ch. 161. col. 3.
Sensus sunt conditio requisita imaginationi, & omnis imagines sentit necessario, non e contra. Auer. ex dest. destr. disput. 16. char. 53. col. 3.
Sentire tunc dicimus, cum res adest; scire, cum per intellectum consideramus: memorari vero, cum sine actione propria obiecti particularis, vel vniuersalis in ipsam aliquam alicuius scientiam vel cognitionem habemus. Alb. mag. de mem. & rem. tract. 1. cap. 2. c. 21. col. 3.
Sensus non habet vnam causam mouentem in omnibus sensibus, cum esse intentionale, & spirituale non vna ratione est in eis, quia vnũ est multo spiritualius alio. Alb. mag. 2. de ani. tract. 3. cap. 6. c. 21. col. 2.
Sensitiua cognitio est in nobis prior intellectiua, quia intellectiua est ex sensu in nobis procedit. D. Thom. in post. char. 40. col. 1.
Sensus vt secundum actum mouet appetitum ad præsentiam sensibilis, sic & phantasia in absentia sensibilis. D. Tho. in 3. de ani. l. 6. tex. 161. c. 54. col. 2.
Sensus vnus proprii vacationem non sequitur vacatio sensuum aliorum particularium. D. Thom. de somn. & vigil. lect. 3. ch. 34. col. 3.
Sensus & phantasmata eadem virtus est secundum substantiam, sed differunt secundum esse. D. Thom. de in som. lect. 1. char. 39. col. 4.
Sensus in hoc differt ab intellectu, quod intellectus est potentia diuersa, sensus non, & ex natura iudicij. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 6. col. 2.
Sensui remota, intellectui remota sunt, cum cognitio omnis nostra a sensu dependeat. Alex. de ales in 1. metaphysic. char. 7. col. 3.
Sensus & sentire differunt, quia sentire non terminatur nisi ad hoc certum singulare: at vis sensitiua non est determinata ad hoc, vel illud definite sentiendum, sed vniuersaliter potest hoc, vel illud sentire. Tho. de Vie in post. char. 174. col. 2.

Sensus ut communis.

Sensibilia communia sunt motus, quies, numerus, figura, magnitudo: hæc omnibus sunt communia, & nulli propria. Arist. 2. de ani. su. 4. te. 64. c. 631. c. 2.
Sensus cum mutuo de alienis sensibus iudicium ferunt per accidens iudicare dicunt: quod fit, quia ad vnum sensum omnes desinunt, nec terminantur. Them. in 3. de ani. cap. 2. tex. 134. ch. 60. col. 4.
Sensus communis vnus est subiecto, multi ratione: & vt vnus iudicat differentiam, vt multi contraria sunt. Io. gra. in 3. de ani. tex. 144. c. 77. col. 3.
Sensus communis incorporeus est; in corpore autẽ subiecto est, cui est subiectum corpus spiritale. Io. gram. in 3. de ani. tex. 144. ch. 77. col. 4.
Sensus communis est vnus, quia comprehendit omnes quinque sensus, & est plures, quia plura habet instrumenta. Auer. de som. & vig. ch. 291. col. 2.
Sensibilia communia sunt propria sensui communi. Aue. 1. de ani. tex. 65. ch. 139. col. 3.
Sensus communis est vnus fons, ad quem omnis motus sensibilibus refertur: vt ad vltimum finem. Alb. mag. 2. de ani. tract. 4. cap. 7. c. 31. col. 3.
Sensus communis habet, vt est sensus, quod recipit rerũ

species sine materia, & tamen præsentem materia, vt est communis duo habet, sine cuius sensibilis cognitio non perficitur, quorum vnũ est iudicium sensibilis operationis, vt nos apprehendimus videre, cum videmus: aliud est comparare sensata diuersorum sensuum per hoc, quod inuenit ea in vno communi sensato coniuncta, vel distincta. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 4. cap. 7. c. 31. col. 3.
Sensus communis est in anteriore parte cerebri, vbi concurrunt nervi sensitui quinque sensuum, vt in quodã centro, qui locus est medullofus, & humidus, post quẽ est durities maior proueniens ex frigiditate cerebri. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 4. cap. 7. c. 31. col. 4.
Sensus communis est quoddam inseparatum, & indiuisibile est iudicium eius, & in tempore indiuisibile secundum eius subiectum: esse autem suũ est diuisibile, & separatum. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 4. ch. 11. col. 4.
Sensus communis est sicut terminus sensuum particularium: & quia terminus est forma, apprehensio enim diuersorum sensatorum est, ad hoc finaliter vt discernant conuenientiam & differentiam, quæ est inter ea. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 4. cap. 11. c. 32. col. 1.
Sensus communis diuidetur quodammodo per attributionem, & influentiam, non per substantiam, & formam, quoniam substantia vna est, & forma medians, quæ est causa æqualitatis, vna est. Alb. mag. 2. de ani. tract. 4. capit. 12. char. 33. col. 1.
Sensus communis est vna numero forma, quæ est vniuersalis, non vt prædicabile, sed sicut causa formaliter præbens ea, quæ oriuntur ex ipsa. Albert. magnus in 2. de ani. tract. 4. cap. 12. char. 33. col. 1.
Sensus proprii non mouent sensum communem: oportet enim, quod sensibile propriũ spiritualius, & simplicius fiat in sensu communi, q̃ in proprio, & hanc maiorẽ simplicitatem non dat ei sensus proprius, sed sensus communis. Alb. mag. in 2. de ani. tra. 4. cap. 12. c. 33. col. 2.
Sensus nullus sensibilibus simul erit vnus secundum actũ sensus communis plurium, sed plurium sensibilibus potest esse vnus sensus specie sentientis, diuiditur enim sensus in speciem, vt & alia, quæ genere conueniunt, & diuiduntur suis differentiis. Alber. mag. de sen. & sen. tract. 3. cap. 3. ch. 19. col. 1.
Sensus communis quæcunque vnico sensu secundum actionem factõ sentit, plura necesse est simul commissa sentire: & sic non vt plura, sed vt vnum sentit; nec plura vnico sensu, quia vnus sensus numero est, qui actione sentiendi vnus est. specie autem vnus est sensus, qui virtute specifica est vnus sensus, vt vna specie virtus est visus, alia auditus. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 3. cap. 3. ch. 19. col. 1.
Sensus communis non debet sentire simul duo sensibilia non commissa vno sensu secundum actionem, etiam si sint eadem in genere, & eiusdem sensus proprii obiecti. Idem enim esset, ac si vna linea recta ad eandem partem terminaretur ad duo puncta. Duo autem possunt referri ad vnam virtutem duobus modis, vel vt fines, & sic fieri nequit, vt virtus vna secundum actum operationis sit simul super duo operans: actus enim & operationes suis finibus differunt. Aliquando vt ea, inter quæ facit operationem diuersitatis, & conuenientia, & sic virtus vna potest operari super diuersa. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 3. cap. 6. c. 19. col. 1.
Sensata communia sunt, magnitudo, figura, numerus, & motus. Alber. magn. de sen. & sen. tracta. 1. cap. 2. chart. 2. colum. 3.
Sensus communis in capite est in animalibus magna capita habentibus, licet primus fluxus si a corde, & ad ipsum referatur. Alber. magn. de somn. & vig. l. 1. tract. 2. cap. 3. char. 29. col. 3.
Sensus communis se habet ad particulares, vt virtus, & natura formalis influens naturam sentiendi in quemlibet sensum particularem, & materialem ad organum

organum determinatam. Albert. magn. de caus. & process. vniuers. a caus. prim. cap. 4. char. 191. col. 4.
Sensus communis est quædam potentia, ad quam terminantur immutationes omnes sensus. D. Thom. in 2. de anim. lect. 13. tex. 64. char. 33. col. 4.
Sensus communes, & necessarij omni animali sunt illi, qui sunt cognoscitui eorum, quæ sunt necessaria animali. D. Thom. de sen. & sen. lect. 2. chart. 2. col. 3.
Sensibilia communia dicuntur, quæ non cognoscuntur ab vno sensu tantum, vt sensibilia propria, sed a sensibus multis, vt magnitudo, figura, quies, motus, & numerus. D. Thom. de sen. & sen. l. 2. char. 3. col. 2.
Sensibilia communia omnia pertinent aliquo modo ad continuum, vel secundum mensuram eius, vt magnitudo; vel secundum diuisionem, vt numerus; vel secundum terminationem, vt figura; vel secundum distantiam, & propinquitatem, vt motus. D. Thom. de sen. & sensat. lect. 2. char. 3. col. 2.
Sensus communis vnus numero existens sola ratione differens cognoscit diuersa genera sensibilibus, quæ tamen ad ipsum referuntur secundum diuersas potentias sensuum propriorum. Diuus Thomas de sen. & sensat. lect. 19. char. 23. colum. 4.
Sensus communis est radix phantasiæ, & memoriæ, quæ præsupponunt actum sensus communis. D. Thom. de memor. & rem. lect. 2. char. 26. col. 1.
Sensus communis interior ab Arist. intellectus passiuus, qui est corruptibilis, appellatur. Diuus Thom. ethic. 6. lect. 9. char. 100. colum. 2.

Sensus, ut visus.

Sensus visus fit per neruum descendens a cerebro, & qui terminat ad finem principij cristallini. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 81. char. 60. col. 1.
Sensuum ad notitiam, quæ fit per inuentionem, melior est visus per se sumptus solum: ad notitiam, quæ fit per doctrinam, melior est per accidens auditus. Alber. mag. de sen. & sen. tract. 1. cap. 2. char. 2. col. 3.
Sensibile medium visus tria habere debet: vnum, quod subito, & non in tempore transeat ad visum per medium: alterum est vniuersaliter in medio visibile generari quocunque extenditur recta linea. tertium est visibile non efficere medium qualitate, & figuræ ipsius. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tra. 1. ca. 4. char. 69. col. 1.
Sensus duo disciplinabiles sunt; visus, & auditus: visus deseruit disciplinæ secundum quod est per inuentionem: auditus vero secundum quod est per doctrinam. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 1. cap. 4. char. 7. col. 2.

Sensus, ut auditus.

Sensus auditus, & olfactus nullum membrum continet manifestum. Arist. de hist. ani. 4. cap. 8. char. 131.
Sensus audiendi quàm videndi obtusior est. Arist. probl. lect. 7. num. 5. char. 414.
Sensus auditus sunt a cerebro per neruos vsque ad aurium radices, quas membranas appellant incipientes, qui neruus est poris, & meatibus præditus, in quo longe est auditiuus spiritus. Ioannes grammaticus in 2. de ani. tex. 81. char. 60. col. 1.
Sensorium audituæ facultatis est membrana: odoratiua, mamillæ formam præ se ferens cerebri processus, visibilis oculus, tangibilis caro, gustabilis lingua: nec in omnibus sensibus eadem seruanda est proportio. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 116. char. 70. col. 4.

Sensus, ut gustus.

Sensibilis particula gustus, & tactus, non definitur ab eo, quod est capere alimētum tantum, sed ab eo, quod

est sensibilis species apprehendere sine materia. Alber. mag. de som. & vig. lib. 1. tract. 1. cap. 3. char. 26. col. 1.

Sensus, ut tactus.

Sensus tactus homini exquisitissimus est, deinde gustus in reliquis superatur a multis. Arist. de hist. anim. prim. cap. 15. char. 28.
Sensus cum in partibus simplicibus sit positus, euenit ratione optima, vt tactus sedem similem quidem, sed minime simplicem obtineat, vt qui plures sui obiecti contrarietates obtineat. Aristoteles de partib. animal. libr. 2. cap. 1. char. 325.
Sensus tactus primus est. Idẽ de partib. ani. 2. ca. 8. c. 443.
Sensus tactus sedes sola omnium sensoriorum corpulentæ est. Arist. de partib. anim. 2. cap. 8. char. 443.
Sensus tactus nullius elementorum est. Arist. 3. de anim. sum. 2. cap. 2. tex. 66. char. 671.
Sensibus reliquis sublatis solo tactu permanente restat animal, ac tactu sublato, interit, vt solus tactus ad essentiam animalis necessarius sit, cæteri vero sensus ad ornatum potius, quàm ad essentiam pertinent. Them. in 3. de ani. cap. 74. text. 68. char. 91. col. 4.
Sensus aliquo intermedio vtiuntur, ergo & tactus. At cum nihil sit inter tactile, & sensum, nisi caro, hæc igitur medij vicem gerit. Themistius in secun. de anima, cap. 39. text. 116. char. 79. colum. 2.
Sensus tactus non indiget membro officiali, nisi nobilioris notæ gratia, aut ob necessitatem contingentem ali cui animali sanguineo, id est ob eius calorem. Auer. de partib. anim. 2. cap. 7. char. 73.
Sensibilia tactus non communicant in eodem genere, quod de eis dicitur vniuocẽ. Auerroes in 2. de anima, text. 109. char. 148. colum. 4.
Sensibile in tangibilibus est causa remota in motione sensus, medium vero est causa propinqua. Auerro. in 2. de ani. tex. 115. char. 150. colum. 1.
Sensus tactus impossibile est, vt careat simpliciter calido, frigido, humido, & sicco: ideo comprehendit extrema. Auer. in 2. de ani. tex. 118. char. 150. col. 4.
Sensus, qui proprie insequitur animal secundum vnum quodque animal in specie, & numero, & omni, & soli conuenit, est tactus, & gustus, vt est quidam tactus. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 1. cap. 1. char. 2. colum. 2.
Sensus tactus, & gustus dupliciter insunt animalibus: animaliter, & naturaliter. Alber. magnus de veget. libr. 1. tract. 1. cap. 10. char. 115. col. 1.
Sensus tactus non est in vnum, sed plures: subiecto autem vnus est. Diuus Thomas in 2. de anima. lectio. 22. text. 108. char. 43. colum. 3.

Sensus, vt olfactus.

Sensus olfaciendo fit in ijs, quæ habent narem per spirationem: ideo supra locum spirationis positus est. Arist. de partib. anim. 4. cap. 10. char. 452.
Sentire suffimenta omnia minus è propinquo possumus, vel quia odoris effluxio aere temperato validior redditur, vt mirra medicinalis suauior est: vel quia ignis vi sua cremandi tollit odore, qui per suffitum effluat, & quidem apud carbones ipsos nihil redolent; longius vero purius, tenuissimumque fertur, quod oleat. Aristotel. problem. lect. 12. nume. 1. char. 473.

Sensus per se, & per accidens.

Sensibile secundum accidens, vt si album sit Diarij filius, secundum accidens hoc sentit, quoniam accidit albo hoc, quod sentit. quapropter nihil patitur secundum quod huiuscemodi est a sensibili. Arist. in 2. de anim. sum. 4. cap. 2. text. 65. char. 631.

Sensibilia secundum se proprie sensibilia sunt propria, & ea, ad quæ nata est substantia vniuersalisque sensus. Idem ibidem.

Sensus, vt fit, vt patitur, & vt se habet in somnijs.

Sensu aliquo deficiente, & scientiam illius sensus defecturam esse necesse est: discimus enim, & inductione, & demonstratione, & hic elicitur nihil esse in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Arist. post. l. 1. cap. 14. tex. 33. chart. 327.

Sensus ipsi alterantur, patiuntur enim. Arist. in 7. physic. sum. 3. cap. 1. tex. 12. char. 183.

Sensus patitur non simile existens, passum autem assimilatum est, & est quale illud. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 1. tex. 62. char. 630.

Sensibilia excellentiæ corrumpunt sensorium, quia si motus sensorio fortior est, soluitur ratio, quæ est sensus, vt consonantia, & sonus percussis fortiter chordis. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 8. tex. 123. ch. 646.

Sensu aliquo deficiente necesse est, & sensorium deesse. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 1. tex. 128. ch. 647.

Sensus, quæ percipiunt per intermedium, non simul patiuntur, præter id, quod est in lumine: per id enim, quod est esse aliquod lumē est, sed non motus aliquis. Idem de sen. & sen. cap. 8. ch. 28.

Sensum quæcunque patiuntur, solum id mores obtinet, quod obuiam auribus esse potest. Nam & si quid sine sermone modulatur, mores tamen præ se ipsa modulatio fert, quos non calor, non odor, non sapor gerere potest. An quod motum solum hoc obtinet, non dico quem strepitus reddit (talis enim, vel cæteri adeest: quippe cum etiam color nostrum mouere aspectum possit) sed eum intelligi volo, quem genus id strepitus subsequenter sentimus: hic enim similitudinem gerit, tum in numeris, tum in sonorum ordine acutorum, & grauium, non in mistione, quod esse in cæteris sensibilibus non potest. Atque motum eiusmodi sibi actio vendicat, quæ motuum iudex proculdubio est. Arist. prob. sect. 19. tex. 27. c. 517.

Sensibilia omnia corrumpuntur, & sunt in motu. Arist. in 3. metaph. ex su. 2. cap. 3. tex. 12. ch. 30.

Sensibilia exuperantia sensus interimuntur. Alex. aph. in 1. de ani. cap. 19. ch. 37. col. 3.

Sensus eorum facile decipiuntur, qui affectu aliquo perturbati sunt. The. de in som. cap. 1. ch. 99. col. 4.

Sensus non patitur laborantibus senio, & fatiscibus instrumentis. The. in 1. de ani. cap. 26. tex. 65. c. 62.

Sensus minus obnoxius est passioni, quam instrumenta, non tamen in totum immunis, & separatus. Them. in 3. de ani. cap. 34. tex. 19. ch. 86. col. 4.

Sensibilis excellentiæ corrumpit congruam organi temperaturam. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 143. c. 51. c. 4.

Sensus cui a naturitate deficit, nunquam sensum illū habere potest. Io. gra. in 1. de ani. tex. 42. c. 19. col. 3.

Sensus omnis habet ea, quæ se potest corrumpere: visus nimis splendidum, auditus sonum, odoratus grauis flatus, gustus venena, tactus ignem, niuē; & ideo sunt artes, quæ sensibus voluptates afferunt: visui pictura, auditui musica odoratui vnguenta, tactui lauacra, & ars texendi, gustui coquinaria. Io. gram. in 3. de anim. tex. 139. char. 76. col. 4.

Sensus ab excessibus corrumpitur: anima ab excessibus magis exercetur, quod declarat eam esse immortalem. Io. gram. in 3. de ani. tex. 1. ch. 83. col. 2.

Sensorium duos affectus patitur, vnum vt corpus, reliquum, vt sensorium. Ioan. gram. in 2. de anim. text. 123. char. 71. col. 4.

Sensus, qui est in potentia in somno quandoque contingit, vt exeat in actum in somnijs veris pronuntiatiuis mirabilium, & tunc sensus, qui est in potentia, erit nobilior sensu, qui est in actu: & sensus, qui est in potentia si est falsus, est vilis, & sensus in actu est nobilior eo. Auer. de som. & vig. c. 201. col. 1.

Sentit homo in somnio per quinque sensus, cum ibi non sit sensibile extrinsecum contrario modo, ac fit in vigilia: quia in vigilia sensibilia extrinseca mouent sensum, & sensus communis mouet virtutem imaginatiuam: in somno autem cum virtus imaginatiua imaginata fuerit intentionem, quam accepit ab extrinseco, aut ex virtute rememoratiua reuertitur, & mouebit sensum communem, sensus communis mouebit virtutem particularem, & sic homo comprehendit sensibilia, licet non sit extrinsecus: quia intentiones eorum sunt in instrumentis sensuum indifferenter, siue intentiones veniant ab extrinseco, siue ab intrinseco. Auer. de som. & vig. ch. 201. col. 4.

Sensus organum facile, & celeriter, & vsque in profundū sui, vt speculum a paruis differentijs patitur ab extra, moueri potest a particulis intra: cum illæ sint in organo sensuum coniunctæ in eodem subiecto, & continuo sit neruus ab interioribus ad organa veniens: exteriora autem sunt diuersa ab eis in subiecto, & non habentia adeo continuitatem naturalem vsq; ad ipsa. Alb. mag. de som. & vig. l. 2. tract. 1. cap. 6. ch. 33. col. 2.

Sensus organum cum agat secundum passionem in naturaliter, & accidentaliter acceptam in aliquod corpus, quod non est secum in eodem subiecto, multo fortius organa interiora, & instrumenta informata sensibilibus formis agere possunt in organa priorum sensuum secundum formam, vt perfectio imperfectibili, & naturaliter est eis sicut actus in potentia. Albe. mag. de som. & vig. l. 2. tract. 1. cap. 6. ch. 33. col. 2.

Sensus licet non patiatur a sensibili passione proprie accepta, patitur tamen per accidens in quantum organi proportio corrumpitur ab excellenti sensibili. D. Thom. in 3. de ani. l. 7. tex. 7. c. 54. col. 3.

Sensituum, nec patitur, nec alteratur a sensibili passione, & alteratione proprie accepta, vt est e contrario in contrarium. D. Thom. in 3. de ani. l. 12. text. 28. char. 60. col. 2.

Sensus cum alteratur, alteratio vsque ad phantasiam peruenit, & alterata phantasia mouetur intellectus, & sequitur appetitus, vel voluntas: quo existente alteratur alia corporis pars, quæ primo mouetur, & tunc mouetur animal, & sic patet, quod localis motus est finis alterationis. Idem de ani. mot. l. 4. c. 51. col. 3.

Sensus difficulter fertur in excellens sensibile, sic & intellectus in occultū intelligibile difficile fertur. Alexā. de ales in 2. metaph. ch. 34. col. 1.

Sensibile, vt se habet ad sensum, & scientiam, & vt de illis tractatur.

Sensibilia omnia ad sensum iudicamus. Arist. meteo. 4. sum. 2. cap. 1. tex. 29. c. 568.

Sensus prima perfectio differt a scientia sentientis, quia mouens primam perfectionem in sensu, & extrahens in secundam sunt extrinseca sensata: at mouens scientem de prima perfectione in secundam, est aliquid cum anima copulatum. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 1. tex. 59. char. 629.

Sensibilis, & sensus actus idem est, & vnus: esse autem ipsorum, non idem. Aristot. 2. de anim. sum. 6. cap. 1. text. 138. chart. 649.

Sensibilis, & sensitiui cum vnus sit actus, eorum autem esse alterum, necesse est simul corrumpi, & saluari, auditum, sonum, saporem, & gustum, & alia similiter. Arist. 2. de ani. su. 6. cap. 1. tex. 141. c. 650.

Sensus vnusquisque est subiecti sensibilis, inestque inferiori, vt sensorium, & discernit subiecti sensibilis differentias. Arist. 2. de ani. su. 6. cap. 2. t. 144. ch. 651.

Sensibile, vt se habet ad sensum, & scientiam, & vt de illis tractatur.

Sensibile, vt se habet ad sensum, & scientiam, & vt de illis tractatur.

Sensituum ad sensibilia similiter se habet, vt intellectum ad intelligibilia. Arist. in 3. de anim. cap. 1. tex. 6. c. 657.

Sensibile ex sensitiuo, quod potentia est, videtur facere actu sensituum non patiendo alterationem. Arist. in 3. de anim. sum. 1. cap. 5. tex. 28. char. 661.

Sensibilia omnia habent contrarietatem. Aristot. de sen. & sen. cap. 4. char. 18.

Sensibilia secundum singulum sensorium in nobis efficiunt sensum, & quæ fit ab eis passio, non solum inest in sensorijs, dum sensus agunt, sed & dum obierunt. Aristot. de somn. cap. 2. char. 62.

Sensus, & scientia differunt: nam sensus circa contingentia: scientia circa necessaria. sensus nullius substantiæ: scientia est substantiæ indagatrix. sensus a principio inest: scientia aduenit. sensus est communis omnibus animalibus: scientia peculiaris hominibus. sensus natura inest, & ipso fit habitus: scientia fit doctrina, & producit actiones. Alex. aphro. in top. cap. 14. char. 19. col. 2.

Sensu quod percipi potest, & quod ciendi sensum facultatem habet, simul existunt. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sect. 4. com. 52. char. 21. col. 3.

Sensus nescit agere sine propria facultate. quare, cum plura cernimus, plures simul actiones agimus. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sect. 5. com. 77. char. 27. col. 4.

Sensibiles res in essentijs suis multas rationes immobiles habent, quæ perpendi possunt ab intellectu, & per consequens sciri: & sic sensibile potest esse scientia. Alex. aphr. in 4. metaph. tex. 22. char. 96. col. 1.

Sensibilia sensum præcedunt, & possunt esse, licet non sentirent. Alex. aphro. in 3. metaph. vel secund. lat. 4. commen. 56. char. 114. col. 2.

Sensus, vt nō contingit diuersos secundum speciem vnum, & idem habere proprium sensibile, sic nec scientias scibile. Alexan. & Eustr. in 2. poster. char. 22. col. 1.

Sensus vis vna, cum sit, plura, & contraria sentit, quia partim diuisa est, quoniam essentia, & ratione distrahitur: partim indiuisa, quia loco, & numero vna est. Themist. in 3. de ani. cap. 8. tex. 46. char. 81. col. 4.

Sensorij, & sensus diuersa essentia est: illud enim est magnitudo, sensus ratio est corporis. Them. in 2. de anim. cap. 42. tex. 122. char. 79. col. 4.

Sensus, & primum sensorium subiecto non distant. Themist. in 2. de anim. cap. 42. tex. 122. char. 78. col. 4.

Sensibilia actu existunt cum illis sensibus, qui actus sunt. Simp. in prædicamen. char. 51.

Sensibilia opinione percipiuntur vna, cum sensu quoque fiunt, & generabilia quoque apparent. Simp. in 8. phys. char. 405. col. 2.

Sensituum non ante perficitur, quàm ad actionem deueniat. Simp. in 2. de ani. tex. 62. char. 35. col. 1.

Sensibile in actu concurrat cum sensu in actu. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 138. char. 50. col. 4.

Sensu deficiente necesse est, & scientiam aliquam deficere. Ioan. gram. in 1. poster. cap. 1. char. 35. col. 4.

Sensus, & scientia circa eadem se habent, non tamen eodem modo: sensus enim particularium est, scientia autem vniuersalium. Ioannes gramm. in prim. poster. cap. 2. chart. 51. col. 2.

Sensibilia ex sensu colliguntur in phantasia, ex quibus fit memoria, ex multis autem memorijs fit experientia. Ioan. gram. in 2. poster. cap. 18. chart. 75. col. 1.

Sensibilia per accidens affectionem in sensum non efficiunt. Ioan. gram. in 3. de anim. tex. 133. char. 74. col. 1.

Sensibile species, etiam si sunt contrariæ, in ipso spiritali fiunt secundum aliam, & aliam eius partem. Idem ibidem tex. 144. char. 77. col. 4.

Sensibile solum mouens est, quod mouet, & mouetur. sensus mouetur a sensibili, & mouet imaginationem. Idem ibidem tex. 160. char. 82. col. 1.

Sensus scientiæ inseruit, ideo scientia non est melior. Eustrat. in 6. ethic. cap. 3. chart. 287.

Sensus licet moueantur a sensibilibus, tamen existimantur mouere, & moueri ab eis simul. Auer. in 1. de ani. text. 60. char. 138. col. 3.

Sensus motor est extrinsecus, & intellectus est intrinsecus. Auer. in 1. de ani. tex. 60. ch. 138. col. 3.

Sensuum consideratio fit ab Aristot. secundum nobiliorem sensum primo, nō secundum naturalem ordinem. Auer. in 2. de ani. tex. 77. char. 142. col. 1.

Sensus opinatur Aristot. aliquos esse in capite relationis, aliquos in capite actionis, & passionis per se, & accidit eis relatio. Auer. in 2. de ani. text. 125. char. 151. col. 4.

Sensibilis est differentia inter sensibilia. Auer. in 2. de ani. text. 145. char. 155. col. 3.

Sensibilia sunt minoris vitæ, quàm multæ plantæ. Auer. in 3. de anim. tex. 61. char. 185. col. 1.

Sensus conueniens ingerit voluptatem, & sensus inconueniens tristitiam. Albertus mag. in 2. de anim. tract. 1. cap. 7. char. 15. col. 1.

Sensibile nō agit nisi secundum simplicem formam, cum multiplicat se ad sensum, & ad medium. Alber. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 7. char. 22. col. 1.

Sensibile motus tunc perfectus est, cum sensibilia veniant ad animā, & anima per sensibilia existens apud eam reddit in ipsas res sensibiles, quæ sunt extra ipsam. Alb. mag. de memo. & rem. tract. 1. cap. 1. ch. 21. col. 1.

Sentire tunc dicimus, cum res adest, scire, cum per intellectum consideramus: memorari vero cum sine actione propria obiecti particularis, vel vniuersalis in ipsis aliquam alicuius scientiam, vel cognitionem habemus. Idem ibidem cap. 2. char. 21. col. 3.

Sensibilia nō accipit anima propter aliquid, nisi vt per se ipsam in res sensibiles veniat. Albert. mag. de memo. & rem. tract. 1. cap. 1. char. 21. col. 2.

Sensibilis affectio nullo modo fieri potest, nisi patiente organo sensus aliquid a sensibilibus formis. Alb. mag. de som. & vig. lib. 2. tract. 1. cap. 1. char. 31. col. 3.

Sensu aliquid communicare ex sese oportet in affectibus cognoscendis. Alb. mag. tract. 2. cap. 1. char. 349.

Sensibile multæ rationes sunt in naturalibus, non vt sensibilia, sed vt mota solum. Alb. mag. in 12. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 165. col. 2.

Sensus secundum actum sunt singularium, quæ sunt extra animam: scientia vniuersalium, quæ sunt in anima. D. Thom. in 2. de anim. lect. 12. tex. 60. char. 32. col. 4.

Sensibiles qualitates mouent sensum sicutualiter, & corporaliter. D. Thom. in 2. de ani. l. 13. tex. 64. ch. 33. col. 4.

Sensibilia non tractantur in libris de anima ab Aristotele, nisi in quantum sunt immutatiua sensus. D. Thom. in 2. de anim. lect. 16. text. 77. char. 36. col. 4.

Sensibile vnumquodque ab aliqua determinata distantia videtur. D. Thom. de sen. & sen. lect. 19. char. 24. col. 1.

Sensitiua simulachra non solum agunt in sensum, & mouent ipsum in præsentia sensibilibus, sed etiam in eorum absentia. D. Thom. de insom. lec. 2. char. 39. col. 4.

Sensus simulachra sensibilibus in se habent, etiam in absentia sensibilibus: quia, cum sensus sit quædam alteratio, & quiescente sensibile primo motu, motus adhuc fuit in sensu, vnde passio fit in organis sentiendi, & motus simulachri in sensum expellunt motus minores. D. Thom. de insom. lec. 2. char. 40. col. 2.

Sensibilia multum habent de natura indeterminati. D. Thom. in 4. metaph. lect. 12. text. 22. char. 233.

Sensus prohibetur a scientia, quia non dicitur propter quid. Alexan. de Ales in 1. metaph. char. 6. col. 3.

Sensibile esse potest scientia, quia scientia abstrahit ab esse existentia, & concernit esse essentia, & in essentijs sensibile sunt multæ rationes immobiles. Alexan. de Ales in 4. metaph. text. 22. char. 96. col. 1.

Sensibile, & sensus ita referuntur ad inuicem, vt sensus dependeat a sensibili, non autem contra. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 52. char. 97. col. 2.

Sensu quid notius.

Sensu totum notius est. Aristot. in 1. phys. summ. 1. cap. 3. tex. 4. char. 4.
 Sensibilia sunt priora quo ad nos, & simplicia posteriora. Simp. in præd. char. 10.
 Sensu totum notius est, intellectui vniuersali. Io. gra. in 1. phy. tex. 6. char. 5. col. 1.
 Sensata sunt penitus ignota apud naturam. Aue. in post. lib. 1. tex. com. 12. ch. 132.
 Sensibilia priora sunt sensibus. Boet. in præd. c. 167.
 Sensibus subiecta nobis notiora sunt, quam ea, quæ sensibus non tenentur. Boet. in præd. c. 173.
 Sensibile communius est prius notum nobis secundum sensum, vt hoc animal, quam hic homo; & secundum locum, quia si aliquid a remotis videmus, prius esse corpus, quam animal videmus; & secundum tempus, quia puer primo apprehendit hunc, vt quendam hominem quam vt hunc hominē, qui est Plato, qui est pater eius. D. Tho. in 1. phy. lect. 1. te. 5. c. 2. col. 1.
 Sententia est æqui, & boni viri iudicium rectum. Aristot. 6. ethic. ad Nicom. cap. 1. r. ch. 152.
 Sententia, perspicacia, prudentia, & intellectus, ad eodem referentes dicimus; habitus. n. omnes sunt ad idē tendentes; omnes enim hæ facultates vltimorū sunt, & particularium. Idem ibid.
 Sententia est pronuntiatum non de singularibus, sed de vniuersalibus; nec de vniuersalibus omnibus, sed de his quorum actiones sunt, eaque persequimur, quia fugimus ad agendum. Arist. rhet. 2. c. 111.
 Sententiarum genera quatuor sunt, aut cum subiectione rationis, aut sine subiectione rationis; quæcumque quidem confirmationem desiderant, sunt quæ incredibile, aut controuersum aliquid continent. quæ nihil incredibile, sine subiectione rationis. Et harum alie, quia ante cognitæ sunt, nihil rationis indigent: alie simul atque inferuntur, innotescunt; at quæ rationem subiectam habent, alie partes enthymematicas sunt: alie enthymematicæ quidem, sed non pars enthymematis, quæ in primis quoque probantur, hæ vero sunt, in quibus causæ rei, quæ dicitur, extrahit. Idem ibid.
 Sententiarum de incredibilibus, aut controuersis non sine subiectione rationis ponendæ sunt; sed aut proponendæ ratione sententiam pro conclusione adhibere oportet, aut hæc proposita priora subijcere, & etiam obscurâ, vt Laconica subijcienda. Idem ibid. ch. 112.
 Sententias de ijs rebus, quarum est peritus, grandiori natura dicere conuenit. Arist. rhet. 2. cap. 113.
 Sententias, & fabulas si adulescentes proferant, indecorū est. Arist. rhet. 2. cap. 113.
 Sententias de re non vniuersali in vniuersum dicere inconueniente, atque indignatione maxime conuenit, & in his, aut cum exordis, aut postquam demonstraueris. Arist. rhet. 2. char. 113.
 Sententiarum peruulgatæ, & communes si sunt vtilis, vsurpandæ sunt, & aduersus ea, quæ in ore vulgi sunt, sententiarum præferendæ. Arist. rhet. 2. c. 113.
 Sententiarum magnum ad dicendum auxilium afferunt, propter vanitatem eorum, quam audiunt, quia lætantur, si quis in vniuersum loquens, in opinionem, quas ipsi in parte habent, incidit. Aristotel. rhetor. 2. char. 114.
 Sententiarum morales reddunt orationes. Aristotel. rhetor. 2. char. 114.
 Sententiarum si probæ fuerint, etiam vt qui dicit, bonis moribus videatur, efficiunt. Arist. rhet. 2. c. 114.
 Sententiarum vti debemus, & in narratione, & in fide. Arist. rhetor. 3. char. 171.
 Sententia est aduersus res omnes opinionis propriæ declaratio. Arist. rhet. ad Alex. cap. 1. c. 205.
 Sententiarum duo sunt genera, alterum credibile, alterum

incredibile, cum credibile dixeris, nullæ reddendæ sunt causæ. cum incredibile dixeris, causæ paucis dicendæ sunt, vt & dicacitatem, & incredulitatem fugias. Arist. rhet. ad Alex. cap. 1. ch. 205.
 Sententiarum eę semper sunt afferendæ, quæ sint in rebus præsentibus quam consentaneæ, ne quod dicitur, inconueniens, & violentum appareat. Et eas multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex superlacione, aut ex similitudine. Idem ibid.
 Sententia a commentationibus differunt, quia eę solum ex contrarijs constant: sententias vero, & de repugnantijs, & simpliciter ipsas secundum se ostendere possumus. Idem ibid. cap. 15. ch. 208.
 Sententia in his versatur, quæ quomodo aliquid est, vel non est, ostendunt, vel vniuersæ enuntiant. Aristot. de poet. cap. 4. char. 266.
 Sententia debet ostendere, soluere, perturbationes præparare, exaggerare, & diminuere. Aristot. de poet. cap. 19. char. 284.
 Sententia Arist. est minoris dubitationis omnium sententiarum, & magis conueniens, vt sit vera. Auerro. in 12. metaph. tex. com. 18. ch. 143.
 Sententia est rationis decretum, quod secundum emergentis casus pro tempore, & loco tunc est vltimum. Alb. mag. ethic. 5. tract. 4. cap. 1. c. 67. col. 4.
 Sententia iudicum post legem necessaria est, per quæ vniuersale dictum legis applicatur ad particulare negotium. Dan. Tho. ethic. 5. l. 16. c. 97. col. 4.
 Sententia omnis apud Ciceronem, enthymema dicitur. Dan. Barb. 1. rhet. c. 4. ch. 19.
 Seorsum dicuntur quæcumque in alio loco sunt. Arist. 10. metaph. ex su. 4. cap. 4. char. 241.
 Separatum aliquid esse eorū nequit, in quibus est prius, & posterius, nisi illud prius, & posterius. Arist. in 3. metaph. ex su. 2. cap. 2. tex. 11. ch. 49.
 Separatum sunt quæcumque sunt in altero. Aristot. in 5. phy. su. 2. cap. 1. tex. 22. c. 151.
 Separari dupliciter intelligitur; aliud substantia, cum vnumquodque separatum remanet, aliud alterius corruptione, vt albi a nigro separatur, & sic anima a corpore separatur. ergo corpus corrumpitur, & anima non. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 25. c. 46. col. 2.
 Separabile aliquando cum eo, a quo se, arabile est, coniungi potest. Simp. in 1. de ani. tex. 14. c. 2. col. 3.
 Separatio vbi est, ibi est diuersitas. Simplic. in 1. phys. char. 47. colum. 4.
 Separabilia ea dicuntur, quæ ab ijs separata, a quibus separari dicuntur, manent secundum suam retinentiæ naturam, & quorum separatio est corruptio, non erunt separabilia. Simp. in 2. phy. ch. 97. col. 2.
 Separatio, & diuisio est propter siccitatem. Auer. meteor. 4. char. 212. colum. 3.
 Separatum ab aliquo per essentialem operationem, necessario separatum est ab illo eodem per esse, & essentialitatem. Alber. Magn. de natur. & orig. anim. tractat. 2. cap. 6. char. 73. col. 1.
 Separatur secundum esse, & potestatem sine facultate quicquid secundum esse, & potestatem, & facultatem non dependet ad aliud. Alb. Magn. de natur. & orig. anim. tract. 2. cap. 6. ch. 73. col. 2.
 Separata secundum esse quæ sunt, & non sunt de esse singularis signati, nec possunt ad esse, nec ad scientiā, nec ad generationem: quia nihil est, quod est, nisi per coniunctum sibi secundum esse: nec scitur aliquid, nisi per id, quod est natura sua secundum esse; nec generatur aliquid, nisi per hoc, quod tangit materiam, & agit in eam: & si intellectus est secundum esse ab homine separatus, ita vt non sit de eius esse (vt aiunt Auerroistæ) tunc homo non definitur per intellectuale, nec est per ipsum: igitur non potest sciri perfecte quid sit homo. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. c. 81. col. 1.
 Separata

Separatum secundum esse, & substantiam, non tangit, nec agit. Alber. Magn. contra Auer. de unitat. intell. cap. 5. char. 81. colum. 3.
 Separata omnino quamuis postea materiam coniunguntur, non fit unum, quia per esse sunt separata. At si separata sunt ante subiectum, & maneant separata ipso subiecto manente, ex existente, tunc penitus impossibile est fieri unum: & talis ab Auerroistis ponitur anima rationalis, igitur ipsa penitus est separata ante corpus, & corpori vim conferente. Igitur nunquam corpori, & homini confert unitatem, nec esse in actu est per ipsam, ergo homo non est ens actu, & unum. Alb. mag. contra Auer. de unit. intellec. cap. 5. ch. 82. col. 3.
 Separatum uel dicitur separatum ab omni materia corporaliter existens, & sic intellectus non est separatus, si dicitur separatum quod separatur ab omni materia, & conditione materiam, ut quod non est corpus, nec virtus in corpore, sic intellectus possibilis est separatus, Alb. mag. contra Auer. de vnit. intellectus. c. 7. c. 84. c. 4.
 Separatum non coniungitur factis, nisi per aliud, quod non est separatum. Albert. mag. de caus. & proces. vniuersalia cau. pri. l. 1. tract. 1. cap. 4. char. 187. col. 2.
 Separatum duobus dicitur modis. Primo, quod separatum esse habet id, quod in se habet esse non dependens ad aliquid ad hoc, quod esse habeat, quod sint extra ipsum. Secundo quod in se est indiuisum, & ab alijs per diuisionem diuisum, & separatum. Alb. mag. in prædic. char. 6. col. 4.
 Separabilia sunt, quæ per aliquam causam subiectū derelinquit facile, vel non facile. Alb. mag. in prædic. c. 19. c. 3.
 Separatum duplex. Aliud est esse denudatum a specificatibus, & indiuisiuitibus; vt prima vniuersalia dicimus separata. Aliud vt id, quod est potentia aliqd, antequam habeat illud, & his significationibus Plato addidit tertium, quod separatum, ac diuisum est subiecto, & loco. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 3. char. 36. col. 1.
 Separatum non coniungitur nisi causam habeat suæ coniunctionis. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 3. c. 11. c. 44. col. 3.
 Separatum oē a corpore essentialiter, & quod non comunicat corpore per se, sed per aliud manet separatum a corpore. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 3. c. 12. c. 45. col. 2.
 Separatum per substantiam, vnum per intellectum non est in alio. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 5. c. 4. c. 49. col. 4.
 Separata nunquam agunt in aliquod, nisi per aliud coniungatur illi. Alb. mag. de sen. & sen. tr. 1. ca. 10. c. 7. c. 2.
 Separationibus in mortalibus duo sunt modi: in immortalibus vnus, primus est, quod id, quod mouet, nec sit corpus, nec actus alicuius organi corporalis: sit tamen virtus in corpore per aliquod a quo accipit, ut intellectus est separatus in hominibus. & sic mouet intellectus. Secundus est, quod aliquid sit in corpore, & sit actus alicuius corporis partis, & tamen agat actione, quæ magis est sua, quam corporis, & quæ secundum quod est in ipso, non est in corpore: & hunc modum habet phantasia, & existimatio, & alie animæ sensibiles potentie mouentes, quæ concipiunt intentiones conuenientes, quæ non sunt in corpore secundum quod sunt in ipsis, & ideo corpora possunt moueri ad ipsas. In celestibus autem sunt modi existentie omnium, & ideo omnia, quæ sunt modo sibi proportionali mouentur ad illa. Albert. magn. de mot. animalium lib. 1. tract. 1. cap. 5. char. 42. col. 2.
 Separata maxime a materia non tantum sunt, quæ abstrahunt a materia signata, ut formæ naturales in vniuersali acceptæ, sed omnino a materia sensibili; & non solum secundum rationem, ut mathematica, sed etiam secundum esse, ut Deus, & intelligentia. D. Thom. 1. metaph. præfat. c. 2.
 Separata secundum esse, & rationem non solum dicuntur illa, quæ nunquam in materia esse possunt, vt Deus, & intellectus substantia, sed ea, quæ possunt sine mate-

ria esse, vt ens comune. D. Th. 1. metaph. procem. c. 2.
 Separata a materia propter sui immutabilitatem, certitudinem habent in re, & per consequens scientiæ eorum magis certæ sunt. A. exaud. de Ales in 1. metaph. char. 8. colum. 1.
 Separata a materia, quæ non concernunt materiam, dicuntur ex paucioribus esse, quam materialia, quæ concernunt materiam. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 8. c. 1.
 Separatio duplex: alia secundum rem, alia secundum rationem. Secundum rem vniuersale separatum esse a singulari impossibile est; At separationem secundum rationem, vniuersale separatum est a singularibus: licet enim vniuersale, & singulare vnam, & eandem naturam dicant, tamen secundum differetem modum dicuntur. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 1. c. 66. col. 2.
 Separantur in loco ea, quæ concernunt alium, & alium locum, secundum quantum: inseparabilia uerò in loco sunt, quæ concernunt eadem rationem loci. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 11. c. 116. col. 3.
 Separatum a materia nec est in materia, nec est simile in forma rei, scilicet existenti in materia. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 28. ch. 211. col. 4.
 Separatum, & non separatum non possunt conuenire in eadem forma, nec in materia differre: quia quæ tantum differunt in materia, solo numero differunt: separatum uerò, & non separatum differunt secundum genus naturale ad minus. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 28. ch. 212. col. 1.
 Separata in esse separantur a conceptu, non autem contra. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 36. c. 223. col. 2.
 Separata in conceptu ab alio, non sunt de essentia illius. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 36. ch. 223. col. 4.
 Separata in conceptu non obstante quod iungantur in esse, vnum non est de essentia alterius. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 37. c. 129. col. 2.
 Sæpe facta in rerum natura duobus modis considerantur. Primo in ordine ad sua subiecta absolute, vt eclipsis ad Lunam. Secundo in ordine ad subiecta eadem sic disposita, vt eclipsis ad Lunam in eclipia sub Scorpione positam. Tho. de Vio in post. c. 116. col. 2.
 Sepiæ, loligines, & lolij promuiscides binas longas peculiarias habent, acerabulo parte extrema bino asperiusculas, quibus capiunt, & ad ora aduolunt cibos, & in tempestatibus videntibus, saxis tanquam anchoris se stabiliunt, & pinnulis, quibus alueum circumdatum est, natant. Arist. de hist. anim. 4. cap. 1. char. 107.
 Sepiæ quædam in bina augeri cubita notū est, & tantundem capiunt polyporū brachia. Idē ibid. cap. 11. c. 108.
 Sepiæ mas differt a femina: eius enim partes asperiores sunt, & prona sui corporis nigriora supinis, & caudam habet acutiorem. Idem ibid. cap. 1. c. 110.
 Sepiæ oua magnitudinem myrtorum capiunt, & nigrescunt. coherent racemi, nec facile alterum ab altero distrahi potest. ferunt vterum verno tempore; pariunt intra dies quindecim: mox oua edita crassitudinem actinorum vix minorum intra diem decimum quintum capiunt, quibus obruptis sepiolæ excluduntur. Parit iuxta terram inter algas, & arundines, & si alia congeries materiei adsit, sepiæ non cōplent bimatum, quod moriuntur. Arist. de hist. anim. 5. cap. 18. c. 173.
 Sepia cum refrigerata, & pauida sit, vt nonnullis hominibus accidit, quibus per metum funditur aluus, aut excrementum vesicæ, sic ei accidit vt metu percussa effundantur. Idem de par. ani. 4. cap. 5. c. 512.
 Sepiæ, & loligines non simili se habent modo, vt polypi, quia vim nandi tantum habent: polypi uerò, & nandi vim obtinent, & ingredi possunt. Habent autem sepiæ dentes senos exiguos; eorumque nouissimos duos maiores, reliquos uerò octonorum duos infra omnium, maximos, quibus innituntur: & polipis pedes non solum sunt utiles ad natandum, sed etiam ad deambulandum.

Iandum: at sepia, & loligines, cum pedes inutiles habeant ad ambulandum, sed tantum utiles ad natandum: ne æstu maris, & tempestate exturbentur saxis, ideo promuscides binas prælongas habent, quibus veluti anchoris innitantur, seque nauigii modo stabiliant tempestate virgente, & procul veniunt, orique admoueant. At polipi promuscide carent, cum pedes ad id habeant commodos. Arist. de partib. animal. 4. cap. 9. char. 528.

Sepia est piscis de genere malachia notus. Mas est varius, & nigrior, & constantioris carnis quam foemina. foemina tridente percussa, mas auxiliatur ei: at percusso mare, fugit foemina. cum est in timore, humorem nigrum emittit, qui humor lucerna positus facit circumstantes Aethiopes videri, si accendatur lumen in ea. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 199. col. 2.

Sepie genus loco pedum habent duo additamenta, quorum extrema sunt valde dura, & per illa porrigunt cibum ori suo, & cum natant, mouent additamenta illa, vt remi. Idem ibid. l. 4. tract. 1. cap. 1. c. 48. col. 1.

Septenarium numerum tempestiuitatem dicebant Pythagorici esse, quia res naturales multas tempestiuitates habere dicunt, tum generationis, tum perfectionis per septimanas, vt in homine: foetus enim septimo mense vitalis editur, septimo ætatis anno dentit, & circa annorum secundam septimanam pubescit, circa tertiam barbam emittit. Alex. Aphrod. in 1. metaph. co. 32. char. 15. col. 1.

Septenarium Mineruam dicebant Pythagorici, quia 7. in numero eorum, qui in decem continent, nullum generat, nec ab illo generatur. 2. quatuor efficit. 3. sex, & nouem. 4. octo. 5. decem. septem, nec generatur, vt Minerua, quæ a nulla matre est, & virgo persistit. Alex. Aphrod. ibid.

Septum transuersum pectoris est sub pulmone, quæ præcordia, & cinctum appellat, costis, & subcartilagineis, & spinæ annexum, parte media tenue, membranæque exilitate contextum. Venas etiam per se continet porrectas. Arist. de hist. ani. 1. cap. 17. c. 33.

Septum transuersum separat a reliquis visceribus pulmonem, & cor: & omnia animalia, quæ sanguinem habent, cor quoque, & epar septum transuersum habent. Arist. de part. anim. 3. cap. 10. ch. 493.

Septum transuersum est in corpore, vt animæ sentientis origo inoffensa seruetur, nec facile occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. Arist. de partib. anim. 4. cap. 10. char. 494.

Septum transuersum costis parte sua validiori annectitur, media autem constat membrana exiliore. Idem ibid.

Sepulchra solemnia habere voluerunt omnes homines antiqui de quacunque lege fuerunt. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 7. cap. 9. char. 21. col. 4.

Sequentia aliquid, vel in plus, vel in æquale sequuntur, vt hominem animal in plus, sequitur risibile in æquale. Io. Gram. in prior. cap. 28. char. 49. col. 2.

Sequi aliquid dicitur, cum aliqua re prius nominata, posterius reliqua nūcupari conuenit. Boet. in præd. c. 107.

Serenitatis signum sunt marcores. Arist. meteor. 3. li. 2. cap. 2. char. 543.

Serenum cur magis noctu quam interdū est? an quia flatus, & perturbationis in causa Sol est? Aristot. problem. sect. 25. l. 7. ch. 574.

Serenitas nihil aliud est, quam aer nubibus, nebulaque vacuus. Arist. de mund. cap. 3. char. 815.

Seriatim illud est, cuius nullum a sine intermedium est. Ioan. Gram. in 1. de ani. t. 47. c. 22. col. 2.

Sermones sunt ingeniorum, & morum imagines. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 34. char. 239.

Sermo, qui non est diffinitio, nec descriptio, componitur ex specie, & accidente, & est proprius rhetoricæ formationis. Auer. epito. in logic. ch. 342. col. 1.

Sermo vanus est, qui ex falsis propositionibus est, & mala forma. Auer. in phys. 1. tex. 10. ch. 6. col. 1.

Sermo vanus est, qui non concludit, nullamque facit dubitationem: propositiones enim positæ in eo sunt falsæ. Auer. in phys. 1. tex. 22. ch. 8. col. 2.

Sermo concludens per se, debet concludere in omni materia. Auer. in phys. 1. tex. 25. ch. 9. col. 2.

Sermo substantiam rei declarans, soluere debet omnes quæstiones circa res sensibilibus existentes. Auer. 1. de ani. tex. 21. c. 112. col. 2.

Sermones sufficientes Aristot. consuetudo est adducere, aut post demonstratiuos, aut in locis, in quibus non potest inducere sermones demonstratiuos. Auer. 1. de ani. tex. 65. char. 121. col. 1.

Sermo, qui est genus veri, & falsi, est ex compositione. Auer. in 5. metaph. tex. co. 34. c. 67.

Sermones compositi ex accidenti compositione ligata; alii sunt per se, alii per accidens, id est in secundo modo per se. Auer. in 7. metaph. tex. co. 11. c. 76.

Sermo in hoc differt ab operatione, quia operatio est actio vna, & non prouenit necessario, nisi in habentibus artem; sermonum verò species multæ sunt. Auer. ex destr. destr. disput. 11. c. 46. col. 3.

Sermo verus est, quoniam res ipsa subsistit, non autem contra. Boet. in præd. c. 208.

Sermo est instrumentum, quo scientia docentis transferatur in animam discipuli. Alber. Magn. de sens. & sens. tract. 1. cap. 1. c. 2. col. 3.

Sermo est vox articulata, & literata conceptum mentis hominis denuncians, & homini tantum competit. Alb. mag. de ani. l. 4. tract. 1. cap. 2. c. 50. col. 4.

Serpentinus piscis est, qui similis est Colubro. Alb. mag. de ani. l. 4. tract. 1. cap. 1. c. 45. col. 4.

Serpentum differentia.

Serpentes omnes cum oua pariant, vipera vna animal parit. Arist. de hist. anim. 1. cap. 6. char. 16.

Serpentes alij sunt terrestres, alij aquatiles: terrestres multi, aquatiles pauci: alij mares, qui terrestribus similes sunt, nisi quod caput habeant congrui, & non in altissimis gurgitibus nascuntur, & scolopendræ, quascumque pedes voco, maris sunt incolæ. Arist. de hist. anim. 2. cap. 14. ch. 58.

Serpentes in tres ordines diuiduntur. Alii sunt acuitatis vehementissimæ, quorum morsus curam non recipit, & infra 3. horas interficit. Quidam mediæ, quorum morsus interficit ab vna vsque ad septem horas. Quidam sunt, quorum morsus est infimus, quia non habent venenum, de quo sit curandum, licet vlcus faciat, & inflatione in suo morsu. De primo ordine est basiliscus, hirudo, aspis, sicca, exspues, surdi, & arcuati, & dracones. De secundo viperæ. Alb. mag. de ani. l. 25. c. 200. c. 3.

Serpentum proprietates.

Serpentum omne genus caret pedibus, vt pisces. Arist. de hist. anim. 2. cap. 14. char. 58.

Serpentes nulla variant ratione in intestinis, & omnia fere lacertis proxima, ex terrestri ouiparo genere habent. Si pedes iis demas: & longitudinē addas, arteria quasi sub lingua esse videtur: lingua tenuis, longa, & atricoloris est, atque si extrahas, porrigi longius potest. Et ijs, & lacertis peculiare est, linguam bifidam habere, & vitulus marinus scissam habet. Venter serpentis habent, velut intestinum laxius, canino simile, tum intestinum longum, tenue, & ad exitum vsque vniiforme. Cor arteriæ postremæ adhæret exiguum, sed longam, & renum referens speciem. Pulmo adnectitur simplex, fibrosus, fistulosus, prælongus, longaque a corde sepositus. Iecur longum, & simplex. Lien exiguus,

exiguus, rotundus, vt lacertis. Et vt in piscibus, dentes omnibus exerti sunt. Costæ triginta: & oculi eorum lacerati (vt aiunt) subcrefcunt. Arist. de historia anim. 7. cap. 17. char. 65.

Serpentibus dorsum piscium more compleri apertum est. Arist. de hist. ani. 3. cap. 1. c. 86.

Serpentes ceteræ, vipera excepta, oua pariunt, foris contexta ad monilis id est ornamentum mulierum, quod ambit collum, similitudinem incubat, quæ pepererint in terra, & foetum sequente excludunt anno. Aristot. de de hist. ani. 5. cap. 34. c. 193.

Serpentes omnium maxime animalium vini cupidini dediti sunt, sed ijs et bibedi desiderium exiguum, & reliquis, quibus pulmo fungosus est, vt omnia habent, quæ oua pariunt, & quibus parum sanguinis est. Arist. de hist. ani. 8. cap. 4. char. 280.

Serpentes vini incotinentes sunt: propterea viperæ vino ad sepes disposito ebræ capiuntur. Aristotel. de hist. anim. 8. cap. 4. char. 280.

Serpentes quidquid deuorant succo exucto, reliquum totum per meatum sui secessus foras emittunt. Arist. de hist. anim. 8. cap. 4. char. 280.

Serpentes, & phalangia diu sine cibo viuere possunt. Arist. de hist. anim. 8. cap. 4. char. 280.

Serpentes cortice intacta maxima fere sui parte secessus suo tempore latent, exuuntque senectutem incipientes a capite. Arist. de hist. anim. 8. cap. 17. ch. 296.

Serpens paruus est in Indica regione, cuius unius remedio carent incolæ. Arist. de hist. anim. 8. cap. 24. ch. 311.

Serpens, mustellæ, & suis aduersarius est: mustellæ, quia in eadem domo versatur: suis vero, quia ab ea deuoratur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. c. 318.

Serpentes propter longam sui corporis formam, habent speciem quoque viscerum prolixam. Aristotel. de par. anim. 4. cap. 1. char. 505.

Serpentibus proprium est, vt quiescente reliquo corpore, caput vertere in auersum possunt, quia insectorum modo structura volub. li constant. Aristotel. de partib. anim. 4. cap. 11. char. 544.

Serpentes cum sanguine præditi sint, si haberent pedes quatuor (plures enim habere non possunt) ex longitudine sua quatuor pedibus moueri non possent. Arist. de anim. inces. cap. 9. char. 569.

Serpentes mutuo complexu coeunt, carentque pene, quia pedes non habent, & testibus propter longitudinem corporis. Arist. de gener. ani. 1. cap. 6. char. 103.

Serpentes circa Thessaliã tanto in numero generari memoriæ proditum est, ut nisi a ciconiis interimerentur, incolas excedere, ac regione tota emigrare cogisset. Quocirca tantus honos his in Thessalia est, ut ciconias occidere capitale sit, & si quis eas exanimauerit, eisdem poenæ, cui & homicida, obnoxius sit. Aristot. de admir. aud. num. 22. char. 845.

Serpentes in Lacedæmonia quibusdam temporibus in tanto numero fuere, vt propter ciborum inopiam Lacedæmones ipsis pro alimento vti fama est: ex quo Apollinē Pythium ipsos serpentum ex coriatores appellare fertur. Arist. de admir. aud. nu. 23. c. 844.

Serpens adiuratus non persuadetur in ignem se iniicere, sed a sacramentorum necessitate, vel inuitus ducitur. Io. gra. in 3. de ani. tex. 155. c. 80. col. 2.

Serpens si laborat oculis, ad feniculum accedit, & ex eius attritu visum sibi perspicacior reddit. Eustrat. vel Mich. ephes. 9. ethic. cap. 5. c. 468.

Serpentes ualde diligunt uinum. Alb. mag. de anim. l. 7. tract. 1. cap. 4. char. 65. col. 2.

Serpentes omnes sine cibo diu viuere possunt, cuius causa est frigiditas, & viscositas humorum. Alber. mag. de anim. lib. 7. tract. 1. cap. 4. char. 45. col. 2.

Serpentes non habent vias exitus urinæ, quia non habent uescicam. Idem de ani. l. 14. tract. 2. cap. 7. ch. 125. col. 3.

Serpentia omnia aliquam prudentiam, & sagacitatem habent. Idem de ani. l. 12. cap. 7. char. 172. col. 2.

Serpentes in multis cum aquatilibus conueniunt: ossa non habent, sed spinas, ut pisces, & squammas: & costis in ambulando loco crurum utuntur. Non habent in coeundo uulvas, nec testiculos, nec ueritatem. ouat oua incompleta, quæ completur tactu spermatis masculini, ut & piscium oua. Alb. mag. de animal. lib. 25. char. 199. colum. 4.

Serpentes si sunt in Aegypto, ut Solinus ait, quos ipse ibes uocat, illos esse calidiores oportet, ut alas habere mobiles possint. Idem de motib. ani. l. 2. c. 4. c. 47. c. 3.

Serpentibus omnibus hoc commune est, quod ouant. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 8. char. 5. col. 2.

Serpentum nullum genus habet pedes. Albert. magn. de anim. l. 2. tract. 1. cap. 8. char. 33. col. 2.

Serpentes non habent testiculos intra, vel extra, sed tantum vias vijs feminalibus piscium similes. Alb. mag. de anim. l. 2. tract. 2. cap. 2. char. 34. col. 2.

Serpentum canna, & stomachus longi sunt valde: linguæ subtiles, longæ, & fixæ, & acutæ in extremitate. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 2. ch. 34. col. 2.

Serpentes habent cor prope collum suum, paruum, longum reni in figura exteriori simile. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 2. char. 34. col. 2.

Serpentes omnes oua faciunt præter tyrum; sed in codice Arist. est error, quia vipera sola est, quæ generat animal, sed prius concipit oua, deinde calore parturit animal. Idem ibid. cap. 4. char. 35. col. 2.

Serpentes, ut uenenosi.

Serpentem in Curio Cipri regione extare aiunt, qui cum apide Aegypti proximam naturam, & facultatem obtinet, præterquam si hiberno tempore aliquem morsu defixerit, non eum lædit, quia hyeme condensatum, nisi calore redditur potens. Aristot. de admir. aud. num. 138. char. 833.

Serpens in Thessalia, qui sacer dicitur, non solum quæ momorderit, sed etiam quæ tetigerit, interficere fama est. qua de re cum sibilus eius auditur, omnes beluæ fugiunt, & serpentes, & viperæ. Magnitudo huius ad mediocritatem tendit; sed in Teno oppido a muliercula occisus fuit hoc modo. Mulier orbem in terram descripsit, yeneficiaque in eo deposuit, ac ad eum vna cum filio introuit, moxque eius feræ sibilus uoce imitata est. is vero aduersus eam resibilauit, & ad orbem accessit: at cum illi quamproxime aduentaret circulo, sopore mulierem labefactabat adeo, vt illa fere sopori resistere non poterat. Cæterum puerum iuxta eam sedentem, & dormientem verberibus excitabat, seque increpabat, & filium, ac asseribat, si dormire perregissent, facile interituros. at si coacta vi bestiola orbem ingrediatur, ambo salutem consecuturos. Cum vero serpens se in orbem coniecisset, ipsum quamprimum mortuum memoriæ proditum est. Arist. de admir. aud. num. 147. char. 874.

Serpentes duo erant in duobus montibus, qui dum alter in alterum emittebat vaporem, oēs equi, qui illac transirent, cadebant mortui: cuius causam cum Philippus rex nesciret, a Socrate edoctus fuit, qui turrim altam fabricare iussit, & super eam speculum de calibe posuit, & in eo inspicere vidit supradictos serpentes, qui cum interempti fuissent, libere illac transitus factus est. Arist. de caus. propriet. element. cap. 1. char. 965.

Serpens omnis uenenosus comedit carnes, & eo uenenosior est eius morsus, quo uenenosiora sunt, quæ comedit. Alb. mag. de ani. l. 25. c. 200. col. 1.

Serpentes masculi pauciores habent dentes, & plus ueneni, & acutius uenenum, quam feminæ. Alb. mag. de animal. lib. 25. char. 200. col. 3.

Serpentes, ut differunt a reptilibus.

Serpentia differunt à repētibus, quia sui corporis, cum nolunt, erigunt partem anteriorem, quod non faciūt repentia: sed in hoc conueniunt, quod rotato & circumducto capite suum corpus retro aspiciūt, quod tamen nō conuenit his serpentibus, qui habent corpora parua. Alber. magn. de anim. l. 2. cap. 7. ch. 172. col. 2.

Serpentes in quo loco uiuunt, & in quo non.

Serpentes in insula hyberniarū non uiuunt, quia tanta est frigiditas eius, quod cum sint pauci, vel nullius sanguinis, congelatur humiditas eorum. Alb. Mag. de ani. l. 25. char. 200. col. 1.

Serpentes medium esse uidentur inter agrestia, & aquosa. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 8. c. 33. col. 2.

Serpentum multa genera manēt in terra, pauca in aqua, & mari. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 8. ch. 33. col. 2.

Serpentes aquei, & marini similes sunt terrestribus serpentibus, præterquam in capite: quoniam marinorum durissimum est, & asperum, & minus quam terrestriū ratiōne sui corporis. Albert. Magn. de anim. lib. 2. tract. 1. cap. 8. c. 33. col. 2.

Serpentes quæ fugant, & interficiunt.

Serpentes moriuntur ob grauem odorem, quia spiraculorum angustias obstruit sustimentorum crassitudo. Alex. Aphrod. problem. 1. 64. ch. 685.

Serpentes fugiunt ex accensis cornibus odorem exhalantem, necnon illius herbæ, quam polium appellant. Alex. Aphrod. de sen. & sen. ex sect. 4. tex. 49. c. 20. c. 3.

Serpentes cur aqua aspersi infestantur, & fugiunt? quoniam natura sua frigida, sicca, neruosa, exanguia, & hinc refrigerationem immodicam fugiunt. Alexand. Aphrod. problem. 1. num. 103. ch. 704.

Serpentarii imago lapidibus inscripta fugat uenena, & ipsi medetur. Alb. mag. de min. trac. 3. c. 5. c. 143. c. 1.

Serps est serpens paruus, quem si calcauerit homo, moritur antequam sentiat uenenum ipsius. Alber. mag. de ani. l. 25. ch. 202. col. 4.

Serra est marina belua ingens corpore pinnas habens latissimas, alas immanes, & nauem uidentem uelificare in contrarium uelificat, & tandem lassā in profundum ubi prius erat, tendit. Alb. mag. de ani. l. 24. c. 1. c. 199. c. 2.

Serra minor belua est marina, ut ait Plinius, quæ caput habet cristatum, durum, ut ferra dentatum, & subtus natans nauibus fecat easdem, ut intrante aqua meris hominibus cadaueribus eorum fatietur. Alb. mag. de animal. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 2.

Seruatur aliquando idem aliquid in causa, & in effectu tam in priori, quam in posteriori, & eminentiori modo seruatur in causa quam in effectu, & in priori quam in posteriori. Cum ergo ratio scibilis saluetur in causis, & in effectibus, oportet quod eminentiori modo saluetur in causis, quam in effectibus. hinc sequitur quod ratio maioris scibilis est in causa, quam in effectu. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 8. col. 3.

Seruile est alterius arbitrio uiuere uelle. Aristot. Ethic. Nicom. cap. 8. char. 94.

Seruile est tolerare si laesaris, & pati, ut tui contumelia afficiantur. Arist. 4. Ethic. Nicom. cap. 5. char. 98.

Seruus est animatum instrumentum, ut instrumentum inanimatum est seruus. Arist. 8. Eth. ad Nic. c. 11. c. 208.

Seruus est possessum quiddam animatum, & tanquam instrumentum ante instrumentum omnis minister. Arist. phy. 1. cap. 3. char. 443.

Seruus minister est ad actionem. Arist. phy. 1. c. 3. c. 493.

Seruus natura ea, qui sui ipsius non est secundum naturam, sed alterius est homo. Arist. polit. 1. cap. 3. ch. 493.

Seruus natura est, qui potest alienus esse, quapropter & alterius est, & qui tantum particeps est rationis, ut sentiat quidem, at non habeat. Arist. polit. 1. c. 495. col. 3.

Seruus, & seruire dupliciter dicitur: alius secundum leges, alius natura. Arist. polit. 1. cap. 4. char. 496.

Seruus est pars domini, & quasi animata quædam pars corporis, sed separata. Arist. polit. 1. cap. 4.

Seruus non habet deliberandi arbitrium, mulier habet, sed inualidū, puer imperfectū. Arist. polit. 1. c. 8. c. 511.

Seruus, mulier, & puer moralium uirtutum particeps esse debent, sed quantum cuique opus est. Arist. polit. 1. cap. 8. char. 511.

Serui sunt magis admonendi, quam pueri. Arist. polit. 1. cap. 8. char. 512.

Seruus interdum peius multi, quam pauci. Aristot. polit. 2. cap. 2. char. 518.

Seruis nullum otium, ut est in uerbio. Arist. polit. 7. cap. 15. char. 747.

Seruorum species duæ: Curator, & opifex. Aristot. econom. 1. cap. 5. char. 779.

Seruus ita præesse debet dominus, ut neque superbos esse sinat, nec abiectos, & liberalioribus honorem, opificibus cibum abunde tribuat. Arist. econom. 1. c. 5. c. 779.

Seruis unum tradere non debet dominus, aut ualde raro. Arist. econom. 1. cap. 5. char. 779.

Serui merces cibus est. Arist. econom. 1. cap. 5. char. 779.

Seruus sine castigatione & opera cibus petulantes reddit: opus uero, & castigatio sine cibo uolente res est, & infirmum facit seruus: restat igitur ut illis cibus sufficiens, & opus tribuatur: sine mercede enim dominandum non putant. merces autem serui est cibus. Arist. econom. 1. cap. 5. char. 779.

Serui nec timidi esse debent, nec fortes: in utrisque enim est peccatum. nam nimis timidi non ferunt laborem, & ferocibus non commode imperatur. Aristot. econom. 1. cap. 5. char. 780.

Seruus est, qui cum homo sit, alterius est, qualis qui ob ingenij tarditatem non ad cognitionem rerum, sed ad seruendum est aptus. Alex. Aphrod. in 1. metaph. c. 15. char. 8. col. 1.

Seruus a natiuitate est, qui non sufficit per seipsum ad uitæ regimen publicæ, vel priuata. Alber. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 36. char. 161. col. 2.

Serui, & bestię non referuntur ad economice finem, & bonum, nisi mouete quodam alio, qui ex seipso bonus est. Alb. mag. 1. metaph. tract. 2. cap. 36. c. 161. col. 2.

Seruus est organum animatum actuum separatum. D. Thom. 1. polit. c. 2. char. 4. col. 1.

Seruus ut seruus, non habet consilium de suis actibus. D. Thom. 1. polit. lect. 10. char. 13. col. 3.

Seruus magis monere debemus ad uirtutes, quam filios pueros, quia nondum sunt ita capaces monitionis. D. Thom. 1. polit. lect. 11. cap. 19. col. 2.

Seruus dicitur, qui non est natus moueri propter dispositionem materiæ ab intellectu proprio, sed determinatur ab intellectu, & ratione alterius non sui ipsius. D. Tho. 8. polit. lect. 1. ch. 125. col. 1.

Seta est vermis longus, cubitalis, adeo exilis, ut seta, vel pilus de inba equi putetur: inuenitur in aquis stantibus, non multum corruptis, & est adeo durus, ut conteri pede nequit, & si bulliat, non emollefcit. Haustus ab homine cum cruciatus, & languore uitam aufert, aliter tactus non infert nocumentum. Caput non habere uidetur, & ad utramque partem natat, & forte de pilis equorum nascitur. Albert. mag. de anim. l. 26. char. 205. col. 2.

Sex examinanda sunt in initio cuiuslibet libri. scopus, uel mens philosophi, utilitas, lectiōis series, inscripçãois causa, an liber editus sit ab illo philosopho, distributio summæ in capita, ac septimum addere oportet, si sub aliqua parte philosophiæ, & sub qua reduci conueniat,

niat. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 2. char. 31. col. 1.

Sex in initio cuiuslibet libri sunt declaranda: intentio, utilitas, ordo, si proprius est liber, libri inscripção, & cui parti philosophiæ accommodatur. Boeth. in Porphy. ex dial. char. 1.

Sexus masculinus, & foeminus non in omnibus animalibus est: sunt enim quibus id desit. Arist. de histor. anim. 4. cap. 11. char. 141.

Sexus maris, & foeminae distinctus est in omnium animalium gressibilium genere, & quanquam diuersa sint animalium mas, & foemina, tamen specie idem sunt. Arist. de gen. ani. 1. cap. 20. char. 137.

Sexus distinctio est in his animalibus, quæ sanguinem habent: in sanguinearentibus nō sunt perfectè distincti. Alb. Mag. de ani. l. 15. trac. 1. cap. 1. c. 26. col. 1.

Sexuum diucretio ex necessitate naturæ causatur. Albert. Mag. de ani. l. 16. trac. 1. cap. 1. c. 134. col. 4.

Sexus in animalibus distinctio potissima causa est, ut id, quod est in mare propinquum formæ existens depuret, & digerat aliquas materiæ partes, ut tantæ puritatis sint susceptiua. Nō enim hoc modo posset digerere, nisi separaret eas aliquo modo separationis ab impurioribus; nec posset separare, si uirtus masculina ubique uirtuti foeminae per subiectum esset immixta. Idem ibid. char. 134. col. 1.

Sibilus, & strepitus animalium est per telam, quæ sub diaphragmatis pariete in loco, ubi succingitur, tanquam abscisā sint horum corpora. Idem de animalib. lib. 4. tract. 2. cap. 2. char. 50. col. 4.

Siccum facile terminabile est proprio termino, difficulter autem alieno. Aristot. 2. de generatio. & corrupt. sum. 1. cap. 2. tex. 9. char. 425.

Siccum, & humidum aliud est actu, aliud potentia. Arist. de partib. animal. 2. cap. 3. char. 431.

Sicca proprie omnia sunt, quæ terræ sunt. Aristot. ibid. cap. 5. char. 431.

Siccum, si calidum assumit, leue est: & si frigidum, graue. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 5. co. 15. ch. 10. col. 1.

Siccum ex seipso indeterminatum est, ac constipatum: uerum intercisum, ac effluens, nisi aliquid habuerit fecum humiditatis. Alexan. aphrod. in 4. meteor. cap. 2. com. 3. char. 92. col. 2.

Siccitas cum terræ ac igni congruat, ita tamen terræ cognatissima est, ut igni calor, quo eius natura formatur, & ificif. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 3. co. 30. c. 15. c. 2.

Siccum, quod nondum saporem habet admissum neque dilutum, si humori admisceatur, ope caloris saporis edit. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 3. co. 40. c. 18. c. 1.

Siccum, quod non sapit odorem, non patitur, immo opere pretium est, ut humor perfundatur, & cum saporem fuderit, tunc odorem dabit. Alex. aphrod. de sen. & sen. ex sec. 3. co. 40. c. 18. col. 2.

Siccitas, & caliditas sunt primæ a corporibus coelestibus in corpora mortalia passiones. Alex. in 2. natur. quæst. cap. 3. char. 7.

Siccitas in ferro est habitus, ut ferrum non perpetiatur, & aboleatur ab alio. Alex. Aphrod. in 8. metaph. vel secund. Latin. 9. com. 12. char. 231. col. 1.

Siccitas terræ multum differt a siccitate ignis: alterum enim est leue, facile mobile, & stabile; alterum graue, & grossarum partium, & difficile mobile. Simplic. in 2. de celo. tex. 19. com. char. 60. col. 3.

Siccum difficile terminatur alieno termino, proprio facile. Ioan. Gram. 1. physic. char. 22. col. 3.

Siccum, quod nullam habet humiditatem, etiam sine odore est. Io. gra. in 2. de ani. tex. 100. c. 64. col. 4.

Siccum, & humidum materialia, & passiuia: sunt calidū, & frigidum formalia, & actiuia. Mich. ephes. de respir. char. 40. col. 4.

Siccitas accidit rebus, de quarū cōsuetudine est exficari a caliditate, & frigiditate. Auer. meteor. 4. c. 21. c. 3.

Siccitas primò, & per se producitur a calore: nam de eius natura est consumere humiditatem aqueam, quæ est in misto, quia aquæ humiditas est coniuncta frigiditati, ideo cum frigiditatem corrumpere nata sit, corrumpit & aquæ humiditatem, Auer. in 4. meteorolog. chart. 211. col. 3.

Siccitas difficile accipit formam, sed, cum acceperit, tunc retinet eam longo tempore. Auer. de memor. & remin. char. 196. col. 2.

Siccitas per accidens est causa canities, non per se. Auer. de generat. anim. 5. cap. 5. char. 253. col. 1.

Siccum nunquam fit humidum, nisi frigus inspisset humidum spirituale, uel calor discernat humidum, quod est in profundo sicci compressum. Alber. Magn. in 4. meteor. tract. 1. cap. 7. ch. 117. col. 1.

Siccitas causa est dissolutionis substantiæ. Alber. mag. de iuuent. & senect. tract. 1. cap. 4. ch. 49. col. 2.

Siccum mistura sua tenet humidum ne defluat. Albert. mag. de natur. locor. distinct. 2. cap. 2. ch. 99. col. 2.

Siccus in corpore primo est pilus, deinde os, deinde cartilago post ligamentum, postea membrana, & post uenæ quietæ, deinde pulsantia, deinde nerui motiui, postea cor, deinde nerui sensitiui, & postea cutis. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 1. cap. 2. char. 102. col. 1.

Siccum aliud est potentia, aliud actu. Alb. mag. de ani. lib. 12. tract. 1. cap. 3. ch. 102. col. 4.

Siccitatis, & caliditatis in hominibus signum est gracilitas crurium. Alb. mag. de ani. l. 17. tr. 1. c. 1. c. 146. c. 2.

Siccum si ita subtiliatum, & digestum est ad uirtutem sicci in ipsa prima materia, tunc facit humidum, quod in ipso est non adhære tangenti: & ipsum humidum sic apprehensum erit intra poros, & spacia sicci conferens sicco mobilitatem, & commotionem: & hoc terreum est materia mineralium, ideo metallica frigido coagulatur. Alius terminus sicci est, qui in humido est ad uirtutem humidū uolens aeris uaporatiui, & hoc terreum subtiliter illi commixtum est materia plantarum. Ideo exsiccantur multum plantæ humidū euaporatione, & inflammabiles sunt propter unctuosum aereum, humidū, & natant super aquas propter uincens in eis aerem. Tertius terminus ad humidū est uiscosum spumofum, ita ut siccum terreum sit ab ipso apprehensum; & hoc terreum multum est digestum, & multum formabile propter uirtutes humidū, & secundum totum nunquam indurabile, sed semper in maiori parte molle propter uincens in eo humidum: & hoc est terreum, quod est materia corporum animalium. Alb. mag. de ani. lib. 20. tr. 1. c. 2. c. 162. col. 3.

Siccum multipliciter dicitur. Primo corpus grossum, & aridum in superficie, & hoc proprie opponitur humido in superficie. Secundo coagulatum, quod non habet humiditatem in profundo, & huic sicco proprie opponitur humidum infusum. D. Thom. in 2. de generat. & corrupt. lect. 2. tex. 15. char. 26. col. 2.

Siccitatis duæ sunt causæ: una est frigus condensatum, & comprimens humidum: alia caliditas humiditatem consumens. Idem ibid. lect. 3. tex. 23. ch. 27. col. 2.

Siccitas nō est aliud, quam humiditatis priuatio. D. Thom. in 1. de gener. & corrupt. lect. 3. tex. 23. ch. 27. col. 2.

Siccum sine humido, nec humidum sine sicco, pertinet ad saporis. D. Tho. de sen. & sen. lect. 20. ch. 12. col. 3.

Siccum est lima calor. Pet. de Auer. de iuuent. & senect. vit. & mor. & respir. l. 15. ch. 68. col. 3.

Sicilia promontorium est, Pelorus nomine, circa quod tam magnam croci copiam prouenire enarrant, ut Græci eius loci incolæ qualitatem huius floris comprehendere nequeant: colliguntque illum, ac magnis curibus in Pelorus trahunt, ac uerno tempore lectulos, tentoriaque sibi ex eo croco præparant, atque faciunt. Arist. de admir. au. num. 107. ch. 863.

Siderum conuersiones alia principia generationis fortasse

taffe sunt. Aristot. de gener. anim. 4. cap. 10. char. 260.
Sidera sunt stellæ illæ, quæ aliquam in coelo imaginem formant, vt Vrsarum, Orionis, & reliquarum. Alexan. aphr. in 1. meteor. cap. 10. co. 33. c. 21. col. 1.
Siderum cadentium motus non assimilatur exhalationi, sed projectioni. D. Tho. in 1. meteor. lect. 7. c. 24.
Sigilla, & formæ, quibus imprimuntur, ea reddunt sibi similia. Alex. aphr. in 1. metaph. c. 21.
Signifer circulus est, qui duos per orbis transuersus cælum cingit, quia a conuersionibus Solis tropici quasi cõuersionales appellati sunt, in duodecim regiones signorũ diuisus. Arist. de mund. cap. 2. c. 809.
Significatio est quasi forma nominis. D. Tho. in perihel. chart. 3. col. 3.
Signum accipitur trifariam, & est medium in figuris. Ari. prior. l. 25. cap. 27. char. 291.
Signorũ, quæ sunt in partibus, fortiora sunt ea, quæ accipiuntur in moribus manifestis, & secundum motus, & figuram. Arist. physiogn. cap. 5. c. 338.
Signorũ vnum ita se habet, vt singularium ad vniuersale: alterũ vt vniuersale aliquid ad particulare: & horum quod necessarium est, recmerium appellatur: quod nõ necessarium, caret nomine. Arist. rhet. 1. c. 13.
Signum est alterius aliud, non quoduis cuiusuis, neque omnis omne, sed quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post fieri consuevit. Arist. rhet. ad Alex. cap. 12. chart. 206.
Signum & factum est, non facti solum, sed & non facti: idẽtẽdem vero, & non factum, non solum non facti, sed & facti. Arist. rhet. ad Alex. cap. 12. c. 206.
Signa, alia efficiunt opinionem, alia scientiam. Arist. rhet. ad Alex. cap. 12. chart. 206.
Signorum nobis copia erit, ex singulis, quæ dicuntur, generantur, & videntur, & ex testimonijs, testificatis, ex notis, ex aduersariorũ fautoribus, ex ipsis illis, ex pro-uocationibus, ex temporibus, & ex alijs multis. Arist. rhet. ad Alex. cap. 12. chart. 206.
Signa a probabili, ab argumento, coniectura, & sententia differunt: quia reliqua opinionem faciunt: signorum autem quædam, vt etiam perspicue hi cognoscant, efficiunt: & signa plurima suppeditare solent, quod reliqua facere non possunt: signa opinionem faciunt aliquam: argumenta omnem veritatem edocent. Arist. rhet. ad Alex. cap. 14. chart. 208.
Signum semper rem consequitur: accidens potest etiam extrinsecus aduenire. Alexand. & Eustr. in 2. poster. chart. 132. col. 2.
Signum in coniecturam, & æquidocum signum diuiditur: & est vel rei existentis, vel cum re signũ, vel posterius. Io. gram. in 2. prior. cap. 27. c. 83. col. 2.
Signum est syllogismus concludens secundũ initium opinionis præoccurrentis omnibus, aut maiori parti hominum. Auer. epit. in log. c. 338. col. 4.
Signa vera sunt posteriora, quæ, cum fuerint posita, consequuntur præcedentia: & cum præcedentia fuerint posita, consequuntur posteriora. Auer. in 3. de cælo, tex. 67. char. 106. col. 4.
Signi nomine appropriantur actiones, quæ sunt in secunda, & tertia figura: quæ vero sunt in prima, nomine probationum appropriantur: in secunda prior est nomen signi: in tertia prior est nomen similis. Auer. in 1. rhet. tract. 2. cap. 3. ch. 31. col. 4.
Signum dicitur proprie, & metaphoricè, proprie est idẽ, quod imago: metaphoricè dicitur ad imaginis similitudinem. Alb. mag. in prior. c. 169. col. 3.
Signum est, quod præter speciem, quam cognoscendi offert, ad aliquid ducit, cuius est signum. Alber. magn. in prior. chart. 169. col. 3.
Signum colligimus ex naturalibus passionibus loco mediõrum in entimematis positis. Idem ibid.
Signum ostenditur per passionem, & per viam sensus.

Alber. magn. in prior. char. 169. col. 4.
Sigocon fluius nascitur de monte Cauaso, & geminatur, & facit coronam circa montem Neomatum: & illi ex vna parte eiusdem montis occurrit alius fluius, quod vocatur Nescatenes: & iuxta alia quinque flumina, quod currit ei fluius Sempates, & rapide transit, ita vt ne huius aqua, neque aliorum misceri videatur: & omnes suũ iter vtgentes ad dictam coronam reuertuntur, vnde sparsi videbantur: & tunc ad vnum reuertuntur: & ante eos non longe vadit Ganges, cui adiungitur ille, qui quinque habet capita, & alius, qui ea relinquit. Sigocon autem in alia parte natus Cauasi, diuiditur primo in octo, & ei occurrit Gages, & suscipit ipsum, & Ganges ex pluribus fluijs colligitur, qui in superiori parte Sigocon vocatur: & fluit Ganges in quartam occidentalis habitationis per millia vndecies quadraginta tria, & ibi mergitur in occidentalem Oceanũ, iuxta insulam Sylophantiam. Alb. magn. de nat. locor. dist. 3. cap. 1. char. 131. col. 2.
Silenites lapis est, de quo varia dicuntur, vt esse aptũ ad diuinationes. Al. mag. in 2. de min. ex tr. 2. c. 17. c. 141. c. 3.
Silentium assensionem significare videtur. Alex. aphr. in lib. elencor. char. 33.
Simi definitio comprehendit in se nasum, caui vero non. Auer. in 2. phy. tex. 18. ch. 26. col. 3.
Simia tam parte sui corporis prona pilosa est, vt pote quadrupes, quam supina, & gerens speciem hominis, sed exaltiore pilo, magis quam hirsuto sunt. Arist. de hist. animal. 2. cap. 8. char. 49.
Simiæ multum cũ homine conueniunt sua facie, vt quæ nares, aures, cilium, dentes omnes hominum more habeat. In pectore habent binas mamillas, & brachia hominis modo: sed hirsutiora, quæ & ipsæ, & pedes, vt homo inflectunt: manus præterea, digitos, vngues homini similes habent: at omnia rudiora, & efferaciora. Arist. de hist. ani. 2. cap. 8. char. 49.
Simijs pedum vsus duplex est: eis enim & vt pedibus, & vt manibus vtuntur, inflectuntque eisdem perinde, ac manus lacertos, & femora habent breuia proportionẽ tubitorum, & tibiarum. Aristoteles de historia animalium. 2. capit. 8. chart. 49.
Simiæ vmbilicum, qui emineat, nullum habent, sed durũ quiddam continetur loco vmbilici. Aristot. de hist. animal. 2. capit. 8. chart. 49.
Simiæ partẽ superiorem corporis multo maiore habent, quam inferiorem, vt cetera quadrupeda: quinarij enim fere ad ternarium ratione constant. Aristot. de hist. ani. 2. cap. 8. chart. 49.
Simiæ plus temporis degunt pronæ quadrupedum more, quam erectæ. Carent natibus, vt quadrupedes. Priuata cauda sunt, vt bipedes: exigua enim cauda inest. Arist. de hist. ani. 2. cap. 8. ch. 50.
Simiarum foeminarum genitale mulieris est, marium canis potius quam hominis. Aristotel. de hist. animal. 2. capit. 8. chart. 50.
Simia cũ sit forma ambigua, vt bipes, caret cauda, vt quadrupes, natibus. Arist. de part. ani. 4. cap. 10. c. 539.
Simia animal notum est, in exterioribus simile homini, in interioribus nullam similitudinem cũ homine habet. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 2. cap. 1. c. 183. col. 1.
Similaria sunt, vt metallica, æs, aurum, argentũ, stannũ, ferrum, & lapis, & alia talia quæcunq; sunt ex his excreta. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 48. c. 584.
Similaria, quæ sunt in animalibus, sunt carnes, ossa, nervus, pellis, viscus, pili, villi, venæ: ex quibus, dissimilaria constant, facies, manus, pes, & alia talia. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 48. c. 584.
Similaria in plantis sunt, lignum, cortex, folium, radix, & similia. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 48. c. 584.
Similitudo, alia sunt terræ, alia aquæ, alia communia aquæ, & terræ. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 48. ch. 584.
Simila-

Similaria ex elementis omnia sunt. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 3. tex. 54. char. 589.
Similaria omnia differunt, tensione, tractione, comminutione, duritie, mollitie, & alijs talibus. Idem ibi. c. 590.
Similares, & instrumentales, siue officiales partes efficiuntur simul. Aristot. de gener. anim. 2. cap. 1. char. 147.
Similaria non sunt magnitudines absolutæ, sed tales magnitudines. Simpl. in 1. physic. tex. 36. char. 55. col. 2.
Simile non agit in simile, nec dissimile a dissimili patitur. Arist. de gener. & corrup. su. 3. cap. 3. tex. 48. ch. 406.
Similia dicuntur, quæ idem sunt passa, & quæ plura eadem passa sunt, quam diuersa, & quorum qualitas vna, & secundum quæcunq; contrariorum alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, simile illi est. Arist. in 5. metaphysic. cap. 9. tex. 16. char. 98.
Similia dicuntur, quæ non sunt simpliciter eadem, nec secundum substantiam subiectam indifferentia, sed secundum speciem eadem sunt, & quæ eandem speciem qualitatis habent: quæ qualitas habet magis, & minus, non tamen sit, nec magis, nec minus, sed in eodem gradu. alia sunt similia, si eadem passio, & actu species, & quæ plura habent, eademque alterum, aut simpliciter, aut quæ in promptu. Aristot. in 10. metaphysic. su. 2. cap. 1. tex. 11. char. 199.
Similiter cadens est, quod comparatiuus est. non enim pares solum clausulas, verum & similes & similibus efficit verbis. & maxime similes sunt circa exitus dictionis, & similes dictiones sunt ex similibus syllabis, in quibus plurimæ literæ eadem sunt. Arist. rhet. ad Alex. cap. 27. chart. 222.
Similia cognoscemus, si differentias, quæ inter eas ipsas est cognoscemus. Alex. aphr. in top. cap. 14. c. 19. col. 2.
Simile non est idem ei, cui est simile. Alex. aphr. in 3. natur. quæst. cap. 15. chart. 16.
Dissimiles sunt, quæ si secantur, partes, nec toti, nec inter se similes sunt. Ammon. in Porphy. char. 8. col. 2.
Similia hæc, quæ parum inter se distant, nos magis decipiunt, quam quæ plurimum distant. Ammon. in libr. de interpretatione char. 146.
Similia secundum significationem sub eadem reducuntur communitate, quamuis non eandem habeant naturam. Simpl. in prædic. char. 44.
Simile magis est illud, quod eadem forma, ac specie participat; & illud minus, quod minus participat. Simpl. in prædicament. chart. 46.
Similia sunt in colore, quæ eodem colore specie participant. Ioan. gramm. in 2. poster. cap. 15. char. 71. col. 2.
Simile a simili nonnunquam corrumpitur. Mich. Ephes. de respirat. char. 38. col. 3.
Simile multis dicitur modis: vno modo de superficiebus, quarum anguli sunt æquales, & costæ proportionatæ: & de corporibus homogeneis habentibus figuras similes, quorum superficies sunt æquales numero, & similes in figuris: & de rebus, quarum formæ secundum possibilitates earum sunt idem: & de rebus, quarum vna est minoris passibilitatis, quam alia: & de rebus, quæ communicant in multis affectibus. Auerroes in epitom. metaphy. tract. 1. char. 170. col. 4.
Simile, & æquale sunt relatiua secundum modum, non secundum rem. Alber. mag. in præd. char. 50. col. 1.
Simile generari a simili, vel secundum speciem, vel secundum genus, verum est de substantiarum generatione, non autem de generatione accidentium. Alber. mag. in 2. de cælo tract. 3. cap. 10. char. 31. col. 4.
Similia non agunt, nec patiuntur, sed contraria, eo quod non est eis potentia vna agendi. Alber. magn. de mort. & vit. tract. 2. cap. 2. char. 59. col. 4.
Simile per accidens corrumpere suum simile non est inconueniens corrumpendo subiectũ: sicut maior flamma consumit minorem. D. Thomas in 1. de genera. & corrup. lect. 10. tex. 24. char. 10. col. 4.

Similia tripliciter dicuntur, vel quia patiuntur idem, alio modo ex hoc, quod patiuntur aliqua plura, siue idem, siue diuersa: tertio quorum vna est qualitas. D. Thom. in 5. metaph. lect. 12. tex. 15. char. 326.
Simile per se loquendo est amabile: habetur autem odio per accidens, vt est impedimentum proprii boni. D. Thom. ethic. 8. lib. 1. char. 135. col. 1.
Simile per se loquendo est desiderabile naturaliter, per accidens autem desideratur contrarium, vt est confrens, & medicinale. D. Thom. ethic. 8. l. 1. c. 135. col. 2.
Similitudinis sumendæ facultas acquiritur in consideratione rerum diuersarum, quæ sunt in diuersis generibus, maxime in ijs, quæ plurimum distant, & quæ sunt sub eodem genere, si aliquid idem ipsis inest. Aristote. topicor. lib. 1. cap. 14. char. 410.
Similitudinis consideratio utilis est ad inductiuas rationes, ad syllogismos ex suppositione, & ad assignationem definitionum. Ad inductiuas quidem, quia circa singula in similibus inductione, vniuersale existimamus inducere. Ad syllogismos ex suppositione, quia probabile est, vt in similibus vno se habet, sic in alijs. Ad definitionem autem, quia potentes conspiciere quid in vnoquoque idem, non dubitabimus, ad quod oportet genus, cum diffiniemus propositum collocare. Similiter in multum distantibus utilis est ad diffinitiones similitudinis consideratio: commune enim in vnoquoque genere assignantes non arbitramur extraneè diffinire. Arist. top. l. 1. cap. 14. char. 411.
Similitudo est translatio: parum enim ab ea discrepat, utilis enim est, sed raro, quia poetica est. Aristoteles rhetoricor. 3. char. 142.
Similitudines probatæ quodammodo translationes sunt. Aristot. rhetor. 3. char. 158.
Dissimilitudo in omnibus rebus est, vbi multitudo existit. Ammon. in Porphy. char. 13. col. 1.
Similaria medium locum prædicandi tenent inter generalissima, & specialissima. Ioannes gramm. in primo physicor. chart. 16. colum. 3.
Similitudo a signo, & nota differt. Magent. in libr. de interpretatione chart. 5.
Similitudo rei naturam oculis subijcit: nota, & signum extra cognitionem proficiuntur. Magent. in libr. de interpretatione char. 5.
Similitudo est quædam vnitas qualitatis. Boet. in Por. c. 76.
Similitudo est vnitas qualitatis. Boetius in topic. Cicer. libr. 2. char. 775.
Similitudines maximam afferunt, & oratoribus, & philosophis vtilitatem. Boet. in top. Cicer. libr. 4. char. 812.
Similitudo omnis idem aliquid esse constituit: nam quod idem est secundum qualitatem, id simile est. Boetius in topic. Cicer. lib. 4. char. 812.
Similitudo est rerum differentium substantia, & subiecto qualitas eadem. Alb. mag. in præd. char. 57. col. 3.
Similitudo est rerum differentium eadem qualitas. Idem ibidem chart. 231. colum. 4.
Similitudinis, & dissimilitudinis causæ non sunt in spermate actu, sed potentia solum. Alber. mag. de animal. lib. 18. tract. 1. cap. 5. char. 154. col. 4.
Similitudo generis in spermate semper seruat, cum tamen, quod generatur aliquando simuletur generi, & speciei, nõ tamen indiuiduo: aliquando generi, & non speciei, nõ indiuiduo: & si non assimilaretur generi, nihil ex illa materia generaretur. Alb. mag. de animal. lib. 18. tract. 1. cap. 6. char. 154. col. 4.
Similitudo fundatur super qualitatem realem, & semper super eam fundatur, & est aliquid in aspectu ad subiectum. Alex. de Ales in 5. metaph. text. 20. c. 144. col. 1.
Similitudo rei in sensu accepta representat rem, vt est singularis: in intellectu autem, vt est vniuersalis. D. Tho. in 2. de ani. l. 12. tex. 60. char. 32. col. 4.
Simplicia, vel composita dicimus fieri ex alio aliud, & ex altero

altero alterum. Simplex est, cum dicimus hominem fieri musicum. Compositum, cum dicimus non musicum hominem fieri musicum hominem, & horum hoc non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, ut ex nō musico musico. hoc autem non dicitur in omnibus: non enim ex homine factus est musicus, sed homo factus est musicus. Arist. in 1. phy. cap. 3. tex. 58. c. 20.

Simplex quod dicitur fieri, aliud est permanens, aliud non: homo enim permanet factus musicus homo: non musicum autem, & immusicum, nec simplex, nec compositum permanet. Arist. in 1. phy. cap. 3. te. 59. c. 21.

Simplicia corpora, a quo mouentur, non est adhuc manifestum: non enim a seipsis, sed ab aliquo extrinseco. Arist. in 8. phy. su. 2. cap. 2. tex. 29. c. 207.

Simpliciter semper apud Aristotelem, & Platonem, & apud omnes sapientes pro simplicibus partibus in compositis accipitur. Alex. & Eust. in 2. poster. ch. 10. col. 1.

Simpliciter quatuor dicitur modis: ut summatim complectar, quemadmodum oratores loquuntur, proprie, sine ratione, vnicū, & non perplexum. Ammon. in Por. c. 4. col. 2.

Simplicia eo, quod ad primum, ac commune rerum initium accedunt, latius manent, & in plures res transferuntur. Ammon. in Porp. char. 6. col. 2.

Simpliciter tribus sumitur modis: vel vniuersaliter, vel vnicū, vel proprie. Ammon. in præd. c. 23.

Simplicium ea est natura, ut neque ratione quidem distrahi, aut secari possint in plura. Them. in 5. phy. tex. 37. char. 30. col. 2.

Simplicia præcedunt naturam compositorum. Simpl. in 1. de cel. tex. 12. comm. 12. ch. 8. col. 1.

Simplices motus sunt simplicium corporum, & quot simplices motus, tot simplicia corpora. Simp. in 3. de coel. tex. 52. comm. 47. ch. 94. col. 4.

Simplicia, aut sunt elementa, aut elementorum retinent officium, & rationem, utcirco sua composita præcedunt. Io. gram. in 1. prior. ch. 4. col. 3.

Simplicia composita præcedere debent. Idem ibid. ca. 12. char. 30. col. 3.

Simplicia compositis sunt priora. Magent. in prior. chart. 3. col. 3.

Simpliciter nihil dicitur esse, nisi cum est in sua vltima perfectione, quod est habere formam. Auer. in 2. phy. tex. 12. chart. 25. col. 2.

Simplex quod est, caret potentia, & quod caret potentia, simplex est. Auer. in 8. phy. tex. 78. c. 193. col. 2.

Simplicium corporum consideratio in libris de coelo, est ut sunt partes mundi: & ut sunt subiectum, in libris de generatione, & corruptione, est propter considerationem de compositis generabilibus, & corruptibilibus, & ut sunt causæ. Auerro. in 3. de coelo, sum. 1. tex. 1. chart. 81. col. 1.

Simplicia, cupi compositis, & composita ad inuicem, non sunt eiusdem naturæ. Auerro. in 3. de celo. sum. 1. tex. 9. chart. 83. col. 4.

Simplicium naturam cognoscere est causa cognitionis eorum, quæ insunt compositis, quia nihil inuenitur in compositis, quin causa eius non inueniatur in simplicibus. Auer. in 4. de cel. te. 28. c. 152. col. 3.

Simplicia non decoquantur. Auerroes meteorol. 4. chart. 211. col. 1.

Simplicis famosior intentio est illa, quæ significat hominem absolutum. Auerro. in 12. metaphys. tex. comment. 37. chart. 150.

Simplex omne est non in materia. Auer. in 12. metaphys. tex. comm. 49. char. 156.

Simplicia non mutant substantiam suam. Auer. de subst. orb. cap. 6. char. 6. col. 3.

Simplex dicitur duobus modis, quorum vnum est, quod non est compositum ex multis partibus, tamen est compositum ex materia & forma: & sic dicitur de quatuor corporibus, quod sunt simplicia. Aliud

dicitur de eo, quod non est compositum ex forma, & materia, quæ mutatur ad formam in potentia, & est corpus celeste. Et præterea simplex dicitur, cuius definitio totius, & partium est eadem, licet compositum sit ex quatuor elementis. Auer. ex dest. destr. disp. 3. ch. 29. col. 1.

Simplicia compositis natura priora sunt. Boethius in prædicament. char. 113.

Simplex in natura nihil est, nisi quod ad esse distinctum est, & determinatum. Alb. mag. de præd. c. 8. col. 2.

Simplex est id, quod caret parte essentiali, & secundum quantitatem. Alber. magn. in 1. physicor. ex 3. tracta. cap. 13. char. 13. col. 1.

Simplicia non mouentur motu attractionis. Alb. mag. in 1. de cel. tract. 3. cap. 2. ch. 13. col. 2.

Simplex per decoctionem totum rarius efficitur. Alber. mag. in 2. meteor. tract. 3. cap. 20. c. 96. col. 1.

Simplicia corpora, nec odorem, nec saporem habent, quia in eis sunt qualitates primæ non contrariæ, & ideo per suas excellentias sunt in ipsis. Alb. mag. in 1. de ani. tra. 3. cap. 24. char. 27. col. 2.

Simplicitatis quod est causa alicuius per se, & non per accidens, non oportet esse simplex omni simplicitate, sed ea solū, quæ ipsum est causa simplicitatis in alio. Alber. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. c. 83. col. 3.

Simplex quod omnino est, terminos non habet. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. 1. l. 1. tracta. 2. cap. 5. char. 192. colum. 1.

Simplex vnum tantum a seipso secundum ordinem naturæ provenire facit. Idem ibidem tracta. 4. cap. 8. chart. 198. col. 3.

Simplicissimum est, quod in aliud resolui non potest. Idem ibid. l. 2. tract. 1. cap. 17. ch. 204. col. 4.

Simplex per seipsum acceptum magis sentitur, & fortiori motu mouet sensum, quam ipsum idem cum alio compositum: & simplex vocatur, quod est per modum habitus immixtum, non autem per modum priuationis: & hoc fit, quia mixta se inuicem obscurant dum miscentur. Alb. mag. de sen. & sen. cap. 3. c. 18. col. 3.

Simplex a nullo distingui, verum est de eo, quod per intellectum resoluentem est simplex: & hoc non est nisi conceptus simplex entis, qui non est conceptus simplex materiae, sed potius notio principij, quæ est ante notionem generis, & speciei omnis: sed de simplici secundum esse non est verum, quia simplicia prima secundum esse se ipsis distinguuntur a seipsis. Illa enim supra simplici entis notionem addunt esse, quo sunt hoc quod sunt, & per hoc distinguuntur ab inuicem, & cadunt in pluralitatem, quia distinctio est causa numeri. Alb. magn. in 1. metaph. tract. 3. cap. 1. c. 62. col. 2.

Simplex vnum non habens aliud, & aliud in potentia agendi, vel patiendi est penitus impossibile; quia potentia actiua, & passiua sunt diuersæ secundum principia. Alb. mag. in 9. metaph. tract. 1. cap. 2. c. 138. col. 2.

Simplicia, aut omnino intelliguntur, aut omnino ignorantur. D. Tho. 9. metaph. l. 11. tex. 22. c. 678.

Simpliciora, quæ sunt notiora naturæ, & priora, cadunt in cognitionem nostram per posterius: & hinc est quod prima principia, & Deum non diffinimus, nisi per posteriora. D. Tho. in 10. metaph. l. 4. tex. 9. ch. 298.

Simplicius quāto magis aliquid est, tāto ex paucioribus constat. Alex. de ales in 1. metaphys. tex. 1. char. 138. col. 2.

Simpliciter est, quod tantū in substantia reperitur. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 14. c. 195. col. 2.

Simpliciter, quod alicui conuenit, & sine reduplicatione, non oportet, quod omni conueniat. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 21. ch. 205. col. 1.

Simplex omnino non habet quidditatem. Ale. de ales in 7. metaph. tex. 59. ch. 241. col. 1.

Simplicia, vel totaliter sciuntur, vel totaliter ignorantur, ignorantia negationis. Alex. de ales in 9. metaphys. tex. 22. char. 275. colum. 2.

Simpli-

Simplicius genere Palestinus est. Simpl. in præd. char. 61.

Simul secundum locum sunt, quæ in eodem vno loco primo sunt. Arist. 11. metaphys. ex sum. 4. cap. 4. char. 241.

Simul dicuntur simpliciter, & propriissime, quorum generatio est in eodem tempore: neutrum enim eorum, nec prius, nec posterius. Arist. præd. tra. 2. cap. 3. ch. 94.

Simul natura sunt, quæcunque conuertuntur secundum eius, quod est esse, consequentiam, sed alterum alteri non est causa, ut sit. Arist. præd. tract. 2. cap. 3. char. 94.

Simul natura dicuntur, quæ ex eodem genere è diuerso ab inuicem diuiduntur. Arist. præd. tract. 2. cap. 5. c. 95.

Simul ea dicuntur esse secundum locum, quæcunque sunt in vno loco. Arist. phy. 5. sum. 2. cap. 1. text. 22. ch. 131.

Simul natura sunt, quæ de se mutuo dicuntur: ad aliquid enim sunt. Alexan. aphrod. in 1. natur. q. cap. 8. char. 3.

Simul natura sunt, quæ de se mutuo introducunt, & perimunt. Porphy. in prædic. char. 19.

Simul natura est id, quo posito aliud infertur, & quo sublato, tolli reliquum necesse est. Ammon. in præd. c. 74.

Simul sunt, quæ neque posteriora, nec priora sunt. Ammon. in prædic. chart. 121.

Simul quæ sunt, magis distant inter se, quam contigua. Simpl. in 5. phys. text. 22. char. 312. col. 1.

Simul patimur nos, & scutum ab icctu, & intelligendum est per simul priuationem prioritatis, & posterioritatis in causa, non in tempore. Auerroes in 2. de anim. tex. 115. char. 150. colum. 1.

Simul esse dicuntur, quæ vno posito, quodlibet aliud necessario sublequitur, & vno perempto, aliud modis omnibus interimitur. Boet. in præd. char. 164.

Simul esse non est oppositum ad prius, sed disparatum. Alb. mag. in præd. char. 63. col. 4.

Simul differt ab ipso tangere, quia tactus perficitur in vltimis, quæ sunt vltima corporis intra, quæ sunt aliquid corporum tangentium. Simul autem perficitur in vltimis corporum, quæ sunt extra, id est, quæ non sunt aliquid corporum tangibilium. Alber. mag. in 5. physico. tract. 2. cap. 1. chart. 64. col. 1.

Simul non sunt ea, quæ in loco communi sunt, sed quæ in proprio. Alex. de Ales 11. metaphys. char. 329. col. 2.

Simul natura duo significat: esse simul inesse, & non esse; & quod neutrum alterius sit causa. Thomas de Vio in prædic. chart. 61. colum. 2.

Simulachra gemina in Eletris insula, quam in Adriatico sinu extat adiacere ferunt, quorum alterum stanneum, alterum æneum vetustissimo more elaboratum extat. Hæc Dedali opera fuisse Præcorum monumenta testantur, cum Minoem ex Sicilia, Cretaque insectantem effugeret, atque in eis se accommodasset regionibus. Antedictas autem insulas ab Eridano astrui alleuerant. Arist. de admir. aud. num. 78. char. 852.

Simulachrum a nota differt, quia simulachrum rei naturam representat, quod non a nostra voluntate dependet: nota autem in nostra est potestate, ex nostraque sola cognitione existit. Ammon. in lib. de interp. c. 11.

Simulachri motus intus minor est, quam motus extra, quia omnis motus a virtute sensitua est per sensibile obiectum: & ideo quanto motus propinquior est sensibili, tanto fortior est. D. Tho. de som. l. 4. ch. 41. col. 1.

Simulator. Pinguis, quæ circa faciem, & quæ circa oculos rugosa, somnolenta facies de more videtur. Aristotel. physiognom. cap. 6. char. 341.

Sinapis mensis Octobris feritur in terra bene arata. Alb. mag. de veget. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 2. ch. 177. col. 4.

Sinciput inter ossa vltimum confirmatur. Arist. de gener. animal. 2. cap. 4. char. 172.

Singulare est, quod non est aptum prædicari de pluribus. Aristot. in periherm. cap. 5. char. 122.

Singularia facilius consideramus, cum prius acceperimus de vniuersalibus. Aristot. de generat. & corrup. sum. 4. cap. 1. tex. 51. char. 441.

Singularia infinita sunt. Aristotel. in 3. metaph. ex sum. 3. cap. 3. text. 12. chart. 49.

Singulare est in causa singularis. Arist. in 11. metaphysic. ex sum. 1. cap. 4. tex. 27. char. 246.

Singularia magis valent, quam vniuersalia ad rerum vsum. Arist. rhetor. 2. chart. 108.

Singularia, & quæ intellectu, ac ratione comprehendiqueunt, per sua superiora in decem prædicamenta colliguntur, ut docet regula, quando alterum de altero prædicatur, ut de subiecto, quæ de prædicato dicitur, hæc omnia de subiecto dicuntur. Simpl. in præd. c. 13.

Singularia propria non sunt tota, quia non sunt perfecta. Simpl. in 3. phys. char. 179. col. 2.

Singulare cum definitum sit, non potest cuidam alteri congruere. Ioan. grammar. in 1. phys. c. 3. col. 4.

Singularia facilius percipimus quam vniuersalia. Ioannes grammar. in 1. phys. tex. 2. c. 4. col. 1.

Singulare est id, quod impossibile est ex substantia formationis eius, quod prædicetur plusquam de vno singulari. Auer. epitom. in logic. ch. 34. col. 2.

Singulare aliquo modo est attributum alicuius rei communis, & est priuatio communitatis, quæ in est vniuersali, & hoc attributum est res priuata & hoc modo est eius definitio. Auer. in quæst. logic. q. 16. c. 378. col. 2.

Singulare ut singulare, non communicat alteri singulari, & maxime in rebus, quæ sunt extra animata, alioqui esset vniuersale. Auer. in quæst. log. q. 16. c. 378. col. 2.

Singularia notiora sunt apud nos, quam vniuersalia. Auer. in 7. metaph. tex. 10. nu. 10. c. 76.

Singularia præcedunt in esse vniuersalia, vniuersalia autem sunt priora in intellectu singularibus. Auer. in 12. metaph. text. 10. nu. 27. char. 146.

Singulare propositiones si ad idem subiectum, & prædicatum, ad eandem partem, & idem tempus, ad eandem relationem, & eodem modo propositæ sunt, inter se verum, & falsum distribuunt. Boetius in lib. 1. de interpretatione char. 346.

Singularium propositionum contemplatio cum longum opus efficeret, nihil, quod in ipsarum tractatione utilitatis sit, dereliquit Aristoteles. Boet. ex introduct. ad cath. syllogism. chart. 580.

Singulare est, quod imponitur à forma accidentali significante accidentium collectionem, quam impossibile est inuenire nisi in vno solo. Alb. mag. de præd. c. 3. col. 2.

Singulare duobus fit modis: vel nomine proprio, vel nutu demonstrationis ad hoc singularis, ut hoc lignum. Alb. mag. in prædicab. chart. 3. colum. 2.

Singulare proprie de nullo prædicatur, cum nihil in se ipso sit: sed si prædicatur, quo ad nos prædicatur, non autem secundum se ipsum. Alb. mag. in præd. c. 11. col. 4.

Singularia, quæ secundum esse suum, & causam futura sunt, contingentia sunt, & ideo ad vtrumlibet se habent, & neutrum illorum verum, vel falsum determinate est, alioquin contingentia necessaria essent. Alber. mag. in periherm. char. 87. col. 3.

Singulari attribuitur aliquid tripliciter. primo, ut cadit in apprehensione, vel ratione naturæ communis, vel ratione sui ipsius. D. Thom. in periherm. c. 9. col. 2.

Singularia solum in rerum natura sunt existētia, sed quæ sunt præter singularia, non sunt existētia, sed tantum in consideratione intellectus abstrahentis communia a proprijs. D. Thom. 11. metaph. l. 2. text. 1. char. 754.

Singularium non potest esse aliquod principium, nisi singulari. D. Thom. 12. metaphys. lec. 4. tex. 27. char. 853.

Singularia habent rationem principiorum. D. Thomas ethicor. 6. lect. 9. char. 110. col. 2.

Singultus sternutamento sedari potest, ructus nequit: quia non est ista affectio eiusdem partis, sed ructus ventriculi, singultus vero est spiritus refrigeratio, & cruditas, & humoris pulmone coniunctissimi: & sedes cerebri cum pulmone rem communē habet, & sternutatus

Singultus spiritum interclusum rumpit qui singultum ciere potest. Arist. prob. sect. 53. nu. 1. c. 642.

Singultus est spiritus refrigeratio, & cruditas, & humoris pulmonis coniunctissimi. Aristot. problemat. sect. 33. numer. 1. chart. 642.

Singultus aceto, retentioneque spiritus, fieri leuior potest. Arist. prob. sect. 33. nu. 1. ch. 643.

Singultus cur sternutamento finitur, & retentione spiritus, & aceto? sternutamento quidem, quia spiritus cohibetur inferior, atque circum obfistit; retentione spiritus, quia est tenuissimus spirandi impetus; aceto vero, quia humor circumstans eruicandi licentia prohibens, per vim calefactoriam aceti in spiritum extenuatur. Arist. prob. sect. 33. nu. 5. c. 644.

Singultus fit, cum spiritus vacans ab humore in loco spiritus deputato retinetur, & hinc fit, ut singultus, ubi inalguimus, oriatur. Arist. probl. sect. 33. nu. 5. ch. 644.

Singultum a pane nimium exortum retentio spiritus cur sedat? quia stomachus ad alperam arteriam positus est, & premitur ab ipsa arteria, & infringitur, ita ut panis intrusus in ventriculum excutiat, quo excusso pondus tollitur, quod singultum ciere potest, Alexan. aphr. prob. 1. num. 47. char. 679.

Singultiant qui piper, aut panis frustum grandiusculum deuorauerunt; quia qui ventriculum mundum & sentientem, & calidum habent, hi celeriter piperis acritudine mordentur, quo morfu stomachus ad repellendam rem, quæ id efficit, excitatur, & sic oritur singultus. At qui ventriculo sunt frigidiori, & pituitoso, atque hebetior, hi lentius singultiant, & qui panem incisum iusto amplius deuorauerint, oppressi magnitudine panis singultu coguntur, quia membrorum natura nequit quiescere, quoties aliquo infestantur detrimento. Piper igitur qualitatis sue acredine facit, quod singultus obuient, quo modo bilis quoque interior pugit, & concitat. Panis vero sua opprimens quantitate respondet pituitæ, & lapidum ponderi: piper vero & bilis acumini spinarum respondet. Alex. aphr. prob. 1. nu. 45. c. 679.

Singultus ex pane cur resoluitur, cum aliquid triste auditur? quoniam sunt intenti ad hoc, quod agritudinem attulit. cum enim vis animalis aliorum conuersa mouere thoracem desinat, spiritus parum tantisper affluit: itaque coactus singultum præ sua copia sedat. Alex. Aphrod. probl. 1. nu. 48. c. 680.

Sinistræ partes corporis effeminatioris sunt, & molliores sunt. Arist. prob. sect. 32. ch. 641.

Sirenum insulas intra Italiæ limites positas esse traditur circa freti promontorium, quod ante locum præcipitæ, sinibusque redundantem iacet, ac Cumas, Possidoniæque appellatam continet, & in eo earum templa constitunt, easque accurate indigenæ sacrificijs venerant, quarum hæc sunt nomina, prima Parthenope, secunda Leucosia, tertia Liguria. Arist. de adm. aud. nu. 98. c. 859.

Siphac panniculus est spissus, vinctuosus, non habes villos. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 25. c. 22. col. 1.

Sirenes dicuntur esse serpentes monstruosi, dulcis sibili, ut sirene maris, & aliqui eorum volant, & habent venenū adeo efficax, ut prius moriatur homo, quam dolor sentiat. Alb. mag. de ani. l. 25. c. 202. col. 3.

Sirene sunt monstra marina, de quibus multa Poetæ. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. ch. 199. col. 2.

Sirius lapis est, qui integer natat, & cominutus fluctuat, quia in poris integrum aerem continet, qui euanescit a puluere comminuti lapidis. Alb. mag. in 3. de miner. ex tract. 2. cap. 17. ch. 141. col. 4.

Sirrus fluuius nascitur in campis Pamphiliæ, & fluit in mare Podos insule. Alber. mag. de nat. loco. tractat. 3. cap. 3. chart. 103.

Sistoles, & diastoles fiunt, cum cor in loco mouetur constringendo se, & aperiendo. Alb. mag. in 1. de ani. tract. 2. cap. 9. char. 8. col. 3.

Situm excalescente corpore nasci certum est. Arist. prob. sect. 27. num. 30. char. 600.

Sitiunt, qui timet, quia eos pulso sanguine siccitas tenet. Arist. prob. sect. 27. num. 3. ch. 600.

Situm cur minus quam famem tolerare possumus? vel quia sitis est magis anxiosa: vel quia calor, quo viuimus, humidum magis quam siccum desiderat: vel quia sitis est libido potitionis, & cibi, famem vnius tantum: vel quia siti magis contristamur, quam fame. Aristot. problem. sect. 28. numer. 5. char. 606.

Sitiunt vehementer hi, quorum ventrem inferiorem fluxio exercet, quoniam humoribus deorsum collapsis stomachus resiccatur: sitis enim non nisi per siccitatem oriri solet. Alex. aphr. problem. 2. nu. 100. c. 769.

Sitis magis angit quam fames. D. Thom. in 2. de cel. l. 22. tex. 80. char. 51. col. 1.

Sitis est appetitus humidi naturalis. Pet. de aluer. de iuue. & iene. vit. & mort. & resp. l. 5. c. 68. col. 2.

Sitta, & trochilus cum Aquila inimicitias gerunt. Sitta enim oua aquilæ frangit, & ob id, & quia aquila carnivora est, ei aduersatur. Aristotel. de histor. animal. 9. cap. 1. char. 318.

Situs caries vaporis terreni est. Aristot. de gener. anim. 5. cap. 4. char. 288.

Situs est habitudo quædam inter partem determinatam corporis ad partem determinatam loci: quæ habitudo est obiectio obiectio ad partem, & inuenitur in omni corpore naturali. Auerro. in epit. in log. c. 342. col. 4.

Situs animalis quanto magis multiplicatur, tanto est plurius quietis. Auer. epit. in log. ch. 343. col. 1.

Situs prædicamentum per se dicitur, quia quæcumque in illo prædicamento sunt, dicuntur per se. Auer. in 5. metaph. tex. com. 23. char. 62.

Situs aliud est prædicamentum, & est in omni habente partes, aut per ordinem partium in loco: aliud est vna differentiarum quanti per ordinationem partium rei ad inuicem. Auer. in 5. metaph. tex. co. 24. c. 62.

Situs latius patet, quam positio, & differunt: quia situs proprie dicit ordinationem partium in toto, & per posterius in loco, positio contra. Alber. mag. in sex princip. chart. 75. col. 1.

Smaragdus, & crysolitus, qui est lapis, & qui vocatur prama, ex eadem fiunt causa: ex perspicuo scilicet aqueo cum terrestri multum adusto: & differunt, ut est clarior, & obscurior. Al. mag. in 1. de min. ex tra. 1. c. 2. c. 137. col. 1.

Smaragdus est lapis pretiosus, & viridissimus melior est, qui nec lumine, nec umbra variatur: non subiacet coitum. si verus est, curat caducos morbos: visum debilem confortat, & oculos conseruat. Alber. mag. in 2. de min. ex tract. 2. cap. 17. c. 141. col. 3.

Smaragdus collo alligatus impedit epilepsiam. Alber. mag. in 2. de miner. ex tract. 3. cap. 6. c. 143. col. 2.

Societates omnes ciuilibus partes esse videntur. Arist. ethica. 8. ad Nicom. cap. 9. ch. 203.

Societas omnis est alicuius boni gratia constituta, inter quæ principalissima est ciuilibus. Aristotel. politicor. 1. capit. 1. chart. 487.

Societas maxime secundum naturam est mari, & femine. Arist. econom. 1. cap. 3. ch. 777.

Socios eos facere debemus, qui, & iustissimi sunt, & non mediocri valent potentia, & in proximo habitant. Arist. rhet. ad Alex. cap. 32. ch. 254.

Societas homini propria est, in hoc etiam maxime a cunctis animantibus differt. Alexan. aphrod. in 4. natu. quæst. cap. 24. chart. 21.

Societas durare non potest contra iustitiam. Alex. aph. in 2. de ani. cap. 42. ch. 52. col. 3.

Socratis temporibus vsus definiendi increuit, sed indagatio rerum naturalium desijt: nam omne philosophandi studium ad vtilem virtutem, ciuilemque vsum translatum est. Aristot. de partib. anim. 1. cap. 1. ch. 408. Socrati

Socrati in differendo peculiare fuit ut inductiuis orationibus, & definitionibus vniuersalibus. Arist. 13. meta. ex tract. 2. cap. 2. chart. 272.

Socrates vniuersalia, nec definitiones ponebat separata: quidam vero ex antiquis separauerunt, & talia entium ideas appellarunt. Arist. 13. meta. ex sum. 2. c. 1. c. 272.

Socrates circa morales virtutes vacabat, & de ijs primus definitionem quærebat. Arist. 13. metaphysic. ex sum. secun. cap. 1. chart. 272.

Socrates magis mori voluit, quam Leonem quendam nomine ad mortem ducere, ac in hoc triginta tyrannis obtemperare, ut iustitiam inuiolatam seruaret. Eustr. 3. moral. cap. 1. char. 115.

Socrates nihil aliud est, quam animalitas, & rationalitas, quæ sunt quidditates eius. Auer. 7. meta. text. 10. c. 80.

Socrates in hoc deceptus est, quod scientiæ morali attribuit, quod virtuti attribueret. Alber. mag. prim. ethicor. cap. 3. chart. 2. colum. 3.

Sol ut ad generationem, & vitam pertinet.

Sole adueniente apud nos est generatio, recedente corruptio, & utrunque in æquali tempore. Arist. 2. de gener. & corru. sum. 4. cap. 2. tex. 58. char. 445.

Sol ad aquilonem accedens est in causa generationis: cum ad austrum sese refert, interitus. Alexan. aphrod. in 5. metaphysic. vel secundum latin. 6. cap. 5. char. 174. col. 2.

Sol solus non operatur circa generationem, sed concurrunt etiam planetæ alij, & stellæ fixæ quamuis non tantum. Io. gramm. in 2. de gen. & cor. text. 58. ca. 47. c. 646.

Sol & Luna, æuum cuiusque animalis ad partem vitæ cursum dirigere student: sed vitæ diuersitas oritur ex materia, & ex patre, nec non ob multa alia. Ioan. gramm. in 4. de gener. anim. cap. 10. char. 90. col. 2.

Sole ad borealia signa accedente, terra germinat, & plantæ floribus vernant, animaliaque pubescunt, ac generant, ipsiusque recursus omnia minuuntur. Ioan. gramm. in 4. de gener. anim. cap. 10. ch. 90. col. 4.

Sol, & alia stellæ sunt principium vitæ cuiuslibet viuui in natura. Auer. in 12. meta. tex. com. 18. char. 143.

Sol solus non est causa generationis, sed ipse præcipue fit generans. Albertus magnus in 2. de generat. & corru. tract. 3. cap. 5. char. 76. col. 4.

Sol non solus est causa generationis, sed etiam alij planetæ. D. Tho. in 2. de gener. & cor. l. 10. tex. 58. ch. 34. col. 4.

Solis quantitas, & motus.

Solis magnitudo maior est terra. Aristotel. meteor. 1. sum. 2. cap. 5. char. 470.

Sol pater, & auctor motuum est. Arist. problem. sect. 26. numer. 35. char. 389.

Sol cur per quadrilatera profluens non rectis lineis figuram describit, sed circulum format, ut in cratibus patet? vel quia aspectuum procidentia turbine agit: turbine autem basis in orbem se colligit: quare quocunque radij Solis incurrerint, circulares apparent. Vel quia Solis figuram quoque rectis lineis contineri necesse est, siquidem recti radij proueniunt. Cum enim recte in rectam incidunt figuram, rectis contentam lineis formant: quod certe in radijs accidit: ad rectam enim creatum sese tradunt, aut ad quodlibet, per quod liceat translucere: ac ipsi recti procul dubio sunt: itaque procidere ad rectam debuerunt. Verum quia radij, qui de aspectibus ad extrema linearum rectarum discernuntur, imbecilli admodum sunt, ideo angulo conerni non possunt, sed quantum recti in turbine sit, hoc tantum rectam agere potest: reliquum non potest, sed conculcati aspectus, indiscretique latitant. & sic, si figura prope posita est, anguli videntur, si longo intervallo distat, non possunt: ideo & recta videtur linea

circularis remota. Arist. probl. sect. 15. nu. 5. char. 490.

Sol, & astra non est timendum quod aliquando stent, non enim laborant, nec inest potentia contradictionis ipsis, vel corruptibilibus motus, quia laboriosa est continua motus. Arist. 9. metaph. cap. 4. text. 17. char. 188.

Sol terra sex decuplum est. Alexan. aphrod. in 1. meteor. cap. 3. tex. 7. char. 4. colum. 2.

Sol ad terram centum septuagintuplum est, & si magnitudinis pedalis appareat. Simplic. in 2. de celo. cap. 83. num. 112. char. 67. colum. 3.

Solis motus in erraticis simplicissimus est. Simplic. in 2. de celo text. 61. com. 41. char. 64. col. 2.

Sol duo de viginti partibus maior est terra. Ioan. gramm. in 1. prior. cap. 5. char. 5. col. 3.

Sol in motu diurno, & alia stellæ sunt quasi pars totius, scilicet orbis, cuius conuexum est conuexum mundi, & concauum est concauum mundi: quia totus hic orbis est vnus orbis in veritate, cum motus vnus in numero æqualis sit iste motus. Auerroes in secun. de celo nume. 42. char. 59. colum. 1.

Sol centum septuaginta vicibus maior est terra. Auer. ex destr. destr. disp. 5. char. 26. col. 1.

Sol est maus corpus, & cetera corpora spherica solida excedens multa quantitate. Alber. mag. in 2. de celo tract. 3. cap. 3. char. 32. colum. 4.

Sol, & alia stellæ excepta Luna, & Mercurio, sunt maiores terra. Alb. ma. in 1. meteor. trac. 2. ca. 3. c. 81. col. 1.

Solis motus & si videtur simplicior, quam Saturni motus, hoc fit, quia multiplicitas talium motuum non est ex mouentibus, sed ex motis corporibus, quæ sic facta sunt ut instrumenta, quæ per motum localem diuersimode id ponant in effectu, qui fluit ab intelligentia. Vnde, cum inferiora corpora non sunt susceptiua motus superiorum in ea simplicitate, qua causatur motus ab intelligentia superiorum, facta sunt quædam superiora diuersorum motuum, quibus influi possit in inferioribus hoc, quod ab intelligentia influxum est illis. Sol enim non tam motu circulari, quam lumine corporis sui mouet; & ideo diuersitatem formarum, ad quas mouet, plus habet in lumine, quam in circulo: quia in circulo tantum ascendit, & descendit: in lumine autem pyramidaliter infinitas producit figuras ex perpendiculariter lumine incidente vel oblique secundum multiplicitatem, vel obliquitatis modum: ideo circulos multos habere non potuit, quia cum lumen in descendendo est causa corruptionis, & in ascendendo generationis, ideo si diuisos haberet motus, intercepti necesse esset, quod esset valde inconueniens. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. l. 2. tra. 2. c. 5. ch. 209. col. 3.

Sol cur diuersos procreat effectus.

Sol, & cessare facit ventos, & commouet ipsos: debiles enim exhalationes extinguit, & ipsam terram præuenit exsiccat antequam fuerit facta multa simul excretio: sicut si in multum ignem inciderit modicum exustibile, præuenit sæpe, antequam fumum faciat, exustum esse. Ideo circa Orionis ortum maxime fit tranquillitas, & vsque ad Ethesias, & Prodromos. Aristot. meteor. 2. sum. 2. cap. 2. chart. 513.

Sol, & astra orientia, & occumbentia maiora videntur, quam in coeli medio, quia sunt in caliginibus. Aristote. meteor. 7. sum. 2. cap. 3. chart. 545.

Sol per caliginem, & fumum apparet puniceus. Aristote. meteor. 3. sum. 2. cap. 3. char. 545.

Sol, & Luna cur plana esse videntur, cum tamen conglobari in spheram certum sit? quia ut plura, quorum quod plus minusve distat, incertum sit, æque posita esse videntur, sic etiam, quod partes obtinet, nisi color varius adfit, partes ex æquo omnes collocatas habere videri necesse est: quod autem ex æquo aspectu obuiam fit, idem

æquabile, compositum, & planum esse necesse est. Aristot. prob. sect. 15. nu. 7. ch. 493.

Sol oriens, & occidens cur umbras facit longas, efferens se, minores; medium celi obtinens, minimas? quia oriens principio umbram terræ æque distantem reddit, & infinitam pene protrahit, deinde longam, & subinde minorem; quia linea recta, quæ de puncto superiore elicitur, interius per diminutiones assiduas cadit. ergo quo Sol superior fuerit, eo minor umbra exultabit, minimaque tunc erit, cum Sol super capita nostra versabitur. Aristot. prob. sec. 15. nu. 8. c. 493.

Sole se attollente cur spiritus, & sternuntur, & augentur? quia spiritus, vel aeris, vel redundantis humoris commotio est: quæ ut cum parua est, compendio a Sole consumitur, ita quod nullus spiritus inde existit: ita cum magna est, Solis exortu amplior redditur. Aristot. proble. sect. 26. num. 35. char. 589.

Sol oleum candefacit, carnem nigricat: quia olei terrenam eximit partem, quæ nigroris causa est, ut etiam vinum fortis ratione terrenæ nigrum est. Carnem vero propterea nigram reddit, quia vit: terrenum nanque omne, cum vitur, nigrum efficit solitum est. Aristot. prob. sect. 38. nu. 10. ch. 660.

Sol cur hominem nigrum reddit, linteum candidum facit, ceram emollit, lutum indurat? patientis materiæ habitudo in causa est. Corporis enim nostri materiæ omnes, excepta pituita, cum nimium recalescunt, per cutem nigrescunt, linteum vero nitro purgatum Sole deterfas maculas absumente, merito candidum redditur. Sol item humorem è cera penitorem euocans, omnem emollit: luti humorem superiorem exhauriens exsiccat, & indurat. Alexan. aphrod. prob. 1. numer. 89. char. 699.

Sol, & celi scircum non eosdem semper effectus faciunt, quia rebus, quas mouent, varis, & difformiter accidunt. Them. in 8. phy. tex. 53. ch. 75. col. 1.

Solis, & Lunæ virtutes, & proprietates sequuntur inferiora propter tres causas. Prima est quantitas luminis ipsorum. Secunda situs eorum, quia Luna propinquior, & Sol in medio eorum. Tertia, quia Luna mouet, quæ in terra, & aqua sunt: Sol est in causa caloris. Albe. magn. de prop. elemen. lib. 1. tractat. 2. cap. 4. chart. 108. col. 3.

Sol ut calidus, spissus, & fons lucis.

Solis latitudo sufficiens est, ut fiat tepor, & calor. Aristot. meteor. pri. lum. 1. cap. 4. c. 459.

Sol die prohibet nos videre in coelo colores, nocte autem, excepto puniceo, alij propter similem colorem non apparent. Aristot. meteor. 1. lum. 2. cap. 2. c. 463.

Solis calor cur summum adurere potest, ignis non potest? quia Sol tenuior est, carnem subire amplius potest, ignis vero etiam si adurat, per summa tantum colorem inducit nigrum, quas phœdas vocant: interius autem nequit. Aristot. problemat. sectio. 38. numer. 7. chart. 660.

Solis corporis substantia est alia à substantijs corporum stellarum, & Lunæ, quia Sol habet lumen, & lumen Lunæ, & stellarum est a Sole. Aristot. de caus. & prop. element. cap. 1. char. 961.

Sol cum vnus sit, alio tamen modo lumen suum exhibet aeri, aliter aquæ, & alio modo plantis, & lapidibus. Them. in 1. de ani. cap. 24. tex. 60. c. 67. col. 1.

Sol non calefacit per participationem suæ caliditatis, ut ignis, sed magis calefacit radijs in seipso reflexis. Simplicius in prim. de coelo, text. 19. comment. 20. chart. 19. columna 4.

Solaris radius transiens per vitrum coloratum similiter colorat corpus, cui aduenit. Ioan. gramm. in 4. phy. tex. 67. char. 95. col. 4.

Sol meridie magis calefacit, quam aurora, & vespere, quia Oriente, & Occidente reflexæ operationes obtusos angulos faciunt, & multum aerem intercipiunt, ideo minus calefaciunt, ac per multam caliginem ad nos accedit, quæ aquea est. Ioan. gramm. in 2. de ani. tex. 69. chart. 55. colum. 1.

Sol, quia est maximus stellarum, & densior, & magis luminosus, contingit ideo, ut actio partis orbis, in qua est Sol, sit fortior. Auerr. 2. de celo nu. 41. c. 59. col. 1.

Sol, si esset fixus cum ligamento, esset grauis. Auerr. 2. de celo. tex. 42. char. 59. col. 1.

Sol magis calefacit in æstate, quam in hieme, quia est propinquior Zenith capitis nostri, & quia anguli sunt magis recti, quod apparet in speculo comburenti. Auerr. 2. de celo tex. 42. char. 59. col. 3.

Sole esse sub Mercurio, & Venere, vel non, adhuc est questio inter Astrologos. Auerroes 2. de celo, text. 58. char. 64. colum. 2.

Sol, quod agit indiueritate quatuor temporum, idem agit alia stella per suam ambulationem in sua propria sphaera, sed nos later. Auerro. ex paraph. 2. de gen. & corru. char. 179. col. 1.

Sol, & stellæ calefaciunt motu, & luminis reflexione. Auerr. mete. 1. cap. 1. char. 182. col. 2.

Solis calefactio, & stellarum, quæ fit per motum, non videtur de ea in ascensione, & descensione mutatio sensibilis. Auerr. meteor. 1. cap. 1. c. 182. col. 2.

Solis maxima distantia, & tarditas partium motus celi, faciunt esse frigus, ergo propinquitas Solis, & velocitas celi faciunt esse calorem. Auerro. meteor. 2. cap. 2. chart. 200. colum. 2.

Sol, si esset maior quam est, & locus eius propinquior, interficeret genera plantarum, & animalium propter vehementem calorem: si esset minus corpus eius, & remotius, interficeret propter frigus. Auerr. epit. metaph. tract. 4. chart. 185. colum. 2.

Solis Lux ut incorporata si perficiei corporis non peruii, est una, & facit multos colores secundum superficiem diuersitatem, quia si est clara, facit album: si obscura, nigrum, & si media, medios colores. Sic lux intelligentiæ cum sit una, facit diuersas formas secundum diuersitatem proportionis materiæ; quæ Platonis, & Pythagoræ positio fuit. Alb. Magn. in 1. physicor. extract. 2. cap. 12. char. 7. col. 3.

Sol solus inter ceteras stellas maxime calefacit, quod fit quinque causis. Prima est ipsius magnitudo. Secunda spissitudo sui corporis. Tertia lumen plus forte. Quarta subtilitas suæ substantiæ. Quinta quia Sol in natura sui luminis debet mouere ignem, ut stellarum fixarum orbis terram: Lunæ aquam: & reliquæ sphaeræ planetarum aërem. Potest addi sexta, quia vicinior est terræ, quam superiores planetæ: nam inferiores vel sunt quasi semper cum Sole, vel Venus, vel Mercurius, vel recipiunt lumen a Sole, ut Luna. Alb. mag. 2. de cel. tract. 3. cap. 3. ch. 32. col. 4.

Sol in medio positus est, ne si nimium distaret fons caloris frigerent omnia: & si minus appropinquaret, caleferent nimis. Alber. magn. in 2. de celo. tracta. 3. chart. 34. colum. 3.

Solis sphaera in aqua est fons caloris & apta nata est mouere ignem. Alb. mag. in 1. de gener. & corru. tract. 6. cap. 4. ch. 70. col. 3. Idem D. Thom. de gener. & corru. 24. tex. 84. char. 22. col. 3.

Sol solus lucet lumine proprio, & omnes alij planetæ, & stellæ illustrantur a Sole. Alb. mag. in 2. de gener. & corru. tract. 3. char. 76. col. 4.

Sol magis calefacit quam ceteræ stellæ quatuor de causis. Prima, quia cum omnis prima qualitas reducitur in suam primam causam in superioribus, quæ non alteratur secundum qualitatem illam, reducitur calidum, & sic in Sole. Secunda, quia cum Sol de natura sua

calidus sit, & siccus & debet mouere sphaeram ignis, ideo in emissionem sui luminis calor descendit igni admixtus. Tertia, quia maior est, & spissioris substantiæ, quam aliud corpus simplex. Quarta, quia habet lumen magis clarum, & purum, & intensum, quam aliud aliquod corpus. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 12. char. 80. col. 3.

Sol de sua natura caloris est causa, licet non sit calidus per essentiam. Albert. Magn. in 1. meteor. 19. tract. 1. cap. 12. char. 80. col. 3.

Sol est spissioris substantiæ quam aliud corpus simplex, non vniuoca spissitudine cum elementorum inspissatione, sed potius æquiuoca; quia spissitudo suæ substantiæ non proficitur ab aliqua qualitate elementali, sed potius à nobilitate continuitatis suæ substantiæ. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 12. ch. 80. col. 3.

Sol dicitur pater Deorum, & virorum, quia eis tribuit motum & lumen, per quod homo hominem generat ex materia, & Sol. Alb. Mag. in 3. de anim. tract. 1. cap. 5. char. 34. col. 2.

Solis corporis substantia alia est à substantia corporis stellarum, & Lunæ, quia lucem ex se habet Sol, non autem stellæ, & Luna. Alb. mag. de propriet. element. 1. 2. tract. 1. cap. 1. char. 114. col. 1.

Solis lumen semper constituit formas, sed quod hanc, vel illam constituat, hoc habet ut est immixtum, vel luminari, vel perspicuo, vel corpori determinato. Alb. mag. ethic. 1. tract. 6. cap. 6. ch. 16. col. 3.

Sol non est calidissimus ut ignis, sed aliquod amplius quod calidissimum. D. Thom. in 2. tract. 5. l. 2. tex. 3. ch. 107.

Solis lux recipitur diuerso modo à diuersis planetis. D. Thom. in secundo de gene. & corr. l. 10. tex. 58. char. 34. colum. 4.

Solis motus, ut motus, non tantum calefacit, sed ut motus huius corporis in sua natura habentis virtutem calefaciendi. D. Tho. in 1. meteor. l. 5. ch. 19.

Sol ut genitus, vel ingenitus.

Sol luna, coelum, & vniuersum sunt ingenita secundum tempus, tamen obtinent principium secundum rem. Simp. in 1. phy. c. 34. col. 1.

Solis locus.

Solem proxime super lunam ponit Aristoteles, ut etiam Plato. Simp. in 2. de celo. c. 73. tex. 61. char. 41. colum. 2.

Solem esse sub Mercurio existimauit Aristoteles. Auerr. de celo tex. 59. c. 64. col. 3.

Solis vicinior est terræ est meridies, eo quod in meridie pars breuior est diametri circuli deferentis ipsi. Alber. mag. 2. de celo tract. 1. cap. 5. c. 26. col. 2.

Sol, luna, & ceteri planetæ propinquiores sunt capitibus nostris, quando sunt super nostram habitationem in septentrione, quam quando oblique respiciunt nostram habitationem, id est, quando sunt in meridie. Alber. magn. de proprietat. element. lib. 1. trac. 2. cap. 1. char. 107. colum. 1.

Sol, ut scintillat, & eclipsatur.

Sole deficiente cur si quis per cribrum, aut platani frondes, vel alius latij folij, aut digitis manus inuicem perplexis inspicat, splendores speciei Lunæ nondum completæ incernat? quia quemadmodum cum per angulatum foramen, lux non angulata, sed orbiculata, turbinataque prodit, quia gemino, directeque commucronato turbine agitur, id est, eo, qui de Sole ad foramen deuenit, & qui de foramine ad terram: sic etiam in Solis defectu figura, qua radij veniunt, inno-

tescit. Ergo cum pars orbi superiori detrahatur, quod ex aduerso super terram eluxerit, speciem illam lunatam gerat necesse est: quippe cum prout orbis deficit, sic radii profluere debeant: digitis tamen, & cribris pro foraminum exiguitate res certius explicatur, quam cum per foramina ampliora transmittitur. Luna autem idem percipi nequit, nec deficiente, nec crescente, nec decrecente: quia eius extrema non plene splendent, sed medio potissimum lucent. Lunam autem illam, minutamque faciem, medio astringi ex quo manifestum est. Arist. probl. sec. 15. nu. 10. c. 493.

Solis eclipsis, & Lunæ causa ante Thaletem nondum cognoscebatur. Porphir. in prædicam. c. 19.

Sol videtur scintillare in ortu, & occasu propter humidum vaporem, in quo radii eius videntur diffundi, & tremere: scintillat etiam in meridie, propter elongationem luciditatis eius super pectore oculorum nostrorum. Albert. magn. in 2. de celo, tract. 3. cap. 8. char. 35. colum. 3.

Sol non eclipsatur à Venere, & Mercurio tribus de causis. Prima, quia possunt, & si sunt sub Sole, non esse in capite, vel cauda draconis. Secunda, quia corpus Veneris, & Mercurii est minus, & corpus minus prope positum iuxta corpus magni non eclipsatur, sed longe positum eclipsatur. Tertia, quia cum stellæ omnes totæ impleantur lumine, & si sub Sole, à quo recipiunt lumen, sitæ sunt, non ideo ipsum obscurant. Alb. mag. in 2. de celo, trac. 5. cap. 11. c. 37. col. 3.

Sol, & Mercurius scintillant. D. Thom. in 2. de celo, lec. 12. tex. 49. ch. 41. col. 3.

Sol obscurus videtur ante terremotum, quia illa exhalatio, quæ suo motu rarefacit aërem, progreditur in terræ viscera: & aer, per quem videtur Sol, relinquitur grossus, & humidus, & obscurus. D. Thom. in tertio meteor. lec. 13. c. 148.

Sol ut masculini generis.

Sol masculini generis est, Luna feminini, quia lumen ab illo mutuatur. Ammo. in l. de inter. c. 20.

Solem, ac fluuios mares proferimus, quia marium officio funguntur. Mag. in l. de inter. c. 8.

Solaris est piscis, qui Soli in ripis fluminum libenter se exponit, caput magnum habens, orificium latum, cutem nigram & lubricam, ut anguillæ cutis: epar esibile dulce, & creticit in corporis longitudinem. Alber. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 199. col. 3.

Solstitium æstiuale est magis calidum, non quia Sol simpliciter non sit propinquior, semper enim à nobis æqualiter distat, sed quia secundum virtutem nobis magis appropinquatur. nam secundum meridianum maxime, & circa illum radii in seipso reflectuntur faciens assumptum aërem in molem congregati, & conprimi: in hyeme autem radii diffusi magis aërem non ita comprimunt. Simplic. in 2. de celo. tex. 42. co. 29. char. 67. colum. 2.

Solamen summum in omnibus philosophiæ disciplinis, & discendis, ac tractandis positum esse existimat Boethius. Boeth. de syl. hyp. lib. 1. c. 606.

Solatrium est herba frigida, & sicca, stupefactiua, & frigidatiua. Albert. magn. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 17. c. 170. col. 2.

Solertia est quædam bona coniectatio in non perspecto tempore medij. Arist. post. l. 1. cap. 27. tex. 44. c. 353.

Solers videns causas medias cognoscit extremas. Arist. posterior. lib. 1. cap. 27. tex. 44. c. 353.

Solertia est quædam coniectatio bona. Aristot. 6. ethic. ad nicom. cap. 9. c. 150.

Solertia est bona coniectatio in non perspecto tempore medij. Io. gra. in pri. post. cap. 26. c. 56. col. 1.

Solertia est subtilitas quædam medij mueniendi parua delibe-

deliberatione. Alb. mag. in post. c. 202. col. 3.
Solertia est bona dispositio velociter inueniendi causas multas. Albert. magn. in 3. de anim. tract. 3. cap. 12. char. 45. col. 2.
Solidum est, in quo nihil augeri potest. Arist. 2. de plant. cap. 1. char. 379.
Solipeda sunt animalia, quibus pedes non sunt scissi, sed eam partem continentem ex toto habent. Aristot. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 45.
Solitarie viuere iucunde difficile est: non enim est facile per seipsum assidue operari, cum aliis uero, & ad alios facilius. Arist. 9. ethic. ad nicom. cap. 9. c. 233.
Solitarii melancholici, & tristes efficiuntur. Alber. mag. de motib. anim. 2. cap. 6. c. 44. col. 3.
Solécismus est, cum secundum locutionem barbarizare ex oratione respondentem facimus. Aristot. elenc. 1. 1. cap. 3. char. 577.
Solécismos omnes volunt construere, sed non permittemus solécismum fieri, si non dabimus, quod uult, sed cum ait, putas ne iste illa est? deinde, quid autem, nonne iste est Coriscus? ita respondet. est igitur illa, non colligere permittit syllogismum. Arist. elenc. lib. 2. cap. 6. char. 629.
Solécismus est cum is, qui contra disputat barbare ex disputatione loquatur. Alex. aphrod. in lib. elenc. c. 62.
Solum, vel dicitur de vno, ut solum Solem esse, vel cum contra aliud distinguitur, ut in hoc loco. Simpli. in præd. c. 6.
Solum dicitur, cum aliquid vnum est, ut Sol: vel cum dicimus ad quandam ab altero diuisionem, ut tunicam solum habere, id est non togam habere. Boet. in præd. char. 115.
Soluere est quandoque magis opinabiliter, quam vere: nam omnino aduersus contentiosos est reluctandum, non ad eos, qui redarguunt, sed qui redarguere apparent. Arist. elenc. lib. 2. cap. 2. c. 608.
Solutio recta est manifestatio falsi syllogismi, qui syllogismus falsus vel est, quia est collectum falsum, vel quia videtur esse syllogismus, & non est. Arist. elenc. lib. 2. cap. 3. char. 613.
Soluendum est aliquando ad orationem, aliquando ad interrogantem, & interrogationem, aliquando ad neutrum horum, similiter & interrogandum, & syllogizandum est, & ad positionem, & ad respondentem, & ad tempus: cum pluri temporis egeat solutio, quâ fit tempus præsens, quo disputatur ad solutionem. Arist. elenc. 1. 2. cap. 7. char. 632.
Soluere, & prohibere differunt: nam soluimus ea, quæ iam conclusa sunt: prohibemus uero dum concluditur. Alex. aphro. in 5. topic. cap. 4. c. 97. col. 2.
Solutio vniuscuiusque rei fit in ea, ex quibus componitur. Amo. in prædic. c. 95.
Soluere illas rationes solum oportet, quæ seruantes propria doctrinæ principia, sic vitiosè concludunt. Simp. in 1. phys. tex. 11. ch. 17. col. 1.
Solutio secundum analogiam dicitur de apparenti, & recta, & recta est, quæ per prius est vera, & habet ea, quæ habere debet omnia, quæ de natura veræ solutionis sunt. Alb. mag. in elenc. c. 305. col. 3.
Solutio recta est, qua omnis excluditur dubitatio. D. Tho. in 2. de celo, lec. 22. tex. 80. c. 51. col. 3.
Solutio vera includere omnia debet, quæ sunt de ratione rei. D. Thom. in pri. de gener. & corru. l. 15. t. 35. char. 13. colum. 4.

Somni diuisio.

Somnia, vel sunt causæ, vel signa eorum, quæ fiunt: aut accidentia, vel omnia, vel aliqua eorum, vel vnum solum. Causam uero dico, ut Lunam, Solis defectus, & laborem febriæ. Arist. de diuin. per som. cap. 1. c. 71.

Somnia, alia dicuntur somnia, alia diuinationes, alia prophetiæ. Auer. de som. c. 201. col. 4.
Somnia, aut sunt vera, aut falsa, & quouis modo virtuti imaginatiuæ tribui debent. Auer. de som. c. 201. col. 4.

Somnia quæ sunt, & quid sunt.

Somnus sensus est debilitas. Arist. de plant. pti. cap. 1. char. 363.
Somnus videtur esse mediū inter viuere, & non viuere. Arist. de gen. ani. 5. cap. 1. c. 264.
Somnus est impotentia propter excessum vigilandi, qui excessus quandoque fit ab ægritudine, quandoque sine ægritudine. Arist. de som. & vig. cap. 1. c. 48.
Somnus est passio sensitiuæ particulæ, ut uinculum, & immobilitas quædam. Arist. de som. & vig. cap. 1. c. 48.
Somnium est quodammodo sensamentum. Idem ibid. cap. 3. char. 53.
Somnus non est quælibet impotentia ipsius sensitiui, etenim amentia, & præfocatio aliqua, & animi defectus facit hanc impotentiam, sed ex euaporatione circa alimentum passio fit hæc. Idem ibid. cap. 4. c. 54.
Somnus similis est epilepsiæ. Aristot. de som. & vig. cap. 4. char. 55.
Somnus est quidam conuētus caloris intro, & naturalis circumobstentia. Arist. de som. & vig. cap. 4. c. 56.
Somnus est infrigidatio, etsi causæ sint calidæ, quia vapores per venas ad caput eleuati infrigidantur in capite, in quo est cerebrum omnium membrorum frigidissimum, & in pituitam consistunt, ad quod conferunt, & venæ tenues circa cerebrum. Arist. de som. & vigil. cap. 5. char. 58.
Somniare non est opinantis, nec intelligentis, nec sentientis simpliciter passio est. Arist. de som. cap. 1. c. 62.
Somnium phantasma quoddam esse videtur. Aristot. de som. cap. 1. c. 62.
Somnus est passio sensitiui, ut imaginatiuum. Idem ibid. cap. 3. char. 70.
Somnum est phantasma a motu sensorum, cum in dormiendo fuerit, quatenus dormit. Aristotel. de somn. cap. 3. char. 70.
Somnium nullum aliquē in vita uidisse, & si rarum sit, tamen accidit: alij autem etsi non viderunt longo tempore, tamen tandem viderunt. causa quod non viderint somnium eadem est, quod pueri non vident multa ascendente euaporatione, quæ si procedente ætate permutatur, nihil inconueniens est videre somnia. Arist. de som. cap. 3. c. 70.
Somnus est ocium animæ. Arist. 1. ethic. cap. 13. c. 27.
Somnus est quædam sensus affectio: namque cum cibi vapor caput petat, cogitat a cerebro redire ad locum, unde ascendebat, & sensus humore vaporis grauatus peneque oppressus, ne suis muneribus fungatur, impeditur, & iacet. Alex. Aphro. de sen. & sen. ex sec. 1. t. 2. c. 5. col. 1.
Somnus est quædam affectio, & quasi nodus, & uinculum sensus. The. de som. & vig. cap. 4. c. 96. col. 4.
Somnium quodammodo est visum, & sensum quiddam. The. de som. & vig. cap. 12. c. 97. col. 3.
Somnium est visum, quod secundum quietem occurrit, quoties vis, quæ iudicat, obligata, desertaque; languore corporis est. The. de infom. cap. 20. c. 100. col. 4.
Somnus inter viuentem, & uitam defuncti, mediū quoddam est. Io. gra. in 5. de gen. ani. cap. 1. c. 92. col. 3.
Somnium est phantasma in somno. Mich. ephes. de infom. c. 19. col. 3. Idem Alber. Magn. de som. & uig. l. 3. trac. 1. cap. 3. c. 55. col. 2.
Somnus est sensus in potentia, non rerum existentium. Auer. de som. & uigil. c. 201. col. 1.
Somnus est priuatio uigiliæ. Auer. de som. & uig. char. 201. col. 3.
Somnus est quies motus, & uigilia est motus continuatio.

tio. Auer. de som. & uig. c. 201. col. 1.
Somnus est ligamentum virtutum, & confirmatio eorum. Auer. de som. & uig. c. 201. col. 1.
Somnus est illud, quod fit per debilitatem virtutum sensibiliū. Auer. de som. & uig. c. 201. col. 2.
Somnus est etiam animæ. Auer. primo ethicor. cap. 13. char. 9. colum. 2.
Somnus est perfectissima quies, quam animal habere potest: & uigilia, perfectissimus motus. Idem in 8. phys. trac. 1. cap. 10. c. 96. col. 1.
Somnus est quies animæ ab exteriori opere sensuum, & quo ad sensum. Idem in secundo de ani. trac. 1. cap. 1. char. 13. col. 2.
Somnus etsi per se est ligamentum sensuum, per accidens tamen ligat intellectum. Idem in tertio de ani. trac. 1. cap. 9. c. 35. col. 2.
Somnus est uinculum, & immobilitas sensuum. Idem de som. & uig. l. 1. trac. 1. cap. 6. c. 26. col. 4.
Somnus est primò passio sensus communis influentis virtutes particularibus; & per hoc ligantur, ne hauriant formam sentiendi, & proxime est tactus, ut est fundamentum organorum animatorum, & per consequens est sensuum propriorum omnium, & duobus modis ligat. Primo aufert spiritum super quem uelitur virtus in quemlibet sensum proprium. Secundo aufere habilitatem organorum, ne suscipiant virtutes proprias, etiam si adest uehiculum ex sensu communi uehens. Alber. Magn. de som. & uig. l. 1. trac. 2. cap. 1. char. 28. col. 2.
Somnus est ex causa frigida, quia ex dormientibus exteriora sunt frigida: & ideo pluribus cooperimentis se cooperiunt dormientes. Alb. Mag. de som. & uig. l. 1. trac. 2. cap. 4. c. 29. col. 1.
Somnus est ligamentum uirtutum sensibiliū, & motuarum cum augmento, & confortatione earū. Alb. Mag. de som. & uig. l. 1. trac. 2. cap. 4. c. 26. col. 2.
Somniare dicimus, cum clausis per somniū sensibus sūt in nobis comprehensiones formarum sensibiliū, quæ non res sunt, sed aliquid rebus simile partibus determinatis, secundum hic, & nunc: non autem statum tales formas somnians, sed etiam intentiones adiunctas illis formis conuenientis, & nociui. Alb. Mag. de som. & uig. l. 2. trac. 1. cap. 1. c. 31. col. 3.
Somnus motus est ex imaginatione, quam quidam phantasiam uocant. Albert. magn. de somn. & uigil. lib. 1. trac. 1. cap. 1. c. 32. col. 4.
Somniare non est passio opinantis, uel intelligentis aliquid. Albert. magn. de somn. & uig. l. 1. trac. 1. cap. 3. char. 32. col. 2.
Somniare est partis sensibilis animæ, non ut simpliciter est sensibilis, quia sic fit in actu ab exterioribus, sed ut efficitur phantasticum informatum, & affectum à phantasmate. Albert. Magn. de somn. & uigil. tract. 1. cap. 3. char. 32. col. 2.
Somnus incipit ubi uigilia finitur, & finis eius est ad principium uigiliæ. Idem ibid. tract. 2. cap. 4. c. 34. col. 4.
Somnium secundum phantasmata est aliquando aliquid significans, aliquando nihil, & per se nunquam cum intellectu. Idem ibid. l. 3. trac. 1. cap. 3. c. 35. col. 4.
Somnus est mortis imago. Alb. magn. ethicor. 9. tract. 3. cap. 3. char. 104. col. 4.
Somnus forma non est, sed priuatio. D. Thom. de somn. & uig. l. 4. c. 35. col. 1.
Somni definitio est talis animalis. Idem ibid. col. 1.
Somnus licet sit quies uirtutum animalium, est tamen labor uirtutum naturalium. Idem ibid.
Somnium est uirtutis phantasticæ passio. D. Tho. de infomnis, lec. 1. c. 19. col. 3.
Somnium est passio sensitiuæ inquam phantasma est. D. Tho. de infom. l. 1. c. 39. col. 4.
Somniantes, phantasmata intelligibilia, quæ illis apparēt

sine phantasmate, non sunt somnia, sed uisiones. D. Tho. de infom. l. 5. c. 43. col. 1.

Somnus unde est, cui inest, & quid significat.

Somniant non solum homines, sed & equi, & canes, & boues, & omne quadrupedum genus, & animalis fecundum, quamuis de iis, quæ oua pariunt, incertū est an somnient. Ari. de hist. ani. 4. cap. 10. c. 139.
Somnus a cerebro proficiscitur iis, quæ eam obtinent partem, animalibus: quæ autem carent, iis proportionale suppetit. Cum enim sanguinis alentis fluentia refrigeretur a cerebro, aut etiam ob causas alias similes, caput aggrauatur, & quidem somno sopiti ea corporis parte solent tentari; atque efficitur, ut calor ad inam cum sanguine interfugiat, collectaque copia caloris in loco inferiori somnum facit, & facultatem erigendi corporis aufert ab iis animalibus, quæ erecta incedere natura uoluit: cæteris caput erigi prohibet. Arist. de partib. anim. 2. cap. 7. c. 440.
Somni multi fiunt a cibo: nam repente tunc multa humiditas, & corpulentia sursum fertur, cōstans igitur grauat, & facit dormire. Cum uero deorsum fluxerit, & reuertendo repulerit calorem, tunc fit somnus, & animal dormit. Arist. de som. & uig. cap. 4. ch. 54.
Somnia sūt post labores: nam labor colliquauum est: colliquamentum uero fit quemadmodum nutrimentum concoctum, nisi frigidum sit. Idem ibid. char. 55.
Somnum faciunt morbi quicumque à superfluitate humida, & calida sunt. Arist. de som. & uig. cap. 4. ch. 55.
Somni amatores sūt, qui tenues habent venas, & naniformes, & magna capita habentes. Idem ibid. c. 56.
Somni non amatores sūt, qui latas venas habent, nisi aliquam aliam contrariam habeant passionem, & melancholici: quibus autem locus interior sit infrigidatus, non tanta fit vaporum eleuatio. Idem ibid.
Somno expergiscunt animalia, cum concocta fuerit frigiditas, & euicerit impulsu caliditas, & discretus fuerit ab ea, & corpulentior sanguis, & purior. Arist. de som. & uig. cap. 6. char. 58.
Somno dum tenentur homines, parui motus propter vacationem particularium sensuum apparent maiores. Arist. de som. cap. 3. char. 66.
Somnia fiunt pueris, & omnino iuuenibus, quoniam in ipsis multus fit motus ob cibi caliditatem. Aristot. de som. cap. 3. char. 67.
Somnia monstruosa apparent melancholicis febricitantibus, & temulentis, quia cum passionibus hæc sint spirituosæ, multum faciunt motum, & perturbationem. Arist. de som. cap. 3. char. 67.
Somnium nullum aliquem in vita uidisse, etsi raro, tamen accidit: alij autem, & si non viderunt longo tempore, tamen tandem viderunt. causa quod non viderint somnium, eadem est quod pueri non vident multa ascendente euaporatione, quæ si procedente ætate permutatur, nihil inconueniens est videre somnia. Arist. de som. cap. 3. char. 70.
Somnia Deum mittere irrationale est, cum nō optimis, & prudentissimis, sed quibuslibet mittantur: ablata uero, quæ a Deo est causa, nulla alia est conueniens causa. Arist. de diuin. per som. cap. 1. ch. 71.
Somnia non sunt missa a Deo, quia & alia animalia somniant. Arist. de diuin. per som. cap. 2. char. 73.
Somnus non inest plantis, quia nullus somnus inexpergiscibilis est. Arist. de gener. ani. 5. cap. 1. c. 264.
Somnolentiores estia solempus locis palustribus, quia magis in his refrigeramur, & cum refrigeratio sit quædam requies, somnum nobis condat, qui inter quiescendum accideret. Aristot. probl. sec. 14. nu. 11. c. 485.
Somnus legentes alios occupat, etiam nolentes; alios uigilare uolentes liber susceptus reddere per uigiles potest.

test. Quia in quibus motus spirituales sunt ob frigiditatem, vel naturæ, vel materiæ melancholicæ qua excrementum spiritale crudum causâ frigiditatis consistit, his cum intelligentia mouetur, insitensque alicui intelligere nequit, repellitur motus alter, qui refrigerandi vim obtinet; itaque potius dormire incipiunt. At ubi in aliqua re suam intelligentiam firmarunt, quod lectio facere solet, in motu spiritali illo mouentur, cum nihil sit, quod eum repellat, & ita dormire non possunt. Quorum autem secundum naturam habitus est, eorum virtus intelligendi cum in aliqua re consistit, nec varie se dispergit, cætera quoque sita in eo loco hærent, quorum requies somnus est. Vbi autem mens consistit, & quasi fatigata succubuerit, caput aggrauat, vt quæ sita in eo sit, somnumque inducit. At cum secundum naturam animus non agitur, nullo tum somno premitur: tum enim maxime viuit, vigilantia autem potius quam somnus est causa, vt viuere valeamus. Arist. probl. sect. 18. nu. c. 507.

Somni amatores sunt, qui habent superiora maiora, cursum pedes, calidi, habentes carnem boni habitus, elegantis forma, & hirsuti circa uentrem. Arist. physio. capit. 6. ch. art. 342.

Somnum cur titillatio, & fricatio plantarum affert? quia extrema neruorum eo concurrunt, & coeunt, & his uehicularum pertractatio illa leuis ad cerebrum accedit, & demulcet animum, & ad somnum inuitat. Alexan. Aphrod. problem. 2. num. 46. ch. 739.

Somnum cur lassitudo afferre possit? consendum non interne à lassitudine somnum proficisci, sed per mediam frigiditatem, & humoris consumptionem. Alex. Aphrod. problem. 2. num. 79. ch. 759.

Somnus ex euaporatione cibi depressi congenerat emit tentis ipsam ad caput caliditatem, quæ denuo ad thoracem deducitur. Mich. Ephes. de som. & vig. c. 12. c. 2.

Somnia portentosa melancholici, febricitantes, ac ebrii vident, quia multi spiritus motus est, ac vehementius motus. Mich. Ephes. de som. ch. 19. col. 1.

Somnus perfectus, & gaudium non accedit, nisi in animalibus habentibus sensum communem perfectum. Auer. de som. & vig. char. 201. col. 2.

Somnus accidit necessario propter debilitatem cerebri, & cordis, licet cerebrum sit fortior causa, & debilitatis causa est cibi digestio. Auer. de som. & vig. c. 201. c. 2.

Somni principium, & uigilia est a corde, sed cerebrum est in causa in somno quoquomodo magis quam in uigilia. Auer. de som. & vig. char. 201. col. 2.

Somniorum comprehensio proprie est a uirtutibus cogitatis particularibus, quibus proprie comprehenditur utile, & nocens in rebus futuris. Auer. de diuinat. per som. char. 203. col. 1.

Somniamus raro de odoribus, quia debilem habemus hunc sensum, & de frigore, & calore, nisi corpus frigeat, vel caleat interius: sed de coloribus, & figuris sæpe, vt de sonis, quia magis habent proprietatem intentionum spiritalium. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 1. cap. 9. char. 35. col. 2.

Somnia a Dijs in animam venire, ex physicis probari nullo modo potest, nec vnquam probatum est in phisicis intelligentiam simpliciter aliquid agere. Alb. mag. de som. & vig. l. 3. tr. 1. cap. 8. char. 37. col. 1.

Somnia puerorum, & iuuenum ob uaporis motum uolentia, alia, & alia apparent. Alb. mag. de som. & vig. lib. 3. tract. 1. cap. 3. char. 39. col. 2.

Somnia impedit vapor multus, & fortis, non autem permanet. Alb. mag. de som. & vig. l. 3. tr. 2. c. 4. c. 39. c. 2.

Somnus, & uigilia sunt animalis tantum passionis, omnique conueniunt, ita quod semper vnus horum inest. Alb. mag. de som. & vig. l. 1. tr. 1. cap. 1. char. 25. col. 1.

Somnus inest omnibus animantibus fm omnes sensus. Alb. mag. de som. & vig. l. 1. tr. 2. cap. 1. char. 28. col. 1.

Somnus fit, cum infrigidatus humor primo tangit organum sensus communis, quod est in anterioribus capitibus, & cerebri, & continue tangit neruos sensuum particularium ad sensum communem directos, & cum immutat in eis qualitatibus, quæ sunt frigus, & humor, immutat, & immobilitat in eis uirtutem tactus, in qua fundantur alia, & sic omnes ligantur, & reduntur immobiles. Albert. magn. de som. & vig. lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 28. col. 2.

Somnus datus est animalibus propter salutem, alioquin omnia membra dissoluerentur in eis. Idem ibid. col. 3.

Somnus maxime fit post nutrimentum, quia multa humiditas corpulenta, & grossa euaporat supra ad caput animalium. Idem ibid. cap. 7. char. 30. col. 1.

Somnia homo rarissime de odoribus, quia habent hunc sensum debilissimum. Alb. mag. de som. & vigil. lib. 2. tract. 1. cap. 1. char. 31. col. 3.

Somnium incipit à phantasia, vel imaginatione, & terminatur ad sensibilem animæ particulam. Idem ibid. cap. 4. char. 32. col. 3.

Somniant multi, & suorum somniorum immemores sunt: quod fit, quia motus fortiores aliqui excludunt perceptionem imaginationum apparentium in somnijs: & ideo qui fortiter mouetur corpore, antequam memorentur de somnio, omnino obliuiscuntur, præcipue si somnium in fine somnij uiderint, sicut frequenter omnes homines somnari consueuerunt. Idem ibid. tract. 2. cap. 5. char. 34. col. 4.

Somnium aliquid prænunciens est casus a prophetia factus. Idem ibid. l. 3. tract. 1. cap. 3. char. 35. col. 4.

Somnia aliquando fiunt, in quibus per influentiam causantur veræ intelligentiæ, siue cum metaphoris, siue cum proprijs similitudinibus sumptæ. Idem ibid. c. 36. c. 1.

Somnus assimilatur habitui sciendi, quia in somno quasi sunt uirtutes animales. Idem in 2. de ani. l. 1. c. 21. c. 1.

Somnus, & uigilia omni animali insunt, & soli. D. Tho. de som. & vig. l. 1. char. 32. col. 2.

Somni potentia supra animam tanta est, vt faciat latere ipsum simulachrum esse, quod sibi apparet, credendo ipsum esse uerum. Idem de som. l. 4. ch. 42. col. 3.

Somnia uirtuosorum sunt meliora, quam aliorum. Idem Ethic. l. 1. c. 20. ch. 20. col. 4.

Somnij cause, & quo tempore magis dediti simus.

Somnia causa hæ sunt; finis, salus, & conseruatio animalis; agens spiritus uitalis, qui in corde est: materia, vapor, qui caput subierit, deinde in locum inferiorem deflexerit; forma, situs, & dispositio illa membrorum, & partium corporis, quæ in dormientibus extra, inuisque cernit. Them. de som. & vig. c. 9. c. 97. c. 2.

Somniorum causa, & in corpore, & in anima esse potest: & somnium demonstratiuum illius est, vt signum, & magis manifestatur in somno, quam in uigilia, qui nisi sint motus ualde magni, latent propter maiores motus corporis, & animæ. Alber. Magn. de somn. & uig. l. 5. tract. 2. cap. 1. c. 39. col. 1.

Somnia non fiunt post multum nutrimentum, maxime si calidum, & multum euaporatiuum sit. Idem ibid. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 33. col. 4.

Somnus quatuor habet causas: duas a parte animæ, & duas a parte dispositionis, quæ est in corpore. Prima, quia anima instrumenta sua, cum sit una, congregat, & reuocat ad operationem, qua magis indiget: & ideo, cum congregatur in loco digestionis, reuocat spiritum, & calorem ad interiora, qui deferunt exteriora, & tunc dormit animal. Secunda est, cum delectabilia uidet, tum spiritus, & calor profundantur ad exteriora, & consumunt humidum, quod est in eis, & euaporant: & cum debilitantur, diminuuntur, & uincit frigus, & inducitur somnus. Tertia est fatigatio, in quibus resoluuntur

soluitur calor, & spiritus, & tunc grauantur exteriora somno. Quarta est frigiditas, quæ uel est ex cibo, uel quæ spargitur ex ipso in omnibus membris; & ideo propellitur ab eis calor, & obtinet frigus, quod inducit somnum: uel est ex loco, id est ex cerebro, quod est frigidum, & ab ipso descendit humor frigidus, qui tangendo neruos sensibiles, grauat eos, & sic fit somnus. Albert. magn. de somn. & uig. l. 1. tract. 2. cap. 4. char. 29. colum. 1.

Somnus, ut inuauat, uel noceat.

Somnus existit propter salutem animalium: non enim possunt cum delectatione continue moueri. Arist. de som. & uig. cap. 3. char. 53.

Somnifera omnia grauedinem faciunt capitis, & potabilia, & esculenta, vt papauer, mandragora, uinum, & lolium. Arist. de som. & uig. cap. 4. char. 55.

Somnus animalibus exhibitus est ad salutem, quæ potissimum de quiete contingit. Themist. de som. & uig. cap. 23. char. 98. col. 4.

Somnus necessarius est, quia ob uisibilem frequentiam, & audibilem lassitudinem contingit. Them. in 13. meta. c. 20.

Somniculosi semper capite grauantur. Mich. Ephes. de partib. animal. cap. 4. char. 68.

Somnus iuuans naturaliter accidit propter transmutationem caloris naturalis in quantitate, & qualitate. In cibo enim transmutatur per humidum, & frigidum: in fatigatione autem per diminutionem humidum, & frigidum. Auer. de som. & uig. char. 201. col. 3.

Somnia curât medici doctiores, quia bonum, & malum, animæque, & corporis passionem sæpe in somnijs ostenduntur. Alb. mag. de som. & uig. l. 3. cap. 1. ch. 38. c. 4.

Somnus ieiunii exsiccat, & debilitat, & fere facit pessimas infirmitates, quia calor attrahit malas materias ad stomachum ex corpore, & spiritalia, & intendit eas. Alb. mag. de som. & uig. l. 1. tract. 1. cap. 8. c. 27. col. 1.

Somnia desiderant fatigati labore corporis, vel spiritus, quia in eis resoluitur calor, & spiritus, & sic grauantur exteriora somno. Alb. mag. de som. & uig. lib. 1. tract. 2. cap. 40. char. 29. col. 2.

Somnifera omnia caput grauant. Albert. magn. de som. & uig. lib. 1. tract. 2. cap. 79. char. 50. col. 1.

Somnus, ut uerus, uel falsus.

Somnia multa non eueniunt, quia fortuita, nec semper, nec frequenter fiunt. Arist. de diuinat. per som. c. 1. c. 71.

Somnia falsa sunt à duabus causis, quarum una est ab actione uirtutis imaginatiuæ apud somnum in passionibus remanentibus in sensu communi de sensibilibus extrinsecis, & ab actionibus istius uirtutis in intentionibus depositis in uirtute rememoriatiua, & cogitatiua de illis rebus sensibilibus. Causa secunda est desiderium anime naturalis. Anima enim naturalis, quando desiderauit esse, uel non esse aliquid, innata est facere similitudinem formæ illius desideratæ in illa dispositione desiderata, & præsentare idolum illius rei: unde qui habet sitim, uidetur bibere aquas. Auer. de diuinat. per som. char. 203. col. 3.

Somnia uera differunt à falsis, quia in somnijs ueris anima excitatur quasi timida, ab illis somnijs admirata de illa spiritualitate subtili. Auer. de diu. p. som. c. 203. c. 1.

Somnus quid sequitur, & ut se habet ad uigiliam.

Somnia aliquid significare oēs, uel plures affirmant. ideo nec contemnere diuinationem, quæ fit in somnijs, neque suatum esse oportet. Aristot. de diuinat. per som. cap. 1. char. 71.

Somnia nullam habere diuinationem credere facit nul-

lam habere causam rationabilem. Aristot. de diuinat. per somn. cap. 1. char. 71.

Somniantes quidam de familiaribus præuident, quia de ipsis maxime solliciti sunt. Aristot. de diuinat. per som. cap. 2. char. 75.

Somniorum artificiosissimus est iudex, qui potest similitudines inspicere: recta enim somnia iudicare cuiusque est. ideo autem similitudines, quia accidunt similia phantasmata iis, quæ in aquis sunt, simulachris. Et promptus erit imagines iudicare sufficienter, qui potest cito inspicere, & sentire dissipata, & distorta simulachrorum, quæ sunt hominis, equi, aut cuiuscunque. Arist. de diuinat. per som. cap. 2. char. 76.

Somnia de amicis, ac necessarijs certissima eueniunt, quia de ipsis solliciti sumus. Themist. de diuinat. per som. cap. 9. char. 101. col. 4.

Somnus, & uigilia opponuntur, ut habitus, & priuatio. Mich. Ephes. de som. & uigil. char. 10. col. 2.

Somnia quedam esse diuinationes, & prophetias negare, est negare sensata: nullus enim homo est, qui non uiderit somnium, quod non enunciauerit ei aliquid futurum, ut cum homo experientia uiderit hoc multoties, uidebit quod non accidit casu, sed essentialiter. Auer. de som. char. 201. col. 4.

Somnia uera enunciant aliquid esse, cuius esse habetur apud nos naturaliter ante istam cognitionem: & est in hora cognitionis in maiori parte non ens: & ista fides, quam habemus post ignorantiam, non acquiritur ex cognitione precedente, nec post cognitionem: ut etiam acquiritur cognitio habita ex propositionibus. Auer. de som. char. 202. col. 1.

Somniantis dator cognitionis est ualde nobilis, & attribuitur principio uoluntatis, immo est ære diuina, & perfecta sollicitudine circa hominem, & quia prophetia attribuitur Deo, & Angelis: dator autem istius cognitionis est intellectus liberatus a materia. Auer. de somnijs c. 202. col. 1.

Somnia, quæ sunt prophetiæ futurorum, plerumque applicata ad imagines, sunt illusiones, & damnationes, quia cum intellectus conceptiones ut frequenter sint similes imaginationibus, & fictionibus phantasiæ, ideo quando miscet concepta imaginibus, & intentionibus plerumque generat deceptionem, & errorem, maxime si de celestibus & diuinis intellectui imprimatur. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 1. c. 3. c. 34. col. 1.

Somnia aliter in alia, & alia hora interpretari statuunt Magi. Alber. Mag. de som. & uig. l. 3. tract. 1. cap. 11. char. 38. colum. 2.

Somniorum artificiosissimus iudex est, qui bene similitudines potest ex facultate naturæ, & artis inspicere: & hoc modo quod similitudines uisæ, & ad celestia, & ad locum, & passionem somniantis, & complexionem comparet, & tunc secundum hoc uaticinetur. Alb. mag. de som. & uig. l. 3. trac. 2. c. 9. c. 40. col. 3.

Somnia, & si aliquid significant, tamen frequentissime non ueniunt, quia lunæ mansiones immutantur & ob id etiam significationes. Alb. mag. de som. & uig. l. 3. tra. 1. c. 11. c. 38. col. 3.

Somniantibus quæ apparent, aliquando opinio falsa esse dicit, quia in somno iudicium rationis non clauditur omnino. Alber. mag. de som. & uig. l. 2. trac. 1. cap. 3. char. 32. colum. 2.

Somnia interpretandi ars licet adipisci nequit sine magicis, & astronomicis, tamen solis physicis sufficienter scitur, ex quibus simulachris consistit somnium, de quo debet esse diuinatione. Alb. mag. de som. & uig. l. 3. trac. 1. cap. 1. c. 35. col. 1.

Somnia frequenter futura, & occulta demonstrant, ex quacunque causa sint. Alb. mag. de som. & uig. l. 3. tra. 1. c. 4. c. 35. col. 4.

Somniorum diuinatione potest esse a Deo, a stellis, uel ex causa,

causa, quæ est in nobis. Alber. mag. de som. & uig. l. 3. trac. 1. cap. 4. char. 35. col. 4.

Sonus quid est.

- S**onus est actus interioris spiritus. Arist. de hist. anim. 4. cap. 9. c. 136.
- S**onus duplex est. Alius est actus quidam: alius potentia: quædam enim non habere sonum dicimus, ut sponsa, & lana: quædam habere dicimus, ut æs, & quæcunque solida, & leuia sunt. Arist. 2. de ani. sum. 4. c. 4. tex. 78. char. 634.
- S**onum habens est mouens vnum aerem secundum continuationem usque ad auditum. Arist. 2. de ani. sum. 4. cap. 4. tex. 82. c. 635.
- S**onus est motus eius, quod potest moueri hoc modo, quo resultantia a leuib. cum aliquis percussit. Ari. 2. de ani. sum. 4. cap. 4. tex. 85. c. 636.
- S**onus est consonantia. Arist. 2. de anim. sum. 6. c. 1. tex. 143. char. 650.
- S**onus est quædam dissidia, & quies. Arist. moral. eudem. 2. c. 7. c. 381.
- S**onus est aer ictus auditui sensibilis. Ammon. in l. de inte. c. 17.
- S**onus est aer percussus, qui ab eo fit, quod anima caret. Magent. in l. de inter. cap. 11. c. 17.
- S**onus non est res aliqua accumulata subsistens, sed in eo, quod fiat, subsistit. Ioan. gram. in 2. de anim. tex. 107. c. 67. col. 1.
- S**onus est passio facta in aere a percussione corporum. Auer. phy. 7. tex. 15. c. 145. col. 3.
- S**onus unus erit, cum corpus percussum fuerit lene. Auer. 2. de ani. tex. 85. c. 143. col. 4.
- S**onus est motus factus a percutiente, & percussio in aere. Auer. 2. de ani. tex. 87. c. 144. col. 2.
- S**onus est percussio aeris sensibilis. Boet. in l. de inter. char. 308.
- S**onatum est motuum unius aeris continui usque ad auditum. Albert. magn. in 2. de anim. trac. 3. cap. 19. char. 25. col. 4.

Sonus ut fit, & in quo.

- S**ono medium aer est. Arist. 2. de anim. sum. 4. c. 3. tex. 76. c. 634.
- S**onus secundum actum semper fit alicuius ad aliquid, & in aliquo: percussio enim est, quæ facit. Arist. 2. de ani. sum. 4. c. 14. tex. 78. c. 634.
- S**onus fieri uno solo existere impossibile est: aliud enim est, quod uerberat, & quod uerberatur. Ari. 2. de ani. sum. 4. cap. 4. tex. 78. c. 634.
- S**onus auditur in aere, & in aqua; sed minus, scilicet in aqua, quam in aere. Aristot. 2. de anim. sum. 4. c. 4. tex. 79. char. 639.
- S**onus fit ex eo quod uerberat, & ex eo quod uerberatur, sed altero modo. Aristot. 2. de anim. sum. 4. cap. 4. tex. 85. c. 636.
- S**onus fit a leni propter expulsionem aeris apud percussionem a partibus eius æqualiter. Auer. 2. de ani. tex. 77. c. 142. col. 2.
- S**onus non fit in aere, ita quod aer, qui expellitur a percutiente, moueatur per se singulariter, donec perueniat ad auditum, sed qui fit in aere de percussione corporum inuicem, est simile ei, qui fit in aqua, quando lapis proijcitur in aquam, de circulatione scilicet, quia fit in aere apud percussionem figura spherica, aut prope figuram sphericam, cuius centrum est locus percussionis per expulsionem aeris ab illo loco æqualiter, aut prope. Auer. 2. de ani. tex. 77. c. 142. col. 2.
- S**onus, & si fiat in aere, & in aqua, fit tamen maior in aere, quia in aere est ut in materia, & in medio: aqua

ut in medio. Alber. mag. in 2. de anim. trac. 3. cap. 18. char. 25. col. 3.

Soni contemplatio similis est contemplationi de lapide in aqua proiecto. Alber. mag. in 2. de ani. trac. 3. cap. 19. c. 25. col. 3.

Sonus non est in corpore sonante, nisi in potentia: in medio autem, quod mouetur ex percussione corporis sonantis fit sonus actu, & propter hoc dicitur, quod sonus in actu est medi, & auditus, non autem subiecti sonabilis. D. Tho. in secundo de anim. lec. 16. tex. 72. char. 37. col. 1.

Sonus ut differt a coloribus, & uoce.

Soni a coloribus differunt, quia colores sunt alii a perspiciuo, & com alii sint, ipsum mouent: eorum enim solas operationes peripicuum transfuehit. Soni autem non sunt alii ab eo, qui actu personat, aere, sed in eo suam habent constitutionem. Io. Gram. in 2. de ani. tex. 86. char. 61. col. 2.

Sonus inanimatorum esse aliquoties potest: vox animalium est. Boet. in l. de inter. c. 308.

Sonorum differentia non inducuntur ab Aristotele, quia, & si inferant auditui passionem, tamen ex primis qualitatibus non procedunt. Et ideo non transmutant substantiam nisi per accidens, ut aer cum tonitruo seindit lignum ut Aristotel. 3. meteor. Alber. magn. in prædicamen. char. 55. col. 1.

Sonus omnis non est vox, quia sonus non est nisi tractio, & ictus aeris a percutiente solido plano percussus, tuncpanu aeris immutans. Alb. mag. in perher. c. 80. c. 3.

Sonus ut auditur.

Sonum faciunt, quæ per se ipsa feruntur corpora: quæ uero in eo infixæ sunt, quod ferunt, non faciunt sonos. Arist. 2. de celo; sum. 5. cap. 2. tex. 54. c. 310.

Soni sub terra sunt, & ante terremotum, & sine terremotu. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. c. 530.

Sono grauiori modulatio mollior continetur, quia modulus natura sua mollis est, & quietus, sed admitti numeri ratione asperior redditur, & mouentior. Cum igitur grauis sonus, mollis, & quietus sit, acutus contra mouens, & irritans, prorsus quoque eorum, qui eundem modulom habent, molior esse debet, qui grauior eodem modulo continetur. Aristot. probie. lect. 19. num. 50. char. 527.

Sonus in auribus auditus signum est audiendi, quia spiritus uitali motu mouetur: in aurium enim obstru- tionibus non sonat. Simplic. in secundo de anim. tex. 84. char. 39. col. 4.

Sonus echo præcedens terremotu auditur quasi semper in locis Andalogiæ, vocatis Rabat Ageraub. Auer. me teor. 2. cap. 3. c. 202. col. 2.

Sonos pluuiæ, & frigus obscurat, quia aerem inspissant: aer enim magis subtilis magis sonat. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 3. cap. 19. c. 25. col. 4.

Sonus auditur in aqua immerius, quandiu manet ei auris aere plena. Albert. magn. in 2. de anim. trac. 3. cap. 20. char. 26. col. 1.

Sonus facilius auditur, quam terremotus, quia penetrabilior est sonus, quam motus terræ. D. Thom. 2. me teor. l. 14. char. 151.

Sonos que faciunt.

Sonum faciunt lenia, & quæcunque concaua sunt, æs enim quia lene est, sonum facit: concaua autem, reflexione faciunt multos ictus post primum non potente exire, quod motum est. Aristot. 2. de ani. sum. 4. cap. 4. tex. 78. char. 634.

Soni

Soni ut fiant, non solum sufficit aer, & aqua, sed oportet solidorum percussionem ad inuicem fieri, & ad aerem. Hoc autem fit cum permanet percussus aer, & non dissipatur. Vnde, si uelociter percutiatur, & fortiter, sonat: oportet enim ut motus ferientis anticipet fracturam aeris, ut si acruerum, aut cumulum arenæ percutiat aliquis latum uelociter. Aristot. 2. de anim. sum. 4. cap. 4. tex. 79. char. 635.

Sonum non habet omne, quod uerberat, & uerberatur, ut si acus feriat acum: sed oportet, quod percutitur, regulare esse, ut aer uniuersus resiliat, & concutiatur. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 4. tex. 86. char. 636.

Sonora tres conditiones habere debent. ut sint lenia, dura, lata, quæ possunt præcedere per suum motum diuisionem aeris. Auer. 2. de anim. text. 84. char. 143. col. 4.

Soni effectus.

Soni excedentes destruunt etiam inanimatorum corporum moles, ut tonitruus sonus lapides. Arist. 2. de celo sum. 3. cap. 2. tex. 53. char. 310.

Sonus, color, & odor non alunt, nec faciunt augmentum & decrementum. Aristotel. 3. de anima. sum. 3. cap. 1. text. 64. char. 670.

Sonum, & odorem prius peruenire ad medium, & post ad aures, & nares rationabile est quemadmodum aer, & aqua continua sunt: partibiles autem amborum sunt motus. De lumine alia est ratio: non enim similiter in alteratione, & latione res se habet. Aristotele. de sens. & sensib. cap. 7. char. 28.

Sonus, color, & odor non alunt. Alb. mag. in 3. de anim. tract. 5. cap. 2. char. 49. col. 1.

Sonus, odor, & color per accidens animal corrumpere possunt: quia cum sono est depulsio aeris, & ictus, & tunc percussions tactum corrumpit. odor inficiens aere, & conuertens ad ueneni naturam corrumpit non in eo quod odor, sed ut uenenum. Albert. mag. in 3. de anim. tract. 5. cap. 3. char. 49. col. 3.

Sophisma syllogismus est contentiosus. Aristot. topic. 8. cap. 4. char. 567.

Sophistice redargutiones alia sunt redargutiones, alia uidentur redargutiones. Arist. elench. lib. 1. cap. 1. ch. 574. Sophistica est apparens sapientia, non autem existens. Arist. elench. lib. 1. cap. 2. char. 576.

Sophistice agere volentes, orationum mentientium genus quætere oportet. Arist. elench. l. 1. cap. 2. char. 576.

Sophistice finis est ad quinque, vel ad vnum horum, Primo redargutio, falsum inopinabile, sollicitum, & facere nugari cum, qui condilputat: quod est cogere frequenter dicere idem, aut quod non est, sed quod apparet quodque horum esse. Arist. elench. l. 1. cap. 93. char. 577.

Sophisticas omnes redargutiones ad ignorantiam redargutionis reducere possumus. Aristoteles elench. lib. 1. cap. 5. char. 585.

Sophistica redargutio non simpliciter est redargutio, sed ad aliquem, & syllogismus similiter. Aristotel. ibidem cap. 7. char. 591.

Sophistica est pecuniarum quædam aucupatiua ab apparente sapientia. Arist. elench. lib. 1. cap. 10. char. 596.

Sophistæ apparent interdum facere nugari cum non faciunt, eo quod non interrogant si significat aliquid per se dictum dupliciter, an nihil: & si aliquid significat vnum idem, an diuersum, sed conclusionem dicunt ita tim, & apparet propter nomen idem esse, & idem significare. Arist. elench. lib. 1. cap. 13. char. 602.

Sophisticæ orationes utiles sunt ad philosophiam propter duo. Primo, quia eæ, quæ ut plurimum propter dictionem fiunt, melius se habere faciunt ad id, quotu- pliciter quodque dicitur, & ea, quæ similiter, & quæ aliter in rebus accidunt, & quæ in nominibus. Secundo ad eas, quæ per seipsam inquisitiones fiunt: nam

qui ab alio captiose fallitur, & id non sentit, & ipse quoque ad se id patitur per sepe. Tertio ad gloriam, quia circa omnia exercitatus esse videtur: nam qui reprehendit orationes vitiosas, & non adducit causam, videtur insolescere uelle, non quod ita sit, sed propter imperitiam. Arist. elench. lib. 2. cap. 1. char. 607.

Sophistica sola circa accidens uersatur. Arist. 11. metaph. ex sum. 3. cap. 2. char. 230.

Sophisticæ reprehensiones non solum scientiam non gi- gnunt, sed impedimenta, ac molestias scientijs afferunt. Alexan. aphr. in lib. elench. char. 1.

Sophisticas reprehensiones nos docet Aristoteles non ut utuntur, sed ne decipiamur ab illis. Alexand. aphrod. in lib. elench. char. 1.

Sophistici syllogismi interdum in materia, interdum in forma peccant. Alexan. aphr. in lib. elench. char. 2.

Sophistica reprehensio dicitur ea, cuius materia non est uera. Alexan. aphr. in lib. elench. char. 4.

Sophistica differt a dialectica, quia ea ad gloriam tantum, sophistica ad quæstum refertur. Alex. aphr. in elench. c. 4.

Sophistica est simulatio sapientia. Alex. aphr. in l. elench. c. 7.

Sophistes est ille, qui simulatione, & specie sapientie, non uera sapientia quæstum facit. Alex. aphr. in l. elench. c. 7.

Sophistæ inuestigant reprehensionem falsam, admirabilem, sollicitum, & facere ut ille, qui contra disputat, nugetur. Alexan. aphr. in lib. elench. char. 10.

Sophista, & litigiosus idem, ut instituto differunt: nam litigiosus ad gloriam, sophisticæ ad quæstum sunt directæ. Alex. aphr. in lib. elench. char. 51.

Sophistice est non dirigere argumentationes ad rem propositam, sed commutare propositum in aliud, in quo copiam argumentorum habemus. Alexander aphrod. in lib. elench. char. 69.

Sophistica argumentatio uilis est ad theologiam, ad philosophiam, & ad eius disputationes, & ad opinionem. Ad philosophiam, quia qui reprehensiones fallaces nouit, non decipietur. Ad disputationes quia etiam reprehensiones in alijs faciet, ut non decipiant. Ad opinionem, quia qui reddit rationem reprehensionis, non habebitur imperitus. Alexan. aphr. in lib. elench. char. 70.

Sophistica omnis ratiocinatio, vel peccat in forma, vel constat ex falsis propositionibus. Alex. aphr. char. 80.

Sophistici syllogismi ab accidētibus paralogismis faciunt, ut non omnes ex accidentibus sophistici sint. Ioannes gramm. in 1. poster. cap. 2. char. 5. col. 2.

Sophistica sic utitur elenchis falsis uniuersalibus, ut artes demonstratiuæ utuntur proprijs. Auerroes in elench. lib. 1. cap. 6. char. 226.

Sophistici sermones facilius contradicuntur quam disputatiui. Auer. in 1. phy. tex. 22. char. 22. col. 2.

Sophistis cura est de illis argumentis, quæ neque necessaria sunt, nec probabilia. Boet. de dif. top. l. 1. char. 862.

Sophistæ primo nituntur inferre redargutionem, & ad falsum ducere condilputantem. Secundo aliquid falsum esse demonstrare, quod a respondente dicitur.

Tertio, quod aliquid præter opinionem dicat respondens. Quarto, ut respondens utatur sollicitum. Ultimo est cogere respondentem idem dicere frequenter. Alb. mag. in elench. chart. 277. col. 3.

Sophista, quia est contrarius, & dialectico, & demonstratori, ideo ipsius finis est non solum falsum, sed manifeste falsum. Alb. mag. in elench. char. 300. col. 2.

Sophista potius cupit in nugationem, quam in sollicitum ducere bonum argumentantem. Albert. magnus in elench. chart. 301. col. 2.

Sophisticarum orationum de facili aliq solui possunt, aliq difficile. Alber. mag. in elench. char. 314. col. 2.

Sorbi feruntur mensibus, Ianuario, Febuario, & Martio, in frigidis locis: in calidis uero mense Octobris, & Nouembris. Albert. magnus de uet. & plant. lib. 7. tract. 2. cap. 5. char. 178. col. 2.

mm Sordi-

Sordidus est, qui vehementer in exiguis obnititur. Arist. moral. eud. 3. cap. 6. c. 422.

Sordidi vocantur, qui cum contentione, & ira dant, vt qui parua magnipēdūt. Eufr. 4. moral. eud. c. 1. c. 177.

Sofigenes fuit præceptor Alexand. Aphrod. Alex. Aphr. in 3. meteor. cap. 3. co. 12. c. 73. col. 2.

Spadones non caluescunt, quia in feminam mutantur, & qui post ea gignuntur, aut non producent, aut amittunt, si forte habent præter pubem, quam etiam mulieres habent. Arist. de gen. ani. 5. cap. 3. c. 277.

Spadonibus cur cætera in sexum femininum mutantur vitiosa: magnitudo tantum ad sexum virilem commutatur? An ne id quidem ad marem sed ad feminam pertinet? haud enim omne magnitudinis genus, sed longitudinis duntaxat acquiritur, cum mas profunditate quoque augeatur, & latitudine: sic enim perfici solet. Ad hæc vt foemina ad marem, sic femina virgo se habet ad mulierem: altera generosa iam est, altera non. in eam igitur feminæ longitudinem mutantur: Solent enim crescere in longitudinem feminæ. Arist. probl. sect. 10. nu. 38. c. 437.

Spadones vel naricibus vacant, vel minusquam cæteri, habent; quia naturam suam in genus infecundum feminis commutant. Arist. probl. sec. 10. num. 39. c. 438.

Spadones cruribus putridis, & vlcerosi sunt, vel quia mulieres crura habent huiusmodi, vel quia calor deorsum se vertit: & ideo ob multum humorem, nec mulieres, nec spadones pilis valent redundare. Aristotel. probl. sec. 10. nu. 41. c. 438.

Spadones calui effici nequeunt, quia cum rem veneream non agant, multum cerebri obtinent: Semen enim labi per spinam cerebro videtur. Qua de causa & castrati boues maiora cornua gerere putantur, & eadem causa & mulieres, & pueri non sunt calui. Arist. probl. sect. 10. num. 55. char. 446.

Spadones cur proceres, & blefi sunt? quia copia humoris proceres, blefos vero imbecillitas facit. Alex. aphrod. prob. 2. num. 25. char. 739.

Spadones cur barba carent? quia calore vacant, quo pili, & oriuntur & augentur. Alexan. aphrod. problem. 2. num. 102. char. 769.

Spartum si fuerit sursum cum deorsum lato pondere quispiam id amouet, sursum ascendit libra; at si deorsum constitutum fuerit, non ascendit, sed manet: quia sursum quidem sparto existente, plus libræ extra perpendiculari fit: spartum. n. est perpendiculari: ideo necesse est deorsum ferri, q̄ plus est, donec ascēdat, quod bifariam librā diuidit, ad perpendiculari, cum onus incumbat ad libræ partem sursum raptam. Arist. q. mec. q. 2. ch. 78 2.

Sparus est piscis marinus a telo missibili rusticorū, quod spargitur quando iacitur, sic dictus, eo quod habeat huius instrumenti figuram. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 1. chart. 199. col. 2.

Spasmus in matrice duabus de causis solet accidere. Aut ex apothemate calido malum humorem attrahente, & sic spasmante neruos, & venas. Aut inanitione, quando multa humiditas fluxerit ex ipsa, vt corium decurtatur ad ignem. Alb. mag. de ani. l. 10. tract. 1. cap. 1. ch. 93. col. 1.

Spasmus est retractio neruorum simpliciter cum dolore vehemēti. D. Tho. in 2. meteor. l. 13. c. 146.

Spasmus accidit propter constrictionem, vel repletionem neruorum. Petr. de Aluer. de iuuen. & senect. mort. & vit. & respir. l. 18. ch. 81. col. 2.

Spatium sine corpore nequit subsistere. Them. in 4. phy. tex. 36. char. 36. col. 1.

Spatium quatuor dicitur modis. Primo quod solum in oratione non habente dimensionem est, vt interualli definitio. Aliud, quod cogitatione est, sed habet dimensionem, vt spatium mathematicum. Tertio materia cum qualitibus, & oppositionibus naturalibus,

vt corpus. Quarto materia quidem, sed qualitatis exers, vt incorporeum. Simp. in 4. physic. c. 226. col. 1.

Spatii partes duobus modis sumuntur, vt sunt sub forma continui, & vt stant sub forma numeri. Alb. mag. in 4. phy. tract. 3. cap. 7. c. 54. col. 1.

Spatula est os, per quod alligatur adiutorium brachii cū corpore, & hoc non poterat esse de thoracis ossibus, quia brachium est membrum multorum, fortium, & magnorum motuum: & si alligatum esset, conturbasset cor, & alia mobilia membra si thoraci alligatum esset. Alb. mag. de ani. l. 1. cap. 12. c. 13. col. 1.

Spatula est os à lato tendens in strictum, sed in stricta parte rotundatur, & ingrossat vbi habent concauitatem: cui alligatur os brachij firmiter, vt & os humeri firmiter alligatur: & duo habet additamenta propter laboriosos motus. Vnum, quod tendit sursum, & per illud alligantur ossa humeri, & prohibet, ne adiutorium sursum moueatur. Alterum est interius in spatula, & descendit, & prohibet adiutorij dislocationem. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 12. char. 13. col. 1.

Specierum diuisio.

Species alia dicitur de vniuscuiusque forma: alia sub assignato genere ponitur. Porp. 5. voc. cap. 3. c. 35.

Species tribus dicitur modis. Aut secundum modū intellectum absque singularibus. Aut vt in omnibus singularibus eiusdem speciei spectat, & in vno ipsa cogit. Aut vt accidētia summa, & in vno singularia totaliter subsistunt. Alex. & Eufr. in 2. post. c. 81. col. 2.

Speciei tres sunt significationes. Prima substantialis qualitas. Alia cuiuslibet indiuidui propria forma. Tertia, quæ sub genere collocatur. Boet. in præd. c. 67.

Soecies consideratur, vt substantia absoluta, & sic non ipsum sequitur aliqua habitudo, vel consideratur ut habet esse per inclinationem ad materiam, in qua est, & sic multas habet habitudines, ac multa propria. Alb. mag. in præd. c. 25. col. 3.

Species diuiditur in indiuidua diuisione materiali, non formali: ideo sola generis diuisio, quæ est formalis, multiplicat prædicamentum infra seipsam. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 2. c. 51. col. 1.

Species specialissima diuiditur solum per materiam. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 11. c. 65. col. 1.

Speciei nomine duobus modis vti possumus: Proprie pro eo, quod est vere species, & communiter pro omni prædicato specifico. Thom. de Vio Caiet. in prædicam. char. 9. col. 1.

Species quid est.

Species separatæ, si sunt præter singularia, ad generationem, & substantiā inutiles sunt, & non erunt substantiæ per se propter ista, id est, impossibile est, vt substantiæ separatæ sint per se ad generandum substantias particulares. Aristotel. 7. metaphysicor. capit. 8. text. 28. chart. 141.

Species substantiæ sunt, quæ in singulis habentur seiunctæ quodammodo, alias separatæ. seiunctæ quatenus in singulis sunt, id est, quæ sunt ipsa singula: indifere vero in eo, quod natura, quæ in omnibus repetitur, eadem est. Alex. Aphrod. in 6. metaph. vel secund. Lat. 7. com. 9. char. 186. col. 2.

Species Priami digna est Imperio. Porphy. 5. voces. cap. 3. char. 35.

Species est, quæ sub assignato genere ponitur. Por. ibid.

Species est, quæ ponitur sub genere, de qua genus in eo, quod quid est, prædicatur. Porphy. 5. voces. cap. 3. chart. 36.

Species est, quæ de pluribus differentibus numero in

eo, quod quid est, prædicatur, quæ est specialissima assignatio. Porphy. in 5. voc. cap. 3. char. 36.

Specialissimum est, post quod non est alia inferior species. Porphy. ibidem.

Specialissimum est, quod cum sit species, non potest esse genus: & quod est species, amplius diuidi nequit. Porphy. ibidem char. 38.

Species est vox significans, quæ de multis numero differentibus in rei natura quærenda in quid dicitur. Ammon. in Porphy. char. 5. col. 4.

Species est, quæ prædicatur de pluribus numero differentibus in quid. Sump. in præd. char. 13.

Species ideo est vna, quia eius forma est vna, nec potest dari vna forma, nisi in vna materia. Auer. 1. de genera. anim. cap. 1. char. 206. col. 3.

Specialis natura nullum habet esse, nisi secundum quod est in intellectu. Auer. in 1. metaph. text. com. 26. ch. 9.

Species est illud, quod est magis proprium duorum vniuersalium, quod potest respondere ad quid. Auer. ibid. text. comment. 28. char. 9.

Species est perfectio generis. Auerroes in 3. metaphysic. text. comment. 11. char. 24.

Species specialissima sunt, sub quibus aliæ species inueniri non possunt, & istæ sunt veræ species. Boethius in Porphy. ex dial. char. 17.

Species nihil aliud est, quam cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimilium numero substantiali similitudine. Boet. in Porphy. char. 56.

Species specialissima sunt, quæ de nullis speciebus dicuntur. Boet. in Porphy. chart. 69.

Species qualis quidem est secundum differentiam illius, quæ est pura, ac simplex qualitas, qua perficitur, & confirmatur: nec est qualitas pura, sed ex qualitibus effecta substantia. Boet. in Porphy. char. 106.

Species est, quam sub genere collocamus. Boetius de diuis. chart. 640.

Species est, quæ proprijs differentijs informata sub prædicatione generis collocatur. Boet. in topicor. Cicero. libr. 2. chart. 774.

Species non est prædicatum, & ideo non est problema. Alb. mag. in topic. char. 223. col. 1.

Species proprie diffinitur. Alexan. de Ales in 5. metaph. text. 4. char. 109. col. 1. Idem Alexan. de Ales in 7. metaph. tex. 12. char. 193. col. 3.

Species proprie solum definitur, quia omnis definitio constat ex genere, & differentia, quæ in sola specie inuenitur. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 12. ch. 118. col. 1.

Species specialissima est proprie definibilis, quæ est in prædicamento substantiæ. Alexan. de Ales in 7. metaph. text. 35. char. 118. col. 2.

Speciei formalitas in quolibet indiuiduo est per modum proprii. Alex. de Ales ibidem text. 25. char. 302. col. 2.

Species prædicatur de pluribus, non quod actu illa sit in pluribus, sed vt in intellectu, & vt plura respiciat, de quibus, vt prædicabilis, intelligitur aptitudine logica. Thomas de Vio in prædic. char. 9. col. 2.

Specierum proprietates.

Species est causa scientiæ indiuiduorum, non autem causa indiuiduorum. Aristoteles in 1. metaphysic. ex sum. secun. cap. 5. tex. 6. char. 20.

Species vna ex multis speciebus fieri nequit. Arist. in pri. metaph. ex sum. 3. cap. 4. tex. 37. char. 39.

Species omnis generatæ rei est in materia, vt in his ossibus; in carnibus, quæ alia est a specie rei generantis propter materiam, idem tamen forma. Arist. 7. metaph. cap. 8. tex. 28. char. 141.

Species solæ a materijs inseparabiles sūt. Por. in præd. c. 7.

Specialissima in numero quidem quodam sunt, non tamen infinito. Porphy. 5. voc. cap. 3. char. 39.

Species dissimilitudine ordine naturæ prior est. Ammon. in Porphy. char. 2. col. 1.

Species solum definiuntur, non genera generalissima, nec indiuidua. Ammon. in Porphy. char. 5. col. 1.

Species non sunt infinitæ, alioqui infinito daretur maius infinitum, sed nobis incognitæ. Ammonius in Porphy. char. 8. col. 4.

Species cum specie non copulatur. Ammonius in Porphy. char. 15. col. 1.

Species nulla aliam speciem, cum in eadem a se inuicem diuisione seiunguntur, continere potest. Ammonius in prædicament. char. 33.

Species quorum multitudine determinatæ sunt, hæc necesse est habere differentiam determinatam secundum multitudinem. Simpl. in 3. phys. tex. 43. ch. 170. col. 2.

Species, quæ alicuius est, non potest esse species illius, quod contra illud diuiditur. Simplicius in 5. physicor. text. 45. char. 321. col. 2.

Specie vna sunt, quæ per specialissimam aliquam formam determinantur. Simpl. in 1. de ani. tex. 7. char. 2. col. 3.

Species nulla inuenitur casu. Auer. phy. 8. tex. 46. ch. 176. col. 3. Auer. idem 7. metaph. tex. 10. char. 81. col. 2. Auerroes idem in primo de generatiō. animal. cap. 1. nume. 10. char. 206. col. 4.

Species nulla inuenitur in his, quæ sunt per accidens. Auer. in 6. metaph. sum. 2. text. 10. char. 70. col. 4.

Species, & si sint plures, non tamen infinite sunt. Boet. in Porphy. ex dialog. chart. 26.

Species simul iunctæ speciem constituere non possunt. Boet. in Porphy. ex dialog. chart. 42.

Species aliquando vni tantum indiuiduo præesse potest vt Phoenici, ac Soli. Boet. in Porphy. char. 71.

Species est, ac permanet etiam, si omnia indiuiduorum natura consumpta sit, & ad vnius singularitatem indiuidui suppositæ speciei prædicatio venerit. Boetius in Porphy. chart. 73.

Species non semper de pluribus numero differentibus prædicatur, vt cum de Phoenice, Sole, & mundo prædicatur. Boet. in prædic. char. 125.

Species omnis esse constituit. Boet. de diuisio. chart. 642.

Species proprium, ac diffinitionem sequitur. Boet. de diff. topicis. libr. 1. char. 860.

Species dicit notionem totius sic determinati, & distincti: & ideo quia distinctum, vel determinatum dicit, in quid, & non in quale prædicatur. Albertus magnus in prædicab. char. 27. col. 1.

Species non conueniunt ad generationem tertie speciei, quia species est id, quod actu ultimo est perfectum in illis, quæ formaliter perfecta sunt, & ex duobus actu perfectis non potest fieri aliquid in aliqua natura. Alb. mag. de prædicab. char. 31. col. 1.

Species id est forma substantialis, vel qualitatis non mouet, nec mouetur, vt est finis motus, siue id, in quo est motus. Alb. mag. in 5. phys. tract. 1. cap. 1. ch. 60. col. 1.

Species ad inuicem commutantur in his, quæ multa materialia sunt, vt in metallis, & plantis. Alb. magn. de veget. lib. 5. tract. 1. cap. 4. char. 147. col. 4.

Specierum specificarum vltima differentia vna est tantum, & hæc conuertitur. Albertus magnus de animal. lib. 11. tract. 2. cap. 1. char. 98. col. 3.

Species quicquid est alicuius agens ad speciem, & constitutionem formalem, immediate applicabile est ipsi, vt lux species colorum est, omnes colores continēs. Alb. mag. ethicor. 6. tract. 2. cap. 17. char. 74. col. 4.

Species actuum, & operationum sumuntur secundum ordinem ad obiecta. D. Th. 2. de ani. l. 6. t. 33. c. 27. col. 1.

Species vna semper est alia perfectior. Alexan. de Ales in 3. metaph. tex. 11. char. 65. col. 3.

Species & diffinitio idem sunt. Alexander de Ales in 7. metaph. tex. 21. char. 204. col. 2.

Species multa sub se habere potest, quia species recepta

est in alio: namque si forma esset omnino per se subsistens, non posset multiplicari naturaliter, quia multiplicatio naturalis est ex hoc, quia forma receptiva est in alia, & alia materia: & ad minus in alio, & alio superposito. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 21. col. 4.
Species duæ nunquam sunt in eodem gradu perfectionis. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 319. col. 1.
Speciem omnem non necesse est habere plura individua in esse naturali, quia in cœlestibus hoc est falsum. Tho. de Vio in præd. c. 48. col. 1.

Species unde sunt, & ut differunt.

Specie eadem sunt quæcunque entia individua contrarietatem non habentia. Aristotel. 10. metaphysic. cap. 7. tex. 24. c. 209.
Specie diuersa à diuersis perfici existimamus. Aristot. 10. ethic. ad nicom. cap. 5. c. 250.
Specie differentia, numero quoque differunt, non autem contra. Ammo. in Porph. c. 5. col. 4.
Species, & differentia differunt, vt totum, & pars. Dex. in prædicamen. c. 33.
Specie differunt, quorum vnum ab altero mutuo ratione substantiæ separatur. Simp. in præd. c. 13.
Specie dissimiles non mutuo se mesurantur. Simp. in 8. phy. tex. 81. c. 480. col. 2.
Specie diuersorum vltima sunt diuersa. Auer. physicor. 4. tex. 39. cap. 2. ch. 106.
Speciei eiusdem sunt omnia, quæ constituuntur per eandem differentiam. Auer. in 7. metaphysic. tex. 10. num. 18. char. 79.
Specie differre non est proprium in his, quæ sunt alterius generis. D. Thom. 10. metaph. lect. 10. tex. 24. c. 139.
Species duæ semper differunt secundum magis, & minus, vt nunquam sunt in æquali gradu: eandem enim rationem non participant. Alexand. de Ales in 1. metaphysicor. c. 22. col. 2.
Species diuersæ, vt hominis, & equi, non sunt, nisi diuersæ participationes vnius primi entis. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 22. col. 2.
Specie non differunt, quæ accidentibus differunt. Tho. de Vio in præd. c. 68. col. 2.

Species ut se habet ad cætera prædicabilia.

Specierum quæcunque non sunt genera, nihil magis alterum altera substantia est. Arist. præd. tr. 2. c. 1. c. 62.
Species, & genera post primas substantias merito sola secundæ substantiæ dicuntur, quia sola hæc eorum, quæ prædicantur, primam substantiam indicant. Arist. præd. tract. 2. cap. 1. char. 62.
Species non est differentia alicuius rei. Arist. elench. l. 1. cap. 13. char. 405.
Species, quæ est sub genere, non debet dici eadem specie cum genere, nec diuersa specie a genere. Arist. 10. metaph. cap. 7. tex. 29. c. 209.
Speciebus singulis necessario insunt ea, quæ ex genere consequuntur, cum de omni eo prædicantur; quæ autem ex singulis speciebus sequuntur, nec ex genere, nec ex aliis speciebus sequi possunt, cū sint vniuersalesque speciei propriæ differentiæ. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 28. char. 52. col. 2.
Specierum distinctionibus ea, quæ per se generibus inhaerent, cognoscuntur. Alex. & Eustr. in 1. posterior. tex. 11. char. 81. col. 2.
Species alicuius est species, & genus alicuius est genus. Porp. 5. voc. cap. 3. ch. 36.
Species de quibus prædicatur, de ijs, & quod in eis necessario prædicatur, & generis genus vsque ad generalissimum. Porp. 5. voc. cap. 3. ch. 40.
Species, & genera in quibus insunt ea, quæ primæ sub-

stantiæ dicuntur, secundæ substantiæ appellantur. Porp. in præd. ch. 11.
Species magis substantia est quam genus, nam propinquior est primæ substantiæ, & generi subiacer. Por. ibid.
Species, genus, & differentia dicuntur naturaliter; quia animal perficiunt. Ammo. in Porp. c. 2. col. 2.
Species communem habet rationem, & a proprio genere specificis differentijs separata est, propriamque communis distinctionem habet. Dex. in præd. ch. 33.
Species facilius diffinitur, quam genera. The. in 2. post. cap. 22. char. 11. col. 3.
Species aliquo modo sunt generum partes. Simpl. in 5. physicor. char. 294. colum. 1.
Species immobiles sunt, excitantur tamen ab obiectis proprijs appetibilibus. Mich. Ephes. de anim. motib. char. 52. colum. 1.
Species plures esse quam differentias, opus est. Mich. Ephes. de ani. 1. cap. 3. c. 35.
Species à differentijs substantificantur constituunturque. Mich. Ephes. de part. ani. 1. cap. 3. c. 31.
Species oritur ex coniunctione differentiæ cum genere. Auer. in Porph. c. 10. col. 3.
Specierum esse cuiusvis generis scitur ex cognitione differentiarum, & causæ accidentium illarum specierum: differentia enim sunt causæ specierum illius generis, & causæ accidentium illarum specierum. Auer. 2. de celo. tex. 80. c. 71. col. 2.
Species non possunt esse plures, nisi aliqua differentia separentur. Boet. in Porph. ex dial. c. 1.
Species posterior est differentia. Boethius in Porphy. char. 66.
Species id, quod est, ex genere sumit. Boet. in præd. c. 67.
Species omnes, ac individua omnia proprio continentur genere, ac eiusdem habent naturam. Boeth. in prædicamen. char. 121.
Species omnes æqualiter vni generi supponuntur, æqualesque inter seipsas sunt. Boet. in l. de inter. c. 216.
Species, quæ dicuntur secundum prius, & posterius, si secundum esse suum, ac substantiam priora, vel posteriora sunt, sub eodem genere esse non possunt: si alia de causa, possunt. Boet. in l. de inter. ch. 295.
Species idem est, quod genus: pars non est semper idem cum toto. Boeth. de diuisio. ch. 640.
Speciem sequitur genus, differentia, diffinitio, proprium, & inseparabile accidens. Boeth. de dif. top. l. 1. ch. 860.
Species vaga non potest esse sub hoc, & illo genere, quia genus certum est in ipsa specie quidditate conceptum, propter quod sub genere non potest esse vagum: individuum vagum esse potest. Alber. Magn. in prædicab. char. 13. colum. 4.
Species sub genere propositionis immediate ponitur: individuum non item, sed mediate. Alb. Mag. ibid.
Species habet à genere differentias. Albert. magn. ibid. char. 22. colum. 1.
Species vna differt ab omnibus per vnam differentiam, ab omnibus inquam illam non communicantibus. Albert. magn. in præd. c. 24. col. 3.
Species se habet ad proprium, vt ens perfectum, quod est de ratione proprii, vt subiectum est de ratione passionis, non existens de essentia ipsius, sed subsistere faciens in seipso. Alb. Mag. in præd. c. 24. col. 4.
Speciem assignantes plus assignant quam genus, cum in specie sit etiam genus: in genere autem non est species, nisi secundum potentiam. Albert. Mag. in prædicam. char. 58. col. 2.
Specie posita nunquam separatur ab ea generis, vel differentia intellectus. Alber. magn. in 7. metaph. tract. 1. cap. 10. c. 122. col. 4.
Species illius generis esse nequit id, quod est per accidens in aliquo genere. D. Thom. in 5. physicor. l. 2. tex. 7. char. 74. col. 1.

Species non se habet ad genus sicut propria generis passio, sed vt id, quod est per essentiam idem generi. Idem 7. metaph. l. 4. tex. 14. char. 446.
Species nulla a suo genere differt specie, nec est cum eo idem specie. Idem 10. metaph. l. 10. tex. 24. char. 759.
Species eiusdem generis semper in se habent prius, & posterius dignitate. Alexander de Ales in 3. metaphysic. text. 11. char. 65. colum. 3.
Species est magis principium cognoscendi, quam genus; vt forma est magis principium essendi, quam materia. Alexan. de Ales in 3. metaph. tex. 11. char. 66. colum. 1.
Species conceptus sunt maioris perfectionis, quam generis conceptus. Alexander de Ales in 7. metaphysicor. text. 5. char. 187. colum. 2.
Species est magis diuisibilis, quam genus, quia continet plura actu. Alex. de Ales 11. meta. tex. 1. ch. 306. col. 4.
Specierum passiones oriuntur a generibus radicaliter. Thomas de Vio in posterior. char. 144. colum. 1.

Species, vt intelligibilis.

Species non sunt intelligibiles in actu, nisi quia sunt abstractæ a phantasmatis. Diu. Thomas in tertio de anima. lect. 10. text. 19. char. 58. colum. 1.

Species, vt destruitur.

Speciem, & materiam, quæ concernunt, vt simul, hæc per se corrumpuntur in hoc, id est materiam, & formam. At quæ non concipiuntur cum materia, sed sine materia, vt rationes speciei solum, hæc non corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Aristot. in 7. meta. cap. 12. tex. 34. char. 145.
Species, & numeri si essent rerum principia, periret omnis motus, & magnitudo omnis. Arist. in 11. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 65. char. 263.
Specie eadem non inter se corrumpuntur. Alex. aphrod. in 4. natur. quæst. cap. 19. char. 201.
Species destruitur, cum virtus speciei non potest tantum nutrimenti conuertere, vt in potentia sit non solum ad speciem, & ad maiorem quantitatem, sed nec etiam ad æqualem, tunc diminuitur quantitas, & tamen conseruatur species in quantitate minori, & tandem etiam species cessat. Diuus Thomas in primo de generatio. & corruptio. lect. 17. tex. 42. char. 15. colum. 3.

Species, vt ab Aristotele sumitur.

Species ab Aristotele sumitur pro proprietatibus differentibus. Simp. in 3. phys. tex. 23. char. 159. col. 2.
Specabile illud est vltimū, quod per maius interuallum nõ videtur. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 5. c. 29. col. 2.
Specabile illud est primum, quod per minus interuallum non est specabile. Idem ibidem.
Speculator duplex: alius ingenuus, & doctus: alter vilis, & indoctus. Arist. polit. 8. cap. 7. char. 773.
Speculantem necesse est phantasmata speculari. Arist. in 3. de anim. sum. 1. cap. 5. tex. 39. char. 663.
Speculatio in species diuiditur. nam alia circa res a materia non separatas versatur, quæque auxilio sensus, & visionis ope ipsum potestatis intellectum perficit, & Naturalis scientia appellatur. Themistius in pri. physicor. chart. 14. colum. 1.
Speculationem, quæ circa res materia carentes versatur, & purissimum intellectus agentis actionem, necnon circa illum actum intellectus potestatis versatur, quæ vna cum intellectu agente conficitur, Primam Philosophiam vocant. Them. in 1. phys. char. 14. colum. 1.
Speculatio illa, cui sunt subiectæ res partim coniunctæ materiæ, partim abstractæ, Mathematica appellatur scientia, & scientia de anima. Idem ibidem.

Speculatio a fine initiū capit, ac procedit ad principium. Contra actio, & in hoc differunt. Simpl. in præd. ch. 4.
Speculans scientia de reuerberationibus facit rationes. Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 10. char. 29. col. 4.
Speculationis finis non potest esse, nec falsum, nec ignorantia. Alb. mag. in top. char. 226. col. 1.
Speculatio dupliciter dicitur. Primo modo determinans, & quiescens in vno per rationem relatum in aliud, quæ vocatur positio. Secundo est speculatio indeterminata neutri adhærens parti per contradictionem, & hæc vocatur problema. Alb. magn. in top. char. 226. colum. 3.
Speculamur prius commune quam speciale: sed cum commune non est commune re vera, sed analogum, tum prius contemplamur id, quod principaliter dicitur, & illius cognoscitur natura communis. Alber. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 96. col. 2.
Speculatio proprie est de communibus: ideo prius speculatur Arist. de sensu in communi. Alb. mag. in 2. de animal. tract. 3. cap. 5. chart. 20. colum. 4.
Speculari est pati. Alb. mag. ethic. 6. tr. 1. ca. 5. ch. 70. col. 2.
Speculatio purior est actione, a materia enim separata est, cum actio circa particularia, quæ ad materiam referuntur, versetur. Idem ethic. 10. tra. 1. cap. 10. c. 110. col. 3.
Speculatio quatuor ordines habet in sua speculatione. Primo procedit a communibus ad minus communia. Secundo, vt totum est prius in consideratione, quam partes. Tertio, vt procedit a simplicioribus ad composita. Quarto, vt principales partes prius considerat. D. Thom. in 1. de celo ex procem. char. 1. col. 1.
Speculatio debet esse de perfecto. Alexand. de Ales in 9. metaph. tex. 6. char. 271. colum. 3.
Speculatio est actio manens in agente. Idem ibidem.
Speculatiuæ scientiæ ita speculatur suum obiectum, vt non facit ipsum, nec producit ipsum in effectu: practicæ vero ita sunt, vt artifex, qui cognoscit eas in effectu, producit eas in effectu. Alexander de Ales in 11. metaph. chart. 315. colum. 2.
Specula aliqua non solum colores, sed & figuras ostendunt: alia autem colores tantum: & hæc sunt parua, & nullam habent sensibilem diuisionem. Aristot. meteor. 3. sum. 2. cap. 1. chart. 543.
Specula vitrea cur splendent plurimum? quoniam stanni natura quo intus illiniuntur, & perlucida, & vitro permista, magis resplendet. Alex. aphr. prob. 1. n. 132. c. 716.
Speculis cur notam faciem videmus? quoniam radij oculorum in corpora lucida profecti refringantur, ac suam repertant sedem: speciem enim nostram iam sibi habet obductam postquam refracti sunt, itaque illam conspiciunt. Idem ibidem nu. 133. char. 716.
Speculum non tantum manifestat imaginem rei, sed etiam distantiam a speculo, quia si longe distat, videt in profundo: si prope, in superficie. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 4. cap. 9. char. 111. colum. 1.
Speculum duobus modis sumitur. Primo, quod habet naturam speculi, vt est splendidum, tersum, & aliquo modo spissitudinem habens, & tenens ea, quæ sibi imprimuntur licet sit peruium, & sic in aere, & aqua. Aliud est, quod omnes proprietates habet speculi terminati, quod distincte reflectit imaginem ipsam intuentem, & sic nec aer, nec aqua sunt speculum. Idem ibidem cap. 15. chart. 113. colum. 2.
Speculum planum recipit in propria quantitate formas, rotundum in minori quantitate. Alber. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 7. char. 9. colum. 3.
Speculum quæcunque ostendit ideo nobis apparent, quia immutatio medij repercutitur ad speculum. D. Tho. in posterior. char. 97. colum. 2.
Speculeus lapis vocatur, & est perspicuus, vt vitrum. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 17. char. 141. col. 4.
Spelta est de genere frumenti. Albert. magn. de veget. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 7. char. 166. colum. 2.

Speluncæ vastæ, & sinceræ, & loca excelsa cur resonare solent? quia loca hæc ubi aerem istum, quæ vox est, ex ceperunt, refringunt, & nobis reddunt eundem aerem, quem nos percussimus, affirmamusque in vocem. Alex. aphr. prob. 1. nu. 134. c. 717.

Sperma quid est.

Sperma est res habitata ad transeundum in membra. Ideo cum exit in maiori quantitate quam remanet in membro, desituuntur membra ab ultimo, quod eis conuenit. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 8. c. 44. col. 1.

Sperma est formalis generatio actiua, & complementum actiuum, & substantia actiua per virtutem formatiuam, quæ est in ipso. Alber. Magn. de anim. lib. 1. tract. 1. cap. 3. char. 97. colum. 4.

Sperma est, in quo est primum natura tota eius, cuius est semen secundum virtutem, & potentiam materiæ. Al. mag. de ani. l. 15. tr. 2. cap. 6. ch. 130. col. 4.

Sperma in corpore non est aliquod membrum, nec simile, nec dissimulare, nec est connaturale corpori, nec cibus, nec superfluitas ab omnibus membris extracta: sed est illud, quod habet naturam ex forma agente, & materia, quod sit toti conueniens: sed non habet similitudinem ad omnia corporis membra. Et est superfluū quartæ digestionis, quo indiget ad salutem speciei quo ad esse, quod habet, indiuiduorum successione. Alber. mag. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 5. c. 131. col. 2.

Sperma est superfluum cibi ex quarta digestionem completi. Alber. Magn. de animal. l. 15. tractat. 2. cap. 5. ch. 131. colum. 4.

Sperma est in potentia simile omni membro, quod est actu. Alb. mag. de ani. l. 15. tr. 2. cap. 6. c. 131. col. 4.

Sperma est substantia aquea, butirosa, pinguis, conueniens in multis cum substantia olei, & est in ipso subtile terreneum sicut in pinguis vincens; tamen in eis, quæ talia sunt, est spirituale aereum. In quibus autem huiusmodi est substantia, non inspissatur tantum ex terreo constante in ipsis, sed etiam ex multo subtili, & spiritali ventoso aereo, quod introducit inter ipsa per calorem, & motum: hoc enim totam substantiam materiæ facit ampullosam, quod efficitur, vt sperma, & quanto ampullæ sunt minores, tanto est inclusus spiritus subtilior, & nobilior, & substantia albior fit. Albe. mag. de ani. l. 16. tr. 1. cap. 9. c. 138. col. 3.

Sperma non est paruum animal, vt ait Plato, sed est virtute factiua, & generatiua animal. Alb. magn. in 7. metaph. tract. 2. cap. 11. c. 126. col. 4.

Sperma est quodammodo quædam pars patris, quia non fuit conuersum in substantiam membri, licet fuerit in propinqua dispositione assimilationis ad membrum. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 29. c. 158. col. 4.

Sperma potest assimilari artificio, vt ipsi carpentario, & instrumento. Alexander de Ales in 7. metaphys. text. 31. chart. 207. colum. 2.

Sperma, vt procreat, & ex quo fit.

Sperma concrefcit infrigidatione exeunte humido cum calido. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 52. c. 582.

Spermata quamquam sicca essent, nisi tamen humida essent, deinceps quæ defluunt, non producant. Io. gra. in 1. phisic. char. 5. colum. 3.

Sperma cuiuslibet animalis, vel plantæ, habet proportiones proprias, & rationes, quibus ea, quæ generantur ex eis, sunt animalia propria, vel plantæ propriæ. Auc. in 12. metaph. tex. com. 18. char. 142.

Sperma generatur ex sanguine optimè digesto ex quarta digestionem subtili. Alber. magn. de anim. lib. 5. tract. 2. cap. 8. char. 34. col. 1.

Spermatizant omnia animalia sanguinem habentia. Alb.

mag. de ani. lib. 15. tra. 2. cap. 1. c. 129. col. 1. Sperma ab omnibus membris descendere existimant Plato ob quatuor causas. Ob delectationis fortitudinem, quæ maior est si ab omnibus membris descendat, quam a paucis. Tum etiam, quia imperfectum generatur ab imperfecto, vt canis sine cauda a cane sine cauda, quia a membro, quod deest, non exit sperma. Tertio ob similitudinem geniti, & generantis, quæ fit secundum omnia membra. Quarto, quia idem est totum, quod omnes suæ partes. Alb. mag. de anim. l. 15. tra. 2. cap. 1. c. 129. col. 2.

Sperma ab omnibus membris descendere falsum est: quia, etsi hoc arguit similitudo patris, tamen filius sæpe similis est patri in pilis, unguibus, & voce; a quibus non descendit sperma: & multi non habent pilos, nec barbam, & nati pilos, & barbam habent. Alber. magn. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 1. c. 129. col. 2.

Sperma a toto corpore descendit, ita dicebat Empedocles, vt omnia membra similia, & dissimilia sint in eo actu, sed non continuata, nec visibilia, ita vt in spermate geminorum sint capita geminorum ad suas ceruices non continuata. Albert. magn. de anim. lib. 15. tractat. 2.

Sperma est ex consimilibus partibus, vt ait Anaxagoras, quod est falsum. Idem ibid. ch. 130. col. 1.

Sperma si ex toto corpore descenderet, mutilatorum filij mutilati essent. Alb. magn. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 3. char. 130. col. 3.

Sperma non faciunt illi, quibus abscisæ sunt venæ, quæ sunt post aures, quæ spermaticæ vocantur. Alb. mag. de ani. l. 16. trac. 2. cap. 4. ch. 145. col. 4.

Spermatis qualitas.

Sperma in aliquibus est calidum, in alijs est frigidum, in alijs est humidum, & in alijs est siccum pro diuersitate complexionum. Alb. magn. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 8. char. 44. col. 3.

Spermatis calidi, & sicci signa sunt; cum est multum, & spiritum in substantia, & desideratur coitus in cuiusvis femina præsentia contra in contrarijs. Alber. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 8. char. 44. col. 4.

Sperma cuiusvis animalis piloli est viscosum, & album. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 9. ch. 45. col. 3.

Sperma, quod exit in principio ætatis ex animalibus, est paruum, & modicum, quia adhuc natura non ponit multum in semine, cum incrementum nõdum ad plenum steterit, nec viæ adhuc sunt ampliata, nec sperma adeptum est maturitatem, sed est aqueum. Alb. mag. de ani. l. 5. trac. 2. cap. 1. ch. 54. col. 2.

Sperma parum habent animalia magni corporis, & parui corporis multum. Alber. Magn. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 5. char. 131. colum. 2.

Sperma, vt ad generationem pertinet, & eius uirtus.

Sperma in se habet aliquid, cuius proportio ad animal generatum ex ipso est, vt proportio substantiæ demõstratæ ad album, & nigrum, & vniuersaliter ad accidentis prædicamenta. Auerr. in 1. phisicor. tex. 61. char. 18. colum. 1.

Spermatis partes non cessant in generatione hominis recedere, & partes hominis fieri, donec forma humana perficiatur, & hoc si forma recipit partitionem: si autem non, istud necessario accidit in accidentibus propriis formæ generatæ: vnde necessario generatio sequitur alterationem. Auerr. in 1. ph. l. 18. char. 62. col. 2.

Sperma maris est, vt operator, & artifex: foeminae vero, vt operatum, & artificiatum. Alber. Magn. de animal. lib. 3. tract. 2. cap. 8. char. 44. col. 3.

Sperma positum in aqua, si petit fundum, signum est esse

esse aptum ad generationem. Idem ibid. c. 9. c. 45. c. 3. Spermata duo, iuxta Galeni opinionem, sunt principia generationis animalium. Vnum maris, quod per seipsum est faciens, & formans propter multum spiritum, qui intra se ositatem eius continetur, & hoc dicitur ideo habere virtutem formatiuam. Aliud mulieris sperma agens, & formans, est vt organum motum ab alio, & excitatum, & ideo non formatiuum, sed in formatiuum habens uirtutem. Tertium est sanguis menstruus, ex quo sumitur nisi caro foetus, quæ supplet vacuitates, quæ sunt inter membra radicalia. Primum istorum principiorum est mouens tantum, & formans. Secundum est mouens, & motu. Et tertium est motum, & formatum tantum. Idem ibid. l. 9. trac. 2. cap. 1. c. 89. col. 3.

Sperma in formatione primo congregatur cum humore mulieris, & fit fumosum, vt recens butirum, & hanc intentionem facit formatiua creando in ipso, & ex ipso spiritum in actu, qui in habitu inerat. Secunda est operatio, quod videtur interius spermatis assimilari guttæ sanguinis, vbi præparatur vas spiritus, quod est locus cordis. Tertia est, quod gutta illa efficit, vt sanguis coagulatus, quæ fit substantia cordis, & iuxta illud adhaeret sperma, vt res aliqua massicata, & viscosa. Quarta operatione fit quasi cor, & ex ipso principalia membra. Et quinta fiunt pedes, & manus. Idem ibid. cap. 5. char. 91. colum. 2.

Sperma, ex quo fit generatio, oportet vt sit in quo est substantia naturaliter totius genituræ, quod non conuenit nisi sit primum, quod subiicitur in generatione, & ex quo exit primum fundamentum, & substantiam creaturæ formandæ. Idem ibid. l. 15. tract. 1. cap. 4. c. 130. col. 3.

Sperma æqualiter est principium generationis, vt materia, & vt forma, & artifex. Alber. magn. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 4. char. 130. col. 4.

Sperma est substantia, quæ exit a generante secundum omnes species, & modos animalium coeuntium, & non coeuntium, quæ generant, & est naturaliter primum subiectum, in quo vniuntur virtutes vtriusque coeuntium generantium, vel non coeuntium; per mixtas tamen virtutes sexuum habentium, vt habent arbores, & animalia, in quibus non est sexuum differentia: in his enim sperma sicut esset ex mare, & foemina habens virtutes vnitas, sicut vnitas sunt in ouo. Albert. mag. de ani. l. 15. trac. 2. cap. 4. c. 130. col. 4.

Spermatis substantia est, in quam attrahitur menstruum, & in ipsa formatur, vt in organo, & conuertitur ad formam datam a spermate. Alb. Mag. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 8. char. 133. col. 1.

Spermatis virtus est mouendo, aut intrinseca, aut extrinseca: sed non est extrinseca, quia virtus formatiua mouet ad formas membrorum generati, sed quodammodo est extrinsecum spermati id, quod mouet ipsum; quæ per aliquem modum, & in aliquo tempore est possibile hanc virtutem spermati extrinsecam esse, quando scilicet est in vltima digestionem. Alb. Mag. de ani. l. 16. tract. 1. cap. 6. c. 137. col. 2.

Sperma ex hoc quod quarta digestionem assimilatum est membris actu virtuali, simile est virtutibus membrorum: & quia in actu virtuali membrorum potest educere materiam feminis, & menstrui mulieris, quod est in potentia ad actum formationis membrorum, & calor est instrumentum ipsius in virtute triplici, elementalī scilicet, in calore celi, & animæ. Elementalī calore digerit congregans homogœna, & separans etherogenea. Cœli calore firmat, & stabilis in sustentante esse id, quod agit. Animæ autem virtute mouet ipsum, & sic viuificat, & animatum facit secundum omnem partem animæ, & secundum se totam est principium vitæ in corpore. Idem ibid. c. 3.

Sperma virtutem intelligentiæ habet cum omni virtute cœli, & radiorum, & præterea animæ: & sub ipsa est virtus membrorum digerentiū sperma per decursum quatuor, aut quinque digestionem, quia quintam in vasis spermatis accipit, & sub illa est virtus mixta cibi, vt est mixtio miscibilium alteratorū unio. Eadem est uirtus simplicium qualitatum, quæ sunt in misto secundum aliquod esse primum saluatæ. Idem ibid. cap. 7. c. 138. col. 1.

Sperma potentia habet animam, actu non habet. Alb. mag. de ani. lib. 16. trac. 1. cap. 13. c. 140. col. 2.

Sperma omnia membra potentia in se habet, actu nullum. Albert. magn. de ani. l. 16. trac. 1. cap. 14. char. 140. colum. 2.

Sperma in se habet quandam substantiam primam, quæ primum hanc recipit uitam, & hæc substantia est spiritus pulsans in spermate, & desert calorem, & efficitur causa formatiua omnium partium spermatis de-coquendo illud, & aptando uirtutem separatam a corpore, quæ est virtus animæ, quæ licet sit separata, vt non sit virtus corporalis, non tamen est ita separata, vt nullo modo operetur in corpore. Alb. mag. de ani. l. 16. tra. 1. cap. 16. c. 141. col. 3.

Sperma non eiicitur a matre intra matricem, quia os matricis ual de strictum est, at attrahitur a matrice. Alb. mag. de ani. lib. 16. tra. 2. cap. 1. c. 142. col. 1.

Sperma uirtutem informatiuam habet, & distributiua, ita vt non apprehendat plus, vel minus de materia humiditatis foeminae, quam debitum sit secundum terminum quantitatis naturalis. Alb. mag. de ani. l. 18. tra. 2. cap. 2. ch. 155. col. 4.

Sperma, vt ait Galenus, habet spiritum, qui tres habet proprias uirtutes. Prima est necessitas. Secunda uirtus. Tertia est vt organum. Necessitas duo habet opera: custodit calorem, & est nutrimentum spiritus animalis, quorum vtrumque est necessarium. Virtus est in eo, quod facit complementum formationis. Organum autem se exhibet in hoc, quod decurrit ad omnia ex operatione animæ, quæ sicut artifex est in artificio, est in spermate. Albert. magn. de ani. l. 22. trac. 1. cap. 1. char. 173. col. 2.

Sperma viri, & mulieris, & cum emittore incipit.

Sperma muliebri si nihil operaretur in generatione, esset testium creatio frustra, vt ait Galenus, qui etiam ait in dissectione inuenisse sperma in vasis spermaticis mulieris simile viro. nos, etsi concedimus membra mulieris esse eadem figura cum viro, non tamen concedimus operationes esse easdem, vnde mammæ (ait Galenus) quæ mulieri sunt gratia lactis, viro sunt non propter hoc, sed propter aliud. Arist. in 1. de gen. ani. cap. 20. c. 216. col. 3.

Sperma mulieris concurrere ad generationem arguitur Galenus ex similitudine; quod pueri patri aliquando, aliquando matri similes sunt. Et cum similitudo sit eadem, ergo ex una, & eadem causa fit communi ipsis: quæ est vel sanguis, vel sperma. Sanguis tamen non reperitur vtrique, sed foemina tantum, ergo sperma: quod non sequitur, quia fundatur super hac propositionem: cum vna, & eadem res inest duabus, oportet quod hoc fiat propter causam comunem his duabus: & est propositio æquiuoca, quia vel intelligitur quod hæc vna res reperitur in vnaquaque harum duarum rerum, in vno, & eodem modo causarum, videlicet eadē specie quatuor causarum: vt scammū, quod fit a Socrate carpentario, & a Platone carpentario huius ab eadē causa, videlicet ab arte factiua scammū: & hæc est propositio vera, necessaria. Et si intelligitur, quod hæc res fiat ex duabus rebus duobus modis differētibus specie ipsarū causarū, vt calceus, qui fit a Socrate calceo-

calceolario, & a Platone coriario, non producitur ex his cõis causa eadem specie: cum causa calcei Socratis calceolarij sit ars calceolaria; & causa, qua fit à Platone, fit ars coriaria, quæ prælat calceo materiam. Et hic modus æquiuocationis nõ cogit causam esse eandem specie, sed bene erit causa eadem genere. Auer. in 1. de gen. ani. cap. 20. c. 216. col. 4.

Spermatis nomen non vniuocè dicitur de spermate viri, & mulieris: nec secundum prius, & posterius; nec secundum rationem perfecti, & imperfecti: sed secundum æquiuocationem. quia etsi in spermate foeminae est formæ quædam confusa inchoatio, tamen non est in ipso, nisi vt confusa inchoatio formæ est in materia. ideo secundum passiuam potentiam est in ipso, nõ secundum actiuam. Alber. Magn. de anim. l. 4. tract. 3. cap. 8. char. 44. col. 2.

Sperma generaliter in omnibus maribus tunc incipit descendere, & distillare, cū vox est in mutatione, & aliud est signum, mutatio instrumentorum coitus, & pili in pectine oriunt. Alb. mag. de ani. l. 15. tr. 2. c. 1. c. 54. c. 2.

Sperma generaliter in foeminis descendit, cum mammillæ tumescere incipiunt, & pili in pectine multiplicantur. Alb. Mag. de ani. l. 5. tract. 2. cap. 1. c. 54. col. 3.

Sperma hominis conueniens est in tertio septenarij complemento, quia tunc, vt frequentius stat longitudinis diameter, & corpus incipit inspissari secundum latitudinis, & profunditatis diametros: ideo & sperma spissius, & glandulosius fit. Alb. Mag. de ani. l. 5. tract. 2. cap. 1. char. 54. col. 3.

Sperma mulieris, iuxta Galeni opinionem, est materia, quæ habet aliquid virtutis informantis, nec differt à viri spermate, nisi quia est magis humidum. Alb. mag. de ani. l. 9. tract. 2. cap. 1. c. 89. col. 2.

Sperma mulieris licet in colore conueniat cum spermate viri, tamen in virtute non conuenit, quia est aqueū, & tenue, magis aptum formari, quam formare: & ideo magis rationem habet sanguinis menstrui, quam spermatis. Alber. Magn. de animalib. lib. 15. tract. 2. cap. 6. char. 132. col. 1.

Sperma viri parum generaliter confert ad quantitatem materialem eius, quod generatur, sed potius ad qualitatem ex virtute formatiua, quam habet. Alb. mag. de ani. l. 17. tract. 2. cap. 8. c. 133. col. 2.

Sperma maris, quod est factiuum, & formatiuum conceptus, semper simile sibi facere intendit, & marem producere, nisi impediatur per occasionem corruptionis instrumenti, cū quo operatur, & hic est calor: aut impediatur ex inobedientia materiæ, quam format, & hæc est humor: & cum ambo illorum molinim passa sunt in loco genitalium, ne frustretur naturæ opus, format foeminam, quæ licet propriè non generet, est tamen masculo necessarium adiutorium ad generationem, vt passiuum, actiuo necessarium. Alb. mag. de ani. l. 16. tract. 1. cap. 10. c. 140. col. 2.

Sperma masculinum, aut totum, aut ferè totum conuertitur in spiritum, & corpus embrionis sumitur a gutta matris: & postquam totum simul coagulatum fuerit, animatum mouebitur ab anima ad complendum membra. Alber. Magn. de ani. l. 16. tract. 1. cap. 16. char. 141. col. 2.

Sperma, ut nocet homini.

Sperma emittens tantum debilitatur, quantum si quadragesies tantum de sanguine emitteret. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 8. c. 44. col. 1.

Spermatis emissionem non accidit debilitari corpus, tunc maxime cum sperma exiens non est bonum, & in his, qui valde pectorica habet corpora, quia sanius est eorum corpus, si humor superfluous exierit per coitum,

vel pollutionem. Alber. Magn. de animal. l. 1. tract. 1. cap. 1. char. 93. colum. 1.

Spermatis emissionem si animal subleuatur, non fit per spermatis emissionem subleuatio, sed quia emittitur aliquando humor malus admixtus spermati. Alb. mag. de ani. l. 5. tract. 2. cap. 5. c. 131. col. 3.

Spermatis retentio parturit multas malas infirmitates, & mortem. Alb. mag. de ani. l. 15. tract. 2. c. 5. c. 131. c. 3.

Spes est cum phantasia rerum salutarium. Aristotel. rhetoricor. 2. char. 82.

Sperantis bene hominis est confidere. Aristotel. rhetoric. 3. cap. 5. char. 87.

Spes est iocundissima, quia optat, quod potentia est, ad actum reduci. Them. in 12. metaph. c. 14.

Spes virtutem habet alterandi corpus. D. Tho. de animalium motu. lect. 6. char. 53. col. 4.

Spes est expectatio futuri magni boni. Idem ibid.

Spes est causa audaciæ, timor desperationis. D. Tho. in 3. ethic. lec. 15. ch. 49. col. 4.

Spectaculus est serpens, qui si quem læsit morfu, liquefcit eius caro, vt oleum, & moritur. Alber. mag. de animal. lib. 25. char. 202. col. 4.

Sphæra quodammodo, & mouet, & quiescit, quia eundem semper occupat locum. Aristot. in 8. phys. sum. 3. cap. 5. tex. 76. char. 236.

Sphæra est prior solidorum, vt circulus figurarum: sola enim illa vna continetur superficie. Arist. in 2. de celo, sum. 2. cap. 3. tex. 23. ch. 298.

Sphæra ita se habet in solidis, vt circulus in planis. Arist. in 2. de celo. su. 2. cap. 3. tex. 26. ch. 299.

Sphærico sphæricum continuum est, & quæ a sphærico continentur, sphærica esse necesse est: quæ autem infra, quæ planetarum sunt, tangunt eam, quæ supra est, sphæram. quare sphærica vtique erit omnis: omnia enim tangunt, & continua sunt sphæris. Arist. 2. de celo. sum. 2. cap. 3. tex. 26. ch. 299.

Sphærico quod continuum est, aut circa sphæricum mouetur, ipsū etiam tale esse necesse est. Arist. 2. de celo. sum. 2. cap. 3. tex. 30. ch. 300.

Sphærici corporis duo sunt motus, volutatio, & vertigo. Arist. 2. de celo. su. 3. cap. 2. tex. 48. ch. 308.

Sphæra omnium figurarum maxime vtilis est ad eū, qui in eodem fit, motum: sic enim velocissime mouetur, & ad eū, qui in ante fit ineptissima est: nihil enim depressum, nec eminens habet. Aristot. 2. de celo sum. 3. cap. 2. tex. 51. char. 309.

Sphæra, aliæ præter primam, ab hoc habent corpus vnū, quia multa corpora mouent eam, quæ sunt ante vltimam, & eam, quæ vnū astrum habet. In multis enim sphæris vltima sphæra fertur innexa: vnaqueque autem sphæra corpus existit. Illius igitur commune opus erit: hæc enim est propria quæque per naturam latio. Arist. 2. de celo. su. 3. cap. 6. tex. 70. c. 316.

Sphæra, & pyramis facillime mouentur, quia minima tangunt, minimeque subtilia sunt. Aristot. 3. de celo. sum. 1. cap. 3. tex. 69. char. 356.

Sphæra mouentur a prima causa, vt a desiderabili, ex expectente. Alex. aphrod. in 11. metaph. vel 12. com. 29. char. 298. col. 2.

Sphæra a proprijs animis mouetur, vt inhærens a prima causa. Idem ibid. co. 34. ch. 302. col. 1.

Sphæra sine astris, quæ omnes continet, cuius notitia tempore Aristot. nondum erat, vno, & simplici ab Oriente mota motu, alias omnes simul reducit. Simpli. in 2. de celo. tex. 51. co. 36. ch. 70. col. 3.

Sphæra octaua duobus motibus mouetur, eo, qui est ab Oriente vniuersi, & ab Occidete proprio. Simp. in 2. de celo. tex. 51. co. 36. ch. 70. col. 3.

Sphæra constat ex octo pyramidibus habentibus sphæricas bases. Simpli. in 3. de celo, text. 40. comment. 39. char. 92. col. 4.

Sphæra

Sphæra quanto propinquiores sunt primo mobili, tanto sunt nobiliores. Ioan. gram. de gener. anim. l. 3. cap. 3. char. 35. colum. 4.

Sphæra æternis conuenit, cum in se, nec principium, nec finem habeat, sed in se ipsam uertatur. Ioan. gram. in pri. de ani. t. 16. c. 11. col. 4.

Sphæra, vt sphæra, non est in loco simpliciter, nisi accidat ei hoc, sicut accidit sphæris celestibus, quas continet alia sphæra extrinseca, Auer. in quarto physic. text. 4. char. 66. colum. 2.

Sphæra mutat locum secundum formam, non secundum subiectum. Idem ibi. t. 43. c. 68. col. 2.

Sphæra mouetur secundum totum, non secundum subiectum, & materiam, sed secundum formam, Auer. in 8. phys. tex. 79. c. 191. col. 4.

Sphæras in celo esse, quarum poli sint perforati, asserit Ptolemæus: quod impossibile est, quia impossibile est aliquid moueri circulariter secundum naturam, nisi sphæra, & sphæra habeat centrum, & duos polos: centrum, quia in loco uno mouetur naturaliter: polos, quia mouetur secundum unam dispositionem. Auer. in 1. de celo. t. 10. c. 5. col. 2.

Sphæra, quæ mouetur super diuersum centrum ab eo, super quo mouetur alia sphæra, non est contraria illi, & similiter, quæ mouetur super idem centrum, & super polos diuersos, quia non se prohibent, & contraria se prohibent. Auer. in primo de celo, tex. 32. char. 11. colum. 4.

Sphæra secundum considerationem Geometriæ super superficiem posita tangit planum in puncto: in corpore naturali vero tangit super partem diuisibilem. Auer. in 1. de celo, tex. 32. c. 11. col. 4.

Sphæra non mouetur secundum totum, sed secundum partes. Auer. in 2. de celo, tex. 51. c. 62. col. 3.

Sphærica figura non tangit superficiem, nisi in eo, quod simile est puncto. Auer. in 3. de celo. t. 69. c. 106. col. 1.

Sphæras octo esse Antiqui opinati sunt omnes usque ad tempora Ptolemæi, quarum superior est sphæra stellarum fixarum, & post illam Saturni, Iouis, Martis, Veneris, Mercurii, Solis, & Lunæ. Alb. mag. in 2. de celo, tra. 1. cap. 11. c. 37. col. 1.

Sphæra stellarum fixarum tribus motibus mouetur. Primo motu diurno ab Oriente in Occidentem in 24. horis. Secundo ab Occidente in Orientem stellarum fixarum uno gradu in centum annis. Tertio motu accessionis, & recessionis, quod fit octoginta annis per gradum unum; & cum unius motoris unus sit tatum motus, ideo hi tres motus non ab uno tantum motore procedere possunt. Alber. mag. in secundo de celo, tra. 3. cap. 11. c. 37. col. 1.

Sphæras nouem esse Alpetragius abuyfach primus pronunciauit, octo, scilicet sphæram stellarum fixarum, & septem planetas, & præterea unam uniformem, quæ propter claritatem suam, & simplicitatem uisui non subiicitur, cui motus proprius sit motus diurnus. Alb. mag. in 2. de celo, tra. 3. cap. 11. c. 37. col. 1.

Sphæras decem esse Ptolemæus asserit, quarum prima habet motum diurnum: secunda uocatur circulus signorum non stellarum, & mouetur motu decimo, & motu proprio ab Occidente in Orientem omnibus centum annis gradu uno: tertia est sphæra stellarum fixarum, quæ mouetur motu accessionis, & recessionis: & septem planetæ. Alber. mag. in secundo de celo, tra. 3. cap. 11. char. 37. col. 1.

Sphæra, & Pyramidi essentialè est circulariter ferri per accidens rectè moueri. Alb. mag. in 3. de celo tract. 2. cap. 9. char. 52. colum. 3.

Sphæra est figura corporis simplicis, quæ fit ex ductu circuli, & processu, & reuolutione circuli super se ipsum. Albert. magn. in quinto metaph. tract. 3. cap. 5. char. 109. colum. 3.

Sphæra vltima est in loco per suas partes. D. Tho. in 4. phy. l. 7. tra. 43. c. 52. col. 4.

Sphæra stellarum fixarum primum motū attribuit Aristotel. quia adhuc non erat compertum ipsam plures motus habere. D. Thom. in secundo de celo, l. 9. tex. 37. char. 38. colum. 1.

Sphæram stellarum fixarum Aristot. tempore non dum moueri uno gradu in centum annis deprehensum erat. D. Tho. in 2. de celo, l. 16. tex. 61. c. 45. col. 3.

Sphæra supremæ motus est ob motum stellarum fixarum, quia sphærae motus non est nisi ob motum stellarum. D. Tho. in 2. de celo, l. 19. tex. 66. c. 48. col. 1.

Spinachia est herba boni nutrimenti, frigida, & humida; abstergit, lauat, vincit choleram, sed ius eius stomacho nocet; ideo sine iure comedenda est. Alb. mag. de veg. & plant. l. 6. tra. 2. cap. 47. c. 170. col. 1.

Spinæ e genere plantæ sunt, non tamen eiusdem naturæ. In planta enim est raritas, & ascendit humor frigidus, & cum ea parua discretio raritatem illam peruadens. Sol itaque illam coagulari facit, & inde spinæ fiunt, ideo earum forma Peramidalis est, quia aer paulatim per plantam extensus auget partes eius cū extensione materiæ, & sic fit omnis planta, vel arbor, cū caput est Pyramidale. Arist. 2. de plan. cap. 2. c. 392.

Spinæ ita contineri in animalibus ait Empedocles, quia ita cum oriretur, accideret, quod male dixit: nam semen genitale talem potentiam habere oportet. Arist. de partib. ani. 1. cap. 2. c. 402.

Spina dorsi est, quæ longitudinem, & rectitudinem continet animalium: sed cum corpus inflecti per animalis motum necesse sit, ita constat, vt & vna sit propter continuitatem, & multipartita propter vertebrarum distinctionem. Arist. de partib. ani. 2. c. 9. c. 445.

Spinæ non sunt de natura, & essentia plantarum, quia non directæ positæ sunt sursum secundum nutrimenti rectam eleuationem. Albert. magn. de veget. l. 4. tra. 3. cap. 3. ch. 144. col. 2.

Spinæ materia est succus terrestris, calidus valde, in quo propter intensionem materiæ statim in principio formationis plantæ festinat decoctio, & feruens sicca materia, & acuta educitur in raritate transuersalium pororum: & dum pertingit exterius, a sole coagulatur, & exsiccat fortissima coagulatione, & a frigido aere. Alb. mag. de veget. l. 4. tra. 3. cap. 3. c. 144. col. 2.

Spinæ pars inferior si latis iaceat natibus, & molli carne circumdata, semineū est, & effeminas ostendit. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.

Spinæ pars inferior si proluxa est, & definit in acutum, libidinum intemperantiam ostendit, & timiditatem. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.

Spinæ pars inferior moderata, & solida, virilis est. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 26. c. 23. col. 4.

Spiritus diuiso.

Spiritus, qui est instrumentum animæ, duplex est. Primus est euaporatio humidæ, quod est in semine aliquo cum eo vapore, quod naturaliter continetur in ipso, & hic spiritus est, qui primo per virtutem formatiuam, quæ est in semine calido feminali excitatus, & loci spirat in semine. Alius nascitur ex ipso vapore humidæ radicalis cum calido loci, & naturæ excitatus euaporare incipit. Albert. magn. de spirat. & respir. l. 1. tract. 1. cap. 5. c. 52. col. 4.

Spiritus in spiratis in duas diuiditur partes: Vna impurius, & fumosior, cum partibus in corpore intensius repercutitur a corde in pulmonē, qui motu suo expellit vtrunque in expiratione. Alia pars restaurat, ac nutrit spiritum vitalem, qui exurit in ventriculis cordis. Albert. magn. de spirat. & respirat. lect. 2. tract. 2. cap. 2. char. 57. colum. 4.

Spiritus

Spiritus æquivoce dicitur de anima, & spiritu corporeo. Albert. magn. de spir. & respir. l. 2. tract. 2. cap. 3. char. 58. colum. 1.

Spiritus duplicem habet virtutem. Vnam ex se, vt est spiritus, quæ est vt pulset, & perforet fursum. Aliam a virtute formante in eo quod est instrumentum eius: & sic perforat in omnem locum conuenientem naturæ. Alb. mag. de ani. l. 9. tra. 2. cap. 4. c. 91. col. 2.

Spiritus non solum alius est naturalis, alius est vitalis, & alius animalis: sed in vnoquoque membro multiplex efficitur, eo quod nullum membrum est, quod non habeat propriam virtutem, & operationem. Alb. mag. de ani. l. 20. tra. 1. cap. 7. c. 165. col. 2.

Spiritus quid est, & quid antiqui esse opinati sunt.

Spiritus est fluxus continuus aeris ad longitudinem. Arist. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 47. c. 582.

Spiritus natura est posse augeri, & contrahi. Aristot. de ani. motu. cap. 6. c. 92.

Spiritus est substantia animata, genialis in stirpibus, & animantibus existens, per omniaque pertinens. Arist. de mundo. cap. 3. c. 816.

Spiritus, vel animam, vel animæ instrumentum antiqui conueniunt in hoc, quod alterum horum sit. Auer. de partib. anim. 3. cap. 4. c. 82.

Spiritus est animæ instrumentum, quo mouet totum corpus, non autem corpus est animæ instrumentum. Alb. mag. in 1. de ani. tra. 2. cap. 112. c. 10. col. 2.

Spiritus est corpus aereum, lucidum a vapore cibi, vel per anhelitum inductum, quo mediante anima mouet corpus, & est vehiculum virtutum, quas anima corpori influit, animeque opera perficit. Alber. mag. in 1. de ani. tra. 2. cap. 3. c. 10. col. 3.

Spiritus post cor principium est, quod mouetur, cum motum sit. Albert. mag. de mot. anim. l. 1. tract. 2. cap. 3. char. 43. colum. 2.

Spiritus est proprium vehiculum vitæ. Alb. mag. de spir. & respir. l. 1. tr. 1. cap. 1. c. 51. col. 2.

Spiritus existimauit Heraclitus esse vaporem omnium incorporatissimum, & per se mouens, & motum existens: cuius signum est, quod fluit semper, et si a nullo impellatur, quod est falsum, quia non a se ipso, sed ab anima mouetur. Alber. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 2. cap. 2. c. 51. col. 2.

Spiritus existimauit Alchmeon esse vaporem celestem, & non elementorum, aut elementa participans: quod ex motu, & substantia, & immortalitate probauit. Ex motu, quia ad omnem corporis animati partem mouetur, vt lumen celestium: namque lumen nihil aliud esse dixit, quam vaporem celestium procedentem in mundum ubique. Ex substantia, quia clarus, & perspicuus est, sed aliquantulum adumbratus propter crassitudinem corporis, cui incorporatur, & quod viuificat. Immortalem esse dixit, quia in exitu animæ a corpore saltuosos videbat facere singultus in pectore, & loco pulmonis: & ob id existimauit spiritum separari a corpore grosso, vt incorruptibile a corruptibili, sed errat, quia celestia non vaporant: & erroris sui causa fuit, quod credidit lumen corpus esse, nec natura celestium his generabilibus miscetur, & omnino falsum est spiritum corpus incorruptibile esse, sed fluidum, corruptibileque est. Alb. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 1. cap. 1. c. 51. col. 2.

Spiritus est corpus corruptibile, & fluidum, valde corruptibilius ceteris partibus animati corporis. Albert. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 1. cap. 4. c. 52. col. 1.

Spiritus viuorum est compositum corpus ex elementis, habens formam aeris, animæ organicæ deferentis ad omnes vitæ actus. Alb. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 1. cap. 4. char. 52. col. 2.

Spiritus viuorum est tenuis, & clarus quantum ad materiam; & est tenuis propter penetrabilitatem, vt in omnes corporis partes per subtiles potentias articularum possit penetrare: clarus, vt sui munditia omnes formas suscipere possit, nec non lucidus est propter multi perspicui admisionem. Alb. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 1. cap. 4. c. 52. col. 3.

Spiritus medius est inter substantiam, & formam; inter aerem, & aquam, habens proprietates utriusque in aliquo, & in aliquo ignis: sed parum, vel nihil terræ: aquæ in humido aliquantulum spisso, vt formas suscipere possit, & ipsas teneat: aeris propter principia vitæ, quæ sunt in aere: ignis, vt caliditate sua vias aperiat, & perforat, ac siccitate arteriam indurat: non habet autem proprietatem terræ, quia sicca, frigida, & grauis est. Alber. mag. de spir. & respir. l. 1. tra. 1. cap. 5. char. 52. colum. 3.

Spiritus est vehiculum virtutis animæ, qui calidus, & a calido generatur. Albert. magn. de nutrim. & nutrib. tra. 1. cap. 4. c. 65. col. 1.

Spiritalia omnia Epicurei ad similitudinem corporum referebant. Alber. mag. de nat. & orig. ani. tra. 2. cap. 13. char. 74. colum. 3.

Spiritus, qui exit ab animali spermatizante, est potissima virtus, & principium animæ, quæ inducitur in conceptum, de potentia ad actumeducta: & hic spiritus est separatus a corpore generantis habens virtutes membrorum; & est res diuina, quia virtutem habet in formando, & creando, ita quod dicitur hic spiritus intellectus practicus formans, vt instrumenta artificialia dicuntur ars, quia per ea forma artis inducitur, quarum omnium est principium practicus intellectus. Idem de ani. l. 16. tra. 1. cap. 5. c. 140. col. 1.

Spiritus non est medium, quo anima vititur in viuificando, vel perficiendo corpus, quia anima non vititur spiritu, nisi iam corpori vnita. Alb. mag. de ani. l. 20. tra. 1. cap. 7. ch. 165. col. 2.

Spiritus animalis paucus est, ideo oportet, vt diligenter conseruetur. Alber. magn. de anim. l. 1. tra. 3. cap. 1. char. 24. colum. 1.

Spiritus est mouens organicum in animalibus. D. Tho. de ani. motu. lec. 8. c. 55. col. 4.

Spiritus vis, & effectus.

Spiritus natura maxime corporum motius est, ignis enim, quando cum spiritu fuerit, fit flamma, & fertur celeriter. Arist. meteor. 2. su. 3. cap. 2. ch. 525.

Spiritus, & non aqua, nec terra causa est motus terræ cum intro fluxerit, qui extra exhalat. Arist. ibid.

Spiritus facit sonum in terra sine quassatione prepter amplitudinem locorum, & propter paucitatem repulsi aeris. Arist. ibid. ch. 528.

Spiritus hic cum segregatur, per modica, & sparsim diffunditur, & sæpe fit, & perflat, & tenuiorum partium existens, Tomirua facit, & Coruscationes. Si autem totus simul, & spissior, minus autem excretus fuerit tenuis, Procella ventus fit. Quapropter, & violentus. celeritas enim excretionis facit fortitudinem. At cum consequitur multa, & continua excretio, tunc fit pluuia, & aquæ multitudo. Arist. meteor. 3. sum. 1. cap. 2. char. 537.

Spiritu attrahuntur omnia ex vno loco in alium, quæ instrumentis non admouentur, vel insertionem quandam a superiori parte concava habent. Arist. de histor. anim. 10. cap. 4. char. 389.

Spiritus retinere potius quam emittere potest, qui sopitus est. Arist. probl. lec. 33. nu. 15. c. 647.

Spiritus corpus est, & attractione quapiam in venis facta, & concoctione fieri palam est, quando sanguis extremum, atque idem vniuersis est alimentum, a quo dura-

durationem, & augmentum accipere non est absurdum. Arist. de spir. cap. 1. c. 895.

Spiritus cur a mictu alio excedere solet? quoniam quam diu vesica plena est, rectum intestinum, quod sibi subditum habet, premit; egesta autem vrina relaxatur, & sic spiritus in eo detentus labitur atque effluit cum sono. Alex. aphrod. probl. 2. nu. 112. c. 771.

Spiritus exercitatus fortior, ac validior fit. Io. Gra. in 4. de gen. ani. cap. 6. c. 86. col. 1.

Spirituale quod magis est, laeditur ab eo, quod est minus spirituale, & nõ eõtra. Auer. de mē. & rem. c. 196. c. 1.

Spiritus multus multum confortat corpus. Alb. Mag. de som. & vig. l. 1. tra. 1. cap. 7. c. 26. col. 4.

Spiritus tres motus habet. Vnum ex natura materiæ: alium ex virtute motoris, qui est anima: tertium qui ex dispositione cordis a natura fursum ascendit ab anima, & operatio vitæ, & actus omnis a corde est expulsionis, & attractionis. Alber. Magn. de spir. & respir. lect. 1. tra. 1. cap. 9. c. 54. col. 2.

Spiritus magis videtur in hyeme, quia humidior egreditur, quia animalium interiora humidiora sunt in hyeme quam in æstate: quia clauduntur pori animalium per frigus aeris comprimens, ita quod non potest euaporare, vel parum valde de humido interiori, ideo exteriora ad exteriora corporis veniens, & poros opilatos inueniens, reflectitur vapor in seipsum, & ad interiora sua spissitudine inuolutus, in humore refluit, vt in olla, cum aqua bullit, & fortiter cooperta sit, non potest expirare humidum. Alb. mag. de spir. & resp. l. 2. tra. 2. cap. 2. c. 75. col. 4.

Spiritus fere in totum sequitur naturam elementorum formalium superiorum. Alb. Mag. de spir. & respir. l. 2. tra. 2. cap. 3. c. 58. col. 1.

Spiritus vis in mouedo maxima est. D. Tho. in 2. meteo. 5. ethic. l. 13. char. 148.

Spiritus ut animalis.

Spiritus animalis plus accedit ad opera animæ secundum suam animam sibi conuenientem, quam aliquis aliorum, & cum exeat a corde, euolat in cellulas cerebri, & ex illis dirigitur in neruos concavos, qui a sensu communis organo ad sensus proprios diriguntur: quorum optici, qui vilius dicuntur, & maiores, & magis sunt concavi, & plus capiunt de spiritu, & puriorem colligunt. Alb. mag. de spir. & respir. lect. 1. tra. 2. cap. 4. ch. 55. col. 4.

Spiritus animalis in primis infunditur ab artērijs, per quendam porum, quem claudit caruncula figuræ, & quantitatis vermiculi: & postquā porus referatur, colatur in medio vacuum: & quia in posteriori parte, qua dirigitur ad vacuum spatium similis claudit caruncula, ideo etiam cum illo porus referatur colatus amplius fluit in posteriorem capitis cellula, & aliam perficit in omnibus illis, quæ sunt magis animæ quam corporis. In primis duabus sensum communem, & sensus proprios, & imaginationem: in tertia memoriā, & neruos mortuos influit. Alb. mag. de spir. & respir. lec. 1. tra. 2. cap. 4. ch. 56. col. 1.

Spiritus vnde oritur, in quo loco, & vt per corpus diffunditur.

Spiritus in pectus trahi, & inde reddi necesse est; quod fieri nequit, nisi naribus spirem, cum reciprocatio spiritus de pectore per gurgulionem, non de capite parte aliqua actuetur. Aristot. de histor. animal. 1. cap. 11. char. 21.

Spiritus nulli super excelsum montes excitantur, vt super Athon. Ari. proble. lec. 26. nu. 38. c. 590.

Spiritus incrementum, & durationem accipere respira-

tionem ex aere in pulmone concocto, & per vasa distributo, vt ait Aristogenes, excrementis foras expulsis, plures habet dubitationes. Ari. de spi. cap. 1. c. 896.

Spiritus innatus est per vniuersum animalis corpus. Ari. de spir. cap. 1. c. 897.

Spiritus in humido contineri non potest. Alex. aphrod. de mi. c. 59. col. 4.

Spiritus a corde vno tractu ad aures, & a pulmone qui a corde originem trahit, ad nares diffunditur. Io. Gra. in 5. de gene. ani. cap. 2. c. 96. col. 3.

Spiritus est corpus lucidum, subtile, qui instrumentum est animæ in omnibus vitæ operibus, & qui vehit virtutes animæ ad operationes in omnibus organis corporis. Albert. magn. de sensu & sensa. tract. 1. cap. 11. char. 7. colum. 2.

Spiritus euaporatio fit per calorē naturalem, cuius fons principalis est cor. hoc igitur corpus lucidum est, quia est diaphanum spissum, & est subtile, quia ab animali calore digestum, & depuratum: qui calor subtilior est quam aliquis corporis calor. Albert. magn. de som. & vig. l. 1. tra. 1. cap. 7. c. 26. col. 4.

Spiritus ad interiora recurrens, nec inueniēs ex quo reparetur deperditum, tunc calor interior excitatus & multiplicatus consumit humidum, ex quo debuit reparari spiritus, & homo debilis fit. Alb. mag. de som. & vig. l. 1. tra. 1. cap. 8. c. 27. col. 3.

Spiritu naturalium regio est vbi est epar, animalium cerebrum, vitalium cor. Alb. mag. de som. & vig. lib. 1. tra. 2. cap. 3. c. 28. col. 4.

Spiritus duo præcipue dissolunt: primo subtilitas spiritus: secundo nutrimētum, quod debet spiritum restituarere, si ad partem aliam mouetur. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. tra. 2. cap. 6. c. 44. col. 3.

Spiritus motus est ab anima viuificante, & regente corpus, & mouente corpus per omnes virtutes, vt faber, & malleus influunt materiæ eandem formam. Alber. mag. de spir. & resp. l. 1. tra. 1. cap. 3. col. 1.

Spiritu anima vititur, non autem natura. Alb. mag. de spi. & resp. l. 1. tra. 1. cap. 4. c. 92. col. 3.

Spiritus motus duplex est, sistoles, & diastoles. Alb. mag. de spi. & resp. l. 1. tra. 1. cap. 3. c. 54. col. 1.

Spiritus naturalis principium Socrates, & Plato dixerunt esse in epate: vitalis vero in corde: animalis autem in capite: quam opinionem imitatur Galenus per neruos in cerebro animalis spiritus statuens, per arterias vitales in corde, & per venas naturales in epate. Alber. mag. de spi. & resp. l. 1. tra. 1. cap. 1. c. 54. col. 4.

Spiritus oritur totus a corde, sed cum cor solum habeat virtutem generalem, & cætera membra principalia virtutes habeant particulares, & determinatas; ideo spiritus, qui oritur ex corde, & virtutem habet vitæ vniuersalem, & hoc in cerebro determinatur, & specificatur ad formam sensus in parte anteriori, & ad formam motus in posteriori, & ad formam vegetationis habet nutrimentum in epate, & ad formam formatiuam, & plasmatiuam, quam quidam dariuam, & diuinam vocant, in testiculis. Alber. mag. de spir. & respir. lib. 1. tra. 1. cap. 1. c. 55. col. 2.

Spiritus motuus influit per spondiles dorfi per omnia paria neruorum, quæ a spondilibus, & nucha oriuntur, & dat eis motuam virtutem. Alb. mag. de spir. & resp. l. 1. tra. 2. cap. 4. c. 56. col. 1.

Spiritus materialiter generatur ex humido, & actiue ex calido naturali. Alber. mag. de mort. & uit. tra. 2. cap. 7. char. 61. colum. 2.

Spiritus animalis paucus est, ideo oportet ut diligenter conseruetur. Albert. magn. de anim. l. 1. tra. 3. cap. 1. char. 25. colum. 2.

Spiritus saluatur in animali per alimētum: semper enim fit aliqua deperditio, cum calor agat in humidum, & absumat aliquid, & sic continue resoluit, & sic per alimentum

mentum restauratur. Diu. Thom. de animal. motu. lect. 8. char. 55. colum. 4.

Spiritus est in corde, quia primo mouens, & primo motum debent esse proxima, & simul. Idem ibid.

Spiritus natura mittit ad locum, ubi magis indiget. D. Tho. 7. polit. l. 2. ch. 129. col. 2.

Spiritus organum est primum omnium virtutum animæ, & sensitiuarum, & motiuarum. D. Tho. 8. politic. lect. 2. char. 130. colum. 2.

Spiritus quid sequitur.

Spiritus, quietus, & ordinatus, & mediocris inter magnum, & paruum, quietem cordis, & pacatum hominem significat. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. c. 2. c. 24. c. 2.

Spiritus quiescens per tempus longum, & ordinatum, & tandem cum angustia prodit æstium, & cogitatione, & molestia deiectionum denuntiat, & in poenitentia alicuius mali positum: præcipue si cum hoc caput quatiatur. At si oculos intorquet cum gemitu, aliquid mali in animo cogitat quomodo illud compleat. Albert. magn. ibid. char. 25.

Spiritus cum rugitu, & narium dilatatione emissus, feritatem, & magnam iracundiam, irrationabilem, & impetuofam fertur demonstrare. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 3. cap. 2. char. 25. col. 2.

Spiritus in ahelitu perturbatus, & spissus ac si cursu, vel angustia laborauerit, impetuofum, & iracundum præfert. Idem de ani. l. 1. tract. 3. cap. 2. c. 25. col. 2.

Spiritu in anhelitu breuis, & spissus, quasi interceptus, & decidens timidum, & imbecillum ostendit. Alb. Magn. de anim. l. 1. tract. 3. cap. 2. char. 25. colum. 2.

Spiritus cum gemitu, & vultus pietate eiectus, amore detineri ostendit. Idem de ani. l. 1. tr. 3. cap. 2. c. 25. col. 2.

Spiritus, ut naturalis.

Spiritus natiuus tum pro constitutione corporis, tum pro ætatis, mutatione, & auctior, & fortior fieri consuevit. Arist. de spir. cap. 1. c. 895.

Spiritus natiui auctio, & duratio fit foris accedente alimento, quod illum conseruat, & maiorem reddit. Aristotel. ibid.

Spiritus natiui duo sunt modi, vnde fit, & vnde accedat, aut respiratione, aut concoctione cibi absumpti, & ex his minime alienus videtur modus ille, quem cibi esse perhibent. Arist. ibid.

Spiritus naturalis non naturæ sed animæ nutritiæ est instrumentum. Alb. magn. de spir. & resp. lib. 1. tract. 1. cap. 52. char. 55. col. 5.

Spiritus naturalis, & opera naturalia, & virtutes naturales dicuntur, non ideo quod natura sit, quæ in huiusmodi agit, vt ab anima distinguitur; sed ideo quod virtutes, & opera illa similia sunt in naturalibus, licet ab anima procedant: quia fiunt per virtutes naturales, quæ sunt calidum, humidum, & siccum. Albert. mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 55. col. 3.

Spiritus ex natura complantatus est, qui ex humido cibali, & radicali nascitur, & circa diaphragma in regione vacua retinetur. Alber. magn. de spir. & resp. tractat. 1. cap. 2. char. 56. col. 1.

Spiritus ut vitalis.

Spiritus vitalis medius est inter cor mouens, & solidiores animalis partes motas. Simplic. in 3. de anim. sec. 2. tex. 54. char. 79. col. 1.

Spiritus vitalis quatuor habet operationes. Prima est, quod est viuificus, & hanc habet à summo motore, qui est anima. Secunda est, quod est calefactiuus, & habet à membro principali, quod est fons caloris. Tertia quod

est euentatius, & per hanc dissoluit, & verberando subtiliat ea, quæ viscosa sunt in nutrimento corporis, & hanc habet a suo proprio motu. Quarta quod expedit omnem virtutem animæ ad operationes essentielles, & sibi proprias. Alber. magn. de spir. & resp. lib. 1. tract. 1. cap. 6. c. 53. col. 2.

Spiritus vitalis in aliis animalibus distinctas habet vias a vis nutriti, in aliis non: sed mouetur cum nutrimento, vt in illis, quæ sanguinem non habent. Alber. mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 1. cap. 7. c. 53. col. 2.

Spiritus vitalis generatio, & essentia est in corde. Alber. mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 1. cap. 9. c. 53. col. 4.

Spiritus vitalis a corde oritur, & per arterias pulsando per totum corpus dirigitur a sinistro cordis, vel eius, quod est loco cordis, capiens originem, & tendens sursum, & deorsum in omnem corporis situm, & positionem. Alber. Magn. de spir. & resp. lib. 1. tract. 2. cap. 3. char. 55. colum. 4.

Spiritus viuifici virtus est in naturali: & virtus naturalis & viuifici est in aiali: ideo perfectior est animalis spiritus, cum plures in se habeat nobilitates vitæ. Albert. Mag. de spir. & resp. lib. 1. tract. 1. cap. 5. char. 56. col. 2.

Spiritus ut in semine.

Spiritus, qui est in semine, quatuor sunt operationes. Vna est dissoluere humidum, vt sit receptibile forma rum. Secunda est pulsare subtiliter vndique per ipsum, & hoc faciendo multa foramina facit, formando arterias, p. quas arteriatur quasi totum corpus aiatu. Tertia est vehere virtutem informantem virtutis ad oēs membrorum formationes. Quarta est, quod in humidum cum spiritu eadem via procedere nequeat, iuxta humidum sibi aperit vias ad dandum actum ad vitam. Alb. mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 1. cap. 5. ch. 53. col. 1.

Spiritus, qui est in semine hominis, intelligitio est instrumentum, vel etiam causæ primæ. Alber. magn. contra Auer. de vn. intel. cap. 8. c. 81. col. 3.

Spiritus ut crassus, & ut magis in hyeme videtur.

Spiritus in morbo crassi, & ob crassitatem corpulentis, abundantem febris motum perturbant; & visorium spiritum, in causaque est, vt decipiamur & duo vnus loco videantur. Mich. Ephes. de insom. c. 16. col. 4.

Spiratio vt fit, in quo in loco, & ipsius necessitas, & effectus.

Spirandi cum alius sit locus, & alius, quo manducamus, & bibimus, si bucellam grandiore deoramus, strangulamur; quia idem est si locus intrinsecus stipatus sit, & si adductus sit extrinsecus, & sic stringit locum spirandi proximum. Aristotel. problemat. sect. 34. num. 9. char. 651.

Spiramus dum longe venter trahentibus adducitur, reddentibus deducitur, atque repletur, quod contra accidere debere videtur, quia cum respiramus venter adductis costis in imum comprimitur: iccirco distendi in ampliore molem folium instar apparet. Arist. prob. sect. 34. num. 11. ch. 651.

Spirare cur necesse habemus? quia vt humor in spiritum dissolui potest, sic spiritus in ignem transire potest: qui cum oritur, spirare cogimur, & sic consequenter semper facimus. Aristoteles problemat. sect. 34. numer. 12. chart. 651.

Spiratio commoda cur colorem parit amariorem? quia pallor putredo quædam per summa corporis est: at cum humor per summum corpus est calidus, non pallet, nisi refrigeretur. Aristot. problem. sectio. 38. numer. 4. char. 659.

Spiritus

Spiritus vt differt ab inspiratione, & expiratione.

Spiritus differt ab expiratione, & inspiratione quinque differentijs. Prima, quia inspiratio, & exspiratio sunt ab exteriori spiritu, spiritus autem pulsans intus non est nisi ab interiori. Secunda est, quod iste est a motu cordis, illæ a motu pulmonis, vel ab eo quod loco pulmonis positum est. Tertia, quod in illa tanta est attractio, quanta expulsio, sano corpore existente, & bonæ habitudinis: in illis autem hoc non est necessarium, plus enim sæpe emittunt. Quarta, quia magis hic videtur esse simpliciter finis, & naturalis, illæ autem minus. Quinta, quia hic suo pulsu viuificat, & opera vitæ facit, illæ autem pulmonem, & cor a fumis malis purgat.

Alb. mag. de spir. & resp. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 57. col. 3.

Spissum, & rarum in cælo non pugnant inuicem, nec statio ad motum, nec inuicem transmutantur, quia non sunt apta nata fieri in eodem subiecto, cum sit alterius naturæ existentia. Simplic. in fecun. de cælo. text. 41. comment. 28. char. 66. colum. 4.

Spissum est, cuius partes ita restitæ sunt, vt inter ipsas nullum aliud corpus admitti possit. Boet. in præd. c. 182.

Spissum tantum lucet, ideo aer non lucet. Albert. mag. in 1. meteor. tract. 2. cap. 6. char. 81. col. 2.

Spissitudo, nec raritas est causa albi, vel nigri. Alb. magn. de sens. & sensa. tract. 2. cap. 2. char. 11. colum. 1.

Spissitudo, & rugositas non nisi ex frigiditate proficitur. Alb. mag. de spir. & resp. l. 1. tra. 1. cap. 1. char. 56. col. 4.

Splendores quidam vt stellæ discurrunt, aut tanquam fulgura coruscant, cum cælum potissime serenum, & sudum est in vento futuro vehementi: quia iam ventus cepit moueri: nobis vero corpore constantibus crassiori, & hebetiori, nondum patet, aerem tamen superiorem, ac tenuiorem mouendo incendit, & ita splendores illos cernimus. At cum ventus incaluerit, aerem terræ vicinum mouet, & nos id sentimus. Alexan. aphro. problem. 1. nume. 72. chart. 688.

Splendor est diuicatio luminis super corpus politum, & tersum. Alb. mag. de ani. tr. 3. cap. 12. char. 23. col. 3.

Splendor est participatio, vel effectus lucis ex reuerberatione radij ad corpus lucidum. Diuus Thomas in 2. de anim. lect. 14. tex. 70. char. 35. colum. 3.

Splendor canatur ex reuerberatione ad corpus lucidum. D. Thomas de nat. lumin. opusc. 51. char. 81. colum. 1.

Splen est vacuatorium sanguinis, & adustionis eius cineræ, quæ est melancholica, naturalis, & accidentalis: & habet quædam virtutem resistendi cordi ex latere vno, & felli, & hepatis: & alio habet turbiditatem sanguinis, & digerit eam. Alb. ma. de ani. l. 1. tr. 3. c. 5. c. 28. col. 1.

Splen trahit turbiditatem sanguinis, & digerit eam: & quando ponticat, vel fit acida, mandat eam ad os ventriculi per venam magnam, vt excitet appetitum in eo, & temperet caliditatem ipsius. Albertus mag. ibidem.

Splen si debilitatur in trahendo melancholiam ex hepate, accidunt corpori egritudines melancholicæ, vt morpheæ nigræ, cancri, varices, elephantia, & lepra. Alber. mag. de anima. lib. 1. tract. 3. cap. 5. char. 28. colum. 1.

Splen si attrahit bene melancholiam ex hepate, sed non expellit superfluum, oppilatur, & fit magnus, intumescit, & forte apostemat. Si superflue expellit, facit famem maximam. Si est acetosa facit nauisam, & vomitum, & intestinis facit accidere ex coriatione mortiferam. Albertus magnus ibidem.

Splenis corpus est rarum, vt facile recipiat superfluitates melancholicas, quæ ipsum ingrediuntur. Alber. magn. de anima. lib. 1. tract. 3. cap. 5. char. 28. colum. 1.

Splen hominis est strictus, longus, similis in exterioribus spleni porci. Idem de ani. l. 1. tract. 3. cap. 5. c. 28. col. 2.

Spoliator colubri vermis est coloris aurei viridi colore in terlucente, qui currit in puluere in vijs campestribus, & deuorat scarabeos, & fugit eos, & sic vocatur, quia

per caudam colubri ascēdit corpus colubri iacentis ad Solem, & primo caput colubri confricando demulcet, & postea mordet, nec deserit fugientem colubrum donec penetret cerebrum, & deuoret eius carnes. primo natus a parentibus cibatur, postea sine cibo immobilis iacet, & tandem excitatur ad sui curam. Albert. magn. de animal. lib. 25. char. 205. colum. 2.

Spondilis in genere est os, ante cuius circuli portionem est foramen, per quod nucha transit: & spondilium alia habent quatuor additamenta, alia sex, alia octo. Alber. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 11. c. 12. col. 3.

Spondiles, quæ descendunt per longitudinem pectoris, sunt illæ, quibus iunguntur costæ pectoris, quæ trahunt aerem, & sunt in vniuerso duodecim: quorum vndecim alas habent, & etiam additamentum: vna autem non habet alas: & habentes alas non sunt æquales: duodecima enim non habet alas, quia est apud renes. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 11. ch. 12. col. 2.

Spondiles inferiores renibus coniunctæ sunt quinque habentes additamenta, & alas latas, & in coniunctione inferiori valde dilatantur. Albertus magnus de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 11. char. 12. colum. 3.

Spondiles omnes sunt 24. in vniuerso. 7. colli 12. dorfi vsque ad locum extremitatis diaphragmatis, & inferioris vsque ad os renum quinque. & his similia sunt ossa caudæ tria, & ossa renum tria, quæ si supradictis iunguntur, sunt 30. quibus si duo ossa gutturis, triangulum scilicet super epiglotim, & quadrangulum super valuum pendens, addantur, sunt 32. secundum cursum naturalem, & communem. Albert. magus de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 11. char. 12. colum. 4.

Spondilia habet omne animal habens sanguinem, aut ex osse, aut ex spina. Idem de ani. l. 3. tra. 2. c. 1. c. 39. col. 3.

Spongiam sensum habere aliquem creditur, quia difficilius abstrahuntur, nisi clanculum agatur. Aristotel. de histor. anim. 1. cap. 1. chart. 6.

Spongiarum triplex est sensus, aliæ raræ, aliæ spissæ, aliæ quas nominant acchilleas. tenuissimum genus id tertium, & spississimum, & validissimum est, quod galeis, & ocreis inseritur: quia minus ciere sonitum comperitur est. At quæ asperæ sunt, hirci nomine nuncupantur: quæ omnes aut ad saxa nascuntur, aut iuxta litus, lutoque aluntur: quia limo refertæ omnes cernuntur, quæ capiuntur: sunt spissæ imbecilliores quam raræ. Sensus ipsis inest, quia contrahuntur ad accessum euul foris: Aliæ sunt, quæ Aplysiæ appellantur: toto corpore dentium est genus hoc, habetque meatus ampliores. Aristot. de histor. animal. 5. cap. 16. char. 170.

Spongia cum adhærendo tantum viuere possit, absolute autem viuere non possit, similis est plantis. Aristoteles de partib. animal. 4. cap. 3. chart. 517.

Spongia propria qualitate educit aquam, quæ vino mista est. Alexan. aphro. de mist. char. 59. colum. 4.

Spongiæ, & ostrea cū careant vi progrediendi, inter plantas ac animalia iacent. Ammon. in Porphy. c. 7. col. 4.

Spongia maris animata est. Auerroes de anim. 1. tex. 48. chart. 124. colum. 3.

Spongiæ tres sunt species. Vna rara in substantia: alia spissa, & tertia, quæ vocatur album, est spissa, & fortis valde: & propter hoc ponitur sub galeis ferreis, vt non inducât dolorem, & percussione gladij, aut alterius; sed raro inueniuntur. Est præterea aliud spogiæ genus, quod gamen vocatur, quod abluj perfecte nequit, & pulmonis substantiæ similis est. Albertus magnus de animal. lib. 5. tract. 2. cap. 3. char. 55. colum. 3.

Spongia marinarum est, & multorum generum, habet motum constrictionis, & dilatationis: abruptæ a radicibus excrescunt, quædam mouentur de loco ad locum, in aquis turbidis melius viuunt. Alber. mag. de anima. lib. 24. cap. 1. char. 199. colum. 1.

Sponte eadem fieri possunt, quæ arte fiunt, vt fanitas.

Aristotel. de partib. anim. 1. cap. 1. char. 403.
Spontanea sunt, quorum principium in ipso est ea agere, vel non agere, in ipso quoque situm est. Aristotel. in 3. ethic. nicom. cap. 1. char. 50.
Spontaneum illud esse videtur, cuius principium est in eo, qui agit, particularia cognoscens, in quibus est actio. Arist. in 3. ethic. nicom. cap. 1. c. 53.
Spontaneum est, quod in sua quisque potestate situm cognoscens, nec ignorans agit, aut quem, aut quo, aut cuius, & vnumquodque illorum non per accidens, nec per vim. Arist. in 5. ethic. nicom. cap. 8. c. 127.
Spontaneorum alia cum electione agimus, vt quæ præconsultamus: alia sine electione, vt quæ nulla præconsultatione adhibita facimus. Idem ibid. c. 128.
Sporadæ sunt stellæ, quæ in cælo nullam formant imaginem. Alexander Aphrodisiensis in 1. meteorol. cap. 10. char. 33. colum. 1.
Squama integuntur pisces tantum, qui ouum arenidum illud paritunt. nam ex longis conger tale ouum non edit, nec murena. Aristoteles de histor. animalium 3. capit. 17. char. 89.
Squillarum genere continetur gibbæ, crangiones, & parua, quæ maiores nunquam effici possunt. Aristotel. de hist. anim. 4. cap. 2. char. 111.
Squillæ a cancratio genere differunt, quia caudâ habent: a crustario verò, quod forcipe careant, quia plures habent pedes. Arist. de part. anim. 4. cap. 8. char. 525.
Squilla est herba muris, quia interficit mures: est calida, & sicca, eiusque comestio acuit visum. Alber. magn. de veg. & plant. l. 6. trac. 2. cap. 16. c. 169. col. 4.
Stabelbius Myriæ præfectus, cum mercedem militibus deberet, conuocatis ducibus dixit sibi opus non esse militibus priuatis, quod si quando indigeret, tunc seductoribus singulis erogare solitum argentum, & eos mittere ad cogendam militiam, mercedemque, quam illis deberet libentius soluere ductoribus. iussit ergo vnumquemque quicquid descriptorum militum haberent extra regionem emittere: at duces rati sibi ipsis ex ea re quatuor partem pecuniæ fore, milites ipsos miserunt, deinde breui interiecto tempore, vbi eosdem coegit, dixit, videri sibi, neque sine choro tibicinem, neque sine priuatis militibus duces vtilitatis quicquam haberi, itaque illos migrare, e prouincia imperauit. Arist. oconom. 2. char. 826.
Stabilis rei stabilem quoque causam esse necesse est. Eustr. in 1. ethicor. char. 67.
Stagnû circa Liguriam in Massiliensi agro reperiri aiunt, quod ebullit, & aquas supereffundit, tantamque copiam piscium eicere, vt nec credere dignum est. Cum autem Etesia essent, terræ puluerem super se obducit, eumque talem illi procreat, vt superficiem eius, ceu solum firmet. Cæterum indigenæ tridente id interrumpunt, & quotquot pisces voluerint, excipiunt. Arist. de admir. aud. nu. 87. char. 855.
Stannum celticum plumbo multo ocyus liquefcere scribitur: cuius eliquationis argumentum est, quod in aqua positum liquefcere soleat, vt constat: ergo facile colorat. liquefcit autem extremo frigore, geluque procreato, cum ipsius innatus calor ad intra recluditur, ac ob eius imbecillitatem compellitur. Aristotel. de admir. aud. num. 48. char. 847.
Stannum in nullo alio differt a plumbo, nisi quia purius est, & albus. Alb. mag. in 4. de mineral. ex tractat. 2. cap. 4. char. 148. colum. 1.
Stans omne, cum stat, necesse est moueri. Si enim non mouetur, quiescit: sed non tendit ad quietem quiescens. Arist. in 6. phy. su. 4. cap. 7. t. 67. c. 167.
Stare in tempore necesse est. Aristotel. in 6. phy. su. 4. cap. 4. tex. 68. chart. 167.
Stans non est in quo primo stat. Arist. in 6. physicor. su. 4. cap. 4. tex. 70. char. 168.

Stare differt a quiescere, quia stare dicuntur etiam imobilia: quiescere autem solum ea, quæ cum moueri possint, non mouentur. Simp. in 4. phy. c. 271. col. 2.
Stans est, cuius superiora recte cruribus incumbunt. Alb. mag. in sex. princ. c. 75. col. 2.
Statio fieri nequit sine multicolorum aliqua extensione. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 17. c. 15. col. 4.
Stare, & quiescere non est operatio, sed operationis, vel motus priuatio. Diuus Thom. in 2. de cælo, lect. 18. tex. 66. char. 48. colum. 1.
Statera cur paruo appendiculo magna sustineat onera, cum alioquin tota dimidiata existat libra? vbi enim onus imponitur solum suspenditur lanx: in altera sola est statera. Quia simul & libram, & vectem esse stateram contingit: libram quidem, vbi partorum quodcumque sit centrum stateræ: in altera lancem, in altera pro lance æquipondii appendiculum habet, quod libræ incumbit. Arist. quæst. mecan. quæst. 20. c. 792.
Status omnis non est quies, sed ille tantum, qui est post motum. Simp. in 2. phy. c. 92. col. 2.
Status tractati sunt ab Aristotele, & qui eum accusant, aut noluerunt animaduertere, aut nesciuerunt ex suis verbis elicere, quæ ad status pertinent. Dan. Barb. in 1. rhetoricor. char. 79.

Stella quid est.

Stellarum natura perpetua est: ergo & motor perpetuus esse debet. Them. in 12. metaph. c. 77.
Stellæ cæli notæ sunt non transmutabiles. Auer. in 1. de cælo, tex. 19. char. 7. colum. 4.
Stellæ sunt partes nobiliores cæli, & non componuntur ex contrarijs non enim sequitur, vt remissio sit semper ex immisione contrarijs. Auerroes in 2. de cælo, tex. 15. char. 49. colum. 3.
Stellæ sunt ex nobilioribus partibus sui corporis cælestis. Auer. in 2. de cælo, tex. 41. ch. 58. col. 3.
Stellæ omnes eiusdem naturæ sunt specie cum corporibus cælestibus. Auer. in 2. de cælo, tex. 48. c. 61. col. 3.
Stellæ si essent eadem genere, & plura specie, essent compositæ ex materia, & forma. Auerroes in 2. de cælo, tex. 48. char. 62. columna 1.
Stella est nobilior pars cæli, per quam cognoscimus omnem id, quod scimus de corpore primo. Alb. mag. in 2. de cælo, tract. 3. cap. 1. ch. 31. col. 3.
Stella est dignior pars orbis, in quo est, cui præsidet motor orbis, & per ipsam insiuit motum in totum orbem. Alb. mag. in 2. de cælo, tract. 3. cap. 4. c. 33. col. 2.
Stellas flores terræ esse dixerunt Protagoras, & qui eum sequuti sunt, & conuenientiam omnem stellam cum aliquo flore habere, vt parentem cum prole. Alb. mag. de veget. l. 2. trac. 2. cap. 7. c. 136. col. 2.

stellæ motus, lumen, proprietates, & quid operantur.

Stella vna si spherica est, & reliquæ sphericæ erunt: Arist. in 2. de cælo. su. 3. cap. 5. t. 60. c. 313.
Stellas quasdam, ait Democritus, cometis dissolutis apparuisse: hoc autem non oportebat aliquando fieri, aliquando non, sed semper. Aristotel. in 1. meteor. sum. 1. cap. 3. chart. 465.
Stellæ, & si maiores, & minores appareant, attamen indiuisibiles per se esse videntur. Idem ibid. c. 466.
Stellæ cur illustriores videntur vbi per hyemem imber desit? quia tam aer superior, quam inferior per agitationem extenuatur, & quasi per imbrem deterius conspectum sinceriores corporum cælestium præstat, & transitum libertiorem oculis præbet. Alexan. Aphrod. probl. 1. num. 116. char. 708.
Stellæ cadentes non sunt cæli, diminuerentur enim ita longo

longo spacio. Auer. in 1. de cælo. text. 16. ch. 7. tofum. 4.
Stellæ si mouerentur ex se, mouerentur motu recto. Auer. in 2. de cælo. tex. 43. char. 60. col. 1.
Stellam aliquam in medio esse non est remotum, cuius motus sit velocior motu eius, qui est sub ea, propter abundantiam suæ potentie supra potentiam alterius. Auer. in 2. de cælo. tex. 58. char. 64. col. 3.
Stella quo maioris magnitudinis est, & aeri propinquior, maiorem in aere actionem operatur. Auer. in 2. de cælo tex. 42. char. 139. colum. 1.
Stellarum affixio in suis globis est propria causa, vt non audiatur sonus in earum reuolutione. Auer. in 2. de cælo tex. 42. char. 139. colum. 1.
Stellæ variantur in diuersitate motuum ob tres causas. Prima est ex diuersitate propriarum virtutum mouentium. Secunda est ex diuersitate potentie mouentis primi respectu eorum. Tertia ex diuersitate distantie, super quam mouetur. Auerroes in secun. de cælo. tex. 59. chart. 140. col. 1.
Stellæ dant vnicuique enti suam complexionem propriam. Auer. in 2. de gener. & cor. char. 179. col. 1.
Stellæ cuiusdam circulatione vitæ entium mensurari non est inconueniens, & magis huius, quam alterius. Auer. in 2. de gener. & cor. char. 179. col. 1.
Stellæ quædam sunt fortunatæ, quædam infortunatæ, vt dicunt Astrologi, sed tamen impossibile est scire de eis, quod quædam sint meliores quibusdam, hoc enim inuenitur in absolutis a motu, vt in mobilibus. Auer. in 9. metaph. text. com. 19. char. 115.
Stellam moueri super polos diuersos motu giratio ex motibus contrarijs ponere possumus, & hinc accidit, vt aliquando videatur velox, aliquando tarda, aliquando retrograda, aliquando progressa, vt diuersetur sua latitudo a Zodiaco. Auerroes in 12. metaphysic. text. comment. 47. char. 155.
Stellæ, quæ sunt in æquinoctiali, velocius mouentur, quam cæteræ stellæ. Albert. mag. in 8. physic. tract. 4. cap. 6. chart. 108. colum. 1.
Stellæ habent proprietates elementorum, non vt dispositæ per ipsas, sed sicut facientes eas in materia, quæ susceptibilis est contrarietatis. Albertus magnus in 2. de cælo. tract. 3. cap. 2. char. 32. col. 2.
Stellæ alie operantur frigus, alie calorem: ideo calor non capitur tantum ex motu stellarum. Albertus magnus ibidem cap. 3. char. 32. col. 3.
Stellæ omnes accipiunt lumen à Sole, sed cum non solum extrinsecus, sed etiam intrinsecus accipiant lumen, ideo lumen eis incorporatum accipit virtutem, & naturam corporum, quibus incorporatur. Albert. mag. in 2. de cælo. tract. 3. cap. 3. chart. 34. col. 2.
Stellæ quantitate, lumine, situ, & motu mouent, & disponentur hæc inferiora secundum omnem materiam generabilem, & corruptibilem: quæ virtus infunditur loco generationis vnicuique rei, & producit omnia elementa, & ea, quæ ex elementis constant. Hæc autem virtus ex tribus congregatur: ex motore orbis: ex orbis motu cum omnibus suis partibus, & figuris partium, quæ resultant ex diuersitate aspectuum; & ex virtute elementi, quæ est calor, frigus, humiditas, & siccitas. Prima, vt forma dirigens. Secunda, vt manus operatio. Tertia, vt instrumentum, quod manu mouetur. Albert. mag. in 1. de miner. ex tract. 1. cap. 8. chart. 136. col. 2.
Stellarum lumen radiale est qualitas infusa elementis, & in ipso sunt virtutes superiorum motorum, quæ ab vnoquoque passuorum inferiorum percipiuntur secundum quod congruum ex natura, & possibile fuerit vnicuique. Albertus magnus de som. & vig. libr. 3. tract. 1. cap. 9. chart. 37. colum. 3.
Stellæ influunt virtutes duplici medio: per radios, & per locum continentem. Albert. mag. de natur. locor. tract. 2. cap. 1. char. 99. colum. 2.

Stellæ, vt fixæ.

Stellæ fixæ videntur scintillare, planetæ non, forte ob imbecillitatem nostri visus: planetæ enim propè sunt, quare visus potens ad ipsos peruenit. Aristotele. in 2. de cælo sum. 3. cap. 2. tex. 48. char. 308.
Stellæ non errantes comam accipiunt, & hoc non solum est credendum Aegyptijs, sed & nos vidimus. Earum enim, quæ sunt in femore canis, stella quædam habuit comam, obscuram tamen. Intendentibus enim in ipsam, hebes fiebat lumen: adicientibus autem sensim visum, maius. Et anno salutis 1572. visus fuit cometa sub stella vna Cassiopeæ, absque cauda tamen, qui postea euauit relicta stella, vt prius: nam tempore quo exhalationem sub se attractam gerebat, maior visa est stella illa cæteris omnibus non solum primæ magnitudinis, sed Ioue ipso, ac Venere. Arist. meteor. 1. f. 2. c. 3. c. 465.
Stellæ fixæ, quæ longe absunt a nobis, scintillant, quia visus præcedentes debiliores sunt. Ioannes grammatic. in 1. poster. cap. 10. char. 28. col. 1.
Stellarum fixarum spheræ terram mouet, & quia multæ sunt imagines in ea, ideo in terra multæ imagines generantur. Alb. ma. in 1. de gen. & cor. tr. 6. c. 4. c. 70. col. 3.
Stellæ fixæ omnes proprietatem aliorum planetarum sequuntur. Albertus magnus in 2. de generatio. & corruptio. tract. 3. cap. 5. char. 76. colum. 4.
Stella Canis duplex: alia ad pedem Orionis, & alia ad pedes Geminorum versus Cæcum ad meridiem, & parte vtriusque sunt venti. Albertus magn. in 3. meteor. tract. 1. cap. 17. chart. 98. colum. 3.
Stella Canticule cum Sole existente quatuor de causis est maximus calor. Primo, quia Sol est in Cancro versus Leonem ex loco cæli, quia est iuxta locum proprium Solis. Secundo, ob vicinitatem ad habitationem nostram. Tertio, vt reflexione circuli, quia tunc circa eundem locum mutatur. Quarto, ex conuictione stellarum calidarum. Alb. mag. in 3. meteor. tr. 1. ca. 17. ch. 98. col. 3.
Stellæ fixæ scintillare videntur, vt & multæ alie res longe apparentes, quia radij quanto maiori distantia differunt, tanto magis attenuantur, & sic tremunt. Alb. magn. de sens. & sens. tract. 1. cap. 9. chart. 6. colum. 2.
Stellæ fixæ scintillant, eo quod visus in comprehensione earum colligatur propter earum distantiam. Diuus Thomas in poster. char. 55. colum. 2.
Stellæ fixæ appellantur, quia semper inter se conseruant eandem distantiam, & elongationem. Diuus Thomas in 2. de cælo. lect. 12. text. 49. char. 41. col. 3.
Stellarum fixarum spheræ octaua mouet terram, & quia in ipsa sunt multæ figuræ, ideo in generatis figurantur multæ imagines. D. Thomas in 1. de generat. & corruptio. lect. 24. text. 84. char. 22. colum. 3.
Stellarum fixarum motus nondum erat tempore Arist. comprehensus. D. Tho. in 12. metaph. l. 9. t. 43. ch. 880.

Stellæ, vt planeta.

Stella Mercurij est iuxta umbram terræ. Albert. mag. in prim. meteor. tract. 2. cap. 3. chart. 81. col. 1.
Stellæ meridionales radiant super climata prima, & non super ultima: aquilonares uerò super ultima, & non super prima. Alb. mag. de nat. loc. tr. 1. c. 11. ch. 97. col. 3.

Stella, vt de die nidetur, & ut eius radij uniuntur.

Stellæ videntur de die aere sereno in profundo puteo existenti, & si supra puteum non videntur, quod indicat nihil ex oculis exire, quod sensibilia apprehendant. Ioannes grammatic. in 2. de anima. text. 72. ch. 57. col. 3.
Stellarum radij non congregantur, nisi in centro spheræ, vt ait Ptolomæus in Quadrupartito. Albert. magn. in 8. physic. tract. 3. cap. 9. char. 106. colum. 1.

Stella, ut differunt inter se.

Stella differunt inuicem specie. Alb. mag. in 1. de coe-
lo. trac. 3. cap. 8. c. 16. col. 4.

Stella, ut oriuntur, & occidunt.

Stellarum occasus tunc dicitur, cum intrat radios
Solis. Loquitur de occasu Iliaco. D. Thom. in 1.
meteor. lec. 10. char. 33.

Stella, ut uapores.

Stellæ cum profiliunt, venti cur indicium datur? quia
afflatu feruntur, priusque ibi, quam apud nos flatus
excurrit. quo fit etiam, ut vnde stellæ feruntur, huc fla-
tus accedat. Arist. probl. sec. 26. nu. 25. c. 586.

Stella, ut animal.

Tella quæ vocatur, adeo calida est, ut omnia, quæ
tangit, protinus decoquat. Aristotel. de historia
animal. 5. cap. 15. char. 168.

Stella piscis est in mari Occidentali in figura stellæ for-
matus, cuius caro interior est mollis, exterior dura,
igneum calorem in se habet, ut quicquid deuorauerit
de panis bis coctus in ventre eius inuenitur. Alb. mag.
de ani. l. 24. cap. 1. c. 199. col. 1.

Stellæ figura est vermis (ut ait Plinius) qui nocte, ut stella
lucet, sed nunquam apparet, nisi post magnas nubes,
cum prædicit serenitatem. Huic vermi dicitur tantum
frigus ineffe, ut extinguat ignem, ut glacies: & si eius
sanie caro hominis cõtacta fuerit, omnes decidunt ca-
pilli, & quod tactum fuerit mutatur in virorem, & ex
putredine generatur. Alb. mag. de ani. l. 26. ch. 205. c. 2.

Stellionum morsus in quibusdam locis Italiæ exitiales
sunt. Arist. de hist. ani. 8. cap. 29. c. 311.

Stellio deorat araneos. Aristotel. de histor. animal. 9.
cap. 1. char. 317.

Stellio est salamandra quadrupes, lacertis similis: Alber.
mag. de animal. l. 25. ch. 202. col. 3.

Stercus ferarum cur minus, quam vrbiorum animan-
tium fetet, & damarum, & aliorum quorundam ex-
crementa paulisper aroma redoleant? Quoniam cibo
ficciori, & simpliciori vescuntur, laboratque vehemen-
tius, & hominis sterces maxime fetet, quia vario, hu-
midoque cibo vitur, atque plusquam sit satis impor-
tune priusquam egeamus, gula ingerimus, & minus
per laborem nos exercemus, & minus calore abunda-
mus. Et cum cibus nõ plene concoquitur, vel satis dis-
sili non queat per copiam, putrescit aliquantulũ, & gra-
uius olet. Alex. Aphr. probl. 1. nu. 29. c. 674.

Stercus hominum, qui morbo maioris intestini laborat,
cur speciem gerat bubuli? quoniam morbus hic ex pi-
tuita magna ex parte oriri solet, & pituita putrescens
spiritum agit, qui fœces subit, inflat, tumefacit, atque
ita similes bubulis reddit, vnde fit sapi, ut vel in aqua
valeat innatare: Bubulum autem inflari propterea ar-
bitrandum, quoniam plurimum bonum pabulum pa-
lea est, & fenum, plurimumque proinde spiritus mouet-
tur. Alex. aphr. prob. 2. num. 90. char. 765.

Sterilitatis causa cum ætas, & viro, & mulieri iam præcel-
serit, si inter se congressi non gignunt, interdum in
vtrisque, interdum in altero tantummodo est. Arist. de
histor. animal. 10. cap. 1. char. 381.

Sterilitas ijs est, si in emittendo simul non conueniunt
vir, & foemina, sed longe inter se discrepent, & in-
viro causa esse dignoscitur, si cum alijs non procreat.
Arist. de histor. anim. 10. cap. 7. ch. 395.

Sterilitatis causæ multæ sunt. Nam alijs a primo or-
tũ naturæ locis ad coitum commodis oblatis, ste-

riles, & viri, & mulieres redduntur, ut alteræ non
pubescant, alteri non barbescant. Alijs in proces-
su ætatis idem accidit affectus, & gignuntur mulieres
viragines, quibus menstrua defunt, & viri foemina-
les, quibus semen exile, frigidumque est. Aristotel.
de generat. anim. 2. cap. 5. char. 178.

Sterilitatis causæ in spermate sunt, quod male fit com-
plexionatum calido, vel frigido excellenti, vel humi-
do, & sicco, ideo impediatur virtutem generatiuam,
& virtus incommunicatiua spermatum, & infantis,
& nauſatiuam fatietatem patientis frequenter, aut
ebrij frequentius, aut senis, & cuius non sunt mem-
bra sana. Albert. Magn. de animal. libr. 10. tractat. 2.
capit. prim. char. 94. column. 2.

Sterilitatis causæ ex parte mulieris sunt præcipue si sit
frigida frigore constringente poros, ne menstruet,
& humiditas multa, & quia matrix ex partu discon-
tinuata non bene est readunata, ideo non retinet sper-
ma: & cum est adeps multus super zirbum, & com-
primit matricem. Alber. Magn. de animal. libr. 10.
tractat. 1. cap. 1. char. 94. column. 2.

Sterilitatis causæ ex parte membri genitalis sunt, si de-
bilis sunt vasa spermatis, aut abscessa, ut si abscondan-
tur venæ post auriculas, quia hic non spermatur.
amplius: aut si ementulatur, aut nerui genitalium
læduntur, aut emplastrantur iusquam nigro: &
velut nimia amplitudo, & arctitudo nimia: & ve-
retrum est nimis breue, & nerui virgæ tortura. Alb.
mag. de ani. l. 10. tract. 1. cap. 1. c. 94. col. 3.

Sterilitatis causæ ex errore situs sunt, si mulier in latere
disponitur, aut mulier virum supergreditur, aut sistat,
& si posterius cognoscatur, quia natum spissitudo im-
pedit, ne ad matricis os accedat sperma. Alber. mag. de
ani. l. 10. tract. 1. cap. 1. c. 94. col. 3.

Sterilitatis causa est ex motu, si mulier cito post coitum
surgit, & mouetur, vel saltat, aut mingit retinendo
vrinam intra labia vuluæ, & faciendo ipsum sursum
redundare ad os matricis. Alber. magn. de ani. l. 10.
tract. 2. cap. 1. char. 94. col. 2.

Sterilitatis causa, quæ est per se, est desirutio spermatis
a virtute generatiua, quæ secundum naturam est in ip-
so. At per accidens sterilitatis causæ sunt multæ. Alb.
mag. de ani. l. 16. trac. 2. cap. 1. c. 142. col. 1.

Sternutamentum est status vniuersi eruptio, & signum
augurale, & vnum ex spirituum omnium generibus
sanctum, & sacrum. Arist. de histor. ani. 1. cap. 1. ch. 22.

Sternutare in animalium genere maxime homo solet, vel
quia meatus obtinet amplores, per quos spiritus, &
odor subeunt: his enim spiritu repleti sternuimus. In-
dicium verò datus esse meatus homini laxiores, quod
is olfactu minime omnium valet, quò nanque meatus
arctiores sunt, eo magis vim obtinent olfaciendi.
Quod si in amplores plus humoris ingreditur, quo
inducto sternutamentum fieri solet: tale autem genus
hominum omnium maxime animantium obtinet: merito homo
solus sternuere sæpissime consuevit. Vel quia homo breuissimis
naribus est, ita ut humor concalescens celestis fer commutari
in spiritum possit, cum cæteris refrigerat præ longitudine prius,
quam mutetur. Arist. probl. sec. 10. nu. 20. c. 431.

Sternutare maxime animantium homo solet, quod gra-
uedine maxime homo tentatur, quia calor, q̄ circa cor
est, sursum sua natura tendit, & cæteris animalibus in
armos se effert, homini recta ad caput tedit, & calore
humores sequuntur. Arist. probl. sec. 10. nu. 53. c. 444.

Sternutamentum est, vel spiritus vniuersi delatio, hu-
more scilicet plus aliquid exhalante, vel crudi humo-
ris conatus, & excursus. Aristotel. problemat. sec. 10.
numer. 43. char. 444.

Sternutaturus si oculum perfricauerit, minus sternutat,
quia sternutamentum excitatur a calore: frictio
oculorum

oculorum calorem eiere potest, qui calor quoniam lo-
cus, quo sternutamus oculis in propinquo est, alterum
sternuendi calorem tollit, ut minor ignis ab ampliore
absumitur. Arist. problem. sec. 33. nume. 2. chart. 643.

Sternuere cur bis, non semel, aut sæpius magna ex parte
solemus? quia binis naribus fumus: per vtranque enim
nares venula partita discurrit, qua spiritus solet per-
meare. Arist. problem. sec. 33. num. 3. char. 643.

Sternutare qui Solæ afpexerint, cur magis consueverunt?
quia Sol calefaciens mouet, ut qui nares penna solici-
tant, ut qui motu magis spiritum eliciunt. Arist. probl.
sec. 33. nume. 4. char. 643.

Sternutamentum cur pro numine habetur, non tussis,
non grauedo? quia de capite membrorum omnium
præcipue diuino, vnde cogitatio est, suum ducit prin-
cipium. Vel quia cæteri illi affectus ratione morbi eue-
niant, hæc secus exultet. Aristoteles problem. sec. 33.
numer. 8. chart. 644.

Sternutamentum indicium est caput bene se habere, &
posse concoquere. Arist. probl. sec. 33. nu. 9. char. 645.

Sternutatorijs moribundos excitamus, tanquam si hoc
affici nequeant, spes nulla salutis sit. Aristote. problem.
sec. 33. num. 9. char. 645.

Sternutare cur homo maxime omnium animantium so-
litus sit? quia foramina sui corporis obtinet latiora: per
quæ spiritus interrumpere possit: his enim spiritu im-
pletis sternuimus. Arist. probl. sec. 33. nu. 10. char. 645.

Sternutant maxime homines, qui naribus breuissimis sunt.
Arist. problem. sec. 33. nume. 10. char. 645.

Sternutamenta cur quæ de medio noctis ad meridiem
mouentur, damnemus, quæ de meridie ad noctis me-
dium approbamus? quia cum rem aliquam exordi-
mur, tunc sternutamentum potius obseruandum sit:
Itaque cum rem agere pergitur, atque inter initia ster-
nuisse acciderit, amouemur, remque inceptam tem-
perandum prosequi censemus. Dies igitur, & aurora,
& de medio vsque noctis initium quasi quoddam est:
itaque ominosum tantisper esse sternutamentum pu-
tamus, temperamurque sternutare, ne pergentem
quempiam ad agendum reuocemus, post meridiem ve-
ro, atque medium vsque noctis, finis veluti quidam
est, tempusque illi contrarium: itaque contra tunc exi-
stimatur, & agitur. Arist. probl. sec. 33. nu. 11. ch. 646.

Sternutant senes laboriosius, quia facile eleuare nequeunt,
per vim demittunt, & concussant. Arist. problematum,
sec. 33. nume. 12. char. 646.

Sternutamentum cur non dormientibus, sed prope dix-
rim semper vigilantibus fiat? quia fieri nequit nisi a ca-
lore, & dormientibus calor circumobstitit, & caput de-
relinquit, a quo fiunt sternutamenta. Arist. problemat.
sec. 33. num. 15. char. 647.

Sternutametum, & minctionem horror sequi solet, quia
vtraque re venæ inanes aeris redduntur, quem calidum
ante continebant, & alius subit frigidior eo, qui in ve-
nis ante erat, & ob id membra inhorrescunt. Aristote.
problem. sec. 33. nu. 16. char. 647.

Sternutat homo amplius, crebrius, & vehementius, quam
cætera animalia, quoniam cibo, & potione largius, &
magis varie vitur: & sæpe ultra fatietatem repletur,
& cum cibos satis concoquere nequeat, multum spiri-
tus ob humoris copiam mouet, & spiritus pro sua te-
nuitate efferens ad cerebrum cogit id cerebro ad se ex-
pellendum incitari. Alex. aphr. probl. 1. nu. 144. c. 720.

Sternutatio est proprius motus cerebri ad expellendum
humorem, aut materiam aliam cum adiutorio aeris,
qui attractus est per nares, & expellitur illico per na-
res, & os. Albertus magnus de animal. libr. 1. tractat. 1.
cap. 8. char. 10. colum. 3.

Sternutatio accidit cerebro, ut tussis pulmonibus, & eis, quæ
pulmoni coniuncta sunt. Albert. mag. de anima. lib. 1.
tract. 2. cap. 8. chart. 10. colum. 3.

Sternutatio impeditur fortiter compresso angulo trian-
guli superiori nasi inter supercilia, quia materia expel-
lenda redit ad interiora. Alber. magn. de animal. lib. 1.
tract. 2. cap. 8. chart. 10. colum. 3.

Sternutatio est signum fortitudinis cerebri, ideo cito in-
terituri sternutare nequeunt. Alber. magn. de animal.
lib. 1. tract. 2. cap. 8. char. 10. col. 3.

Sternutationem prouocantibus appositis infirmo, & nõ
sternutanti, signum est non esse conualiturum. Alber.
magn. de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 8. chart. 10. colum. 3.

Sternutatio fit cum colligentes se lacerti pectoris, & pa-
rietis, & cerebri adiutorio aeris attracti expellunt no-
cumenta per excussionem sui. Alb. magn. de ani. lib. 1.
tract. 2. cap. 8. char. 10. colum. 3.

Sticados est herba calida, & sicca: resoluit, & subtiliat
amaritudine sua: confert melancholiæ, epilepsiæ, &
prouocat vomitum. Alb. mag. de veget. & plant. lib. 6.
tract. 2. cap. 17. char. 170. colum. 2.

Stincus piscis, est animal, quod inuenitur sub ligno vel
continetur. Albertus magnus de animal. lib. 4. tract. 1.
cap. 1. char. 45. colum. 4.

Stipes plantæ est, quæ sola è terra nascitur, & staturæ ho-
minis est similis. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 370.

Stipes est, quæ sola à terra nascitur à radice, quasi per-
pendiculariter ad rectos angulos erecta. Alb. magn. de
veget. lib. 1. tract. 2. cap. 4. char. 128. col. 2.

Stiptici saporis subiectum est substantia media inter gros-
sitiem, & subtilitatem, frigida. Albertus mag. de veget.
lib. 3. tract. 2. ca. 3. char. 139. col. 2.

Stiptici sapor cõtrahit, inspissat, indurat, & retinet. Alb.
mag. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 4. char. 139. colum. 3.

Stirpium natura, quoniam stabilis est, non ex multis, &
varijs partibus dissimilaribus constat, quippe cum ad
paucas actiones paucorum instrumentorum vsus re-
quiratur. Arist. de partib. anim. 2. cap. 10. char. 449.

Stirpium cur aliæ ad semen vsque viuere possunt, & cum
semen tulerunt, exarescunt, ut olera: aliæ sæpius fructi-
ficare solent, & viuendum ad semen vsque ferendum
cum maior pars annua sit, hippocelinum anno poste-
ro fructum affert, & cum attulit, exarescit? quia om-
nia eatenus viuunt ætate, quatenus semine valeant.
Vbi autem semen ferre non amplius possunt, senescunt,
quamquam alia ocuis, alia feruis, & id proportione: &
sic, quæ imbecilla non amplius, quam semel semen fer-
re possunt. Quæ vero præualida surgunt, hæc annis
plurculis possunt diu vitam agere, & sæpius fructifica-
re. Arist. problem. sec. 20. num. 7. char. 529.

Stirpium nonnullæ cur caulem semper edunt inanem?
quia illis, quarum natura imbecillior est, has rarum,
inanemque emittere caulem necesse est. Arist. probl.
sec. 20. nume. 19. char. 534.

Stirpium partes abscessæ quædam viuunt, & adolescere
possunt, quod animalibus negatum est: quia stirpes
habent altricem solam animam, quæ in vniuerso cor-
pore est, nec tot organa indigent, & solo alimento ser-
uari possunt, utcunque sibi præstito quod animalibus
non item conuenit: sed diuersis distinctis organa in-
tercedentibus nutriuntur. Alex. aphro. in 1. de anima.
cap. 11. chart. 35. colum. 1.

Stirpes syluestres validiores sunt, quam vrbang, & lætio-
res, quoniam solertia naturæ non humani ingenij crean-
tur: carent enim humoris nimia copia, quæ fatias stir-
pes relaxat, & effeminat. Alexander aphrod. problem.
sec. nume. 52. char. 742.

Stoici existimarunt primum domesticum esse animal sibi,
Alexan. aphrod. in 2. de anim. cap. 4. char. 51. colum. 3.

Stoici aiunt vniuersum comburi debere. Porphyrius in
prædicament. chart. 19.

Stoici philosophiæ partem logicam esse dixerunt. In quæ-
stione an pars, vel instrumentum sit logica. Ammon.
in Porphy. char. 25. colum. 3.

Stoici logicam philosophiæ partem, Peripatetici instrumentum, Platonici, & partem, & instrumentum esse dixerunt. Io. Gra. in prior. c. 3. col. 1.

Stoici omnia ex necessitate, ac secundum providentiam fieri putant, casumque ignorantiam nostram esse aiunt. Boet. in l. de inter. c. 360.

Stoici primi rationem, & nomen formæ inuenerunt. Alb. mag. in 6. princ. c. 67. col. 4.

Stoici primum philosophandi scientiã a Prometeo præcipuo philosopho sumpserunt. Idem de natur. & orig. ani. trac. 2. cap. 6. c. 83. col. 3.

Stomachari misericordiæ opponitur. Aristotel. rhetoricor. 2. char. 91.

Stomachari est iniustum, quod contra dignitatem accidit. Arist. rhet. 2. c. 91.

Stomachantur maxime, qui novas possident diuitias, & magistratus, & honores, & multos amicos bonos liberos. Arist. rhetor. 2. c. 92.

Stomachosi sunt, si maximis bonis digni, & ea adepti sunt, & boni, & virtute præditi, & ambitiosi, & cupidi, & qui se dignos iis rebus censent, & quibus alios nõ censent. Arist. rhet. 2. c. 93.

Stomachus cui est debilitatus, & visus corruptus, videt apparatus, & imaginationes nõ veras, vel vt non sunt. Auer. meteor. 3. cap. 1. c. 204. col. 2.

Stomachus mutat cibum in chylum, postea expellit illum in intestina, a quibus trahitur per venas ad epar, & ibi fit sanguis. Auer. de part. ani. 5. cap. 6. c. 85.

Stomachi substantia est similis substantiæ neruorũ: ideo dilatari, extendi & constringi potest: superius est rotundæ figuræ, & inferius ampliatur. Albe. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 2. ch. 25. col. 3.

Stomachus est ex duabus tunicis, quarum interior longitudinalis habet villos ad motum attractionis pertinentes: exterior villos habet longitudinales congruos impressioni & expulsiõni. Alber. Magn. de animalib. lib. 1. tract. 3. cap. 2. char. 25. col. 3.

Stomachi os superius est magis neruosum reliquis suis partibus. Albert. Magn. de animalib. lib. 1. tractat. 3. capit. 2. chart. 25. column. 3.

Stomachus digerit tam caliditate sibi innata, quam caliditatibus acquisitis ab epate supposito dexteræ parti eius, & a splene supposito sinistræ parti, & infra à Zirbo, Myrach, & Syphac. Alber. Magn. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 2. char. 25. col. 3.

Stomachus ad conseruationem suæ substantiæ tribus modis nutritur. Primo quia fouetur, & vegetatur cibo in eo existente. Secundo per sanguinem ad ipsum per venas venientem. Tertio est id, quod ad ipsum redundat effusum ex epate ipsi vehementis famis, hoc est sanguis rubeus purus. Albe. magn. de anima. l. 1. tract. 3. cap. 3. ch. 25. col. 4.

Stomachum solum vnum, scilicet ventrem, animalia illa habent, quæ superiores, & inferiores dentes habent. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 2. cap. 1. c. 34. col. 1.

Storacem gummi aliqui dixerunt esse oliuæ æthiopiæ, nec emitti nisi in illa terra propter abundantem calorem. Albert. magn. de veget. lib. 1. tractat. 1. cap. 33. chart. 160. column. 3.

Storax duplex: alia ex se egreditur, vt gummi: alia extrahitur ex cortice decocto. Albe. magn. de veget. l. 6. tract. 1. cap. 33. c. 160. col. 3.

Strabonibus res eadẽ geminari videtur: causam situs habet, eõ scilicet quod oculi non suo medio nexus, collocatusque est. Arist. probl. sec. 4. r. nu. 7. c. 631.

Strabones a natura cur gemina non conspiciunt? Quoniam non habent oculos sursum, & deorsum deprauatos, sed dextrorsum, & sinistrorsum, & directũ obtinent situm radii, in eundemque locum profluunt. Alex. Aphrod. probl. 1. nu. 124. c. 713.

Straton, & Epicurus opinati sunt omne corpus graui-

tatem habere, ad medium ferri; eo autem quod grauiora subsiderent, minus grauiora ab illis extuduntur vsursum. quare si quis auferret terram, aqua veniret ad centrum, & sic consequenter. Simpl. in 1. de coelo tex. 89. comm. 89. c. 40. col. 4.

Streptus monere potest omne, quod rumpit. Aristotel. probl. sec. 11. nu. 26. c. 450.

Streptus, vel aer, vel aeris affectio est. Aristot. problem. sect. 11. num. 29. char. 461.

Streptus cur extrinsecus magis intus auditur, quam intrinsecus foris? an quod intrinsecus cum vasta, inmensaque adeat spatia, discerpitur, dissipaturque, vt pars eius minime, vel minus sentiri possit. Extrinsecus vero, cũ vox sese in locũ arctiorẽ, stabiliorque aerem cõferat, vniuersa ingreditur: & ideo cũ maior sit, melius merito audiri potest. Arist. probl. sec. 11. nu. 37. c. 464.

Stridor est parua ebullitio, qua enim quod extinguitur incidens dominatur, hac ebulliens facit sonum. Arist. meteor. 2. su. 4. cap. 2. c. 535.

Strix auis est nocturna, quæ sola inter aues pullis humorem lacteum instillat. Alber. magn. de anima. lib. 23. cap. 24. char. 195. col. 1.

Struthiocamelus partim auem partim quadrupedem refert, vt qui non vt quadrupes pennas habeat, vt non auis sublimis non volet, nec penas ad volandum commodas gerit, sed pilis similes. item vt quadrupes pilos habet palpebræ superioris, & glaber capite, & parte colli superiore est, sed vt auis infra pennas integitur. Bipes enim vt auis: bifidus vt quadrupes est. Arist. de partib. anim. 4. cap. 13. char. 557.

Struthiocamelus, & si lapides glutit, tamen ipsa indigesta emittit, nec ex eis attrahit nutrimentum. Alb. mag. de nutr. & nutr. tract. 1. cap. 1. c. 63. col. 4.

Struthiocamelus, est auis in desertis Libiæ: nuenis est, rota bene pennata, sed deinde pennas perdit: digitos in pede vt Camelus habet: alta a pedibus ad dorsũ quinque, vel sex pedes: collum habet longissimum, caput anserinum, & rostrum paruum. Iulio mense onat, & in sabulo ea abscondit, quæ calore solis egrediuntur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 24. c. 195. col. 1.

Studiis in his, quæ aliqui sibi delegerint, & si interdum prauis, libentius tamen, quam in honestioribus versantur, vel quia volunt quidem res honestissimas tractare, sed quoniam minus sibi confidunt posse efficere, ideo non ita agunt: An vero rem, in qua sequique posse præstare arbitrat, eam deligit sibi, & ei operam dat, & quibus se insueuerunt, in iis ne iudicare quidẽ possunt quidam sit melius: animus enim eorum corruptus est propter prauas delectationes. Arist. probl. sect. 18. num. 6. char. 509.

Stultum est curam habere de quouis contraria opinionibus proferente. Arist. top. l. 1. cap. 3. c. 401.

Stultas opiniones admodum scrutari stultum fortasse est. Arist. de part. ani. 3. cap. 3. c. 473.

Stupidus est, qui cuncta, & cunctos veritus est tam agendo, quam dicendo. Aristotel. magn. moral. 1. cap. 27. chart. 303.

Stupidi ex ingenti tonitru cur pereant, aut amentes degunt? quia ictus immodicus cerebrum, & spiritum animale contrahit, & crassescit, & tandem ineptus ad animi actiones redditur: & cum immodice crassescat, discessum animi à corpore agit, quæ mors est. Alexander Aphrodisiensis problemat. 2. numer. 88. chart. 764.

Sturio piscis est, quem antiqui storam vocauerunt: longi nasi, magnus ad longitudinem 9. pedum: rotundus in modum clauis: os ad sugendum magis quam ad manducandum habet: carnes dulces, albas, & non habet os nisi in capite. Albert. Magn. de animal. lib. 24. cap. prim. char. 199. col. 1.

Sturitus animal est marium medium inter plantam &

& animal, quod est sicut stella pentagonum rufi coloris, & in medio habet rimas, quibus trahit nutrimentum, & ita excitat libidinem, quod sanguinem eicit per coitum: nec tamen adhuc concumbens coitu fatiatur, nec medicinam habet libido, nisi per succum lactuæ bibitum. Albert. magn. de anim. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 2.

Sturnus est auis nigra, albis distincta maculis, magnitudine merula. Arist. de hist. ani. 9. cap. 16. c. 339.

Sturnus est auis nota, nigra, aliquatulum cineritate palens, latæ linguæ: perfectissime loquitur, & in arenis, & paludibus assidue sedet. Alber. magn. de anim. l. 23. char. 195. col. 1.

Suafor non de omnibus suadet, sed de possibilibus. Arist. rhet. 1. c. 17.

Suatio, & demonstratio in primis in demonstratio, & deliberatio genere locum habent. Aristot. rhet. ad Alex. cap. 1. c. 181.

Suatio est ad aliquid eligendũ, aut dicendũ, agendumve exhortatio. Arist. rhet. ad Alex. cap. 1. c. 181.

Suafor ostendere debet, ad quæ exhortatur, iusta, legitima, vtilia, honesta, & iocunda, & facilia factu esse. Arist. rhet. ad Alex. cap. 1. c. 181.

Suadentes debent dicere horum esse amicos, aut ijs debere gratias. Arist. rhet. ad Alex. cap. 3. c. 235.

Suaue est, quod secundum naturam est. Arist. de hist. ani. 8. cap. 1. c. 269.

Suaue est omne secundum naturam existens. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 40. c. 52. col. 1.

Suauis fluius oritur in Orichode monte alpium: currens autem in campis, in modicam rotunditatem concludit se in vnum, & vadit per Auiten oppidum, & Sigidinium Coloniã, & mergit se in Danubium ad Lechumone oppidum. Videtur autem, quod Danubius, & Dyaus, & Mangus, & Suauis mergantur in pontum simul. Alber. magn. de natur. loqor. distinct. 3. cap. 2. char. 102. col. 2.

Subalterna sunt, quæ ad superiora genera, ad inferiora species sunt. Boet. in Porphir. ex dial. c. 24.

Subalterna propositiones sunt vniuersalis affirmatiua, & particularis affirmatiua; vniuersalis negatiua, & particularis negatiua. Boet. ex intro. ad cat. syl. 584.

Subalterna sunt, quæ eadem idem affirmant, vel negant: hæc particulariter, hæc vniuersaliter. Boet. ex introd. ad cat. syl. char. 584.

Subalternum est illud, quod alterno ordine participato supponitur, & participanti superponitur. Alb. mag. in præd. c. 16. col. 1.

Subalternatum habet in se actum, & intellectum suum subalternans. Alb. mag. in post. c. 184. col. 3.

Subcontraria sunt, quæ particulariter eidem idem hæc affirmat, hæc negat. Boet. ex introd. ad cat. syl. c. 584.

Subcontraria non sunt opposita re, sed voce tantum. Alb. mag. in prior. c. 159. col. 3.

Subdorium, nec subphrygium genus in Tragedijs choricum nõ habetur, quoniam antistropho carent, vt quæ scenica sunt, imitationique accommodata. Arist. probl. sec. 19. nu. 30. c. 518.

Subdorium cantadi genus magnificum, & graue est, accommodatumque maxime omnium citharæ concertuum. Arist. probl. sec. 19. nu. 49. c. 516.

Subiectum quot dicitur modis.

Subiecta aut contraria sunt, aut media. Aristot. phy. 5. cap. 3. tex. 9. c. 127.

Subiecta omnia susceptiua sunt contrarietatum aliquarum. Arist. 1. de gen. & cor. su. 1. cap. 4. tex. 24. c. 395.

Subiectum duplex, aut quod quid existens, vt animal passionibus: aut vt materia actui. Aristot. 7. metaphysic. tex. 44. cap. 17. char. 153.

Subiectum duplex: ad substantiam, vt substantia; ad prædicationem, vt particularis substantia. Amo. in prædicament. char. 18.

Subiectum duplex: aliud materia, quæ potentia est corpus: aliud, quod quantitate affectum est. Dex. in prædicament. char. 32.

Subiectum duplex: materia qualitatis expers, & id, quod proprie substat. Simpl. in præd. c. 12.

Subiecto vnum sunt, quia vna distantia, & ab agente, & patiente idem sit. Simp. in 3. phy. tex. 23. c. 155. col. 2.

Subiecti constitutio duplex est. Alia secundum esse, id est simpliciter, & sic substantiæ principijs constituitur. Alia secundum esse talis, vel talis complexionis: & sic ex qualitibus principiorum, non ex principijs constituitur. Alb. mag. in præd. c. 27. col. 2.

Subiecti passionibus duobus modis considerantur: vt sunt subiecti huius determinati ad hanc materiam, naturam, & quantitatem; vel in quantum sunt subiecti, quod est per se, & secundum ipsum. Alb. mag. in post. char. 188. col. 2.

Subijci duobus dicitur modis: primo, quod secundum se subijciuntur: secundo, quod secundum se, & adiectiue. Alb. mag. in post. ch. 192. col. 3.

Subiectum duplex, per se, & per accideris. Per accideris dicitur, quod non sui gratia, & secundum se est subiectum, vt cum musicus dicitur albus. Per se vero est, in cuius ratione est, quod sit subiectum, vt substantia. Alb. mag. in 4. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 92. col. 1.

Subiectum intelligi sine albedine, vel alio prædicato duobus modis intelligitur. Primo secundum primam operationem intellectus. Alio modo secundum secundam. Per primam est intelligere subiectum prædicato non intellecto. Per secundam est formare propositionem negatiuam illius prædicati. Thom. de Vio Caiet. in prædicab. char. 28. col. 2.

Subiectum quid est.

Subiectum primum est, de quo alia dicuntur, & illud ipsum non adhuc de alio, & maxime videtur esse substantia: & hæc vno modo dicitur materia, alio forma, tertio cõpositum ex his; vt si forma est prior materia, & magis ens: & prior, & magis ens erit cõpositum. Arist. 7. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 7. char. 129.

Subiectum latius patet quam materia. Alex. Aphrod. in 1. metaph. tex. 10. char. 9. col. 2.

Subiectum est id, de quo fit sermo, vt Socrates, in propositione, Socrates iustus. Ammon. in l. de interp. c. 4.

Subiectiones sunt, quæ a se nobis perspicue sunt, vti mult atque didicimus, affirmatione etiam nostra facile comprobantur. Them. in 1. post. tex. 2. c. 5. c. 2.

Subiecta non sunt ad aliquid, sed eorum habitudo ad aliquid est. Simpl. in prædic. char. 53.

Subiectum in rei veritate est materia, cuius esse est in potentia. Auer. in physic. 1. tex. 54. cap. 16. col. 2.

Subiectum est in similitudine medijs; est enim simile ei quoquomodo, quia est in potentia utrumque extremum: sed tamen subiectum est utrumque extremum potentia pura, medium uero est utrumque extremum non pura potentia, sed alia potentia. In medio enim est utrumque extremum in actu, sed tamen non in ultima perfectione. est igitur in potentia quoddam modo, in actu alio modo: subiectum uero est pura potentia utrumque extremum. Auer. in physic. 1. tex. 56. cap. 16. col. 4.

Subiectum est illud, quod apud Græcos dicitur fieri hoc. Auer. in physic. 1. tex. 6. cap. 18. col. 1.

Subiectum est, quod prædicati suscipit dictionem, quæ prædicato semper, vel minus, uel æquale est. Boeth. ex introd. ad cath. syl.

Subiectum non dicitur essentiale proprio, quia sitde natura

natura eius, sed quia est causa non derelinquens ipsum actum, & intellectu. Alb. mag. in præd. c. 21.
Subiectum est, quod substat, sed quod subsistendi naturam non habet, nisi ab eo, quod est principium subsistendi, & hæc est materia. Alb. mag. in sex. princ. c. 78. c. 3.
 Subiectum vniuersale, vel prædicatum est, quod de pluribus natum est prædicari, & inesse; quia vniuersale est, quod de multis est & in multis. Albert. magn. in periherm. char. 86. colum. 2.
 Subiectum singulare est illud, a quo nulla est prædicatio. Alber. magn. in periherm. c. 86. col. 2.
 Subiectum verum passionis est, quo posito ponitur causa passionis; & quo remoto, remouetur causa passionis. Alber. magn. in posterior. char. 182. colum. 2.
 Subiectum, & passio cognoscuntur per actum comprehendentis quod est. D. Thom. in posterior. c. 37. col. 4.
 Subiectum non est omnino vt materia. D. Thom. 8. metaphysicor. lect. 4. tex. 12. char. 619.
 Subiectum est obiectum habitus scientialis. Alexan. de Ales in 6. metaph. tex. 2. c. 171. col. 1.

Subiectum vt fit, & vt se habet ad formam.

Subiectum, & si idem aliquibus est, non ideo ea sunt eadem: sed quia eadem sunt forma, eadem sunt. forma ergo & non materia est in causa, vt res fit eadem. Alex. aphrod. in 1. meteor. cap. 12. com. 4. ch. 27. col. 1.
 Subiectum materia non esset, si formam cum priuatione reciperet. Idem ibidem.
 Subiecta actibus notiora sunt. Them. de mem. & rem. l. 1. cap. 2. char. 92. col. 3.
 Subiectum; quæ non habent contentum suis formis, & quod contrarijs mutuoque pugnantibus constituitur, dissolui possunt. Simp. in 8. phy. c. 476. col. 1.
 Subiectum non exit a sua substantia existente accidente, & subiectum recipiens formam exit a sua substantia existente forma. Auer. phy. 7. tex. 25. col. 3.
 Subiectum primum non denudatur a forma omnino. Auer. 2. de ani. su. 1. tex. 5. ch. 127. col. 3.
 Subiectum formæ non habet esse nisi per formam: ideo agentis actio non pendet ab ipso, nisi vt pendet a forma. Auer. in 7. metaph. tex. com. 31. c. 85.
 Subiectum sustentat formam, vt forma non potest esse sine subiecto: forma vero sustentat subiectum, vt est complementum, & fm quod subiectum non potest denudari a forma. Auer. 1. physic. tex. 70. ch. 20. col. 1.
 Subiectum nõ generat, nisi quod generat formam. Auer. in 7. metaph. tex. comm. 31. c. 85.
 Subiectum vnum habere plusquam vnam formam impossibile est. Auer. de subst. orb. cap. 1. c. 3. col. 3.
 Subiectum aliquod si est; quod non recipit nisi vnam formam semper, est omnino vnum numero, & nulla multitudo est in eo omnino, nec potentia, nec actu, & nõ diuiditur per formam, nec forma per eius diuisionem. Et in causa huius est, quia non recipit quantitatem primo ante receptionem formarum, quia si reciperet esset diuisibilis per formam, & forma esset diuisibilis secundum eius dimensionem, id est, per subiecti diuisionem, & finiti essent actus secundum finitatem illius quantitatis, & recipere possibile esset in ea formam secundum magis, & minus, & partem, & totum. Si igitur est forma, quæ recipit maius, & minus, nec diuiditur per subiecti sui diuisionem, nec subiectum diuiditur per diuisionem formæ, id est, per eius diuersitatem, manifestum est, quod in subiecto istius formæ non existunt dimensiones primitiue, sed postquam forma existit. Auer. de subst. orb. cap. 1. ch. 3. col. 3.
 Subiecto eadem, ratione autem differentia, non sunt contraria. D. Thom. in 5. phy. l. 8. tex. 47. c. 81. col. 4.
 Subiectum naturaliter prius est eo, quod est in subiecto. D. Thom. in 8. phy. l. 1. tex. 4. c. 119. col. 2.

Subiecto communicare oportet, quæ ex inuicem generantur. Diuus Thomas in 1. de generat. & corrup. l. 9. tex. 22. char. 10. colum. 1.

Subiecto quid accidit, & ut ingreditur definitionem.

Subiecto non existentem nihil fieret. Simplic. in 3. physicor. char. 50. colum. 2.
 Subiecto in eodem facta infinita sibi succedunt. Auerr. phy. tex. 15. char. 159. col. 2.
 Subiectum ponitur in definitione accidentium essentialium, non autem in definitione accidentium per accidens. Auer. in 7. metaph. tex. com. 17. ch. 78.
 Subiectum ponitur in definitione accidentis, vt differentia. Alb. mag. in præd. char. 21. col. 1.
 Subiecto finito non possunt esse substantiales potentie infinitæ. Alb. mag. in post. ch. 195. col. 3.
 Subiectum constituens accidens in esse accipitur loco differentie in notificatione accidentis. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 7. c. 121. col. 3.
 Subiectum semper cadit in definitione passionis. D. Thom. in 1. de ani. l. 2. tex. 15. c. 31. col. 3.
 Subiectum ponitur in definitione accidentis. D. Thom. 7. metaphysicor. l. 3. tex. 12. c. 444.

Subiectum, ut ad motum, & eius species pertinet,

Subiecto omnia indigent: quia quæ simpliciter fiunt, alia transfiguratione fiunt, vt statua ex ære: alia oppositione, vt quæ augmentantur; alia subtractione, vt ex lapide Mercurius: alia compositione, vt domus; alia alteratione, vt quæ vertuntur secundum materiam. Arist. phy. 1. cap. 3. tex. 63. c. 22.
 Subiecti transmutatio in humidum propter indigentiam propriæ caliditatis a continente, vel circumdante facta, putrefactio est. Alexander. Aphrod. in 4. meteor. cap. 2. chart. 92. colum. 2.
 Subiectum, de quo mutari prædicatur est, in omni mutatione. Alex. aphr. in 2. nat. q. cap. 13. ch. 8.
 Subiectum tempori, vel numerabili nihil vetat esse etiam non existente anima, etiam si possit omnino motus esse sine anima, sed tempus non erit. Simp. in 4. physico. text. 15. chart. 277. colum. 1.
 Subiectum idem intensione, & remissione fit magis, & minus calidum. Ioan. grammat. in 2. de gen. & corrup. text. 37. comm. 26. char. 129.
 Subiectum primum si ponatur in generatione materie in potentia, non contingit, vt sit cum materia vnum numero. Auer. in phy. 1. tex. 82. c. 22. col. 4.
 Subiectum generationis substantialis est in potentia, sed accidentalis est in actu. Auerr. phy. 5. text. 8. char. 98. colum. 2.
 Subiectum esse necessarium agenti ad generationem esse diminutionem agentis dicunt Sarraceni ponentes generationem ex nihilo. Auerr. phy. 8. su. 1. te. 4. c. 155. c. 2.
 Subiectum in alteratione idem est cum subiecto in substantia. Auer. 1. de gen. & cor. tex. 1. c. 155. col. 1.
 Subiectum transmutationis substantialis est in potentia, accidentalis in actu. Auer. in 8. metaph. tex. co. 4. c. 66.
 Subiectum vnum supponitur in omni alteratione duobus contrarijs. Alber. Mag. in prim. de gener. & corr. tract. 1. cap. 1. char. 60. colum. 1.
 Subiectum in augmento, & diminutione est quantum, quod vt predicamentum non habet contrarium: vt est terminus magnitudinis habet contrarium. Idem ibid. cap. 5. char. 64. col. 4.
 Subiectum motus est magnitudo, & corpus; quia nihil mouet nisi quantum. D. Thom. in prim. de celo. ex proem. chart. 1. colum. 2.
 Subiectum vnum generabilem, & corruptibilem est, quod non est actu ens, sed potentia; & vt accipit formam

nam, & fit ens actu, dicitur simpliciter generatio: & vt postquam est ens actu factum suscipit aliquam aliam formam, dicitur alteratio. D. Thom. in 1. de generat. & corrup. lect. 2. tex. 1. char. 2. col. 1.

Subiectum vt scientiæ, & artis.

Subiectum, & contraria principia se se inferunt simul. Ioan. Gram. in 1. physic. tex. 51. char. 22. col. 2.
 Subiectum rerum naturalium comunitur sunt quatuor elementa; at ipsi elementis trina dimensio subiectum est, id est, corpus sine qualitate. Ioan. Gram. in 1. physic. tex. 62. char. 25. col. 1.
 Subiectum artis non est genus subiecto artis alterius, nisi cum ars superior considerat de re aliqua simpliciter, de qua considerat ars alia per abbreviationem, vt ars Numeri, & Musica. Auer. in 1. poster. lib. 1. cap. 8. tex. 69. char. 149.
 Subiecta artium diuersificantur per diuersitatem subiectorum. Auer. in post. lib. 1. cap. 23. tex. 186. char. 194.
 Subiectum naturalis scientiæ sunt res sensu cognite, quæ sunt ex se transmutabiles, i. quæ habent in se principium motus, & quietis. Auer. in phy. 1. ex proem. ch. 2. c. 2.
 Subiectum huius libri est natura, & principia naturalia, cum sint comunia omnibus rebus naturalibus. Auer. in phy. 2. tex. 3. char. 24. col. 1.
 Subiecti causæ in scientia illius subiecti demonstrari possunt demonstratione quia, & si demonstrari non possunt demonstratione propter quid. Auer. in phys. 2. tex. 12. char. 27. col. 2.
 Subiecta ipsius scientiæ sunt causæ communes, & accidentia communia, quæ apparent ex definitione naturæ. Auer. in phy. 3. tex. 2. char. 40. col. 4.
 Subiectum logices est scientia esse, & similiter diuinus, quod defendit subiecta particulariū scientiarum, debet loqui cum eo. Auer. 3. de celo. sum. 1. tex. 4. ch. 82. col. 1.
 Subiectum metaphysicæ, & logices facultatis est ens simpliciter. Auer. 13. metaph. tex. 10. com. 1. char. 18.
 Subiectum libri prædicamentorum est subiectum ordinabile in ratione prædicabilis, vel subijcibile secundum quod stat sub voce talem ordinem significante. Alb. mag. in prædic. char. 33. col. 2.
 Subiecti libri prædicamentorum partes sunt ordinabiles fm diuersum modum prædicandi in substantia, & accidente, & in accidentibus secundum omnia nouem genera accidentium. Alb. mag. in prædic. ch. 33. col. 2.
 Subiectum alicuius scientiæ multis datur modis: Primo quod subiectum est de cuius partibus in scientia probantur passionibus. Secundo quod potissimum intenditur, propter quod de omnibus alijs determinatur in scientia. Tertio quod dignissimum est inter ea, quæ tractantur in illa scientia. Alb. mag. in Periherm. c. 79. c. 1.
 Subiectum libri priorum est tractare de syllogismo simpliciter formali, & eius proprias passionibus tractare. Alb. mag. in prior. char. 95. col. 3.
 Subiectum cognoscitur, quid est, & quia est; quia propter quid est, quod est eius definitio, scitur esse subiectum per se passionis, eo quod passio manet de substantiis ipsius subiecti, nec potest sciri passionis proprium subiectum, nisi per definitionem essentialem subiecti. Alb. mag. in poster. char. 193. col. 4.
 Subiectum libri topicorum est syllogismus topicus vel dialecticus. Alb. mag. in topic. char. 218. col. 4.
 Subiectum libri topicorum est syllogismus. Alb. mag. in topic. char. 218. col. 4.
 Subiectum in libro de celo est mobile ad vbi. Alb. mag. in 1. de celo. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 1.
 Subiectum in libro de celo est corpus, vt consistit ex magnitudinibus suis: passionibus sunt accidentia propria, quæ imprimuntur talibus subiectis a suis proprijs principijs actiuis; Et vias in substantiam, & accidentia vo-

camus motus, quibus mouentur. Albert. mag. in 1. de celo. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.
 Subiecti corruptibilis rationes incorruptibiles sunt, quæ sunt scientiarum principia, & sic de corruptibilibus non in numero acceptis, sed vt incorruptibilibus est scientia, & demonstratio. Alb. mag. in 1. de generat. & corrupt. tract. 1. cap. 1. char. 59. col. 3.
 Subiectum scientiæ naturalis est corpus mobile, quod cum sit duplex, aliud simplex, aliud mistum, ideo tres sunt naturales scientiæ partes. Vna, quæ agit de corpore simplici. Secunda, quæ est de simplici, vt est ad motum ad misionem, de quo in libris meteorologicorum 1. 2. & 3. vt est mistio, de quo in 4. meteor. Et simplex aliud est, vt vniuersale; de quo in Physicis: aliud est quod substantia simplex est, hoc vel mouetur secundum situm tantum, vel mouetur ad formam: & quod ad situm duplex: quia aliud, quod nihil variat in eo, quod mouetur, de quo in libro de celo; & aliud est, quod variat: & in lib. de generatione, & corruptione de illo agitur. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 78. col. 1.
 Subiectum metaphysicæ alij dixerunt esse causam in eo, quod causa est prima in vnoquoque genere causarum, quod est falsum: quia passionibus subiecti quæ in hac scientia quærentur, non sequuntur causam, vt causam, nec vt causam primam. Alb. mag. in 1. metaphys. tract. 1. cap. 2. char. 56. col. 2.
 Subiectum metaphysicæ est ens, vt ens est, & ea, quæ sequuntur ens in quantum est ens. Alb. mag. in 1. metaphysic. tract. 1. cap. 2. char. 53. col. 2.
 Subiectum metaphysicæ alij Deum, & diuina esse dixerunt, quod falsum est, quia nihil ratione quæsitum est, & subiectum in scientia aliqua subiecta, Deus autem, & diuina separata, quærentur in hac scientia, & partes, de quibus multa in hac scientia demonstrantur nõ reducuntur ad Deum, nec ad diuina, vt ad commune prædicatum, nec passionibus in hac scientia considerate, quæ supra inducte sunt, nõ consequuntur immediate Deum, & diuina. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 1. c. 2. c. 56. c. 3.
 Subiectum potius quæritur in celo, quam materia. Alb. mag. in 8. metaph. tract. 2. cap. 2. char. 136. col. 2.
 Subiectum libri de interpretatione est enūciatio. D. Thom. in Periherm. char. 3. col. 2.
 Subiecti principia in quacunq; scientia cognoscere oportet. D. Thom. in Periherm. char. 3. col. 2.
 Subiectum alicuius scientiæ duplices partes habere potest ex quibus componitur, vt ex primis, id est, subiecti principia, & partes subiectiuas. D. Thom. in post. c. 74. col. 2.
 Subiectum libri de celo est vniuersum, & de simplicibus corporibus determinatur in hoc libro, vt partes sunt vniuersi constitutiue. D. Thom. in 1. de celo. ex proem. c. 1. c. 2.
 Subiectum est illud in scientia, cuius causas, & passionibus quærimus. D. Thom. 1. metaph. char. 2.
 Subiectum moralis philosophiæ est operatio humana ordinata in finem, vt motus in subiectum naturalis philosophiæ. D. Thom. Ethic. 1. lect. 1. c. 1. col. 2.
 Subiectum in scientia illud est, quod est formalis in illa scientia, & quod ad nihil aliud reducitur formalis, sed omnia alia ad illud. Alex. de Ales 1. metaphysic. tex. 3. char. 3. col. 4.
 Subiectum scientiæ sub esse confuso supponitur, sub esse distincto quæritur. Alex. de Ales in 5. metaphysic. tex. 1. char. 169. col. 2.
 Subiectum duplex in scientia: aliud in quo est scientia, & iste est intellectus; aliud est circa quod versatur scientia. Alex. de Ales in 6. metaph. tex. 2. c. 171. col. 1.
 Subiectum metaphysicæ alij dicunt ens, vt ens: alij substantiam separatam primam, ad quam habet analogiam totum ens. Idem 6. metaph. tex. 3. ch. 173. col. 3.
 Subiectum libri prædicamentorum est ens proponibile primæ operationi interius. Th. de Vio in præd. c. 33. c. 2.
 Subiectum,

Subiectum, & fundamentum, & materia, ut differunt.

Subiectum differt à materia, quia materia nō habet esse actū, nisi per formam: subiectum non constituitur in esse per accidens. D. Tho. 8. metaph. l. 4. tex. 13. c. 629.

Subiectum, & fundamentum differunt, quia fundamentum tenet medium inter subiectum, & relationem, ita ut ratio causalis est reducens relationem ad subiectū. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 16. c. 124. col. 4.

Subiectum & fundamentum differunt, quia subiectum vocatur illud, quod refertur per aliquam relationem. Fundamentum vocatur illud, quod est ratio qua relatio, per quam subiectum refertur est in ipso subiecto. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 10. c. 138. col. 3.

Subiectum ut est in propositionibus.

Subiectum principium, & prius videtur esse prædicato. Arist. phy. 1. ex sum. 3. cap. 1. tex. 52. c. 19.

Subijci semper oportet aliquid, quod fit, & hoc, etsi numero est vnum, id est subiectum: forma quidem, id est, diffinitio non vnum: forma enim, & ratione idem dico, differt enim homo, & immusicum: homo enim permanet, nec ex ambobus compositum, ut homo immusicus. Arist. phy. 1. cap. 3. tex. 60. c. 21.

Subijcitur semper aliquid ex quo fit, quod fit. Aristotel. ibid. tex. 65. char. 22.

Subiectum est, cui adiectus est articulus. Ammon. in Porphy. char. 1. col. 2.

Subiectum est de quo sermo habetur. Ammon. in Porphy. char. 9. column. 1.

Subiectum in propositione potest esse non solum nomē, sed etiam oratio. Ammon. in l. de interp. c. 58.

Subiecto abolito, aboletur & prædicatum. Them. in posterior. cap. 13. char. 3. col. 2.

Subiectum per naturam sunt species, & genera, hoc est composita, & causæ: secundum naturam sunt causæ, & genera simplicia ipsarum, & quæ sita per naturam sunt intentiones appropriatæ existentes in speciebus, & generibus, & hæc sunt accidentia appropriata in generibus, & speciebus. Auer. in post. l. 2. cap. 10. te. 94. c. 233.

Subiectum æquatur prædicato cum proprium prædicatum erit. Boet. de syl. c. 15.

Subiectum est in ratione prædicati non sicut de essentia eius, sed sicut causa. Alb. mag. in præd. c. 26. col. 1.

Subiecta in enuntiatione, alia sunt vniuersalia; alia particularia, & item prædicata. Idem in perher. c. 86. col. 2.

Subiectum vniuersale accipitur distributum; ut secundum quamlibet partem ipsius insit ei prædicatum. Idem in prior. cap. 2. char. 96.

Subiectum in potissima demonstratione est primum secundum ordinem naturalem: diffinitio est medium; & passio, quæ est prædicatum in vltimo; contrariio modo se habet in syllogismo. Idem in post. c. 217. col. 3.

Subiectum in hoc loco dicitur, quod in prædicamento appellatur substantia prima, quia eadem diffinitio datur hic de subiecto; & ibi de substantia prima. D. Tho. 7. metaph. l. 2. tex. 7. c. 433.

Subiectum, & prædicatum aliquando sunt vnum ratione formalitatis, quia vna formalitas importat vtrumque: quia prædicatum est de formalitate subiecti: vel quandoque aliqua duo concurrunt ad vnam, & eandem formalitatem essentialem illa duo faciunt semper vnū per se: quandoque & subiectum, & prædicatum dicuntur vnū tantum propter concernentiam vnius subiecti non propter formalitatem vnā, & illa dicitur vnū per accidens compositū. Alex. de ales in 5. meta. t. 7. c. 114. c. 1.

Subiectum, & prædicatum vnum esse debent non vnitatem nominis, sed vnitatem significati. Idem ibid. ch. 22. col. 2.

Subiectum alio modo se habet ad demonstrationem, alio passio. nam subiectum non est id, quod demonstratur,

sed de quo demonstratur: passio autem est id, quod demonstratur, idem ibi post. c. 205. col. 2.

Subiectum, ut dicitur inesse ei aliquid.

Subiecto inesse illa dicuntur, quæ cum in aliquo sint, non sicut quædam pars, & impossibile est esse sine eo, in quo sunt. Arist. in præd. tract. 1. cap. 2. c. 57.

Subiecto quæ insunt, in plurimis quidem nec nomen, nec ratio prædicatur de subiecto: in aliquibus vero nomen nihil prohibet prædicari, rationem vero impossibile. Arist. in præd. tract. 2. cap. 1. char. 60.

Subiecti causa esse nequit, quod in subiecto est. Ale. aphr. in 1. de anim. cap. 4. char. 31. col. 4.

Subiecto illud inest, quod cum sit in aliquo, non tanquā pars est, & impossibile est esse sine eo, in quo est: oportet enim, ut subiectum illi, quod est in subiecto, hoc aliquid sit. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 27. c. 46. col. 3.

Subiectum aliud ab eo est, quod sibi inest. Psel. in 1. physicor. char. 4.

Subiectum aliarum rerum conceditur esse magis substantia, quam aliud. Auer. in 7. metaph. tex. com. 7. c. 74.

Subiectum secundum nomen dicitur quasi subiectus ratiō, siue superpositum, & sic natura communis in se inferiori est, ut in subiecto: dicitur etiam ut ens in se completum, quod est accidentis causa existendi, vel cuiusvis aliarum rei. Albert. Magn. in prædicament. char. 38. column. 3.

Subiecto inest ens in se completum, & secundum esse substantia factum sunt duo, quorum vnum est forma, quæ est species secundum rationem: aliud autem est ens secundum subiecti naturam. Albert. Magn. in sex princip. char. 78. column. 3.

Subito est illud, quod indiuisibile temporis fit. D. Thom. in 3. phy. l. 2. tex. 6. char. 32. column. 2.

Submetguntur ea, in quibus vincit pars terræ. Alber. mag. de propr. elemen. l. 1. trac. 1. cap. 3. c. 105. col. 4.

Subsistentiam manifestam habentia non egent demonstratione, qua probantur esse. Simplicius in 2. physicor. char. 95. columna 1.

Subsistens sponte melius est eo, quod in alio habet esse. Io. gram. in 1. de ani. tex. 14. ch. 10. col. 2.

Subolanus est ventus siccus, calidus, abscondens pluuias non tantum ut aquilo, qui est de vapore sequente solem. Alb. mag. de passio. aer. ch. 120. col. 1.

Substantia diuisio.

Substantia, quæ natura constant, partim ingenitæ, immortalesque seculis omnibus sunt, partim ortus particeps, atque interitus intelliguntur: sed cum pauca de immortalibus illa sensui pateant, minus de illa nobis contemplari licet: mortalia vero, ut quæ nobis societate coniuncta sunt, hosc vberius possumus. Idem de partib. animal. 1. cap. 5. char. 416.

Substantia, alia est materia, quæ secundum se quidem non est hoc aliquid: alia forma, per quam iam dicitur hoc aliquid: alia est compositum, & materia est potentia, forma actus, & hæc dupliciter, ut scientia, à qua scilicet non prouenit actio, & ut speculari. Idem de anim. 2. sum. 1. cap. 1. tex. 2. ch. 614.

Substantia omnis distributibilis non sempiterna, aut est composita, aut delata super aliam rem, quia substantia aut est indigens rebus, ex quibus est, aut est composita ex eis, aut est indigens fixatione sua, & essentia sua differente. Idem de caul. prop. 27. e. 997.

Substantia omnis creata in tempore, aut est semper in tempore, & tempus tum superfluit ab ea, quando est creata, & tempus æqualiter: aut superfluit super tempus; & tempus superfluit ab ea, quia est creata in quibusdam horis temporis. Idem de cau. prop. 30. c. 998.

Substan-

Substantia, alia dicitur de simplicibus corporibus, ut terra, ignis, aqua, & talibus, & vniuersaliter de simplicibus corporibus, & ex his constantia animalia, & demonia, & partes hominum, quia non de subiecto dicuntur, sed de his alia. alia dicuntur substantia, quæcunque sunt causa existendi inexistens in talibus, quæ non dicuntur de subiecto, ut anima in animali. alio modo definitio dicitur substantia: reducuntur autem hi modi ad duos, primo ad subiectum vltimum, quod non dicitur de alio: & secundo per quod aliquid est hoc aliquid ens, & separabile, & hoc est vniuersi cuiusque rei species, & forma. Arist. in 5. metaph. c. 8. t. 15. c. 96.

Substantia quatuor dicitur modis, quod quid erat esse, & vniuersale, & genus, & subiectum. Idem in 7. metaph. ex sum. 2. cap. 1. t. 7. char. 129.

Substantia, alia est composita ex materia, & forma: alia ratio simpliciter: & compositum generatur, & corruptitur: ratio vero non corrumpitur, nec generatur, quia quidditatem nullus generat, vel facit, & ob id substantiarum sensibilibus singularium, nec diffinitio, nec demonstratio est, quia habent materiam, cuius naturæ est, ut contingat esse, & non esse. Idem in 7. metaph. cap. 17. t. 53. char. 156.

Substantia tres sunt, vna sensibilis, alia sempiterna, alia corruptibilis, ut planetæ, & animalia: sempiterna autem est, cuius elementa, siue vnum, siue multa accipere necesse est, & hæc est cœli. alia est immobilis, de qua variz fuerunt opinionones nam alij dicunt hanc separabilem: alij in duo diuidunt: alij in vnam naturam ponentes, species, & mathematica: alij mathematica solum. Idem in 12. metaph. ex sum. 1. cap. 2. t. 5. ch. 244.

Substantia tres sunt: materia, forma, compositum. Idem in 11. metaph. ex sum. 1. cap. 3. tex. 14. char. 246.

Substantia non dicitur vno modo, sed vel aliorum, vel particularis. Porph. in præd. char. 5.

Substantia tribus modis ab Arist. appellatur, materia, forma, & compositum ex his duobus. Porph. in præd. c. 10.

Substantia quædam sunt incorporeæ, & sine corporea forma, quædam est immaterialis, & separabilis actus existens ab omni potestate seiunctus, quam substantiā, & intellectum vocat. Alex. Aphr. in 1. nat. q. c. 24. c. 6.

Substantia alia composita, ut homo; alia simplex, & composita præstantior, ut Deus, Angelus: alia simplex, sed composita deterior, ut prima materia, & forma. Ammon. in prædicam. char. 31.

Substantia, alia intelligibilis, alia sensibilis, & inter has medium tenet locum naturalis. Dex. in præd. ch. 36.

Substantia ex Platonicorum sententia triplex est, naturalis, disciplinaria, & diuina. Eust. in 6. Ethic. c. 7. c. 301.

Substantia alia intellectualis, alia sensibilis, alia mathematica. Simpl. in prædicam. char. 18.

Substantia sola dicitur vnum proprie, reliqua autem per accidens vnum dicuntur, eo quod substantia sit vna, cui accidit accidens. Simp. in 1. phy. char. 41. col. 1.

Substantia, alia est forma, alia materia, alia compositum. Simp. in 1. phy. t. 50. ch. 65. col. 1.

Substantiarum, alia sunt intelligibiles, ut mens, & anima; alia sensibiles, ut Socrates, & Plato: alia per discursum, ut triangulus, quadratum. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 2. char. 57. col. 3.

Substantia diuiditur in substantias ratione diuersas, licet subiecto eadem sint. Io. Gra. in 1. phy. t. 28. c. 13. c. 1.

Substantia nomen multa significat, aliquando enim sumitur pro genere, materia, diffinitione, & omni existentia. Io. Gram. in 1. de ani. tex. 4. char. 6. col. 2.

Substantia sunt duobus modis: vnus est, in quo impossibile est fugere accidentia, ut sensibilis; alius sine aliquo accidente, ut intelligibilis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 25. char. 145.

Substantia tripliciter consideratur. Primo, ut est pars entis prima, & principalis, quæ in se vera est, & causa

omnibus alijs existendi, & hoc modo est simplex essentia. Secundo, ut est prædicabile primum, ad quam est reductio omnium prædicabilium, quomodo est substantia quale quid. Tertio, ut est primum subiectum, ad quod, ut ad subiectum omnium prædicabilium, est reductio, ut ad id, de quo est prædicatio, quomodo est hoc aliquid. Alb. mag. in præd. char. 36. col. 3.

Substantia formales sunt tres. Primæ, quæ sunt tantum formæ. Aliæ sunt formæ substantiales, quæ sunt cum eo ingredientibus in esse rei, & constituentes. Tertiæ, quæ non sunt constituentes. Primæ faciunt magis virtutem causatiuam. Secundæ in composito quiescentes. Tertiæ sunt a rebus abstractæ. Albert. mag. in prædicam. char. 37. col. 2.

Substantia, ut sit perfecta, tria requiruntur, quorum primum est, quod habeat perfectissimum esse in natura, & actū, & nō intentionis, vel intellectus tantum. Secundo, quod subsistet secundum se, & quod subiaceat omnibus rebus quoad ipsarum essentiam. Tertio, quod alijs subsistendi virtutem tribuat. Alber. mag. in prædicam. char. 37. col. 2.

Substantia, etsi sit prima, quæ est determinata, & indeterminata, quæ est secunda: non tamen datur tertia; & quarta substantia. Alb. mag. in præd. ch. 38. col. 3.

Substantiale quatuor dicitur modis. Primo, quod est in genere substantiæ, ut animal, homo. Secundo, nō substantia habens modum substantiæ, ut color ad albedinem. Tertio, ut causa per se est in aliquo, ut risibile, homo. Quarto, quod inest in ratione definitiua loco differentiz, & si nihil sit de essentia, ut nasus simus. Alb. mag. in sex princ. char. 66. col. 4.

Substantia animata duobus modis intelligitur. Ut composita ex anima, & corpore, & sic est definitio. Secundo, substantia habens habitum animæ relatum ad actum, & sic est proprium. Alb. mag. in 1. top. char. 254. col. 4.

Substantia dupliciter consideratur: uel ut substantia, ut est primum ens, ad quod omnia alia reducuntur, & sic consideratur a prima philosophia; uel ut prædicatur, & ut stat in terminis generalissimi, & indiuidui, & sic non est unius contemplationis, & docet ad prædicabilia hæc pertinere. Alb. mag. in 3. metaph. trac. 3. cap. 4. char. 84. col. 3.

Substantia dupliciter dicitur. uno modo suppositum in genere substantiæ, quod dicitur substantia prima, & hypostasis, cuius proprie est subsistere alicui quicquid est, quod etiam est natura rei, & sic vniuersalia non sunt substantiæ primo modo, sed secundo tantum. D. Thom. in 10. metaph. lect. 3. tex. 8. char. 696.

Substantia duplex: alia materialis, alia immaterialis, & hæc scientia tractat de immateriali, & passim de materiali. Alex. de Ales in 4. metaph. t. 4. ch. 78. col. 1.

Substantia ratio duo postulat. unum quod dicat rem in prædicamento substantiæ. secundo, quod dicat eam per modum per se stantis, non per modum inclinati ad aliud, & in hæc duo concurrunt substantia particularis. Alex. de Ales in 7. metaph. t. 45. char. 231. col. 3.

Substantia duobus modis accipi potest, uno modo pro prædicamento substantiæ, alio modo pro modo substantiæ. Alex. de Ales in 5. metaph. t. 20. ch. 143. col. 3.

Substantia mutabilis consideratur duobus modis, ut est in fieri, & ut est in esse. primo modo priuatio est principium; secundo modo non. Alex. de Ales in 12. metaph. tex. 12. char. 332. col. 3.

Substantia eadem dupliciter intelligitur; uel ratione continuitatis, uel propter unitatem rationis, & definitionis. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 16. c. 124. c. 2.

Substantia aliq mouentur ex alio, & hæc sunt inanimatæ: aliq ex se, & sunt animatæ. Alex. de Ales in 12. metaph. tex. 25. char. 337. col. 4.

Substantia dupliciter accipitur: primo, idem per essentiam: secundo modo, ut est substantia prædicamentalis,

alis, super quam entis natura fundatur. Idem in 3. metaphysicor. tex. 6. char. 57. colum. 2.

Substantia duobus modis sumitur: primo pro essentia cuiusque rei: alio modo pro se, & per se stante, & alia substantante, & sic est speciale genus. Thom. de Vio in prædicamen. char. 41. col. 1.

Substantia tribus modis accipi potest. Primo, vt genus generalissimum, & sic diuiditur a nouem generibus accidentium. Secundo, vt est prima pars entium, quæ sunt in vniuerso, & distinguitur contra accidens. Tertio, pro linea directa in prædicamento substantiæ, & sic diuiditur in primam, & secundam. Thom. de Vio in prædicamen. char. 40. colum. 1.

Substantia quid est, & ut cognoscitur.

Substantia est, quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est, vt quidam homo, & quidam equus. Arist. prædic. tract. 1. cap. 1. c. 60.

Substantia est actio illius rei, quæ in momento temporis, & illius, quod est in momento æternitatis, habet medium, & est illud, cuius substantia est ex momento æternitatis, & operatio ex momento temporis. Aristot. de caus. propr. 3. l. char. 1007.

Substantia omnis cadens in quibusdam dispositionibus suis sub æternitate, & in quibusdam sub tempore est ens, & generatio simul; quia omnis res cadens sub æternitate est ens verè, & cadens sub tempore est generatio verè. Arist. de caus. propr. 3. 2. c. 1002.

Substantia aliquam primam esse necesse est. Aristot. in 4. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 4. char. 61.

Substantia omnis, & omne perfectum tunc est perfectum, cum secundum speciem propriæ virtutis in nulla deficit parte, secundum naturæ mensuram. Aristot. in 5. metaph. cap. 16. tex. 2. c. 108.

Substantia, & definitio non demonstratur, sed alius modus est ostensionis ipsius definitionis. Arist. in 6. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 1. ch. 119.

Substantia est primum omnium prædicamentorum ratione, notitia, & tempore: sola enim separabilis est aliarum categoriarum, & in vniuersi cuiusque ratione substantiæ ratio est, & tunc scire aliquid maxime putamus, cum substantiam cognoscimus, quam quando alia accidentia cognoscimus. Aristot. in 7. metaph. ex. sum. 1. cap. 1. tex. 4. char. 127.

Substantia dicitur, quæ non, de subiecto aliquo dicitur semper vniuersalis de subiecto dicitur, quia in particulari existit. Arist. in 7. metaph. cap. 15. tex. 46. c. 153.

Substantiam componi ex non substantijs impossibile est. Idem ibid. tex. 47.

Substantia, & species rei est actus quidam. Arist. in 9. metaph. cap. 4. tex. 17. char. 187.

Substantiæ, & eius quod quid est, non est demonstratio. Arist. in 11. metaph. ex su. 3. cap. 1. c. 228.

Substantiæ contemplatio est, quia substantiæ principia, & causæ quæruntur. Arist. in 12. metaphysic. ex sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 243.

Substantia semper est primum ens, siue ens sit quoddam totum, siue entia se habeant consequenter ad inuicem, deinde sequuntur qualitas, & quantitas. Aristot. in 12. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 2. c. 243.

Substantia sola est ens separabile, reliqua non sunt separabilia. Arist. 12. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 3. c. 243.

Substantia multarum rerum occultissima est, quæ existere apertissimum est. Alexan. Aphrod. in 2. de anim. cap. 1. chart. 43. colum. 2.

Substantiæ ex substantijs gignuntur, non autem ex non substantijs substantiæ. Idem in 2. de anim. capit. 28. char. 46. colum. 1.

Substantia vniuersi motiua maxime intelligibilis, &

maxime appetibilis est. Idem in 1. natur. q. c. 1. ch. 1.

Substantia aliqua est æterna: simplex, immobilis actus existens corporis circulo versatilis, æterni, ac continui motus. Alex. Aphrod. in 1. natur. q. cap. 1. char. 1.

Substantiæ ratio est ipsa substantia. Alex. Aphrod. in 8. metaph. vel 9. com. 1. char. 230. col. 1.

Substantias definitas, quæ sequuntur, alia simpliciter sequuntur, alia vt perfectiuræ existentiæ substantiarum definitarum. Alex. & Eustr. in 2. poster. char. 27. col. 1.

Substantiæ ratio tunc inuenta est, cum in tales per diuisionem deuenimus differentias, vt totum conuertatur cum eo, quod quæratur. Alex. & Eustr. in 2. poster. char. 87. col. 1.

Substantiæ nihil est initium nisi substantia. Themist. 12. metaphysic. char. 8.

Substantia tantum est illa, quæ est vna numero, cuius initia quæruntur, vniuersalia vero in mente existunt, ex conuagatione quadam in ea, a singularibus, quorum vnumquodque est, sicut aliud, orta. Themist. in metaphysic. char. 2.

Substantiæ per definitionem cognoscuntur: ideo prima scientia est definitiua, quæ vero per se infunt, per demonstrationem cognoscuntur: ideo secunda scientia est demonstratiua: quæ vero ipsam formam considerat omnia hæc cognoscens, & definitiua, & demonstratiua est. Diffinitiuia per se, quia hoc est rei substantiam scire. Demonstratiua, quoniam in assignationibus causarum nõ prius cessat demonstras, quã ad ipsum quod quid est occurrerit. Sir. in 2. metaph. vel 3. tex. 6. c. 12.

Substantiæ sunt, quæ substantiam exprimunt, accidentia substantiam non exprimunt, differentia exprimit. Porph. in prædicam. char. 12.

Substantia per se subsistit, nec alijs ad existentiam eget, reliqua in alio hærent. Ammon. in prædic. char. 31.

Substantiæ appellantur, quæ ad suam confirmationem nullo indigent adiumento. Ammon. in Porph. c. 3. c. 2.

Substantia alia intelligitur de ea, quæ ab accidentibus ex opposito distinguitur, alia vt omnia prædicamenta, omnemq; essentiam cõprehendit. Ammon. in prædic. c. 12.

Substantia sola est illa, quæ omnibus subiicitur, ac per se ipsa subsistit. Dex. in prædicam. char. 37.

Substantia nullo alio prædicamento eget ad subsistendum, ideo prius de ipsa: nam omnia, vel sunt substantia, vel in substantijs infunt. Simpl. in prædic. char. 18.

Substantia omnis per id, non esse in subiecto, determinatur, & definitur. Simpl. in prædicam. char. 21.

Substantia est magis substantia vna reliqua, non vt sit magis substantia, sed quia est propinquior substantiæ sensibili. Simpl. in prædicam. char. 21.

Substantia non est accidens; si non accidens, non quantum, nec magnitudo, nec multitudo: si nec magnitudo, nec multitudo, ergo nec diuisibilis. Simpl. in 3. physic. tex. 35. char. 167. col. 2.

Substantiam communium non tollit Arist. sed in pluribus, & differentibus ipsam subsistere dicendo ipsam per se destruit, & negat cum putet esse opus animæ nostræ separare communitatem subsistentem in pluribus. Simpl. in 3. phys. tex. 55. char. 175. col. 1.

Substantias, ac rationes (vt Plato ait) ab actione cognoscimus. Simpl. in 2. de ani. tex. 86. char. 40. col. 1.

Substantia rone, & intellectu, non aut sensu comprehenditur. Simpl. in 3. de ani. ex lect. 1. t. 132. ch. 48. col. 3.

Substantia determinatur per formas, & rationes vniuersi cuiusque. Simpl. in 3. de ani. ex lect. 1. t. 147. ch. 52. c. 4.

Substantia est, quæ per se ipsam existit, nec indiget alio, vt sit. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 2. char. 6. col. 4.

Substantiæ ratio per se simplex, ac vniuersalis, & dimensione vacans est, sed per materiam, in qua suscipitur, in multa diuiditur. Io. Gra. in 3. phys. t. 26. ch. 59. col. 1.

Substantias ex operibus iudicare oportet. Ioan. Gram. in 1. de anim. ex procem. char. 4. col. 2.

Substantia sub nullum sensum cadit, sed cognoscitur ex ijs, quæ illi accident. Ioannes gramm. in 3. de anima. text. 133. char. 74. colum. 1.

Substantiam intellectus cognoscit, sensus non. Ioan. gra. in 3. de anim. tex. 155. char. 80. col. 3.

Substantiæ principium debet esse substantia. Auerroes in pri. metaph. tex. commen. 3. char. 4.

Substantiæ indiuidua sunt subiecta quidditatum substantiarum, & vniuersalium earum, quæ sunt terminata per se, quoniam sunt terminata a locis, & superficiibus, & quidditas est pars istius substantiæ, quæ sunt indiuidua substantiarum particularium, & secundum hæc duo dicitur prædicamentum substantiæ. Auer. in 7. metaph. sum. 1. text. 10. com. 3. char. 72.

Substantiæ indiuidua terminata sunt, quia sunt corpora existentia per se. Auer. 7. met. sum. 1. t. 10. com. 3. c. 73.

Substantiæ demonstratæ non sunt substantiæ, nisi per formam, nec sunt vni, nisi per hanc naturam, quæ dicitur forma. Auer. in 7. metaph. text. 10. com. 5. char. 74.

Substantiæ digniores sunt definitionibus, & quidditatibus. Auer. in 7. metaph. tex. 10. commen. 17. char. 78.

Substantiam scire per suas dispositiones substantiales est perfectius, quàm scire per suas dispositiones accidentales: ergo substantiales dispositiones manifestiores sunt accidentales. Auer. in 7. metaph. tex. com. 44. ch. 73.

Substantiæ aliquid, quod est in prædicamento, si diffinitur, non est remotum, si in eius diffinitione accipiatur aliquid, quod est in prædicamento qualitatis. Auer. in 7. metaph. tex. commen. 41. char. 91.

Substantia, quam significat definitio, non habet generationem, nec corruptionem. Auer. 7. met. t. com. 55. c. 95.

Substantiæ principia in principijs remotis possibile est, vt sint omnium principia, in propinquis non. Auer. in 12. metaphysic. tex. commen. 22. char. 144.

Substantia, quæ Arabicè dicitur Giuhar, dicitur primo de re per se existente, & indiuiduum est ex ipsa famosius, quod nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto. Secundo dicitur de omni prædicato vniuersali notificante quidditatem indiuidui, vt genus, species, differentia. Tertio, de omni eo, quod significat definitio, siue notificet quidditatem substantiæ, siue omne id, quod est quidditas alicuius rei, qualiscumque fuerit ex decem prædicamentis, & hoc dicitur substantia respectiue nõ absolute. Auer. epitom. metaph. tract. 1. ch. 169. col. 2.

Substantia magis denominat id, quod notificat quidditatem rei indiuiduæ, quam ipsum indiuiduum: quia videtur absurdum, & falsum, quod principia substantiæ, & eius elementa non sint substantiæ. Idem ibid. col. 3.

Substantiæ indiuiduæ partes nihil aliud sunt, quam materia sensibilis, & forma sensibilis. Idem ibidem tract. secun. char. 175. colum. 1.

Substantiæ nomen vetius dicitur de primo principio, quàm de alijs, cum eius substantia sit causa substantiarum eorum. Idem ibidem tra. 4. char. 183. colum. 4.

Substantia rei est causa, ex qua aliquid consequitur, nam esse rei est prius quidditate eius. Auer. ex destr. destr. disput. 8. char. 43. colum. 3.

Substantias rerum notificant intellecta rerum, non tamen sunt substantiæ rerum secundum Aristotelis opinionem. Auer. in 1. metaph. tex. comment. 45. ch. 13.

Substantiæ vniuersalissimum genus, quod in ea reperitur, est corpus. Auer. epit. in log. char. 342. col. 2.

Substantiæ rerum contrarijs similes, quodammodo sunt contrariæ. Auer. in 4. phys. text. 5. char. 57. col. 4.

Substantia est illud, pro cuius ablatione aufertur substantia. Auer. in 2. de anim. sum. 1. text. 8. char. 128. col. 1.

Substantiæ non habent demonstrationes, quia demonstratio est de substantia ad accidentia, substantia autem non habet substantiam, ideo non habet demonstrationem, quæ est transmutare in situ, sed hoc tantum reperitur in accidentibus. Auer. 6. met. sum. 7. t. com. 1. c. 68.

Substantiæ scientia si fuerit vna, contingit, quod omnes substantiæ sint vnius generis, & sic erunt omnes res generabiles, & corruptibiles, quod est inopinabile. Si substantiæ scientiæ sunt plures, continget, vt naturæ substantiarum sint diuersæ, & si sunt diuersæ, vel erunt consimiles, vel nomen substantiæ dicitur equiuocè de eiss si consimiles, species vnius scientiæ erunt scientiæ substantiarum: si fuerint non consimiles, tunc hoc nomen substantiæ dicitur æquiuocè pure, & sic substantiarum scientiæ non reducuntur in vnam scientiam, quod est inopinabile. Ergo oportet dicere substantiam, nec pure vniuoce, nec pure æquiuocè dici de omnibus substantijs, sed analogice, quia nihil est vniuoce substantiæ materiali, & immateriali. Auer. 3. meta. t. com. 4. c. 21.

Substantiæ tres sunt: materia, forma, & quod ex vtrisque constat, compositum. Boet. in prædicamen. char. 130.

Substantiale secundum suum nomen est id, quod habet modum substantiæ in eo, cui est substantiale, & hoc aliquid quando est substantia, aliquando non: substantia secundum materiam, habet tamen modum substantiæ. Albert. mag. in sex princ. char. 66. col. 4.

Substantia, quæ a nomine infinito significatur, non oportet, vt sit aliquid in rerum natura, sed sufficit, vt sit aliquid in dictione. Alber. mag. in periherm. ch. 82. col. 3.

Substantiale est medium inter substantiam, & accidens, vt etiam accidentale. Alber. magnus in secun. physic. tract. 2. cap. 2. char. 20. colum. 3.

Substantiæ principia sunt materia, & forma, & præcipue forma: & hæc dupliciter consideratur, vel vt esse totum substantiæ primæ, & quidditas ipsius, quæ significatur per definitionem, & sic in hoc septimo consideratur. Alio modo, prout ipsa est forma quædam, & natura secundum se considerata diuersa a materia, quæ est alia pars compositi, vt anima est forma hominis non prædicata de ipso, & sic vocatur a nonnullis quidditas licet improprie, & sic in aliquo de ipsa erit consideratio. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 119. col. 2.

Substantia cum dicitur, duo dicuntur: ordo vnius sub altero, & stans per seipsum in vera essentialitate, & alijs causis essentialibus. Si ordo attendatur, tunc indiuiduum est prima, & maxime substantia. Si secundo modo, forma est maxime substantia, & prima. Alb. mag. ibidem cap. 5. char. 121. colum. 1.

Substantiæ prædicatorum, quæ formalia sunt, & quidditates, non sunt diuersæ secundum esse a suis subiectis, nec natura priores, & diuersæ secundum esse, quæ tempore præcedat ea, quorum sunt substantiæ, quales substantias dicunt illi, qui ponunt ideas. Idem ibid. tra. 2. cap. 11. char. 124. colum. 1.

Substantia nulla est ex non substantijs, ideo ex vniuersalibus non est substantia. Idem ibi. tr. 5. ca. 7. c. 130. col. 4.

Substantia si perfecte debet sciri, oportet, vt in particularibus in propria natura cognoscatur: scire enim in vniuersali est scire in potentia. Alber. mag. in 11. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 147. colum. 1.

Substantia est ratio definitiua rei, & quidditas. Alb. mag. in 13. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 173. col. 3.

Substantiam esse omnibus rebus melius est, quam non esse. Alber. mag. de caus. & proces. vniuer. a caus. prim. lib. 2. tract. 4. cap. 7. chart. 225. colum. 3.

Substantia vnita est, quæ ad vnitatem causæ primæ proxime reducta est. Idem ibid. tract. 5. cap. 1. ch. 227. col. 1.

Substantias etiam si quis consideret, cognoscet, quod fiunt ex subiecto, vt plantæ, & vt animalia femine. D. Tho. in 1. phys. lect. 13. text. 62. ch. 12. col. 2.

Substantia vnaquæq; diffinitur per sua principia formalia, vel materialia. D. Tho. in 2. de ani. l. 1. tex. 2. c. 20. col. 4.

Substantialis forma nulla est per se sensibilis, sed solo intellectu comprehensibilis. Idem ibid. l. 14. t. 70. c. 32. col. 1.

Substantiæ principium, quo vtuntur omnes scientiæ, nõ est idem. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 2. ch. 49. col. 3.

Substantia cuiuslibet rei vna est in nulla alia reperta, nisi in illa, cuius est substantia, quod dicitur de substantia specifica. Idem in 5. metaph. t. 19. c. 137. col. 2.
Substantiæ principia non se extendunt extra substantiã. Idem in 3. metaph. tex. 2. ch. 49. col. 4.
Substantia prima est ens per se, omnia autem alia, in quocunque prædicamento sunt, sunt entia in quodam accessu. Alex. de ales in 3. metaph. t. 2. c. 128. col. 2.
Substantia est causa efficiendi subiectiue ipsi accidenti, & subsistenter, non tamen formaliter, quia accidentis formalitas non est substantia. Alex. de Ales, in 7. metaph. tex. 5. char. 185. col. 2.
Substantia sola proprie est aliquid. Idem ibid. text. 12. char. 193. colum. 3.
Substantia rei, & quid idem sunt, & vnũ, sed ratione differunt. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 19. ch. 199. col. 4.
Substantia, & entitas rei est vnum numero, quia omne quod est, ideo est, quia est vnum numero. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 57. char. 238. col. 3.
Substantiæ sunt numeri, quia in omni forma diffinibili est numerus principiorum diffinientium. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 10. ch. 251. col. 3.
Substantia est de numero primorum, quia est primum ens. Alex. de ales in 11. metaph. t. 1. ch. 305. col. 3.
Substantia, quæ trahitur de potentia ad actum, non est purus actus. Alexan. de Ales in 12. metaph. tex. 30. chart. 340. colum. 1.

Substantiæ proprietates, & locus.

Substantiæ commune omni est nõ esse in subiecto, sed non est proprium, quia differentiæ quoque conuenit. Arist. in præd. tract. 2. cap. 1. ch. 62.
Substantiæ inest omnia vnioce prædicari, sed & differentiis inest. Arist. in præd. tract. 2. cap. 1. ch. 63.
Substantia prima de nullo prædicatur. Idem ibid.
Substantia omnis hoc aliquid significare videtur, in prima est verum, in secunda potius quale aliquid. Arist. in præd. tract. 2. cap. 1. char. 64.
Substantiæ inest nihil illi esse contrarium, sed & quanto determinato inest. Arist. in præd. tr. 2. cap. 1. c. 64.
Substantia videtur hoc ipsum, quod est, non suscipere magis, & minus, sed & alia sunt, quæ non recipiunt magis, & minus. Arist. in præd. tr. 2. cap. 1. ch. 65.
Substantiæ maxime proprium est, vt vna, & eadem numero, secundũ sui ipsius mutationem contraria suscipiat, Arist. in præd. tract. 2. cap. 1. ch. 65.
Substantia omnibus subiacet, de illaque omnia dicuntur. Arist. in 1. phy. ex su. 1. cap. 3. tex. 14. ch. 6.
Substantia nulli est contraria. Arist. in 1. phy. ex sum. 3. cap. 1. tex. 50. char. 18.
Substantia magis est huius, differentia magis significat, hoc aliquid, cuius autem priuatio est non ens puta si calidum prædicamentum aliquod & forma, frigiditas autem priuatio: differunt autem ignis, & terra in his differentiis. Arist. in 1. de gen. & cor. cap. 3. t. 18. c. 391
Substantiæ solius proprie est distinctio. Aristot. in 7. metaph. ex sum. 2. cap. 3. tex. 12. ch. 132. Idem ibid. cap. 4. tex. 18. char. 134.
Substantiæ peculiare est per se subsistere. Alex. aph. in 6. metaph. vel secund. lat. 7. co. 46. c. 217. col. 1.
Substantiæ omnes simplices actus sunt, & non potentia, alioquin circa ipsas deciperemur, & orirentur, & interirent. Alexan. aphrod. in 8. metaph. vel secund. lat. 9. com. 24. ch. 246. colum. 1.
Substantiæ contrarietates eas accipiunt, quæ præter eas sunt, quæ substantias explent, & absoluunt. Porph. in prædicamen. char. 13.
Substantiam non esse ad aliquid non est vehementer afferendum. Porph. in præd. ch. 21.
Substantiis nihil est contrarium. Ammo. in Por. c. 10. c. 3,

Substantia vna, & eadem numero secundum sui ipsius mutationem susceptibilis est contrariorum, nisi alterũ inest ei natura, vt igni caliditas. Ammo. in præd. ch. 53.
Substantiis omnibus commune est exire de potentia ad actum. Them. in 12. metaph. ch. 3.
Substantiæ non in eo, quod sunt substantiæ, magis, & minus admittunt, sed in eo, quod a sensu magis, vel minus recedunt. Dex. in Porph. ch. 37.
Substantiæ subiectorum nihil conferunt ea, quæ sunt in subiecto. Simpl. in prædicam. ch. 23.
Substantiis quædam competunt per accidens, ita etiam accidentibus quædam competunt substantialiter per accidens. Simp. in prædicam. char. 25.
Substantia est capax contrariorum, non autem habet substantiam in contrariis. Simp. in præd. ch. 29.
Substantiæ nihil est contrarium, vt est subiectum, sed secundum id, quod est in subiecto, aliquid est contrariũ. Simp. in 2. physicor. ch. 99. col. 1.
Substantia non ex contrario, sed ex priuatione fit. Simp. in 5. phy. tex. 7. char. 295. col. 2.
Substantia nulla habet momentariam generationem, sed prorsus in generandis substantiis alia aliam præcedit, ac ante aliam fit. Io. gram. in 3. phy. c. 60. col. 3.
Substantia per se subsistere non potest. Idem in 4. physicor. char. 86. colum. 3.
Substantia siue vniuersalis, siue particularis in nullo penitus existit subiecto. Auerroes in prædicamen. tract. 1. cap. 2. char. 13. colum. 1.
Substantias nihil prohibet contrarias esse secundum formas, non secundum subiectum. Auer. in 1. phy. tex. 52. char. 16. colum. 1.
Substantias non habere contrarium intelligitur de substantiis compositis, non de simplicibus. Idem ibid.
Substantiæ simplices contrariæ sunt secundum qualitates, & propriæ qualitates in eis non sunt substantiæ, & si assimilantur substantiis, quoniam impossibile est, vt aliquid in aliquo sit de aliquo prædicamento, & in alio de alio, ita vt calor sit in homine de qualitate, in igne de substantia. Auer. in 5. phy. tex. 10. c. 99. col. 2.
Substantiæ si essent contrariæ secundum formam, & subiectum, non esset in eis transmutatio, ne dum motus. Auer. phy. 5. tex. 10. ch. 99. col. 2.
Substantiæ causa est substantia. Auer. 3. de coelo, sum. 1. tex. 1. char. 81. colum. 1.
Substantia, quæ non similitur alicui rei, id non oritur ex ea. Auer. de part. anim. 3. cap. 4. ch. 82.
Substantia eadem potest in se habere affirmationem, & ablationem in rebus suis absque eo, quod consequatur multitudo in hac substantia. Auer. ex destr. destr. disput. 3. char. 25. colum. 2.
Substantia vnus rei non facit alterius rei substantiæ intellectum, in quantum est alia ab ea. Auer. de ani. beat. tit. cap. 2. char. 64. colum. 3.
Substantiam sumit vnumquodque non ex iis, de quibus prædicatur, sed ex iis, ex quibus efficitur. Boeth. in Porph. chart. 97.
Substantiæ locus est, vbi accidentis naturæ consistere valent. Boeth. in prædic. char. 120.
Substantia ea suscipit contraria, quæ in eius natura non insunt. Boeth. in prædic. char. 142.
Substantiæ non sunt susceptibiles contrariorum, quæ semper vnã rem actu continent. Boethius in libr. de interpretat. char. 450.
Substantia cum sit diuisibilis potentia ex parte subiecti, & materiæ; potentia autem diuisi non reductur ad actum, vt fiat diuisibile, nisi per quantitatem: ideo de quanto post substantiam. Alb. mag. in præd. c. 42. col. 2.
Substantiæ forma abstrahi non potest, quia est de ratione subiecti, de quo prædicatur. Albert. Magn. in prædicamen. chart. 52. columna 3.
Substantia nulla est, quæ propria destituatur operatione.

Substantia non potest suscipere magis, & minus, quia substantiarum nomina in termino imponuntur, totamque materiam terminatam reddunt, ita vt nihil de materia remanet interminatum, & ideo magis habere non potest. Alb. mag. in sex princip. char. 78. col. 2.
Substantia, quæ est dans esse, & rationem, est in eo, cui dat esse, & rationem. Albertus magnus libr. 3. de anima tract. 3. cap. 13. char. 45. colum. 4.
Substantia vna simplex, sed potentia multiplex est, vbi est intellectuum, sensuum, vegetatiuum, & motuum, habetque vtrunque horum & propinquitate sui processus ad primum, a quo procedit. Alber. mag. ex prim. de intel. & intellig. tract. 1. tex. 51. cap. 5. char. 51. col. 2.
Substantialis forma, si est motiua sui subiecti secundum locum, habet hoc ex conuenientia cum primo, quod mouer secundum locum immobilis existens, & nõ ex hoc, quod compositum sit. Albertus magnus ex prim. de intel. & intellig. tract. 1. cap. 5. char. 51. colum. 2.
Substantia & si nõ recipiat magis, & minus, tamen vt forma per potetias naturales principium est operationis, vt vna substantia magis habet actualis substantiæ operationem, id est formæ quàm alia: ita illa est magis substantia, in qua vincitur forma, vt in igne: illa minus, in qua forma opprimitur, vt in terra. Alber. mag. in prim. de generatio. & corrupt. tract. 1. cap. 23. char. 62. col. 4.
Substantia ens genus non habet contrarium, tamen illa, quæ est principium generis, vel via in genus contrarium habet. Albert. mag. in 1. de generat. & corruptio. tract. 1. cap. 24. char. 63. colum. 1.
Substantialis forma nulla est alijs contraria. Albert. mag. in 2. de generat. & corrupt. tract. 2. cap. 7. ch. 74. col. 1.
Substantiæ proprium, per quod differt ab alijs prædicamentis, est hoc, quod in generatione substantiæ semper necesse est præexistere ante id, quo fit alia substantia, quæ existat per se communis ad id, quod fit secundum conuenientiam, quæ facit, & generat; vt necesse est præexistere animal, si id, quod fit, sit animal: sed quale & quantum, cum sit quale, & quantum, non necessarium est præexistere secundum actum, sed potentia solum, quia causa accidentis, per quam est, & diffinitur, est substantia: quæ est prima sub tali esse, quod qui dem est esse accidentis. Albert. magnus in 7. metaph. tract. 2. cap. 12. char. 127. colum. 1.
Substantia non habet in se magis, & minus, vt vna sit magis, & minus substantia quàm alia, & si dicitur magis, & minus, hoc accidit, vt est in materia secundum esse, quod sic fluunt potentia, vel impotentia naturales, vt sit impeditio vel expeditio in effectibus naturæ. Alb. mag. in 8. metaph. tract. 1. cap. 8. char. 136. col. 1.
Substantia non habet contrarium, si sumatur ipsa substantia: si autem accipiatur formalis differentia in genere substantiæ contrarietas in eis inuenitur. D. Thomas in prim. phy. lect. 12. tex. 57. char. 11. col. 2.
Substantiæ nihil est contrarium, compositum vel secundum materiam, vel secundum formam substantialem, & tamen aliquid sibi contrarium secundum propriam dispositionem ad hanc formam, vt ignis est contrarius aquæ contrarietate calidi, & frigidi: & hæc contrarietas requiritur in omnibus, quæ generantur, & corrumpuntur. D. Th. in 1. de cel. tex. 6. l. 6. tra. 20. ch. 6. col. 4.
Substantiæ adeo est proprium non suscipere magis & minus, vt etiam omne illud, quod modum substantiæ sapit, non suscipiat. Thomas de Vio in præd. c. 75. col. 1.

Substantiæ, vt species, genera, & partes.

Substantiæ secundæ dicuntur species, in quibus ea, quæ principaliter substantiæ dicuntur, in sunt, & hæc quidem, & harum specierum genera, vt homo, animal. Arist. prædicam. tract. 2. cap. 1. char. 60.

Substantiæ primæ sunt omnium subiectum, quia de illis omnia dicuntur, vel in illis insunt. Aristoteles prædicamen. tract. 2. cap. 1. char. 61.
Substantiis primis nõ existentibus impossibile est aliquid aliorum esse. Arist. prædicam. tract. 2. cap. 1. char. 61.
Substantiarum secundarum magis substantia est species, quàm genus: propinquior est enim primæ substantiæ. Arist. præd. tract. 2. cap. 1. chart. 61.
Substantiæ primæ ideo propriæ maxime substantiæ dicuntur, quia omnibus subiunguntur, & omnia alia de illis prædicantur, vel in ipsis sunt. Aristot. ibid. char. 62.
Substantiæ partes substantiæ sunt. Alexander aphrod. de anim. libr. 1. cap. 2. chart. 30. colum. 4.
Substantiarum genera, & species non significant hoc aliquid, sed qualitatem: nam quale signa substantiam definiunt. Idem in 2. meta. vel apud lat. 3. co. 19. c. 81. col. j.
Substantiæ primæ appellantur sensibilia, eo quod ipsis prius impositum ab hominibus fuit nomen, eo quod illa sensu percipiuntur primo quam videbantur, mox secundis nomina posuerunt, & si primo essent. Porphyrius in prædicamen. char. 11.
Substantias primas, vel secundas esse non est diuisio, sed partium tantum enumeratio. Ammo. in præd. ch. 37.
Substantiæ partes aliæ sunt sensibiles, vt manus, aliæ intelligibiles, vt rationale, mortale. Ammo. in præd. c. 2.
Substantiæ magis illæ habentur, quæ proximè sunt ad illam, quæ proprie, & maxime substantia appellatur. Eustratius 1. ethicorum char. 33.
Substantiæ primæ si non dantur, non datur aliquid ex secundis substantiis, & ex accidentibus. Auer. in prædic. tract. 2. cap. 1. char. 15. colum. 3.
Substantiæ pars est substantia. Auerroes in phy. prim. tex. 7. char. 20. colum. 1.
Substantiam primam nihil aliud declarat, atque quid sit demonstrat, nisi secundæ substantiæ. Boet. in præd. c. 134.
Substantiæ secundæ primas substantias habent ad prædicationem tantum, non etiam, vt ipsæ primis accidant substantiis. Boet. in prædicamen. char. 135.
Substantiæ secundæ, & si nihil habeant, quod essentia est, vel substantia, tamen per esse multa sunt in secundis, quæ non sunt in primis. Albert. magnus de caus. & proces. vniuers. a caus. pri. l. 1. tra. 4. ca. 4. ch. 196. col. 2.
Substantiam secundam quale quid significare, dupliciter intelligitur: primo primæ intentionis qualitate: alio secundo intentionis. Thom. de Vio in præd. c. 50. col. 1.
Substantia prima, & secunda duobus modis potest intelligi: primo secundum seipsam: secundo secundum sua accidentia, quò alteri potest esse contraria. primo modo omni caret contrario. Tho. de Vio in præd. c. 51. col. 1.

Substantia vt sensibilis, & composita.

Substantia quorum est in subiecta materia, horum nihil contingit fieri non existente aliqua materia. Arist. primo de coelo, text. 93. char. 273.
Substantiæ maxime videntur esse corpora, & horum naturalia: hæc enim aliorum principia. Aristot. de anim. 2. sum. 1. cap. 1. text. 3. char. 614.
Substantiam generatio sequitur, & substantiæ gratia ipsa est, non ipsa generationis. Aristoteles de generatio. anima. 5. cap. 1. char. 263.
Substantiæ causatæ in quibusdam horis temporis, nõ est possibile, vt continuenter cum substantiis sempiternis, quoniam non assimilantur eis omnino. Aristoteles de caus. cap. 30. chart. 999.
Substantiæ sensibiles omnes materiã habent, ita vt quod subiicitur formæ sensibili est materia, quæ substantia est; sed aliter forma, aliter compositum. Aristot. 8. metaph. cap. 2. text. 3. char. 163.
Substantiæ sensibiles considerantur a philosopho naturali, motum enim concernunt: intelligibiles vero, & immobiles cadunt sub speculatione alterius scientiæ

communis, id est metaphysices, Arist. 12. metaphys. ex sum. 1. cap. 2. tex. 6. char. 244.

Substantia sensibilis omnium mutabilis est, & si mutatur, est vel ex oppositis, vel ex medijs; ex oppositis non omnibus, sed ex contrarijs, & sic necesse est esse aliquid medium, quod est natura, quæ manet in transmutatione. Arist. ibid. cap. 2. tex. 6. ch. 244.

Substantia, & natura nostra in nobis non est, res tamen, quibus utimur secundum id quod in nobis est, & horum oppositum in nobis est: essentia autem in nobis aliquid non in nobis. Alex. Aphr. in 2. nat. q. cap. 4. c. 7.

Substantia omnis composita habet esse hoc, quod est a forma. Alex. Aphr. in 2. natur. q. cap. 24. c. 10.

Substantiarum mortalium nulla est, quæ sine quantitate, vel qualitate, alijsque huiusmodi consistat. Ale. Aph. in 6. metaph. vel secund. lat. 3. co. 2. c. 181. col. 2.

Substantiæ indiuiduæ primæ sunt, quantum spectat ad voces significatiuas: quantum ad naturam, intelligibiles. Porp. in præd. ch. 11.

Substantia composita sola in prædicamentis ab Aristotele consideratur. Ammo. in præd. c. 31.

Substantia sensibilis est composita. Dex. in præd. c. 36.

Substantia naturalis ad materiam, & formam spectat. Dex. ibidem.

Substantiæ compositæ plura insunt prædicamenta quam simplici. Dex. ibidem.

Substantia naturalis, & sensibilis est illa, de qua in libro prædicamentorum agitur. Simp. in præd. c. 18.

Substantia sensibilis, & non intelligibilis docetur ab Arist. in libro prædicamentorum. Simp. in præd. c. 10.

Substantia sensibilis ex concursu materiæ, & qualitatum, quæ simul omnia cum neuntur, efficiunt substantiã sensibilem. Idem ibid. ch. 24.

Substantiæ sensibilis proprietates in libro prædicamentorum tractantur. Simp. in præd. c. 29.

Substantiæ compositæ habent aliud subiectum, & aliud id, quod aduenit subiecto. In simplicibus est aliter. Simpl. in prædicam. ch. 29.

Substantia corporea non solum grauitatem; & leuitatẽ habet, sed etiã colores, figuras, & magnitudines. Simp. in 4. phy. tex. 59. ch. 238. colum. 2.

Substantiæ subditæ ortui, & interitui in tempore sunt, secundũ fluxum, & extensionem propriæ permanentiæ quousque durant. Simp. in 4. phy. c. 269. col. 1.

Substantia ois corporea partibilis est, intelligibilis vero impartibilis, anima autem rationalis inter partibile, & impartibile versatur. Simp. in 1. de ani. tex. 7. c. 2. col. 3.

Substantiæ compositæ nihil est contrarium, non autem simplici. Io. gram. in 1. phy. c. 18. col. 3.

Substantiæ melioris generationem, semper generationẽ appellat Arist. peioris vero corruptionem, vnius enim generatio alterius est corruptio. Io. gram. in 2. de gener. & corru. tex. 55. com. 44. ch. 143.

Substantiæ indiuiduum compositum ex materia, & forma quod fiat, & menturetur secundum totum de non esse in esse sine aliquo differente transmutationẽ, impossibile est omnino, nisi esse indiuidui compositi mutetur in esse indiuidui substantiæ compositi, & hoc est superfluum. Auer. in phy. 1. tex. 63. c. 18. col. 4.

Substantiæ non generantur nisi a suo simili in specie, & in genere; accidentia vero a causa æquiocam generari possunt: non enim sequitur, vt omne accidens generetur ex suo simili specie, vel genere: nigredo enim aliquando generatur a calore, aliquando a frigore. Auerr. 2. de celo, tex. 42. ch. 59. colum. 3.

Substantiæ compositæ habent suas diffinitiones, & nomina æqualia suis diffinitionibus; sed prædicantur de indiuiduis substantiæ sim quid, aut definitiones, aut nomina æqualia illis diffinitionibus, illa scilicet, q̄ congregatæ significant illud, quod diffinitiones significant distinctæ. Auer. in 7. metaph. tex. 10. com. 12. ch. 76.

Substantiæ sensibiles non considerantur a metaphysico, vt sensibiles, sed vt substantiæ: a naturali vero vt sensibiles considerantur. Auer. in 7. metaph. tex. 10. co. 39. c. 90.

Substantiæ transmutatio fecit nos scire materiam primam esse, sic vt transmutatio in loco fecit nos scire quod corpora celestia habent potentias in vbi. Auer. in 8. metaph. tex. 10. com. 39. ch. 103.

Substantiæ sensibilis principia tractauit Arist. in secundo, & tertio metaphysices. vt est substantia, in naturalibus vt sunt principia transmutationis. Aue. in 12. metaph. tex. comme. 1. char. 137.

Substantiæ indiuidua composita sunt, & si sint vnũ actu, est tamen quædam pluralitas in potẽtia. Auerr. in epit. metaph. tract. 2. char. 174. col. 4.

Substantiæ sensibiles significantur nomine famoso per aggregatum ex duobus, & significatio de composito est prior tempore, & posterior secundum esse, & significatio de forma est posterior tempore, & prior secundum esse. Auer. in epit. metaph. tract. 2. c. 175. col. 2.

Substantia generabilis, & corruptibilis est in temporis momento. Alber. magn. in 4. physicor. tractat. 3. cap. 102. char. 55. colum. 4.

Substantia omnis composita ex materia, & forma non potest aliam habere in specie, differentem tamen in numero solo, quia nulla est materia potentia similis, ex qua componitur indiuiduum eiusdem speciei. Alber. mag. in 1. de celo. tract. 3. cap. 8. c. 16. col. 5.

Substantiæ quædam habent generationem vniuocam, vt homo hominem generat, & sit generatio a sibi simile in specie; quædam habent generationem æquiocam, vt cum virtute stellarum ex putrefactione producuntur animalia, & illa habent simile sibi in genere. Alber. mag. in 2. de celo, tract. 3. cap. 1. c. 31. col. 4.

Substantia in se, ac in suis principijs, quæ sunt materia, & forma considerata, cum circa ipsa sint contrariæ differentiæ, quæ licet in eodem non sunt, tamen eiusdem potentiæ sunt, quæ est materia, & circa idem nata fieri, ideo potest contrarium habere. Alb. mag. in 1. de gener. & corru. tract. 1. cap. 24. c. 63. col. 1.

Substantiæ corporeæ, quia videntur ad sensum, licet separata substantiæ sint verius substantiæ, tamen magis videntur substantiæ, & inter corpora magis naturalia sunt substantiæ, quam artificialia. Alb. mag. 2. de anim. tract. 1. cap. 1. char. 13. col. 1.

Substantiæ vnius non est corruptibile, & incorruptibile, si corruptibile, & incorruptibile est aliquid secundum substantiam: sed si dicuntur secundum operationem, tunc nil prohibet ab eadem substantia potentias duas fieri: quarum vna sit corruptibilis, alia incorruptibilis. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 1. ch. 16. col. 2.

Substantiarum indiuiduarum multarum multæ sunt nature secundum esse, siue natura dicatur forma, siue materia: & cum intellectus sit natura hominis, hæc natura in multis esse non potest. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intell. cap. 5. ch. 80. col. 4.

Substantia, quæ est in genere substantiæ, cuius aliud est esse, & aliud, quod ipsa est, omnis composita est. Albert. magn. de caus. & process. vniuers. a caus. 1. l. 1. tractat. 1. cap. 10. char. 190. colum. 1.

Substantiæ vnitæ ingenerabiles sunt. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. 1. l. 2. tract. 5. cap. 1. c. 227. col. 1.

Substantia omnis destructibilis, & non sempiterna, aut est composita ex contrarijs, aut per modum entelechiæ delata super rem aliam, quæ ex contrarijs composita est: & quæ sic non est, est simplex, & æterna. Albert. magn. de caus. & process. vniuers. a causa 1. l. 2. tract. 5. cap. 1. char. 228. colum. 4.

Substantia quorum est aquea constans ex terrestri aquo- so pinguecente nutriuntur tali humore, vt pisces, & herbe aquosæ. Alber. Magn. de animalib. lib. 7. tractat. 3. cap. 2. char. 71. colum. 1.

Substan-

Substantia quorum est aerea, leuis permixta cum terrestri, eo quod terra sit maior pars materiæ eorum corporũ animatorum, nutriuntur seminibus, quæ maxime aeream, & pinguedine olei infusam habent naturam. Alber. mag. de anim. lib. 7. tract. 3. cap. 2. char. 71. col. 1.

Substantia quorum est terrestris calido, & humido infusa, libentius hæc carnem manducant, & quorum est complexio calida, & sicca, hæc calidam, & siccam querunt, & si alios quærant cibos hoc ex necessitate famis quærent. Albertus magnus de animal. libr. 7. tract. 3. cap. 2. char. 71. colum. 1.

Substantia, & si indiuisa sit actu, si sola intelligatur, tamen potentia diuisibilis est: sed non est potentia diuisibilis, nisi quia potentia habet partes, & ea quidem, quæ sunt partes, habet in se ipsa. Sed secundum actum partium non habet ea, nisi quando partitur, & diuiditur: non autem diuiditur, nisi cum dimensionibus accepta: ideo accidens partialitatis habet a quantitate secundum actum: sed id, quod est pars, quod potentia est ad huiusmodi accidens, habet in se ipsa. Alber. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 21. char. 88. col. 1.

Substantia corporea est aliquid in potentia, & aliquid in effectu. In potentia est id, quod est susceptibile dimensionis secundum actum. In actu est corpus continuum & in eo quod est continuum est compositum ex forma continuitatis, & materia, quæ est illa, quæ de se æqualiter se habet ad continuum, & incontinuum, licet a continuo nunquam separatur. Albert. mag. in 5. metaphys. tract. 2. cap. 2. char. 104. col. 2.

Substantia sensibilis dupliciter sumitur. Si in communi, non transmutatur substantia sensibilis, nisi a substantia sensibili, nec erunt qualitates passiuæ, & actiuæ, nisi in aliqua substantia. Si accipiatur in numero, nil prohibet ante hanc, vel illam substantiam sensibilem esse quædam accidentia transmutantia materiam ipsius. Alber. mag. 11. metaph. tract. 1. cap. 12. char. 150. col. 3.

Substantiæ mobilis, & sensibilis, sed non corruptibilis principia sunt materia, & forma: materia quidem est, quæ est in motum vbi determinata: forma est, quæ est in esse, quod dat intelligentiam, & actus eius proprius, & secundum naturam saluans in esse ipsum motus est circularis. Alb. mag. 11. meta. tra. 3. cap. 3. char. 163. col. 1.

Substantia sola simpliciter generatur, & corruptitur. D. Thom. in 1. de gener. & cor. lec. 6. tex. 12. c. 7. col. 1.

Substantiam non significantia non generantur simpliciter, quia generatio est via de non esse ad esse. D. Tho. in 1. de gener. & corru. lect. 9. text. 20. char. 9. colum. 3.

Substantia, quorum in alteratione non corrumpitur, iterantur eadem numero; vt Sol, qui in obliquo circulo iteratur. D. Tho. 2. de gen. & cor. l. 12. t. 70. c. 37. col. 2.

Substantia corporeæ magis sunt manifestæ, quia substantiæ incorporeæ, quæcunque sunt, immanifestæ sunt, eo quod a sensibus sunt remotæ, & sola ratione inuestigabiles. D. Th. in 2. de ani. l. 1. tract. 3. char. 20. col. 3.

Substantia corporum artificialium est materia eorum, quæ remanet sublata forma artificiali, licet non remaneat ipsum corpus artificiale in actu. D. Thom. in 2. de anim. lect. 2. text. 8. char. 21. col. 4.

Substantiæ sensibiles, quæ sunt secundum aliquid in actu, & secundum aliquid in potentia, secundum se ipsas habent aliquam actionem. D. Thom. in 3. de anim. lec. 9. tex. 15. char. 57. colum. 3.

Substantia quodammodo est ex substantijs, quodammodo non. D. Thom. 7. metaph. lect. 14. tex. 50. char. 549.

Substantiæ omnes sensibiles habent materiam, quia omnes sunt in motu. D. Tho. 8. metaph. l. 1. tex. 3. ch. 586.

Substantiæ materiales non sunt intelligibiles actu, sed potentia, sunt autem intelligibiles actu per hoc median- tibus virtutibus sensitiuis: earum similitudines, imma- teriales redduntur per intellectum agentem, quæ similitudines non sunt substantiæ, sed quædam species

intelligibiles intellectu possibili receptæ, quæ secundum Aristotelem non sunt substantiæ per se substantes. D. Thom. 12. metaph. l. 8. tex. 39. char. 875.

Substantiæ materiales non sunt vniuocæ in materialibus, sed analogiam habent ad immateriales. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 5. char. 56. col. 5.

Substantiam materialem non considerat primus Philosophus, nisi vt per cognitionem eius veniamus in cognitionem immaterialis substantiæ. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 4. char. 78. col. 2.

Substantiam materialem siue substantia æterna dari impossibile est, non autem, vt ponit Plato, Ideas, sed a qua substantia est omnis ordo in substantijs materialibus. Alex. de Ales 11. metaph. tex. 1. char. 307. col. 2.

Substantia sensibilis est via, per quam deuenimus in cognitionem substantiæ intelligibilis a notioribus nobis ad notiora naturæ. Alexander de Ales 11. metaphys. text. 6. char. 331. colum. 1.

Substantia omnis transmutabilis est composita ex potentia, & actu, ex forma, & materia. Alexander de Ales in 12. metaphysic. text. 12. chart. 332. colum. 3.

Substantia vt forma sempiterna, simplex, ac intelligibilis.

Substantia quorum incorruptibilis est, quæ mouentur, manifestum est quod, & numero eadem erunt. quorum vero incorruptibilis, necessario est specie, numero autem non, reuerti ideo aer ex aqua, & aqua ex aere specie idem, numero autem non. Arist. 2. de gener. & corru. sum. 3. cap. 3. tex. 70. char. 450.

Substantiæ vnitæ intellectuales non sunt generatæ ex re alia, alioqui esset diminutio. Arist. de caus. propr. c. 996.

Substantia omnis stans per seipsam est non cadens sub corruptione, alioqui esset sine essentia sua. Aristoteles de caus. propr. chart. 996.

Substantia omnis stans per essentiam suam est simplex, & non diuiditur. Arist. de caus. propr. char. 997.

Substantia omnis simplex est stans per seipsam, id est per essentiam suam, quia est creata sine tempore, & est in substantia sua superior substantijs temporalibus, quia non est generata ex alia. Arist. de caus. propr. ch. 998.

Substantiæ sempiternæ, quamuis eas non videmus, tamen non restat, quod non sint. Arist. 2. metaphysic. cap. 19. tex. 59. char. 159.

Substantiæ formales sunt numeri, non vt numeri vnitatum, nam diffinitio quidem est diuisibilis in indiuisibilia (non enim infinite diffinitiones) numerus vero est tale quid. Arist. 8. metaphysic. cap. 5. tex. 10. char. 167.

Substantiam aliquam sempiternam esse immobilem necesse est, nam substantiæ primæ entium sunt, & si non, omnes substantiæ erunt corruptibiles, quod impossibile esse, patet in motu, & tempore, nam corrupti non possunt. Arist. 12. meta. ex sum. 2. cap. 1. tex. 29. c. 250.

Substantia sempiterna si datur, oportet quod semper moueat, alioqui motus non esset æternus, quia motus non est nisi a mouente in actu. Arist. 12. metaph. ex sum. 1. cap. 1. tex. 30. char. 250.

Substantia sempiterna semper mouens non debet esse in potentia, sed actus aliqui contingeret mouere, & non mouere. Arist. ibidem tex. 39. char. 250.

Substantiæ sempiternæ sine materia esse debent, quia non sunt corruptibiles. Arist. ibidem char. 251.

Substantia sempiterna mouens non mota mouet, vt appetibile, & intelligibile, quæ enim sic mouet mota mouet. Arist. 12. metaph. ex sum. 2. cap. 2. text. 36. ch. 252.

Substantiam sempiternam non contingit habere magnitudinem, quia mouet per infinitum tempus, & finitum non habet potentiam infinitam. Arist. 12. metaph. cap. 3. tex. 40. char. 254.

Substantia sempiterna est impassibilis, & inalterabilis, 00 3 ita

ita vt nullo motu moueatur : omnes enim motus posteriores sunt motu locali. Arist. ibi. ca. 3. tex. 42. c. 255.

Substantias tot esse sempiternas, & immobiles secundum se, & secundum non accidens, quot sunt lationes necesse est, quæ autem primæ, & secundæ secundum ordinem latationum astrorum manifestum est. Arist. 12. metaph. cap. 2. tex. 44. ch. 256.

Substantiæ æternæ non suscipiunt contraria, cum vniformes sint. Por. in præd. ch. 13.

Substantia diuina non est subiectum, cum illi nihil accidat. Ammo. in præd. ch. 17.

Substantia intelligibilis est incorporea, immobilisque, quæ omnium, quæ in hoc mundo mouentur, causa est. Dex. in prædicam. char. 36.

Substantiæ primæ causa sapientia est, & mens, & ab ea ordo, & rectitudo entium prouenit, & est illa, quam oia, quæ sequuntur, appetunt, quædam est minus, quædam cominus accidentia ad ipsam. The. in 12. metaph. c. 13.

Substantia incorporea prius est ordinata, quam corporalis. Simp. in præd. ch. 94.

Substantia cœlestium expers est ortus, & supra tempus, sed motus temporanei sunt. Idem in 4. physicor. text. 117. char. 270. colum. 2.

Substantiæ propriissime immobiles sunt, quæ separatæ sunt à corporibus. Idem in 5. phy. tex. 20. c. 311. col. 1.

Substantia separata seiunctas habet actiones. Simpl. in 1. de ani. tex. 12. char. 3. col. 1.

Substantiæ formales formam percepturam mundam, & puram esse oportet ab accidentibus, maxime ab extremis, vt sunt passiuæ qualitates, & respectu corporis immistam idque ideo, vt indiuisibilia intelligat in seipsam; conuertere sese valeat. Idem in 3. de ani. ex lect. 1. tex. 6. char. 59. colum. 4.

Substantiarum simplicium, id est, quæ sine materia considerantur, in his forma, definitio videlicet, non aliud quid nunquam est ad definitionem. Io. gramm. in 2. poster. cap. 2. char. 57. colum. 3.

Substantia vnã omnium intelligibilem dicere possibile est, cum sensibilem ab ipso solum separemus quid est, quod semper est: generationem vero non habens, & quod est, quod sit quidem, nunquam vero est in diuisione in duo quouis modo entium, & possibile est diuidere occultam, & ratiocinatione speculabilem in proprie intelligibilem, & incogitabilem, quæ etiam sub diuidere licet. Sirian. in 2. metaph. vel 3. secund. lat. com. 6. c. 3.

Substantiæ simplicissimæ, & proprie intelligibiles hoc in se habent, quod omne, quod sunt, hoc sunt; ideo neque distimibiles, nec demonstrabiles sunt, sed sola apprehensione considerantur. Sirian. in 2. metaph. vel 3. secund. lat. com. 6. char. 3.

Substantiæ abstractæ sunt intellectæ in se naturaliter, & non sunt intellectæ; quia nos eas intellectas facimus. Auer. in 2. metaph. tex. co. 1. char. 14.

Substantias abstractas intelligere non est nobis ita impossibile, vt est impossibile vespertilionem inspicere solè. Auer. in 2. metaph. tex. com. 1. ch. 14.

Substantiæ separatæ sunt de genere rerum existentium, per se, & non de genere relatiuorum, & sic non erit nisi substantia particularis existens per se, aut in materia, aut in non materia. Auerroes in 7. metaphysico. tex. comment. 48. chart. 93.

Substantiæ æternæ, quia in eis non est potentia ad corruptionem, non est in eis materia, sed materia eorum est aliquid existens actu, vt corpus: ideo dignius habet hoc nomen subiectum, quam materia. Auer. in 8. metaphysico. tex. commen. 12. ch. 103.

Substantiam æternam esse declarari potest propositionibus communibus vtriusque scientiæ. Auer. in 12. metaphysico. tex. commen. 29. ch. 147.

Substantia æterna si est, non est necessarium vt motus eius in vniuersali sit æternus, sed si motus eius in vbi

est æternus, necesse est, vt motus eius sit a motore non corporeo, nec potentia in corpore, neque æterno, nec non æterno. Auer. in 12. metaph. tex. co. 41. c. 152.

Substantiam primam priorem esse motore totius falsum est. Auer. in 12. metaph. tex. co. 44. c. 153.

Substantia abstracta nulla est, quæ non moueat, quia tunc inueniretur in dispositione diminuta. Auer. in 12. metaphysico. tex. commen. 48. ch. 156.

Substantia existens ex se est Deus gloriosus, & attributa sunt causata. Auer. ex dest. dest. disp. 9. c. 44. col. 3.

Substantiæ intellectuales sunt immobiles, & impartibiles per se, quia non mouetur nisi corpus, & non diuiditur nisi quantum. Alber. Magn. in 1. de cœlo, tractat. 3. cap. 4. char. 14. colum. 4.

Substantiæ separatæ, & quæ sine materia intelligunt res per simplices rerum quidditates, non errant, nec falsificatur earum intellectus. Alber. Magn. in 3. de anim. tract. 3. cap. 2. char. 41. colum. 2.

Substantia separata est omnis essentia, a qua fluunt potentia naturales separatæ secundum se ipsas, & suas operationes. Alb. mag. in 3. de ani. tr. 3. cap. 12. c. 45. col. 2.

Substantia nulla forma existens, & actus mouet motum localem, nisi vt communicat in aliquo cum formis cœlestibus primis separatæ. Albert. Magn. de motibus animal. 1. tract. 1. cap. 4. ch. 42. col. 2.

Substantiarum separatarum positio philosophorum duplex est. Vna, quod ois intellectus vniuersaliter agens in materia, quæ sibi subijcitur, sit substantia mouens aliquod cœlū, ita vt motus cœli sit immediatus actus eius, & cœlū est ipsum instrumentum, cuius motu virtutes, & formæ ipsius intellectus veniunt ad materiam, etiã educant ex ipsa in actum, id quod est in potentia in ipsa: quia id quod est in potentia, non educitur in actum nisi per id, quod est in actu, quia omnis generatio est a conuenienti forma. Alia positio est, quod præter intellectum, qui mouet orbem, sit intelligentia agens inferioris ordinis, quam cœlestis, & hæc sit, quæ agit in actiuis, & passiuis, & largitur formas in eis. Alber. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 1. ch. 78. col. 1.

Substantia intellectualis est, quæ secundum id, quod est, & esse suum in forma intellectus agentis in esse, & natura constituitur. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. tract. 5. cap. 2. ch. 227. col. 3.

Substantia omnis stans per essentiam suam est non cadens sub corruptione. Idem ibid.

Substantiarum cœlestium consideratio difficilis est propter duo: & quia distat multum a nobis, & quia nobilissimæ sunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 3. ch. 100. col. 1.

Substantiæ separatæ, & simplices vt intellectus, & intelligentiæ non habent materiã, & non educuntur de potentia ad actum, sed per se ipsas simpliciter sunt vnum, & non multa: nulli enim nituntur materiali principio. Alb. mag. in 8. metaph. tract. 2. cap. 5. c. 137. col. 2.

Substantia prima est vbi que, ita vt non habeat respectum ad locum oem oia ambiens, & semper, quæ quicquid non restringit ad situm, & locum oportet, quæ restringat per aliquid indiuiduam, & nihil est indiuiduam, nisi materia. Igitur quæ caret materia, caret indiuiduatione, at prima substantia caret materia, igitur caret indiuiduatione, & non est hic, vel ibi: & cum ois motor suã totã ambit naturã, vbiq; ergo est prima substantia. Al. Ma. in 11. met. tr. 2. c. 3. c. 152. c. 1.

Substantia prima est semper, quia tota est simul non diuisa, nec distensa per formam: secundæ autem substantiæ omnes causatæ sunt a substantia prima, & recipiunt formas sui motus ab ea, & idem, & in esse, & secundum mouere potentias habent distensas, & aliquo modo diuisas, propter quod sempiternitas earum non est tota simul. Alb. mag. in 11. metaph. tr. 2. cap. 3. c. 152. col. 2.

Substantia separata, quæ est causa rerum, quæ habet respectum principium, & causã, & tale principium non præhabet formas rerum secundum se distinctas sed potius præha-

præhabet eas virtute; quia quanto simplicius est, & prius, tanto virtus eius ambit plura. Alb. magn. in 10. metaph. tract. 2. cap. 19. c. 156. col. 3.

Substantiæ separatæ natura est intellectus separatus, nulli habens aliquid commune motu suo, quo mouet largiens formas ad esse, quas largitur essentiali lumine suo, per hoc quod est intellectus vniuersaliter agens nihil à corpore recipiens, qui neque mouet per se, nec per accidens. Alber. magn. in 11. metaphysico. tract. 2. cap. 3. 1. char. 160. colum. 2.

Substantiæ separatæ non intelligunt ens causatum, nisi, vt sunt causæ ipsius per se ipsas, & diuersum à se intelligunt: quia forma in manibus, & instrumentis est diuersa a se ipso, ac forma in materia extra magis est diuersa, nec aliquid intelligendo recipiunt, & earum scientia, nec vniuersalis, nec particularis est, sed est æquiuoca cum scientia nostra. Alb. mag. in 11. metaphysico. tract. 2. cap. 33. char. 160. col. 3.

Substantiarum separatarum scientia, nec vniuersalis, nec particularis est, nec vniuersa nostræ scientiæ, & materialia immaterialiter cognoscunt, cõposita simpliciter, & palia intemporaliter, & multa vnite, & diuisa, & indiuisibiliter. Alb. mag. in 11. met. tr. 2. cap. 35. c. 160. c. 4.

Substantiæ separatæ, dum agunt, non patiuntur, & cœlestia corpora licet patiantur a substantiis separatæ dum mouentur, tamen non patiuntur ab iis, quæ ab eis mouentur. D. Thom. in 1. de gen. & cor. l. 18. t. 43. c. 15. c. 4.

Substantiæ separatæ, etsi non sunt compositæ ex materia, & forma, sunt tamen hoc aliquid, cum sint substantiæ in actu, & completæ in natura sua. D. Thom. in 2. de anim. lect. 1. tex. 2. char. 20. col. 2.

Substantiæ separatæ etsi non sint eiusdem speciei cum substantiis sensibilibus, vt Platonici posuere, tamen cognitio harum substantiarum sensibilium est via ad cognoscendas substantias separatæ. D. Thom. in 7. metaphysico. lect. 17. tex. 59. char. 568.

Substantia aliqua est separata a sensibilibus, non autem species rerum sensibilium, vt Platonici posuerunt, sed primi motoris. D. Thom. in 11. metaph. l. 2. tex. 1. c. 756.

Substantiæ separatæ, quæ intellectuales dicuntur, statim absque inquisitione notitiam veritatis habent. D. Thom. in 1. Ethic. lect. 11. char. 11. col. 3.

Substantia separata debet vocari maxime vniuersale in causando. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 7. col. 2.

Substantiæ separatæ manifestissimæ sunt in natura veritatis, quia sua ratio actiua se manifestandi oritur ex natura rei. Alex. de Ales in 7. metaphysico. char. 35. col. 3.

Substantiæ separatæ, cum sint separatæ a materia secundum esse, & secundum conceptum, ideo excedunt sensum, & cum omnis cognitio nostra a sensu oriatur, ideo non sunt proportionatæ intellectui nostro. Alex. de Ales in 7. metaph. char. 48. col. 1.

Substantiam æternam separatam est dare, quia materialis substantia omnis possibilis est, & possibile arguit necesse. Alex. de Ales in 11. metaph. tex. 1. c. 307. col. 2.

Substantia prima sempiterna secundum fidem nostram, de non creante fit creans sine mutatione sui, sed per solam mutationem alterius extremi, id est rei creatæ. Alexand. de Ales in 12. metaphysico. tex. 39. c. 340. col. 1.

Substantia æterna in actione manente non potest de non hoc facere hoc sui sine sui mutatione, at de actione, quæ transit in operatum, potest de non hoc facere hoc sine sui mutatione. Alexand. de Ales ibid.

Substantiæ sempiternæ secundum Arist. semper mouentur. Alex. de Ales in 12. metaph. tex. 30. ch. 340. col. 2.

Substantia æterna habet multas perfectiones: primo, quia mouet, vt finis: secundo, quod mouet, vt summum intelligibile: tertio, quod sit optimum appetibile: quarto, quod mouet primum cœlum, quo moto mouet hæc inferiora: quinto, quod in ea est summa delectatio ex eo, quod hæc ratione summi intelligibilis, & opti-

mi appetibilis.

Alex. de Ales in 12. met. t. 36. c. 342. c. 3.

Substantiæ separatæ habent causam mouentem, quæ scilicet introducit esse immediatæ, non aut quæ introducit esse per motum. Idem in 8. metaph. t. 16. ch. 259. c. 2.

Substantiæ separatæ maxima dispositio est non ex hoc, quæ moueat corpora cœlestia, sed quod intelligit, & amat principium primum, in qua intellectione, & amore est felicitas ipsarum. Idem in 12. metaph. t. 48. c. 349. c. 2.

Substantiarum separatarum quidditas potest reperiri in multis suppositis, & multiplicari potest per potetiam primi principij. Idem in 7. metaph. tex. 41. ch. 227. col. 1.

Substantia, vt prædicantur, & differunt.

Substantiali prædicatione quæ prædicantur de substantia, aut sunt pars subiecti, aut prædicatum erit de essentia subiecti, & quæ sic non prædicantur, accidentia sunt. Aristot. in 1. posterior. cap. 18. tex. 35. char. 333.

Substantialiter prædicatis competit, & nomen, & definitionem subiecti tribuere. Ammon. in prædic. ch. 43.

Substantiarum differentia non possunt esse accidentia. Auer. in 4. de cœlo, tex. 40. c. 123. col. 3.

Substantia sumitur in definitione trium prædicamentorum, vbi, situs, habere, quia in omnium horum definitione sumitur corpus, vt vbi est proportio corporis ad locum, & sic de aliis. Auer. in epitom. metaphysico. tract. 2. char. 172. colum. 2.

Substantia, si prædicatur de accidente, præter naturam prædicatur, si de substantia accidens secundum naturam. Ioan. Gramm. in prim. physico. tex. 39. char. 13. c. 2.

Substantialiter de pluribus prædicata ab iis, de quibus dicuntur, non possunt contineri. Boet. in Por. ch. 108.

Substantiis differunt, quæ definitione differunt. Boeth. in Porph. char. 44.

Substantia prædicatur in quid: quantitas subiecti in quantitatem dimensionum: ad aliquid comparisonem: qualitas qualitatem. Alb. mag. in præd. c. 52. col. 3.

Substantia prædicatur, vt est simpliciter ens, & per se ipsam. Alb. mag. in prædicam. char. 58. col. 1.

Substantia non prædicatur de materia, & forma vniuersae, sed per prius, & posterius, & ideo prædicatum hoc, nec est essentialiale, nec accidentiale, sed est quidam modus eius, quod ad substantiam quocunque modo referatur. Alb. mag. in 8. metaph. tr. 2. cap. 6. ch. 137. col. 4.

Substantialiter vltimum prædicatum, & non per denominationem est substantia, & forma, & actus, quæ vero non sic prædicantur, sed sunt, vt species, & forma quædam, vt hoc aliquid prædicatum, vltima materia, illorum est materialis substantia, & illa dicitur, non illud, sed illius, & rectum, & dignum est, vt passiones illius, & materia dicantur, & non illud, quia ambo illa, materia videlicet, & passio, sunt infinita, & indeterminata, & non specificantia aliquid. Alb. mag. in 9. metaph. tract. 3. cap. 3. char. 140. col. 1.

Substantiarum differentiarum principia, quæ sunt constitutiue specierum, oportet esse formas substantiales. D. Thom. in 1. de gener. & corrupt. l. 8. t. 28. c. 28. c. 4.

Substantia a quo considerantur, & vt ab Aristotele appellantur.

Substantiæ loco Aristoteles consuevit dicere hoc aliquid, & quid est. Alexand. Aphrod. in 6. metaphysico. vel secundum Latin. 7. comm. 1. char. 180. colum. 2.

Substantiæ mutationibus obnoxia, non quæ immutabilitatem obtinent, considerantur ab Aristotele. Dex. in prædicament. char. 41.

Substantiarum generatio simplex ab Aristotele appellatur: accidentium autem generatio quædam generatio appellatur. Io. gra. in 1. phy. c. 25. col. 3.

Substantiæ consideratio proprie non est huius scientiæ: sunt

Sunt enim substantia, & accidens differentie entis, ut ens, & sic proprium est metaphisicæ: illic enim apparet, quod materia est substantia in potentia, & forma est illa, propter quam ens est substantia in actu. Auer. in 2. phy. tex. 4. c. 24. col. 1.
Substantiam contrariam non esse substantiæ, intelligit Aristot. hic per contraria contraria mediata, quorum vtrumque est forma, & habitus, & habent media. Auer. in 5. phy. tex. 10. c. 99. col. 1.
Substantiarum quarundam concedit Aristot. differentias esse aliorum prædicamentorum, id est, ut differentia alicuius substantiæ in loco accipiunt aliquid aliorum prædicamentorum. Auer. in 4. de cel. t. 40. c. 123. col. 3.
Substantiæ principia inquit Philosophus, ut sunt principia substantiæ, & declarat, quod substantia abstracta est principium substantiæ naturalis, sed hoc ponendo accipit pro constanti, quod probatum est in naturali de principijs substantiæ generabilis, & corruptibilis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 5. char. 138. col. 2.
Substantia immobilis est propria primæ philosophiæ. Auer. in 12. metaph. tex. com. 6. char. 138.
Substantiæ omnes considerantur a prima philosophia, sed non est de omnibus accidentibus, quia accidentia determinatarum substantiarum non emanant de ipsis secundum quod reducuntur in ens primum, sed potius, ut cum materia determinata conceptas habent rationes. Alb. mag. in 3. metaph. tr. 3. cap. 5. ch. 84. col. 4.
Substantiæ, ut entia, pertinent ad considerationem huius scientiæ. D. Thom. in 4. metaph. lect. 1. tex. 2. char. 188.
Substantiæ accidentia in se considerat metaphisicus, & non accidentia omnium substantiarum. Alexand. de Ales in 3. metaphisic. tex. 5. char. 57. col. 1.
Substantiam considerare in se, & in hoc multum differt, metaphisica considerat substantiam in se, aliæ scientiæ considerant eam, ut hanc substantiam. Idem ibid.
Substantias omnes considerat metaphisicus, de omnibusque est hæc scientia, ut conveniunt in vna substantiæ ratione. Idem in 11. metaph. tex. 1. ch. 305. col. 1.
Substantiam, & quidditatem tantum scientia vniuersalis considerat. Idem in 11. metaphisic. char. 315. col. 1.

Substantia, ut se habet ad accidens.

Substantiam infinitam esse, aut qualitatem, aut passionem, non contingit nisi per accidens. Arist. in 1. physic. ex sum. 1. cap. 3. tex. 15. char. 6.
Substantia solum dicitur fieri simpliciter, accidentia vero fieri aliquid. Arist. in 1. phys. cap. 3. tex. 65. char. 21.
Substantia sola de nullo dicitur subiecto, sed de illa alia via, id est substantia non est in subiecto. Idem ibid. c. 22.
Substantiæ, & accidentium si vna esset scientia, substantiæ, & eius, quod quid est, esset demonstratio. Arist. in 3. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 6. char. 45.
Substantiæ solius proprie est definitio. Arist. in 7. metaphisic. cap. 3. tex. 12. char. 132.
Substantia nulla, aut ens ad aliquid est: in ipso enim non inest motus. Arist. in 14. metaph. cap. 3. char. 299.
Substantiam rei qui ignorat, is eius rei accidentia demonstrare nequit. Alex. Aphrod. in 2. metaph. vel secund. Lat. 3. com. 28. char. 64. col. 1.
Substantia vnaquæque vna tantum specie participat, accidentibus vero multis. Porph. 5. voc. cap. 7. char. 55.
Substantiales qualitates sunt, quæ substantias explent, & perficiunt. Porph. in prædic. char. 12.
Substantiales non sunt qualitates, quæ siue adsint, siue absint non corrumpunt substantiam. Idem ibid.
Substantia posita prius accedit magnitudo, quæ est quantitas, deinde maius, quod est ad aliquid, postea affectiones, quæ sunt qualitates. Idem ibid.
Substantia si cum quanto copulatur, oritur vbi, & quando; si cum quali, facere, & pati: si cum ad aliquid, ha-

bere, & situm esse. Ammon. in prædic. char. 102.
Substantia ex quantitate sumit, quod sit diuisibilis, quod composita, quod tribus constat diuisionibus. Dex. in prædicament. char. 43.
Substantia ex qualitate sumit solum, ut sit talis. Idem ibid.
Substantia nulla est de numero eorum, quæ sunt ad aliquid. Simplic. in prædicament. char. 49.
Substantia de substantia tantum sumitur, proprie autem de omnibus prædicamentis. Simplic. in 3. physicor. tex. 36. char. 168. colum. 2.
Substantiæ quæcunque mouentur, vel quiescunt per accidens mensurantur a tempore. Io. Gram. in 4. phy. text. 120. chart. 113. colum. 1.
Substantiæ indiuiduum prius est aliis indiuiduis accidentium. Auer. in 7. metaph. su. 1. tex. co. 2. char. 72.
Substantia est prior tempore accidente, quoniam si accidens est post corpus, in quo est, manifestum est, quod illud corpus præcedit illud secundum tempus. Auer. in 7. metaph. char. 73. col. 2.
Substantiæ, quæ sunt existentes per se, & vniuersale est in capite ad aliquid. Auer. in 7. metaph. tex. co. 46. ch. 93.
Substantia indigent prædicamenta omnia. Auer. in epitom. metaph. tract. 2. char. 172. col. 2.
Substantia præcedit prædicamenta cætera accidentalia, scilicet prioritate causæ ad causatum suum, & temporis, & notitiæ. Idem ibid. col. 3.
Substantia apparet in definitione accidentium in actu. Auer. in epitom. metaph. tract. 2. char. 173. col. 1.
Substantia sine accidente videri non potest. Boeth. in Porphy. chart. 1.
Substantius interemptis, accidentia quoque perire necesse est. Boeth. in Porphy. char. 42.
Substantia est simpliciter ens, alia prædicamenta sunt entis passionem. Alb. Mag. in præd. c. 16. col. 3.
Substantia per qualitates actiuas ad agere, & pati disponitur. Alb. Mag. in præd. c. 52. col. 3.
Substantia, & accidens licet nihil mediū habeant, in modis tamen accidentis, & per accidens nihil prohibet aliquid esse vicinius substantiæ, & in modo substantiæ nihil prohibet aliquid esse vicinius accidenti, quam aliud. Alb. Mag. in 5. phy. tract. 1. cap. 1. c. 59. col. 4.
Substantia si sine aliis prædicamentis accipitur indiuisibilis est: si eraddatur quantitas, est diuisibilis, & cum partes materiæ quantæ diuiduntur, & densum, ideo substantiam recipit rarum, & densum absque alicuius alterius inductione, vel immisione in ipsum, vel ex ipsa, & aliquid, quod pars cedat in partem in denso, vel exeat a parte in raro. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 87. col. 4.
Substantia, ut est commune, accipitur per analogiam, & sic conuenit primo vni, deinde per illud alii, & accipitur ut accidentibus substat, & sic cadit in coordinatione prædicamentorum, & accipitur, ut substantiæ natura opponitur accidentium naturæ. Alb. mag. in 2. de anim. tract. 1. cap. 1. char. 13. col. 1.
Substantia quod vni est, alii accidens esse nequit. Albert. Mag. de cau. & proces. vniuer. a cau. pri. lib. 1. tract. 4. cap. 4. char. 196. col. 1. Idem D. Thom. in 5. physicor. lect. 3. tex. 4. char. 75. col. 1.
Substantia nulla, aut nulla substantiæ pars propria destituta est operatione. Albert. Mag. de animalib. lib. 1. tract. 2. cap. 4. char. 100. colum. 3.
Substantiæ principia sunt principia accidentis. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 1. c. 119. col. 3.
Substantia, & accidens demonstrari possunt, & formaliter, & materialiter, sed definitio materialis substantiæ potest demonstrari, & habet medium, quo demonstratur per definitionem formalem sui secundum speciem factam ipsius substantiæ. Alb. mag. in 7. metaph. tr. 1. cap. 12. char. 123. colum. 3.
Substantiæ primo adueniunt quantitates, deinde qualitates

rates sensibiles, & actiones, & passionem, & motus consequentes sensibiles qualitates, & ita quantitas non claudit in sui intellectum qualitates sensibiles, vel passionem, vel motus, sed tantum in sui intellectu claudit substantiam. D. Thom. in 2. phy. lec. 3. tex. 18. c. 18. col. 4.
Substantiæ, & accidentis aliquid esse mediū impossibile est. D. Thom. in 1. de gen. & cor. l. 24. tex. 84. ch. 23. col. 1.
Substantiale prædicatum distinguitur ab accidentali, quia vnumquodque est id, quod prædicatur substantiæ, & si quod prædicatur est vnum, quia omnis res est vna, at per accidens multa prædicari possunt. D. Thom. in 4. metaph. lect. 7. tex. 13. char. 315.
Substantia sola separabilis est ab omnibus accidentibus: nullum enim accidens inuenitur absque substantia, sed aliqua substantia inuenitur sine accidente. D. Thom. in 7. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 429.
Substantiæ definitio poni debet in definitione accidentium. D. Thom. in 7. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 429.
Substantia quod est, nulli potest esse accidens. D. Thom. in 11. metaph. lect. 12. char. 828.
Substantia, & accidens non habent medium; nam cum forma sit principium speciei, si formæ elementorum non sunt veræ substantiales, nec elementa sunt veræ substantiæ. D. Thom. in 11. metaph. lect. 12. char. 828.
Substantia præcedit tempore accidens, quia non est de essentia cuiuslibet substantiæ, quod sit sub accidente: immo datur aliquid infra ambitum substantiæ, quod nullum accidens habet, ut substantia principij, & forte subiecta omnia substantiarum separatarum secundum opinionem Philosophorum. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 5. char. 188. col. 1.
Substantia de ratione sui hoc habet, ut sit ens in se, ut substantia secunda secundum rem est ens in se, sed secundum modum significandi habet inclinationem ad aliud. idem dicit quale, vel quid per modum qualis. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 7. char. 187. col. 4.
Substantiæ est fieri simpliciter, accidentis vero secundum quid. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 22. ch. 206. col. 3.
Substantia differt ab accidente, quia substantiæ natura est natura in se, accidentis natura est natura in alio. Alex. de Ales in 11. metaph. char. 322. col. 1.
Substantia de sui ratione non est coniuncta accidenti, sed de ratione accidentis est, quod sit coniunctum substantiæ. Alex. de Ales in 11. metaph. t. 2. c. 330. c. 4.
Subtile est, quod paruorum est partium, & quod extensum est ad multum, & tale est, quod ex paruis partibus constat. Arist. de cel. tex. 43. char. 347.
Subtile omne est humidum, non contra. Auer. in 2. de gener. & corrupt. t. 10. char. 168. col. 3.
Subtilitatis, & grostitudinis intentio est facilitas, vel difficultas separationis formæ à materia. Auer. in 4. meteorol. char. 210. col. 4.
Succorum, qui in fructibus sunt, alij sunt potabiles, ut vuarum, & malorum granatorum, & aliorum quorundam non: & aliorum vinctuosi sunt, ut olei, nucis, & pini, alij non: aliorum dulces, mellei, ut dactiloru, & ficuum; alij calidi, & acuti, ut origani, & sinapis; alij amari, ut absinthij. Arist. in 1. de plant. cap. 3. ch. 373.
Succus, quem venæ ab aluo trahunt, humidus est. Ioan. Gram. in 1. de gener. anim. l. 4. cap. 2. char. 75. col. 1.
Succus est subiectum saporis. Alber. mag. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 7. char. 140. col. 1.
Sudor saluus est. Arist. in 2. meteor. sum. 1. cap. 1. ch. 493.
Sudorem cruentum nonnulli sudarunt propter vitiosum corporis habitum, cum corpus esset laxum, & fluxum, sanguisque pro cruditate humesceret imbecillitate caloris, qui exiguis venulis inclusus concoquere non possit. Arist. de partib. anim. 3. cap. 5. c. 482.
Sudor non fit, si membra aqua calida immerfa fuerint, etiam si ex ipsis calefiscant, quia aqua liquefcere non sinit, sudor autem rei vitiosæ adiuncta corpori est, ut

quæ per calorem excerni debeat. Arist. problem. sec. 2. numer. 2. char. 352.
Sudor prouenit, nec contento, nec intento spiritu, sed potius relaxato: quia retentus spiritus venas implet, & humorem exire non patitur, ut in clepsydra: sed vbi per spiritus libertatem sudorem promere licuit, multus certe erumpit, quoniam eo retento copia humoris paulatim collecta est. Arist. probl. sec. 2. nu. 1. c. 352.
Sudor est res vitiosa adiuncta corpori. Aristot. problem. sect. 2. num. 2. char. 352.
Sudor saluus est, quoniam motu efficitur, & calore fecerente, quantum alienum per adhaerentiam, intumescitionemque inest in alimento ad sanguinem, carneque: id enim ocysime fecernitur, quoniam nec aptum nutritioni est, & foras demum euascescit. Saluus est, quia pars leuissima, & dulcissima ad corpus nutriendum assumpta est. Pars solum tenuissima, & crudissima, absoluitur, quæ partim deorsum collapsa, & subsidens vrina vocatur, partim in corporis summa mergens sudor est: ambo tamen ob eandem causam falsa sunt. Arist. problem. sect. 2. num. 3. char. 352.
Sudamus magis parte superiore, quam inferiore corporis, tum quia calor sursum tendit, & super manet, & secum humorem trahere potest: tum quia sudor capiti ritus mouet, qui sedem superiorem habet, vel quia sudor non est nisi humor incocctus, quo pars superior humet: habitus enim corporis supra potius innotescit. Arist. probl. sect. 2. num. 4. c. 353.
Sudor maxime oritur, cum manus exercitamus, modo ceteræ partes corporis situm suum seruent, quia robur huic præcipue loco inditum est: hoc enim spiritum continemus, quia parti robustissimæ proximus est, & dum laboramus, vires augemus. his auctis magis spiritum continemus, tum etiam cum hac perfricamus parte, magis, quam cum alia laboramus: spiritus nanque retentio simul, & perfricamus, & perfricatur, dum ita exercemur. Arist. probl. sect. 2. nu. 5. c. 353.
Sudor capitis, aut nullum reddit malum odorem, aut minus, quam reliqui corporis, quia locus capitis oportunus spirationibus, & laxus se ipse demonstrat argumento exoriendi capilli. Loca autem & quæ in locis tenentur, grauior olent, si spirandi carent libertate. Aristot. problem. sect. 2. num. 6. c. 353.
Sudant magis, qui se lacta exercent, si intermissa aliquantisper quiete lactantur, quam si continue, quoniam humor data quiete sese colligit, quem deinde lactandi exercitatio educit, continua vero modo Solis corpora exsiccat. Arist. problem. sect. 2. num. 7. char. 353.
Sudamus magis, cum non longo interposito tempore sudor euocatur, quia non tantum humor est in causa, ut sudemus, sed etiam foraminum abditorum apertio, & corporis raritas, & apertio: his autem, qui diu inter miserint sudandi vsum, foraminum iter clauditur: at iis, qui crebro vtuntur, patefactum semper habetur. Arist. probl. sect. 2. nu. 8. c. 354.
Sudare magis Sol facit corpora induta, quam nuda, et si magis calefaciat nuda, quam induta, tum quia Sol corporis deurendo foramina comprimat, tum quia vapores exsiccat, quæ minus possunt accidere indutis. Arist. problemat. sect. 2. num. 10. char. 354.
Sudat facies maxime, quia quæ laxa humida, solutaque sunt, maxime hæc sudori se peruia exhibent: caput autem humoris fons esse videtur. Arist. problem. sec. 2. numer. 10. chart. 354.
Sudamus magis igne oblato per incrementa continua non vniuerso, nec per diminutionem oblato, vel quia quod se modice habet, agit vnumquodque, ergo si tantum agit, plus si fuerit, non agit. An potius e diuerso, quoniam eo rem efficit, quod se modice habet, hac de causa non plus sudamus, vbi plus additum est. Sed quoniam modi singuli singulis respondent, quodque

que iam egerit, non amplius agit, hinc fit vt modo aucto magis sudemus, neque enim quod præcedit ad singula, & præparat vt res subdita apta sit, idem potest etiam opus efficere, sed aliud hoc fungatur officio necesse est. Parum itaque præparat corpus ad sudandū, sed post indiget alio, vt efficiat, quod ipse non potuit. Arist. problem. sect. 2. num. 11. char. 354.

Sudor magis profluit detegenti, quam resistere sinenti, vel quia refrigerati contingat extrinsecus, vel quia sudor exterior veluti operculum foraminibus adhæreat corporis, ita ne inferior se promere possit. Arist. probl. sect. 2. numer. 12. char. 355.

Sudores fetidos mouent ruta, & nonnulla pigmenta, quorum odor grauitatem præ se fert, hæc humoribus fordidis admixta secundum mouere odorem possunt. Arist. problem. sect. 2. num. 13. char. 355.

Sudamus magis tergo, quã priore parte, quia parte prioris locus habetur, in quem humor deducitur, quod in posteriore non est, sed foras ibi excernatur, necesse est. Hoc idem etiam facit, vt ventre minus, quam pectore sudemus. Adde quod sudor terga magis seruare possunt, & posterior pars, quã prior: quoniam prior magis quã posterior refrigerat: qua de re alæ ciuillime valent refudare, quia non refrigerantur: & posterior pars est carnulentior, ideo humidior, quia medullam habet, quæ per spinam tendens multum humiditatis asserre potest. Idem ibid. num. 14.

Sudare non possumus ea parte, qua iacemus: quoniam pars, qua tangimus cum plusquam modicum calefacit, prohibet ne permeet sudor: resiccatur enim & absunt, & comprimunt eam partem sic euenit, hæc vero sanguinem compressa diffundit, quo diffuso satis refrigeratur: argumento est torpor, qui non nisi frigoris iniuria fit. Arist. problem. sect. 2. num. 15. char. 355.

Sudant magis dormientes, & circumobstendunt ratione euenit, calor enim parte interna collectus potest expellere humorem. Arist. probl. sect. 2. nu. 16. c. 356.

Sudamus maxime facie, cum in ea minus sit carnis, quia expeditius humida, & laxa sudant, & tale est caput, & distillationes ex capite oriuntur. Arist. problem. sect. 2. numer. 17. char. 356.

Sudamus maxime fronte, quia capiti frons prima subdita est. Arist. problem. sect. 2. num. 17. char. 356.

Sudantes si vel aqua, vel flatu refrigerantur, nauseant, vel quia humor, qui ex fluxu continuo non potest quietescere, hic refrigerescens in parte priore constitit, vel quia spiritus, qui foras versus proueniens in sudorem ob frigoris occursum conuertitur, & intus antequam exeat refrigerescens vertitur in humorem, & in ea parte incumbens nauseam mouet. Aristotel. problemat. sect. 2. num. 18. char. 356.

Sudores maxime in capite excitantur, & in pedibus incalcentibus, quoniam humorem ad se membra incalcentia trahunt, & humor partem, qua absumatur, nullam habet, cum ea loca ossibus scateant, itaque vt excidat foras necesse est. Aristotel. problem. sect. 2. num. 19. char. 356.

Sudare incipiunt, qui laborant, vbi à labore destiterint; debent enim dum laborant sudare: an quia venæ in labore inflatæ sudores prohibent, & data quiete laxantur; an quia quãdo cum laboratur, spiritus ex coherente humore multas secernit, & calore à motu excitato, humor in spiritum per summa corporis extenuatur; cum vero a labore cessatum est, simul & calor definit, & ex spiritu spissescens humor consistit, & est sudor. Arist. problem. sect. 2. num. 20. char. 356.

Sudor mouendus ne sit æstate, vel hyeme? hyeme potius, quia humidiora sunt corpora, neglectaque difficiliora redduntur; æstate autem cum humores æstate putrescere potius solent, ideo tunc exhauriendum est: per hyemem enim concoqui non possunt excre-

menta ob frigus. Arist. problem. sect. 2. nu. 21. c. 357. Sudamus minus inter laborandum, quã cum relaxati labore quiescimus, quia cum facimus, laboramus: cum fecimus, laborauimus: igitur tunc plus ratione excernitur. Alterum enim est fieri, alterum esse. Vel quia cum laboramus, carnis spiritu retento foramina obferantur, cum autem relaxauimus, aperiuntur: ideo spiritu retento minus sudare possumus. Aristot. problem. sect. 2. num. 23. char. 358.

Sudoris plus euadit non in currendo, & agitando corpus, sed postquam cessatum est, quia spiritus tunc intus circunuenitur, coerceturque: itaque venæ etiam distenduntur, ac iatulescunt cum humor secernere nequeat. Quod cum vniuersus coerceatur, spiritu post relaxato vniuersus erumpit. Aristot. problem. sectio. 2. numer. 23. char. 358.

Sudat minus, qui, cum bibit, cibum sumit, quoniam cibus ingestus humorem trahit, vt sponsia: est enim non parum rei impetum retorisse, quod vel fluentorum constat argumento, ita enim cibo ingesto meatus apprehendisse plurimum valet. Arist. prob. sec. 2. nu. 25. c. 356.

Sudamus pedibus non facie, cum trepidamus, quia trepidatio non caloris de summis locis ad ima transitio est, vt accidit in metu, ex quo etiam metuentium alui sæpe funduntur: sed eius incrementum potius caloris accedit, vt in ira, quippe cum ira feruor cordi suffusi sanguinis sit, & trepidans ipse non metu, refrigerationeque sit ita affectus, sed membri ipsius affectione. Arist. probl. sect. 2. num. 26. ch. 359.

Sudare magis solemus dormientes, quã vigilantes, quia origo sudoris intrinsecus est: calidiora enim interiora habemus, & calor intimus humorem diffundens intimum educit, vel quia humor semper aliqd à corpore effluit, sed latet, quia nihil solidum est, cui humor occurrens se colligat, & huius argumentum est, quod partes cauiiores assidue sudant. Aristot. prob. sec. 2. num. 28. ch. 359.

Sudamus magis in caldariis, cum tempus frigidum est, quia calor ob frigoris obstantiam foras euadere non potest: arcetur enim intus se prouoluens, & insidens humorem soluit interiorem, sudoremque ex eo producit. Arist. prob. sect. 2. nu. 29. c. 359.

Sudor vitior est, qui corpore nudo currenti prodierit, etiam si minor sit, quam qui sub veste se promiserit, quia melius est semper laborasse, quam non laborasse, & sudor, qui cum maiore labore melior est, & nudus si multum non laborauit, non sudat, quod facit, qui vestitus se concitarit: celeriter enim sudat ob vestis teporem. Arist. prob. sect. 2. nu. 30. c. 360.

Sudant pedibus in trepidatione non facie, cum in omnibus vitæ muneribus contra eueniat, quia trepidatio est metus quidam super re inchoanda: metus vero est refrigeratio partis superioris; & motu vario agitantur sanguine in pectore collecto, sed pedibus sudant, quia pedes perpetuo tenentur labore cum calore partes quiescunt. Arist. prob. 2. nu. 31. ch. 360.

Sudatur magis in caldariis, si ignis per incrementa offeratur, quam si in principio tantundem ignis affuerit, vel quia in principio ignis multus adhibitus vræs occupat, ficioremque reddit carnem, & cutem, quæ sic reddita sudorem ardet, & obtrudit, parum carnem relaxat, & refacit. Arist. prob. 2. num. 32. ch. 361.

Sudor vtrum per æstatem potius, an per hyemem mouendus sit? An hyeme calor intus se contrahens concoquit, extenuatque in spiritum humores interiores, quod cum omnes, aut maxima pars eorum consumatur, admonent nullam fieri debere excretionem. At æstate, cum per raram solutamque carnem calor euadat, humores minus concoqui possunt intestini: ideo exhauriendum omnino est; quoniam si permanserint, temporis eius qualitate putrescent, & morbos contrahent, externo enim calore vnumquodque putrescit, & suo

suo concoquitur: æstate autem externus præualeat calor: ita fit vt tunc omnia putredinem sentiant. hyeme autem minus creatur putredo, quia domesticus calor dominatur. Arist. probl. sect. 2. num. 33. c. 361.

Sudor calore, vel interno, vel externo fieri solet: horror ramen nonnullis sudoribus excitatur, quia sudor, qui ex calore interno prodit de loco amplo in breuè corporis scilicet ambitum contrahente, primo caloris meatus patefacit, demde horror carne madefacta ex toto calore exeunte excitatur; calor autem extrinsecus primum summa corporis aperit, & rarefacit: tum calor internus profluens excitare horrorem potest. Aristot. problem. sect. 2. num. 34. char. 362.

Sudores calidi meliores frigidis habentur, quia omnis sudor est alicuius excrementi secretio: parum autem excrementi amplius incalescere consentaneum est: plus autem non æque, sed minus: itaque sudor frigidus multi excrementi indicium est, quo circa hic morbos longiores facit. Arist. probl. sect. 2. nu. 35. c. 362.

Sudamus minus ad ignem multum, cum tamen præ calore sudor omnis moueri soleat, quia humor aut corpore vehementer calente in spiritum dissoluitur humidum, aut cum prouenerit, adeo cito calore nimio efficcatur, vt sensus sudoris multi eripi possit. Aristotel. probl. sect. 2. num. 36. c. 362.

Sudant corpora ad Solem posita veste induta, quæ verò sine veste sunt; non sudant, quoniam humor, aut corpore vehementer calente in spiritum dissoluitur humidum, aut cum prouenerit adeo cito calore nimio efficcatur, ut sensus sudoris multi eripi possit. Aristot. problem. sect. 2. num. 37. c. 363.

Sudori magis corpora ætate patent, cum æstate sicciora sint, quã hyeme, quia ætate propter corporum laxitatem non multus naturæ calor continetur, humoresque proinde resolueri in spiritum potest. hyeme autem parte exteriori densata corporum calor frequens naturæ coercitus, humorem minime in spiritum resoluunt patitur. Ad hæc ætate multum humoris haurimus, hyeme contra. Aristotel. problemat. sect. 2. num. 40. char. 363.

Sudores, qui corpori bene valenti sponte proueniunt, deteriores his habentur, quos labores citarint, quia labores excrementem humorem exhaurientes carnem efficiunt sicciorem, vt cavernæ foraminum sanitati sint opportuna, & per caloris transmissionem fieri nulla possit obseptio, vel oppilatio, at sudores spontanei recte morborum inditia habent. Arist. prob. sec. 2. n. 41. c. 363.

Sudores tempore hiberno minus oriuntur, & nos per id tempus minime sudandum æque censemus, quamuis corpora humidiora tunc consistant, minimeque sudamus, quia humores per hyemem concreti, coactique sunt vehementer, quare minus dissolui tunc queunt, sudandūque minime per hyemem censemus, quia corporis habitudo eiusmodi salubris est, qui autem mouet sudorē, labefactat, confunditque habitum corporis laxiorumque quã opus sit reddens, & calorem intimum educit, vt non æque gelido coelo resistere possit, & humor externus expeditius se corporibus inferit, cum propter sudorem laxiora sint foramina. Aristot. probl. sect. 2. num. 42. chart. 364.

Sudori vnguentorum magna pars permixta male olet, aliqua vero suauior reddit, aut nihil deterior, quia quæ motu tractuque commutari solent, hæc deteriora redduntur, quæ autem persistere possunt, hæc suauius redolent. At sunt, quæ resistere queunt, vt & florum, quibus odores conficimus, alii contusi, vel cocalescunt, alii excitati exolefcunt, vt violæ albæ, alii sibi similes, vt rosæ: Et vnguentorum, qui ex floribus huiusmodi sunt, commutari possunt; quæ non sunt, neque vnde rosaceum commutari minime nouimus. Et quidem quo sudores foedius olent, eo grauius vnguentum.

quoque redolere videntur, quia rei sibi contrariæ permiscetur, vt mel cum sale non magis, sed minus dulce sentimus. Arist. ibid. sect. 23. nume. 11. char. 481.

Sudor frigidus grauis morbi inditium est, calidus decretorij signum, & salutare omnes addunt medici. Aristot. problem. sect. 31. nu. 21. char. 636.

Sudores cur qui ante accessionem venerint graues sunt, & molesti: quoniam, qui sequuntur febrem, per relaxationem, remissionemque effluunt, qui antecedunt per expressionem violentiorem extinguuntur. Alex. aphro. problem. 2. num. 125. char. 773.

Sues, & mares, & feminae coire incipiunt mense suæ ætatis octauo, quamquam mas antequam sit anniculus prolem procreet vitiosam, femina annicula parit: sic enim tempus gerendi vteri exigit, & valent ad coitum ad triennium. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 13. char. 161.

Sus concipit cum præ libidine gestiente, pruriens auriculas demittit, aliter semen a vulua reijcitur. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 13. char. 164.

Suis quoddam pediculi genus grande, & durum familiare est. Arist. de hist. anim. 5. cap. 3. char. 190.

Sues feminae cum libidine excitantur, quod subare dicitur, vel homines aggrediuntur, & canes eodem modo affecta canire dicuntur. Arist. de hist. ani. 6. c. 18. c. 227.

Sues cicures vterum ferunt menses 4. numerus partus, vt plurimum est ad 20. omnes non possunt alere. Aristot. de histor. anim. 6. cap. 18. char. 228.

Sues cum coeunt cauendum est ne coeant antequam habeant aures flaccidas: frustra enim fuerit, at si coit plena iam libidine, vnus vnus satis est. Prodest apro coeunti apponere hordeum pabulo. Arist. ibid. char. 229.

Sues ferè hyemis principio coeunt, vere pariunt petentes inuia, prærupta angusta, & opaca. Aristot. de histor. anima. 6. cap. 28. chart. 240.

Suum mas cum feminis conuersari dies 30. magna ex parte solet. Arist. de histor. anima. 6. cap. 28. char. 241.

Suum partus, & tempus ferendi numerus idem est, atque in vrbis suis. Arist. de hist. anim. 6. cap. 28. ch. 241.

Suum mares castrati maiores, & ferociores euadunt. Arist. de histor. anim. 6. cap. 28. chart. 241.

Sues castrantur, quod recentibus adhuc morbus pruriens incumbit in testes, quo atterentes eam partem ad arbores testes extinguunt. Arist. ibidem.

Sus lupo repugnare potest. Aristoteles de histor. anim. 8. cap. 6. char. 283.

Suis occisi caro absuntur sexta eius pars ponderis, quantum ponderauit viuus. Aristot. ibidem.

Sues tribus morbi generibus laborant. Primum raucedine, quo maxime fauces, & maxillæ inflammantur, & hoc morbi genus in alia quoque parte corporis accidere potest, & membrum putrescit, & vlcus serpit, donec ad pulmonem veniat, quo tacto mors sequitur: curatur tota parte abscisa, qua coeperit morbus. Duo reliqua genera struma vocantur, quorum alterum est dolor, & grauitas capitis, quo plurimi laborare solent: alterum alui profluuium, quod irremediabile incidit: alteri succurritur vino naribus adhibito. Aristot. ibidem. cap. 21. chart. 301.

Suum caro dulcis est si grandines paucas habet, sed si multas, humida, ac insipida valde est. Facile, qui grandent, cognoscuntur: parte enim linguæ inferiores grandines habentur, & suum si setam dorso euellas, cruorem in radice pili euulsi videris, nec pedibus posterioribus constare possunt, grandines tolluntur typha, quæ vel in ci batu utilis est. Aristot. de hist. anim. 8. cap. 21. char. 303.

Sues gaudent cibi mutatione, & præcipue alunt ficus, & cicer, & sagina optima est, & glandes suauiter comedunt, sed carnem humidam faciunt. Aristot. de histor. animal. 8. cap. 21. char. 303.

Sues grauidæ, si glandes copiosius ederint, abortum faciunt. Arist. de histor. anim. 8. cap. 21. char. 303.

Sus omnibus animalibus, quorum nouimus, grandinem concipit. Arist. de hist. anim. 8. cap. 21. c. 303.

Sues nō amittūt hibernū pilū, cū cetera quadrupedes soleant, quia calidissimus est, & parti calenti eius corporis pili adhaerent. Arist. probl. scēt. 10. nu. 12. c. 432.

Sues cum sursum videre coguntur, cur silent? quoniam hoc genus animantium vnum semper prouum in terram est, ac cibi anidum, & rebus gaudent foetidis, & sordidis: ideo subita mutatione stupefcit, & lucis copia percussum vocem emittere nequit. Alexand. Aphrod. problem. i. num. 140. char. 719.

Sues, cur stercorebus gaudent? medici aiunt, quia iecur maximum habent libidinis plenum, & Aristoteles ait quod naribus crassis, & interceptis sunt, ideo uim hebetem olfaciendi habent, itaque foetorem non percipiunt. Alex. Aphr. probl. 1. nu. 141. c. 720.

Suetinus lapis est crocei coloris: aliquando inuenit translucent ut vitrum, nascitur e guma pini, trahit paleas, & fila, fugat serpentes & incensum adiuuat partū. Alb. mag. de min. tract. 2. cap. 12. c. 141. col. 4.

Suffragia si pati numero accusatori, & reo fuerint reus absoluitur, propter rei maius periculum, & quia difficilius se tueri potest, & quia melius est nocentem liberare, quam innocentem condemnare. Aristotel. probl. scēt. 24. num. 13. char. 610.

Sulphur cum sit calidum, & siccum, & calidum in quarto gradu, est in ipso ignis substantia, & cum sit inflammabile, est aeris, & cum sit liquefabile, est aquæ, & in puluerem reducitur. est etiam in illo substantia terrea. Alb. mag. in 4. de min. ex tract. 2. cap. 1. c. 147. col. 2.

Sulphur est uti spuma eius, quod commiscetur in visceribus terræ. Albert. Magn. in 4. de mineral. ex tract. 2. capit. 1. char. 147. colum. 3.

Sulphur aliud est viuum, aliud fufum. viuum est, ut de terra accipitur, non viuum autem est fufum postquam est liquefactum, & non differt nisi per accidens. Alber. mag. in 4. de min. ex tract. 2. cap. 1. c. 147. col. 3.

Sulphur in compositione auri, & qualitate, & substantia ingreditur argentum viuum, & colorat. Alb. mag. in 4. de min. ex tract. 2. cap. 6. c. 148. col. 4.

Sulphur in lacunis per gelu odore interficit pisces, quamuis non respirent, sed eis occurrit etiam non attrahentibus aerem. Albert. magn. in 2. de anima. tractat. 3. cap. 14. char. 27. colum. 4.

Suma in demonstratiuis est, sicut conclusio, & sicut conclusio in orationibus. Auerroes. physico. text. 77. chart. 141. columna 3.

Summus est piscis miro modo sollicitus circa prolem femina in triduo ouationem fouete: mas oua custodit & omne animal, quod appropinquauerit quarit superare. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 199. col. 1.

Sumptio, concessio, & propositio proprie dicuntur dum sumitur ad aliquid probandum. Alexand. Aphr. in 1. prior. cap. 4. char. 9. colum. 2.

Sumptiones ab Aristotele loco propositionum sumuntur. Alex. Aphr. 1. topic. cap. 1. c. 4. col. 3.

Superibus, cum potest, sine periculo imitatur opera audacis, & fortis. D. Thom. ethic. 3. l. 15. c. 49. col. 2.

Superbia, & auaritia eos, qui gubernant, prouocant contra se, & contra statum reipublicæ, quæ ista fieri patitur. Arist. pol. 5. cap. 3. c. 646.

Supercilia sunt sub fronte bipartito distincta, q̄ si in rectū porrigunt, mollē animū subesse significat: si iuxta nasū inflexa sunt, austerū, & acerbū: si iuxta t̄pā inflectuntur, derisorem, dissimulatorem indicant: si in totū demissa, notā inuidiæ habēt. Arist. de hist. ani. 2. c. 9. c. 19.

Supercilia nonnullis per senectutē adeo hirsuta redduntur, ut tondendū sit, quod propterea euenit, quia collisioni apposita sunt ossium, quæ senescente ætate laxantur, & inde plus humores transmitti patiuntur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 11. c. 91.

Supercilia, & cilia adiumenti gratia habentur, supercilia ut delabentes humores arceant, ut grunda humoribus, qui e capite emanant paratum cilia, ut contra incidentia in oculos, quasi vallum quoddam promineat. Arist. de part. anim. 2. cap. 15. c. 457.

Supercilia in compage ossium posita sunt, quamobrem compluribus adeo crescunt, ut tondendum sit. Arist. de part. anim. 2. cap. 15. char. 457.

Supercilia coniuncta habentes tristes sunt, referuntur ad passionem. Ariy. physiog. cap. 10. ch. 354.

Supercilia diuulsa qui habent ante nasum, & vsque ad tempora distenta, fatui sunt, & referuntur ad porcos. Arist. physiog. cap. 10. char. 354.

Supercilia crescunt ob necessitatem materiæ appropriatæ huic loco: nam cum locus, in quo oriuntur pili superciliarum, sit offaceus, & terreus, non possunt in eo pili in infinitum excrefcere, sed pro longatū ut in terra arida petrosa. Auer. de part. ani. 2. cap. 15. c. 76.

Supercilia recta, ut linea, & longa significant molliem, femineitatem, & flexibilitatem. Alber. Mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 7. col. 1.

Supercilia arcuata vsque coniungantur ad coitum nasi, leuem subtilem, & studiosum in suis operibus; si autē ibidem coeant, tristem hominem, & parum sapientem ostendunt. Alber. Magn. de animalib. lib. pri. tractat. 2. cap. 2. char. 7. colum. 1.

Supercilia arcuosa ad tempora, & gibbositates genarum declinantia ostendunt negligentem & male disponentem regimen vitæ. Alber. Magn. de animalib. lib. 1. tract. 2. cap. 2. chart. 7. colum. 1.

Superciliarum pili si sunt refracti versus frontem ostendunt animosum, stultum, & iracundum. Albe. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 7. col. 1.

Superciliarum pili longi, & multi significant magna cogitantem. Albert. Magn. de animalib. lib. pri. tractat. 2. capit. 2. chart. 7. columna 1.

Superciliarum pili tenues, vel nulli destructionem interiorum ostendunt. Alber. Magn. de animal. lib. 1. tractat. 2. capit. 2. chart. 7. columna 1.

Superficies, si solum ex linea componitur, erit corpus, quod non est elementum, nec ex elementis. Arist. 3. de celo, cap. 1. tex. 13. char. 136.

Superficies infinita esse non potest secundum dimensiones, sed imaginari infinita potest secundum longitudinem, & latitudinem. Aristotel. prim. de celo, text. 38. chart. 257.

Superficies non constitui potest ex punctis. Contra Ammonium in præd. c. 55. Por. in præd. c. 14.

Superficies longitudinem, ac latitudinem habet. Ammon. in Porphy. char. 1. colum. 4.

Superficies fit per lineam in latitudinem mota. Videtur contrarium asserere in præfatione pagina 1. col. 4. & contrarium tenet Porphyrius super prædicamenta pagina 14. Ammon. in prædicam. char. 55.

Superficies est, quæ longitudine, latitudineque constat. Hæc est quinta primi libri Euclidis definitio. Ammon. ibidem char. 54.

Superficies duas continet diuisiones, longitudinem, ac latitudinem. Simp. in prædicam. ch. 40.

Superficies aliquo modo est pars corporis cum describatur, partim terminati corporis finis, partim quantitas longa, & lata, & quatenus suapte natura tres habet dimensiones. Simp. in 4. phy. char. 202. col. 2.

Superficies mutabilis per se est, atque locus magis immutabilis erit. Idem in 4. phy. tex. 40. c. 210. col. 2.

Superficies caua spheræ inerrabilis locus est orbis Saturni, qui proxime continetur, & hæc succedentes, & sic deinceps. Idem in 4. phy. ch. 213. col. 1.

Superficies est terminus corporis collocati, & non separata ab eo. Idem in 4. physic. ch. 219. col. 1.

Superficies corporum per accidens sunt in loco, quia corpora

corpora sunt in loco. Idem in 5. phy. te. 22. c. 312. c. 2.

Superficies nulla sine colore in corpore, nec reperiri, nec intelligi potest. Them. in 2. de anim. cap. 22. text. 66. chart. 75. columna 1.

Superficies, quæ ambit, & superficies illius, quod est in loco, coherent, & adæquantur. Io. gramm. in 4. phy. tex. 30. char. 81. colum. 2.

Superficies, cū dupliciter diuidatur, non potest suscipere, quod tripliciter diuiditur. Idem in 4. phy. c. 84. col. 2.

Superficies aeris non cedit transeunte corpore, sed corpus cedit. Io. gram. in 4. phy. ch. 84. col. 4.

Superficies secundum punctum spheram tangit. Ioā. gra. in 1. de anim. tex. 13. ch. 10. col. 1.

Superficies est visibilis non per se, sed vt ipsi accidit. Ioā. gram. in 1. post. cap. 2. ch. 6. colum. 2.

Superficies est in actu ex parte, qua extremitates ipsius sunt lineæ, vel linea. Aue. in post. l. 1. ca. 2. t. 178. c. 141.

Superficies non circularis, quæ continet æquale ei, quod continet circularis, est necessario maior circulari. Auer. 2. de cel. tex. 111. char. 80. col. 2.

Superficies in materia esse causa est, quia prima forma substantialis est in ea. Auer. 3. de celo, summ. 1. tex. 17. chart. 86. columna 1.

Superficies non videtur esse nisi forma corporis mathematici. Auer. 3. de cel. su. 1. tex. 17. c. 80. col. 1.

Superficies quantitas est, ipsius autem compositio qualitas. Boeth. in præd. c. 181.

Superficies generatur expansione lineæ ad latum in continuo ex fluxu, vel ex ductu lineæ. Alber. Magn. in prædicam. char. 43. col. 2.

Superficies substantia linea est. Alber. Magn. in prædicam. char. 43. col. 2.

Superficies dicitur planum, quia fluxu lineæ intelligitur sterni, vt in planum nulla partium eius super alteram eminent. Alb. mag. in præd. c. 43. col. 2.

Superficies est substantia corporis. Alber. Mag. in prædicam. char. 43. col. 2.

Superficies corporis continentis non habet rationem loci, vt superficies talis corporis, sed secundum ordinem situs, quem habet ad primum continens secundum vicinitatem ipsius. Diuus Thomas in 1. de celo, lec. 18. text. 91. chart. 19. colum. 1.

Superfluitas in animalibus, & plantis inferioribus ad superiora ascendunt, & è supernis ad inferna descendunt, vt in balneis aqua. Arist. de plant. 2. cap. 1. c. 380.

Superfluitates omnes excepto spermate, & lacte sunt ex impuro, quod a natura eijcitur. Alber. Mag. de anim. l. 12. tract. 2. cap. 7. char. 108. col. 1.

Superfluitates corporis diriguntur ad loca propria digestionis, quæ fit in stomacho, ad intestina: in epate, ad vesicam, in corde, ad chistū fellis, colera: ad splenem melancholia: quartæ digestionis superfluitas ad vasa feminarum. Alb. mag. de ani. l. 15. tr. 1. cap. 5. c. 131. c. 2.

Superfluitates omnes in corpore naturales vadunt ad suum locum, abique eo, quod indigeat aliquo expellente ad locum illum. Albert. Mag. de animal. lib. 16. tract. 1. cap. 15. char. 140. col. 3.

Superfluitas, ex qua fit generatio in animalibus generantibus ex cibo, quem animalia intra corpus suum accipiunt, & digerendo decoquant, postquam calor animæ generantis terminauerit eam, & digesserit, & distinxerit per virtutes membrorum, est conueniens, vt ex ea fiat conceptus. Alb. Mag. de anim. l. 17. tract. 2. cap. 5. char. 151. col. 1.

Supplicatio est oratio, quæ fit ab inferiori ad principem. Auer. 1. rhet. tract. 2. cap. 5. ch. 32. col. 3.

Supplicia maiora tribuuntur pro peccatis, quæ ex prouidentia committuntur. Alexan. Aphrod. in 3. natur. quæst. cap. 13. char. 15.

Superius dicitur particula, in qua ingreditur alimentum: deorsum, secundum quam excrementum demit-

tur. Arist. de iuue. fen. vit. & mor. & resp. cap. 1. c. 300.

Superiora inferioribus in homine, & priora posterioribus respondent, nisi quod quadam ratione præferuntur, vt venter imus respondet faciei in corpulentia, & gracilitate, & crura brachijs cōmunem inuent rationem, vt quibus cubiti breues sunt, his etiā femora magna ex parte sunt breuia, & quibus pedes exigui, & manus paræ sunt. Arist. de hist. ani. 1. cap. 15. ch. 26.

Superiora inferioribus destructis manere possunt secundum esse intellectuale, at secundum esse perfectum, non sequitur. Alb. mag. in præd. c. 28. col. 4.

Superius concipitur in inferiori, vt vnum ad duo. Alber. mag. ibid. char. 63. col. 3.

Superiora per motum, & lucem agunt in hæc inferiora. D. Tho. in 2. de gen. & cor. l. 10. tex. 58. c. 34. col. 4.

Superius licet non accidat in inferiori, quia superiora sunt de essentia inferiorum, tamen superius potest accidere in inferiori sub tali conditione accepta. Alex. de ales 1. metaph. char. 5. col. 2.

Superlationes probatæ sunt etiam translationes, quæ superlationes pueriles sunt, vt quæ vehementiam indicant, & eas maxime irati frequentant. Aristot. rhetor. 3. chart. 118.

Suppositio, & si est propositio demonstrabilis, accipitur tamen a demonstratore, vt non monstrans hoc quid est, si apparentia discenti accipitur, est suppositio non simpliciter, sed ad illum solum. Arist. poster. l. 1. cap. 8. tex. 24. char. 313.

Suppositio, & petitio differunt: quia petitio est sub contraria discenti opinionis, suppositio vero admittitur a discipulo. Arist. post. l. 1. cap. 8. tex. 24. c. 313.

Suppositiones sunt materia conclusionis. Arist. 5. metaph. cap. 2. text. 3. chart. 86.

Suppositiones non bene dicere difficile est. Arist. 13. metaph. ex sum. 3. cap. 3. char. 292.

Suppositiones, vt in contemplatiuis principiorum locū obtinent, sic in effectiuis finis, & suppositio est, & principium. Arist. moral. eud. 2. cap. 12. c. 408.

Suppositiones demonstrationum sunt principia, quia ipsarum nulla est demonstratio. Alexand. aphrod. in 1. prior. char. 5. colum. 4.

Suppositiones per alias suppositiones ostendere debemus, quousque ad aliquid concessum occurramus, quod suppositionem primam cathogorice ostēdit. Io. gram. in 1. prior. cap. 22. ch. 44. col. 1.

Suppositio est aliquid de aliquo, aut prædicans, aut negans. Io. gram. in 1. post. cap. 2. c. 7. col. 1.

Suppositionis species sunt, petitio, & quæ æquiuoce dicitur, suppositio. Io. gram. in 1. post. cap. 2. c. 7. col. 2.

Suppositiones sunt, quæ sunt notæ, & quas simul aduersarius audiendo admittit. Io. gram. ibid.

Suppositiones a diffinitionibus differunt, quia suppositiones, vel affirmant, vel negant: definitiones, nec affirmant, nec negant, & nō sunt, nec vniuersales, nec particulares: suppositiones autē sunt, vel vniuersales, vel in parte. Io. gram. in post. cap. 8. c. 22. col. 1.

Suppositiones vocantur, quæ intellectus respondentis, vel discētis accipit, vt probabilia sibi per hoc, quod sine syllogismis vera videntur, & illa supponit, & tunc est suppositio ad illum, si autem simpliciter, sunt suppositiones simpliciter. Idem in post. c. 185. col. 3.

Suppositio non est suppositio, nisi quia medium intra se habet, ex quo statim apparet eius probatio. Albe. mag. ethic. 6. tract. 2. cap. 18. ch. 75. col. 4.

Surculi sunt, qui a radice arboris pullulant. Aristot. 1. de plant. cap. 3. chart. 370.

Surculi sunt virgæ a radice arboris circa stipitem pullulantes. Alb. mag. de veg. l. 1. trac. 2. cap. 4. c. 128. col. 2.

Surdi a natiuitate muti quoque sunt, at vocem emittere possunt, locutionem nullam. Aristoteles de historia animalium 4. capit. 9. chart. 158.

Surdi omnes vocem reddere per nares solent, quia prope adfunt, ut muti sint: muti autem omnes per nares, vocem extrudunt, eo namque spiritus illorum compressitur, quia ore compresso sunt, quod ideo est, quia lingua his ad vocem reddendam vsui nullatenus est. Arist. problem. sect. 11. num. 2. char. 450.

Surdi, cur magna ex parte ex naribus loqui consueverunt? quia pulmo eorum vitiatum est: surditas enim est pulmonis detrimentum, & vox ideo fieri expedite non potest. Arist. problem. sect. 33. num. 14. char. 646.

Surditas est pulmonis detrimentum. Aristot. problem. sect. 33. num. 14. char. 646.

Surdi ab ortu, cur & muti viuunt? quoniam, quæ nunquam audierunt, fieri nequeunt. Alex. Aphrod. problem. 1. num. 138. char. 719.

Surdus omnis à nativitate de necessitate etiam mutus est, quia sermones significatiuos ad placitum non potest addiscere. D. Thom. de sens. & sens. lec. 2. ch. 3. c. 3.

Surgentes omnes, cur scemori-cruris ad acutum constituunt angulum, & thoraci similiter femur, alioqui surgere non licet? quia id, quod æquale est, quietis vbi-que est causa: rectus autem angulus æqualitatis est causa, vel quia surgens sit rectus, stantem vero necesse est perpendiculum esse ad terram, si autem ad rectum esse debet, hoc est caput secundum pedes habere, & fieri oportet cum surgit. Quandoquidem igitur fuerit sedens secundum parallelum pedes habet, & caput, & non in æquali. Arist. quæst. mechan. num. 30. ch. 803.

Sursum, & deorsum si sint definita, & medium necesse est esse definitum; si non, infinitus erit motus, quod impossibile esse demonstratum est. Aristot. 1. de Cælo, tex. 45. char. 258.

Sursum est longitudinis principium, & ab ipso est augmentatio. Idem de cælo, su. 2. cap. 1. tex. 8. char. 293.

Surtum, & deorsum inest animalibus, & plantis: dextrum, & sinistrum non inest in plantis. Idem 2. de Cælo, sum. 2. cap. 1. tex. 12. char. 294.

Sursum dextro est prius secundum generationem. Idem 2. de cælo, sum. 2. cap. 1. tex. 12. char. 294.

Sursum est vnde est motus, dextrum a quo, ante ad quod. Idem 2. de cælo, sum. 2. cap. 1. tex. 12. char. 294.

Sursum dicitur, quod a medio ferri natum est. Arist. 4. de cælo, cap. 2. tex. 4. char. 360.

Sursum, & deorsum non putare esse in cælo absurdum est. Idem 4. de cælo, cap. 2. tex. 4. char. 360.

Sursum dicimus nos vniuersi extremum, quod & secundum positionem est sursum, & natura primum. Arist. 4. de cælo, cap. 2. tex. 4. char. 360.

Sursum, & deorsum non est idem omnibus, & ipsi vniuerso: sed ut caput animalium, sic radices plantarum sunt. Arist. in 2. de ani. sum. 3. cap. 1. tex. 38. char. 625.

Sursum est, ad quod feruntur leuia. Simpl. in prædicamen. char. 38.

Sursum, & deorsum non sunt proprie in vniuerso, sed secundum naturam erunt orbiculatio, & circumcirca. Ioan. Gram. in 4. phys. char. 87. col. 1.

Susa fluuius in prouincia Media nascitur, currit 504. milliaria, & descendit in sinum Persicum. Alb. Mag. de natur. locor. dist. in 3. cap. 1. char. 101. col. 3.

Susceptiuum potestate id est, quod non est actu susceptiuum. Simpl. in 2. de ani. tex. 65. char. 36. col. 3.

Suspensio est causa inquisitionis, & ad effectum comparationis, quod illius causa sit. Albert. Mag. in poster. char. 175. colum. 1.

Suspirare cur sæpe consuevere, qui anguntur, vel irascuntur, vel amant? quoniam qui anguntur animum totum ad rem, quæ dolori est, conuerterunt, & sic irati, & amantes rei tantum. qua conciti fuere, & quam amant, incumbunt. itaq; animus officii sui, quasi obliuiscens, musculis thoracis vim mouendi non suppediat. Cor igitur cum neq; per intentionem pectoris aerem

capiat, quo refrigerari possit, nec per remissionem se-
uocet, quæ sanguinis ardor fauillacea excrementa com-
misit ne stranguletur animam cogit, & ad desertum
officium reuocat, & hortatur, & quod crebræ spiran-
di vices essent facturæ, vna amplior respiratio submi-
nistret. Alex. Aphrod. problem. 1. num. 21. char. 671.

Suspirium est quidam magnus haustus attracti aeris pro-
pter æqualis anhelitus intercepti restaurationem: an-
helitus autem æqualis vocatur, cum secundum pro-
portionem æqualitatis inter superfluum, & diminu-
tum habuerit aerem, & intumescere facit pectus, &
cæcat membra anhelitus. Alb. mag. de spir. & respir.
lib. 2. tract. 2. cap. 3. char. 58. col. 1.

Suspirare, & gemere sine causa profunde, melancholia
detentum, & futurum maniacum ostendit. Alb. mag.
de animalib. lib. 1. tract. 3. cap. 2. char. 25. col. 2.

Suspitio est imperfecta existimatio per valde fallacia si-
gna sumpta. Alb. mag. Ethic. 6. tract. 2. cap. 1. c. 71. c. 1.

Suspitio est, quæ per aliquas coniecturas habetur de ali-
quibus particularibus factis. D. Thom. Ethicor. 6.
lect. 3. char. 102. col. 1.

Syllabis error est, si non suauis indicia vocis sunt. Arist.
rhetor. 3. char. 139.

Syllaba vox est nihil penitus significans composita ex
muta, & vocem aliquo pacto habente. Idem de Poet.
cap. 20. char. 285.

Syllaba est conceptio consonantis, vel cõsonantium cum
vocali. Alex. Aphrod. in 6. metaphysic. vel secundum
Latin. 7. char. 200. col. 2.

Syllabæ aliæ sunt longæ, aliæ breues: & longæ ad breues
se habent ut duo ad vnum. Porph. in prædic. char. 14.

Syllaba breuis dicitur, non ex breuitate temporis, sed ex
eo, quod est breuis. Dex. in prædic. char. 45.

Syllabæ longæ eandem proportionem habet ad breues,
quam duo ad vnum. Simpl. in prædic. char. 31.

Syllabæ sunt voces, sed non sunt voces significantes.
D. Thom. in Periherm. char. 6. col. 1.

Syllogismus quot dicitur modis.

Syllogismi alii vniuersales, alii particulares, & vniuer-
sales plura ratiocinantur; ex particularibus autem
affirmatiui plura, negatiui conclusionem solum, quia
aliæ propositiones conuertuntur: negatiua vero par-
ticularis non. Arist. in 2. prior. cap. 2. char. 241.

Syllogismus alius sophisticus, alius dialecticus, alius de-
monstratiuus: hunc in posterioribus, illum in topicis;
sophisticum in elenchis docet. Ioan. Gram. in 1. po-
ster. cap. 1. char. 2. col. 2.

Syllogismi alii probant quia, alii propter quid, & ho-
rum alii ex mediatis, alii ex immediatis probant.
Idem ibid. cap. 6. char. 16. col. 2.

Syllogismorum genera ad diuisionem modorum pro-
positionum diuiduntur. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 1.
char. 54. col. 3.

Syllogismus omnis, aut monstrat aliquid esse, aut ali-
quid non esse, & vterque aut vniuersaliter, & parti-
culariter, & omnes hi, aut secundum modum prædi-
cationis, aut secundum modum conditionis, aut ex
syllogismo composito ex ambobus istis. Auer. in 1.
prior. sect. 1. cap. 23. char. 82. col. 3.

Syllogismus omnis, aut est secundum modum prædica-
tionis, idest categoricus, aut secundum modum con-
ditionis, idest hypotheticus, aut mixtus ex vtroque,
idest ad impossibile. Auer. in 1. prior. ibid. col. 2.

Syllogismi alij prædicatiui, alij conditionales. Boeth. de
diff. topic. lib. 2. char. 863.

Syllogismorum duæ sunt species: categoricus, & hypo-
theticus. Alb. mag. in prædic. char. 4. col. 4.

Syllogismi species formales sunt: ostensiuus, & hypo-
theticus. Alb. mag. in prior. char. 128. col. 2.

Syllogismus

Syllogismus quid est.

Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, alterum
quid a positis necesse est contingere eo, quod hæc sint,
idest, nullo intrinsecò indigere ad necessarium efficien-
dum. Arist. prior. res. l. 1. sect. 1. cap. 1. c. 149.

Syllogismus vniuersalior est demonstratio, quia omnis
demonstratio est syllogismus: non omnis syllogismus
demonstratio. Arist. prior. res. l. 1. sec. 1. cap. 5. c. 153.

Syllogismi dum resoluuntur, oportet transumere nomi-
na pro nominibus, & orationem pro orationibus, &
nomen, & orationem semper pro oratione nomen ac-
cipere debemus: facilius enim est terminorum exposi-
tio, & videndum an termini simpliciter, vel secundum
quid sumantur. Arist. 1. prior. sec. 2. cap. 39. c. 227.

Syllogismus natura notior est, qui per medium; nobis
vero notior, qui per inductionem. Arist. prior. lib. 2.
capit. 23. chart. 287.

Syllogismorum omnium eadem esse principia impossi-
bile est. Arist. post. l. 1. cap. 24. tex. 43. c. 349.

Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliquid
aliud a positis ex necessitate accidit per ea, quæ posita
sunt. Arist. top. l. 1. cap. 1. char. 389.

Syllogismus dialecticus est, qui ex probabilibus est colle-
ctus. Arist. ibidem.

Syllogismus demonstratiuus est philosophema. Aristot.
top. l. 8. cap. 4. char. 567.

Syllogismorum omnium principium est substantia, idest
quidditas rei in mente artificis, ex quibus syllogismis
procedunt generationes artificiales, ita est etiam in na-
turalibus. Arist. 7. metaph. cap. 10. tex. 30. c. 142.

Syllogismi principium est ipsum quid est. Arist. 13. meta-
ph. ex su. 2. cap. 1. char. 272.

Syllogismus est oratio, in qua nonnulla ita ponuntur, ut
diuersum quippiam de iis necessario efficiatur, quia ea
ita sint. Ammo. in Porph. ch. 2. col. 1.

Syllogismus si aliquid concludit necessario, non autem si
aliquid est necessarium, est statim syllogismus: in plus
est enim necessariū. Io. gra. in 1. prior. cap. 34. c. 57. c. 4.

Syllogismus est, ut totum ad partem. Idem in 2. prior.
cap. 24. char. 84. col. 3.

Syllogismi probantes quia, & propter quid differunt:
quia illi, qui probant quia, alterius sunt scientiæ: pro-
pter quid autem demonstratione, & hi per immédia-
ta, illi per mediata probant. Ioan. gram. in 1. poste.
cap. 9. char. 27. colum. 2.

Syllogismus propter quid primam vult habere causam in
medio termino. Io. gram. in 1. post. cap. 10. c. 57. col. 4.

Syllogismus quærimus, quia demonstrationem quæri-
mus. Auer. in 1. prior. sec. 1. cap. 1. ch. 53. col. 4.

Syllogismus est quod sequitur ex necessitate ex binis pro-
positionibus, quarum proportio vnius ad alteram est
proportio totius ad partem, & non omne illud, quod
sequitur ex aliqua consequentia necessaria, est syllo-
gismus. Auer. in 1. prior. sec. 3. cap. 1. c. 95. col. 4.

Syllogismus respectu suæ formæ est idem in omnibus tri-
bus artibus, idest demonstratiua, topica, & dialectica:
differt autem materia, quia demonstratiuus est ex ve-
ris, topicus ex probabilibus, sophisticus ex his, quæ vi-
dentur probabilia, cum non sint, & ad hoc omnis syl-
logismus absolutus est. Auer. in top. l. 1. cap. 10. c. 361.

Syllogismus est oratio, in qua ponuntur res plusquam
vna, & sequitur ex illis per se, non secundum accidens res
alia ab eis necessaria. Auer. epit. in log. c. 344. col. 3.

Syllogismi genus est oratio dicitua. Auer. in epit. in log.
chart. 344. columna 3.

Syllogistica species non est, quæ non reducitur ad pri-
mum per conuersionem, vel suppositionem, quia in ea
non erit dispositio dicti de omni, nec in potentia, nec
actu. Auer. epit. log. c. 345. col. 2.

Syllogismus diuisiuus non habet antecedens, & conse-

quens secundum naturam, & se consequentiã. Auer.
epit. in logic. c. 347. col. 2.

Syllogismus est vnum entium, de quibus considerat phi-
losophus. Auer. in 4. metaph. tex. co. 8. c. 35.

Syllogismus, est oratio in qua quibusdam positis, & con-
cessis, aliud quoddam quam sint ea, quæ posita, & con-
cessa sunt, necessario contingit per ea, quæ concessa sunt.
Boeth. de syl. char. 600.

Syllogismus ex categoricis propositionibus categori-
cus, & hypotheticis hypotheticus appellatur. Boet.
de syllo. hyp. libr. 1. char. 606.

Syllogismus indubitabilis esse debet, ideo ex claris, & pa-
tētibus in veritate, & apertis constare debet. Boet. in
top. Cic. l. 5. char. 814.

Syllogismus est instrumentum, per quod in incomplexis
ignotis per notum accipitur scientia. Alber. magn. in
prior. char. 131. col. 1.

Syllogismus, qui est ex communibus, circa propria non
est simplex syllogismus, sed quodammodo. Alb. mag.
in elench. char. 299. colum. 1.

Syllogismi principium non solum est propositio, sed
etiam definitio. D. Tho. in post. ch. 41. col. 1.

Syllogismus ut simplex, perfectus, & imperfectus.

Syllogismus perfectus est, qui nullo alio indiget præ-
ter assumpta, ut necessarium appareat. Arist. prior. re-
sol. l. 1. sect. 1. cap. 1. char. 150.

Syllogismus imperfectus est, qui indiget vnius, aut plu-
rium, quæ sunt necessaria per subiectos terminos, non
tamen assumpta sunt per propositiones. Arist. prior.
resol. l. 1. sect. 2. cap. 1. ch. 150.

Syllogismi omnes imperfecti perficiuntur per primam fi-
guram, siue demonstratiue, aut per impossibile. Arist.
l. 1. prior. sect. 1. cap. 7. ch. 164.

Syllogismo cum aliquid concludimus, simpliciter non
eodem modo concludere debemus, quemadmodum
cum hoc aliquid, aut quo, aut quomodo: namq; si sim-
pliciter, vniuersale medium sumendum est: si secundum
aliquid, in parte, ut homo est corruptibilis, & sensibili-
lis. Arist. 1. prior. sec. 2. cap. 38. c. 226.

Syllogismus omnis est per tres terminos: affirmatiuus
ambas habet affirmatiuas; negatiuus vnam affirmati-
uam, alteram negatiuam: dialecticus satis probabili-
tatem quærit, demonstrator vero ex immediatis. Arist.
post. l. 1. cap. 18. tex. 34. ch. 328.

Syllogismus dialecticum in libris topicorū quærimus:
Arist. top. l. 1. cap. 1. char. 389.

Syllogismi omnes, qui non ostenduntur ostensione di-
recta, imperfecti sunt. Io. gramm. in prior. cap. 14.
tex. 32. char. 32. colum. 3.

Syllogismus categoricus ambas propositiones veras su-
mit, ad impossibile autem vnam falsam, & in hoc dif-
ferunt. Io. gra. in 1. prior. cap. 3. c. 54. col. 2.

Syllogismus simplicem nisi cognouerimus, demonstra-
tium cognoscere non possumus. Io. gram. in 1. post.
capit. 1. char. 2. colum. 1.

Syllogismi oēs, qui minorem contingentem habent, om-
nes imperfecti sunt. Idem in prior. cap. 14. c. 32. col. 2.

Syllogismi oēs, qui habent maiorem contingentem, mi-
norem de inesse, omnes perfecti sunt. Idem ibid. col. 3.

Syllogismus ostensiuus differt ab eo, qui est per impossi-
bile, quia ostensiuus ex prioribus propositionibus sci-
licet syllogizat posteriora, idest, conclusionem: at qui
est per impossibile, ex posterioribus priora ostendit.
Io. gra. in post. cap. 25. char. 49. col. 2.

Syllogismi absolute differunt à necessarijs, quia absolu-
ti tantum dicuntur de eo, quod est actu, & quod non
est necessarium: necessaria vero de eo, quod est actu,
& quod est necessarium. Auer. in 1. prior. sectio. 1.
capit. 9. chart. 64. colum. 2.

Syllogismo ostensiuo quicquid monstratur, potest etiam monstrari per syllogismum ad impossibile, secundum has easdem propositiones. Auer. 2. prior. cap. 8. c. 108. col. 3.

Syllogismus demonstratiuus differt a dialectico, quia est ex propositionibus veris, dialecticus vero ex probabilibus. Auer. in post. l. 1. in proem. tex. co. 8. c. 131.

Syllogismus logicus dicitur, cum est ex vniuersalibus non essentialibus, & etiam cum accipiuntur propositiones ipsius ex arte logica, quia ars logica facit duas operationes, vnam ex parte, qua est vniuersalis, & hæc est operatio appropriata; alteram ex parte, qua est vna de scientijs, idest, quod pertractetur in alia scientia, quod monstratur esse per seipsam. Auerr. in post. lib. 1. cap. 16. tex. 132. char. 178.

Syllogismus ostensiuus contrario modo se habet ad syllogismum ad impossibile, quia in syllogismis prædicationis monstratur veritas conclusionis propter veritatem positionum: in syllogismo autem ad impossibile monstratur falsitas propositionum propter falsitatem conclusionum, quia non sequitur ex propositionibus falsis conclusio falsa secundum omnem modum, & sequitur ex conclusione falsa, quod in syllogismo sit propositio falsa. Auer. in post. lib. prim. cap. 20. text. 176. char. 190.

Syllogismus non fit raro de inesse, quod tamen inesse præcauendum est. Auer. in q. log. q. 7. ch. 367. col. 4.

Syllogismus categoricus est, cuius actus est actus categorici, licet aliquando non in sit ei figura categorici in actu. Auer. in q. log. q. 8. c. 368. col. 2.

Syllogismus simplex omnis tribus terminis concluditur. Boeth. de syl. cat. c. 592.

Syllogismus perfectus est, cui ad integram ac probatam conclusionem nihil deest. Boeth. ibi. c. 393.

Syllogismus imperfectus est ille, in quo quidem nihil deest, sed eius, quod in propositionibus sumptum est, aliquid deest. Boeth. ibi.

Syllogismus diuiditur in perfectum, & imperfectum, quæ diuisio non est secundum speciem, sed secundum apparentiam, quo ad nos. Alb. mag. in prior. c. 97. col. 1.

Syllogismus perfectus est, qui nullius indiget præter ea, quæ posita sunt in terminis, & propositionibus. Alber. Magn. ibidem.

Syllogismus imperfectus est, qui non ad hoc, quod sit syllogismus, sed vt nobis appareat, necessario indiget vno, vel pluribus. Alb. mag. in prior. c. 97. col. 1.

Syllogismos imperfectos tribus vijs perficimus conuersione, expositione, & deductione ad impossibile. Idem ibi. col. 3.

Syllogismus ostensiuus duobus fit modis: primo quod per causam demonstratur, & sic principia prima non possunt demonstrari: alius modus est cum directo cursu syllogistico prædicatur de oī, vel de nullo concludit, & sic quod demonstratur ostensiuè demonstrat per impossibile, & e conuerso, & hoc modo principia ostensiuè concludunt. Alb. mag. in prior. char. 134. col. 3.

Syllogismus dialecticus diminuit potius necessitatem consequentiæ, quam addat, quia probabile non habet veram consequentiæ necessitatem. Al. mag. in post. c. 171. c. 1.

Syllogismus dialecticus diminuit a consequentiæ necessitate, quia probabile ex probabilibus conclusam non habet necessitatem consequentiæ. Alber. Mag. in topic. char. 218. col. 4.

Syllogismus dicitur topicus, quia locali habitudine rerum inuicem trahit consequentiæ necessitatem, & dicitur dialecticus, quia ex probabilibus procedit. Alber. mag. in top. char. 218. col. 4.

Syllogismi topici vsus omnis est circa probabile, idest quæstionem ex comunibus terminandam. Alber. mag. in top. char. 218. col. 4.

Syllogismus dialecticus appellatur argumentum, quia argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem, &

fides est; proprius effectus syllogismi dialectici, quia opinio rationibus innata est fides. Albert. mag. in topic. char. 274. col. 1.

Syllogismi dialectici sunt, qui constant ex propositionibus communibus, & veris, licet non sint sumptæ ex proprijs, & conuenientibus causis conclusionis. Alb. mag. in 1. de celo. tract. 2. cap. 6. char. 11. col. 4.

Syllogismi resolutorii essentia est, vt resoluat effectus ad causas. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 6. col. 1.

Syllogismus vt hypotheticus.

Syllogismos omnes ex suppositione non tentandum est, reducer e, & item in his, qui sunt per impossibile. Arist. 1. prior. sect. 2. cap. 40. char. 229.

Syllogismi hypothetici omnes ostendunt esse, vel non esse, vel aliquo existente quid est, vel quid non est, vel aliquo motu existente quid est, vel quid non est. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 22. char. 44. col. 2.

Syllogismorum hypotheticorum primus modus est, qui ex consequentiæ positione antecedentis probat consequens. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 22. char. 44. col. 3.

Syllogismi hypothetici, qui esse, vel non esse probant, alij relationem, alij discursum probant; qui illationem, alij positionem antecedentis probant consequens, alij destructione consequentiæ tollunt antecedens. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 22. char. 44. col. 3.

Syllogismorum hypotheticorum secundus modus est, qui ex consequentiæ destructione tollit antecedens. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 44. char. 44. col. 3.

Syllogismi hypothetici, qui probant disiunctionem, alij accipiunt cum non oppositis, alij cum oppositis: & cum oppositis, vel mediatis, vel immediatis: & mediatorum vel habetia mediata diffinita, vel indiffinita: & immediata vel secundum contraria, vel secundum habitum, & priuationem, vel secundum affirmationem, & negationem. Io. Gram. in 1. prior. cap. 22. char. 44. col. 3.

Syllogismus omnis hypotheticus categorico indiget, vt perficiatur. Io. Gram. in 1. prior. cap. 23. ch. 45. c. 1.

Syllogismi hypothetici in figuras omnes non sunt resoluendi, sed tantum ipsorum assumptio. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 40. char. 63. col. 1.

Syllogismus conditionatus non est sufficiens sine syllogismo categorico. Auer. in 1. pri. sec. 1. c. 23. c. 83. c. 1.

Syllogismorum conditionalium duo sunt genera: coniunctus, & diuisus. Coniuncti duæ sunt species, vt si ponatur antecedens per se, & concludatur consequens, vel cum ponitur oppositum consequens, & concluditur oppositum antecedentis. Diuisus componitur, ex contradictione perfectæ contradictionis, cuius sunt quatuor species: prima ponit antecedens, & concludit oppositum consequentiæ; secunda ponit consequens, & concludit oppositum antecedentis; tertia ponit oppositum antecedentis, concludit, & consequens; quarta ponit oppositum consequentiæ, & concludit antecedens. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 23. char. 83. col. 1.

Syllogismorum conditionalium quæsitum id est, quod monstratur per modum conditionis. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 23. char. 83. col. 2.

Syllogismus compositus vocatur coniunctus, in quo captantur omnes propositiones necessariæ ad conclusionem quæsitam, & repetuntur propositiones mediæ bis semel ex eo, quod sunt conclusiones, & semel ex eo, quod sunt propositiones. Auer. in 1. prior. sect. 2. cap. 25. char. 85. col. 2.

Syllogismus conditionalis diuiditur in coniunctum, & disiunctum. Coniunctus in quo coniunctæ sunt dictiones vel si, vel dum. Disiunctus est, in quo coniunguntur dictiones disiunctionis vt est, vel. Auer. epit. in logic. char. 345. col. 4.

Syllogismus conditionalis coniunctus, componitur

ex

ex duabus consequentibus disiunctis ex duabus contradictorijs. Auer. epit. in log. c. 346. col. 3.

Syllogismi conditionalis continui in prima specie proprietatis est, quod antecedens in eo sit antecedens naturaliter: & consequens in eo sit necessarium, & sequitur ex inuentione antecedentis, & non sequitur antecedens ex inuentione consequentiæ. Auerro. epit. in logic. char. 346. col. 4.

Syllogismorum conditionalium species, quæ sunt perfectæ consequentiæ, sunt quatuor. Prima in qua repetitur antecedens, & concludit consequens. Secunda repetit consequens, & concludit antecedens. Tertia repetit propositum consequentiæ, & concludit oppositum antecedentis. In quarta repetit oppositum antecedentis, & concluditur oppositum consequentiæ. Auer. epit. in log. ch. 346. col. 4.

Syllogismorum conditionalium antecedens aliquando est oratio vna, aliquando plures. Auer. ibi. ch. 347. col. 1.

Syllogismi conditionales disiuncti sunt, qui componuntur ex contradictorijs. Idem ibi.

Syllogismi conditionalis proprietatis est, quod non concludat absque syllogismo categorico. Idem ibi. col. 3.

Syllogismi conditionales, alij sunt simplices, alij compositi: & ex compositis quidam sunt, qui componuntur ex pluribus vno genere quibus, & alij ex pluribus. Idem ibi.

Syllogismus conditionalis solo, & simplici non vtuntur nisi in topica. Idem ibidem.

Syllogismus omnis conditionalis cum non sit, vt per ipsum ostendatur ignotum naturaliter, oportet vt repetitum ipsius ostendatur per syllogismum categoricum, vel coniunctum per syllogismum coniunctum. Auer. in q. log. q. 8. char. 368. col. 1.

Syllogismi conditionales non sunt in potentia categorici, sed sunt alij ab illis. Idem ibi. col. 2.

Syllogismi conditionales veri sunt, quorum antecedens resoluatur in duos terminos solum. Idem ibi.

Syllogismus omnis conditionalis coniectus ratione qua componitur: ex duabus præmissis categoricis, non euadit reliquum quinque modorum, aut quod duæ præmissæ non communicent in vno suorum terminorum, vt si Sol est super terram, est dies: aut communicant in aliquo suorum terminorum, & hi sunt quadripartiti: aut prædicatum antecedentis est subiectum consequentiæ, vt si homo est animal aliquod animal est rationale: aut est subiectum amborum simul, vt si homo est sensibilis, est animal: aut est prædicatum amborum simul, vt si Luna est spherice figuræ, & Sol est spherice figuræ: aut subiectum antecedentis est prædicatum consequentiæ, vt si rationale est illud, quod concipit entia, vt tunc angeli, est rationale. Idem ibi.

Syllogismus conditionalis cuius antecedens, & consequens non communicant in vno terminorum suorum, non est syllogismus categoricus in potentia. Idem ibi.

Syllogismus conditionalis, cuius subiectum antecedentis, & consequentiæ est vnum, & idem, est vis consequentiæ. Auer. in q. log. q. 8. ch. 368. col. 2.

Syllogismorum conditionalium antecedens est minor præmissa, consequens est ipsa conclusio. Idem ibi. col. 3.

Syllogismi conditionalis, in quo repetitur oppositum consequentiæ, & infertur oppositum antecedentis, est vis syllogismi ad impossibile. Auerr. in quæst. logic. quæst. 8. char. 367. col. 3.

Syllogismus conditionalis in veritate est, cuius vis est vis vnius præmissæ, & est propositio conditionalis simplex, quæ non resoluatur. Auer. ibi. col. 3.

Syllogismi non sunt veri conditionales illi, quorum vis est vis syllogismi categorici. Idem ibi. col. 4.

Syllogismorum conditionalium, quorum prædicatum est alia dictio a dictione, est, qui sunt ipsa quæsitam composita, quidam est, cuius vis est vis rationis comparatiuæ, & cuiusdam est vis conditionalis. Auer. ibi.

Syllogismorum conditionalium, quorum subiectum an-

tecedentis est prædicatum consequentiæ, quidam est, cuius vis est secundæ figure, & quidam est, cuius vis est vis propositionis conditionalis. Auer. ibi.

Syllogismi conditionales disiuncti non resoluuntur in duas præmissas, sicque omnes syllogismi conditionales sunt veri. Auerr. ibi.

Syllogismi conditionales disiuncti dispositio est, sicut dispositio secundum perfectionem, quod sit impossibile, quod quæsitum ignotum ostendatur per vnâ præmissam, licet connexum eius sit per se notum. Auer. ibi.

Syllogismus conditionalis impossibile est, quod ostendat aliquid quæsitum ignotum primum, neque ignotum non primum, nisi per syllogismum categoricum ostendatur. Auerr. ibidem.

Syllogismi hypothetici non declarant ignotum omnino, sed vtuntur ad confirmandum illud, quod est manifestum per se: tamen indigent modicula inuentione, vt vltimæ diuisio, & inductio. Auer. in phy. 2. tex. 3. ch. 23. col. 4.

Syllogismus hypotheticus non est verus nisi declaret id, quod reiteratur in eo, & consequens, & syllogismus categoricum vnum, vel plus vno. Auerr. ex deit. destr. disput. 11. char. 47. col. 2.

Syllogismorum hypotheticorum connexio, si prima sit simplex, & secunda conditionalis, vel e contra, nullam immutant formam, nisi tantum ad ordinis commutationem. Boet. de syl. hyp. l. 1. ch. 611.

Syllogismorum hypotheticorum, qui in connexionem sunt positi, duplex forma est: quatuor enim sunt præcedentis affirmationem propositionis, quatuor per sequentiæ negationem, & hi imperfecti sunt: perficiunt autem primos, qui perfecti sunt. Boet. ibi. c. 615.

Syllogismi conditionales ex simplicibus constant, ac in simplices resoluuntur. Boeth. de syl. hyp. l. 1. c. 607.

Syllogismorum hypotheticorum perfectorum quatuor sunt modi. Primus, si est a, est b, at est a, ergo b, at si infertur esse b, non sequitur esse a. Secundus, si est a, non est b, at est a, non igitur b, at si fiat consequentia non est b, non sequitur esse, vel non esse, a. Tertius, si non est a, est b, at non est a, ergo est b, si sumat esse b, non sequitur esse, vel non esse a. Quartus, si a, non b, non est, at non est a, ergo non est b, in quo etiam si sumat non est b, non sequitur esse, vel non esse a. Qua in re aduertendum est aliquando contra sequi necessitatem materiæ, quæ in propositionibus sumitur: propositio tamen consequentia aliter sequi non potest. Boethius ibidem char. 616.

Syllogismorum hypotheticorum, qui fiunt per negationem sequentiæ, quatuor sunt. Primus si est a, est b, at non est b, non igitur a. Secundus, vt si est a, non est b, at b, non igitur a. Tertius, si est a, non est b, autem non est, est igitur a. Quartus, si non est a, non est b, est autem b, erit igitur a. Boet. de syl. hyp. l. 1. c. 617.

Syllogismorum hypotheticorum, qui sunt in connexionem, quinque tantum sunt, qui necessariam consequentiam reddunt: quatuor perfecti, qui ex suppositione sunt præcedentis: & tertius ex negatione sequentiæ: reliqui non faciunt necessariam conclusionem. Idem ibi. c. 618.

Syllogismorum hypotheticorum primus, & secundus modus fit ex propositionibus connexis: si addatur negatio tertius fit: ex disiunctis diuerso modo assumptio nibus quartus, & quintus: ex vtrisque per negationem compositis sextus, & septimus. Boethius in topic. Cic. libr. quint. char. 825.

Syllogismi hypothetici habent suam consequentiam ex habitudine locali, & non ex ordine terminorum. Alb. mag. in prior. char. 141. col. 1.

Syllogismus, vt ad impossibile.

Syllogismi omnes per impossibile falsum ratiocinantur. Arist. 1. prior. sec. 1. cap. 23. c. 198.

Syllogismi ad impossibile ducentes eodem modo ad inuentionem propositionū se habent, vt ostensui. Arist. in 1. prior. sect. 2. cap. 30. char. 213.

Syllogismus ad impossibile differt ab ostensiuo, quia in hoc oēs propositiones sunt veræ, in illo ad impossibile solū vna est vera. Arist. in 1. prior. sect. 2. cap. 30. c. 214.

Syllogismus per impossibile monstratur cum contradictorio conclusionis posita fuerit, & assumpta sit alia propositio, & fit in omnibus figuris. Aristot. prior. lib. 2. cap. 11. char. 263.

Syllogismus per impossibile similis est conuersioni, sed tantum differt, quod conuertitur factio syllogismo, & positio ambabus propositionibus; deducitur vero ad impossibile non præconfesso prius opposito, sed manifesto existente, quod verum est. Idem ibid.

Syllogismus per impossibile monstrat vniuersale affirmatiuum in media, & vltima figura, in prima non monstrat. Idem ibid. char. 264.

Syllogismo ad impossibile in secunda figura demonstratur omnes modi, sed si contrarium suppositum fuerit, syllogismus quidem erit, non tamen monstratur propositum. Idem ibid. cap. 12. char. 266.

Syllogismus in omnibus ad impossibile contradictorium sumendum est, non autem contrarium. Idem ibid.

Syllogismo ad impossibile quodammodo in secunda figura ostenditur affirmatiuum, in tertia vniuersale. Arist. prior. lib. 2. cap. 13. char. 267.

Syllogismus ad impossibile differt ab ostensiuo, quia ponit quod vult tollere deducens ad confessum falsum; ostensiuus autem incipit ex confessis positionibus, & accipiunt ambo duas propositiones confessas, sed ille, ex quibus est syllogismus, hic vnā harum, & vnā contradictionem conclusionis; & illic non est neesse conclusionem notam esse, nec præ accipere, quod est, aut non; hic autem neesse est, quod est, & nihil differt an affirmatiua, vel negatiua sit conclusio, similiter enim se habet in vtrisque. Arist. prior. l. 2. cap. 14. c. 268.

Syllogismo per impossibile omne monstratur, quod syllogismo ostensiuo concluditur, & quod per syllogismum ostensiuum quicquid per impossibile concluditur, cum syllogismus efficitur in prima, verum erit priuatiuum in media, affirmatiuum in vltima: si in media fuerit syllogismus, veram erit in ipsa, & in omnibus problematibus: si est in vltima, quod verum in prima, & media: affirmatiua in prima, negatiua in media. Idem ibidem.

Syllogismus omnis ducens ad impossibile vtitur hypotheticis syllogismis, nō autē hypothetici syllogismo ad impossibile. Io. Gra. in 1. prior. cap. 22. c. 44. col. 4.

Syllogismus omnis ducens ad impossibile accipit quendam communem terminum præter vtraque extrema, communem autem non cōnectens extrema, sed eundem assumptum in ostensione directa, & impossibili. Io. gra. in 1. prior. cap. 30. c. 354. col. 1.

Syllogismus ad impossibile differt a conuersione, quia in conuersione primò oportet facere syllogismum, deinde conuersionem: in syllogismo ad impossibile non oportet primo facere alium syllogismum, item conuersione ostendit propositum propositionis, syllogismus ad impossibile ostendit absurdum. Idem in 2. prior. cap. 11. char. 75. colum. 1.

Syllogismus ad impossibile fit, cū accipimus ex principio conclusionē, & huic oppositum contradictorie, & vnā propositionē veram, & ostendimus ex alia propositione sequi aliquod absurdum, & impossibile. Idem ibid.

Syllogismus vnusquisque conuersionis per impossibile ostenditur. Idem ibid. cap. 21. c. 80. col. 4.

Syllogismus per impossibile id ostendit, quod syllogismo ostensiuo ostendi potest. Idem ibid. c. 34. col. 2.

Syllogismus per impossibile differt ab ostensiuo, quod in ostensiuo ambæ sunt veræ, in syllogismo ad impos-

sibile vna falsa. Idem ibidem colum. 4.

Syllogismi ad id, quod fieri nequit, competit consideratio ipsius, non propter hoc. Idem ibid. c. 59. col. 4.

Syllogismus ad impossibile fit, cum posuerimus contradictorium conclusionis, cuius monstrationem intendimus, & huic applicauerimus alteram propositionem notam, & concluderimus aliquod impossibile. Auer. in 2. prior. cap. 11. char. 111. col. 2.

Syllogismus ad impossibile componitur ex conditionali, & absoluta. Auer. in 2. prior. cap. 11. c. 11. col. 2.

Syllogismus ad impossibile compositus est ex conditionali, & categorico. Auer. epit. in logic. c. 347. col. 2.

Syllogismi ducentis ad impossibile propositiones, aliæ sunt categoricæ, aliæ hypotheticæ, & hypotheticæ sunt duobus modis, vnus est, in quo præcedens est possibile, aut necessarium si consecutio necessaria, alius modus est, in quo præcedens est impossibile, & in hoc semper destruitur consequens, & nunquam ponitur antecedens. Auerroes in septimo physicor. text. 2. char. 140. columna 3.

Syllogismi ad id, quod fieri nequit; pars essentialis est, & species syllogismi hypothetici. Albert. Magnus. in prior. chart. 127. columna 2.

Syllogismus per impossibile differt a syllogismo ad impossibile: nam syllogismus ad impossibile est, qui accepto opposito conclusionis, quæ principaliter intenditur, cum altera præmissarum prius, vt vera posita, & concessa impossibile concludit. Syllogismus autem per impossibile est, qui ex falsitate conclusionis conclusæ per syllogismum ad impossibile reddit, & cōcludit hypothetisim falsam. Alb. Mag. in prior. ch. 134. col. 3.

Syllogismus ad impossibile differt a conuersione, quia conuersionis procedit ex conclusionibus prius conclusis in syllogismo opposito: per impossibile autem procedit ex opposito conclusionis prius non conclusæ actu, nisi forte potentia. Idem ibid. c. 155. col. 2.

Syllogismus per impossibile fit, cum contradictoria ponitur ex consensu respondentis pro præmissa, & assumitur alia propositio quamuis prioris syllogismi, & secundum rem ipsam omnino veram. Idem ibid.

Syllogismus per impossibile differt a conuersione, quia per impossibile sumit contradictorium, conuersionis tam contrarium, quam contradictorium: & per impossibile per conclusionem ex impossibile conclusam ostendit propositum verum; conuersionis consequentiam tantum prioris syllogismi ostendit: & per impossibile supponit, & cōcludit semper falsum; conuersionis, & verum, & falsum. Alb. mag. in prior. c. 155. col. 3.

Syllogismus per impossibile pertinet ad demonstratorē, cum disputat de principijs cum cauillatore, & dialectico, vt obuiet proteruo respondenti. Albert. Magn. in prior. char. 155. colum. 4.

Syllogismo per impossibile vniuersalis affirmatiua non demonstratur in prima figura, sed in secunda, & tertia. Alb. mag. in prior. ch. 156. col. 1.

Syllogismus per impossibile innuitur huic axiomati, vt semper sit verum de omni affirmare, vel negare, & hac de causa sumit contradictorium, non autem contrarium. Alb. mag. in prior. ch. 157. col. 1.

Syllogismus per impossibile, si concludi debet in tertia figura, cum propositiones tertiam constituentes figuram communicent subiecto, subiecto communicare debet. Alb. mag. in prior. ch. 158. col. 1.

Syllogismus per impossibile differt ab ostensiuo, quia ipse primo ponit, quod vult interimere, & per hoc ad falsum deducit; ostensiuus autem ex indubitabilibus procedit ad probandum dubiam conclusionem: & ducens per impossibile notā habet cōclusionem, demonstrans non. Alb. mag. in prior. ch. 158. colum. 2.

Syllogismo per impossibile syllogismus in vna figura cōclusus probatur per aliam, & in eadem probari nequit.

quit. Alb. mag. in prior. c. 158. col. 3.

Syllogismus ad impossibile duos continet syllogismos, primus ex dato falso, cum altera præmissarum verā sumpto. secundus impossibile conclusum accipiens, & per illud rediens ad propositum, & illud confirmans ex apparente falso, quod sequebatur. Albert. magn. in topicor. char. 271. colum. 1.

Syllogismus ad impossibile non conuenit multum dialectico, quia in probabilibus non est valde manifestum falsum. Alb. mag. in topic. c. 271. col. 1.

Syllogismus, ut circularis.

Syllogismus ad iniquitatem, id est circularis, non fit, nisi vna propositio sana ex necessitate sumatur, & vna conuertatur: sed si ambæ conuertibiles erunt, non fiet syllogismus. Io. Gra. in 2. prior. cap. 4. c. 72. col. 2.

Syllogismus circularis vtilis est demonstratori, qui ostendit per causam immediatam effectum essentialem, & econuerso causam per talem effectum. Est etiam vtilis dialectico, qui ostendit ex opinabilibus, & ei sufficit ostendere idem per idem secundum rem, dummodo respondentem, vel alius videatur notius esse sub vno, quā sub alio. Alb. mag. in prior. c. 155. col. 2.

Syllogismus conuersionis qui facit, semper ponit oppositum conclusionis loco propositionis interimendæ. Alb. mag. in prior. c. 153. col. 1.

Syllogismi conuersionis maioris propositionis opposita non concludunt, nisi per tertiam figuram, & non interimitur maior, nisi per contradictoria. Idem ibid. col. 2.

Syllogismi conuersionis tertia figuræ, si sumitur sub contraria conclusionis, non sunt si contradictoria, interimitur conclusio. Alb. mag. in prior. c. 154. col. 3.

Syllogismus circularis dicitur, cum ex conclusione, & altera præmissarum conuersa, concluditur reliqua. D. Thom. in posterior. char. 42. col. 2.

Syllogismus, ut ex oppositis.

Syllogismus ex oppositis in prima figura non est, nec affirmatiuus, nec negatiuus. Affirmatiuus non, quia affirmatiuas ambas esse oportet propositiones: oppositæ autem sunt affirmatio, & negatio. Priuatiuus autem non, quoniam oppositæ idem de eodem prædicant, & negant; medium vero, quod in prima non dicitur de ambobus, sed ab illo aliud negatur: ipsum autem de alio prædicatur, verum hæc non opponuntur. Aristot. prior. l. 2. cap. 15. char. 270.

Syllogismus ex oppositis, & contrariis contingit fieri in secunda figura, si ambæ sint vniuersales, vel altera tantum, cum ita se habeant, quæ sub medio, vt aut eadem sint, aut totum ad partem: aliter enim impossibile est. Arist. prior. l. 2. cap. 16. char. 271.

Syllogismus ex oppositis in tertia figura affirmatiuus non est, quia ambo affirmatiuæ essent, & oppositi syllogismi propositiones, alia affirmatiua, alia negatiua est: negatiuus vero erit, & terminis vniuersalibus existentibus, & altero particulari. Arist. prior. l. 2. cap. 17. c. 272.

Syllogismus concludit verum ex falsis, sed ex oppositis non: semper enim fit syllogismus contrarius rei. Arist. prior. l. 2. cap. 17. c. 273.

Syllogismi contrarii sunt, in quibus contrario sapientes quamplures opinantur, vel vti que iisdem ipsismet, vel illa se habeat in pugna, vbi solus est vtriusque pugnantium consensus sine syllogismo. Alexand. aphrod. in t. topicor. cap. 9. char. 13. colum. 2.

Syllogismus, qui est ex oppositis ostendit & esse, & non esse. Io. Gra. in 2. prior. cap. 15. c. 77. col. 2.

Syllogismus ex oppositis infernit ad sophisticas perturbationes, & in prima figura effici non potest, in secunda potest fieri. Ioan. gram. in 2. poster. cap. 15. c. 77. col. 2.

Syllogismi contrarij assimilantur syllogismo conuersiuo in ijs enim ambobus prouenit syllogismus ad impossibile, sed differunt inter se; quia syllogismus conuersiuus fit per accentionem contradictorij, & propositiois, quæ ipsi coniungitur, posteaquam fuerit syllogismus, ita vt contradictorium sit contradictorium istius syllogismi, & propositio adiuncta vna ex duabus propositionibus istius syllogismi. Syllogismus vero contrarij accipit cōtradictorium eius, quod intendit monstrare, non autem contradictorium conclusionis syllogismi, & applicat propositionem ueram, non autem propositionem syllogismi positi. Amplius, quoniam in syllogismo conuersiuo prouenit destructio rei falsæ, posteaquam admiserimus contradictorium impossibile, quod est uerum, sed in syllogismis contrarijs ostendimus conclusionem per positionem impossibilem per se. Auer. in 2. poster. cap. 11. char. 111. col. 2.

Syllogismo contrarij monstrari potest per eandem propositionem omne, quod per syllogismum rectum ostendi potest, sed syllogismus contrarij firmitior est in uno syllogismo conuersiuo, quia ipsius forma est eadem, quia cum syllogismus rectus reducitur ad cōtrarium, erunt in ipsis termini, & propositiones iunc, & eadem. Auer. in 2. prior. cap. 11. char. 111. col. 2.

Syllogismus omnis, qui admittit conuersionem, admittit etiam monstrationem conclusionis suæ secundum uiam contrarij. Idem ibidem colum. 3.

Syllogismus ex oppositis, si in tertia figura habet propositionem negatiuam minorem, non est inconueniens. Auer. in 2. prior. cap. 20. char. 116. col. 2.

Syllogismorum ex oppositis maxima utilitas est instare fermonibus corruptis in artibus medio horum. Idem ibidem colum. 2.

Syllogismus contradictorii cum uolumus, quod reddatur persuasiuus, fit, quod exponatur locus dubii, & im probabilis sequētis ex eo, & notemus propositionem, ex qua sequitur falsum, & per illā ostenditur dum oblatio non fuerit manifesta. Auer. epit. in log. c. 359. col. 2.

Syllogismus negatiuus ex oppositis non potest esse in prima figura. Albert. mag. in prior. char. 159. col. 4.

Syllogismus ex oppositis pertinet ad dialecticum, quo ostenditur dato inconuenienti minori, sequi maius, & demonstrari contra cauillatorem, vel sophisticam. Alber. mag. in prior. char. 160. colum. 1.

Syllogismus ex oppositis fit in secunda, & tertia figura. Albertus magnus in prior. char. 160. colum. 1.

Syllogismus, ut diuisiuus.

Syllogismus consecutiuus, qui vocatur partitiuus, in quo ponuntur aut omnes propositiones tantum sine conclusionibus consequentibus ex ipsis, aut pars propositionum secundum modum, quo non dicuntur omnes propositiones, proprium habet vt semper termini vno superent propositiones, & propositiones non semper sunt pares, & termini impares. Auer. in prim. prio. sect. 1. cap. 2. char. 85. colum. 2.

Syllogismus diuisiuus non probat, quia non procedit ex prioribus. Albert. mag. in poster. char. 205. colum. 4.

Syllogismus, ut sophisticus.

Syllogismus litigiosus est ex ijs, quæ videntur probabilia, non autem sunt; & hic syllogismus est, qui ex probabilibus quidem, aut quæ videntur probabilia, est apparens, hic autem litigiosus est, non autem syllogismus, non enim ratiocinatur. Arist. topic. l. c. 1. ch. 389.

Syllogismi elenchi causa famosissima est, quæ accidit propter dictionem. Arist. elen. l. 1. cap. 1. char. 575.

Syllogismus contentiosus, & sophisticus vnus est: apparens syllogismus circa ea, de quibus dialectica tentatiua

tiua est, quamuis vera sit conclusio: est enim in causa, vt non cognoscamus, allucinatur enim, non enim progreditur, ex propriis cuiusvis artis, nam pseudographiæ non contentiosæ (secundum enim ea, quæ sub arte sunt, captiosæ sunt ratiocinationes) nec si aliqua est pseudographia circa verum. Aristotel. elench. libr. 1. capit. 10. chart. 596.

Syllogismus litigiolus duplex, alius peccans in materia, & non in forma: alius in forma peccans, qui nõ est syllogismus, sed litigiolus syllogismus, & potest effici ex veris. Alex. Aphrod. in 1. top. cap. 11. c. 4. col. 1.

Syllogismus litigiolus alter est, qui peccat in forma: alter, qui non progreditur ex propriis principis cuiusvis propositæ artis, & scientiæ, progredi tamen videtur. Alex. Aphrod. in lib. elenc. c. 51.

Syllogismi sophistici, vt plurimum sunt ex æquiuocis Ioan. Gramm. in prim. prior. cap. 8. char. 50. colum. 3.

Syllogismi nos decipiunt, in quibus pro habitibus participantibus ponuntur. Ioan. Gramm. in prim. prior. cap. 36. char. 58. colum. 3.

Syllogismus deceptionis per medium concludit mendacium, cum minor propositio vera est omnino, & maior omnino falsa. Io. Gramm. in 1. post. cap. 13. c. 34. col. 4.

Syllogismi tertium peccatum est contrariæ deceptionis, qui est circa syllogismum ex oppositis. Alber. magn. in prior. char. 164. colum. 1.

Syllogismus tentatiuus colligitur sub dialectico, in quantum ex communibus procedit. Alber. magn. in topicor. char. 221. colum. 2.

Syllogismus apparens dupliciter dicitur: specialiter, & generaliter: specialiter qui peccat contra consequentiam syllogismi ostensiu: generaliter, qui peccat contra quamcumque cuiusvis syllogismi consequentiam. Alb. mag. in elenc. c. 28. col. 2.

Syllogismi, qui concludunt propriam alicuius artis conclusionem, non ex principis illius artis, sunt paralogismi. Alb. mag. in elenc. c. 198. col. 2.

Syllogismi litigioli, & sophistici nõ differunt nisi finibus. Alb. mag. in elenc. c. 298. col. 2.

Syllogismi medio duobus modis fit deceptio, vel cū peccat in forma, vel in materia, hic est syllogismus, & qui peccat in materia non est syllogismus, sed apparet syllogismus. D. Tho. in post. c. 53. col. 3.

Syllogismus ut in missionibus.

priorum sect. 1. cap. 16. char. 185.

Syllogismus in secunda figura in missione contingentis, & necessarij, & contingentis, & de inesse nunquã erit, si affirmatiua erit de inesse, vel necessaria; at si vniuersalis negatiua erit de inesse, vel necessaria semper. Arist. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 16. char. 185.

Syllogismus in secunda figura in missione contingentis, & de inesse ex ambabus negatiuis non est ad propositum: sed si connectitur negatiua contingens in affirmatiuam fit syllogismus nulli inesse. Aristote. libr. 1. prior. sect. 1. cap. 17. char. 189.

Syllogismus in secunda figura in missione contingentis, & necessarij fit si priuatiua est necessaria, non solum, quia contingit, non inesse, sed quod non inest, & si ambæ negatiuæ, est syllogismus, si affirmatiuæ, non. Arist. libr. 10. prior. sect. 1. cap. 18. char. 184.

Syllogismus in tertia figura, & ex vtriusque contingentibus, & altera erit syllogismus, & conclusio significat contingens; sed si altera est contingens, altera est de inesse, vel necessaria, si priuatiua est necessaria vel existens erit syllogismus: si negatiua non, & si est syllogismus, conclusio est inexistens. Aristote. libr. 2. prior. sect. 1. cap. 19. char. 192.

Syllogismus in missione necessarij, & contingentis fit maiori necessaria; minori contingentis: quia minor contingens negatiua in affirmatiuam conuertitur, & si maior est contingens, minor affirmatiua debet esse. Ioan. gramm. in prior. cap. 15. char. 36. col. 3.

Syllogismi omnes sunt perfecti in omni missione, qui habent propositionem maiorem necessariam affirmatiuam, minorem contingentem, vel affirmatiuam, vel negatiuam. Ioan. gramm. ibid. col. 4.

Syllogismi missionem duplicantur in omnibus modis cuiusvis figuræ. Auerroes in prim. prior. ex sectio. prim. cap. 10. chart. 65. colum. 1.

Syllogismi in secunda figura contingentes in missione contingentis, & necessarij, & in missione contingentis, & de inesse eodem modo se habent. Auer. in prim. prior. sect. 1. cap. 19. char. 78. col. 1.

Syllogismorum contingentium proprium est, quod si ambæ negatiuæ fuerint, fit syllogismus, sed imperfectus per conuersionem vnius negatiuæ in affirmatiuam erit. Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 20. char. 79. col. 4.

Syllogismus mistis non vtuntur artes theoreticæ, sed operatiuæ, vt medicina. Auer. epit. in log. char. 345. col. 3.

Syllogismi ex missione que fit conclusio, est multa discordia inter sapientes. Auer. epit. in log. char. 345. col. 4.

Syllogismi omnes misti perfecti sunt, id est conclusiones suæ sequuntur propositionum rationem. Auer. in q. log. tex. 7. char. 367. col. 4.

Syllogismus ex necessarijs, & de inesse parum differunt inter se. Alber. mag. in prior. char. 107. colum. 1.

Syllogismus, vt se habet ad propositiones.

Syllogismus omnis aliquam propositionem prædicatiuam, & aliquam vniuersalem habere debet. Arist. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 24. char. 200.

Syllogismi si accipiuntur secundum debitas propositiones, ipse quidem propositiones pares sunt, termini vero impares: vno namque plures semper sunt termini propositionibus. Arist. prior. sect. 1. cap. 29. char. 203.

Syllogismos resolueræ volentes prius oportet duas propositiones e syllogismis excipere, & considerare vtra in toto, & vtra in parte sit superflua demediã sunt, quæ de sunt addenda, & videndum, quod mediã terminus in ambabus semper inest, ex cuius positione cognoscenda est figura, & videndum ne accidat error: quia ambæ sint particulares, vel indefinitæ: quia ex his nihil sequitur, & quod termini ita in conclusione, vt in præmissis, accipiuntur, & quia syllogismus si est, est necessarium,

cessarium, si autem est necessariũ non est syllogismus, ideo attendendum ne in hoc accidat error. Aristot. 1. prior. sect. 2. cap. 33. char. 219.

Syllogismi termini non semper sunt nomina, sed aliquando orationes sunt, quibus non est positum nomẽ, nec sepe sunt in casu recto. Arist. 1. prior. sec. 2. c. 27. c. 223.

Syllogismi dum resoluntur, oportet transumere nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & nomen, & orationem, & semper pro oratione nomen accipere debemus: facilius enim est terminorum expositio, & videndum, an termini simpliciter, vel secundũ quid sumantur. Arist. ibid. cap. 39. c. 227.

Syllogismi propositiones aliquando ambæ sunt veræ, aliquando ambæ falsæ, & interdum vna vera, altera falsa. Arist. prior. l. 2. cap. 11. ch. 243.

Syllogismus omnis, aut per necessarias propositiones, aut per eas, quæ vt plurimum sunt, fit. si propositiones necessariae sunt, conclusio est necessaria. si vt plurimum, & conclusio, vt plurimum. Aristot. posterior. l. 1. cap. 24. tex. 43. char. 347.

Syllogismus non fit sine medio, quod pluries in syllogismo reperitur. Arist. prior. l. 1. cap. 20. c. 278.

Syllogismi a medio interrogatio incipiat. Arist. ibi. c. 278.

Syllogismi, qui constant pluribus terminis tribus, non sunt simplices, sed compositi. Ioan. Gramm. in prim. prior. cap. 26. char. 47. colum. 4.

Syllogismorum materia sunt propositiones. Io. Gram. in 1. prior. cap. 28. char. 48. colum. 4.

Syllogismi ferè circa sola genera media, quæ genera, & species sunt, versantur. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 28. char. 49. colum. 1.

Syllogismus debet reduci primo in duas proximas propositiones, deinde terminos, ex quibus cõstitutæ sunt, considerare. Idem in 1. prior. cap. 33. c. 56. col. 3.

Syllogismus non fit, si medius terminus nõ sumitur bis. Io. Gra. in 2. prior. cap. 20. tex. 79. col. 4.

Syllogismus potest esse verus, non tamen ex veris. Ioan. Gramm. in prim. posterior. cap. 2. char. 5. col. 3.

Syllogismus demonstratiuus fit ex primis natura. Idem ibid. chart. 6. colum. 3.

Syllogismus ex veris & non necessarijs fieri potest, demonstratio non. Io. Gra. in 1. post. cap. 6. c. 14. col. 3.

Syllogismum concludere ea, quæ sunt a fortuna impossibile est, quia propositiones non habet veras, raro syllogismus. Io. Gra. in 1. post. cap. 24. c. 53. col. 2.

Syllogismi ex falsis verum ostendere possunt, ex posterioribus priora, vt syllogismus ex coniectura, demonstratio autem semper ex veris primis quidem est. The. in 1. post. cap. 4. char. 2. col. 1.

Syllogismus per mediata vt fit, per immediata quamobrem fit, ostendit. Them. in pri. post. cap. 27. c. 6. col. 1.

Syllogismus a syllogismo differt in speciebus propositionum, in modis, & figuris, & in materia. prima differentia facit syllogismos dialecticos, & sophisticos. Alex. Aphr. in 1. top. cap. 1. c. 1. col. 2.

Syllogismus vnus quamuis concludere possit plures conclusiones, primam tamen per se concludit, alias verò per accidens, id est ratione conuersionis. Auer. in 2. prior. cap. 1. char. 99. col. 2.

Syllogismi operatio per se est declarare ignotum per notum. Auer. in epitom. c. 344. col. 3.

Syllogismi præmissæ diuiduntur in tres partes, quæ vocantur termini. Auer. in epit. log. c. 344. col. 4.

Syllogismo, cuius altera particularis est, non vtuntur philosophi, nisi ponantur in dispositione qua erunt in eo vniuersales. Auer. in epit. log. c. 345. col. 3.

Syllogismus, in quantum est syllogismus, per ipsum dignoscere facit ignotum ex naturaliter noto. naturaliter notæ autem in syllogismo sunt ipse præmissæ, & naturaliter ignota est ipsa conclusio. Auer. in quæst. logicis. quæst. 8. char. 369. colum. 1.

Syllogismi veri sunt trium specierum, syllogismus committitur ex præmissis accidentalibus veris, & ex præmissis veris per se simpliciter, & ex præmissis, quæ ex aliqua parte sunt per se, & aliunde sunt accidentales. Auer. in quæst. log. quæst. 2. char. 324. col. 2.

Syllogismi propositionibus iunguntur, quæ sermonibus constant. Boet. in præd. char. 3.

Syllogismorum connexibus omnis ratio continetur. Boet. ex intr. ad cath. syll. char. 558.

Syllogismi ex propositionibus, cuius partes sunt nomen, & verbum, constant. Boet. ex intr. ad cath. syll. ch. 558.

Syllogismus omnis certis, & conuenienter positis propositionibus continetur. Boet. de syllog. hyp. l. 1. ch. 606.

Syllogismus omnis tribus tantum partibus constat, quod si aliqui, vt rhetores, dixerent quatuor, vel quinque constare, tres tamẽ sunt syllogismi partes: alia, quæ etiam ex propositionibus probantur, non syllogismi partes, sed propositionis probationes censendæ sunt. Boetius de syllogismo hypo. lib. 1. char. 615.

Syllogismus nullus fit prioris negatione, & sequentis propositione. Boet. de syllo. hypo. lib. 1. char. 615.

Syllogismus omnis propositionibus constat, quæ vel simplices sunt, vel compositæ. Boet. in top. Cic. li. 5. c. 823.

Syllogismi materia sunt propositiones, quæ si sunt credibiles, & conclusio credibilis est. Albertus magnus in poster. char. 171. colum. 3.

Syllogismus nõ fit ambabus negatiuis, nec ambabus particularibus in aliqua figura. Albertus magnus in priora char. 105. colum. 5.

Syllogismus omnis demonstrat, aut aliquid prædicatum alicui subiecto præesse, aut non inesse, & hoc, vel vniuersaliter, vel particulariter: ac alius est ostensiuus, alius hypotheticus. Alber. mag. in prior. char. 127. colum. 2.

Syllogismus omnis tres terminos habet, sed aliquando omnes tres habet substantia, & ratione, vt in perfecto syllogismo: aliquando pauciores secundum substantiam, sed tres ratione, vt in enthimemate, & in syllogismo ex oppositis: aliquando habet plures substantia, sed tres ratione, vt in inductione: aliquando plures secundum substantiam, & rationem, vt in exemplo: sed tunc argumentatio non ad vnum, sed ad plures syllogismos reducitur. Alber. mag. in prior. char. 129. col. 1.

Syllogismus ex veris non concludit falsum. Alber. mag. in priora char. 146. colum. 2.

Syllogismus ex falsis concludit verum. Alber. magnus in priora char. 146. colum. 2.

Syllogismus ex falsis duobus modis consideratur respectu conclusionis in communi, siue sit vera, siue falsa: & sic concludit ex necessitate syllogistica. potest & comparari ad conclusionem veri, & sic non concludit ex necessitate, quia peccat in materia. Albertus magn. in prior. chart. 141. colum. 3.

Syllogismi materia duplex: una syllogismi, ut syllogismus, quæ est tres termini, & duæ propositiones: & hæc non potest deficere syllogismo si syllogismus est; alia est materia syllogismi ostensiu, & hoc modo syllogismus ex falsis determinata caret materia, nam est syllogismus secundum quid, non autem simpliciter: habet enim formam in modo, & figura ostensiu, sed nõ materiam. Alb. mag. in prior. char. 246. col. 3.

Syllogismi extremi termini, si conuertuntur, & medium ad utranque extremitatem conuerti necesse est. Alber. mag. in prior. char. 165. colum. 4.

Syllogismi medium si conuertitur cum extremis, & extrema in se inuicem conuertentur, & intelligitur de conuersione in terminis, in qua subiectum fit prædicatum, & econtra. Alb. mag. in prior. char. 166. colum. 1.

Syllogismi præmissæ, aut extrema se habent, ut materia ad conclusionem, vt medium, ut causa efficiens conclusionis, & in ipsis est conclusio, ut effectus. Albertus magnus in topic. char. 273. colum. 4.

**Syllogismus demonstratiuus, & falsigraphus eiusdem ar-
tificis est.** Alb. mag. in elenc. char. 298. col. 2.
**Syllogismus falsigraphus, & demonstratiuus sunt circa
eadem principia incomplexa, sed non sunt circa eadem
complexa.** Alber. mag. in elench. char. 299. col. 1.
**Syllogismus omnis aliquam necessitatem habet, sed in de-
monstratiuo est necessitas consequentis, & antecedentis,
& consequentiæ antecedentis, in alijs syllogismis
est necessitas connexionis tantum.** Alexander de Ales
in 1. metaph. tex. 6. char. 3. col. 1.
**Syllogismi medium voco extremitatum quasi vinculum
quod ante rationis conclusionem bis sumitur.** Daniel
Barbar. prim. rhetoricor. cap. 6. char. 9.

*Syllogismus, ut se habet ad figuras, &
quot sunt figura.*

**Syllogismos omnes est reducere ad vniuersaliter syllo-
gismos, qui sunt in prima figura. Qui in secunda, per
illos perficiuntur, sed non consimiliter, sed vniuersali
priuatiua conuersa: quæ vero in parte vera per impos-
sibile, qui uero sunt in prima secundum partem perfici-
untur quidem per seipos, sed etiam est per secundam
figuram monstrare ad impossibile ducendo. Qui uero
in tertia vniuersales statim per primam reducuntur, &
qui in parte, per syllogismos, qui sunt in parte, ad pri-
mum reducuntur.** Arist. in 1. prior. sect. 1. ca. 7. ch. 164.
**Syllogismus de inesse in tertia figura non est, nisi ambæ
propositiones sint de inesse.** Aristote. in prim. prior.
sect. 1. ca. 11. char. 172.
**Syllogismus omnis per aliquam trium figurarum conclu-
ditur, & omnis perficitur per primum, & per vniuersa-
les modos primi.** Arist. in 1. prio. sect. 1. ca. 23. c. 198.
**Syllogismi si reducuntur ex prima in tertiam, opus est
minorem conuertere, & sic est uice uersa.** Arist. in pri-
prior. sect. 2. cap. 41. chart. 230.
**Syllogismi tertius modus secundæ figuræ resoluitur ad
tertiam figuram.** Arist. in 1. prio. sect. 2. cap. 41. ch. 231.
**Syllogismi illi in secunda, & tertia non reducuntur, qui
non reducuntur in primam.** Aristotel. in prim. prior.
sect. 2. cap. 41. char. 232.
**Syllogismi peccatum est, si ostenditur per plura, cum sit
per pauciora ostendendum.** Alexand. aphro. in 8. topic.
cap. 4. char. 99. colum. 1.
**Syllogismum conuertere, est transmutare conclusionem
& oppositum reliquæ propositionis concludere.** Alex.
aphr. in 8. topic. cap. 4. char. 100. col. 4.
**Syllogismorum resolutio per figuras est nobilior pars lo-
gices.** Ioan. gram. in 2. poster. cap. 1. chart. 56. colum. 4.
**Syllogismorum alij simplices, alij compositi, alij per syl-
logismum probantur, alij sunt propositiones immed-
iatæ per se notæ.** Ioannes Grammat. in prim. prior.
cap. 39. chart. 61. colum. 2.
**Syllogismus causæ negatiuus non potest fieri in prima
figura, nisi conuertamus negatiuam propositionem,
& conclusionem.** Ioannes Grammat. in prim. poster.
cap. 10. char. 29. colum. 1.
**Syllogismi maior defectus est, cū peccat in forma, quam
cum peccat in materia.** Simpl. in 1. phy. char. 34. col. 1.
**Syllogismi in tertia figura, etsi particularem concludere
debent, tamen propter materiam vniuersalis cōclusio-
nem est.** Simp. in 2. phy. tex. 2. char. 93. col. 1.
**Syllogismi per tres figuras ab Aristotele instituti sunt na-
turales, & nimirum sunt in ore hominum maxime in
secunda.** Auer. in 1. prior. sect. 1. cap. 8. chart. 63. col. 3.
Syllogismorum figuræ tres tantum sunt. Boet. de syllo.

cath. char. 592.
**Syllogismi forma perfecta est in demonstratione, minus
perfecta in dialectica, & minus in sophistica.** Alb. mag.
in prior. char. 100. colum. 3.
**Syllogismi figura non est nisi possibilis ad syllogismi cō-
plexionem trium terminorum dispositio, & ordo.**
Alb. mag. in prior. c. 100. col. 4.
**Syllogismi primæ figuræ perfecti sunt, aliarum omnes
imperfecti, sed per primam perficiuntur.** Alb. magn. in
prior. char. 102. colum. 2.
**Syllogismus peccat aliquando in forma, aliquando in ma-
teria: in forma cum peccat in figura, vel modo ex qui-
bus esse debet: in materia cum forma bona est, at pro-
positiones non sunt certæ.** Alb. mag. in post. c. 171. c. 3.
**Syllogismus, qui est ex communibus, peccat contra de-
monstratiuum, ut & falsigraphus: at diuerso modo,
quia ille ex omnibus, falsigraphus ex propriis.** Alb. mag.
in elenc. ch. 299. colum. 1.
**Syllogismus duo nobis consideranda præbet, formam,
& materiam: forma figura, & modo constat.** Dan. Bar.
in 1. rhetoric. cap. 6. char. 9.
**Syllogismus in prima figura habet medium in maiori su-
biectum, in minori prædicatum: secunda figura in am-
babus prædicatum: tertia in ambabus subiectū.** Dan.
Barb. in 1. rhet. cap. 6. char. 9.

Syllogismorum copiam ut habere possumus.

**Syllogismorum copiam quatuor instrumentis habere
possumus. vnum est propositiones fumere: secundum
est quotupliciter vnumquodque dicitur posse distin-
guere. tertium est differentias inuenire, quartum simi-
litudinis consideratio.** Arist. in 1. top. cap. 11. c. 402.

Syllogismus, ut differt ab inductione.

**Syllogismus, & inductio per ea, quæ prius nota sunt,
faciunt doctrinam.** Arist. in 1. post. cap. 1. te. 1. c. 295.
**Syllogismus, & inductio differunt, quia syllogismus per
medium terminum coniungit extremum: inductio p
minorem coniungit medium cum extremo.** Ioā. Gra.
in 2. prior. cap. 22. char. 82:
**Syllogismus est prior natura, inductio posterior. Indu-
ctio est notior quo ad rē in syllogismo.** Idē ibi. cap. 23.
**Syllogismo communiter dicto non opponitur inductio,
immo, sic fumendo, verum est dicere, inductionem esse
syllogismum, & syllogismo proprie dicto opponitur
inductio.** Alb. mag. in prior. c. 167. col. 4.
**Symbolum est dupliciter: rei, & loquentis. Symbolum
rei est ab institutione, quia instituentes nomina affici-
untur aliqua proprietate, & cum instituuntur. Sym-
bolum loquentis est, quia cum intentione, & intentio-
ne profertur.** Albert. magn. de sens. & sens. tractat. 1.
cap. 2. char. 2. colum. 3.
Synonyma sunt, quorum nomē, & definitio eadem sunt.
Ammon. in Porphy. char. 8. colum. 3.
**Synonyma nomina sunt vsitata in doctrina ad expositio-
nes.** Auer. in 4. phy. tex. 43. c. 67. col. 2.
Synonymis non utitur scientia demonstratiua. Auer. in 1.
de coelo. tex. 1. char. 2. col. 2.
**Sytula serpens est duarum specierum: unus est dyphas,
alter ita pulcher ob varietatem, ut detineat admiratio-
ne intuentes, sed piger, & paruus; ita ignei veneni, ut
quem percutit, totus exuratur: & in hyeme heni serpens
pellem deponit.** Alb. mag. de ani. l. 25. c. 202. col. 3.



TABANI ex ligno nascun-
tur. Arist. de histo. anima. 5.
cap. 19. char. 178.
**Tabani, vel aqua itercute ocu-
lorum cæci intereunt.** Ari-
de hist. ani. 5. ca. 20. ch. 181.
**Tabescunt, qui esuriunt, quia
nullum capiunt alimentū,
& q vitiose vescuntur, quia,
quod assumunt, perfrui non
possunt.** Aristot. problema.

sectio. 1. num. 5. chart. 331.
**Tabes laborantes cur vnguibz aduncis videntur? quia vn-
gues, cū corpore solido consent, tabescere nequeunt:
difficiliter enim afficiuntur, sed carne tabefacta for-
mam illam mentiuntur, & sensum decipiunt.** Alexan.
aphrod. probl. 2. nu. 19. char. 731.
Taciturnitas mulierū decus affert, non sic viro. Aristotel.
libr. 1. politicorum, cap. 8. char. 511.

Tactus de quibus dicitur, & quot consideratur modis.

TACTUS multipliciter dicitur, & quod multipliciter di-
citur, vel dicitur æquiuoce, vel altera ab alteris, &
prioribus. Arist. in 1. de generatio. & corrupt. sum. 4.
cap. 2. tex. 44. char. 404.
**Tactus proprie dicitur de habentibus positionem, Arist.
in 1. de generat. & cor. sum. 4. cap. 2. text. 44. char. 404.
Tactus, qui est in mathematicis, dicitur secundum poste-
rius a vero tactu, qui est in animalibus.** Auerro. in 1. de
generat. tex. 44. chart. 162. col. 2.
**Tactus tripliciter consideratur; vt est tactus tantum, vt
est sensus tantum, & tactus, vel prout est sensus, & ta-
ctus, & huius complexionati, & vt est tactus non acci-
pirur, nisi per coniunctionem materiæ.** Alber. magnus
in 3. ethicor. tract. 3. cap. 4. char. 46. colum. 3.

Tactus vt est, & vt fit.

TACTUI quid sit vnum subiectum non est manifestum,
vt auditui sonus. Aristotel. in secun. de anim. sum. 4.
cap. 7. text. 108. char. 642.
**Tactus est rerum tactilium susceptio, atque deprehen-
sio, quæ tunc fit, cum id, quod contractandi potentiam
habet, ad similitudinem rei tactilis immutatur.** Alex.
aphro. in 1. de ani. cap. 18. char. 37. col. 1.
**Tactus est abiectionissimus, atq; infimus omnium sensuum,
Themist. in 2. de ani. cap. 2. tex. 27. char. 72. col. 1.
Tactus non est vnus sensus, quia circa plura paria con-
trariorum versatur.** Themist. in secun. de anim. cap. 39.
text. 116. char. 79. colum. 2.
Tactus in mediocritate qualitatum tangibilium consistit.
Them. in 3. de anim. cap. 70. tex. 60. char. 91. colum. 1.
**Tactus, & gustus non indigent medio: reliqui uero sen-
sus medio indigent.** Auer. de sens. & sens. ch. 191. col. 4.
Tactus est primum fundamentum animæ sensitivæ. Alb.
mag. de fom. & vigi. lib. 1. tract. 2. cap. 1. char. 28. col. 1.
**Tactus non sentit rem, nisi per medium intrinsecum, nec
aliquid, quod sibi non sit coniunctum.** Albert. mag. de
princ. mot. proces. tract. 1. cap. 1. char. 179. col. 1.
**Tactus est quasi subiectum omnium sensuum, ad quem
omnes sensus quasi referuntur.** Idem in secun. de coel.
tract. 1. cap. 4. chart. 24. colum. 4.
**Tactus principalis conditio est, quod sit in habentibus
positionem.** Idem in 1. de generat. & corrupt. tract. 4.
cap. 2. char. 66. colum. 4.
Tactus eorum est, quæ in materia permista sunt. Idem
in 10. ethicor. tract. 1. cap. 10. chart. 110. col. 3.

Tactus fit per medium intrinsecum, quod est caro. D.
Thom. de sens. & sens. lect. 5. comm. 10. char. 7. col. 1.
Tactus est in media proportione tangibilium qualitatum.
D. Tho. de ani. mot. lect. 1. c. 46. col. 2.
**Tactus est sensus præcipuus eorum, quæ pertinent ad cō-
sistentiam animalis, ex quibus animal constat, & nu-
tritur.** D. Tho. in 2. de ani. l. 6. t. 3. c. 26. col. 3.
**Tactus fit semper existere medio inter nos, & res tactas,
vt aer, vel aqua.** D. Thom. in 2. de anim. lect. 23. text.
113. char. 44. colum. 2.
**Tactus est quodammodo fundamentum omnium alio-
rum sensuum.** D. Tho. in 1. metaph. l. 1. c. 5.
**Tactus sensus indiget maiori caliditate in actione sua,
quam reliqui sensus.** Petr. de Aluer. de iuuent. sen. vit.
mor. & resp. l. 3. c. 66. col. 4.

Tactus, ut animali conuenit, & quod est eius organum.

TACTUS in parte corporis similari consistit, vt in carne;
denique in parte sanguinea, vel in ea, quæ sanguini
proportione respondet. Arist. de hist. ani. 1. cap. 4. c. 12.
Tactum omnia animalium genera habent. Idem de hist.
anim. 4. cap. 8. char. 130.
**Tactus sensorium primum incertum est, nam non est ca-
ro, non pars eiusdem aliqua, sed aliquod intimum.** Idē
de part. anim. cap. 10. char. 451.
**Tactus sensus omnibus primo inest, & vt vegetatiuū po-
test separari a tactu, & omni sensu, sic & tactus ab alijs
sensibus.** Idem in 2. de ani. su. 1. cap. 2. tex. 17. c. 618.
Tactus indiget carne pro medio. Idem ibid. sum. 4.
cap. 7. text. 109. char. 642.
Tactus comprehendit suum sensibile sine medio. Idem
in 3. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 66. c. 671.
**Tactus, & gustus necessariò insequuntur omnia anima-
lia.** Idem de sens. & sens. cap. 1. c. 4.
**Tactus, & gustus sensorium est cor, quia est oppositum
cerebro, & calidissimū.** Arist. de sen. & sens. cap. 2. c. 9.
Tactus visum emulatur, & sequitur. Aristotel. problem.
sect. 31. num. 18. char. 635.
Tactus organum caro est. Alexand. Aphrod. in 1. de ani.
cap. 18. char. 37. colum. 2.
**Tactus instrumentum intus asiditur: caro pro interme-
dio est.** Them. in 2. de ani. cap. 38. tex. 116. ch. 79. col. 2.
**Tactus sensorium cordi mandasse Aristotelem non me-
minit Aphrodisiensis.** Themist. in 2. de anim. cap. 40.
tex. 116. char. 79. colum. 3.
Tactus inest omni animali, vel perfecto, vel imperfecto.
Them. in 3. de ani. cap. 75. t. 63. c. 91. col. 3.
**Tactus, & gustus, vt tactus solus necessarius est animali,
& necessarium est, sine quo res non est id, quod est, &
propter quod est: at omnes sensus animalis sunt necessa-
rii, vt necessarium intelligitur illud, sine quo res præ-
seruari nequit.** Alb. mag. de sen. & sens. tr. 1. c. 2. c. 2. c. 4.
Tactus instrumentum est caro neruosa. Alb. mag. de ani.
l. 12. tract. 1. cap. 1. c. 101. col. 2.
**Tactus, & gustus omnia animalia necessariò consequun-
tur.** D. Tho. de sens. & sens. l. 2. c. 2. col. 4.
**Tactus est de necessitate animalis, & propter hoc inueni-
tur in omnibus animalibus: ceteri aut sensus in pfectis
tantū inueniunt.** D. Tho. in 2. de ani. l. 6. t. 3. c. 26. c. 3.
**Tactum omnia animalia habent, quia est magis necessa-
rius, quam alii sensus, & si visus sit perfectior.** D. Tho.
in 1. metaphysicor. lect. 1. c. 5.
**Tactus, & gustus immediate tendunt ad cor, & alii sen-
sus fundantur in sensu tactus.** Petr. de Aluer. de iuuen.
sen. ect. vit. & mor. & resp. l. 3. c. 66. col. 3.

Tactum quæ meliorem habent.

TACTUM certissimum habet homo, vnde prudentissi-
mus omnium animalium est: in hoc enim omnia
animalia

animalia superat, cum in alijs sensibus a pluribus superetur. Arist. in 2. de ani. sum. 4. cap. 5. tex. 94. char. 638.

Tactum homo certissimum habet, & gustus est quidam tactus. Arist. de sen. & sen. cap. 4. char. 14.

Tactu homo egregie sentit, eo quod temperatissimum corpus habet. Alexander aphrod. in primo de anima. cap. 16. char. 36. colum. 3.

Tanguntur præsentia, & non absentia. Alexand. aphrod. in 1. de ani. cap. 18. char. 37. col. 3.

Tactus sequitur bonitatem discretionis in homine, non aut sic alius sensus. Auer. in 2. de ani. t. 94. c. 145. col. 3.

Tactum bonum qui habet, ac mollem carnem, ingeniosi sunt. D. Thom. in 2. de anim. l. 19. tex. 94. ch. 40. col. 3.

Tactus bonitas temperaturæ bonitatem arguit. Idem ibid.

Tactum meliorem habet animal, quando reductam habet complexionem ad medium. Idem ibidem lect. 23. text. 119. char. 45. colum. 3.

Tactus est homini excellentissimus, quia proportionatæ, & nobilissimæ formæ, & tanto inter homines est homo magis aptus mente, quanto est melioris tactus. Idem de sen. & sen. lect. 9. char. 10. col. 4.

Tagi fluuius nascitur in cæpis Hispaniæ, currens per 305. milliaria, & mergitur in Oceano Occidentali. Alber. mag. de natur. loc. dist. 3. cap. 2. char. 102. col. 2.

Talpæ in Beotia Orchomenio agro habentur multæ; at in Lebadico vicino nullæ, nec si aliunde portatæ fuerint, volunt infodere. Arist. de hist. ani. 8. c. 28. ch. 308.

Talpa sub pelle habere oculos videtur. Arist. in 2. de ani. sum. 5. cap. 1. tex. 131. char. 647.

Talpæ in Coronea Beotia vitam degere, terram infodere nequeunt, cum in reliqua Beotia multæ sint talpæ. Arist. de admir. aud. nu. 120. char. 867.

Talpa licet progressiua sit, non tamen videt, quia natura maiorem esse ipsius curam habet, quam bene esse, vt quæ facie ipsa terram fodiat, indeque nutriatur. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 131. char. 48. col. 3.

Talpa videt, etsi obscura, vt noctuaga etiam. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 131. char. 48. col. 3.

Talpa non durat super terram, nisi spacio vnus, vel duarum horarum. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 1. c. 3. ch. 7. col. 1.

Talpa est animal paruorum de genere muris, quod & mus terrenus, & cæcus vocatur: breuissimum crurium: acuti vnguis, quinque ante, & quatuor posterius habens digitos: coloris nigri: pili mollis, breuis, & spissi: vermicibus pascitur, & radicibus herbarum: generatur de terra: diu extra terram viuere nequit: viget multum in auditu, quod tamen fit non per acutiem auditus, sed per terræ continuitatem. Alber. mag. de ani. lib. 2. tract. 2. cap. 1. char. 283. col. 3.

Talum permulta ex bisulcorum animalium numero habent, at multitudine nullum habet, vt ne hominem quidem habere certum est. Lynxi semitalo simile quiddam: Leoni tortuosum in anfractum est, quale effingunt: at omnia, quibus talus datus est, habent eum cruribus posterioribus, ita vt erectus in suffragine parte sui pro na foras, supina introrsum spectet, & quæ veneres vocantur, intus aduersæ sibi positæ sint, quæ canes, foris: quæ antennæ supra habeantur. Arist. de histor. anim. libr. 2. cap. 1. char. 42.

Talorum amatores iusto breuiorem cubitum habentes gaudentes parta sunt victoria. Arist. physio. c. 8. c. 342.

Talos quæ sunt circa, qui neruosa, articulataque habent, fortes secundum animam sunt, referuntur ad masculinum genus. qui carnosus, & inarticulati sunt, molles, & referuntur ad foemineum genus. Aristoteles physio. cap. 9. chart. 347.

Tamariscus est iunpero similis, calida, & sicca, habens stipticitatem, & absterfionem, & est mundificatiua. Alb. mag. de veget. libr. 6. tract. 1. cap. 34. ch. 160. col. 4.

Tamur, vel Tamyrc dicunt esse vermem, quo vitra, & lapides diuiduntur, ex quo structiones pullos in vitro

conclusos vitra diuidentes extrahunt, ex quo Salomon marmora ad libitum diuisit, sed hæc est fabula. Alber. magn. de anim. lib. 26. char. 205. col. 3.

Tanais, & Nilus non semper fluxerunt, sed aliquando fuit siccus locus. Arist. meteor. 1. sum. 3. cap. 2. ch. 490.

Tanais fluuius nascitur de monte Hyperboreo in monte Sardo, fluit per milliaria 654. & fluit in Pontum. Alb. mag. de natur. loc. lib. 3. cap. 3. char. 102. col. 4.

Tangere est ad aliquid, finitum non est ad aliquid, & in hoc differunt. Arist. in 3. physio. cap. 8. tex. 74. char. 75.

Tangere est, quorum extrema sunt simul. Arist. in 5. physio. 2. cap. 1. tex. 22. char. 131.

Tangens omne, aut tangit totum, aut pars partem, aut totum pars. Arist. in 6. physio. sum. 1. cap. 1. tex. 2. ch. 146.

Tangere est vltima habere simul: hæc enim se tangunt, quæcunque determinatæ sunt magnitudinis, & positionem habent, & simul vltima habent. Arist. in 1. de generat. & corru. sum. 4. cap. 2. tex. 44. char. 404.

Tangentia se inuicem omnia grauitatem, & leuitatē habent, aut ambo, aut alterum, & talia aut sunt passiuæ, aut actiuæ. Aristoteles in prim. de generat. & corrupt. sum. 4. cap. 2. text. 44. char. 404.

Tangibile plures contrarietates sunt calidum, frigidum; siccum, humidum; graue, leue; durum, molle; lubricum, aridum; asperum, leue; crassum, tenue. Aristot. in 2. de gener. & cor. sum. 1. cap. 2. tex. 8. char. 425.

Tangibiles sunt differentia corporis, vt corpus, id est calidum, frigidum, humidum, & siccum. Aristot. in 2. de ani. sum. 4. cap. 7. tex. 117. char. 644.

Tangibile plures contrarietates habet: calidum, frigidum, humidum, & siccum, durum, & molle, & aliorum huiusmodi. Arist. in 2. de ani. sum. 4. cap. 7. t. 107. c. 642.

Tangere dicitur communiter, & proprie. Communiter in positionem habentibus, & huius quidem motiui, huius mobilis, ad inuicem autem motiui, & mobilis. Et dicitur proprie in quibus existit agere, & pati, & hic modus dicitur vt plurimum, & proprie. vt plurimum est cum id, quod tangit, tangens est, aut proprie, vt plurimum dicimus, mouere solum tangere id, quod mouetur, quod autem tangitur, non tangere, quod tangit: sed quia mouent mota ea, quæ eiusdem generis, necesse videtur esse, quod tangitur tangere. Arist. in 1. de generat. & corrupt. sum. 4. cap. 2. text. 45. char. 405.

Tangibilia differunt a visibilibus, & sonantibus, quia hæc quidem sentimus, quia medium mouet aliquid nos: tangibilia uero non a medio, sed simul cum medio. Arist. in 2. de anima. sum. 4. cap. 7. text. 115. char. 644.

Tangibiles passiones omnes, vt tangibiles tactu sunt sensibiles. Arist. in 2. de ani. sum. 5. cap. 1. tex. 128. ch. 647.

Tangibile animal exuperantia non solum sensum, sed & animal corrumpit. Arist. in 3. de ani. su. 3. ca. 2. t. 68. c. 672.

Tangi dicuntur, quorum vltima sunt simul. Arist. in 11. metaph. sum. 4. cap. 4. char. 240.

Tangere est impedimentum quoddam præcedens ne aliqua sint simul, & veniant ad continuationem, & vniantur. Simpl. in 5. physio. tex. 22. ch. 12. col. 2.

Tangere est per se sufficiens ad efficiendum, quod sint aliqua contigua. Simpl. in 5. physio. tex. 26. char. 314. col. 2.

Tangibile omne secundum contrarietatem tangibile est. Simpl. in 2. de coel. tex. 42. commen. 29. char. 67. col. 3.

Tangibile est id, quod grauitatem, vel leuitatem obtinet. Ioan. grammar. in 4. physio. tex. 52. char. 92. col. 2.

Tangibiles qualitates solæ per omnia corpora existunt. Ioan. gram. in 2. de gen. & cor. tex. 8. com. 7. char. 106.

Tangens omne est finitum, non aut sequitur quod omne finitum sit tangens. Auer. in 3. physio. tex. 74. c. 56. col. 2.

Tangens debet esse suppositum. Auerroes in 1. de anim. 48. char. 118. colum. 2.

Tangere, & simul esse sunt idem subiecto, differunt diffinitione. Auer. in 5. physio. tex. 30. char. 104. colum. 1.

Tangibiles qualitates sunt in causa omnium aliarum sensibili-

sensibilium qualitatum. Alber. mag. in 2. de generatio. & corrupt. tract. 1. cap. 1. char. 71. col. 4.

Tangentia, & mathematica non sunt simul, sed vnū, quia fit vna superficies, & tangentia naturalia remanent in sua essentia distincta: & sic sunt simul, & non vnū. Alb. mag. in 5. physio. tract. 2. cap. 1. chart. 64. colum. 1.

Tangens omne tangit secundum aliquid aliud, quam ipsum sit. Alb. mag. in 6. physio. tr. 3. cap. 6. char. 81. col. 2.

Tangit nihil, nisi quod habet æqualitatem secundum complexionem qualitatum tangibilem. Alb. magn. de ani. lib. 12. tract. 1. cap. 7. char. 105. col. 2.

Tapula vermis est, qui quaternis pedibus, & super aquas currit, & est aquatica aranea: currit etiam in terra: & depressus sub aqua non madidatur, nec mergitur: & sicco vestigio ambulare videtur super aquas, & valde velociter aquarum spacium transit. Alb. mag. de ani. lib. 26. char. 205. colum. 3.

Taradama apud Gelonas Scytharum feram reperiri aiunt, quæ quacunque incedit; pilorum colores mutat, ideo raro capitur: locorum, & arborum omnium colorem reddit. mira pilorum mutatio huius est, cum reliqua colore tantum immutentur, vt Chamalæo, & Polypus. Taradama magnitudo eadem; quæ boui est, nec caput ceruino ab simile est. Arist. de admir. aud. nu. 29. c. 844.

Tardum est, quod in multo tempore parum mouetur. Arist. in 6. physio. sum. 1. cap. 2. tex. 14. char. 149.

Tarde quod mouetur est, quod in maiori tempore mouetur. Arist. in 11. metaph. sum. 4. cap. 4. char. 140.

Tarenti caponem fuisse noctu furentem, & die vna vendidisse quidam asserunt: proprie enim tabernæ clauem sub zona seruabat, cum vero multi subripere tētasent, eam nullo facto abstulisse. Aristoteles de admiran. aud. nume. 31. char. 845.

Tarentinos certis anni temporibus Atrei, ac Tydei Aiacisve filijs, ac Laetis sacrificare asserunt, & alia die peculiari filijs Agamemnonis seorsum sacrificium perficere, in qua non licet mulieribus gustare, quæ in illis mactata sunt. apud eos quoque sacellum est Achilli dicatum: ac postquam illos Hercules occupauit, Hercules nuncupata est regio Tarentina, cum antea Plion appellaretur, & si ab illorum prioribus debellata Sigion nominaretur. Arist. de admiran. aud. nu. 102. char. 861.

Tarentini iumenta facientes ad pauperum vsum communia, beneuolā faciunt plebem. Arist. 6. polit. ca. 5. c. 704.

Tatinus vermis est, qui in lardo porci nascitur quando putrescit, & est hirsutus. Albertus magnus de animalibus lib. 26. char. 205. colum. 4.

Taurum excisum inuicem protinus acto generasse traditum est. Arist. de histor. ani. 3. cap. 1. char. 71.

Taurus statim a castratione cum iniisset impleuit, quia meatus non erant adhuc retracti. Arist. de generatio. animal. 1. cap. 4. char. 101.

Taurus, Virgo, & Capricornus lapidibus debite insculpti liberant ab infirmitatibus calidis, & ad religionem, & opera rustica inclinant eos, qui secum ferunt hos lapides. Alb. mag. in 2. de miner. ex tr. 3. c. 5. ch. 143. col. 1.

Taurus in vno concubitu implet vaccæ mtricem, quæ vacca per viginti dies appetit coitum, & post biennium est tempus coitus eius, vel post triennium, & fert partum per nouem menses, & decimo parit, & vt sepe vnū parit: & viuit quindecim annis. Alber. mag. de animal. lib. 6. tract. 3. cap. 2. char. 62. col. 2.

Taurus impinguatur a fructibus generantibus ventositate, vt ordeum, orobum, faba, & si scindatur eius corium, & insuffletur inter corium, & carnem, & dentur prædicti cibi, cito impinguatur: nec non dulcibus cibis impinguatur, vt ficibus passis, & vino. Albert. mag. de animal. lib. 20. tract. 1. cap. 5. ch. 65. col. 4.

Taurus est animal notum, cum non castratur est ferox, cornibus valde pugnans. Albertus magnus de animal. lib. 22. tract. 2. cap. 1. char. 183. colum. 1.

Taxus est arbor venenosa maxime in Calabria, ita vt vmbra noceat dormienti sub ipsa, apesque interficit: sed fructus eius impinguat gallinas. Albert. mag. de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 34. char. 160. col. 4.

Temperantia est mediocritas circa voluptates, & ægritudines, non omnes, sed corporales: & eas maxime, quæ in tactu existunt. excessus intemperantia est, sed quia non admodum inueniri consueuerunt, qui in voluptatibus deficiant, ideo nec nomen aliquod huiusmodi homines adepti sunt, sed stupidi appellantur. Aristot. in 2. ethicor. nicom. cap. 7. char. 42.

Temperantia solum versatur circa corporis voluptates, & non circa omnes: nam nec temperans, nec intemperans dicitur, qui ijs gaudet, quæ visu percipiuntur, vt colore, figura, pictura: & sic in ijs, quæ ad auditum pertinent, nec in ijs, quæ ad odoratum, nisi per accidens. Arist. in 3. ethicor. cap. 10. char. 73.

Temperantia, & intemperantia versantur circa eas voluptates, quæ cæteris animalibus seruales sunt, ac communes, & hæc sunt tactus, & gustus. Aristoteles in 3. ethicor. cap. 10. char. 74.

Temperans circa voluptates mediocriter se habet; nam neque his oblectatur, quibus intemperans maxime consuevit, sed potius ægre afficitur: nec omnino ijs gaudet, quibus non oportet: nec vlla aliqua huiusmodi re vehementer oblectatur: nec si absit, dolet: nec cupit, nisi mediocriter: nec magis quam decet, quæpiam re, nec quando non decet, afficitur: nec demum tale aliquid appetit, sed ea tantummodo iucunda, quæ vel ad sanitatem, vel ad bonam habitudinem faciunt, & ea mediocriter, & ut decet: & cætera, quæ his impedimento non sunt, uel præter honestatem, uel supra facultates. Nam qui ita facit, magis talis voluptates amat quam dignum sit: at temperans non eiusmodi est, sed ut recta ratio præscribit. Aristot. in 3. ethicor. nicom. cap. 11. char. 76.

Temperans, & ratio hominis eundem scopum propositum habent, honestatem scilicet. Arist. in 3. ethicor. nicom. cap. 12. char. 78.

Temperans est, qui cum paruis sit dignus, eisdem se dignum censet. Arist. in 4. ethicor. nicom. cap. 3. char. 90.

Temperantia σωφροσύνη appellamus, vt potest prudentiam conseruantem. Aristot. in 6. ethic. nicom. cap. 5. ch. 144.

Temperantia est intemperantiæ, & incommoditatis circa voluptates medietas. Arist. mag. moral. c. 20. c. 298.

Temperantia, ac prorsus uirtus omnis est habitus optimus, & optimum est medium inter excessum, & defectum. Arist. mag. moral. cap. 20. char. 298.

Temperans est, qui nullas habet cupiditates malas, recteque rationi circa hæc insitit. Arist. mag. mor. 2. c. 7. ch. 336.

Temperans est continens, at continens temperans non est. Arist. mag. moral. 2. cap. 7. char. 336.

Temperantia est uirtus appetentis, per quam a malarum voluptatum appetentia redduntur alieni. Aristoteles de uirtutibus char. 477.

Temperantiæ est non imitari corporis voluptates, & cuius sedæ voluptatis, & delectationis minime appetentem, & timere etiam iustam licentiam, & intemum esse in uitæ rationem similiter in paruis, & magnis. Afferatur autem temperantiam, ordo, moderatio, pudor, reuerentia. Aristot. de uirtutibus char. 479.

Temperantia est uirtus, per quam aduersus voluptates corporis ita afficiuntur, vt præcipit lex: intemperantia contra. Arist. in 1. rhetor. cap. 37.

Temperantur mutuo, quæ sunt humectæ naturæ, & similes vndique inter se partes habent, e quibus nullum minimum excernere uolumus. Alexand. aphro. de sens. & sen. ex sect. 3. com. 26. char. 114. col. 4.

Temperamentum nihil aliud est, quam mensurata quædam, & modificata medietas. Themist. in 2. de anima. cap. 42. tex. 113. char. 79. col. 4.

Temperamentorum effectus formas asserentes errant, quia ad commensurationem temperamenti siccorum, humidorum, calidorum, & frigidorum sequuntur plures qualitates, & color, sapor, mollities, & durities, & similia: ergo secundum eandem rationem omnia erunt potentia: ergo secundum vnam patietur, & reliquam aget: & si agit secundum aliquid, patitur secundum aliquid: ergo secundum idem, quod agit, etiam patietur, & idem sequitur ponentibus formas officio vniuersali ad aptitudinem temperamenti superuenire extrinsecus. Io. gra. in 1. de gen. & cor. t. 68. co. 118. c. 84.
Temperamentorum aptitudines latitudinem habere necesse est. Io. gra. in 1. de gen. & cor. te. 68. co. 118. c. 85.
Temperans est, qui lætatur cum abstinere a voluptatibus. Eustr. in 2. ethic. char. 89.
Temperantia intelligitur vel de illa, quæ communiter de omnibus virtutibus dicitur, vt in hoc loco, vel de particulari virtute. Eustr. in 6. ethic. cap. 3. c. 295.
Temperamentum magis dignum est, vt sit proportio, quàm extrema. Auer. in 2. de ani. tex. 145. ch. 155. col. 3.
Temperamentum non esse inter duo calidissima falsum est, quia recessus solis causat frigus ex victoria inferiorum elementorum causatum, & licet frigus ibi non sit in summo, est tamen ibi, vt temperans extrema calidum. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 6. c. 95. col. 3.
Temperamentum simpliciter magis est in actu calidum, quàm frigidum, quia frigidum est qualitas mortificatiua. Al. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 11. ch. 97. col. 3.
Temperata dicitur illa species non quod sit temperata, vt homo, quia sic esset corpus humanum, sed cum non declinat in aliqua qualitate a suo, quod sibi debetur temperamento. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 1. c. 2. c. 101. c. 4.
Temperantia, & castitas insunt secundum opera vegetabilis. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 1. cap. 1. ch. 169. col. 2.
Temperatus dicitur eo, quod non tristatur delectabilis absentia, & virtus sua in hoc est, quod a delectabilibus abstinere. Alb. mag. in 3. ethic. trac. 3. cap. 5. c. 46. col. 4.
Temperantiæ ideo attribuitur saluare prudentiam magis, quam alius virtutibus, quia delectabile actu, quod in nobis profundum est, magis corrumpit prudentiam. Alb. mag. in 6. ethic. trac. 2. cap. 11. c. 73. col. 2.
Templa in receptione distribuenda sunt partim dijs, partim heroibus. Arist. in 7. pol. cap. 12. c. 740.
Templa locum Dei existimant homines, non ex parte Dei, sed ex parte colentium Deum, quos oportet Deum in aliquo loco colere. Vnde loca corruptibilia sunt proportionata hominibus corruptibilibus, celum incorruptibile est proportionatum substantiæ diuinæ, D. Tho. in 1. de celo. l. 7. tex. 22. c. 7. col. 3.

Temporis diuisio.

In Tempore esse duas habet significationes, vna est esse tunc cum tps est: alia esse in tempore, vt in numero, & hoc, aut significat, vt partem numeri, & passionem, & omnino, quod numeri aliquid est, aut quod est ipsius numerus. Arist. in 4. phy. cap. 6. tex. 115. c. 114.
Tempus quicquid mensurat, aut mouetur, aut quiescit, impossibile est, vt moueatur. Arist. in 4. phy. c. 6. t. 120. c. 116.
Tempus quæ continent eorum, quæ non sunt, alia erant, vt Homerus, qui aliquando erat; alia erunt, vt futura: quædam quæ ad vtrius continet, & si ad ambo, vtræque & erant, & erunt, quæ vero non continet, nec erant, nec sunt, nec erunt, & hæc sunt, quorum opposita sunt semper: quorum autem contrarium non semper est, hæc sunt generabilia, & corruptibilia. Arist. in 4. phy. cap. 6. tex. 120. char. 116.
Tempus habet infinitas diuisiones. Arist. in 8. physicor. sum. 3. cap. 3. tex. 68. char. 230.
Tempus est diuisibile, & indiuisibile. Arist. in 3. de anim. sum. 1. cap. 4. tex. 23. char. 660.

Tempus duplicem naturam habet, nam aliud tempus motum connaturalem mensurat, & aliud motum extra secundum actionem. Simp. in 4. phy. ch. 232. col. 2.
Tempus quoddam mirabile patitur: vnum commune cum alijs: alterum proprium sibi: commune habet, vt omnes illud fateantur, cum videant esse dies, annos, menses, & huiusmodi proprium, quia sensu non comprehendit existere. Simp. in 4. phy. tex. 87. ch. 253. col. 2.
Tempore inesse duplex, aliud coexistens cum tempore, aliud, quod habet aliquod tempus mensuram sui esse. Io. gram. in 4. phy. tex. 114. c. 111. col. 1.
Tempus aliud compositum est, vt illud, quod est in composita actione: aliud simplex, quod cum actione simplici procedit. Alb. mag. in 6. princ. c. 72. col. 2.
Tempus aliud est secundum esse, aliud secundum substantiam. secundum esse nullum tempus est simplex, secundum substantiam est aliquod tempus simplex. Albert. mag. in 6. princ. ch. 72. col. 3.
Tempus minimum sibi se, quod est numerus, duplex est: prout est numerus prioris, & posterioris, sic est duo tempora: prout conficitur ex numero eius, quod fertur, tunc minimum eius est vnum indiuisibile nunc: prout autem consideratur continuum ad similitudinem magnitudinis, tunc non habet minimum, sed diuisibile est in infinitum. Al. mag. in 4. phy. tr. 3. ca. 8. c. 54. co. 4.
Tempus præteritum, aliud est finitum ad præsens, & hæc sunt in præterito perfecto: aliud finitur non ad præsens, sed ad præteritum perfectum, quod finitur ad præsens, & hæc sunt in præterito plusquam perfecto: aliud includit præsens, & non terminatur ad ipsum, & sunt in præterito imperfecto. Alber. Mag. in 4. phy. tract. 3. cap. 11. ch. 56. col. 1.
Tempus futurum dupliciter intelligitur: vel finitum, vel infinitum. In finitum sunt, quæ iam in propriæ materiæ concrectione sunt quæ in materia prima, & in potentia infinita sunt, in futuro infinito sunt. Alb. mag. in 4. phy. tract. 3. cap. 11. ch. 56. col. 1.
Tempus dupliciter accipitur, vt se habet ad motum. est enim numerus alicuius motus, quasi manens extra ipsum formaliter, & alicuius motus passio, & numerus creatus ab ipso motu. Alb. mag. in 8. physicor. tract. 1. cap. 5. char. 90. column. 2.
In Tempore esse tripliciter dicitur, per diuisionem, & sic motus est in tempore, & cuius protensio potentia inesse perfecto, secundum quam in toto perfecte extat, tempore mensuratur, vt dicitur diurnum, mensuratum, & annum, & hoc est in tempore primi mobilis, & secundum quod duratio in esse, & permanens mensuratur, & sic est in tempore, vita, intellectus, & delectatio. Dicitur etiam inesse in tempore, quod nihil in se protensum habet. Alb. mag. ethic. 10. trac. 1. cap. 5. char. 109. col. 2.
Tempus tribus consideratur modis. Primo ipsum tempus, vt est res quædam, & sic a nomine potest significari. Secundo id, quod tempore potest mensurari. Tertio ipsa habitudo temporis mensurantis, quæ significatur per aduerbia temporis. Diu. Thomas in periherm. char. 3. col. 2.
Tempus accipitur duobus modis: proprie, & communiter pro omni duratione. Alexand. de ales in 2. metaphisic. tex. 5. char. 186. col. 2.

Tempus quid est, & à quo apprehenditur.

Tempus sphaeram esse est magis stultum, quam vt de eo considerentur impossibilia. Arist. in 4. physico. sum. 3. cap. 2. tex. 94. char. 107.
Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius. Arist. in 4. phy. sum. 3. cap. 1. tex. 101. c. 109.
Tempus est numerus, quo numeramus. Arist. in 4. phy. sum. 3. cap. 3. tex. 102. char. 110.

Tempus est numerus, non vt ipsius puncti, quia est, & principium, & finis; sed potius, vt vltimum ipsius lineæ. Arist. in 4. phy. su. 3. cap. 4. tex. 106. c. 111.
Tempus est continuu, cum sit continuu mensura, id est motus. Arist. in 4. phy. cap. 5. tex. 108. c. 112.
Tempus habet minimum quodammodo, vt secundum quod numeratur, & est vnum tempus, propter quod numeratur, aut duo, vt autem est mensura non inuenitur in eo minimum. Aristotel. in 4. physicor. capit. 5. text. 110. chart. 112.
Tempus numerus est, non quo numeramus, sed quod numeratur. hoc enim accidit secundum prius, & posterius semper alterum. ipsa enim nunc altera sunt. Arist. in 4. phy. cap. 5. tex. 110. c. 112.
Tempus est mensura quietis secundum accidens. Arist. in 4. phy. cap. 6. tex. 118. c. 115.
Tempus mensurat, & quod mouetur, & quod quiescit. Arist. in 4. phy. cap. 6. tex. 116. char. 115.
Tempus est mensura motus, & quietis. Idem ibid. text. 119. chart. 116.
In Tempore non sunt, quæ non sunt, nec quæ non possunt aliter esse. Arist. in 4. phy. cap. 6. t. 120. c. 116.
In Tempore sunt generabilia quæcunque, & corruptibilia, & quæ aliquando sunt, aliquando non. Arist. in 4. phy. cap. 6. t. 120. c. 116.
Tempus est quodam maius, quod mensurat esse generabilem, & corruptibilem, quod excedit esse eorum, & id, quod mensurat substantiam. Idem ibid.
Tempus esse non potest cum non sit anima: nil enim aliud natum est numerare, sed in potentia esse potest. Arist. 4. phy. cap. 13. t. c. 120.
Tempus numerus est omnium motuum, nam est motuum diuersorum, non tamen ob id multiplicatur per multiplicationem motuum. Idem ibid. t. 132.
Tempus videtur esse sphaeræ motus, quia hoc alii motus, & tempus ipsum mensurantur. Arist. in 4. physico. cap. 9. tex. 133. char. 121.
Tempus videtur esse circulus quidam. Arist. in 4. physico. cap. 9. tex. 133. char. 122.
Tempus continuu esse necesse est. Arist. in 6. phy. su. 1. cap. 2. tex. 18. char. 149.
Tempus aliquod est minus quouis eorum, quæ mouentur, in quo mouetur per tantum quantum ipsum est. Arist. in 6. phy. su. 5. cap. 2. tex. 90. c. 174.
Tempus æternu esse, omnes (Platone excepto) existimant. Arist. in 8. phy. su. 1. cap. 1. tex. 10. c. 197.
Tempus est quædam motus passio. Arist. in 8. physico. su. 1. cap. 1. tex. 11. char. 197.
Tempus minimum determinatum est in omni actione. Arist. in 2. de celo su. 2. cap. 5. t. 39. c. 305.
Tempus, & vita vniuersiuique numerum habent: omnium enim est ordo. Aristotel. in 2. de gener. & corrupt. cap. 2. text. 57. chart. 445.
Tempus omne, & vita mensurantur circuitu, sed non eodem omnia, sed hæc maiori, hæc minori. Idem ibid.
Tempus semper est æternu. Aristotel. meteor. 1. sum. 4. capit. 2. chart. 490.
Tempus nullum est insensibile. Aristotel. de sens. & sens. capit. 8. chart. 32.
Tempus, & longa ætas aptissima, & efficacissima ad veritatis indaginem ratio est. The. in 2. phy. t. 43. ch. 23. c. 3.
Tempus est numerus de priore, & posteriore motu collectus. Them. in 4. phy. tex. 101. c. 42. col. 2.
Tempus dicitur mensura motus, & quietis; numerus dici non potest, quia in quiete non est prius, & posterius. Them. in 4. phy. tex. 119. char. 44. col. 1.
Tempus est motus, qui in coelesti fit globo, mensura. Ammo. in Porph. c. 55.
Tempus est distantia naturæ vniuersi. Simp. in præd. c. 92.
Tempus quid sit, & sapientes ignorant. Simp. in 4. physico. tex. 87. char. 253. col. 2.

Tempus non comprehendit existere sensu, etsi habeat aliquas occasiones ex sensu. Simp. ibid.
Tempus numerabile esse, & numerare forsitan nihil prohibet. Simp. in 4. phy. c. 261. col. 1.
Tempus vbi que idem secundum aliquam eiusdem significationem est, & non differt tempus a tempore. Simp. in 4. phy. t. 103. c. 262. col. 2.
Temporis ratio in anima, & natura potest esse simul. Simp. in 4. phy. c. 286. col. 1.
Temporis notitia elucescit à proportionem æternitatis. Simp. in 4. phy. char. 286. col. 2.
Tempus sic se habet ad animam primam, vt æuum, & æternitas ad uitam. Simp. in 4. phy. c. 286. col. 1.
Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, sed non est numerus omnis motus, nec alterationis, nec autionis, sed lationis, & eiusdem non omnis, sed regulati. Io. Gra. in 4. phy. tex. 94. c. 107. col. 1.
Tempus, cum sit numerus numeratus, nihil prohibet secundum aliud esse continuu, & numerum. Io. gra. in 4. phy. tex. 102. c. 107. col. 4.
Tempus animalia rationalia sola apprehendunt, ut horas, & dies numerantes. Io. Gram. in 3. de anim. tex. 44. char. 93. col. 4.
Tempus præsens est illud, quod capitur à nostra cogitatione existens in actu, & determinatum. Auer. in periherm. cap. 3. c. 36. col. 3.
Tempus esse manifestum est per se. Auer. in physicor. 4. tex. 87. char. 80. col. 3.
Tempus si non esset in anima, non esset nisi in potentia. Auer. in phy. 4. tex. 88. ch. 80. col. 3.
Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, id est secundum partem motus prioris, & posterioris. Auer. in phy. 4. tex. 101. c. 83. col. 3.
Tempori accidit per accidens mensurari. Auer. in phy. 4. text. 3. chart. 87. col. 1.
Tempus deficere impossibile est. Auer. physicor. 4. tex. 124. char. 91. column. 1.
Tempus qui auferre conatur, necesse ponit tempus. Auer. phy. 4. tex. 124. c. 91. col. 1.
Tempus in actu non erit, nisi anima sit, in potentia vero erit etiam si anima non sit. Auer. physicor. 4. tex. 141. char. 93. column. 2.
Tempus latet, quia est ens in se diminutum. Auer. phy. 4. tex. 13. char. 93. col. 2.
Tempus primum est illud, in cuius omnibus partibus est motus. Auer. phy. 6. tex. 51. c. 128. col. 1.
Tempus generationis aliud est à tempore essentia generati. Auer. 8. phy. tex. 64. c. 187. col. 1.
Tempore quod natum est reperiri non reperitur sine tempore: quod natum esse reperiri in tempore non habet prius, & posterius, nisi secundum esse. Auer. 1. de celo. tex. 34. c. 10. col. 3.
Tempus est in subiecto id est in corpore coelesti. Auer. epit. metaph. tex. c. 172. col. 3.
Tempus est mensura motus secundum prius, & posterius, quæ sunt in eo. Auer. ex destruc. destr. disput. 1. capit. 14. column. 3.
Tempus nihil aliud est, quàm id, quod apprehendit intellectus de hoc spatio mensurante motum. Auer. ex destr. destr. disp. 1. c. 15. col. 2.
Tempus est, quod continue protensum est retro in ante, & quod à retro est, vocatur præteritum: quod in ante, futurum. Alb. mag. in præd. c. 43. col. 4.
Tempus est mensura eius, quod est, secundum esse quod accipitur vt protensum. Alb. mag. in 6. princ. c. 71. c. 2.
Tempus non est mensura æuiteriorum, quia in æuiterioribus tempus nihil significat. Alb. mag. in 6. princ. c. 71. c. 4.
Tempus est numerus, & mensura ois motus, & primi mobilis, quod mouetur motu diurno, est regularissimus motus, qui causa est omnium motuum. Alb. mag. in 3. phy. tract. 2. cap. 3. c. 35. col. 3.

Tempus est extra animam. Albertus magnus in 4. phys. tex. 3. cap. 3. char. 52. colum. 4.
Tempus non est passio, nisi vnus mobilis per motum suum, & hoc est primum mobile, & hic motus percipitur in omni motu, vt causa in suo effectu. Alber. mag. in 4. phys. tract. 3. cap. 3. char. 53. col. 1.
Tempus est numerus motus acceptus a priore, & posteriore in motu existentibus. Alber. magnus in 4. phys. tex. 3. cap. 5. char. 53. colum. 3.
Tempus non habet esse permanens, sed successiuum. Alb. mag. in 4. phys. tract. 3. cap. 8. char. 54. col. 1.
Tempus nihil aliud est, quam numerus loci mutationis, & nunc nihil aliud est, nisi numerus eius, quod fertur, vt vnitas est in numero. Albertus magnus in 4. phys. tract. 3. cap. 8. char. 54. colum. 3.
Tempus est continuum, quia ipsum continuat numerus, licet continuitas sit in ipso, vt materia, & discretio vt forma. Alb. mag. in 4. phys. tract. 3. cap. 8. char. 54. col. 4.
Temporis spatium per se consideratum non est ætas, sed est temporis quantitas. Albertus magnus de iuuen. & senect. tract. 1. cap. 1. char. 48. col. 2.
Tempus non est simpliciter numerus numeratus. D. Th. in 4. phy. lect. 19. tex. 108. char. 66. col. 2.
Tempus est numerus primæ circulationis secundum quam mensuratur tempus, & ad quem mensurantur omnes alij motus temporis mensuratione. D. Thom. in 4. phys. lect. 23. tex. 133. char. 71. col. 4.
Tempus præcedit æternitatem Dei, quæ non habet extensionem, nec prius, nec posterius, sed est tota simul. D. Thom. in 8. phys. lect. 2. tex. 13. char. 121. colum. 4.
Tempus de se habet quod sit numerus, sed continuitatem habet à subiecto numerato. Alexander de Ales in 11. metaphysicorum, char. 324. colum. 1.
Tempus vt continuum est, & vt ad motum, locum, & magnitudinem se habet.

Tempus cum non sit motus, est aliquid ipsius motus. Arist. phys. 4. sum. 3. tex. 98. cap. 3. char. 108.
Tempus cognoscimus cum diffiniuerimus motum prius & posterius diffinientes: tuncque esse tempus dicimus quando prioris, & posterioris in motu sensum ceperimus. Arist. phys. 4. sum. 3. tex. 100. cap. 3. char. 109.
Tempus semper aliud, & aliud est, quemadmodum & motus. Arist. phys. 4. sum. 3. tex. 103. cap. 3. char. 110.
Tempori idem accidit, quod motui circulari: contingit enim vt motus reiterari possit, ita & tempus, vt annus, ver, aut autumnus. Arist. phys. 4. tex. 111. c. 5. char. 113.
Tempus non solum metitur motum, sed etiam motum metitur tempus, quia inuicem definiuntur: tempus enim definit motum cum sit ipsius numerus, & motus tempus, aut dicimus motum, & paucum tempus motu metientes. Arist. phys. 4. cap. 1. tex. 212. char. 113.
Tempus continet numerata, vt ea, quæ sunt in loco, à loco. Arist. phys. 4. cap. 6. tex. 115. char. 114.
In Tempore esse non est idem, quod tempus est; nec esse in motu idem, quod motus; alioqui omnia in quolibet erant, & celum in milio, sed necessario ex esse alicuius rei sequitur esse tempus proprium illius rei, non autem tempus simpliciter. Arist. phys. 4. cap. 6. tex. 116. char. 114.
Tempore continentur omnia, quæ sunt in tempore, vt loco ea, quæ sunt in loco. Arist. ibid. tex. 117. char. 114.
Tempore mouentur omnia, quæ mouentur: velocius enim & tardius est secundum omnem mutationem. Arist. phys. 4. cap. 8. tex. 129. char. 119.
Tempus est in terra, in mari, & in cælo, quia est motus passio quædam, & habitus, cum sit illius numerus, & hæc omnia mobilia sunt: in loco enim omnia sunt. Arist. phys. 4. cap. 9. tex. 120. char. 120.
Tempus si semper est, & motus perpetuus est. Aristoteles phy. 8. sum. 1. cap. 1. text. 10. char. 197.

Tempus nullum erat, aut erit, cum motus non erat, aut erit. Arist. phy. 8. sum. 1. cap. 1. text. 15. char. 199.
Tempus si sit continuum, non sequitur, quod motus sint continui, sed consequenter. Aristoteles ibidem sum. 3. cap. 3. tex. 72. char. 231.
Tempus vel est idem cum motu, vel passio motus. Arist. 12. metaph. sum. 2. cap. 1. char. 250.
Tempus cum omnia metiatur, quæ mouentur, ac quæ mouentur in loco esse debent, & loci, & temporis naturam, qui naturalem scientiam discere debet, contemplare oportet. Themist. in 1. phys. char. 14. col. 3.
Tempus propter motus infinitatem infinitum est, nam & a motu habet, vt sit. Idem in 3. phy. tex. 70. c. 32. col. 4.
Tempus, & motus nulla vi cogi possunt, vt initium siue finem agnoscant. Idem in 3. phy. tex. 75. col. 2.
Temporis natura omnis a priore, & posteriore in motu dicuntur. Idem in 4. phy. text. 101. char. 42. col. 2.
Tempus quot modis diuiditur, tot etiam magnitudo dicitur. Idem in 6. phy. text. 15. char. 49. col. 3.
Tempore infinito finita magnitudo potest impelli, si eadem moles repetitis, iteratisque motibus recurratur, quemadmodum cælestia corpora. Idem in 6. physico. text. 2. char. 49. colum. 4.
Tempus, & locus corporis beneficio continua sunt, Ammonius in prædicament. char. 56.
Tempus non solum mensurat motum, sed etiam ab eodem mensuratur. Simpl. in prædic. char. 90.
Tempus, & locus ambo sunt cognata, vtrumque enim generationem mensurant: alterum secundum molem, alterum secundum ipsius esse. Idem ibid. char. 93.
Tempore existente motum esse necesse est, & motu existente tempus esse necesse est: tempus tamen per motum est, non est motus propter tempus. Simplicius in 3. physico. char. 140. colum. 1.
Tempus primo motus metitur, ac per accidens à motu tempus metitur. Simp. in 4. phy. tex. 113. c. 267. col. 2.
Tempus est continuum, quia est mensura motus. Ioann. grammata. in 2. poster. cap. 12. char. 66. col. 2.
Tempus omnia corpora naturalia consequitur. Ioannes grammata. in 4. phys. tex. 57. char. 104. col. 4.
Tempus, & si omnes motus mensurat, tamen primo mensurat motum ordinatum, & certum, & per illum reliquos. Ioan. grammata. in 4. phy. tex. 99. char. 107. col. 1.
Tempus non solum mensurat motum, sed a motu quoque mensuratur. Ioan. gram. in 4. phy. char. 110. col. 2.
Tempus sine motu imaginari nequit. Auer. physico. 3. text. 93. char. 81. colum. 3.
Tempus imaginari non posse sine motu, & motum extra tempus imaginari posse, significat, quod motus præcedat tempus naturaliter, & quod tempus accidit motui, licet se complete consequantur. Auer. physico. 4. text. 97. char. 82. colum. 2.
Tempus nos sentire per sentire quemlibet motum primo, & essentialiter impossibile est: quia si sic esset, multiplicaretur tempus per multiplicationem motuum sensibilibus. Auer. in phys. 4. tex. 98. char. 83. col. 4.
Tempus sentire per sentire quemlibet motum non est primo, & essentialiter, sed quia cum sentimus quemcumque motum, sentimus illum vnum motum, cui accidit tempus. Auer. in 4. phys. text. 98. char. 82. col. 4.
Tempus non eodem ordine inuenitur in cælo, in terra, in mari: sed primo inuenitur in cælo, & inuenitur in alijs motis: secundo, quia inuenitur in cælo, inuenitur in quiescente, quoniam inuenitur in moto. Auerroes in 4. phys. tex. 29. char. 92. colum. 4.
Tempus primo sentire est sentire nos esse in esse transmutabili, & non sentire nos esse in esse transmutabili, nisi ex transmutatione cæli. Auer. 4. phy. tex. 98. char. 82. col. 4.
Tempus, nec motum nos non percipimus, nisi cum ceperimus nos esse in esse transmutabili. Auerroes in 4. phys. tex. 98. char. 83. col. 1.

Temporis

Temporis quantitas sequitur motus quantitatem, quia est æqualis ei. Auer. in phys. 4. tex. 99. char. 83. col. 2.
Tempus essentialiter est numerare, & mensurare motum: per æsidentem autem numerare, & mensurare. Auer. in phys. 4. tex. 102. char. 84. col. 2.
Tempus impossibile est imaginari nisi, vt numerus motus. Auer. in phy. 4. tex. 102. char. 84. col. 2.
Tempus non fit, nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius, & hæc est intentio numeri motus, ideo diffinitur per discretum, non per continuum. Auer. in phys. 4. tex. 109. char. 86. col. 3.
Temporis quasi forma est numerus, & quasi materia est motus continuus. Auer. in phys. 4. text. 109. c. 86. col. 3.
Tempus mensurat motus quantitatem, & esse: quia motus non est ens secundum suas partes omnes in actu, sicut est dispositio in mensura. Auerroes in physico. 4. text. 114. colum. 3.
Tempus mensurat motum primo, & essentialiter: quietem vero secundo, & per accidens. Auer. in physico. 4. tex. 118. char. 89. colum. 2.
Tempus, licet sit numerus cuiuslibet motus, tamen non eodem modo cuiuslibet, sed secundum prius, & posterius. Auer. phys. 4. text. 132. char. 93. col. 3.
Tempus sequitur motum circularē diurnum, & iste motus accipitur in diffinitione eius, & ipsum mensurat illum, non secundum quod numerus mensurat numeratum, sed vt mensurat aliquid, quod est forma in re. Auer. phys. 4. tex. 132. char. 93. col. 4.
Tempus est de accidentibus motus. Auerroes physico. 5. tex. 3. char. 95. colum. 4.
Tempus caret primo, quia motus caret illo, eo quod magnitudo caret illo. Auer. phy. 6. tex. 74. char. 134. col. 4.
Tempus est extrinsecum a re, & non est ex æqualitate eius æqualitas motuum. Auer. phys. te. 32. c. 131. col. 1.
Tempus facit prius, & posterius in rebus, quæ non mouentur: in rebus vero quæ mouentur, prius, & posterius existit per se. Auer. phys. 8. sum. 1. tex. 10. ch. 157. col. 3.
Tempus aut esse motum, aut sequi, motum est per se. Auer. phys. 8. sum. 1. tex. 10. char. 157. col. 3.
Temporis ad tempus proportio est, sicut motoris ad mobile. Auer. phys. 8. tex. 59. char. 194. col. 4.
Temporum duorum proportio ad inuicem est, vt grauitatis ad grauitatem proportio. Auer. ex paraph. in primum de celo. text. 52. char. 129. col. 2.
Temporum diuersitas non fieret, si Sol non haberet circulum obliquum, id est ver, æstas, autumnus, & hyems. Auer. in epit. metaph. tra. 4. char. 185. col. 2.
Temporis natura est remotissima à natura magnitudinis. Auer. destr. destr. disp. 1. char. 14. col. 3.
Tempus est continuum propter motum, qui continuus est, per mobile, & magnitudinem. Albertus magnus in prædicament. char. 42. colum. 3.
Tempus non esset nisi esset motus, & motus extensio est causa extensionis temporis. Albertus magnus in prædicament. char. 43. colum. 3.
Tempus vt adiacet ei, quod mouetur, est continuum: vt in medio instantis distinguit præteritum a futuro, est numerus, & tunc non est numerus simpliciter, sed numerus motus vt prius, & posterius iteratur in motu. Alb. mag. in prædicament. char. 44. colum. 1.
Tempus si adiaceret motui recto, sicut primo subiecto, & causæ, tunc absque dubio finem haberet, & principium; quia in linea recta est sumere punctum primum & vltimum. Alb. mag. in 3. phys. tr. 2. ca. 3. ch. 35. col. 2.
Tempus est in mobili per motum, vt numerus motus existens. Alb. mag. in 4. phys. tract. 3. cap. 2. char. 52. col. 1.
Temporis natura obscura est, quia est in mobili medio motu, qui permittitur esse priuatione & potentia. Alber. mag. in 4. phys. tract. 5. cap. 7. char. 54. col. 1.
Tempus in cælo est secundum actum, quia semper mouetur, in alijs secundum potentiam. Albertus magnus

in 4. phys. tract. 3. cap. 16. char. 57. col. 3.
Tempus priuari non potest, quia quouis motu particulari priuato primi mobilis motus non priuatur: semper enim est motus primi mobilis. Alb. mag. 6. physico. tract. 3. cap. 1. char. 76. col. 1.
Tempus cœuum est cœlo, & motui eius, & a motu cœli creatus est motus materiæ actiuorum, & passiuorum, quæ sunt generabilia, & corruptibilia. Alb. mag. in 8. phys. tract. 1. cap. 6. char. 90. col. 3.
Tempus eadem animæ potentia cognoscitur, qua cognoscitur, & magnitudo, & motus. Alb. mag. de memor. & rem. tract. 1. cap. 3. char. 21. col. 4.
Tempus non habet esse perfectum extra animam, vt nec motus. D. Tho. in 4. phy. lect. 25. tex. 131. ch. 71. col. 1.
Tempus, & magnitudo dicitur esse infinita in vltimis, quia vltimis caret. D. Thomas in 6. physico. lectio. 4. text. 18. char. 89. colum. 2.
Tempus motus maxime in motu locali duobus modis potest intelligi: vno modo secundum partes mobilis: alio modo secundum partes magnitudinis, super primum transit motus. Diuus Thomas in 8. phy. lect. 21. text. 76. char. 146. colum. 3.
Tempus vt est imago quædam Dei, ab æternitate diuina mensurat motum cœli. Diuus Thomas in secundo de cælo. lect. 1. tex. 1. char. 29. colum. 3.

Temporis partes, & vt positionem habent.

Temporis partes cum non permanent, positionem habere non possunt, sed potius ordinem habent. Arist. prædicament. tract. 2. cap. 2. char. 68.
Tempus cum consistit ex præterito, quod non est, & futuro quod non adhuc est, videtur esse non ens. Arist. phys. 4. sum. 4. tex. 88. char. 105.
Temporis partes aliæ fuerunt, aliæ future sunt, nulla est, cum sit diuisibile. Arist. phys. 4. sum. 3. c. 1. t. 88. ch. 195.
Temporis principium quod habet, factum est. Alexand. aphro. in 1. prior. cap. 37. char. 64. col. 1.
Temporis quælibet sectio partem præteritam monstrat, partem futuram ostendit. Themistius in 6. physico. text. 26. char. 50. colum. 2.
Temporis nulla pars accipi potest quam momentum. Idem in 8. phys. tex. 11. char. 54. col. 3.
Temporis partes non sunt in eodem tempore, vt nec partes loci in eodem loco. Simp. in prædic. char. 89.
Temporis partes non sunt, heri, cras, & similia. Simplic. in prædicament. char. 90.
Tempus existens ex partibus numero, & magnitudine finitus, finitum est. Simp. in 6. phy. ch. 356. col. 2.
Tempus tempori additum tempus maius facit. Simplic. in 8. phys. tex. 70. char. 463. col. 2.
Tempus præsens, & futurum apud Arabes confunditur, ideo futuro nota adscribunt. Auer. in perihel. c. 3. c. 36.
Temporis pars in rei veritate non est instans, sed tempus. Auer. in phys. 4. tex. 90. char. 81. col. 1.
Tempus positionem non habet, quia, quod copulatur, in successione est, & in successione esse est secundum aliquid esse. Alb. mag. in prædic. char. 44. col. 3.

Tempus vt nunc, & vt habet principium, & finem.

Tempus ipsum nunc mouet, vt est prius & posterius. Arist. phys. 4. sum. 3. cap. 4. tex. 104. char. 110.
Tempore non existente, non erit nunc, & nunc non existente, non erit tempus. Arist. ibid. text. 105. char. 111.
Tempus cōtinuum est, & diuiditur ipso nunc. Arist. ibid. Tempore infinito per infinitum non est impossibile moueri, aut quietere, siue regulariter moueatur, siue irregulariter. Arist. phys. 6. sum. 4. cap. 3. text. 62. char. 166.
Tempore finito infinitum non transibit, & nihil refert,

si sit magnitudo infinita versus alteram partem, vel versus utranque. Aristotel. physicor. 6. summ. 4. cap. 3. text. 63. chart. 166.

Tempus non componitur ex ipsis nunc indiuisibilibus, sicut nec alia magnitudo vlla. Arist. phys. 6. summ. 1. cap. 1. text. 76. chart. 170.

Tempus impossibile est intelligere, & esse sine ipso nunc, nunc autem est medium quoddam, & principium, & finem habens simul principium futuri, & finem præteriti. Arist. phys. 8. su. 1. cap. 1. text. 11. c. 197.

Temporis nihil est accipere præter nunc. Arist. physic. 8. sum. 1. cap. 1. text. 11. chart. 197.

Temporis signum nisi quis faciat, quod prius, & posterius diuiditur, semper erit simul idem ens, & non ens, & quando factum erit, & quando non. Arist. phys. 8. summ. 3. cap. 3. text. 69. char. 231.

Tempus finitum si abstuleris a finito corpore necesse est, & reliquum esse finitum, & habere principium. Arist. 1. de celo, tex. 36. char. 255.

Tempus si est finitum, in quo celum reuoluitur, & cælum finitum esse necesse est. Arist. 1. de cel. tex. 42. ch. 257.

Tempore infinito nihil est præter naturam. Aristot. 2. de celo, sum. 2. cap. 5. tex. 39. ch. 305.

Tempus nullum est, quod aut non habuerit aliquando, aut habiturum non sit certum initium. Themist. in 4. phy. tex. 124. chart. 44. col. 2.

Temporis differentia, & identitas sumitur secundum identitatem, & differentiam ipsorum nunc. Simpl. in 4. phy. tex. 104. char. 267. col. 2.

Tempus cum sit continuum, habet & partes diuisibiles in semper diuisibilia. Simp. in 4. phy. c. 282. col. 2.

Tempus primum accipi potest, sed non id, quod est primum temporis, quia possumus accipere totum primum tempus in quo omne id, quod mutatur, est mutatum: sed non in parte eius tanquam vnũ, cum motu mutatio terminetur. Simp. in 6. phys. tex. 50. char. 352. c. 2.

Tempus ab aliquo principio proficisci necesse est, vel mundus sempiternus est, si numerus non est infinitus nec a numerabilibus rebus abiunctus, & in rebus constitutus. Io. gram. in 3. phys. text. 42. char. 65. col. 1.

Tempus per partem subsistit, at nunc, & momento diuiditur. Idem in 4. phy. tex. 93. c. 106. col. 1.

Tempus per se sui finem nunquam habet, per accidens autem & ipsum est extremum. Psel. in 4. phy. c. 38.

Tempus cum toto mundo in vno momento productum esse solus Plato dixit. Psel. in 4. phy. ch. 65.

Tempus infinitum esse later, quia substantia temporis later, non quia infinitum non est per se in tempore manifestum. Auer. in phy. 3. tex. 56. c. 52. col. 2.

Tempus quodlibet habet proportionem ad aliquid tempus, cum ambo fuerint finita. Auer. in physico. 4. tex. 73. char. 76. column. 1.

Tempus nullo modo potest percipi ad perceptionem vnus nunc, quia non potest accipi bis. Auer. ibid. tex. 106. char. 85. column. 4.

Tempus quod vulgo appellatur præsens, componitur ex præterito, & futuro. Auer. phy. 6. tex. 24. c. 120. col. 2.

Tempus infinitum inuenire extra tempus infinitum impossibile est. Auer. 3. de cel. tex. 11. c. 99. col. 4.

Tempus instans dicitur quasi non stans. Alber. magn. in prædicam. char. 43. col. 4.

Tempus continetur a mundo, vt effectus a causa. Diuus Tho. 2. de cel. tract. 13. char. 29. col. 3.

Tempus cuius rei causa, & quo constat.

Tempore pati contingit, quæ sunt in tempore, vt taberieri, & senescere. Arist. phys. 4. ca. 6. tex. 117. c. 125.

Tempus est magis causa corruptionis. Arist. phys. 4. cap. 6. text. 117. char. 125.

Tempora oia permutantur. Ari. meteo. 1. su. 4. c. 2. c. 490.

Temporum omnium transmutationes turbulentæ sunt propter indeterminationem. Aristot. meteor. 2. sum. 2. capit. 2. chart. 514.

Tempore quæ percunt a re insensibili omnia corrumpuntur. Arist. prob. lect. 11. nu. 28. ch. 460.

Tempus eodem modo secatur vt & linea. Aristot. de lin. infecabil. chart. 941.

Tempore quæ non indigent vt perficiantur, ac absoluantur, hæc circa tempus fiunt. Alexand. Aphrod. in 2. de anim. cap. 38. chart. 50. column. 3.

Temporis ita longitudinem sentimus, non quia illam sentimus, sed quia aliquid eius sensu comprehendimus profecto, vt vniuersam sentimus longitudinem, non quia hanc percipiamus, sed quia aliquid eius sensu percipimus. Alex. aphr. de sen. & sen. lect. 5. co. 72. c. 26. col. 3.

Tempus non constat ex momentis, vt nec lineæ ex punctis. Them. in 4. phy. tex. 90. c. 41. col. 2.

Temporis quod dormimus, nullum sensum habemus. Them. in 4. phy. tex. 97. ch. 41. col. 3.

Tempus non constat momentis, nec actu momenta sunt, nec vt temporis partes habentur. Themist. in 6. phys. text. 76. chart. 51. column. 4.

Tempus dicitur sapientissimum, quia in ipso edocemur, & insipientissimum, quia in ipso obliuiscimur. Simpl. in 4. physico. chart. 275. col. 1.

Tempus est magis causa corruptionis, quam generationis, quia generationis, cum sit quædam certa causa non ad tempus generationem referimus, sed cum corruptionis non habemus aliquam certam causam, ideo in tempus reducimus. Io. gram. in 4. phy. c. 111. col. 2.

Tempus est compositum duabus quantitibus, discreta, & continua, & hæc compositio accidit mensuris quando diuiduntur. Auer. phy. 4. tex. 109. c. 86. col. 1.

Tempus vt se habet ad prædicamenta.

Tempus tempore non diffinitur, nec vt quantum est, nec vt quale. Arist. phys. 4. su. 3. cap. 2. tex. 96. c. 107.

Tempore, & loco non existente, quæ quantitates sunt, non erit, nec vbi, nec quando, quamuis nec locus quando, nec vbi tempus sint. Porph. in præd. ch. 25.

Tempus si consideratur vt secundum se est mensura, est quantum: si vt habet relationem ad mensuratum, sub prædicamento ad aliquid reducitur. Sim. in præd. c. 34.

Tempus non est quale, sed est quantum. Auer. in phy. 4. tex. 93. char. 81. col. 3.

Tempus differt a quando, quia quod est in tempore, est, vt in numero numerate: at in quando nihil mensuratur. Alb. mag. in 6. princ. char. 72. col. 3.

Tempus non habet rationem quantitatis, nisi ex magnitudine, & motu. Alb. mag. de mē. & rem. tr. 1. c. 3. c. 21. c. 4.

Tempus non sequitur quantitatem omnis motus, sed primi motus tantum. D. Thom. in 4. physico. l. 11. text. 99. chart. 64. col. 2.

Tempus in prædicamentis posuit Aristot. pro quantitate per se, cum in metaphisicis pateat in quantitate per accidens, quia ibi distinxit species quantitatis secundum diuersas rationes mensuræ, hic autem considerat quantum ad esse quantitatis. Diuus Thomas 5. metaphy. tex. 18. lect. 15. char. 360.

Temporis quantitas licet sit formaliter ipse numerus, tamen oritur a priori, & posteriori in magnitudine, & a priori, & posteriori in motu, ita vt vel est quantitas motus numerata, vel est numerus quantitatis motus. Alex. de ales in 5. metaphy. tex. 18. char. 136. col. 1.

Tempus ponitur a metaphisico inter quantitates per accidens, quia & si est essentialiter quantitas, tamen non est in tempore ista essentialitas, nisi præsupposita quantitate motus, & magnitudinis. Et quia logicus quantitatis mensurandi rationem considerat, cum tempus per se sit numerus, & metrum motus, posuit eum

eum vt quantitas per se tanquam habens rationem mensuræ. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. ch. 136. col. 1.

Tempus ut breue, & longum, uelox, uel tardum.

Tempus non dicitur uelox, vel tardum, quia hæc non accidunt numero, & tempus est numerus. Aristot. phy. 4. cap. 5. tex. 109. c. 112.

Tempus dicitur longum, & breue, vt est continuũ: multum, & paucum vt est numerus. Aristot. physico. 4. capit. 7. text. 109.

Tempus fit breue dormientibus, & opus delectabile facientibus: contra laborantibus. Auer. in physico. 4. tex. 97. char. 82. column. 3.

Tempus ut conuenit generibus rhetoricis.

Tempus futurum est proprium suatori, præteritũ iudici: proprium est præsens ostentatio. Aristot. rhetoricor. prim. char. 16.

Tempora ut faciei pars.

Tempora sunt partes faciei inter vtrumque oculum, & aurem, & verticem posita. Aristot. de hist. ant. libr. 1. cap. 11. char. 22.

Temporibus perculli intereunt, quia musculus, qui eam continet partem, e cerebro oritur, vicinusque illi positus est, & cerebrum ictui consentit, & dolet, & contrahitur: & cum eo spiritus animalis crassescit, & sic soluitur vinculum animæ. Ale. Aphr. probl. 2. nu. 87. c. 764.

Tenaces dicuntur, qui vix dant, & difficulter. Aristot. de virt. c. 482. Idem Eust. 4. ethic. cap. 13. c. 170.

Tenacitas est, per quam sumptui parcunt, & impensæ in re honesta. Arist. de virt. c. 482.

Tenchea aures non habet, sed foramen propter quod audit, vt auis, & mus, qui in austria zezel vocatur, nec teniculos tenchea habet manifestos, nec virgam. Albert. mag. de anat. 2. trac. 1. cap. 4. c. 32. col. 2.

Tenebræ sunt priuatio luminis a perspicuo. Aristot. 2. de ani. su. 4. cap. 3. tex. 60. c. 632.

Tenebræ quandoque, quandoque lumen eadem est natura. Arist. ibid. tex. 71. c. 632.

Tenebra fit deficiente lumine. Aristot. de colorib. capit. 1. chart. 877.

Tenebra non est color, sed luminis priuatio, quod patet, quia non est sensibilis, qualis sit figura, vt in aliis visibilibus. Aristot. ibid.

Tenebrosum nil aliud est, quam quod potentia perspicuum est. The. in 2. de ani. cap. 22. r. 66. c. 75. col. 2.

Tenebras inuisibiles dicimus, non quod nullum omnino sit eis cum visu commercium; sed quod ægre, pertenuiter videantur. Idem in 2. de ani. cap. 23. r. 71. c. 75. c. 3.

Tenebræ in absentia, & priuatione consistunt, non tantum corporis. Simpl. in 2. de ani. tex. 71. char. 37. column. 2.

Tenebræ non sunt aeris qualitas: in luce enim non videntur, & quia nulla qualitas absque tempore a suo subiecto recedit. Io. gra. in 2. de ani. tex. 69. c. 56. col. 3.

Tensiones & spasmus sunt spiritus motus, & tantum robur habent in corporibus nostris, vt multi simul tentantes vi tenere non possint eos, qui ab huiusmodi morbo vexantur. Arist. in 2. meteor. su. 3. cap. 2. c. 527.

Tentatiua est pars dialecticæ illa, quæ potest syllogizare falsum propter ignorantiam eius, qui dat orationem: sophista autem tamen colligat contradictionem, non facit manifestum, si ignorat: nam & scientem impediunt his orationibus. Aristot. elench. l. 1. cap. 7. c. 590.

Tentatiua est quædam dialectica, qua propter de omnibus inspicit, & explorat non scientem, sed ignorantem, & simulantem: qui vero secundum rem considerat communia, dialecticus est, qui id apparenter facit,

sophisticus. Arist. elench. l. 1. cap. 10. c. 596.

Tentatiua disciplina nullius determinati generis est, quæ a de omnibus est: omnes enim artes utuntur quibusdam communibus: ideo omnes illiterati quodammodo utuntur dialecticæ, & tentatiuæ. Aristot. elench. lib. prim. cadit. 1. chart. 598.

Tentatiuus syllogismus est, qui fit ex iis, quæ respondens probat, & quæ necessaria tenere debet is, qui simulat se habere scientiam. Alex. aphr. in 1. top. c. 1. c. 4. col. 4.

Tentatiua est scientia communis omnium, & non determinati generis alicuius, & tamen tentatiua est quædam dialectica. Alb. mag. in in elench. c. 299. col. 2.

Tentatiua est potius ars quam scientia. Albert. magn. in elench. char. 294. column. 4.

Tentator, vt vitur syllogismo dialectico, est pars dialecticæ, at vt vitur sophisticæ, est sophista, hoc est, vt reprehendit ignorantiam respondentis; est dialecticus, & vt vult decipere, est sophista. Idem ibid. c. 295. col. 4.

Tenue reducitur ad humidum, & crassum ad siccum. Arist. de gener. & cor. su. 1. cap. 2. tex. 101. c. 425.

Terebinthus est arbor magna, nascitur in montibus in locis multum altis, & emittit lachrymam ab infimo, quæ terebinthina lachryma appellatur in medicinis vtilis. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 34. c. 160. col. 4.

Teredo non est ab similibus crabroni, sed valida, & latitudine apibus similis. Arist. de hist. ani. 9. cap. 43. c. 369.

Teredo vermis est ligni, eo quod eundo edat lignum, alii trenutem vocant, nascitur de humore corrupto in ligno, & dum nascitur foraminatim exedit lignum, & per foramen exit. hic humor est ex eo, quod durum secatur lignum, conceptum in se habet humorem non maturum. In Oriente dicitur, quod propter lignorum siccitatem teredines in lignis non nascuntur; in nostris regionibus in omnibus lignis inueniuntur, sed raro in quercu, & tylia. Alber. magn. de anim. lib. 26. char. 205. column. 3.

Terminus ut se habet ad id, quod terminat.

Terminus vnus non est alicuius diuisibilis finiti; neque si ad vnũ sit continuũ, neque si ad plura. Arist. phy. 4. su. 3. cap. 1. tex. 91. c. 106.

Terminus dicitur, quod est cuiuslibet vltimum, & extra quod nihil est accipere primi, & intra quod omnia primum, & quod est forma magnitudinis, aut habentis magnitudinem, & rei finis, vt illud, ad quod est motus, & non illud, ex quo licet nonnunquam, & illud a quo, & illud, ad quod, terminus uocari potest & cuius causa, & substantia uniuersusque, quod significat essentiam, & quoties dicitur principium, dicitur terminus, non autem e contra. Aristot. 5. metaphysico. cap. 19. tex. 22. char. 108.

Termini nihil constituunt: partes totum constituunt, & in hoc differunt. Porph. in præd. c. 14.

Terminus aliud vno interuallo eo, quod terminatur, minus est. Ammon. in Porph. c. 1. col. 4. Idem Ammon. in præd. c. 54. Idem Simp. in præd. c. 40.

Terminus a re terminata diuersus est, alioquin ambo essent termini determinati. Ammon. in præd. c. 54. Idem Dex. in præd. char. 34.

Terminus omnem rem, quæ ab ipso terminatur, dimittit. Ammon. in præd. c. 54.

Termino dato rem quoque terminatam dari necesse est. Them. in 1. phy. tex. 18. c. 16. col. 2.

Terminari ad aliquid nihil aliud est, quam tangere. contra, quod tangit. Idem in 3. phy. t. 74. c. 33. col. 2.

Terminari, & tangi aliud est: nam terminari ad aliquid est, tangere autem habet finem ad seipsum interne. Idem in 3. phy. tex. 74. c. 33. col. 1.

Terminorum est munus res ad sua principia couertere. Simplic.

Simplic. in prædicament. chart. 4.
Terminas terminatum continet, & formam materiam.
Simpl. in 3. phy. tex. 66. c. 180. col. 1.
Terminus vltimus augmenti secundum suam naturam vnicuique rei est attributus. **Phil.** in 6. phy. c. 38.
Terminus ab eo, cuius est terminus, separari non potest. **Idem.** in 1. de api. tex. 72. c. 29. col. 3.
Terminus illi accidit, cui est terminus. **Io. gra.** in 4. phy. tex. 108. char. 109. colum. 4.
Termini medi sunt definitio ambarum extremitatum, vel alterius ipsarum, vel pars earum definitionis, aut alterius ipsarum. **Auer.** epit. in log. c. 23. col. 4.
Terminus omnis est in re, cuius est terminus. **Auer.** 4. phy. tex. 129. c. 92. col. 1.
Terminatis ad terminatum proportio est sicut formæ ad naturam. **Auer.** 2. de celo. tex. 71. c. 68. col. 3.
Terminus est numerus perfectus, quia habet principium, medium, & finem. **Auer.** in epitom. metaphysicor. tractat. 1. char. 171. colum. 4.
Terminus albi non differitur ex esse suo in nive, vel in cerusa. **Auer.** 1. ethic. cap. 6. c. 4. col. 1.
Terminus omnis indiuisibilis est. **Alb. Mag.** in 6. phy. tract. 3. cap. 6. char. 81. colum. 2.
Terminatum tribus dimensionibus est vndeque aque finitum. **Alb. magn.** in 1. de celo, tract. 2. cap. 8. c. 12. col. 4.
Terminus quod prius, & posterius, ante, & retro non habet, dupliciter est: aut, n. terminos inchoationis, nec extra se, habet, nec intra se, & istud penitus æternum est, & hoc esse est tantum causæ primæ: aut habet terminos suæ inchoationis extra se, sed intra se non habet, vt causatam a causa prima, quod est esse intelligentiæ, & animæ nobilis. **Albert. magn.** de caus. & process. vniuers. a. cau. 1. 2. tract. 1. cap. 8. c. 203. col. 1.
Terminatum corpus est, in cuius superficie concipitur lumen, & tenetur ad constitutionem colorum. **Alb. mag. ethic.** 1. tract. 6. cap. 6. c. 16. col. 3.
Terminus dat vnicuique nomen, & speciem: ideo magis naturales sunt mediæ scientiæ, quam mathematicæ, quia terminant in naturalem. **D. Thom.** in 2. phys. l. 3. tex. 20. char. 29. colum. 1.
Terminus est id, a quo principium motus. **D. Thom.** 5. metaph. l. 72. tex. 72. c. 375.
Termini, & decisiones sunt existentia in alijs, vt in subiectis, vnde non possunt esse separabilia. **D. Thom.** 11. metaph. l. 2. tex. 1. c. 758.
Terminorum esse irresolubile est propter sui simplicitatem. **Alex. de Ales** in 5. metaph. t. 21. c. 15. col. 2.
Terminus nullus separatur ab eo, cuius est terminus. **Alex. de Ales** 11. metaph. cap. 1. c. 308.
Terminus, a quo est mutatio per se, non debet esse talis nature, quod non possit secum pati terminum ad quem. **Alex. de Ales** 11. metaph. c. 324. col. 4.
Terminus, & principium differunt, quia terminus magis videtur aspicere priora, quæ præcesserunt: principium autem magis ea, quæ sequuntur. **Alex. de Ales** in 5. metaph. tex. 21. c. 150. col. 4.

Terminus vt pars propositionis.

Terminus est, in quem dissoluitur propositio, vt prædicatum, & de quo prædicatur, aut appositio esse, aut diuisio esse, aut non esse. **Aristo.** prior. resol. l. 1. sect. 1. cap. 1. chart. 149.
Terminis tribus existentibus, vt secundus sequatur primum, & secundum tertius, & tertius sequatur primum, necesse est. **Aristo.** prior. resol. 2. cap. 4. ch. 233.
Termini propositionis dicuntur, quia terminus propositio finitur, & constituitur, & in simplici propositione sunt nomen, & verbum. **Alexan. Aph.** in 1. l. prior. cap. 1. char. 5. colum. 2.
Terminus maior est, qui in quæstione ad prædicandum

sumptus est, non autem natura maius est. **Alex. aphro.** in pri. prior. cap. 5. ch. 15. col. 4.
Terminus omnis prædicatus, vel predicatur de subiecto in substantia, vel non: qui in substantia, vel prædicatur vt diffinitio, vel vt genus: qui non in substantia, vel vt proprium, vel vt accidens. differentia autem sub genere coordinatur. **Alexand. Aphrod.** in 1. topicor. cap. 3. chart. 6. colum. 3.
Termini non solum definitionis sunt, sed etiam dignitatis, & si quid alterum est immediatum. **Alex. & Eustr.** in 2. post. char. 20. col. 1.
Terminus est, in quem resoluitur propositio, vt ex primo priorum. **Ammo.** in l. de inter. ch. 99.
Terminus pars propositionis appellatur, subijciturque, aut de subiecto dicitur. **Mag.** in l. de inter. ch. 5.
Terminus vbi non est determinatio, quæ de subiecto dicitur, nobilior est subiecto. **Idem** ibid. c. 13.
Terminus in propositione formæ obtinet vices, subiectum materiam. **Mag.** in l. de inter. char. 13.
Terminus medius est, per quem extremitates in conclusionem inducimus. **Mag.** in prior. c. 33. col. 4.
Termini, qui opponuntur, aut sunt oppositi, vel non: si oppositi, vel opponuntur nunc, vel oratione: si non opponuntur, vel per se, vel per accidens, vel fortuitu. **Mag.** in l. de inter. char. 29.
Terminus omnis, qui dicitur, aut semper inest subiecto, aut nunquam, aut aliquando inest, aliquando non. **Mag.** in l. de interp. char. 31.
Terminus medius si in propositionibus diuerso modo sumitur, non fit conclusio. **Mag.** in prior. c. 33. col. 4.
Terminus, vel per nomen significatur, vel per orationem. **Idem** ibid. char. 40. col. 2.
Termini coniuncti non semper per rectum casum coniunguntur, sed sæpe per alios casus. **Idem** ibidem. chart. 40. colum. 3.
Terminus duplicatus, si in maioris propositionis termino ponitur, repetitur etiam in conclusione. **Idem** ibid. char. 42. colum. 1.
Terminorum explanationem optantes terminum pro termino, & orationem pro oratione sumere debemus. **Idem** ibid. colum. 2.
Terminus, vox simplex, dictio, nomen, verbum, subiecto non habitu tantum differunt: nam dictio cum est rationationis pars, est terminus: cum pars propositionis, dictio; cum subiectum, nomen: cum prædicatum, verbum; quando vox significans simpliciter, vox significans, & vbi additur articulus est nomen; vbi cum significat tempus verbum est. **Io. gra.** in 1. prior. c. 3. c. 4.
Terminus medius proprie est ille, qui medium occupat locum. **Idem** ibid. c. 12. col. 3.
Termini in demonstrationibus simplicibus debent esse conuertibiles. **Auer.** in q. log. q. 10. c. 372. col. 1.
Terminis conuertibilibus licet construere syllogismum, in secunda figura ex ambabus affirmatiuis, quia conuersione fit syllogismus in prima figura. **Auer.** in 1. phy. tex. 33. char. 63. col. 2.
Termini partes propositionis simplicis, quibus iunguntur, in hypotheticis appellantur. **Boet.** de syl. hyp. l. 1. c. 610.
Termini dicuntur, quia in ipsos postrema est reductio. **Boet.** ex introd. ad syl. cat. ch. 562.
Termini, qui in quæstione sunt positi, non argumenta, nec loci sunt, sed tantum res. **Boeth.** in topic. **Cicer.** libr. 1. chart. 768.
Termini, qui in quæstione sunt collocati, necesse est distictiones habere proprias, & partes, & nomina ad alias res quadam relatione coniungi, & referri. **Boeth.** in top. **Cicer.** l. 1. char. 768.
Termini, etsi in præmissis sunt in obliquo casu, in conclusione tamen possunt esse in recto. **Alber. magn.** in prior. char. 139. colum. 1.
Terminus priuatius ponit potentiam ad suam aptitudinem,

dinem, sed priuat formam: terminus infinitus nihil horum ponit. **Alb. mag.** in prior. c. 143. col. 3.
Terminus priuatiuum sequitur terminus infinitus, vt si est iniustum, est non iustum, non autem contra, quia plus tollitur per infinitum, quam per priuationem. **Alb. mag.** in prior. ch. 143. col. 3.
Terminus est elementum propositionis immediate: propositio immediata est elementum propositionis mediatæ, elementum demonstrationis est propositio mediatæ. **Alb. mag.** in post. ch. 191. col. 1.
Termini in responsionibus conformes esse oportet terminis in obiectionibus, vt euitetur æquiuocatio. **Tho. de Vio** in post. char. 165. col. 2.
Terminus numerus est, qui terminat omnes: finis enim est, medium, & principium, quapropter eo vtuntur ad sacrificia Deorum Pythagorici, & de duobus ambobus dicimus, de tribus vero omnes. **Aristotel.** 1. de coelo, text. 2. chart. 244.

Terra quid est, eius qualitas, figura, & vt generationi apta.

Terra figuram sphericam habere necessarium est: vnaqueque enim grauitatem habet ad medium vsque, & minor a maiore pulsa non potest intumescere, sed comprimari magis, & cedere altera alteri, donec veniat ad medium. **Arist.** in 3. de celo. l. 3. cap. 7. text. co. 4. c. 327.
Terra spherica est, quia omnia graua ad similes angulos feruntur. **Arist.** in 2. de coelo, summ. 3. cap. 7. text. 104. chart. 328.
Terra per astorum apparentiam non solum manifestata est esse rotundam, sed etiam magnitudine non magnam: paruo enim facto transitu ad meridiem, & vltimo manifeste fit alter horizon. **Arist.** in 2. de coelo, summ. 3. cap. 7. text. 110. chart. 330.
Terra est frigida, & sicca. **Arist.** in 2. de gen. & corr. sum. 1. cap. 33. text. 36. char. 427.
Terra est magis sicca, quam frigida. **Arist.** in 2. de gen. & corr. sum. 1. cap. 33. text. 23. ch. 428.
Terra sine humido non potest consistere. **Arist.** in 2. de gen. & corr. su. 3. cap. 2. text. 49. ch. 440.
Terra per se quidem sicca existit, & propter imbres habet multam humiditatem, vt & a Sole, & ab eo, qui in ipsa igne incallescens, multus quidem extra, multus quoque intra fiat spiritus, & hic aliquando fluuit omnis extra continuus, aliquando partitur. **Arist.** in 2. meteor. summ. 3. cap. 2. char. 524.
Terra, & aqua sunt humorum, & siccorum passiuæ; frigida enim ambæ sunt, & frigidum est magis passiuorum. **Arist.** in 4. meteor. su. 2. cap. 2. text. 30. c. 569.
Terra sunt magis nitrum, sales, lapis, fictile. **Arist.** in 4. meteor. su. 2. cap. 3. text. 40. ch. 572.
Terra sunt magis, quæ incassantur non euaporantia ab igne, hæc autem communia, & aquæ, & aeris, & mel quidem terræ, oleum aeris, & aquæ. **Arist.** in 4. meteor. summ. 2. cap. 3. text. 41. ch. 573.
Terra liquefit, & tangitur ab humido: nitrum non e quia terre metatus permutati sunt, quare qualitercunque suscepit, differt passio: in nitro autem per totum sunt metatus, quare diuiduntur mox ab aqua particulæ. **Arist.** in 4. meteor. su. 3. cap. 2. text. 43. ch. 578.
Terra, quæ sunt, vt plurimum calida sunt propter calidum opificium, vt calx, & cinis. **Idem** ibid. summ. 4. cap. 2. text. 52. chart. 587.
Terra intestina fiunt sponte ex luto, ex lumbriculis, qui in limo oriuntur. **Arist.** de hist. ani. 6. cap. 16. c. 220.
Terra nomen formæ tribuitur, quia in se generat, & Solem, & quædam patrem. **Arist.** de gen. animal. 1. cap. 2. chart. 98.
Terra portiones multas est in mari, ex qua multa terræ stata oriuntur. **Arist.** de gen. ani. 3. cap. 11. c. 218.

Terra cur hiberno tempore fiat nauibus ventos secundos? quia mare per hyemem calidum est. **Arist.** prob. sect. 26. num. 54. char. 597.
Terrenum omne cum vititur, nigrum efficitur solitum est. **Arist.** prob. sect. 38. num. 10. ch. 660.
Terra ab aerea natura protinus, & mare situm habent fixam, & affirmatam, stirpibus illa, animantibusque scitens: fontibus etiam, & fluminibus, partim per ipsam lapsus suos implicantibus, partim aquas suas in mare eructantibus. Insuper ipsa distincta innumerarum herbarum ibidem enascentium varietate, fructificantiumque simul montium verticibus, nemorum opacitatibus, vrbiumque frequentia, quas animantes sapientiæ participes, homines scilicet condiderunt, & maritimis insulis, & continentibus. **Aristotel.** de mund. cap. 2. char. 811.
Terra in se continet aquæ, sic & spiritus, & ignis scaturigines, quarum quædam sub terra latent, quædam oculis humanis subductæ sunt, vt Lipara, Aetna, & Aetna insula: alia iuxta fontes, vt aquas feruiferas emittunt: quædam modice temperatæ, alijs in locis sedos emittunt odores, & in alijs prorsus necant, vt in Phrygia. **Idem** ibid. cap. 4. c. 820.
Terra in Lipara reperitur, in qua si quis ollam occultarit, quodcumque voluerit, dummodo in ea imponatur, decoquitur. **Arist.** de admir. aud. nu. 3. c. 845.
Terra iterum repleri loca defossa in Melo insula affueverant. **Arist.** de admir. aud. nu. 42. ch. 846.
Terra quæcumque nascuntur ea, quæ supra terram sunt, primo sunt viridia: quæ in terra, vt scalpi, & radices, & alba, & gemina, quæ intra terram sunt alba, & adhaerita terra sunt herbacea. **Arist.** de color. cap. 5. ch. 885.
Terra, vt aliquis dicere potest, respectu totius non est pars sensibilis. **Idem** in 4. metaph. cap. 2. text. 13. c. 77.
Terra luminis minime est particeps. **Alex. aphro.** in 2. de ani. cap. 39. char. 51. col. 2.
Terra est frigida, & sicca, contrariaque aeris calido, & humidido, & aqua frigida, & humida igni calido, & sicco. **Simp.** in 2. de cel. tex. 19. co. 11. ch. 60. col. 3.
Terra est substantia frigida, & sicca. **Mag.** in prior. char. 10. colum. 3.
Terra spherica esse signum est, quod corpora graua descendunt ex omni parte coeli descensu communi. **Auer.** in 1. de celo, tex. 44. ch. 16. col. 4.
Terra si inueniretur infinita, possibile esset inuenire eis vnam terram contractam ex additione ad inuicem, & sic possibile esset inuenire grauitatem infinitam. **Auer.** in 1. de celo, tex. 57. ch. 20. col. 2.
Terra quietis causa non est, nisi grauitas eius, scilicet grauitas simpliciter. **Auer.** in 2. de celo, tex. 80. ch. 71.
Terra est grauis simpliciter, quia locus eius est remota a corpore, quod circulariter mouetur, vt causa quod ignis sit leuis simpliciter, est, quod propinquissimus est circulariter moto. **Auer.** in 2. de celo, text. 102. char. 77. colum. 1.
Terra est grauis simpliciter, aqua secundum comparationem. **Auer.** in 3. de cel. 9. c. 83. col. 4.
Terra minima pars est terminata. **Idem** in 3. de celo, tex. 9. char. 83. colum. 4.
Terra superficies est veluti locus naturalis aquæ, in quo ipsa quiescit, & non mouetur illic, nisi violenter. **Auer.** in 2. de cel. tex. 31. char. 137. col. 4.
Terra magis dominatur eis, quæ non liquefiunt a calido, sed mollescantur tantum, vel in eis, quæ non mollescantur, & a fortiori, quæ non liquefiunt, vt multi lapides minerales. **Idem** in 4. meteor. c. 201. col. 4.
Terreum elementum dominatur in coagulato a calido, & maxime si non potest liquefieri a frigido, & quod congelatur a frigido, si caliditas ingrossat hoc prius, & fuit ingrossatio terræ cum aqua. **Auer.** in 4. meteor. log. chart. 122. colum. 4.

Terra portio remotissima est a vita. Auer. de generatio. animal. 2. cap. 1. char. 219. colum. 4.

Terra virtus terminativa, & formativa, & contentiva est frigiditas, quæ proficitur ex perfecta distantia ab orbis, & in centro est perfecta, quia in centro est maxima distantia: ideo terra descendit ad centrum, ut ad perfectionem. Alb. mag. in 4. phy. tra. 1. cap. 11. ch. 44. col. 1.

Terra est immobilis, quia cum distet a circumferentia, est in loco frigido & per frigus fit grauis, & immobilis, & hæc est causa efficiens: finalis autem, quia terra non participat nobilitatem causæ primæ, nec nobilitatem eius, sed potius per quietem: ideo status, & quies omnium est in ipsa. Albertus magnus in secun. de celo, tract. 4. cap. 8. char. 43. colum. 1.

Terra natura quantum ad particularem eius naturam est solida, at continuo Solis calore, & stellarum in ipsam agente facta sunt in ea foramina, & specus confundendo humidum, quod in ea erat. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 2. cap. 10. ch. 90. col. 4.

Terra sita in medio sylvarum magnarum semper habent aerem spissum, & suffocatum. Alb. mag. de natur. loc. tract. 1. cap. 13. char. 98. colum. 4.

Terra a principio suæ creationis fuit cauata vallibus, & eleuata montibus. Albert. magn. de propriet. element. lib. 1. tract. 2. cap. 4. char. 116. col. 3.

Terra aratione aperire necesse est, quia aliter nec semina in se iniecta recipit, nec ea, quæ in se habet, sufficienter emittit, quia soliditas superficiæ superioris per pondus terræ, per hominum, & bestiarum conculcationem, & per imbrium ictus hoc prohibet. Alb. mag. de veget. & plant. lib. 6. tract. 1. cap. 4. char. 173. col. 2.

Terra est pinguior ad duos, vel tres pedes inferius, quam in superficie. ideo æquantia est, ut etiam radorum celestium virtus equaliter penetret. Alb. mag. de veg. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 4. char. 173. col. 2.

Terra committio necessaria est, quia nisi partes quælibet permixtæ sint, non erit æqualiter locus generationis plantarum. Albertus magnus de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 4. char. 173. colum. 2.

Terra comminutio est necessaria propter subtiliationem ipsius, alioquin non erit subtilis. Alber. mag. de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 4. char. 173. col. 2.

Terra omne comiscibile oportet duas passiones passum esse ab humido, & calido: quarum vna est subtilitatio; alia est digestio spirans a scrabrositate; & sic in triplici termino stare potest vbi subtile, & digestum factum est. Albertus magnus de animal. lib. 20. tract. 1. cap. 2. char. 162. colum. 3.

Terra est frigidior aqua, quia magis distat ab orbe, quam cætera elementa. D. Thomas in 2. de genera. & corrupt. lect. 3. tex. 23. char. 27. col. 4.

Terra frigida est secundario ex propinquitate aquæ, & sicca per se, quasi propter longissimam distantiam a fonte caloris. D. Thom. de sen. & sen. lect. 10. ch. 11. col. 4.

Terra fere ponticum saporem habere videtur; quia ponticus sapor de terrestri habere videtur. D. Thomas de sen. & sen. lect. 11. char. 13. col. 1.

Terra propter eius grauitatem quiescit, quæ grauitas finita est. D. Tho. de animalium motu, l. 2. ch. 49. col. 2.

Terra, quæ maxime materialis est, est opaca. D. Thomas de natur. lumin. opusc. 5. 1. char. 74. colum. 2.

Terra, ut elementum, eius locus, & ut mouetur, & ut se habet ad cætera elementa.

Terra non mouetur coercita a medio, non quia non est aliud, quo feratur: manet ob id terra in medio, quia graue manet in medio, & terra grauis est, ideo in medio manet. Arist. in 3. physic. cap. 4. tex. 51. char. 68.

Tertia est in aqua, aqua in aere, aer in æthere, æther in celo, celum non amplius in alio est. Aristoteles in 4.

physicor. cap. 9. text. 46. char. 90.

Terra ex necessitate manet in proprio loco, & ex eo uolenter mouetur. Aristoteles in 8. physicor. summa. 2. cap. 1. tex. 24. char. 204.

Terra tota fertur, quo fertur gleba, idem enim est totius, & partis motus. Aristot. in 1. de celo, tex. 73. char. 265.

Terra, si esset extra hunc mundum, moueretur ad medium huius mundi, uolenter mouebitur a medio istius mundi ad illud medium naturaliter, & si motus eius a medio istius mundi ad medium illius fuerit, uolentus erit motus eius a medio illius mundi ad medium istius naturalis. Arist. in 1. de celo, tex. 77. char. 267.

Terra non ferri in infinitum coniectura est, quod quanto propinquior medio est, tanto uelocius fertur: ignis contra, sursum uelocius fertur: sed si infinitum esset, infinita quoque esset uelocitas. Aristoteles in prim. de celo, tex. 88. char. 270.

Terra si moueretur inferius uolenter a mouente extrinseco, maior terra tardius moueretur. Idem ibidem.

Terra necessario est, & si ipsa est, & ignis erit: contrarium enim si alterum natura est, & alterum natura est. Arist. in 2. de cel. sum. 2. cap. 2. tex. 18. char. 297.

Terra immobilitatis causam asserunt Anaximenes, Anaxagoras, & Democritus, latitudinem eius. Aristoteles in 2. de cel. sum. 4. cap. 4. text. 87. char. 321.

Terra manet propter similitudinem Anaximander: nihil enim magis sursum, quam deorsum, aut ad latera ferri conuenit, quod in medio collocatum est, & similiter ad extrema se habet. Aristot. in 2. de celo, sum. 4. cap. 5. text. 90. char. 323.

Terra non solum uidetur manere in medio, sed & ferri ad medium: quo enim particula fertur, eo & totum ferri necessarium est, & quod fertur secundum naturam, ibi manere secundum naturam. Arist. in 2. de cel. sum. 4. cap. 3. tex. 91. char. 323.

Terra non fertur circa medium, quia si sic moueretur, & partes eius ita mouerentur. Aristoteles in secun. de celo, sum. 4. cap. 6. tex. 96. char. 325.

Terra motus si esset uolentus, non esset æternus, & cum sit uolentia, & præter naturam erit, impossibile est autem sempiternum esse: ordo autem mundi sempiternus est. Aristoteles in secundo de celo, summa. 4. cap. 6. tex. 96. char. 325.

Terra partium latior, & ipsius totius est secundum naturam ad medium uniuersi, & ob hoc nunc existit posita in centro. Idem ibidem tex. 98. char. 326.

Terra fertur ad medium uniuersi: ignis enim fertur ad extremum loci continentis medium. Arist. in 2. de cel. sum. 4. cap. 6. tex. 99. char. 426.

Terra medium, & uniuersi idem est, & si aliquando feruntur ad terræ medium, feruntur per accidens, quatenus medium habet in ipso uniuersi medio. Aristot. in 2. de cel. sum. 4. cap. 6. tex. 100. char. 326.

Terra in medio esse, & immobilem necesse est propter causas dictas, & quia pondera, quæ sursum uolentia projiciuntur ad perpendicularum, rursus feruntur in idem, etiam si in infinitum uis illa projiciatur. Aristot. in 2. de cel. sum. 4. cap. 6. tex. 101. char. 327.

Terra partem impossibile est moueri a medio non uim passam. Arist. in 2. de cel. sum. 4. cap. 6. tex. 102. ch. 328.

Terra ad medium fertur, quia naturam habet id, quod grauitatem habet, ferri ad medium. Arist. in 2. de celo, sum. 3. cap. 7. text. 104. char. 328.

Terra in omnibus locis grauitatem habet, leuitatem non habet: quapropter si terra subtrahatur, aqua in suum locum intrabit, & aer in locum aquæ. Aristot. in 4. de cel. sum. 3. cap. 5. text. 39. char. 373.

Terra, & aqua feruntur ad medium. Arist. in 2. de genera. & corrupt. sum. 1. cap. 3. text. 22. char. 428.

Terra loca eadem non sunt aquosa, nec arida, sed permixtantur secundum fluuioſum generationes, & defectus. Arist.

Arist. in 1. meteor. su. 4. cap. 2. c. 485.

Terra uidetur nauigantibus moueri, quia non solum cum sensibile mouetur, apparet moueri, sed etiam cum sensus mouetur. Arist. de som. cap. 2. c. 66.

Terra est, quæ medium situm, immobilemque sortita est uitæ fecunditate prædita animantium omnium, omnifariam distinctorum sedes, & parens. Aristot. de mund. cap. 2. char. 808.

Terra igni contraria est, & propter motum, & propter locum naturalem, & crassum: item per luminis potestatem, & per perspicuitatem. Alexan. Aphrod. in 2. de ani. cap. 39. char. 51. col. 1.

Terra ideo immotam natura sua esse dicimus, quia si adesset, etiam euolandi, euagandique locus, nihilo tamen magis ipsa moueretur. Them. in 3. physicor. text. 51. char. 31. colum. 2.

Terra circa centrum subsistens manet, quia secundum naturam ille est ipsi locus. Simp. in 1. de celo, tex. 95. com. 59. char. 81. colum. 2.

Terra sine aqua continuam fieri impossibile est. Simpl. in 3. de celo, tex. 37. comm. 31. c. 91. col. 3.

Terra habet medium uniuersi medium. Simp. in 4. de cel. tex. 33. com. 18. c. 107. col. 4. Idem D. Thom. in prim. meteor. lect. 4. char. 25.

Terra, & si habet quo moueatur, tamen ob id non mouetur, quia causa quietis est aptum esse in medio quiescere. lo. gra. in 3. phy. tex. 51. c. 66. col. 3.

Terra in medio manet, quia eius natura exigit hoc. Auer. in 3. phy. tex. 51. c. 51. col. 1.

Terra secundum se totam esse quiescens, secundum partes est mobilis. Idem in 1. de celo. t. 57. c. 20. col. 1.

Terra partes in eo, quod est terra, omnes quærunt centrum. Idem in 2. de celo, t. 105. c. 78. col. 3.

Terra est media in omni sphaera. Boet. in præd. c. 152.

Terra licet non moueatur, est tamen apta per naturam moueri, si recedit a suo loco; & ideo quies eius est in centro: in motu autem suo mouetur motu alterationis. Alb. mag. in 2. phy. tract. 1. cap. 3. c. 16. col. 4.

Terra quanto uiciniore est centro, tanto uelocius mouetur, quia uirtus formans terram est fortior, & magis imprimit naturam grauis. Alb. mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 11. char. 44. col. 1.

Terra, & ignis duobus possunt diuidi modis, vel ut terra, & ignis; & sic non possunt in infinitum diuidi: alio modo, ut grauiora, & leuiora, & sic in infinitum diuidi possunt: & sic non est accipere grauius minore sui generis. Alb. mag. in 3. de celo, tract. 1. cap. 3. c. 45. col. 2.

Terra locata est in centro, & quæ plus distat a cæteris elementis, magis terræ ueram naturam habet, & quæ minus, minus naturam terræ attingit. Alb. mag. de natur. loc. dist. 1. cap. 3. c. 93. col. 3.

Terra est proprius locus auium, sed ipsarum motus ad cibum fit per aerem, & aquam. Alb. mag. de natu. loco. dist. 2. cap. 5. c. 94. col. 2.

Terra est proprius gressibilium locus. Alb. mag. de natur. loc. dist. 1. cap. 4. c. 94. col. 2.

Terra committione sua cum elementis dat aliis generatis retentionem, & fixationem permanentiam, signorumque conseruationem; ideo qualitatibus diuersificata diuersitatem horum effectuum facit in generatis. Alb. mag. de nat. loc. dist. 2. cap. 1. c. 99. col. 3.

Terra producit tot diuersitates, quot non facit quoduis aliud elementum, quia stellarum radij diuersimode super eam cadunt, & quia nullum elementum reflectit radios, nisi terra. Alb. mag. de propr. elem. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 113. col. 3.

Terra si non esset in medio, tribus modis posset imaginari eam positam esse. Primò, vel esset axis mundi extra terram, & terra distaret ab utroque polorum, & sic orizon in sphaera recta diuideret sphaeram in partes inæquales; & sic non fieret in sphaera recta æqui-

noctium, vel non in medio duorum solstitorum: & sequeretur, quod stellæ propter inæqualem distantiam non uiderentur æquales in ortu, & occasu; & non esset æquale spacium ab vno ortu Solis, vsque ad maximum eius exaltationem. Secundo, si terra esset in axe, sed magis propinqua uni, quam alij polo, sequeretur, quod in sphaera obliqua orizon non diuideret sphaeram in duo media; & quod umbræ corporum rectorum in æquinoctijs orientales non fierent in directo occidentales: nec potest terra esse ita posita, qui est tertius modus, ut non sit in axe, nec æqualiter ab vno equidistat, quia omnia supradicta incouenientia sequeretur. D. Tho. in 2. de cel. lec. 26. tex. 105. c. 54. col. 2.

Terra maior pars depellit minorem, quousque ipsa maior pars deueniat ad medium, quia maior pars terræ habet maiorem grauitatem. D. Tho. in 2. de cel. l. 27. tex. 104. char. 54. col. 3.

Terra prima propter siccitatem naturalem, quæ est in illa, non commoratur sine humido, quod est in causa, quod continuatur, alioqui decideret, & conuerteretur in puluerem. Idem in 2. de gener. & corr. l. 8. tex. 49. char. 32. col. 3.

Terra centrum est totius centrum. Idem in 1. meteor. lib. 4. chart. 15.

Terra dicitur calidior aqua, tum quia frigidum per se primo conuenit aquæ, terræ autem per participationem tum quia utrunque alienam recipit caliditatem, sed terra prius transmutatur ab igne, cum conueniat in siccitate, aquæ autem non conueniat. Idem in 4. mete. ex digres. de colo. lec. 15. ch. 255.

Terra partes omnes subsistentur ad centrum. D. Tho. de somn. & vig. lec. 4. ch. 35. col. 4.

Terra quantitas, quæ est, & ut habitabilis, & inhabitabilis.

Terra esse dicunt mathematici in circumferentia ad quadraginta stadiorum millia. Arist. in 2. de cel. sum. 3. cap. 7. tex. 112. ch. 350.

Terra est multo minor multis astris. Idem in 1. meteor. sum. 1. cap. 3. tex. 1. char. 454.

Terra conus non peruenit vsque ad astra. Idem ibid. su. 2. cap. 5. char. 470.

Terra habitabilis est ueluti tympanus. Idem in 2. mete. sum. 2. cap. 2. char. 515.

Terra due sunt regiones habitabiles, vna ad superiorem polum, qui supra nos, alia ad alterum, & meridiem: & hæc solæ habitabiles. Vide quod uocat nostrum polum superiorem, cum in libro de celo dixerit esse inferiorē. Arist. in 2. meteor. su. 2. c. 515.

Terra pars sub vrsa inhabitabilis est propter frigus. Aristot. in 2. meteor. su. 2. cap. 2. c. 516.

Terra longitudo multum differt a latitudine, quæ enim est ab Herculeis columnis ad Indicum, eo quod est ex Aethiopia ad Meotim, & extrema Scythiæ loca plus est quam quinque ad tria secundum magnitudinem. Ari. in 2. meteor. su. 2. cap. 2. ch. 516.

Terra, quæ est extra Indicum, & columnas Herculeas propter mare non uidetur copulari, ut continua sit omnis habitabilis. Aristot. in 2. meteorol. sum. 2. cap. 2. char. 516.

Terra partem ad alterum polum sese habere, ut ad nos habitabilem necesse est sic, ac proportionaliter ibi, & alia flatuum constitutio erit. Idem ibid. ch. 517.

Terra uniuersa ad orbem stellarum errantium habet rationem puncti, & centri. Simplicius in 4. physicor. char. 213. colum. 2.

Terra umbra, quæ vsque ad orbem lunæ, & globum attingit, indicium est, quod cætera elementa terra superiora non multum eam excedunt. Simp. in 4. phy. char. 213. columna 2.

Terra est secundum solidam sphaeram militarium triplaram 98. duplarum 4063. simplicium 6446. adhuc unitarum 9503. Simplicium in 2. de celo, tex. 111. comm. 167. char. 83. column. 3.

Terra respectu coeli est tanquam punctum in sphaera. Auer. 2. de celo tex. 110. c. 80. col. 1.

Terræ pars habitabilis est quasi septima pars terræ. Auer. meteor. cap. 2. c. 140. col. 1.

Terræ partes duas habitabiles esse existimant Peripatetici: pars enim, quæ est sub æquinoctiali ob vehementes dominium caloris, & extremæ partes versus polos ob frigus, inhabitabiles existunt: mediæ vero habitabiles. Auer. mete. 2. cap. 2. c. 199. col. 1.

Terram sub æquinoctiali habitabilem esse existimavit Ptolomeus & alij mathematici, ad illud, quod excedit ex parte meridionali secundum mensuram, quæ non vadit ad ipsam, depressio Solis, vel oppositum augis, & est locus, quem vocant viam combustam, cui opinioni assentit Auicenna. Auer. mete. 2. cap. 2. c. 199. col. 1.

Terram sub æquinoctiali habitari posse possibile est, quia nos videmus multas terras habitatas, in quibus vadit Sol super capita eorum, sed ista inductio non habet veritatem. Auer. meteor. 2. cap. 2. c. 199. col. 1.

Terra sub æquinoctiali non debet esse habitabilis, & si noctes, & dies sint æquales, quia non habent mensuram sensibilem in diminutione caloris. Auer. 2. cap. 2. char. 149. column. 3.

Terræ pars septentrionalis solum est habitabilis, quia in parte opposita est maxima siccitas & ob Solis radios, & ob multitudinem magnarum stellarum fixarum in illa parte. Auer. meteor. 2. cap. 2. c. 199. col. 3.

Terra sub polo septentrionali inhabitabilis est ob frigus. Auer. mete. 2. cap. 2. c. 200. col. 1.

Terra sub septentrione est inhabitabilis, quod sensu, & ratione percipi potest, cum dies vnus est vnus annus, medietas dies, & alia nox; & nulla ibi radorum Solis fiat reflexio, & coeli partes tardissimæ moueantur: quæ omnia frigiditatem in summo esse declarant. Auer. mete. cap. 2. ch. 200. col. 1.

Terra sub æquinoctiali est inhabitabilis, quod sensu, & ratione percipi potest. Sensu quidem, quia homines, qui habitant in loco, vbi Sol directe per eorum capita transit, vita viuunt non naturali, & complexionibus eorum exeunt a complexionibus humanis valde, & non habitant ibi nisi per accidens, idest cum sint speluncæ in montium concauitatibus, vt animalia habitant. Ratione autem, quia cum sit extremum inhabitabile per frigus, nisi medium esset calidissimum, inter hæc non daretur temperata habitatio: & cum inueniatur locus inhabitabilis per frigus, necessario erit locus inhabitabilis per suum contrarium, quod est calor. Auer. meteor. 2. cap. 2. ch. 200. col. 1.

Terræ magnitudinem non cognouit Aristot. nisi textus sit deprauatus. Albert. Magn. 2. de celo, tractat. 4. cap. 11. chart. 44. column. 2.

Terræ vnus gradus continet milliaria quinquaginta sex, & duas tertias, quorum milliaria magnitudo constat ex quatuor millia cubitis, ergo tota circūferentia terræ est 20040. milliaria, & diametri terræ quantitas est, cum circulus vincit diametrum per tria, & septimam partem vnus quæ est 927. milliaria. Alb. mag. in 1. de celo, trac. 1. cap. 11. c. 44. col. 2.

Terra minima, in qua saluari potest species terræ, est maior re aliqua sui generis. Alb. mag. in 3. de celo, tract. 1. cap. 3. char. 45. col. 1.

Terra ratione habitationis considerata, alia habitabilis est, alia inhabitabilis, alia est propter maximum calorem, alia ob nimium frigus. Alb. mag. in 3. mete. trac. 1. cap. 19. char. 99. column. 1.

Terra inhabitabilis ob calorem est, cum hæc concurrunt. Primo reflexio diametri in seipsum. Secundo bre-

uitas diametri Solis. Tertio mora Solis in eodē loco, quæ omnia tria concurrunt in tropico hiemali in meridie. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 19. c. 99. c. 1. Terra inhabitabilis ob frigus tribus de causis fit. Primo, quia radij Solis angulum maxime obtusum faciunt, cum radio a terra repercussio. Secundo, quia maxime distat Sol longitudine diametri. Tertio, quia nihil in eo loco Sol moratur. Alb. mag. 3. mete. tract. 1. cap. 19. char. 99. col. 1.

Terræ quora pars sit habitabilis, & quora eius pars sit inhabitabilis, nescitur. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 19. char. 99. column. 1.

Terræ habitabilis diuersitas duplex ex habitudine comparationis terræ ad celum: vna, quæ distinguit terram in quinque zonas: alia in climata. Alb. mag. de nat. loc. dist. cap. 1. cap. 6. ch. 94. col. 4.

Terræ quarta, neque ab æquinoctiali, neque ad polum australem habitari potest tribus rationibus. Primo, quia minor ad illam partem per diametrum Solis conuersa est. Secundo, quia in hoc loco calor dominatur ex victoria superiorū elementorū in inferiora, quæ in superiori nostri hemispherij ab æquinoctiali circulo extenditur vsque in polum australem. Tertio, quia nemo scripsit de locis illis, nec aliquis ad illos peruenit. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 7. ch. 95. col. 3.

Terræ quartam, quæ est ab æquinoctiali vsque ad polum australem habitabilem dixit Auerroes, quia inter calidissimum, & frigidissimum est temperatum, sub tropico est calidissimum, & sub polo frigidissimum, igitur in medio est temperatum; & negat Auerroes Solem eccentricum habere. Alber. Magn. de nat. locor. dist. 1. cap. 7. chart. 95. column. 3.

Terræ aliquam partem, quæ est vltra æquinoctialem ad meridiem esse habitabilem dicit Albertus, & habitata putat, ad illaque loca difficilem transitū esse, non tamen impossibile. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 7. c. 96. c. 1.

Terra, quæ sub polo est, continue est tenebrosa, nec vnquam apparent stellæ, nec Sol, cum tamen per dimidium annum sit ibi dies, & per dimidium sit ibi nox; quia frigus excedens illius regionis continue spissat aerem, & conuertit in aquam in modum nebulae spissæ, & continue super aquam aer expanditur, & virtus solis, & stellæ ibi est parua. Alb. mag. de nat. locor. dist. 1. cap. 8. char. 96. column. 2.

Terra omnis habet suum orientem, & distat a suo oriente per 90. gradus. Alb. mag. de natur. locor. dist. 1. cap. 4. chart. 99. column. 4.

Terræ inferius hemispherium habitabile esse dixit Albumazar, & qui illum sequuntur, quia cum solis radij, & stellarum omnes angulos suos describant super eum, oportet vt exicent in ea humidum in locis, super quæ sunt anguli acuti radorum, & in locis, super quæ radij perpendiculariter incidunt, & humidum generetur in locis alijs longioris latitudinis a via solis, & ibi sinistrum non accipit nisi secundum situm. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 11. ch. 98. col. 1.

Terræ inferius hemispherium diuidi, regionesq; habere inhabitabiles propter frigus, & propter calorem, & habitabilem diuidi in inclinata vt nostra, quæ est secundum dispositionis naturalis continentiam affirmamus. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 12. c. 98. col. 2.

Terra tota non habet sensibilem quantitatem respectu sphaeræ supremæ. D. Thom. in 4. metaphysic. lib. 13. tex. 23. chart. 236.

Terra, vt patitur a siccitate, & tempore etiam corruptibilis fit.

Terræ interiora, vt animalium, & platarum corpora habent statum, & senectutē, sed illa tota patiuntur, terra vero per partes. Arist. meteor. 1. su. 4. cap. 2. c. 486. Terræ

Terræ mutationes cum longissimo fiant tempore, ideo de illis nullam habemus memoriam. Arist. meteor. 1. sum. 4. cap. 2. chart. 468.

Terræ humida existens exsiccatur, sicca non amplius siccatur. Idem meteor. 2. sum. 2. cap. 3. char. 502.

Terræ, & lutum liquefcit. Idem meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 39. char. 572.

Terra tota, etsi per partes corruptibilis sit, totam simul corruptibilem esse impossibile est. Alexan. aphro. in 1. natur. quæst. cap. 23. char. 5.

Terra cadere potest absque terræ motu, quia tempore siccitatis magnæ fulcimenta, quibus innituntur montes, possunt in scissuras terræ introire, & sic cadere. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 2. cap. 18. char. 104. col. 4.

Terram quid existimant Antiqui esse, & vt appellarunt.

Terram alij esse aiunt in medio; Pythagorici vero ignem in medio esse aiunt, terram autem astrorum vnum esse, & circulariter circa medium latam diem, & noctem facere, & oppositam huic faciunt & terram, quam vocant antictona. Aristot. in 2. de celo, sum. 3. cap. 1. tex. 72. char. 317.

Terrenus vapor omnis vim habet aeris crassioris. Arist. de generat. anim. 5. cap. 4. char. 278.

Terram insulam vnica esse ignorantes homines in insulas, & cōtinentes diuiserunt. Arist. de mun. ca. 2. c. 811.

Terram nemo eorum, qui vnum elementum rerum principium esse dicunt, posuit principium, ob partium magnitudinem. Arist. 1. meta. ex sum. 3. cap. 1. tex. 14. c. 23.

Terra a nullo philosopho, qui vnum esse principium asseruerat, primum principium posita fuit. Ioan. gram. in 1. phys. char. 5. column. 3.

Terram moueri, & celum quiescere ait Pythagoras. Alb. mag. in 8. phys. tract. 2. cap. 1. char. 94. col. 1.

Terra nunquam tota cooperta aquis fuit, quia inferiora elementa sunt, vt materia respectu superiorum, & superiora sunt formalia respectu inferiorum, ideo maiorem occupant locum, quam inferiora; ideo ignis implet totam superficiem concauam Lunæ, quæ est maior: aer ignis, quæ est minor: aqua cum sit multum humida, & materialis non potest implere locum aeris, fuit enim in seipsam. Alber. mag. in 2. meteor. tract. 3. cap. 2. char. 92. column. 2.

Terram nec solum elementum, nec animam dixerunt antiqui, quia cum vita in calore, & humido consistat, terra his duobus priuata est. Albert. magn. in 1. de anima, tract. 2. cap. 3. char. 5. col. 2.

Terra dicitur magna mater propter abundantiam terræ materię in omni composito, quia semita omnium ipsa concipit in seipsa. Alb. mag. de propriet. element. tract. 2. cap. 11. char. 113. col. 3.

Terram esse naturam, & principium omnium rerum primi Poetæ theologizantes dixerunt. Diuus Thomas in 2. phys. lect. 2. text. 7. column. 3.

Terram nemo principium posuit, quia propter suam grossitiam magis videtur composita ex principijs, quam quæ sit principium. Idem in 1. de ani. l. 5. tex. 30. ch. 6. col. 3.

Terra vt recipit a cælestibus corporibus virtutem.

Terra a Sole calefacta duplicem facit exhalationem, hanc magis vaporosam, illam magis spirituosam, illam vaporem humidum, quæ est in terra, & super terram, hanc ipsius terræ existens sicca fumosam, & harum, spirituosam supereminere propter calidum, humidiorē autē subesse propter pondus. Aristoteles meteor. 1. sum. 2. cap. 1. chart. 460. column. 1.

Terræ partes circa centra mouentur motu alterationis virtutibus cælestium, quia cum cælestia moueant in-

feriora per radios, ibi maxima apparent radorum virtus. Alb. mag. in 1. phys. ex tract. 2. cap. 1. char. 4. col. 2. Terræ partes secundum diuersum situm ad Solem, & stellas aliam atque aliam recipiunt virtutem. D. Thom. in 1. meteor. lect. 17. char. 71. Terra nihil patitur a cælesti motu circulari cum remotissima sit, nisi secundum alterationem partium eius. D. Thom. in 1. de celo. lect. 4. tex. 11. char. 4. column. 2.

Terræ motum signa, quæ præcedunt.

Terræ motus signum est Solem sine nube fieri caliginosum, & obscurum, & ante matutinos terræ motus aliquando tranquillitatem, & frigus forte. Solem caliginosum facit, quia spiritus in terram regredi incipit, & dissoluere, & disgregare aerem, & tranquillitas fit regressu introfacto spiritus, & magis ante maiores terræ motus, cum enim totus spiritus introfertur, magis quatitur, & frigus fit; quia exhalatio natura calida introvertitur. Aristot. meteor. 2. sum. 5. cap. 2. char. 528. Terræ motus signum est fieri ante ipsum, aut per diem, aut post occasum serenitate existente nubeculam tenuem porrectam, velut longitudinem lineæ, & rectitudine exacta spiritu marcescente propter transitum. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 529.

Terræ motus signum est Solis eclipsis magnus in cauda draconis, quia frigidior est in capite. Albert. mag. in 3. meteor. tract. 2. cap. 14. chart. 103. col. 3.

Terræ motum Lunæ eclipsis raro facit, quia mouet potius vaporem maris, & aquarum, quam terrestrem. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 2. cap. 14. char. 103. col. 3.

Terræ motus signa sunt, frigus, & sonus ex motu subterraneo. sequentia signa sunt, caligo, tenebræ circa Solem, & stellas. Alber. mag. de pass. aer. char. 121. col. 2.

Terræ motus ut fit, & a quo fit.

Terræ pulsus, & tremores ob spiritum in caclusum fiunt, vt in corporibus nostris. Aristoteles meteor. 2. sum. 5. cap. 1. char. 527.

Terræ motum fieri (ait Anaxagoras) quia cum æther sit natus sursum ferri, & incidit in concaua terræ, quatit eam, quæ simpliciter dicta est causa. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 1. char. 523.

Terræ motum fieri, ait Democritus, quia terræ aquæ plenam existentē, & suscipientem alia pluuiam aquam, ab hac moueri ait. Arist. mete. 2. sum. 3. cap. 1. ch. 523.

Terræ motum ait Anaximenes esse, quia terra irrigata, & exiccata rûpitur, & ab his ruptis verticibus incidentibus concutitur. Arist. mete. 2. sum. 3. cap. 1. ch. 524.

Terræ motus causa, terra, & aqua inclusa, vt materia sunt, patiuntur enim: sed non agunt & spiritus autem causa est vt principium. Arist. meteor. 2. sum. 3. ca. 2. ch. 530.

Terræ motus fiunt secundum partem terræ, & sæpe ad modicum locum: venti vero non secundum partem. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 7. char. 531.

Terræ motus est, cum flatus aduenit introrsus in terræ caua irrûpens, deinde exitu omni exclusus intus sese vertendo ingenti vi terram quatit, ne quicquam exitum inde queritans, & horum alij sunt, qui ad angulos acutos in obliquum quatunt, qui ἐπιλιπται appellantur, quasi in trāuersum sese agentes, sursumq; & deorsum se ad angulos rectos iactantes ἄπασα vocantur a similitudine aquæ efferuescentis. Alij qui labes terræ relinquunt in caua subsidentis, ab hiatu χαματινομματα sunt. Quem hiatum hi, qui vi eruptione facta patefaciunt, φηται idest effractores dicti sunt. Iam horum aliqui flatum secum erupturum rapiunt, alij saxa, alij coenum. Alij fontium scatebras edidere, quæ antea non erant, ἄπασα, idest trufores, vocant, qui vno obnixu subuertunt, quod impulerunt. Sunt etiam qui quassabundant, & vtroque declinantes, vibrantesque quod moue-

rint, semper exigunt: ob id *παλαιαται*, hoc est vibratores dicti, efficiuntq; terræ motum rumori non dissimilem. Appellatur etiam *μικηται* terræ motus, qui cum mugitu quatiunt. Arist. de mundo cap. 4. ch. 820.

Terræmotus nō admodum vehementes fiunt flante vento, quia principium ipsorum patitur. Alexan. aphrod. in 2. meteor. cap. 8. com. 41. chart. 60. col. 1.

Terræmotus fit cum sono, qui est diuersi generis, quia aliquando est vt sonus aeris inundantis ex multo vento, qui est cum cauernæ sunt magnæ, & vapor non multus. Aliquando est sublatius cum vapor per riuulos dispersus per partes cum impetu moueri compellitur. Aliquando est collusiuus, qui fit, cum corpora dura for ti vento sese collidunt adinuicem. Aliquando est fractiuus, qui fit, cum vapor detineri non potest, sed quærit exitum. Primus est in principio: secundus in augmento: tertius in statu: quartus in fine. Alber. magn. in 3. meteor. tract. 2. cap. 11. char. 103. col. 2.

Terræmotus fit in vna parte, & non in alia, quia fit tantum in eo loco in quo ventus in seipsum reflectitur ob loci angustiam. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 2. cap. 15. chart. 103. colum. 3.

Terræmotus causa materialis est vapor ficcus, & grossus valde, & terrestris; efficiens causa est calor Solis penetrans in viscera terræ; locus est terra oppilata in superficie. Alb. mag. passio. aer. char. 121. col. 1.

Terræmotus locus oppilatus est tribus de causis: aut quia est non arenosus, mari tamen vicinus, ita vt fluxus, & refluxus sint ad terminos ipsius, & sic humido maris oppilatur locus: aut quia pluuijs multis oppilantur pori, aut quia terra est saxosa continua saxo. Alb. mag. de pass. aer. char. 121. colum. 1.

Terræ motus vapor si est paucus, & subtilis, & terræ pori laxi, exit sine sono, & non inducit nisi paruam terræ motum: si terræ pori constricti, emittit etiam sibilum quendam. Alber. mag. de pass. aer. char. 121. col. 1.

Terræ motus vapor si est frigidus minor in loco non aquoso, & terræ multū oppilati pori, eleuabit terram, ita vt videbitur mons, vel collis; & si cum impetu non projicit in alium locum, tunc residet egresso vapore in toto, vel in parte; si multus, & sint aquæ in illo loco, absorbebit aquas, donec resideat, quod eleuatum est; si aqua est in profundo projicit terram, & facit eam apparere. Alber. mag. de pass. aer. char. 121. col. 1.

Terræ motus vapor si est ficcus, adustus, & in loco oppilato non aquoso, tunc egrediens exufflat multum cinerem terræ combustæ, ita vt aliquando aperiat ciuitates vicinas, & destruat eas. Alber. mag. ibidem col. 2.

Terræ motus aliquando fiunt interpolati, quia relinquuntur aliqua pars vaporis interius, vt mouere non possit terram, qui augetur tempore, & mouet. Diuus Thomas in meteorolog. lect. 2. char. 152.

Terræ motus quo loco, & tempore etiam raro, vel sæpe fiant, & quantum durent.

Terræ motus plurimi, & maximi fiunt tranquillitate, cum tamen non sit irrationabile quosdam fieri flatu existente. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 525.

Terræ motus fiunt nocte plures, & maiores, & qui die, circa meridiem. Idem meteor. 2. sum. 3. cap. 2. ch. 525.

Terræ motus fiunt fortissimi circa loca illa, vbi mare fluxibile est, aut regio laxa, & sub antrosa; ideo circa Hellespontum, Achaiam, Siciliam, Euboeam videtur per angustum fluere mare sub terram, & ob talem cursum calidæ balneæ quæ circa Aedepsum, factæ sunt. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 526.

Terræ motus maxime fiunt vere, & autumno in pluuijs, & siccitatibus: æstas enim, & hyems, hic propter gelu, illa propter æstum maxime facit immobilitatem. Idem meteor. sum. 3. cap. 2. char. 526.

Terræmotus fiunt etiam circa Lunæ eclipses aliquando, quia marcescit calidum, quod a Luna est. Idem meteor. 2. sum. 7. cap. 2. char. 529.

Terræmotus fortis non cessat cito, sed primo ad 40. dies agitatur: posterus, & ad vnum annum, & ad duos dominatur secundum eadem loca, & magnitudinis causa est spiritus multitudo, & locorum figura, per quæ fluxerit. Idem meteor. 2. sum. 3. cap. 4. char. 529.

Terræ motus minus fit in insulis marinis, quæ in ijs, quæ sunt iuxta terram, quia multitudo maris in frigidat exhalationem, & prohibet pondere, & vim infert. Quæ autem insulæ sunt prope continentem, pars sunt continentis, & intermedium propter paruitatem nullam habet virtutem. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 532.

Terræ motus non fit in insulis nisi totum mare moueatur, a quo circumtenentur. Idem ibidem cap. 2. ch. 532.

Terræ motus fuit in Corduba anno 566. in quo multæ voces, & soni auditi fuerunt, & durauit per annum sepe, & non cessauit, nisi post annos tres, & primus fuit causa mortis multorum hominum, & terra rupta fuit in loco prope Cordubam vocato Anorma, & exiuit similis cineri, & arenæ. Auer. 2. meteo. c. 3. ch. 202. col. 1.

Terræmotus in septimo climate raro fiunt, quia radij Solis, & aliarum Stellarum debiliores sunt; in sexto climate versus meridiem fiunt terræ motus sæpe, quia Sol radijs fortibus in terræ inferiori parte plus eleuat, quam consumat, & ideo restat materia multa ad faciendum terræmotum. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 2. cap. 20. char. 104. colum. 4.

Terræ motus maiores frequentiores fiunt in montuosis locis, quam in planis, quia sub montibus sunt magnæ cauernæ; in planis fiunt frequentius, sed parui, quia facilius cōgregantur, & paruus vapor potest plana mouere, qui montuosa loca mouere non potest. Idem ibi. cap. 20. char. 104. colum. 4.

Terræmotus sæpe fit in terra humida calida, & molli. Alber. mag. in 3. meteor. tract. 2. cap. 3. char. 191. col. 2.

Terræmotus rarissime fit in æstate, quia calor vehemens prohibet materiam; & in hyeme, quia idem facit vehemens frigus, nisi qualitas loci aliquid in contrarium efficiat. Alb. mag. in 3. meteor. tr. 2. ca. 9. ch. 102. col. 4.

Terræmotus fit tempore potius sicco, quam humido, sed per accidens fit etiam tempore humido; quia pori terre obturantur, & ab humiditate in vnum locum coarctatur in seipso, & sic fit terræ motus. Alber. mag. in 3. meteor. tract. 2. cap. 9. char. 102. col. 4.

Terræmotus tempus frequenter est in æquinoctij tempore, quia tunc multiplicatur materia ventorum, & ea multiplicata scinditur terra, & egreditur. Alb. mag. de passio. aer. char. 121. col. 1.

Terræ motus sæpe fiunt, & apparent fontes, vel flumina; quia scinditur terra ex vapore in visceribus terræ multiplicato, & e contra submerguntur multa flumina sub terra. Alber. mag. de veget. l. 4. tract. 1. char. 140. col. 4.

Terræmotus maiores faciunt regiones ille, quæ in se habent concauitates inanes & vacuas. Diuus Thomas in septimo meteor. lect. 13. char. 144.

Terræmotum quæ sequuntur, & vt considerari potest.

Terræmotus, & inundatio ab eadem causa, vento scilicet, vrbes Achaiæ Buram, & Elicem subuerterunt, & inundauerunt. Alexander Aphrodisi. in 2. meteor. cap. 8. commen. 46. char. 64. col. 1.

Terræmotus siccitates, & imbrium excessus non sunt fluxus exhalationes. Alexander Aphrod. in 2. meteor. cap. 8. commen. 46. char. 64. col. 1.

Terræmotum sequitur frequenter pestilentia, quia vapor inclusus, & luce priuatus, & aere libero habet quasi veneni naturam; ideo animalia occidit & maxime oues, quæ os semper terræ proximum tenent. Albert. mag.

in 3. meteorolo. tractat. 2. capit. 11. char. 103. colum. 2. Terræmotus eicit aquas de terra, quia venti concurrunt vbi est aqua sub terra. Alber. Magn. in 3. meteorol. tract. 2. cap. 17. c. 104. col.

Terræmotus mouet terram diuersis modis: aliquando agit eam à detris, & sinistris, quod fit à vapore non multo, & lateribus speluncæ fortibus: aliquando subuertit terram, quod fit cum ventus primo æqualiter impellit fundum alicuius terræ, donec eleuet ipsum, & cum fuerit eleuatus tunc impetu magno egreditur ad latum vnum, & sic voluit terram: aliquando scindit terram faciens vnam aperturam, quod fit à vapore sicco calido, quia scissio est effectus siccitatis: aliquando perforat terram, quod fit à vapore in terram disperso: aliquando mouet motu tremulo, quod fit à vapore debili aliquando mouente, & aliquando non: aliquando facit superiorem terræ partem in profundum cadere, quod vel fit ab aqua, quæ corrodit fundamenta terræ, aut ab igne terram subtus comburente: aliquando mouet motu impulsiuo, quod fit à vapore multum impellente precipue ex calore: aliquando inferior pars superiorem vehit, quod fit cum inferior pars terret sequitur ipsam: aliquando mouet motu depressionis, & eleuationis, quod à multo vapore, & à lateribus fortibus loci accidit. Alb. Mag. in 3. meteo. tr. 2. c. 18. c. 104. c. 3.

Terræmotus, tonitruum, & coruscatio duobus possunt considerari modis. Primo formaliter vt terræmotus est motus: tonitruum sonus factus ab exhalatione: coruscatio ab exhalatione incensa, & sic sunt diuersæ species. Secundo ex iustem generantur, & sic sunt idem specie, quia sunt ex exhalatione sicca. D. Thom. in 2. meteor. lect. 16. char. 164.

Terræmotus qui magni fuerunt.

Terræmotus in insula sacra, quæ vna est Aeoli, factus fuit, & primo intumuit aliquid terre, & velut collis ascendit cum sono, tandem autem rupta est, exiuitque spiritus multus, fauillamque & cinerem eleuauit, & Liparæorū ciuitatē nō lōgē existentem oēm incinerauit, & ad quasdam Italiæ ciuitates venit, & nūc adhuc vbi exuffauit, manifestum est. Aristotel. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. chart. 527.

Terræ motus magnus in Lombardia fuit tempore Alberti magni circa tropicū hiemalē, & maxime medijs noctibus veniebat, & durabat p̄ dies quadraginta Et anno 1570. circa tropicum hyemalē fuit terremotus maximus Ferrariæ, qui per multos menses durauit, & multas illius ciuitatis priuatas domos, & publica ædificia destruxit. Alb. mag. de pass. aeris. c. 121. col. 1.

Terribilia supra omnia sunt terræmotus, fulmina, diluua, incendia, terræ hiatus. Eust. 3. moral. cap. 74.

Terrorem quod incutit, non est omnibus idem: est enim aliquid supra hominem, quod omni homini sanæ mētis incutit terrorem. At quæ hominem non excedunt, magnitudine differunt, eō quod magis vel minus efficiuntur, quæ fortis vir, vt homo, timebit quidem, sed vt oportet, & ratio præscribit, honestatis causa sustinebit, & feret, cū is sit virtutis finis. Arist. 6. ethic. cap. 6. c. 66.

Tertium adiacens in propositione est illud, quod propositionis terminos colligat, & propositio tres in vnum contrahit, cum tertio loco ponit, vt ante se terminum, qui dicitur, habeat. Mag. in l. de inter. c. 23.

Tertium prædicatum dicitur, non quia sit tertium prædicatum, sed quia est tertia dictio posita in enunciatione. D. Tho. in perih. c. 17. col. 1.

Testacea omnia sponte naturæ in limo diuersa pro differentia limi oriuntur. Aristotel. de histor. animal. 5. capit. 15. chart. 157.

Testa cooperta coeunt, vt quadrupedes retro mingentia, vt scilicet femina caudam supinam ex ponat, mas suam

super imponat, & applicet, & coire incipiūt iuxta terram ineunte vere, & cum ficus maturefcunt. Arist. de histor. anim. 5. cap. 7. c. 152.

Testata omnia habent ad cibum sumendum eandem partem, quam sanguinea. Arist. de part. ani. 4. cap. 5. c. 510.

Testatorum genera plura sunt, alia turbinata, alia bivalua, alia univalua. Arist. de par. ani. 4. cap. 5. c. 512.

Testata temperie aeris gaudent, patiunturque propterea frigus, & caloris exuperantiam. Aristotel. de part. ani. 4. capit. 5. chart. 515.

Testata se habent ab ortu naturæ, & plenilunijs vberius, non quod per id tempus copiosius pascantur, vt putant quidam, sed quia noctes sunt tepidiores propter lucē; calorem enim desiderant, quoniam frigori patent, vt quæ sanguine careant. Arist. de part. ani. 4. cap. 5. c. 515.

Testata omnia habent caput infra platarum modo. Arist. de par. ani. 4. cap. 5. c. 524.

Testata partim mollib. partim crustatis similia sunt; quæ enim foris terrenam pollident portionē, intus carneā, similes sunt crustatis; quæ eadē forma corporis cōstant mollibus similia sunt. Arist. de par. ani. 4. cap. 9. c. 527.

Testata an dormiant, nondum est manifestum secundum sensum. Arist. de som. & vig. cap. 1. c. 49.

Testata an coeant incertū est, & plurima non coire apertum est. Arist. de gen. ani. 1. cap. 14. c. 110.

Testata animalium comparatione, plantæ videntur: plantarum comparatione, animalia. Aristotel. de gener. animal. 3. cap. 11. char. 215.

Testati generis natura aliquando sponte consistit, partim aliqua ab ipsis emissa facultate: quāquam ea sæpe spontanea orientur constitutione. Aristotel. de gener. anim. 3. capit. 11. chart. 217.

Testata omnia, vt plantæ oriuntur. Aristotel. de gener. anim. 3. cap. 10. ch. 217.

Testata spōte nasci inditium est sub carinis nauium putrescente fece oriri, cum eorum oua nihil ad generationē profint. Idem ibid. cap. 11. c. 221.

Testæ duræ picis est, quia nunquā inuentum est ex molli, membrana testa eius crescens, vel generata, sed semper est dura, & non est curuabilis, sed comminibilis, & generaliter vocatur ostrea conchilia. Alber. mag. de ani. l. 4. tr. 1. cap. 1. c. 45. col. 4.

Testæ duræ animalium difficulter doctrina tradi potest; tum quia multorum genera sunt; tū quia nomina eorum non bene sciuntur; tum etiā, quia in diuersis locis diuersa sunt nomina, sed differentia eorum attenditur penes quatuor: primo in substantia animalis: secundo in diuersitate conchæ: tertio in modo motus: quarto in modo aperturæ, & clausuræ. Albe. mag. de ani. l. 4. cap. 3. char. 47. colum. 3.

Testæ duræ animalium substantia, alia est dura, alia est mollis, alia alba, alia nigra, alia rubea, alia longa, alia breuis, alia parua, alia magna, alia in se habet margaritam, alia non, licet conchæ omnes habeant aliqd de natura margaritæ. Alb. mag. de ani. l. 4. tr. 1. cap. 3. c. 47. col. 3.

Testæ duræ animalium in conchis diuersitas est, quia alia vnicam habent, alia duas, sed ultra duas conchas nullum animal habet plures conchas, alia est rotunda, alia oblonga, alia colūnalis, alia spissa, alia tenuis, alia in medio spissa, in fine tenuis, alia plana, alia aspera, alia lineata radijs, quasi de vno centro excurrentibus, alia alba, alia nigra, alia rubea, alia splendorē margaritæ hēt intus, & extra. Alb. mag. de ani. l. 4. tr. 1. c. 3. c. 47. col. 3.

Testæ duræ animalia, alia exeunt de suis conchis, alia manent in eis: & manentium, alia immobiliter hærent lapidibus, in quibus nascuntur; alia extendunt quædam membra extra concham, licet non in toto egrediantur. Idem ibid. colum. 4.

Testæ duræ animalia, alia nunquam aperiunt concham, alia claudunt, & aperiunt in vna parte tantum, alia in vtraque. Idem ibid.

Testæ duræ animalia in hoc conueniunt, quod habent testam ex suis primis generantibus materialiter, & efficiuntur. Albertus magnus de animalib. libr. 4. tract. 1. cap. 3. char. 48. colum. 1.

Testa piscium creatur ex homore viscoso secundum materiam, & coagulato calido sicco, & adurente, & affan te partes combustas, quæ sunt in salugine maris, & in alijs aquis, & cum humor est siccus, prolongatur columnaliter, & cum est flegmaticus, dilatatur, vt in pete; & cum mixtus est ex duobus ex rotundo defluit & dilatatur, vt conchæ conuenit. Albert. magn. ibidem cap. 6. char. 49. colum. 1.

Testæ duræ animalia marina non differunt in sexu. Alb. mag. de anim. lib. 4. tract. 2. cap. 4. char. 51. col. 3.

Testeum animal est marinum, pellis duræ, & ita spissam contrahit ex maris salitudine pellem, & duram, quod calor naturalis interius per poros respiraculum habere non valens est causa infirmitatis huius animalis, & tunc petit aquas dulces, in quibus subtiliata pelle pristina redditur sanitati. Alb. magnus de anima. libr. 24. cap. 1. chart. 199. colum. 2.

Testes, nec eiusdem naturæ sunt, cuius caro, nec multum a carne discedit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 13. char. 24.

Testes foemina omnibus interius sunt, maribus autem multiplici variant differetia; nam alijs testes nulli omnino sunt; alijs sunt, sed intus, & ijs, quibus intus, alij lumbis adhærent circiter sedem renum, aut aluo crediti sunt; alijs foris pendent, quibus genitale, aut aluo annexum sustinetur, aut demissum pender cum testibus, nec eodem modo omnibus aluo continetur, sed aliter ijs, qui ex aduerso mingunt, aliter ijs, qui ex auerso. Arist. de hist. anim. 3. cap. 1. chart. 68.

Testes nulli sunt piscibus, nec cæteris, quibus branchiæ, nec vlli serpentum, nec vlli, quod pedibus careat, nisi intra se animal formare possint. Idem ibidem.

Testes aues omnes habent, non tamen foris pendentes, sed qui intus pendent lumbis, quomodo quadrupedibus quoque ouiparis habentur, vt laceræ, testudini, crocodilo, & inter ea, quæ animal generant, herinaceo. quæ autem intus continent, ijs ad aluum nectuntur, vt delphino ex ijs, quæ pedibus vacant; vt elephanto ex ijs, quæ quadrupedes viuiparæ sunt. Cæteris conspicuos esse testes natura voluit. Arist. de histor. anim. libr. 3. cap. 1. char. 68.

Testes omnibus, quæ oua edunt, vel bipeda, vel quadrupeda sint, lumbis innexi intra septum continentur, vel candidiores, vel pallidiores venulis admodum tenuibus circumdant. Meatus de singulis singuli pertinent, eodemque coeunt supra ostium excrementi, vt in piscibus, qui meatus in minoribus latent; in maioribus, vt anseribus, cum recenter inierint, euidentiores sunt. Idem ibidem char. 69.

Testes, quibus parti priori commisi sunt, aut intus iuxta aluum conduntur, vt delphino, aut foris in aperto vltima aluo positi sunt: quibus intus sunt nulla pelle inuolutos habent; quibus foris, hæc coniectos in conceptaculum, quod Scrotum vocamus, gerunt. Arist. de histor. anim. 3. cap. 1. char. 70.

Testes omnibus gressibilibus viuiparis sunt ad hunc modum. Meatus duo venales ad capita testium de vena aorta præterdunt, & alij totidem a renibus eodem deueniunt, sed hi sanguinolenti, illi, quos mittit aorta, exangues sunt. A capite autem testium meatus excipit spissior illo superiore, atque neruosior, qui progressus per testem flectit sese inde, & caput eiusdem repetit: vnde rursum in idem coeunt, & in parte priore subeunt genitale. Qui caput repetunt, ipsi tam continua membrana obuelantur cum ijs, qui resident testibus, vt vnus esse meatus videantur, nisi membranæ diuortium feceris. humorem adhuc sanguineum continet is, qui residet, sed minus quam superiores. At qui

reuerfi ceruicem subeunt genitales, humorem iam habent candicantem. Quin etiam de vesica meatus perfertur, & se ad ceruicem applicat, quem veluti putamæ canaliculatum ambit id, quod penem vocamus. Arist. de histor. anim. 3. cap. 1. char. 70.

Testibus extractis meatus, qui ad testes tendunt, sursum se retrahunt. Arist. de histor. anima. 3. cap. 1. char. 71.

Testes nec pisces habent, nec vllum genus, quod pedibus caret, sed binos meatus habent, qui coitus tempore semine fetico implentur, & lacteum oes emittunt humorem. Colligunt hi sese in vnum caput, vt in auium genere vnitur, quod subeat. Arist. de hist. ani. 5. c. 5. ch. 150.

Testes auium grãdiores fieri tempore coitus certum est, sed salaciorum conspectiores sunt, vt gallinaceorum, & perdicum: temperatorum minus. Aristoteles de histor. animal. 6. cap. 9. char. 208.

Testes sunt omnibus auibus, sed intus lumbis adherent. Arist. de partib. anim. 4. cap. 12. char. 551.

Testes nulli pisces, nec intus, nec extra habent, nec serpentes, nec aliquod eorum, quæ pedibus carent, & eius vice meatum excremento, & generationi accommodatum eundem habent. Aristoteles de partibus animalium. 4. cap. 13. char. 555.

Testibus alia carent, vt pisces, & serpentes; geminos enim tantum meatus habent semini genitales præscriptos: alia habent quidem, sed intus lumbis adherentes, vt aues omnes, & quadrupedes, quæ oua gignunt: alia testes in aduerso habent, vt quæ animal gignunt, sed alia intus, vt delphinus; alia foris, & quæ foris gerunt, alia pendent, vt homines: alia annexos, vt sues. Arist. de generatio. anim. 1. cap. 3. chart. 99.

Testes non sunt necessarij: omnibus enim animalibus essent, sed cuiuspiam melioris notæ causa. Aristoteles ibidem cap. 4. char. 101.

Testibus quæ carent, propensiora ad venerem sunt. Arist. de generat. anim. 1. cap. 4. char. 101.

Testes anfractus habent, ne libido vehemens, crebraque citetur: motum enim excrementi genitales stabiliorum faciunt in viuiparis. Idem ibidem.

Testes habentur, vt intus, vel extra ab omnibus, quæ animal generant, præter quam ab herinaceo. Arist. de generat. ani. 1. cap. 5. char. 102.

Testium replicationem altera pars sanguinea est, qua recipitur materia feminis: altera exanguis, qua factum iam semen transit. Aristoteles de generat. animalium libr. 1. cap. 6. char. 103.

Testes intus habentur, quibus natura cutis præ sua duritia obstat, ne mollis, cutea, & ad complectendum habilis sit; alijs extra sunt, & his cuteum est operimentum, quod Scrotum vocatur. Aristoteles de generatio. animal. 1. cap. 12. char. 108.

Teste dextro, aut sinistro præligato generari, aut marem, aut foeminam, & item ex cætero altero teste idem accidere, qui putant, errant. Arist. de gen. ani. 4. ca. 1. ch. 226.

Testes nihil ad generationem, uel maris, uel feminæ conferunt, cum multa sint animalia, quæ testes non habeant, ut pedibus carentia, tamen marem, & foeminam generant. Arist. de generat. anima. 4. cap. 1. char. 226.

Testium metu cur vehementius dolemus? quoniam sentire maxime omnium possumus appendices testium: adde quod ibi maxima est voluptas; & ubi maxima voluptas, ibi maximus dolor. Alexander aphro. problemat. 2. num. 36. char. 736.

Testes gallorum gallinaceorum, quos lacte saginant, cur amplissimi, & concoctu facillimi efficiuntur? quoniam sanguis non modo serum in se continet, quod renes trahunt, sed etiam lentorem, quem sibi testes pro alimento hauriant, crassiorum vrina, tenuiorem sanguine, cuius speciem prope imitatur. Quem lentore ætate puerili ad totum corpus enutriendum natura dispensare solet: at pubertatis tempore colligit hunc ad testes:

Testes: quæ res testium amplificatione, & pilorum puberatis ortu palam est. & cum indiget natura iterum lentorem sanguini miscet, & ex eo lac efficit: & sic testes gallorum plus lactis hauriunt blandimento lentoris, quem suum in lacte comperunt, plenius augentur, & alentiores, & faciliores redduntur. Alexander aphro. problem. 2. num. 78. char. 760.

Testes necessarios esse ad generationem spermatis existimat Galenus. Aueroes in prim. de generatio. anima. cap. 7. chart. 108. colum. 1.

Testiculi perfectorum animalium sphericis sunt propter figuram, quæ competit figuræ cœlesti. Albert. mag. de veg. l. 1. tr. 1. cap. 11. ch. 125. col. 3.

Testiculi virorum musculos habent quatuor, vt eos custodiant, ac eleuent, nec laxet: quilibet enim par vnum habet proprium. Idem de anim. l. 1. tr. 2. cap. 16. ch. 15.

Testiculi mulierum duos tantum musculos habent, quia cum non sint suspensi testiculi, nec in exterioribus, vnus musculus vtrique sufficit. Alber. mag. de anima. libr. 1. tract. 2. cap. 16. chart. 15. colum. 4.

Testiculi plures venas in se habent, & creati sunt ex carne alba glandulosa dura replente inter complexiones neruorum venarum, & arteriarum, & similis est carni mamillæ, & sic reddunt album sperma ex sua albedine, vt mamillæ lac. Albertus magnus de anima. libr. 1. tract. 2. cap. 24. char. 21. colum. 2.

Testiculus dexter, nisi per accidens sit destitutus, fortior est ad formandum sperma. Alber. mag. de anima. libr. 1. tract. 2. cap. 24. char. 21. colum. 3.

Testiculi magis pendent in animalibus calidioribus, vt semen ascendens temperetur. Alber. mag. de anim. libr. 2. tract. 1. cap. 3. char. 31. colum. 1.

Testiculis carent animalia quædam sanguinem habentia; quædam habent testiculos intra in locis diuersis corporum suorum, quoniam quibusdam applicantur supra spondilia renum, quibusdam spondilibus ventris, quibusdam sunt suspensi extra absoluti applicatione ad aliquod membrum, sed sunt per se. Albert. mag. de anim. libr. 7. tract. 2. cap. 3. ch. 34. col. 4.

Testiculi sunt à natura facti, non propter necessitatem, quia pisces non habent, sed propter melius, id est, vt sint spermatis vasa. Albertus magnus de animalib. libr. 15. tract. 1. cap. 3. char. 126. colum. 3.

Testimonia manifesta in obscuris adducenda sunt. Arist. in 2. ethic. nicom. cap. 2. char. 33.

Testimonij certis in rebus incertis vtendum est. Arist. mag. moral. 1. cap. 6. char. 280.

Testes sunt duplices, alij antiqui, vt poeta; alij noui, & horum, alij periculi participes, alij expertes. Aristotel. in prim. rhetor. char. 92.

Testes longinqui certissimi sunt, quia incorrupti. Arist. in prim. rhetor. char. 63.

Testimonia alia de seipso, alia de aduersario, alia de facto, alia de moribus. Arist. in 1. rhetor. char. 63.

Testimonium est rei cognitæ voluntaria confessio. Arist. rhetor. ad Alexandrum, cap. 15. char. 209.

Testis aut probabilis, aut improbilis, aut ambiguus est, si suspectus demonstrandum est non gratia, non cruciatu, non lucro aliquo mendacij quicquam testificaturum. Arist. rhetor. ad Alexan. cap. 15. char. 209.

Testi qui contradicit, improbum eum esse dicat, & videndum an ei sit amicus, aut negotij particeps, aut si contra quem testificatur inimicus, aut pauper. Arist. rhet. ad Alexan. cap. 15. char. 209.

Testis, & Iudex differunt, quia testis testatur veritate conclusionis, & Iudex testatur veritate syllogismi eum concludentis. Auer. in 2. rhetor. cap. 18. ch. 52. col. 1.

Testimonia in rei gestæ narratione consistunt. Boetius in topic. Cicer. lib. 6. char. 850.

Testudo oua bicolora teste durioris edit, quale est ouum auium, quæ defossa, & terra cooperta, ac pauca, & com-

planata incubat crebrius repetens, foetumque sequenti anno excludit. Arist. de histo. ani. 5. cap. 33. char. 192.

Testudines marinæ egresse in terram oua pariunt, & defossa, & cooperta incumbant noctibus: ouorum numerus maximus est: nam ad centena pariunt oua. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 13. char. 192.

Testudo cum viperam ederet, mox cunilam edit, quod cum ita sæpius factum aduertisset, quidam herbæ euulsi, quo facto testudio interijt. Aristoteles de historia animal. 5. cap. 6. char. 324.

Testudini solæ in corticato genere est vesica, quia maxime pulmonem carnosum habet, marinæ ampla, terrestri exigua admodum. Aristoteles de partibus animalium 3. cap. 8. char. 490.

Testudo, quam Luliam vocant, caret vesica, & renibus. Arist. de partib. anim. 3. ca. 9. char. 490.

Testudines corde ablato faciunt motum. Arist. de iuuen. & senect. mor. & vit. & resp. cap. 7. char. 302.

Testudines cum viperam comederint, mox cunillam deuorare autumant, quam si celeriter non inuenerint, moriuntur. Arist. de admir. aud. nu. 10. char. 841.

Testudines habet Indicum mare ita latas testas habentes, quod paucæ earum in testeo posite hominibus sufficiunt ad hospitium, & aliquando in illis nauigant.

Hæ testudines (vt ait Plinius) capiuntur, quia in feruore Solis gaudentes toto dorso non recte natant in maris superficie, donec ita exsiccantur, quod mergi non possunt, & tunc inuitæ natant, donec manibus accipiuntur videntur.

Aliqui aiunt nocte exire ad pastum, & quod saturatè obdormiunt in aquæ superficie, & duo vertunt testudinem, & tertius iniicit capiti laqueum, & sic trahunt ad terram. Dentes non habet, sed tanta est eius durities in ore, vt etiam lapides comminuat: ouant in terra centum oua similia anserum ouis. Coeunt pecudum more, & aiunt foeminam non ita facile coitum sustinere, donec masculus aduersæ feminæ festucas in ore posuerit. Educunt fetum anni spatio, & inducunt in aquam. Albert. mag. de anim. libr. 24. chart. 199. colum. 2.

Testudo est vermis de putredine herbarum, & viscoso rore generatus, & inuenitur alba, rubea, crocea, & nigra: cuius viscositas terrestris in gyro durefcit in testam, in quam habitat. Si serpentis veneno infunditur, per herbam sibi notam medetur. Sale super eam iniecto, tota fere in viscositate conuertitur. Alber. mag. de anim. libr. 26. char. 205. colum. 3.

Thales Princeps philosophiæ fuit: aquam omnium principium esse asseruit. Aristoteles in prim. metaphysico. sum. 1. cap. 1. chart. 11.

Thales Milesius primus Lunæ defectum inuenit. Ammonius in prædicamen. char. 74.

Thales primus fuit, qui historiam de natura Græcis edidit, & patefecit. Simpl. in 1. phys. char. 6. col. 2.

Thales Milesius terram manere dixit, quia incidit super aquam. Simp. in 2. de cæl. tex. 78. com. 153. ch. 78. col. 3.

Thales, & Hyppon vnum principium, finitum, & mobile dixerunt, aquam scilicet. Ioannes grammat. in primo physic. char. 5. colum. 3.

Thales primus ex septem sapientibus fuit indagator rerum naturalium, cum alij circa moralia elaborarent. D. Thom. in 1. de ani. lect. 5. tex. 32. char. 7. col. 1.

Thales dicitur Princeps speculatiuæ philosophiæ, quia ipse inter poetas theologos transtulit se ad speculandum rerum naturalium causas; & alij sapientes circa moralia occupabantur. Alexander de Ales in primo metaphysico. chart. 13. colum. 1.

Thalia insula est in Thyrenæ prouinciæ mari, in qua ex eadem minera metalli antea æs effodiebatur, ex quo omnia fabrilia confecta esse aiunt, postmodum minime id impetrasse, & longo elapso tempore in eodem metallo ferrum repertum est, quo nunc Thyreni incolæ

vtuntur.

vtuntur. Aristotel. de admir. aud. num. 89. c. 856.
Themistius hanc paraphrasim in Aristotelem conscripsit hac spe, vt non sit futurus sermo cum imperitis mathematicarum scientiarum. Themist. in 3. physicor. text. 26. char. 29. columna 3.
Themistius Euphrades predicamentorum ab Aristotele conscriptorum verba apertius transferre contendit. Simpl. in præd. c. 1.
Themistii, & Theophrasti via de anima non est abiicienda, si ab Aristotele in dictis recedere nolumus. Albert. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 5. char. 37. col. 3.
Theologicæ qui naturas, ac rerum essentias peruestigat, differere dicitur. Ammon. in Porph. c. 3. col. 3.
Theologia ex Italica Academia mirifice exercebatur, & colebatur. Pfell. in 1. physicor. c. 1.
Theologica maxime manifesta parum intelliguntur: mathematica maxime intelliguntur: naturalia certum, & firmum raro habent intellectum: quia diuina sua luce nostrum superat intellectum; mathematica intellectui proportionata in se, & intellectui, & lumini intellectus permixta sunt: naturalia propter priuationem, & materiam, & motum ab intellectualitate cadunt. Alb. mag. de intel. & intel. trac. 3. cap. 2. c. 53. col. 1.
Theologica signa considerant, quorum congelati sunt spiritus, & non bene elati propter frigus inspissans. Albe. mag. in 1. metaph. trac. 1. cap. 5. c. 57. col. 3.
Theophrastus traditur addidisse primum librum metaphysicæ, qui incipit, Omnes homines scire desiderant & ideo in Arabicis translationibus non inest primus liber. Alb. mag. in post. c. 72. col. 1.
Theorema compositum in iis esse conspicitur, quæ per antecedentes rationes probantur, cum id, quod ex aliquibus collectum est, sumptum est vt conclusio cum aliquo, vel aliquibus & rursus ipsum quicquam aliquid collegerit, & quæ ipsum id collegerunt, cum quo vel cū quibus ipsum id aliud colligit etiam ipsa idem colligunt. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 26. c. 49. col. 3.
Theoremata priora principia sunt, & propositiones sunt posteriorum. Ioan. Gramm. in prim. posterior. cap. 7. chart. 17. columna 2.
Theorema primum, & secundum Euclidis demonstratum est, reliqua verè syllogizata, non autem demonstrata. Io. gra. in 1. post. cap. 8. c. 20. col. 2.
Theoremata circa vnum genus sunt, quæ constant ex iisdem, & primis principiis. Ioan. gramm. in 1. posterior. cap. 23. char. 50. colum. 4.
Theoricam intrantia omnibus mēbris principalibus profunt. Dictanium cordi, Eupatorium iccori, Scolopendrium lienī, Petrapium ori ventriculi, Hysopus tranverso septo, & pulmōni, Inula campana renibus, Ruta laxo intestino, Gentiana cerebro, Sefeli vesicæ. Viperaurum carnes contra omnia venena auxiliantur, & contra omnem illatam iniuriam. Alexand. Aphrod. problem. 1. num. 152. char. 723.
Thesis est, quæ de re cæteris circumstantiis nuda quærit, ac differit. Boet. de dif. top. l. 1. c. 859.
Thesis philosophiæ, hypothesis oratoribus attributa est. Boet. de dif. top. l. 1. c. 859.
Thesis in quatuor diuiditur species, in genus, accidens, differentiam, & proprium. Boet. de dif. top. l. 1. c. 859.
Thesis à dialectico consideratur, quæ est quæstio sine circumstantiis. Boet. de dif. top. l. 4. c. 880.
Thesius fluuius nascitur de monte Caucaſo, & fluit in mare Ponticum. Alber. magn. de natur. locor. tractat. 3. cap. 3. char. 102. colum. 4.
Thettides fluuius nascitur ex tribus fontibus in campis Siretīs, cum illi tres omnes in vnum conueniunt, & fluit per milliaria 842. & cadit in mare Caspium. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 1. c. 101. col. 2.
Thetrix, quam Athenienses Vragem appellant, nec arbori, nec terræ suum nidum committit, sed fructici. Arist.

de histor. animal. 6. capit. 1. chart. 195.
Thophi, vel terre sunt coloris, vel albi, vt pumices; & generantur ex terra, in qua spumat aqua eidem terræ mista. Alb. mag. in 1. de min. ex tract. 2. cap. 3. c. 137. col. 2.
Thophi omnes ita sunt frangibiles, & minus, vt modico instrumento incisibiles sint. Idem ibid. col. 3.
Thorax est ea pars, quæ a collo ad pudenda vsque trunca pertendit. Arist. de hist. ani. 1. cap. 7. c. 18.
Thorax parte priore, & posteriore constat. Arist. de hist. anima. 4. cap. 12. char. 23.
Thunnus mas differt à fœmina, eò quod fœminæ pinnula iuncta sub ventre est, aphareus nuncupata, quæ mari deest. Arist. de hist. ani. 5. cap. 9. c. 156.
Thunni, & Limariæ in Ponto pariunt, nec vsquam alibi. Arist. de hist. ani. 5. cap. 10. c. 157.
Thunni plusquam bienio viuere non possunt propter nimiam pinguedinem. Arist. de hist. ani. 6. cap. 17. c. 223.
Thunni, & scombrī coeunt mensē Februario post idus, & pariunt Iunio ante nonas: edunt sua oua condita quasi vitulo. Arist. de hist. anim. 6. cap. 12. c. 223.
Thunni latent in altis gurgitibus hyeme, & pinguescunt à latibulo maiorem in modum, Primadæ quoque in ceno se abdit. Arist. de hist. ani. 8. cap. 15. c. 293.
Thunni maxime omnium piscium gaudent tepore, ideo super mare natant. Arist. de hist. ani. 8. cap. 19. c. 300.
Thus est arbor, & gummi. Albe. magn. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 34. char. 16. colum. 1.
Tibiam tam in laborando, quam in fruendo adhibere solemus, vt laborantes minus angamur, vt fruentes magis oblectemur. Arist. probl. sect. 19. nu. 1. c. 511.
Tibias qui pilosas habent, venerei sunt; referuntur ad hircos. Arist. physio. cap. 10. c. 353.
Tibiæ genu propinquior. Aristotel. in 9. Ethicor. nicom. cap. 8. chart. 229.
Tibiam Mineruam abieciſſe dicunt ob deformationem oris, sed melius dicerent, si ob id eam abieciſſet; quia nihil confert ad intelligentiam, & mentem, cum scientia, & ars Mineruæ attributa sit. Aristote. in 8. politic. cap. 6. chart. 770.
Tigris de monte Caucaſo nascitur, & est quasi violenta eius natiuitas, quia natus æstiuus temporibus sub humo de superioribus Aethiopiæ currere videtur, quod probat cespitis viriditas in loco cursus sui, cum alibi sint arida loca: ideo latere ibi videtur, & subito oritur ideo ortus eius non certe comprehenditur, quia de obscuritate terræ promit, & currit per milliaria 883. & mergitur in sinum Persicum iuxta oppidum Aeuge. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 1. c. 101. col. 3.
Tigris animal est in Hircanorum generatum regionibus, miræ velocitatis, & ferocitatis: ad quantitatem canis leporarii, & amplius excrescens: varium, nigri coloris, fuluis virgulis, quasi vndatim interceptis, vnguium vnicorum, & acutorum dentium. Alb. mag. de anim. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 183. col. 1.
Timæus multa, & finita, & immobilia principia posuit, Deum scilicet, ideam, & materiam. Ioan. gramm. in 1. physicor. char. 5. colum. 3.
Timidi sunt, qui loca feruida incolunt: fortes, qui gelida, quoniam natura contra quam loca, & tempora se habet, quoniam si se similem ageret, cito periret. Sunt autem fortes, qui calida sunt natura: timidi, qui exanguis, refrigeratique sunt. Fit igitur, vt qui loca calida inhabitant, refrigerati sint: qui frigida, concalescant; vtrique tamen corpore magno adoleſcunt: nam inſito calore abundant, qui frigida colunt: & calore loci fouentur, qui calidi: frigus enim vim cōstringendi habet, & cōſtipandi: calorem autem incrementum sequitur. Et cum alteri principium inter se vehemens augendi obtineant, alteri, nullo extremo frigore impediuntur, merito vtrique augeri possunt plenius. At nostræ regionis homines minus crescunt, quod & principium illud

illud in se imbecillius continent, & frigore aliquantisper constipantur. Aristot. problemat. sectio. 14. numer. 8. chart. 484.
Timidi signa: pili molles, corpore inclinatus, non erectus, suræ sursum contractæ, circa faciem subpallidus, oculi imbecillæ, & nimium conuientes, extrema corporis imbecilla, & crura parua, manus longæ, & graciles; lumbi parui, & imbecilles: figura contenta: in motibus non temerarius, sed supinus, & stupefactibilis: mos, qui est in facie, facile mobilis, mēstus. Aristotel. physio. cap. 6. chart. 339.
Timentes inſtigidantur secundum superiora, & calidum fugiens, & contractum facit motum, in paruum contractum, ita vt aliquando extinguantur animalia, & moriantur propter timorem, & propter passionē morbosam. Aristotel. de iuuent. senect. mort. vit. & respir. cap. 15. chart. 329.
Timidus non est quis, & si vxoris filiorumque contumeliam, vel inuidiam timet. Aristotel. in 3. Ethicorum, capit. 6. chart. 64.
Timidus est, qui, quæ non decet, metuit. Aristote. moral. eudem. 3. cap. 2. ch. 412.
Timemus terribilia, quæ, vt simpliciter dicamus, mala sunt. Arist. in 3. ethic. cap. 6. c. 64.
Timorem mali expectationem definiunt. Aristotel. in 3. ethicor. cap. 6. char. 64.
Timere quædam honestum est, & non timere turpe est, vt infamiam: qui enim eam timet, modestus, & verecundus est; qui non timet, impudens. Arist. in 3. ethic. capit. 6. chart. 64.
Timoris peccata sunt cū timemus, vel ea, quæ non oportet, vel non sicut oportet, vel quando non oportet, vel aliquid huiusmodi, & sic circa ea, quæ fiduciam afferunt. Arist. in 3. ethic. cap. 6. c. 66.
Timoris duplex est species. Vna cum verecundia, & pudore, qua vtuntur ad partes filii modesti, & ciues bene morati ad beneuolos gubernatores. Altera cum inicitia, vt serui ad dominos, & ciues ad tyrannos iniustos. Arist. œconom. 2. cap. 2. c. 787.
Timor est ex expectatione mali prouenientis ægritudo, quæ est ob periculoſi mali ad salutem spectantis expectationem: cuius contraria est fiducia. Eustr. in 2. moral. cap. 1. char. 92.
Timor est dolor ex terribiliū rerum expectatione. Eust. in 2. ethic. cap. 1. c. 92.
Timor est refrigeratio sanguinis. Mich. Ephes. de memo. & reminif. char. 9. colum. 2.
Timor superiores corpus refrigescit, quia calor congregatur ad custodiam cordis. Michael Ephes. de respiratio. chart. 45. column. 1.
Tumiditas, quæ est cordis debilitas, definitur per res formidatas, & quæ non sunt sufficiens causa timoris, siue formidinis, tamen tolerari non possunt. Albe. mag. de mot. ani. l. 1. trac. 2. cap. 6. c. 44. col. 2.
Timiditatem sequitur remissio caloris naturalis, & dominium frigiditatis. Alb. magn. de motib. anim. l. 1. tract. 2. cap. 6. ch. 44. col. 2.
Timoris causa est, quia aliquis cum percipit aliquid timibile, statim fit reuocatio caloris, & spiritus ad interiora, & remanent partes exteriores in frigiditate, & ideo tremunt, & timent, & talia sunt quædam passionēs, & alterationes. Diuus Thomas de anim. mot. lect. 6. char. 53. colum. 2.
Timor est turbatio propter phantasmam futuri mali. D. Tho. in 5. pol. lect. 4. ch. 74. col. 3.
Timor liber, & feruilis differt; quia liber est, quo aliquis timet amittere bonum, honestum, & secundum rationem: feruilis est, quo aliquis timet amittere bonum secundum corpus, vel pati malum secundum seipsum. Diuus Thomas in 7. polit. lect. 9. char. 114. colum. 1.

Timor duplex: aut malum doloris futuri: aut turpitudines formidat: ille timor, hic pudor appellatur. Dan. Barb. in 2. rhet. cap. 3. ch. 112.
Timor est translatio causata ex comprehensione mali futuri constantis, vel corruptæ. Pet. de aluer. de iuue. senec. vit. & mor. & resp. l. 18. c. 81. col. 2.
Timone paululum transposito multa fit prorsus transpositio. Arist. de ani. mot. cap. 5. c. 88.
Timotheus Atheniensis dū bellum aduersus Olynthios gereret, & argento indigeret, es percussit, & militibus distribuit: quibus indignantibus edixit mercatoribus, vt eo nummo omnia vendere, & emere possent, & quibus æreus nummus relinqueretur ad se referrent, & pro ære argenti tantundem acciperent. Arist. œconom. 2. char. 816.
Timotheus apud Coreiram bellum gerens, & laborans inopia, & militibus stipendium efflagitantibus concione aduocata dixit; argentum propter aduersas tempestates ad se ferri nequiuisset, sed quod antea illis trium mensium stipendium dedisset, hoc se nunc illis impune, & gratis remittere tantam sibi eius copiam adesse: quod credentes milites quieuerunt, nec mercedes efflagitarunt, donec gefit, quæ voluit, & dum Samum obsidet, omnes fructus, & prouentus, ex agris Samijs vendidit, & eam pecuniam militibus dedit. Idem ibid.
Timotheus Atheniensis, cum rerum, quæ ad viuendum necessaria sunt, in castris penuriam cerneret propter eos, qui adueniebant, quicquid tritici veniale habendum erat, molere vetuit, nec idem dimensum vendere medimno minus, neque item de liquoribus partem vllā ea mensura minorem, quæ proprie metreta vocabatur. Ergo ipsorum ordinum duces, & qui matipulis præerant, quæ acuatim congesta emerant ea minutatim militibus distribuebant, & qui ventitabant fecerant, quæ necessaria erant ad victum; qui deinde abeuntes vendebant, si quod residuum foret: quo euenit; vt victu milites abundarent. Aristotel. œconom. 2. char. 817.
Tinea oriuntur præcipue lanis puluerulentis; ac etiam magis, si araneus vna includitur, & in tunicis thicæ nascuntur, in cera vetusta, & in chartis. Arist. de histor. anim. cap. 32. char. 191.
Tinea vermis est a tenendo dictus, quia de exhalatione corruptæ lanæ oritur, & ipsam lanam rodit, & pilos. Alb. mag. de ani. l. 26. c. 205. col. 3.
Tingibile nihil est, quod non fiat mollius madefactum. Arist. in 4. meteor. su. 3. cap. 2. tex. 43. c. 578.
Tingibilia sunt, quæcunque terræ existitiam habent meatus maiores aquæ molibus, existentibus aqua durioribus. Arist. in 4. meteor. su. 3. cap. 2. tex. 43. c. 578.
Tinguntur multa floribus, & terra nascentibus, & radicibus, corticibus, lignis, foliis, fructibus, terra, spuma, & atramento, & animalium succis: alia vino, fumo, iuxiuo, mari, vt maritimorum pili, quia a mari ruffi sunt. Arist. de colorib. char. 884.
Tirus serpens pugnat cum edo, & porco, & ambo terram comedunt. Alber. Mag. de animal. lib. 8. tract. 1. cap. 3. char. 73. colum. 4.
Tirum dicunt esse serpentē circa Iordanis solitudinem; & est in Italia in Apenino, sana membra inficit: infecta a veneno prohibet: & qui apud nos abundat, est diuorum, vel trium cubitorum: niger, rubeas duas lineas habens a lateribus dorſi, & incedit erectus pro tertia sui corporis parte: & est velocissimus: saltans cum ardetur ad longitudinem decem pedum, & est infestus aibus. Aliud genus Tiri venosum est ordinis primi, ex quo fit tyriaca: in Aethiopia sub canero se expoliat, & peior in hoc genere est paruus cubitalis longitudinis, cuius pectus est hispida pilosa, & morsus putrefacit corpus in circuitu, & occidit. Alber. Magn. de ani. l. 25. char. 203. col. 1.

Titillatio est risus per eiusmodi motum partis, quæ illam complet. Arist. de part. ani. 3. cap. 10. c. 495.
Titulus est index cuiusque operis, ut eum non præsentibus iis, qui bene egerunt, virtus eorum cognita, & per spectata sit. Dan. Barb. in 3. rhet. cap. 24. c. 190.
Tolerare in resistendo consistit. Aristotel. in 7. ethicor. nicomac. cap. 7. char. 174.
Tonitruum in nubibus est sonitus propter illud, quod extinguitur in ipsis. Arist. in 1. post. l. 2. cap. 9. t. 8. c. 366.
Tonitruum fieri dicebat Pythagoras, minarum gratia iis, qui sunt in tarrato, ut timeant. Arist. in 1. post. lib. 2. cap. 11. tex. 10. c. 370.
Tonitruum fit, quando exhalatio, quæ in flammam conuertitur, feratur, cum rumpuntur, & exsiccat ligna: sic in nubibus, cum fit spiritus excretio in spissitudine nubium incidens facit tonitruum. Aristotel. in 2. meteor. sum. 3. cap. 1. c. 534.
Tonitrua non fiunt serenitate existente, nec coruscationes. Arist. in 2. meteor. sum. 4. cap. 2. c. 535.
Tonitruum est status in nube implicitus crassa, & humida, continuatum nubis spissamentum perfringens violenta eruptione, modo haud ab simili spiritus vehementer in aqua impulsus. Arist. de mund. cap. 3. c. 818.
Tonitruum non fit nisi ex vapore adusto, qui in ipsa sui elevatione incipit inflammari, ideo præcipue fit in æstate, & tempore magni æstus. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 3. cap. 24. c. 109. col. 3.
Tonitruum, & coruscationis generatio non fit, nisi frigore fortissime impellente nubem aqueam, & comprimente vaporem, quod tempore maximi caloris tantum fit. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 3. cap. 24. c. 109. col. 3.
Tonitrua, & huiusmodi impressiones generantur in regione altiori, quam impressiones humidae, & maiora altius generantur, quam parua; cuius rei signum est tepus, quod interponitur inter visum coruscationis, & auditum tonitruum, & materia est humidus grossus humor aquæ habens terrestre glutinosum non facile separabile: quia hoc igne adurente magis comprimitur, & spissatur in nube. Alber. magn. in 4. meteor. tract. 3. cap. 24. char. 109. colum. 3.
Tonitruum materia alia est, ut alius est locus suæ generationis: materia est vapor siccus valde calidus, qui de facili inuaditur; locus est nubes aquosa concaua. Albe. mag. de passio. aer. char. 120. col. 2.
**Tonitruum sonus tribus modis fit. Primo cum expressione violenta exprimitur vnum ab altero. Secundo, cum paulatim vapor scindens nubem suam, in qua est euolans, aliam nubem inuenit siccam contractam, & impingit in illam, & ex collisione facit sonum, quandoque cum coruscatione. Tertio egreditur vapor paruus, & rarus, & inflammatus ex nube tenui, & non multum aquosa, & tunc videtur ignis, ut flamma alba per multum fumum, & in propria nube non facit sonum, sed si obuiat ei nubes aquosa flamma extinguitur in illa nube, ut morem faciendo, ut ferrum candens in aqua. Idem ibid.
**Tonitruum tripliciter egreditur a propria nube, ante inflammationem, in ipsa inflammatione, & post. Ante quidem cum incipit comprimi in profundum acumen sui eo, quod siccus est, & penetrat nubem, & egreditur ad aerem, & commouet ipsum fortiter, vel debilitat secundum virtutem suam: ideo ante tonitrua fiunt venti calidi, & fortes. In ipsa inflammatione quandoque vterque est rarus, & debilis, & tunc quia non inuenitur resistens egreditur sine sono, vel vento, qui a nobis auditur, ut in æstate. Post inflammationem: tunc pullando latam nubem facit sonum, sed antequam pertranseat, extinguitur, & sonus auditur sine coruscatione. Idem ibid.
Tonitruum tempus aliud est in frigidis, aliud in calidis regionibus, quia in 5. 6. & 7. raro fortiter tonat, nisi So-****

le accedente ad tropicum æstiuum, eo quod tunc fortior est, & eleuat vaporem in calidis scilicet 1. 2. 3. & 4. generantur tonitrua in æquinoctialibus Sole existente punctis. Idem ibid. c. 121. col. 1.
Tonitrua cum audiuntur in signis hyemalibus, tunc est initium veris, & forte per totum annum erit multus vetus, quam in alio anno, quia est signum multam esse in aere materiam. Idem ibid.
Tonitruum non diuidit corpora sonitu, sed spiritus exhalatione segregata a nube. D. Thom. in 3. meteorol. lib. 2. chart. 171.
Tonus diuiditur in duo semitona inæqualia. D. Tho. in 10. metaph. l. 2. tex. 4. ch. 588.
Topatium fit ex lucido perspicuo, quod superducitur tenui, & modico vapore aqueo incenso. Alb. mag. in 1. de min. ex trac. 2. cap. 2. c. 137. col. 1.
Topatium auri similitudinem præterdit: vna species est similis auro, & preciosior: alia crocea, & magis tenuis coloris, & hæc vilior: in aquam bullientem si immittitur, ita deferuere facit, ut statim manu immissa extrahitur: valet contra hemorrhoidicam passionem, & speculum concauum est. Idem in 2. de min. ex tra. 2. cap. 18. char. 141. col. 4.
Topica duabus constat rebus: altera est rerum scientia, & methodorum, quibus constructur: altera est exercitatio illarum institutionum, ita ut illorum exercitium reddatur habitus. Auer. in top. 1. cap. 1. c. 254.
Topicus fugere debet sextum locum problematum, quod quandoque insit vel non, quia sophisticus est, & si in eum incidit, debet distinguere omnia eius significata, & nec sequens hunc locum septimus scilicet in veritate est locus topicus. Auer. in top. 2. cap. 2. c. 270.
Topica est iuuatiua, & licita in aliis scientiis: in scientia autem diuina prohibita est. Auerro. ex destr. destr. disp. 3. chart. 26. columna 2.
Torpedo pisces, quos appetit ea facultate, quæ est in corpore suo, & retardos, pro stupore capit, & vescitur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 37. c. 347.
Torpedo est piscis, quem stupefactorem appellamus. in limo occultatus accedens pisciculos corripit & deuorat, & tangentem, nisi celeriter retrahatur, stupefacit. Alb. mag. de ani. 24. cap. 1. c. 199. col. 3.
Torpefcimus manus potissimum, & pedes, quia torpor refrigeratio est, fit enim propter sanguinis priuationem translationemque. Manus autem, & pedes, omnium maxime partium carnis inopes sunt, & nerui vberes, sed præcipue pedes. Itaque ad refrigerandum celeriter sua natura habiles redduntur. Aristot. problem. sect. 6. cap. 6. char. 410.
Torrída plaga inhabitabilis est secundum totum, quia solis radij reflectuntur ad angulos rectos, ac in seipsam reflectitur: & in se ipsum reflexus est in causa adustionis, at hoc bis in anno accidit, ergo bis in anno aduritur. Albert. Magn. de natur. locor. distinct. 1. cap. 6. char. 94. colum. 4.
Torrída plaga secundum totum inhabitabilis est, quia circulus signorum arcus est, & chordæ eius parua iuxta puncta, quæ attingunt duos tropicos: viginti enim gradus ultimi Gemorum parum distant a viginti gradibus Cancri, & si ducerentur chordæ a gradibus ultimis Gemorum ad gradus Cancri primos sibi mutuo per comparationem respondententes, essent chordæ breues, quæ subtenduntur arcibus sphericis, eo quod circulus signorum ibi ostenditur a puncto tropico, & descendit ab eodem. Et Sol, cum vadit in 40. dictis gradibus, quasi stare videtur in eodem loco: & statu suo continuo exurit habitationem, & sic in viginti ultimis gradibus Sagittarii, & viginti primis Capricorni, qui bus accedit, & recedit ad tropicum punctum hyemalis. Incendit igitur, & exurit habitationem in inhabitabilemque reddit: & cum sunt duo calidissima, non est

est temperatum medium, quia temperatum medium est inter frigidissimum, & calidissimum, ergo medius locus est habitabilis. Alber. Magn. de nat. locor. dist. 1. cap. 6. char. 95. colum. 1.
Torrída plaga inhabitabilis est secundum totum, quia ibi mare est, cui cum radij Solis incidunt, & stellarum, diuariantur, & ex politione & tersione aquæ, & a frigiditate aquæ calor excitatus a radiis Solis expellitur ad littora, & calurrit, & reddit locum inhabitabilem: nec non comectura probatur, quia loca illa, vbi declinatio est parua a tropico æstiuo, valde calida sunt in æstate, & quasi intolerabilis caloris, & hyems temperata sine gelu, sicut loca tertii climatis, cuius latitudo est triginta graduum. Tanto magis erunt calida ea loca, quæ Solem supra ipsam perpendiculararem bis in anno habent. Præterea omnis complexionati oportet esse habitationem temperatam, & non esse temperatam nisi inter duo contraria imtemperata, & ideo non esse habitationem aliquam, nisi inter inhabitabilem propter frigus in parte vna, & inhabitabilem per calorem in parte alia. At sub polis necesse est esse inhabitabilem propter frigus, igitur inhabitabilem propter calorem æquinoctialem terræ partem necesse est, cuius contrarium videtur: quia multi homines habitant inter tropicos, & libri philosophorum de aëtris ibi degentium venerunt ad nos. Alber. magn. de natur. locor. distinct. cap. 6. char. 95. colum. 1.
Torrída plaga habitabilis est, quia Sol in obliquo circulo est causa generationis per excessum, & causa corruptio nis per recessum. Oportebit igitur ibi potissimè esse generationem, vbi æqualiter accedit, & recedit, & hoc fit sub æquinoctiali. Alber. magn. de natu. loc. dist. 1. cap. 6. char. 95. colum. 2.
Torrída plaga habitabilis est, quia Solis accessus proximus facit calorem, & recessus frigus. Est autem medium inter calidum, & frigidum temperatum, ergo in medio accessu, & recessu loca illa erunt temperata, & habitationi congrua. Præterea stellarum effectus, fortissimus est in loco, in quo multiplicatur maxime radij eorum, & hoc est in vijs planetarum, & vis stellarum est in generatione, ergo in illis est potissime generatio, quæ non esset, nisi in locis generatorum, ergo ibi habitatio est congrua. Alb. mag. de nat. loc. tra. 1. cap. 6. char. 95. col. 2.
Torrída plaga sub tropico æstiuo non est delectabilis habitatio semper, sed aliquando delectabilis, aliquando laboriosa: sub æquinoctiali autem, & continua, & delectabilis, quia non figitur diu radius Solis, & si perpendiculariter incidit. Albe. mag. de natur. loc. dist. 1. cap. 6. char. 95. col. 2.
Tortuca si comedat viperam, postea comedat organum agreste, calore herbæ frigiditatem veneni vincit. Alb. mag. de anim. l. 8. tr. 2. cap. 2. ch. 74. col. 4.
Tortuca maris est id, quod vulgus melitem appellat, nigerrima, & disponitur, ut tortuca terrestris, nisi quod est valde magna, ut octo cubitorum inueniatur, & scutum dorsi eius quinquæ cubitorum: crura longa, & digitos, & ungues fortiores habet, quam leo. Tres homines inuadere non formidat, sed si in dorsum ponatur, inualida efficitur, quia furgere nequit. Albert. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 199. col. 3.
Tortuca non est serpens, sed aliquid figuræ serpentis, habet in dorso scutum, & in ventre, & si magna est, habet scutum in capite, & quatuor pedes habet. Est pellis scabrosæ, ut lacerta. est alia marina, alia terrestris, & neutra est venenosa: & inter cætera ouantium vesicam habet. Alber. mag. de anim. l. 25. c. 202. col. 4.
Tostio est, cum non fit assatio propter defectum caliditatis, quæ accidit, aut propter paucitatem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ, quæ est in eo, quod affatur. Arist. meteo. 4. su. 1. cap. 4. tc. 27. ch. 568.

Totum, & pars an sint vnum, vel plura considerandum est: & si plura quomodo plura, & eadem ratio est de partibus non continuis, & si toti vtraque est, ut in diuisibile, quia & ipse sibi ipsis. Arist. phys. 1. ex sum. 1. cap. 3. tex. 17. char. 7.
Totum si esset vnum, ut esse indiuisibile, non erit quantum, nec quale. Arist. ibid. tex. 18. c. 7.
Totum sequitur partes, quæ sunt secundum quantitatem in paritate, & magnitudine: ergo si compositum est finitum, & partes sunt finitæ. Arist. phys. 1. ex sum. 1. cap. 2. tex. 36. char. 13.
Totum, & perfectum id est, cuius nihil est extra, & non solum indiuisis conuenit, sed & celo. Arist. physic. 3. cap. 6. tex. 63. char. 72.
Totum, & perfectum, aut idem est penitus, aut proxima natura sunt. Arist. phy. 3. cap. 6. tex. 64. ch. 72.
Totum, & omne, & perfectum secundum formam non differunt ab inuicem, nisi in materia, in qua dicuntur. Arist. 1. de cel. tex. 3. char. 245.
Totum, & pars secundum naturam ad idem fertur, ut tota terra, & parua gleba. Aristotel. 1. de celo, tex. 19. char. 250.
Totum, & si diuiditur in duo, vel in plura, non ob id maius, vel minus est ipsum, quam prius. Arist. 1. de gene. & corr. cap. 2. tex. 8. char. 385.
Totum ut se habet ad totum, sic & singulæ partes ad singulas partes se habent. Aristot. de histor. animal. 1. cap. 1. chart. 4.
Totum cum partibus est eiusdem speciei. Arist. 1. de ani. sum. 3. cap. 5. tex. 88. ch. 611.
Totum ingentum esse, & infinitum nil prohibet, & ea, quæ in ipso sunt, esse terminata, & gigni: cum & principium generationis, & finem habeant. Aristot. de Xenoph. Zen. & Gor. ch. 918.
Totum dicitur, cuius nulla partium abest, & quod naturaliter respicit partes, ex quibus est, ut continens contenta: ita ut illæ partes sunt vnum in illo toto, & hoc dupliciter: aut quia, ut vnumquodque vnum, aut ex his vnum, ipsum enim vniuersale, & quod totaliter dicitur, ut aliquid vnum, est vniuersale, quasi multa continens: quia de quocunque prædicatur, & vnum omnia sunt singula, ut homo, equus, quia omnia animalia. Cõtinuum vero, & finitum cum vnum aliquid ex pluribus sit, quæ insunt, maxime potestate non actu: & magis sunt tota, quæ sunt natura, quam quæ arte. Arist. 5. metaph. cap. 26. tex. 31. c. 113.
Totum dicitur de quâto habente principium, medium, & vltimum, quorum positio differentiam facit: & quorum positio differentiam non facit, dicitur omne, & non totum: & quæ faciunt, ambo dicuntur omne, & totum. Diminutum dicitur quantum non quodlibet, sed partibile, & totum, & substantiam manere oportet, & quod sit partium distimilium: illa enim, quorum partium positio differentiam non facit, dici non possunt diminuta, nec omnia supra faciunt diminutionem, sed continua esse oportet, & non omnem partem, sed extremitatem, & eam quæ ablata a toto non generatur, denuo auferimus. Arist. 5. metaphys. cap. 26. tex. 31. char. 114.
Toto corrupto non necesse est corrumpi partes. Alexan. aphr. in 6. top. cap. 6. char. 83. col. 3.
Totum est id, a quo nihil abest eorum, quæ ad propriam perfectionem, absolutamque plenitudinem requiruntur. Them. in 3. phy. tex. 63. c. 32. col. 2.
Totum id simpliciter, & proprie est, cui nihil penitus deest. Idem in 3. phy. tex. 63. ch. 32. col. 2.
Totum, & perfectum, aut eadem omnino sunt: aut cognatissimam significationem habent, nam totum vocamus facta ad partes relatione, perfectum ad finem relatione facta. Themistius in 3. physicorum, text. 63. chart. 32. columna 2.
Totum,

Totum, si totū esse debet, necesse est, ut sit terminatum. Them. in 3. phy. tex. 69. ch. 32. col. 3.

Totum in magnitudine priusquam partes percipimus. The. in 1. de ani. cap. 6. tex. 10. c. 61. col. 3.

Totum est quædam copulatio eorum, quæ cum iam essent diuisa, in vnum coniuncta sunt. Simp. in 4. physic. tex. 23. char. 198. col. 2.

Totum in toto, & idem in se ipso omne verum est in incorporeis. Simp. in 4. phy. c. 202. col. 1.

Totum, & partes sunt idem, & diuersa, idem vt totum partibus innitur, ac in ijs apte consistit: diuersa, vt partes per se esse, & intelligi possunt. Plessus in 1. physicor. chart. 2.

Totum facile cognoscit, qui partes per belle percipit. Magen. in l. de inter. char. 12.

Totum nihil aliud est, quam congregatio partium. Auer. in phy. 1. tex. 15. ch. 8. col. 2.

Totum non sequitur partes in mensura, nisi in partibus secundum quantitatem, quæ sunt in toto in actu. Auer. in phy. 1. tex. 38. ch. 13. col. 1.

Totum nihil aliud est, quam partes. Auer. in phy. 4. tex. 93. chart. 66. col. 1.

Totius nomen significat id, quod extra ipsum non est corpus aliquod omnino. Auerr. in physic. 4. text. 45. chart. 67. colum. 2.

Totum, omne, & perfectum differunt; quia si est quantitas continua, dicitur totum; si discreta, omne, si in qualitate, dicitur perfectum. Auerr. 1. de celo, tex. 3. char. 3. col. 1.

Totius locus cum loco partis est idem numero. Auer. 1. de cel. tex. 97. char. 31. col. 2.

Totius locus, & partis non differt nisi quod locus totius continet locū partis, videlicet partis, quæ in actu, partes enim potentia non sunt in vbi nec mobiles nisi potentia. Auer. ex paraph. 7. de cel. tex. 143. col. 1.

Totum & perfectum, extra quod est impossibile aliquid accipere, sunt sinonima. Auerr. in epit. metaphysic. tract. 1. chart. 171. col. 4.

Totius opinio est triplex. Prima, quæ tenet, quod omne totum est generabile, & corruptibile, quando est finitum in indiuiduis. Secunda, quæ tenet, quod ex totis aliqua sunt æterna, non habentia principium, & finem, ex eo quod apparet de eis, quod sunt ex indiuiduis infinitis, & diuiditur in duas sectas. Nam aliqui dicunt, quod talibus totis conuenit continuitas ex causa necessaria vna numero. si autem, eueniet eis, vt corruptantur tempore infinito infinites, & hi sunt philosophi: alij credunt quod esse indiuidua eorum in infinitum, sufficit vt sint æterni, & hi sunt hæretici. Auer. ex dest. disp. 4. ch. 32. col. 4.

Totum dicitur, & quod continuum est, vt corpus, & linea, & quod non est continuum, vt numerus, & quod vniuersale, vt homines, & quod ex quibusdam virtutibus constat, vt anima. Boet. de diuis. c. 646.

Totum ab eo, quod ipsum est, intelligentia separatur, quod illud quidē singulariter intelligitur, & hoc sub generis, & differentiarum enumeratione monstratur. Boet. in top. Cicer. l. 1. c. 789.

Totum & genus differt, quia genus vniuersale est, totum non est vniuersale. Boet. in top. Cic. l. 3. c. 804.

Totū aliud dicitur, vt genus, aliud id, quod ex pluribus partibus constat. Boet. de differ. top. l. 2. c. 867.

Totum, ac partes non tantum in substantia licet respicere, sed etiam in modo, in tempore, in quantitate, in loco. Boet. de diff. top. l. 2. ch. 867.

Totum vniuersiusque rei in definitione consistit. Boet. de diff. top. l. 2. ch. 873.

Totum duplex explicite, totum in potentia, & in actu colligens, & sic definitio dicit totum esse: dicitur etiā totum, quod in se virtute habet totum, vt in causis formabilibus vltimum continet omnia, quæ præcedunt, ex

quibus fluit. Alb. mag. in præd. c. 73. col. 4.

Totum integrale, & vniuersale conueniunt in hoc, quod vtrunque est confusum. D. Thom. in 1. physicor. l. 1. tex. 2. char. 1. col. 4.

Totum rationem formæ habet, partes materiæ. D. Tho. in 4. phy. lec. 12. tex. 67. c. 43. col. 4.

Totum, & partes locum nō habent, nisi in rebus diuisibilibus. D. Tho. in 8. phy. l. 10. tex. 4. c. 131. col. 3.

Totum aliud per artem, aliud per naturam. D. Tho. 10. metaph. l. 1. tex. 1. ch. 682.

Totum omne perfectum in naturalibus constituitur ex partibus diuersis specie, & quod componitur ex partibus eiusdem speciei, est imperfectum in genere naturæ, vt aqua, & aer. D. Tho. 2. pol. l. 1. c. 15. col. 3.

Totum triplex: ante partes, in partibus, & ex partibus. In partibus est natura totius particulata in partibus, & particulare recepta. Ex partibus vocatur totum, quod habet partem extra partem, & cuius natura non consistit in simplici esse, sed in esse composito totius. Ante partes sparsim, & diuisim ipsum habet per modum vnius altiori modo. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 20. char. 150. colum. 2.

Totum habet modum finis, & complementi: pars autem habet modum incompleti, & finiti per totum. Ale. de ales. in 5. metaph. tex. 29. c. 158. col. 2.

Totum, & perfectum cognata sunt, & affinia. Ale. de ales in 5. metaph. tex. 31. ch. 161. col. 1.

Totum non est nisi partes simul sumptæ. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 17. ch. 197. col. 4.

Totum in partibus, ante partes, & post partes, & idea in totum ante partes. Alex. de Ales in 7. metaphysicor. tex. 52. char. 235. colum. 2.

Totum duplex: aliud, cuius ratio est vnius rationis in toto, & parte, vt aer: aliud, cuius ratio totius, & partis diuersa est. Alexand. de Ales in 10. metaphysic. tex. 17. chart. 292. col. 4.

Totum duobus modis dicitur: vniuersale, & diffinibile: vniuersale est superius respectu inferioris, diffinibile id vocatur, quod diffinitur. Thom. de Vio in præd. char. 16. col. 2.

Totius natura ex partium natura confurgit. Tho. de vio Caier. in perih. char. 32. col. 2.

Toxica sunt, quæ necant, etiam si exigua dentur. Arist. prob. sec. 1. num. 48. ch. 347.

Tracheam habent, quæ pulmonem habent. Alber. magn. de ani. 1. trac. 3. tex. 22. cap. 2. col. 4.

Tractatio exacta non simili modo in vnoquoque genere acquirenda est, vt in artium opificijs. Arist. ethico. 1. cap. 3. char. 5.

Tractationem exactam in singulis perquirere nō est, sed prout substantia materiæ postulat, & id eatenus, quatenus arti cuique conuenit. faber enim & geometra alio, & alio modo considerant rectum angulum: ille solum, vt vtile est ad opus, hic vt veritatis speculator, quid & quale sit indagat. Arist. 1. ethic. cap. 7. c. 16.

Tractatio alia circa publica negotia versatur, alia circapriuata. Simp. in præd. ch. 83.

Tractio est, aut cum ad seipsum, aut ad alterum velocior est motus trahentis, non separatus a motu eius, quod trahitur: tractio enim est ad seipsum, & ad alterum, & ad has reducuntur reliquæ tractationes, vt inspiratio, Expiratio, Sputatio, & quæcunque corporum excretiarum, aut receptiuæ sunt, & Spathatio, & Radiatio: horum enim aliud est congregatio, & aliud disgregatio. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 1. tex. 10. c. 182.

Tractio ab alio ad seipsum, aut ad aliud, est motus, & adhuc est Compulsio, & Depulsio. Arist. ibid.

Tractio quadrupedum fit vno ante extenso, & altero posteriorius in oppositis lateribus, propter quod incommoda est valde vectio propter casum collidentem de latere in latus. Al. mag. di mot. ani. 2. tr. 2. c. 2. c. 47. c. 2.

Tractio

Tractio a pulsione differt, quia in pulsione mouēs se habet ad mobile, vt terminus a quo est motus eius: tractu vero, vt terminus ad quem. D. Tho. in 7. physicor. lect. 3. tex. 10. char. 109. col. 3.

Tractus duplex: vnus, quo trahens per virtutem extrinsecam violenter trahit: alius cum trahens aliquid suæ virtutis generat in tracto, quæ virtus innata in tracto facit ipsum moueri ad trahens, & sic magnes ferro trahit, & sic est naturalis. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 2. cap. 3. char. 17. col. 2.

Tractus non est motus nutrimenti, sed motus nutrimenti est similis tractui, qui est motus ad virtutem, quæ dat formam corporis, & ad locum eius, in quo vt in membro, cui assimilatur, est sita, & hæc operatio fit per calorem naturalem. Idem de nutrimentis & nutr. tr. 1. cap. 3. char. 64. col. 4.

Tractus est motus ad mouentem non deficiens ab eo, quod mouetur, donec mouenti sit coniunctum, & hunc motum nihil simpliciter habet, nisi sit animatum, & animatam rem videtur ipsum habere, nisi per desiderium trahentis, qui mouetur a specie rei, quæ desideratur. Idem de veg. l. 1. tr. 1. cap. 2. c. 122. col. 3.

Tragelaphus animal est compositum ex ceruo & hircu, cornua habens ramosa, vt ceruus, & barbatur mentum, vt hircus: in pectore est villosum, & est animal robustum & pugnax. Alb. magn. de animal. l. 2. tract. 2. cap. 1. char. 183. col. 2.

Trogodida sunt animalia longissima cornua habentia a capite ante maxillas vsque ad terram descendentia, ceruices longissimas. Pascuntur contra animalium impetum propter cornuum longitudinem, ideo pasci non possunt, nisi lōgis herbis, quas potius secare videntur quam a radicibus mordere, ut faciunt alia animalia. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 183. col. 2.

Tragediarum chorus nō sunt apta Subdorium, nec Subphrigium cantandi genera, sed scenis apta sunt. Arist. prob. lect. 19. num. 46. ch. 526.

Tragedia, & Comædia, & Poesis Dithyramborum, & Mimorū numero, harmonia, & metro simul vtuntur, quæ tamen in hoc differunt, quod Tragedia, & Comædia particulatim vtuntur, illæ quod simul omnibus. Arist. poet. cap. 1. ch. 258.

Tragedia, quod præstantiores imitatur, est differens a Comædia. Arist. ibid.

Tragedia diuersis mutationibus variata, quo ad proprios numeros implet tandem quieuit, nam histrionum numeros ex vno in duos Aeschylus auxit, & quæ circa chorum sunt, imminuit, sermonemque primarum partium instituit, quos Sophocles ipse cum scenæ ornatu ad tertiam vsque produxit. Ad hæc ad magnitudinem ab exiguis fabulis, & ab ridicula dictione satyris exclusis ad grauem habitum proiecta sero tandem quieuit, senariumque metrum ex octonario adoptauit. Arist. poet. cap. 1. ch. 261.

Tragediæ similis est Epopeia, quia metrico sermone præstantium imitatio est; deficit autem, quod simplici vtitur metro, quodque enarratio est, longitudine præterea, quoniam Tragediæ quidem spatium vnus Solis, vel paulo plus minusve actio est: Epopeia non clauditur spatium temporis, & quæ sunt in exametris partes, in tragediis esse oportet, non autem contra. Aristot. poet. cap. 2. char. 263.

Tragediæ sex sunt partes: fabula, mores, dictione, sententia, apparatus, melodia: quarum duæ ad ea pertinent, quibus imitatur: vna ad id, quo pacto imitatur: cæteræ tres ad ea, quæ imitatur, & horum maximum est rerum constitutio. Arist. poet. cap. 14. c. 264.

Tragedia est imitatio actionis illustris absolutè magnitudinem habentis sermone suauiter separatim singulis generibus in partibus agentibus non per enarrationem, per misericordiam vero atque terrorem, per turbatio-

nes huiusmodi purgans. Sermo suauis est, in quo numerus, harmonia, & melos inest: id vero generis distinctum, cum metro tantum quædam absoluantur, quædam melodia. Arist. poet. cap. 3. c. 263.

Tragedia est imitatio non hominis, sed actionis, atque vitæ tum felicitatis, tum infelicitatis. felicitas enim ab actione pendet, & finis actio quædam est, non qualitas. Arist. poet. cap. 4. c. 263.

Tragedia sine actione fieri non potest, sine motibus potest. Arist. poet. cap. 4. c. 265.

Tragediæ pars maxime delectat animos mortalium, in qua est euentus in contrarium, & agnitiones sunt. Arist. poet. cap. 4. c. 265.

Tragediæ est principium, veluti anima fabula: Secundo vero loco mores. Tercio sententia. Quarto sermonum dictione. Melodia, ac apparatus non sunt proprie ipsius poetice. Arist. poet. cap. 4. c. 265.

Tragedia nomina propria retinet. Arist. poet. c. 7. c. c. 269.

Tragediæ partes secundum quantitatem discretam sunt Prologus, Epifodius, Exodus, Choricum, & Choricum alterum stabile, alterum mobile, & omnia hic communia sunt; propria vero, quæ ad scenam pertinent, & commi. Arist. poet. cap. 9. c. 272.

Tragediæ pulcherrimæ compositio non debet esse simplex, sed implexa & terribilium, & miserabilium mixta: ideo non oportet bonos, & æquos viros ex felicitibus infelices factos in scena afferre, vt quod non habeat miserandi, aliquid sed scelesti: & ab aduersa fortuna ad secundam proiecctos prauos effingere. Sed nec improbos ex secunda fortuna in aduersam lapsos: nam talis compositio, quæ alioqui humanitatem præ se ferre potest, miserandi, aut terrifici plane nihil habet. Vt enim immetentis misericordiam excitat, ita terror a simili incutitur: & idoneus est, qui intermedius talis est. Is autem erit, qui nec virtute, nec iustitia antecellat minimeque per vitium, prauitatemque in ipsam infelicitatem lapsus fuerit, verum humano quodam errore, ex magna existimatione, atque felicitate, vt Oedipus & Thyestes. Arist. in poet. cap. 11. c. 273.

Tragici actio aliquando fit, vt ab agnoscentibus, vt Medeam necare filios: aliquando ab ignorantibus vim facinoris, agnitis verò mox necessitudinem, vt Oedipus: aliquando per ignorantiam debere aliquem hæc facinora patrare, sed inter patrandum agnoscere. Arist. in poet. cap. 11. c. 276.

Tragicus sermones confectos prius in vniuersum explicare debet, post modum Epifodia legitime constituendo. Arist. in poet. cap. 15. c. 280.

Tragedia vniuersa partim connexionem, partim solutionem continetur, quæ extra sunt, & quæ intra habentur. Connexio continet; reliqua solutio. Connexio est totum illud, quod a principio ad vltimam vsque pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit: solutionem a mutationis principio ad finem vsque. Arist. in poet. cap. 16. ch. 281.

Tragediæ quatuor sunt genera, quorum Complicium illud dicimus, quod ex Peripetia, & agnitione constat: Patheticū Moratum, & quæcunque apud inferos sunt. Arist. poet. cap. 17. c. 282.

Tragedia maxime cauere debet ne contextū Epopeiæ proprium in tragedia confingamus. Aristotel. poet. capit. 17. chart. 282.

Tragediæ conuenit ipsum præbere mirandum, magis autem Epopeiæ. Arist. poet. cap. 22. c. 295.

Tragedia melior est, & multo perfectius Epopeia finem assequitur. Arist. poet. cap. 24. c. 305.

Trahibilia sunt illa, quorum superficies potest ad latus trahi ferri. Arist. meteor. 4. su. 2. tex. 47. cap. 2. c. 580.

Trahi est transferri ad mouens planum continuum existens. Arist. meteor. 4. su. 2. tex. 47. cap. 2. c. 580.

Trahibilia sunt, vt pilus, corrigia, neruus, viscus, & pasta. Non trahibilia, vt lana, hæc autem non eadem, vt pituita

ta non est pressibilis, trahibilis autem, & spongia pressibilis, non autem trahibilis. Aristot. meteor. 4. summ. 2. tex. 47. cap. 2. char. 580.

Traner animal est paruuum, spatiosum, rubei coloris, cuniculi habens quantitatē, pugnans mirabiliter, & animosum; & galeam offeam habet. Alber. mag. de anim. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 183. col. 1.

Tranquillitates vniuersaliter fiunt ob duas causas: aut propter frigus, cum extinguitur exhalatio; aut cum marcescit à suffocatione. Plurimę quoque, & intermedias temporibus, aut quia non dum facta est exhalatio; aut quia præterit exhalatio, & alia nondum aduenit: oriens enim incertus est, & occidens, & occumbens, quia in trāsmutationē temporis accidit occasus, & ortus æstate, & hyeme, & per astri magnitudinem. Arist. meteor. su. 2. cap. 2. c. 514.

Tranquillitas est quies maris, & serenitas aeris. D. Tho. 5. metaph. l. 8. tex. 12. c. 305.

Transgressio est, cum aliquis secundum profunditatem emittat aliquid à genere descendens. Alex. & Eustr. in 2. posterior. c. 28. col. 2.

Transitus ex scire ad non scire impossibilis est non corrupto agnoscente, vel cognito, vel cognitione. Io. gra. in posterior. cap. 1. c. 15. col. 4.

Translatio poetica est, & per translationē adducere causam ad poesim sufficiens esse potest: ad cognoscendā naturam rerum, nō. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 3. c. 501.

Translatio male est, quæ ex vocibus non significantibus ducitur, & non longē est ducenda trāslatio, sed ab iis, quæ cognata sunt. Arist. rhet. 3. c. 139.

Translationes, & probæ fictis enigmatibus elegantes ducuntur, nam translationes enigmata pariunt. Aristot. rhetor. char. 139.

Translatio ab honestis sumi debet, aut voce; aut vi, aut aspectu, aut alio sensu. Arist. rhet. 3. ch. 139.

Translationem, quæ per proportionem retro quoque commoat, tam in vtranque partem, quantum cognata omnia, & cognata conuenire oportet, vt si phiala dicatur scutum Bacchi, conuenit, vt scutum Martis vocetur phiala. Arist. rhet. 3. ch. 143.

Translationes cum quatuor sint, probantur in primis, quæ ex proportione ducuntur, vt inuentus, quæ in bello perijt non aliter e ciuitate sublata est, quam qui ver ex anno eximeret. Arist. rhet. 3. c. 152.

Translationem ponere rem sub oculis est, quæcunque res agentes significant, vt bonum virum dicere esse quadratum, translatio est, quia ambo sunt perfectā. Arist. rhetor. 9. chart. 155.

Translatio fieri debet à rebus proprijs, & non apertis. Arist. rhetor. 3. ch. 155.

Translatio est nominis alieni illatio, vel à genere ad speciem, vt nauis stetit: nam in portu esse est aliquid stare: vel à specie ad genus, vt millia pro multis; vel à specie ad speciem; vt auferre pro abscondere; aut secundum aliquid, quod proportione responderit, vt ita se habet phiala ad Bacchum, vt scutum ad Martem. Arist. poet. cap. 20. ch. 287.

Translatio est, quando eam vocem, quæ proprie de alio dicitur, traducimus ad alterū significatū, non proprie ab ipso. Alex. Aphan. 6. top. cap. 2. c. 71. col. 4.

Translatio est, cum res aliqua nomen quidem proprium habet, sed de ea tamen alio nomine quispiam aliunde sumpto, ac translato abutitur. Porp. in præd. c. 4.

Translatio cum sit à diuisione ad compositionem, oportet, quod multitudine transferatur ad vnitatem, vel per se, vel per accidens. Auer. ex q. log. q. 1. c. 361. col. 3.

Translatio fit, dum medius terminus, & maius extremum est vnum in duabus artibus. Auer. ibid. quæst. 13. char. 376. col. 1.

Translatio omnis, cum comparatur ad aliā trāslationem diuersam in forma, tunc duæ translationes inueniuntur in genere. Auer. phy. 5. tex. 31. c. 104. col. 2.

Translatio alia est ex anima, alia à natura, alia recta, alia circularis. Auer. phy. 6. tex. 91. c. 139. col. 1.

Translatores sæpe peruertunt intētionem rerum. Auer. meteor. 1. cap. 3. ch. 185. col. 4.

Translatio ea seiungitur ab æquiocatione, quæ trāsfert nomen vnius rei ad aliā rem iam nominatam ornatus tantum causa. Boeth. in præd. c. 117.

Translatio turpis duobus fit modis: vel cum honesta turpibus distinximus, vel turpia honestis. Boeth. de differē. chart. 657.

Translatio est adductio nominis ad accidentalem similitudinem. Alb. mag. in top. c. 245. col. 3.

Transmutatio quot fit modis.

Transmutatio dicitur æquiuoce de transmutatione, quæ est per se, & de transmutatione, quæ non est per se, sed est finis transmutationis. Auer. phy. 4. tex. 129. chart. 92. col. 4.

Transmutatio duplex: per se, vt de quiete in quietem: & non per se, quæ est finis alterius trāsmutationis. Auer. 6. phy. tex. 31. ch. 122. col. 1.

Transmutationes principales sunt duobus modis: Aut cuius finis est de genere illius trāsmutationis. Aut cuius finis est de alio genere, & vtraque est in tempore: & quædam in eo, ex quo, & quædam in eo ad quod, & indifferentes, siue finis fuerit de genere ipsius, siue non de genere: ergo transmutabilia non in tempore eadem ipsa transmutabilia sunt, quæ sunt in tempore. Auer. phy. 6. tex. 32. c. 122. col. 1.

Transmutatio est ex oppositis, aut ex medijs inter ipsa. Auer. in 4. metaph. tex. 10. com. 27. c. 46.

Transmutationes aliæ sunt in dispositionibus extrinsecis à quidditatibus substantiarum existentium per se, quæ non faciunt illa indiuidua differentia in nomine, nec in diffinitione, vt transmutationes in quantitate, qualitate, & vbi, & in alijs accidentibus: aliæ sunt in dispositionibus, quæ faciunt indiuidua differentia transmutari nomine, & diffinitione: quæ transmutatio appellatur generatio, & corruptio. Auer. de subl. orb. cap. 1. ch. 3. col. 1.

Transmutatio in naturalibus duplex; localis de loco ad locum, & formalis de forma ad formam: sic in enunciationibus prima sitialis cum terminis propositis postponitur, & est conuētio. secunda sitialis, & formalis, vt cum prædicatum fit subiectum. Tho. de Vio. in perih. char. 22. col. 2.

Transmutatio quod est.

Transmutatio secundum quantum est augmentatio, & diminutio: secundum locum latitudo: secundum passionem, & secundum qualem alteratio: cum nihil permanet, cuius altera passio est, aut accidens, est generatio, & corruptio. Aristot. 1. de gener. & corr. sum. 1. cap. 4. tex. 24. ch. 395.

Transmutationes, quæ sunt non in tempore, sunt fines transmutationum, & non sunt transmutationes, nisi æquiuoce. Auer. 4. phy. te. 120. ch. 92. col. 4.

Transmutatio non recipit non esse simpliciter. Auer. phy. 5. char. 97. column. 2.

Transmutationis perfectio est res existens in actu, sicut aliæ perfectiones. Auer. phy. 6. tex. 46. c. 126. col. 2.

Transmutatum iam esse nihil dicitur, nisi cum erit in vltimo transmutationis. Auer. physico. 6. text. 57. char. 129. col. 2.

Transmutationis vnius necesse est transmutatum esse vnum subiectum. Auer. phy. 7. tex. 29. c. 150. col. 2.

Transmutatio est media inter esse, & non esse. Auer. in 4. metaph. tex. com. 29. ch. 46.

Transmutatio, vt habet principium, in quo est, & fit.

Transmutationis principium non habentia impossibile est, vt transmutentur. Aristoteles in primo de cælo. text. 103. char. 277.

Transmutatione in omni, cur id, quod generatur exprimit generantis, & transmutantis colorem? quoniam facultates transmutantes in partibus solidis sunt, tanquam in sedibus firmis a natura collocatæ. Alex. aphr. problem. 2. num. 64. char. 748.

Transmutatio alicuius ad speciē eius, quod habet in actu, impossibilis est. Auer. in 1. phy. tex. 76. char. 21. col. 2.

Transmutatio omnis naturaliter aufert substantiā transmutari, in quacunque specie fuerit transmutatio, nisi in loco. Auer. in 4. physic. tex. 128. char. 91. col. 4.

Transmutatio corporis, quia vna pars sola transmutatur, reducitur ad illud, quod est per accidens, & est quasi medium inter per se, & per accidens. Auer. in 5. physic. text. 1. char. 95. column. 3.

Transmutatio non est, vbi res est in eadem dispositione. Auer. in 5. physic. tex. 7. char. 97. col. 2.

Transmutatum omne de aliquo in aliquo, dum mouetur, semper separatur a parte illius, ex quo mouetur, & acquirit partem illius, ad quod mouetur. Auer. in 5. physic. tex. 12. char. 100. col. 1.

Transmutatione simpliciter contraria duo inesse oportet, & sic fieri debet: in transmutatione quodammodo, contraria sunt quodammodo. Idem ibi. te. 19. c. 102. col. 1.

Transmutatum non intelligitur esse in transmutatione, nisi cū imaginatur esse in eo, ex quo, & in eo, ad quod. Auer. in 6. physic. tex. 41. char. 124. col. 4.

Transmutationis initium non est tempus, sed instans. Idem ibidem tex. 44. char. 125. col. 4.

Transmutari quod impossibile est, est impossibile incipere transmutationem. Idem ibidem t. 91. ch. 139. col. 2.

Transmutari est in quale, & in vbi. Idem in 8. physico. text. 26. char. 165. column. 2.

Transmutans, nisi sit actu tale, vt calidū, non potest quod in potentia est tale, vt calidum facere actu tale, id est, calidum. Idem ibidem tex. 55. char. 180. column. 3.

Transmutatio necessario est inter contraria. Auer. in 10. metaph. text. comment. 23. char. 127.

Transmutatio, vt transmutatio, est ex necessitate in re in diuisibili. Auer. in epitom. metaph. tra. 2. c. 175. col. 3.

Transmutari secundum animam trāsmutatione, qua nos trāsmutamur in esse per tempus, tribus accidit modis. Primo, cum nos non percipimus tempus, nisi quando fuerimus moti motu animæ, qui est motus imaginatio nis. Secundo, cum per aliquem animæ motum percipimus aliquem de motibus exterioribus. Tertio, cum percipiendo motum percipimus nos ipsos transmutari. Albertus mag. in 4. phy. tract. 3. cap. 4. char. 52. col. 4.

Transmutatio omnis est per vim mouentis. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 14. col. 1.

Transmutatio omnis est e contrario in contrarium, quia omne, quod transmutatur, exit ab illo, a quo transmutatur: ergo necessario, & in forma non potente existere cum eo, & hoc est, vel contrarium, vel medium. Petrus de Auer. in 4. de cælo. l. 2. tex. 21. ch. 73. col. 3.

Transmutatio, vt secundum substantiam, & accidens fit, & vt differunt inter se.

Transmutatio substantialis facit mutare nomen, & diffinitionem, non autem accidentalis. Auer. in prim. physic. tex. 63. char. 18. column. 3.

Transmutatio in substantia est simpliciter, in accidentibus est non simpliciter. Auer. in 5. phy. text. 7. ch. 97. col. 3.

Transmutatio essentialiter nō est ante transmutationem essentialiter: per accidens vero est necessarium scilicet, quod ante omnem transmutationem fit transmutatio

quia necesse est, vt sit hic motus æternus, qui sit causa, quod ante omnem motum factum sit motus. Idem ibi dem tex. 13. char. 100. column. 3.

Trāsmutationum in qualitate primum sunt colores, cum appareant in coloribus media finita numero naturaliter. Auer. in 6. phy. tex. 32. char. 122. col. 2.

Transmutationis in loco primus est locus, qui sequitur locum, ex quo mouetur res mota. Idem ibidem.

Transmutatio, quæ est in vbi, numeratur in quantitate. Idem ibidem text. 39. char. 124. col. 3.

Transmutatio in substantia dicitur principaliter transmutatio. Auer. in 6. phy. tex. 41. char. 124. col. 4.

Transmutatio, quæ est in substantia, est non in tempore, id est prouentus formæ substantialis. Auer. ibidem text. 59. char. 130. column. 1.

Transmutationis finis in generatione necessario est de alia specie motus, cum finis sit in substantia, & transmutatio, cuius est finis, est in qualitate. Idem ibidem.

Transmutatio in substantia simpliciter est; in alijs vero prædicamentis est non simpliciter. Auer. in 8. phy. text. 46. char. 176. column. 1.

Transmutatio secundum quantitatem nō est eadem cum transmutatione secundum qualitatem. Arist. in 4. metaph. cap. 2. tex. 22. char. 77.

Transmutatio secundum substantiā cogit rem esse compositam ex materia, & forma, reliquæ transmutationes non. Auer. in epitom. metaph. tr. 2. char. 175. col. 3.

Transmutationi accidentali, & substantiali quinque sunt communia. Primo habere vnum subiectum recipiens transmutationem. Secundo non esse præcedere esse rei genitæ. Tertio omnino inhære ei, quod fit: non enim fit, nisi illud, quod non est. Quarto posse præcedere esse in subiecto necessario in vtroque modo, quod enim impossibile est, non fit. Quinto, necessario inuenitur esse illud ex quo est factio rei, & ad quod est esse contraria, & habere genus, & quod illa contrarietas reducitur ad primam contrarietatem, scilicet non esse, & formam. Auer. de substan. orb. cap. 1. char. 3. col. 2.

Transmutatio substantialis, & accidentalis differunt, quia transmutatio indiuiduorum in suis substantijs cogit subiectum non esse ens actu, & non habere formam, qua substantiatur, alioqui aliam formam non reciperet, si vnam haberet, nisi illa destructa: vnde natura huius subiecti est necessario natura potentia, id est, quod potentia sit substantialis differentia materię primæ: subiecta vero accidentium sunt indiuidua substantiæ, quæ sunt etiam actu. Idem ibidem.

Transmutatio, ut per se, vel per accidens.

Transmutatio de non esse est per accidens, de contrario autem est per se. Aristoteles in 5. physico, tex. 55. char. 111. column. 1.

Transmutari aliquod non in tempore est per accidens, cum sequatur transmutationem aliam. Auer. in 6. physico, text. 32. char. 122. column. 1.

Transmutationis utilitas.

Transmutatio secundum formas induxit homines in cognitionem materię. Diuus Thomas in 4. physico. lectio. prim. chart. 46. column. 1.

Transmutatio, ut consideratur, & ut nomen sumit.

Transmutatio in illis, quæ sunt ad aliquid, non consideratur secundum se, sed vt sunt ad aliquid. Simplic. in prædicament. char. 44.

Transmutatio in rebus naturalibus denominatur a termino ad quem, in artificialibus a termino a quo. Auer. in 2. phy. tex. 14. char. 25. col. 3.

Transmutabilia omnia in aliquem locum sunt secundum eorum positionem a dimensionibus spacijs in quod transmutantur. D. Tho. in 4. phy. l. 7. text. 37. char. 51. col. 4.

Transplantatio in herbis fit idem, quod insitio in arboribus, quo ad domesticationem. Albertus magnus de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. char. 175. col. 4.

Transumptio est cum in ijs, quæ sumpta sunt, inest, quod sumitur; sed non ita, nec eiusmodi, ut sumitur. assumptum autem inest quidem, non autem eiusmodi, cuiusmodi sumitur. Alex. aphr. in 1. prior. ca. 23. c. 46. col. 1.

Transumptio in nomine fit, cum ab obscuro vocabulo ad notius argumentatio transfertur. Boethius de diff. topic. libr. 2. char. 869.

Thracius flat inter Argestem, & Eurum, & hic est medius, & non habet contrarium. Aristotel. in 2. meteor. sum. 2. cap. 13. chart. 119.

Thrasibulo tyrannidem auferenti consilium non verbis dedisse aiunt Perandrum, sed spicas supereminentes demetendo segetem adæquasse, quod tamen solum non prodest tyrannis. Aristot. in 3. politic. cap. 9. char. 586.

Thraciæ fluuius Pontus inundare proditur, in quo lapides ardentes deferuntur, sed ligneis carbonibus contrarium effectum sequuntur, etenim follibus excitati, quamcitissime extinguuntur: aqua vero resperfi refugit, pulchriorique flamma flagrant. at cum comburant, flagitiosam, grauemque olentiam, bitumini proximam efficiunt. qua de re reptilia ea in regione his ardentibus degere nequeunt. Aristote. de admiran. aud. numer. 110. chart. 864.

Thraciæ locus viginti stadiorum amplitudine est, qui ordeum procreat, quod homines vtuntur, cætera animalia nolunt comedere, & si comedunt, profluuium alui emittunt, donec intereunt. Idem ibidem.

Trebis est piscis niger æstate, candidus hyeme, vt ait Plinius, in Oceano fit maior, & cum bipedalis est, pinguedinem habet quinque digitorum, quæ sale condita aurum ex aquis, quamuis in profundissimis puteis deciderit, extrahit; & de fundo facit fluctuare. Ex alga piscis hic nidum construit, & in nido oua parit; & cum est magnus in Oceano acutissimo rostro naues perforat. Alber. mag. de anim. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 3.

Tregopales est avis in Aethyopia, caput habens, vt Phœnix, excepto quod cornua habet arietis, & omnes aues aduersas cornuum feritate deponit: in cæteris membris ferruginei est coloris. Albertus magn. de animal. lib. 23. cap. 24. char. 195. colum. 1.

Tremor fit sæpe in corpore post mictionem, cum spiritus transfertur de foris intro. Arist. meteor. su. 3. c. 2. c. 527.

Tremor excitatur ob inopiam caloris non cuiusque, sed proprii. Arist. problem. sect. 3. num. 25. char. 376.

Tremor fit, cum mouens quodque rem nequit superare, quam mouet. Arist. problem. sect. 3. num. 25. char. 376.

Tremor fit, cum pondus membrorum corporis trahit deorsum; animæ autem vis trahit sursum, & id vicissim agitur. Alex. aphr. problem. 1. num. 18. char. 671.

Tremuli homines, cur cum bibunt circumferri solent? quia vini calor immodicus nervos subit, & spiritum contentum in his perturbat, qui ex sede cerebri ducitur. Alexander aphr. problem. 2. num. 109. char. 770.

Tremor in nobis post vrinam fit, quia aer frigidus ingreditur per vrinæ vias in interiora. Diuus Thomas in 2. meteor. lect. 13. char. 146.

Tremus fluuius in campis Dardaniæ nascitur, & defluit Aegeo in mari. Albertus magnus de natur. loc. dist. 3. cap. 2. chart. 102. colum. 2.

Trepidantes facie non sudant, sed erubescunt, quoniam amplius incalescunt: itaque faciem calor siccit errans per summa, Arist. problem. sect. 2. num. 27. char. 359.

Trepidatio est motus super re inchoanda. Aristot. ibidem numer. 31. char. 360.

Trepidantes facie pallent, pedibus sollicitantur, & palpi-

tant, sese quodammodo exercent, manus per fricare, assolent, & se modo extendunt, modo inflectunt, & sæpe exiliunt, & nunquam quiescunt. Idem ibidem.

Trepidatio est pudor, & quos pudet, erubescunt, quia calor superiorem partem petit. Aristotel. problematum sect. 11. num. 53. char. 468.

Trianguli, qui habent tres angulos æquales duobus re-ctis, si educitur linea, quæ est iuxta coitam, statim effect manifestum, quod quæ potentia sunt redacta in actum inueniuntur. Arist. in 9. metaph. cap. 6. tex. 20. ch. 189.

Trianguli equicuri, & duo anguli, qui ad basim sunt, inter se sunt æquales. Alex. aphr. 1. prior. c. 24. c. 46. col. 3.

Triangulo sublato non auferitur quadratum. Ammon. in Porphy. char. 7. colum. 2.

Triangulus est figura, quæ sub rectis tribus lineis continetur. Boet. in præd. char. 187.

Triangulus simplicior est figurarum secundum formam, quia & in lineis est vnica forma, & quia circulus est duarum formarum in conuexa, & concava. Alb. mag. in 2. de anim. tract. 1. cap. 11. chart. 16. col. 2.

Trifolium propter suam dulcedinem in agro compascuo colitur, & licet sit delectabile animalibus, non tamen est adeo conueniens cibus animalibus. Albert. mag. de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 12. chart. 176. col. 3.

Trigrius animal est marinum, habet caudam duorum cubitorum, foetum facit in mari, & exit ad partum in terra, oculo dextro melius videt, quam sinistro, ideo dextram ripam intrat, & exit ad sinistram; in hyeme latet. In Aethyopia sunt Trigrii foetus laetantes, duas manus in pectore habentes. Alber. mag. de animalibus lib. 24. cap. 1. char. 199. colum. 3.

Tristia quædam, quæ auditu sunt, & occurrunt nobis, faciunt, quod inhorrescimus, vt ferra cum exacurur, pumex cum secatur, & lapis cum mola frangitur. Quæ autem notæ affectionum patent aspectui, hæc genera affectionum ipsa in nobis creant: ætes enim stupefcunt, cum aliquam rem acidam edentem aspiciunt, & plerique cum homines laqueo suspendi viderent, & vliet strangulari, ipsi defecerunt, an quod vox omnis, & genus omne strepenti spiritus est, qui nostrum subiens sensum nos mouere solet, & cum suum motum, vel magnitudine, vel pulsu vehementiore amplificauit, ali quod ex his, quæ nostro in corpore latent, immutat, & sæpe interimit. Arist. problem. sec. 7. nu. 5. char. 413.

Tristis signa: rugosa facies, & macri oculi, contracti, simul autem, & contractiones oculorum duo significant, hoc quidem molle, & foemininum: aliud demissum, & triste, & in figura humilis, & motibus remissus. Aristote. physio. cap. 6. chart. 341.

Tristes sunt obscuræ faciei. Arist. physio. ca. 3. char. 342.

Tristitiam duo sequi consueuerunt; vnum, debilitas virtutis naturalis; aliud, spissatio spiritus, quæ ex frigore accidit comprimente ipsum in corde. Albert. mag. de motib. anim. lib. 1. tract. 2. cap. 6. char. 44. col. 3.

Tristitia fit propter spiritum turbidum, qui ex turbido, & crasso sanguine generatur. Albert. mag. de mot. ani. lib. 1. tract. 2. cap. 7. char. 44. colum. 4.

Tristitia est ex absentia delectabilium, & concupiscentia permanente, & ad illam etiam contingit se multis modis habere. Alb. mag. in 7. ethic. tra. 1. ca. 7. ch. 86. col. 3.

Tristitiam nullo modo cadere in virtuosum posuere Stoici; Peripatetici vero aiunt tristitiam ratione moderatam cadere in virtuoso. D. Th. 1. ethic. l. 16. c. 17. col. 2.

Tristitia causatur ex hoc, quod accidit in voluntarijs contra desiderium eius. Alex. de ales. 5. metaph. tex. 26. char. 155. col. 3.

Triste est, quod est contra appetitum rei, & id est contra appetitum rei, quod rem corrumpit, & non saluat. Alexan. de Ales in 5. metaph. tex. 26. char. 155. col. 3.

Tristitia in bonis alienis, & meritis, inuidia est; sed in alienis bonis, & immeritis, indignatio est. Daniel Barbar. in 3. rhetor. cap. 1. char. 87.

Triticea maior in igne massa redditur, quam ordeacea; quia humorem triticea continet indilcretum, qui cum calefactus egredi nequeat, spiritum generat, qui in maiorem molem auget massam. Aristotel. problem. sect. 11. num. 10. char. 543.

Triticea massa candidior coquendo efficitur, ordeacea nigrior, quia cum calefacta est, humorem ad se ipsam trahit, vt quæ piritibus maiusculis constat. Arist. prob. sect. 21. num. 16. ch. 546.

Tritici massa igni mandata magis augetur, quam ordeæ, quia humorem in se continet indilcretum, qui recalcens extrudi nequeat. Hic ergo, cum in spiritum transeat, nec sese promere pariter, atque massa ordeæ possit, videlicet propter tritici spissitudinem (spissius enim est, quod minutioribus constat partibus) idcirco extollit. ad hæc plus humoris ista continet, quo recalcensente spiritus provenire solitus est. Ex quaque re autem pluri plus proficisci necessarium est. Aristotel. problem. sect. 21. num. 23. c. 548.

Triticum in ore masticatum accipit virtutem maturationis appostematam, quam non habet contusum. Alb. Mag. in 2. de ani. tr. 2. cap. 8. c. 18. col. 4.

Triticum seminum in terra maioris latitudinis, quam quadraginta graduum raro conualecit, & si exurgat in duas, vel tres terminationes, degenerat in granum ignobilem, quod vocatur siligo, quæ siligo in terra minoris latitudinis vertit in triticum post duas, vel tres terminationes. Alb. mag. de nat. loc. tr. 2. cap. 1. c. 99. c. 2.

Triticum, & siligo vicinarum sunt naturarum, & specierum similibus, quod ostendit forma eorum, ideo vnum vertitur in aliud. Alber. Mag. de natur. loc. tr. 2. cap. 1. char. 99. colum. 2.

Triticum, & siligo tunc metenda est, cum æqualiter est multitudo spicarum frigida, & calamus induratus albus. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tr. 2. c. 1. ch. 178. c. 2.

Triticum conuertitur in siliginem, si nutrimentum frigidum terrestre, & ventosum habet. Alb. Mag. de veg. l. 2. tract. 1. cap. 2. c. 131. col. 2.

Triticum mense Septembris ferendum est, aura serena, & tempore heco, sed protrahitur, & anticipantur iuxta caliditatem, & humiditatem terræ. Albe. Magn. de veg. & plant. l. 7. cap. 1. c. 177. col. 2.

Triticum, siligo, & ordeum non fructificant bene in grano, nisi ante hyemem radices validas habuerint. Idem ibi.

Trochleas, cur si quis componens duas in tignis duobus ad se inuicem iunctis contrario ad trochleas modo circulo funem circumdixerit, cuius caput alterum tignorum appendatur alteri, altorum verò trochleis sit innixum, & a funis initio trahere ceperit, magna trahit pondera, licet imbecillium fuerit virium? Quia idem pondus si a minori potentia mouetur, vecte transferatur magis quam a manu: trochlea autem idem vecti facit. Igitur si vna facilius facit, multo facilius duæ, plus quam in dupla velocitate leuabunt, & idem est si traducitur funis ab vna trochlea ad aliam, & rursus ab illa ad faculas, & vectes: idem enim est, ac si multas faceret trochleas. Arist. q. mecan. q. 18. c. 791.

Trochilum ad os crocodili in Aegypto aduolare aiunt, dentesque eius depurgare carnis excrementiam rostro ex ipsis dentibus extrahendo: ipse verò non solum trochilo non nocet, sed ea re plurimum delectatur. Arist. de admir. aud. num. 7. ch. 481. Idem Arist. de hist. ani. libr. 9. cap. 6. char. 374.

Trutæ sunt pisces fluuiales in fluuijs, qui cum impetu ruunt de montibus: squamas, & carnes rubeas habent, in æstate, vt salmo; in hyeme albescentes, & minus sapidas; maculas habent in dorso croceas, rufas, & nigras. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 2. c. 199. col. 3.

Tuba præliis conuenit, quia eius clangore animosiores efficiuntur. Ammo. in Porph. c. 2. col. 4.

Tubalcain artē fabrorū inuenit. Alb. mag. in præd. c. 10.

Tubera, & pulmones, & plura alia, quæ in mari reperiuntur, viuunt, vt plantæ. Aristotel. de partib. anim. 4. cap. 5. char. 517.

Tubercula, & vicera nonnullis ex labore proueniunt, quæ corpore impuro motus calefaciens excrementa alia cum sudore vaporata destringit, quæ crassa, & humore prauo, & acuto, amaro, aut salso contenta secerni ob suam concretionem non queunt: itaque per carnem intumescunt, atque exulcerantur propter amari humoris violentiam. Arist. probl. sect. 5. nu. 27. c. 404.

Tubercula, quæ varos appellamus, cur maxime in facie oriuntur? quia locus iste rarus, atque humidus est, indicium pilorum eruptio, & sentiendi potentia faciunt: pustula autem, & tuberculorum id genus, minutusque abcessus eiusdem inconcocti humoris est. Arist. probl. sect. 36. num. 3. c. 655.

Tuchia est commistio artificialis, & fit ex fumo, qui coagulatur corporibus duris, vbi purificatur æs a lapidibus, & stamno, quæ sunt in ipso. alia est alba, & nigra; alba melior, & citrina: deinde rubea, & recentior veteris melior est frigida, & sicca. Alb. mag. in 5. de min. ex tr. 2. cap. 8. c. 150. col. 2.

Tophus lapis fit in corpore putrescente sanguine cum redditur pus, & concalecit. Aristotel. de hist. anim. 3. cap. 19. chart. 99.

Tumultu aquas salias, & vitiosas magis sentimus, sobrii minus: quia contraria a contrariis magis sentiuntur. Vinolentus nanque, quod dulces in se continet humores: talis enim vini natura hinc vitiosos sapores magis sentit. sobrius autem quod salios, & acres habet, eundem saporem percipere nequit. Arist. probl. sect. 3. num. 8. char. 368.

Tunallus est piscis, qui ex flore nomen habet, marinus, specie pulcher, sapidus, & vt flos flagrat, & corpore bonos odores aspirat. Alb. ma. de ani. l. 24. c. 1. c. 199. c. 3.

Tunc semper est ad præteritum, & indifferenter se habet ad remotum propinquum: sed nunc se habet ad propinquum, sed indifferenter ad præteritum, & futurum. D. Thom. in 4. physico. l. 21. t. 123. ch. 69. col. 3.

Turbo accensus vocatur, cum spiritus tenuior factus ignitus fuerit: concidit enim aerem ignitione colorans. Arist. in 3. meteor. su. 1. cap. 1. c. 538.

Turbo terrestris est, cum multus, ac contortus ferri aptus est ventus e terra in hiatus diuadens. Aristotel. de mund. cap. 3. ch. 818.

Turbo fit ex vëtis æqualiter potētibus contra se venientibus, & per accidens fit ab vno vento repercussio ad aliquem parietem. Alb. mag. de pass. aer. c. 121. col. 2.

Turbo iuste timetur a nautis, quia cum incidit in mare, eleuat aquam, & aliquando naues, & subuertit eas. D. Thom. in 3. meteor. l. 1. c. 168.

Turchois est lapis coloris flauis, lucidi, candentis, ac si lac penetraret in flauum, visum conseruat, ac a malis casibus eum, qui eum portat, tuetur. Alb. mag. in 2. de min. ex tract. 2. cap. 18. c. 142. col. 1.

Turdella est avis musica, quantitatem, & serè colorem Turdi præferens, canens in vere. Alb. magn. de ani. l. 23. cap. 24. c. 195. col. 1.

Turdi nidos ex luto in celsis arboribus faciunt, vt hirudines, ita deinceps continuato opere, vt quasi catena quædam nidorum contexta videatur. Aristot. de hist. anim. l. 6. cap. 1. ch. 195.

Turdorum tria sunt genera. Vnū visciuosum, quod non vescitur, nisi visco, & resina, magnitudine picæ. Alterum pilare, quod sonat acutè, & magnitudine merulae est. Tertium, quod aliqui Illiacum vocat, & minus est maculis distinctum. Aristotel. de hist. animal. lib. 9. cap. 20. char. 337.

Turdus est avis cinerei coloris, non magno corpore, & nidificat luto in arboribus. Alber. mag. de ani. l. 23. cap. 24. char. 195. colum. 1.

Turpissima sustinere nullius honestæ, aut mediocris rei causa turpe est. Arist. in 3. ethic. nicom. cap. 1. char. 50.
Turpe agere pravi hominis est. Aristot. in 4. ethic. nicom. cap. 9. char. 107.
Turpis lucri cupidus est, qui omnia corrodit. Arist. in 3. moral. eudem. cap. 6. char. 422.
Turpius est damnari iuste, quam iniuste. Aristoteles in prim. rhetoricor. char. 38.
Turpia non sermonibus turpibus sunt narranda, sed per enigma significanda. Arist. rhet. ad Alex. ca. 34. ch. 239.
Turpe, ut turpe, non est appetens pulchri. Themist. in 1. phys. text. 81. char. 21. col. 1.
Turpe est id, quod a mediocritate recedit, quæ est inter nimium, & parum. Ammo. in Porph. char. 3. col. 1.
Turpissimus specie foelix esse non potest. Albertus mag. in prædic. char. 13. colum. 1.
Turpitudine, quæ est in corpore quo ad positionem membrorum, est ex diuersitate potentiarum, quæ sunt in anima. Idem ibidem.
Turpia, quæ fieri coguntur, ad tria mensuranda sunt; ad statum facientis, ad oblectationem facti, ad Reipublicæ utilitatem, vel detrimentum. Idem ethicor. 3. trac. 1. cap. 5. chart. 25. colum. 3.
Turpe est homini præter rationem rectam agere. D. Tho. in 7. polit. lect. 2. char. 103. col. 2.
Turtures, & palumbæ trimestres nascere venere incipiunt, gerunt utrumque diebus 14. totidem incubant, totidem fetus ita volucres fit, & perficitur, ut vix possit apprehendi. Arist. de hist. ani. 6. cap. 4. char. 204.
Turtur cum Ignaria pugnat, locus enim pascendi, idemque victus eorum est. Idem de hist. ani. 9. cap. 1. char. 317.
Turtur, & luteus pugnant; occiditur a luteo turtur, & a cornice tympanus nomine. Idem ibidem.
Turtures ouant bis in vere, & si corumpantur oua secunda, vel auferantur, tertio aliquando ouant. Alb. mag. de ani. lib. 6. tract. 1. cap. 5. char. 58. col. 2.
Turtur inter omnia genera columbarum castitatem amat, ita ut vni soli sociatur, & illo solo viuente, & fecundante. Idem ibidem lib. 8. tract. 2. cap. 3. ch. 75. col. 2.
Turtur auis est nota pudicitiam amans, cinere coloris in dorso superaspera colore ruffo, & superficie pennarum. post primum coniugem dicitur secundum nascere; bis pullificat in vere, ter etiam ouat, si prima, vel secunda subtrahuntur. Idem ibidem lib. 23. cap. 4. c. 195. col. 1.
Tussiant animalia quædam, ut homines, alia non, ut bos: an quia natura eo homini conuertit excrementum, alijs aliorum: vel quia homo maximum, & humidissimum habet cerebrum: tussis autem pituita stillante fieri solet. Arist. problem. sect. 10. num. 1. char. 426.
Tussis pituita stillante fieri solet. Idem ibidem.
Tussientibus, & euomentibus cur nonnullis splendores ante oculos apparent? quoniam abductio vehemens pectoris sursum compellit, & spiritus, qui ad oculos venit, spiritum cõspiciendi perturbat, ita ut ille imagines foris ementiantur. Alexan. aphr. probl. 2. nu. 55. c. 745.
Tussis est incurfus violentus, non per debitum exitum respirandi aeris ad ipsam arteriam factus. Simpl. in 2. de anim. tex. 90. char. 40. col. 4.
Tussis, quæ sit per exitum spiritus per asperam arteriam, non est vox. Io. gram. in 2. de ani. tex. 88. char. 62. col. 2.
Tussis est aeris percussio per arterias ab animali prolata sine linguæ percussione, sonusque, & non vox appellatur. Boet. in lib. de interpret. char. 289.
Tylacus vermis (ut dicunt) est serpens de genere draconis, qui à Tylia vocatur eo quod in medulla Tylæ primo nasci dicitur, & medullam primitus, postea lignum ad casum usque arboris depascitur, & crescit in maxima quantitate, & insidiatur bestijs & hominibus, & deuorat eos, & mortuum draconum habet: & cum capitur, oportet ut bellicis instrumentis capiatur. Alber. mag. de animal. lib. 25. char. 203. col. 1.

Typus proprie est id, quod ex eminentia, & depressione redditur. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 20. char. 39. col. 2.
Tyranni plerique, qui dominationes adepti sunt, eas usque ad extremum conseruauerunt, sed qui ab illis susceperunt, cõfessim (ut ita dixerim) perierunt omnes; nam in voluptatibus viuentes facile contemnuntur, ac multas præbent occasiones opprimendi sui. Aristote. in 5. politic. cap. 10. char. 679.
Tyrannides seruantur duobus modis contrarijs in ter se: quorum alter est is, quem per successionem traditum plurimi tyrannorum obseruant; potentiores decerpere, & sapientes interimere, & omnia cauere, vnde inter ciues oriri solet fides, & amicitia, & scholas omnes prohibere, & omnia facere, ut ciues sibi iniucem sint incogniti, & satellites circummittere, ut sciant, quid vique agatur, & exploratores habere, & bellum concitare, ut negotijs occupentur ciues, potentia mulierum domi, manumissio seruorum, nullo honeste, nec libere delectatur, & peregrinos magis recipiunt, quam ciues. Idem ibidem cap. 11. char. 681.
Tyrannus tria coniectat. vnum, ut animos imminuat ciuium: nam nemo parui animi contra tyrannum insurgit. secundo, ut ciues inter se dissidentes reddat: non enim euertitur tyrannus, nisi ciuium aliqui inter se fidem habeant. tertio, in potentia agendi: nemo enim sibi impossibilia aggreditur. Et ita nec tyrannidem tollere, si potentia desit. Idem ibidem char. 684.
Tyrannides permultæ per contumelias mulierum perierunt. Idem ibidem char. 685.
Tyrannus debet videri erga deorum religionem affici vehementer, minus enim formidabunt populi, ne quid contra iustitiam fiat, si religioni deditum illum existimabunt, ac Deorum timorem habere: minusque contra illum audebunt insurgere, quasi Deos habeat propitios, & fauentes. Idem ibidem.
Tyranni maxime cauere debent eos, qui ita dispositi sunt, ut amplius viuere non curent, cum occiderentur. Idem ibidem char. 687.
Tyrannus, & paucorum potentia breuissime omnium gubernationum durare solent. Idem ibid. chart. 688.
Tyrannis, quæ multum durauit apud Sicyonios Orithogoræ, & filiorum tempore, durauit ad centesimum usque annum, quia mediocritate quadam erga subditos utebantur. Idem ibidem.
Tyrannus mutatur in tyrannidem, & in paucorum potentiam, & in populatam statum, & in optimates, & e paucorum statu in tyrannidem fit mutatio. Idem ibi. c. 690.
Tyrannica machinamenta omnia popularia videntur, ut seruorum licentia, & mulierum, & puerorum, ut sine metu uiuant, ut uelint. Idem in 6. politic. cap. 4. ch. 701.
Tyranni prodigi non dicuntur, facile enim esse uidetur, ut dationibus, & sumptibus excedere multitudinem possint. Arist. in 4. ethicor. nicom. cap. 1. char. 82.
Tyrannis est principatus unius prauitas. Aristotel. in 8. ethicor. nicom. cap. 10. char. 204.
Tyrannis est dominatio unius ad proprium commodum. Arist. politic. 3. cap. 5. char. 571.
Tyrannicum non est secundum naturam. Arist. politic. 3. cap. 12. char. 597.
Tyrannis inter gubernandi species deterrima est: secundo paucorum potentia, & popularis status est maxime mediocris. Arist. politic. 4. cap. 2. char. 603.
Tyrannis antiquitus a ductoribus, populi facile occupabatur, quia illi populos ducebant, qui bello gerendo præficiabantur: at superueniente rhetorica, qui dicendi facultatem habet, populos ducunt: at quia imperiti sunt bellicarum rerum, tyrannidem inuadere non audent, nisi ubi parum tale quid incidit. Arist. pol. 5. ca. 5. c. 654.
Tyrannis cõposita est ex duobus malis, & continet transgressionem malarum gubernationum. Arist. politic. 5. cap. 10. chart. 672.

Tyrannis

Tyrannis originem habet a populo, & multitudine contra nobilitatem, ut populus iniuriam ab illis non patitur. Arist. pol. 5. cap. 10. char. 677.
Tyrannides alia constituta sunt a ductoribus populorum ciuitatibus iam ductis, alia prius è regibus transredientibus patria iura, & affectantibus magis dominari, alia ex electis ad principales magistratus, alia ex paucorum potentia eligentium vnum ad maximos honores. Idem ibidem.

V



VACCAE Epyrothicae propria præcipua magnitudine amphoras singulas singulae implent lactis, mensuræque eius dimidium mams duabus præstat: erectus qui mulget, aut paululum se inclinat, quoniam sedendo vbera contingere nequeat, & eadem terra cæteras quadrupedes magnas fert excepto asino. Arist. de hist. animal. 5. cap. 21. chart. 103.
Vaccæ magna ex parte viuunt annos quindecim, atque etiam mares excisi: at tauri plus temporis quam cæteri viuunt vsu exercitij, & copia pabuli vigent nonnulli ad viginti annos. Arist. de hist. ani. 6. cap. 21. ch. 233.
Vaccæ carent lacte ante partum, & partu bonum est, & lac si prouenit primum, nisi aqua admisceatur, durefcit, ut lapis. Arist. de hist. anim. 6. cap. 2. char. 244.
Vaccæ recentior, quam annicula non patitur venerem nisi ostento. Arist. de hist. anim. 6. cap. 2. char. 234.
Vaccæ coire incipiunt mense Aprili, & Maio, sed nonnullæ etiam tempus coeundi ad autumnum deducunt. Arist. de hist. anim. 6. cap. 21. char. 234.
Vaccæ cum plures grauidæ sunt, & facile initum patiuntur: hyemis signum est, & imbrium. Arist. de hist. animalium. 6. cap. 22. char. 234.
Vaccæ menses patiuntur, ut equæ, sed minus. Aristot. de hist. anim. 6. cap. 21. char. 234.
Vaccæ tempore coitus saltant super mares, ut eos prouocent, & cognoscuntur ex tremore vuluæ. Alb. mag. de anim. lib. 6. tract. 3. cap. 1. char. 61. col. 3.
Vaccæ, capræ, & oues post impregnationem pinguiores fiunt. Alb. mag. de ani. lib. 6. tra. 3. cap. 1. char. 61. col. 4.
Vaccæ cum plurimæ impregnantur, & omnes fecundæ multos pariunt foetus, signum est hyemem futuram multum pluuiosam. Albertus magnus de anim. lib. 6. tract. 3. cap. 2. chart. 62. colum. 3.
Vaccis duæ accidunt infirmitates: podagra, & dolor capitis, termentilla autem data in potu, vel pastu multum eis, & equis prodest. Alber. magn. de anim. lib. 7. tract. 2. cap. 2. chart. 69. colum. 1.
Vaccæ si cõcipiunt geminos in estate & pariunt, erit pronosticum multæ pluuiæ in hyeme, & cum multæ vaccæ moriuntur. Albertus magnus de animalibus. lib. 22. tract. 2. cap. 1. chart. 173. colum. 4.
Vaccæ animal est marinum, validum, & iracundum, & in iuriosum, non ouat, sed facit partum sibi similem, ad plus duo, sæpe vnum: mater decem mensibus impregnatur: viuunt, ut probatum est per caudæ amputationem, annis 130. Alb. mag. de ani. lib. 24. cap. 2. ch. 199. col. 3.
Vacuum affirmantes aiunt esse locum corpore priuatum. Aristot. phys. 4. sum. 1. cap. 1. tex. 6. char. 78.
Vacui consideratio eodem modo pertinet ad physicum de loco; quia similem habent & fidem, & incredulitatem per ea, quæ putantur. Arist. phy. 4. c. 1. t. 50. ch. 92.
Vacuum est locus, in quo nihil est. Aristoteles physico. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 57. char. 94.
Vacuum vno modo dicitur non plenum corpore sensibi-

Tyrannides corrumpuntur ab extra, cum a potentiori subuertuntur, & cum in seipsis seditionem habent. Idem ibidem char. 678.
Tyrannus per se odio habetur, quia principatur melioribus se. D. Thom. in 5. polit. lect. 10. ch. 85. col. 3.
Tyrannus est, qui regimine, & iustitia caret, & qui non respicit ad utilitatem reipublicæ, sed ad utilitatem propriam. Alexander de Ales libr. 5. metaphysic. text. 1. chart. 102. colum. 4.

li secundum tactum: alio modo, in quo non est hoc aliquid, nec substantia corporea. Aristoteles physico. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 58. char. 94.
Vacuum non potest esse materia, quia materia non est separabilis à re: vacuum autem quæritur ut est à re separabile. Arist. physico. 4. sum. 2. cap. 2. text. 58. char. 94.
Vacuum videtur esse causa motus localis, cum omnium corporum simplicium aliqua latio sit natura, ignis sursum, terra deorsum. Arist. phy. 4. sum. 2. ca. 3. t. 64. c. 96.
Vacuum æternum si est, & immensum, & sibi vndique simile, immobile etiam esset: non enim mouere potest, nisi excesserit. nam quod excedit, vel in plenum, vel in vacuum excedit, quorum alterum, ut plenum, non possit admittere, & vacuum nullum est. Arist. de Xen. Zeno. & Gorg. char. 913.
Vacuum neque separatum, nec aggregatum, nec in raris corporibus esse, nec potentia patet. Them. in 4. phys. tex. 86. char. 86. colum. 4.
Vacuum, & inane nihil est. Simp. in 1. phy. char. 12. col. 1.
Vacuum si alicuius motus causa esset, alterationis non potest esse causa. Simpl. in 4. phy. tex. 62. ch. 239. col. 2.
Vacui ad corpus nulla est ratio, ut nec ipsius nihil ad numerum. Simpl. in 4. phys. text. 82. char. 250. colum. 1.
Vacuum per se spatium quoddam corporum receptaculum, quod etiam habet aptitudines differentes ob differentias ipsorum, forte nondum ex dictis ab Arist. de vacuo sublatum est. Simp. in 4. phy. te. 86. c. 253. col. 1.
Vacuum in rerum natura nullo modo esse potest. Ioan. grammata. in 1. phys. char. 2. colum. 2.
Vacuū immobile est. Io. gra. 4. phy. in digref. ch. 84. col. 1.
Vacuum quod ponit Ioan. gram. non ita est, ut aliquando possit omni aliquando corpore esse separatum, sed diuersum a corporibus, quæ illud obeunt, ac in illo incidunt, & propria ratione vacuum: nunquam tamen sine corpore, ut materia est sine formis, nunquam tamen sine forma. Ioan. grammata. in 4. phy. ch. 85. col. 2.
Vacuum immobile est, ac recipit totam mundi machinam, & extra mundum locum obtinet. Ioannes grammata. in 4. physico. char. 85. colum. 2.
Vacuum iuxta propriam opinionem non est causa efficiens, nec finalis motus, nec necesse est, ut vnusquisque locus receptiuus, & capax corporum aliquam vim, & qualitatem habeat. Idem in 4. physico. char. 94. colum. 2.
Vacuo existente nihil prohibet sagittam, vel lapidem proijci, cum sit proijciens, proiectum, & receptaculum. Io. grammata. in 4. physico. tex. 67. char. 95. col. 4.
Vacui opinio Ioan. Gram. non est, ut sit, sed si fuerit, nihil vetat motum esse. Io. gram. in 4. phy. t. 67. ch. 95. col. 4.
Vacuum assimilatur loco, ideo existimatur esse locus, in quo non est corpus. Auer. in 4. phy. tex. 1. ch. 56. col. 4.
Vacuum dicere esse famosum propter existimationem, & necessarium est in existimatione eis, qui generant mundum secundum totum, quia necesse est, ut locus præcedat corpus. Auer. in physico. 4. tex. 6. ch. 59. col. 1.
Vacuum, & dimensiones abstractæ non habent differentias, sed natura earum est consimilis. Auer. in physico. 4. text. 36. char. 64. colum. 1.
Vacuum non habet differentias, quibus in superius, & inferius diuidatur. Auer. in physico. 4. tex. 42. ch. 65. col. 3.

Vacuū dicentes in duas partes diuisi sunt, nam alii dicunt ipsum separari à corporibus: alii non, quorum est Ioan. gram. Auer. in phy. 4. tex. 43. c. 66. col. 1.

Vacuum non habet naturam; nec vniuersalem, nec diuersum. Auer. in phy. 4. tex. 48. c. 68. col. 1.

Vacuum, & locus sunt idem subiecto, diffinitione duo. Auer. in phy. 4. tex. 50. c. 68. col. 4.

Vacuum, & corpus mathematicum non differunt, cum vtrunque habeat tres dimensiones abstractas à materia. Auer. in phy. 4. tex. 41. c. 69. col. 1.

Valetudo secunda est quædam mediocritas. Arist. probl. sect. 1. num. 3. ch. 331.

Valetudinis ratio habenda est diligentius, cum tempora variantur. Arist. probl. sec. 1. nu. 3. c. 331.

Valetudine qui fruuntur secunda, aut nullo premuntur morbo, aut preli celeriter à vita decedunt, quia nisi magna de causa egrescere nequeunt. Aristotel. proble. sect. 1. num. 28. ch. 340.

Valetudo corporis ea est, ut expertes morbi sint: nō enim aliquis beatus in valetudine existimare potest, eum qui ab omnibus rebus, aut plurimis abstinet. Aristote. rhetoricor. 1. char. 23.

Valetudinis ars est causa pulchritudinis, & magnitudinis natura. Arist. rhet. 1. c. 24.

Valetudo est bonum, quia causa est duarum rerum, quæ maxime apud vulgus in precio sunt, id est, voluptas, & vita. Arist. rhetor. 1. c. 26.

Valetudo, quæ efficitur in ægrotante, fit ex valetudinis forma rationeque in medici anima existente. Alexan. Aphr. in 6. metaph. vel 2. Lat. 7. comm. 29. c. 194. col. 2.

Valetudinarii ij sunt qui habent naturam impotentiam nihil à quibusvis patiendi. Ammon. in præd. c. 91.

Valles cum pinguedinem recipiunt a montibus, raro, & pauco indigent letamine. Alber. mag. de veg. & plant. 1. 7. tract. 1. cap. 1. c. 174. col. 3.

Valles calidæ sunt respectu montium, ideo homines, qui in vallibus morantur, maiores sunt. Petr. de Auer. de long. & breu. vit. 1. 3. c. 61. col. 3.

Vanelli aues sunt capite cristato, ut pauo, colore viridi, lucenti corpore, res duo vario. Alb. magn. de ani. 1. 23. cap. 24. char. 195. col. 2.

Vanus est, qui maiora, quàm habet fingit, sed id nullius rei causa, aut si alicuius causa, aut gloriæ, aut honoris, atque is non est admodum vituperabilis, ut arrogans, aut argenti eorumque, quæ ad argentum attinent, qui deformior est. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 7. c. 102.

Vanum est id, quod de se non est aptum natum, ut sit utile, vel aliquid nocumentum afferat. Alber. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 17. c. 25. col. 3.

Vapor quid est, ut fit, & à quo.

Vapor est aquæ disgregatio. Arist. meteor. 1. su. 1. cap. 4. c. 456. Idem D. Tho. in 1. meteor. 1. 4. c. 14.

Vaporis natura, & est humida, & calida quasi potentia aqua. Arist. meteor. 1. su. 1. cap. 4. c. 457.

Vapor est exhalatio ex aqua. Aristotel. meteorol. prim. summ. 3. cap. 1. char. 474.

Vapor calidior est aqua, habet enim eleuatē adhuc ignē. Arist. meteor. 1. summ. 3. cap. 1. c. 475.

Vapor est humiditas quædam. Aristot. de sens. & sens. capit. 5. chart. 20.

Vapor non solum humidus est, sed etiam calidus. Alex. aphr. in 1. meteor. cap. 4. comm. 14. c. 7. col. 1.

Vapor omnis est ab aqua, vel à terra. Alber. mag. de pass. aer. char. 117. column. 3.

Vapor omnis generatur per subtiliationem. Idem ibid.

Vaporum causa in speciali est multiplex, in communi duplex; calor scilicet, & frigus. Idem ibid. col. 3.

Vapores vel generantur ex vapore sicco tantum, aut ex humido tantum, aut ex vtroque. si sicco tantum, tunc

materia omnis talis impressionis erit uapor terræ, ex quo undecim impressiones fiunt in aere. Alb. magn. de pass. aer. ch. 117. column. 4.

Vaporem conuertere est in spissando ad materiam aquæ redigere. Alb. Mag. de pass. aer. c. 118. col. 2.

Vaporis conuersio omnis fit per frigus, quia frigidi est condensare, calidi disgregare. Alber. magn. de pass. aeris. char. 118. column. 2.

Vaporum nullus multum pergit per regionem frigoris ad regionem æstus sed plus, & plus eleuatur in regione frigoris excellentis, uel temperati, & sunt magis, uel minus calidi. Alb. mag. de pass. aer. c. 118. col. 2.

Vapor climatis trahit principium à uapore plagæ mundi. Alb. mag. in 3. meteor. tr. 1. sap. 10. c. 97. col. 3.

Vaporis uarij effectus.

Vaporis grossi materia in cælo triplex est, aliquando siāma, aliquando est grossa nigra, & ignitur, ut carbo, & uidetur cometes rubeus: aliquando extinguitur, & uidetur in cælo, ut nurago nigra quædam. Albert. mag. in 1. meteor. tr. 3. cap. 5. c. 82. col. 2.

Vaporis igniti diuersitas ex diuersitate materiæ proficiscitur. Alb. mag. in 1. meteor. tr. 4. cap. 5. c. 83. col. 4.

Vaporis ut causa omnium, quæ in alto gignuntur.

Vapor est causa materialis omnium eorum, quæ in alto, uel in imo generantur, & sic eum distinguimus quia vel est impressio ex vapore sicco tantum, vel ex humido tantum, vel ex vtroque. Alber. mag. de pass. aer. char. 117. column. 3.

Vapor ut pruina, niuem rorem, & uentos generat.

Vapor pruine paucus est, & subtilis, ut vapor roris, sed propter vehementiam frigoris non potest ascendere ad locum roris, quod frigus fit, vel ex tempore cum Sol recedit per æquinoctialem, & per circulum obliquum, ut in nocte hyemis serenæ, & ex aere, quod est in vere, & à Sole propellitur inferius, & maxime si à Saturno adiuuatur. In Autumno, cum Sol discedat à nobis eleuantur nubes frigidæ, quæ aerem infrigidat. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. cap. 8. c. 86. col. 1.

Vapor niuis, pluuiæ, pruina, & roris differt in generatione horum, quia niuem ac pluuiam generari contingit frigore prius spissante vaporem in nubem: pruina, & ros a vapore in nube non spissata: sed ros a frigido temperato vapore tantum resolente: pruina a frigido excellenti vapore congelante, antequam conuertatur in aquam. Ideo pruina non est rotunda, sed lata. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. cap. 8. c. 86. col. 1.

Vapor roris, & pruinae flante vento vel non eleuatur, vel si eleuatur, non potest ad formam roris, vel pruinae formari. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. cap. 12. c. 86. col. 3.

Vapor, ex quo fit ros, & pruina eleuatur in die, & cadit eadem nocte sequenti: pluuiæ autem & niuis vapor permanet in aere per multos dies, in quem agit calor eleuans, & frigus condensans. Alber. magn. in 2. meteor. tract. 1. cap. 15. c. 87. col. 1.

Vapor generans ventos, & ignem in aere differt in tribus: in calore, in subtilitate, in continuitate, & in loco generationis. igneus enim, & calidior, & subtilior, & minus continuus est, & generatur in loco æstus: venti autem non transcendunt partem aeris frigidam. Alber. mag. in 3. meteor. tr. 1. cap. 5. c. 96. col. 4.

Vapor ut ignis maiorem portionem in se habet.

Vapor est à calido combustiuo in aerem, & spirituum excretio, ex humido madefectiuo. Aristot. meteor. 4. summ.

4. summ. 3. capit. 2. text. 47. chart. 582.

Vapor a caliditate sursum latus cum ad frigidiora peruenit loca ab ipsa derelictus, aut quia extincta iam sit, vel segregata, vel quia frigus super ipsa obtinuerit derelictus consistit rursus, & in aquam transmutatus descendit. Alex. Aphr. in 2. meteor. cap. 3. co. 17. c. 46. c. 1.

Vapor siccus, & calidus magis ascendit, quam vapor calidus, & humidus quatuor de causis. Primo, quia licet vapor terrestris sit grossus, recipit calorem, quasi in summo. Secundo, quia siccum terræ magis retinet calorem, quam humidum. Tertio propter symbolum, quod habet siccum terrestris ad inflammationem ignis, quod non habet humidum aqueum. Quarto, quia humidum aqueum facile conuertitur in aerem, terræ siccum magis se continet. Idem in 1. meteor. tract. 4. cap. 3. ch. 83. col. 3.

Vapor in terra repulsus aliquando inflammatur, & impetu erupit, & ignita corpora, lapides, & cineres educit, ut in Etna monte Siciliæ. Aliquando ignitur in loco sulphuris, auri pigmenti, & a luminis, & educit sulphuris incensi quantitatem. Aliquando frigescit extincto vapore, Aliquando conuertitur in stagnum falsum propter partes terrestres combustas, quæ sunt in aqua, & aliquando reabsorbentur a terra. Alber. mag. in 3. meteor. tr. 2. cap. 17. c. 104. col. 2.

Vapor, qui est in nube, totus potest simul egredi de nube, & successiue per partes terræ, si tota ignitur non rotus, si aliqua pars ignitur tantum. Albert. Mag. in 3. meteor. tract. 3. cap. 13. c. 107. col. 3.

Vapor vehementer calidus, & siccus paucas pertingit regiones aeris, inferiorem scilicet, & mediam; quia frigus illarum non potest conuertere ipsum, & transibit ad aliam regionem, quæ dicitur æstus & ibi quinque impressiones facit. Alb. mag. de pass. aer. c. 117. col. 4.

Vapor vehementer calidus, & siccus, aut in omnibus æqualiter est subtilis bene tenuis aptus inflammari ex calore loci, aut inæqualiter. Si inæqualiter aut habet inferius multas partes terrestres dilatabiles, aut non, sed paucas. Si multa terrestria habet inferius, tunc ibi de necessitate dilatabitur: terrestris autem abundans repugnat eleuationi ad æqualitatem partium, & calidum interius ingerens, vel ingressum rarificando dilatatur, & partem plus calidam continue plus, & plus protendit in acumen, & efficit ipsum, ut columnam, Pyramidis, & videtur demissum, ut perpendicularum, & vocatur ignis perpendicularis. Alb. mag. de pass. aer. char. 117. column. 4.

Vapor vehementer calidus, & siccus si est inæqualiter tenuis, & subtilis, & non habens subtus multa terrestria, quæ dilatari queant, inflammatur, & vocatur lanca ignea. Alb. mag. de pass. aer. ch. 118. col. 1.

Vapor vehementer calidus, & siccus, si est æqualiter subtilis, bene tenuis, æqualiter aptus inflammationi, aut est æqualiter disgregabilis calore in omnem partem dimensionis, sic facit quasi rotundum natans in superficie aeris, & vocatur candela accensa: & licet in superficie sit latum, tamen propter longinquitatem nostri visus videtur rotundum, & sphericum. Alb. mag. de pass. aer. ch. 118. col. 1.

Vapor vehementer calidus, & siccus, si est æqualiter subtilis, & non extensibilis, nisi in partem vnā propter paruitatem materiæ, ut corium, quod cum extenditur ad partem vnā, contrahitur in alia, tunc dicitur assub, ascendens. Alb. mag. de pass. aer. c. 118. col. 1.

Vapor vehementer calidus, & siccus, si est æqualiter subtilis, sed non bene continuus, nec sibi adhaerens, sed vna pars eius aliquantum distans ab alia, tunc videtur assub ascendere post assub, sicut si euolare scintillæ de fornace. Alb. mag. ibid.

Vapor si est non vehementer calidus, & siccus, non penetrat frigidissimam mediam aeris regionem, & quinque

efficit. Alber. mag. de pass. aer. ch. 118. col. 1.

Vapor non vehementer calidus, & siccus, aut est bene continuus, aut disgregatus. Si disgregatus, tunc propter calorem, quem habet, cum in aere inferiori, occurrit ei frigida nubes fugienda, conficit partem per partem, & inflammatur, & quia disgregata sunt partes videtur diuersus ignis, & disgregatus egreditur. Si est bene continuus, & expellitur a frigida nube tangente, tunc vel est fortis vapor, & coglobatus, vel nec bene coglobatus, nec multus, & si sic, cadit continue, & non diuiditur, & propter continuum casum videtur stella cadens, quæ post se reliquit vestigium casus post se, & vocatur candela accedens candela continue per descensum. At si est multa materia, coglobata, tunc nihil ei obuiat, & sui ipsius confricatione accenditur, & stat aliquādiu in aere, & hoc est lumen, quod dicunt nocte antecedere homines. Aut ei occurrit aliquid in aere, quod vel expellit inferius, & appellatur stella cadens, aut nubes frigida est ad latus vnum, & calida ad aliud, & a calida attrahitur, & ibi incenditur post primam partem: aut fumat antequam incendatur, & dilatatur in medio, & incuruatur propter incensionem partis vnus, & extinctionem alterius versus humidum frigidum, & sic efficitur draco volans. Alb. mag. de pass. aer. ch. 118. col. 1.

Vapor siccus tenuis inflammabilis medio modo, cū pertingit ad mediam regionem, & non penetrat ipsam, fit assub tertium, quia ille cum frigore loci expellitur, & quia multe nubes sub eo sunt, ideo incendens in nubis occultatur, & penetrans apparet, ideo vocatur assub aliquando apparens, aliquando non. Alb. mag. de pass. aer. ch. 118. column. 2.

Vapor ut aeris, uel aqua maiorem portionem habet.

Vapor humidus, & frigidus est bene terminabilis. ut humiditas, quia autem aquæ est frigidus est propria natura, ut aqua non calefacta. Aristot. meteor. 2. summ. 2. cap. 1. chart. 510.

Vapore in aqua resolutio, non omne, quod relinquitur, est aer, sed etiam relinquunt partes calidæ, & siccæ. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. cap. 4. c. 85. col. 2.

Vapor est sub forma aeris, & non aquæ, quia accedere nequit ad tantam raritatem, ad quam aqua accedit. Alb. mag. in 2. meteor. tr. 1. cap. 7. co. 6. c. 85. col. 4.

Vapores multi, qui fiunt ex terra in vere, sunt in causa, ut plantæ pullulent. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 2. cap. 9. char. 102. column. 4.

Vaporis formam primò accipit omne, quod vel per naturam, vel per artem ab aliquo sublimatur, quæ forma aeris simillima est, & plurimum aeris habet. Alb. Mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 1. cap. 3. c. 52. col. 2.

Vapor humidus, cum sit aqueus, non est inflammabilis, quia igni in duabus qualitatibus contrarius est, in frigiditate, & humiditate potentia, licet actu sit aliquantulum calidus, & siccus. Alb. mag. de pass. aer. c. 118. c. 2.

Vapor humidus si est valde calidus, erit valde rarus ascendens ad regionem frigoris: & cum sit rarus, frigus circumstantis in regione penetrat profundum eius vndiq; & calor egreditur: & cum sit frigus dominans construa gnet aquam conuertam, & inde grandinem magnā generat, vel paucam secundum frigoris potentiam, quod patet, quia non cadit grādo nisi temporibus calidis. Idem ibi.

Vapor aqueus, ut frequenter, non est rarus subtilis, & calidus, sed potius humidus, grossus, fumosus, ideo non ascendit alte ad regionem magni frigoris, sed restat in inferiori, cuius frigus sufficit conuersioni, sed non congelationi, nisi per accidens, & ideo talis vapor redditur aqua pluens per accidens die, quia frigore accidentali existente in aere, ipsæ guttæ pluuiæ antequam veniant ad terram congelantur, & cadunt glacies.

glacies. Alb. mag. de pass. aer. chart. 118. colum. 4.
Vapor spissus quasi fumus olei ex rore, aqua, & terra generatur super arborum foliis inuenitur, qui est dulcis, vt mel, & postea evaporatur humido aereo remanet, vt farina, & ex hoc generantur vermes ex frigore aeris constipate pelliculam exteriorem, qui cum nascuntur, indicium est, oues interituras, & alias pecudes, sed maxime oues. Alb. mag. de pass. aer. c. 119. col. 1.

Vapor ut terra maiorem portionem habet.

Vapor nullus absque terrena aliqua portione egreditur. Io. gra. in 5. de gen. ani. cap. 5. c. 100. col. 3.

Vapor terreus nunquam ascendit æqualiter in omnibus partibus, quia in eo sunt appositæ virtutes valde. Alb. mag. de pass. aer. c. 119. col. 3.

Vapor ventorum non conuertitur, vt fluat terra, vt aqua; quia materia venti, quæ est sicca, & habens tantum aliquid huiuscemodi nature continui, non tamen continua est, & quia vapor venti non natat super eos, sed dirigitur ad extrema nostræ habitationis, vel conueni arcus terræ, quia terra est rotunda. Alber. magn. de pass. aer. char. 119. col. 3.

Vapor terrestris cum non sit adeo dilatabilis, vt aqueus, constringitur sui medio, & alius expanditur circa ipsum, vt tentorium: & quia exterius est humidus, interius siccus, fugit interior in intrinseca nubis ob contrarium, & ex ipso motu igniri contingit, & scindit nubem, in qua scissura fit eoruscatio, & sonus, qui etsi simul sunt tempore, non tamen simul apprehenduntur, quia velocior est visus auditu. Alber. magn. de pass. aer. char. 120. col. 1.

Varach dicitur sanguis draconis: valet contra quemlibet fluxum, maxime sanguinis. Alb. Magn. in 2. de miner. tract. 2. cap. 19. ch. 142. col. 1.

Varius est de genere piroli, in ventre albus, in dorso grisei coloris, & pellis eius vitilem, & ornatum præstat vestitum. Albert. Magn. de animalib. libr. 22. text. 2. cap. 1. char. 183. col. 3.

Variatio ubi est, ibi est infinitas, & indeterminatio. Ale. de Ales in 1. metaph. ch. 18. col. 3.

Variatio accidentalis magis debet dici alteratio, quam generatio. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 19. col. 3.

Vasorum fundi, quibus calefacimus aquam, cur tam diu calidiores sunt, dum aqua ipsa frigidiuscula est? quonia aqua adhuc frigida calor concluditur circum, obstititque intus, cum ei exitus omnis denegetur: & aqua cōcalescens quod nihil præterea calor accretur, sed libere respiret, dimiuaturque, fundus frigidior redditur, non secus, ac balneæ: has enim hyeme, quam æstate calidiores experimus: quonia calor hyberno potius, quam æstiuo tempore aeris circumfundētis frigore intercluditur. Arist. probl. sect. 24. nu. 8. c. 568.

Vasa in lapides versa ad Lydiæ metalla apud Pergamum existentia, quæ antea Cræsus confecerat bello quodam exorto, opifices confugisse ferunt, qui obstructio ostio suffocati sunt: & postea longi temporis spatio metalli sapientis, vasa, quibus pro manibus abluendis oportunitate utebantur, in lapides conuersa inuenta fuisse, & quouis hquore, (ceu camphoræ) repleta fuissent, pari modo ipsum in lapidem conuersum fuisset; nec non simili ratione ossa hominum in lapides versa vulgo proditur. Arist. de admir. aud. nu. 50. c. 848.

Vasa, quæ baucalia appellantur, cur strepitum faciunt dum implentur aqua? quia cum nullam aquam continent, plena sunt aere, & pro sua grauitate extenditur, & cum agitur veluti pugna inter illum humorem, & aerem, cum deorsum aer humor premat, ac sursum humorem compellat, & cum id vicissim agatur, merito fit strepitus. Alex. Aphr. prob. 1. nu. 94. c. 700.

Vasa, quæ harpagia nominamus, si digito foramen superius obturetur, aqua nullam per foramen foras emittunt: at si apertum sit, libere emittere possunt, quia ore aperto aquam deorsum aer compellit. Alex. Aphr. probl. 1. num. 55. ch. 701.

Vas vniuersum non est locus, sed introrsus extimum caueæ. The. in 4. phy. t. 41. ch. 36. col. 4.

Vas plenum cinere tantum recipit de aqua, quantum reciperet vacuum, quia corrumpuntur ex eo partes aliquæ, & aeri, qui est mistus cum cinere, succedunt ex eo partes aliquæ, & alia partes dissoluuntur a cinere, & huius signum est, quia cum cinis exprimitur, exit quædam pars aquæ, & non tota, & quando cinis exiccatur, est minor quam erat. Auerro. in physic. 4. tex. 8. chart. 69. col. 4.

Vbera mulierum, ita sunt fungosa, vt si in poculo pilum biberint, dolor fit in mammis, nec sedatur donec pilus, vel pressus exeat sponte, vel cum lacte exugatur. Arist. de hist. ani. 7. cap. 1. ch. 263.

Vbi substantiæ ad locum relationem habet. Porphy. in prædicamen. char. 25.

Vbi significat locum, vel quod est in loco, cuius sex sunt species: supra, infra, dextrum, sinistrum, ante, & retro. Ammo. in præd. c. 102.

Vbi non est locus, nec quando est tempus, sed existente loco, & tempore hæc accidunt. Simp. in præd. c. 78.

Vbi duo significat: locum, & quod est in loco. Simplic. in prædicamen. ch. 93.

Vbi est habitudo corporis ad locum suum, & huius est quoddam primum, quoddam secundum. primum est quod circuit corpus conuinctum super ipsum, quod non separatur ab eo. secundum, cuius primum est pars. Auero. epitom. in log. c. 342. col. 4.

Vbi est de rebus necessariis entibus naturalibus. Auero. ibidem.

Vbi prædicamentum est circumscripcio corporis à loci circumscriptione proueniens. Alber. Mag. in 6. princ. chart. 79. column. 2.

Vbi aliud est simplex, aliud compositum: simplex, qui à simplici loco procedit, vt punctum: compositum, quod a composito loco procedit. Idem in 6. princ. c. 74. col. 1.

Vbi prouenit non à loco, sed à loci circumscriptione. Alb. mag. in prior. c. 58. col. 1.

Vbi nil aliud significat, quam esse in loco, & moueri secundum locum nil aliud est, quam moueri secundum vbi. D. Thom. 1. metaph. 1. l. 2. ch. 815.

Vdum est, quod habet alienam humiditatem in superficie. Arist. 2. de gen. & cor. lu. 2. cap. 2. t. 4. c. 426.

Vectio in tribus erit notibus: nam quod vehitur non secundum se mouetur, sed secundum accidens: ex eo enim mouetur, quia in eo, quod mouetur, est, aut supra id, quod mouetur: quod autem vehit, mouetur, vel vt pulsus, aut tractus, aut vertigine actum. Arist. phy. 7. sum. 3. cap. 1. tex. 10. ch. 181.

Vecte magnum moueri pondus, quod sine vecte moueri non posset, circulus est in causa. Aristot. quæst. mechan. char. 776.

Vecte magna cur exigue vires magna mouent pondera, vectis insuper onus accipientes. cum facilis sit minorem mouere grauitatem: minor autem est sine vecte? Quonia ipse vectis est in causa libra existens, spatium inferne habens in inæqualia diuisa. hyppomochio enim est spatium, ambo nanque stant, vt centrum. Quonia autem ab æquali pondere celerius mouetur maior earum, quæ a centro sunt: duo vero pondera, quod mouet, & quod mouetur: quod igitur motum pondus admouens, longitudo patitur ad longitudinem; semper autem quanto ab hyppomochio distabit magis, tanto facilius mouebit: quonia quæ plus a centro distat, maiorem describit circulum, quare ab eadem potentia plus separabitur mouens illud, quod plus ab hyppomochio distabit. Arist. q. mech. q. 3. ch. 783.

Vecte tripliciter considerari potest, vel quantum ad acceptionem naturæ, vel esse: vel quantum ad ipsam naturam, vel esse: vel quantum ad amissionem. quantum ad primum debet ei generatio, quæ est via in esse eorum, quantum ad secundum vita, quæ est, vel ipsa natura, vel operatio consequens naturam, quantum ad tertium mors. Petr. de aluer. de iuuen. senect. mor. & vit. & respir. lec. 1. c. 62. col. 3.

Vegetabilium vita consideratur, vel secundum se, vel quantum ad sensum, vel quantum ad ea, quibus conseruantur in esse, vel quantum ad dispositiones consequentes ipsas. Petr. de aluer. ibid.

Velle est respectu finis, electio est respectu eorum, quæ sunt ad finem. Auero. in 2. ethic. cap. 2. c. 17. col. 1.

Velox est, quod in pauco tempore multum mouetur. Arist. in 4. phy. lu. 3. cap. 2. tex. 96. c. 107.

Velocitas est illud, quod primo acquirit rem inæquali diuisione, & vno modo motus. Idem ibidem cap. 8. tex. 129. char. 119.

Vegetabilia omnia videntur viuere. videntur enim in seipsis habere potentiam, & principium huiusmodi, per quod augmentum, & decrementum suscipiunt secundum contraria loca. Aristot. 2. de anim. summ. 1. cap. 2. tex. 14. char. 618.

Vegetatiuam dicimus anime partem, quæ & plantæ participant. Arist. 2. de ani. lu. 1. cap. 3. tex. 17. c. 618.

Vegetatiuæ est augeri, nutriri, & sibi simile producere. Io. gra. in 1. de ani. in proœm. ch. 2. col. 4.

Vegetabilis operatio in somno maxime efficitur, quia natura tunc nullis sensuum functionibus impedita liberius proprium officium valet exercere. Eustrat. 1. ethicor. chart. 79.

Vegetatiua potentia tria habet in se, idest, nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam. Alb. mag. 2. de ani. tract. 2. cap. 1. char. 16. col. 2.

Vegetabilis anima eo, quod magis est vicina materiæ, totam materiam informat, & partem, in qua ipsa est perfectio, quia secundum vniuersitatem suarum virium est in qualibet parte. Alb. Mag. de nat. & orig. anim. tract. 1. cap. 9. char. 69. col. 3.

Vegetatiuum est in sensitiuum, vt potentia in suo actu in omnibus sensitiuis, & vegetatiuum non est actus, & perfectio, & forma sensibilis, sed potentia ipsius, & sensibile est actus, & perfectio. Alber. magn. de nat. & orig. ani. tr. 1. cap. 4. ch. 68. col. 3.

Vegetabilis, & sensibilis separantur a rationali loco, & subiecto: sed rationalis, nec intellectus, nec loco, nec subiecto separari potest à vegetabili, & sensibili, vt nec forma posterior nunquam intelligi potest esse separata ab ea, quæ prior est in ordine naturæ, quam perficit, & ponit in numerum. prior enim in ratione subiecti habet se ad sequentem, & ex hoc dissipatur error Auerois, & Albumazar, qui dixerunt vnum numero esse intellectum in omnibus hominibus. vna enim esset vegetabilis numero natura, vna numero digestio, vnum numero augmentum, vnum numero usus, & imaginatio, & memoria. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tract. 1. cap. 6. ch. 70. col. 1.

Vegetabilis vita ibi incipit ordinari, vbi decidit sensus. Alb. mag. de veg. l. 1. trac. 1. cap. 11. c. 125. col. 3.

Vegetabilia, alia sunt tota secundum suam substantiam aromatica, vt balsamus, alia in toto foetida, vt cocula fetida, quædam habent corpora oleantia, vt aloë. Alb. mag. de veg. l. 3. tr. 2. cap. 6. ch. 139. col. 4.

Vegetabilia omnia his quinque, vel aliquo horum indigent. Hæc sunt semen, putredo, humor, aqua plantatio, quæ est planta insuper plantam nasci. Alb. mag. de vegetab. l. 4. trac. 3. cap. 1. c. 143. col. 3.

Vegetabilis est primum principium, in quo manifestatur vita. D. Aus. Thom. in prim. de ani. libr. 14. tex. 91. char. 19. colum. 4.

Vegetatiuum tripliciter considerari potest, vel quantum ad acceptionem naturæ, vel esse: vel quantum ad ipsam naturam, vel esse: vel quantum ad amissionem. quantum ad primum debet ei generatio, quæ est via in esse eorum, quantum ad secundum vita, quæ est, vel ipsa natura, vel operatio consequens naturam, quantum ad tertium mors. Petr. de aluer. de iuuen. senect. mor. & vit. & respir. lec. 1. c. 62. col. 3.

Vegetabilium vita consideratur, vel secundum se, vel quantum ad sensum, vel quantum ad ea, quibus conseruantur in esse, vel quantum ad dispositiones consequentes ipsas. Petr. de aluer. ibid.

Velle est respectu finis, electio est respectu eorum, quæ sunt ad finem. Auero. in 2. ethic. cap. 2. c. 17. col. 1.

Velox est, quod in pauco tempore multum mouetur. Arist. in 4. phy. lu. 3. cap. 2. tex. 96. c. 107.

Velocitas est illud, quod primo acquirit rem inæquali diuisione, & vno modo motus. Idem ibidem cap. 8. tex. 129. char. 119.

Velocitas, & tarditas, nec species, nec differentia sunt. motus, nec grauitas, nec leuitas. Arist. in 5. phy. sum. 2. cap. 2. tex. 44. char. 137.

Velocius est, quod in æquali tempore plus mouetur, in minori æquale, & in minore plus mouetur. Arist. in 6. phy. lu. 1. cap. 2. tex. 11. ch. 148.

Velox æque est, quod in æquali tempore mouetur. Arist. in 9. phy. lu. 1. cap. 2. tex. 14. c. 149.

Velox est, quod in minori tempore mouetur, quare necesse est æqualem magnitudinem in minori tempore transire id, quod velocius est. Arist. ibid.

Velocius feruntur, quanto plus distant omnia ab eo, quod quiescit. Aristot. in 8. physicor. summ. 3. cap. 5. tex. 76. chart. 236.

Velocitates ad magnitudines proportionabiles se habere necessarium est. Aristotel. in 2. de celo, summ. 3. cap. 2. tex. 44. char. 306.

Velocia æqualiter sunt, quæ æquali tempore æquale spacium, & magnitudinem peragunt. Them. in 6. physico. tex. 11. char. 49. col. 2.

Velocia æqualiter sunt illa, quæ æquale transiunt in æquali tempore. Simp. in 7. phy. tex. 24. c. 383. col. 2.

Velocitas, & tarditas non diuidunt motum, vt differentia essentielles. Auero. in 5. phy. tex. 43. c. 107. col. 3.

Velocitas procedit in motu in infinitum, vt diuisibilitas procedit in continuo in infinitum. Auero. in 6. physico. tex. 15. char. 117. col. 3.

Velocitatis diuersæ quod est, in tribus modis inuenitur, aut crescit, aut minuitur, aut est utroque modo. Auero. in 6. physico. cap. 2. tex. 61. c. 131. col. 4.

Velocitas, & tarditas non sunt, nisi secundum proportionem potentie motoris ad potentiam moti: quanto igitur fuerit maior proportio, tanto magis erit motus velocior: quanto proportio minor, tanto motus erit tardior. Auero. in 2. de celo, t. 36. c. 56. col. 2.

Velocius aliquando motum esse, aliquando tardius ab eodem motore accidit necessario propter differentiam illius proportionis, quæ est inter rem motam, & motorem, & diuersitas proportionis accidit, aut propter translationem contingentem motori, siue debilitatem, siue vigorem, aut propter translationem contingentem moto, aut propter vtrunque. Idem ibid.

Velocitas in rectum non inuenitur in sphaera, nec in pyramide, nisi per accidens. Auero. in 3. de celo, tex. 70. chart. 106. column. 1.

Velocitas motus est ex augmento motoris ex augmento super potentiam moti. Idem ibi. t. 27. c. 91. col. 2.

Velocitas dicitur æquiuoce de motu circulari, & recto. Auero. in 7. metaph. tex. 24. c. 149. col. 3.

Velocitas propria vnique motui sequitur excessum motoris super potentiam moti. Idem ibid. text. 35. chart. 152. colum. 3.

Velocitas motus est ex victoria mouentis super mobile. D. Tho. in 7. phy. lect. 9. tex. 35. c. 116. col. 4.

Velocitas motus minuit tempus, & auget longitudinem spacij. Idem ibidem.

Vena quot sunt, vt sunt in corpore, & vt cognoscuntur.

Vena hominis sunt crasse proportionem corporis humani. Arist. de hist. ani. 1. cap. 17. c. 35.

Venarum cognitio difficilis est, quia effluente sanguine languescunt, & collabuntur. Aristot. de histor. animal. 3. cap. 2. char. 74.

Venas satis percipere solet ille, cui hoc curæ fit, in strangulatis iam ante extenuatis. Idem ibi. cap. 3. 77.

Vena magna membrana, & cute constat. Aorta vero arctior est, & vehementer neruosa, deductaque longius, idest ad caput, & ad imis partes in angulum admodum coarctatur, ac nerui naturam ex toto accipit. Idem ibid. ch. 78.

Vena

Venæ maioris pars sursum a corde proueniens, scinditur bipartito, & diuiditur per omnes corporis partes. Idem ibidem.

Venæ principales duæ sunt, maior, & Aorta, quæ cæteras, venas minores producant. Idem ibid. cap. 4. c. 478.

Venæ duæ sunt, quia corpora omnium animalium, quæ sanguinem habent, & gradiuntur, bipartita sunt: parte enim priori, & posteriori, dextra, & sinistra, superiori, & inferiori distinguuntur. Idem ibid. cap. 5. c. 481.

Vena maior tanto nobilior aorta est, quanto pars prior posteriore, altera enim in priora, altera in posteriora discurrit, Arist. de part. ani. 3. cap. 5. c. 481.

Venæ in omnes corporis partes discurrunt, quia sanguis, aut quod est vice sanguinis, totius corporis est materia. Arist. de part. ani. 3. cap. 5. c. 481.

Venæ sunt multæ propter nutrimentum multorum membrorum. Arist. de part. ani. 3. cap. 5. c. 481.

Vena, vel foramen in marmoribus non est causa passionis, sed potius dispositio materiæ, quæ a tali actiuo passibilis est, & non ab alio. Alb. mag. in 1. de gener. & cor. tract. 1. cap. 20. ch. 70. col. 1.

Venæ sunt viæ sanguinis in omnibus sanguinem habentibus. Alber. Magn. de anima. lib. 1. tractat. 2. cap. 21. chart. 18. column. 3.

Venæ mesaraicæ sunt omnes illæ, quæ a stomacho, & intestinis nutrimentum trahunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 21. char. 18. col. 3.

Vena est sanguinis via, ideo post sanguinem utilior pars. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 1. c. 35. col. 4.

Venæ per totum corpus distribuuntur, quia sanguis est materia, & cibus corporis. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 5. char. 115. col. 1.

Venæ fit gratia sanguinis, vt vas aliquod suscipiens. Petr. de Auer. de iuuen. & senect. vit. & mort. & resp. l. 1. chart. 73. col. 4.

Venæ, vt diuiduntur, & vt originem habent, & in quod terminantur.

Venæ duæ infra pectus continentur spinæ appositæ; altera maior, altera minor, maior partem priorem adit, minor posteriorem, maior dextram potius sedē obtinet, minor sinistram, quam aortam nonnulli vocant; eo quod nervosa eius pars cōspicitur, vel in mortuis ambē ex corde originem ducunt: transigunt enim totæ cætera viscera, per quæ tendunt, suam seruantes naturam, & nihil contrahunt detrimenti, quo minus, & sint venæ, & appellantur: sed cor non eodem permearit modo, verum ei tanquam suæ parti cōtinuantur, & magis quæ prior, & maior est, situ que tali oriuntur, vt altera supra altera infra sit, corquē inter se positum amplectantur: Aristoteles de histor. animal. 3. capit. 3. chart. 77.

Vena minor, quæ aorta appellatur, venam maiorem sequitur, in ramulosque diuiditur, in partesque minores per totum corpus spargitur. Idem ibid. c. 80.

Vena nulla ab aorta ad iecur, aut lienem pertinet. Idem ibid. cap. 4. char. 81.

Venam nullam de maiori ad vuluam edere videmus, cū de aorta multæ frequentesque veniant. Idem ibi. c. 82

Venæ figuram totius corporis distribuunt, ita vt corporibus multum extenuatis partes omnes venulis referatæ conspiciantur. Idem ibi. cap. 5. c. 83.

Venæ per iecur tendunt, nec vlla ex eo prouenit: ex corde enim omnes sua trahunt principia. Idem de part. anim. 3. cap. 4. char. 477.

Vena maior, & aorta primæ recipiunt sanguinem ex corde. Idem ibid. cap. 5. char. 481.

Venarum principium cor est, quod patet ex dissectionibus. Arist. de som. & vig. cap. 4. c. 54. Idem de par. ani. 2. cap. 9. c. 445. Idem de gen. ani. 2. cap. 4. c. 161,

Venarum, & sanguinis idem est principium; alterū enim alterius causa est, vt vas, & suscipiens, & venarum principium est cor. Arist. de iuuen. senect. vit. & mor. & resp. cap. 10. char. 316.

Venæ omnes pullant, quia omnes pendent a corde. Arist. de iuue. sen. vit. & mor. & resp. cap. 15. c. 329.

Venæ ex corde nascuntur. Alex. aphro. in 1. de anim. cap. 32. char. 42. col. 3.

Venæ in cerebri membrana, non autem in intimo cerebro terminantur. Ioan. gramm. de gener. anim. lib. 2. cap. 4. char. 47. col. 1.

Vena, quæ ad seminales meatus peruenit, a vena, quæ a cordis dextro ventriculo procedit, venit. Io. gra. in 5. de gen. ani. cap. 7. ch. 104. col. 4.

Venæ aliæ pullatiles sunt, aliæ non pullatiles. Auerro. de part. ani. 2. cap. 4. char. 71.

Venas oriri, & ramificari, velut arborem inuersam, non est inconueniens. Auer. de par. ani. 3. cap. 4. c. 83.

Venarum quod est principium, est sanguinis principium. Auer. de par. ani. 3. cap. 4. c. 83.

Venas oriri ab epate indicium esse, ait Galenus, quod maiora orificia habent in epate, minora in corde. Alb. mag. de spir. l. 1. tract. 2. cap. 1. c. 55. col. 1.

Venæ a corde incipiunt, sed tractum primum faciunt ab epate, & stomacho, & intestinis, nec quia maiora orificia versus epar habent, ideo epar est earum principium, quia id fit non propter massam substantiæ, ex qua generatæ sunt: sed quia primo sugunt massam pituitariam, & eleuant eam versus cor, vnde forma nutrimenti trahitur, quod fit nutritibile ei, quod viuit, in quo animæ operationes exercentur. Alber. mag. de spir. & resp. tract. 2. cap. 1. c. 55. col. 2.

Venæ duæ primæ sunt, quæ ab epate egrediuntur: vna a parte concaua epatis, quæ vocatur porta, & hæc trahit nutrimentum in epate: alia oritur in parte conuexa epatis, quæ parise na vocatur, & hæc ab epate nutrimentum ad alia membra affert. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 2. cap. 21. char. 18. col. 3.

Vena porta ab epatis ventriculis procedens in quinque diuiditur partes, & ramos ex se emittit, donec ad conuexas epatis deuenit partes, ex quibus vna ad fel tendit, & sunt hi rami, vt arboris radices, quæ vadunt ad fundum, ex quo sugunt. Extremitas, quæ concavum epatis insequitur, statim cum ab epate egreditur, in octo diuiditur partes; quarum duæ sunt parvæ, reliquæ maiores, & vna ex minoribus cum duodeno intestino continuatur, a quo ad epar trahit nutrimentum. Pars secunda apud portonarium diuidit se, vt ab ipso loco ad epar nutrimentum trahat: vna vero pars maioris ad latam stomachi partem tendit, vt ei det nutrimentum. Pars secunda ad partem splenis, & eam nutrit, a qua antequam ad splenem perueniat, separantur rami, qui partem, quæ vocatur eucharas nutrit, & a splene separata latus exterius stomachi nutrit, & deinde venit ad splenem medium, & ascendit ex ea pars alia, & adhuc pars tertia, & ex illa, quæ ascendit quidam ramus spargitur in medietatem superiorem ventriculi ad nutriendum, altera pars ad gibbositatem stomachi, quarum in vna in manifesto sinistræ partis immergitur, alia ad os stomachi immergitur, vt ibi humorem ponticum, & acetosum, colore nigrum proiciat, per quem stomacho excitatur appetitus, & hæc cum superfluitate stomachi egreditur, quia non ob aliud ibi ponitur, nisi vt exciet desiderium famis. Pars verò descendens in duas diuiditur partes, vna ad nutriendam splenem, alia ad reticulum epatis. Pars tertia egrediens vadit in dextrum latus, & fugit ab intestino recto, quod reliquum est nutrimenti in stercore. Pars quarta separatur ad modum capillorum, & spargitur in dexteram conuexitatem stomachi, & in dextram reticuli partem, & intestini colon, & fugit nutri-

nutrimentum. Sexta a vena in circuitu ventris spargitur, & cum monoculo continuatur, a quo trahit nutrimentum, quæ omnes a stomacho, & intestinis nutrimentum trahentes mesaricæ appellantur. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 21. c. 18. col. 3.

Vena, quæ ventrem habens vocatur, primo radicem habet in epatis substantia, & superficie eius conuexa, spargitur in multas partes capillares, vt a porta trahat nutrimentum, partes autem ventrē habentes a gibbo epatis ad ipsius ventrē veniunt, & rami partim ad epate ad eius ventrē veniunt, & postea eius stipes in duas diuidit partes: vnā ascendente, aliā descendente. Ascendens penetrat diaphragma, & duas in diaphragmate dimittit venas, quæ in ipso spargunt, & dāt ei nutrimentum, postea ventriculo cordis cōponit, cui multos trāsmittit ramos ad modum capillorum diuisos: & in duas diuiditur partes, quarum magna ad cor tendit, ipsumque penetrat ad dextram cordis aurem, & est maior inter omnes cordis venas. Hæc vena in opposito cordis existens apud suam extensionem tres emittit venas, quarum vna ad pulmonem vadit, quæ duas habet typicas, vt arteriæ habent, alia in circuitum deuoluitur, & in interioribus cordis vadit ad nutriendum: tertia autem ad quintum pectoris spondile, & in octo costis inferioribus spargitur. reliqua verò ex ventrem habente ascendit nutriens superiorem partem hominis. Alb. magn. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 21. c. 18. col. 3.

Vena cephalica diuiditur a spatulari, & in rectam adiutorii veniēs in cubiti iuncturas, in tres diuiditur partes, quarum vna, quæ vocatur funis brachii, super membrum superioris focilis extenditur, & in syluestre manus spargitur. Secunda ad cubiti flexum, & manifesto focilis ramo acellaris admiscetur, & fit ex eis vena nigra, quæ matrix viua, & purpurata vocatur. Tertia in profundo submergitur, & cum acellari cōiungitur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 21. c. 18. c. 3.

Vena acellaris in duas partes in cubito diuiditur: vna submergitur cum cephalica, & separatur ab ea; & vna pars declinat ad domesticum usque ad auricularem, & medium digitum, quæ saluarella dicitur: alia in manibus diuiditur. secunda pars acellaris apud asseyd in quatuor diuiditur partes, quarum tres in asseyd diuiduntur, & ad manum tendunt. quarta est illa, a qua basilica oritur, & iterum submergitur, & spargitur postea in dorso pollicis, & inter pollicem, & diuiditur per manum, & per digitos. Alb. magn. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 21. c. 19. col. 2.

Venæ descendentes statim ab epate antequam ad dorsum accedant, sunt venæ quædam capillares, quæ vadunt ad fascias dextræ renis, & in eo sparguntur: deinde procedunt duæ venæ emulgentes appellatæ, & ad renes cadunt ad sanguinis aquositatem colādam. A sinistro emulgentium duæ procedunt venæ, quæ ad sinistram testiculum vadunt, & a dextra ad dextrum, & ibi, & in uirga finiūt, & sic alię venę descendentes vna ad vnā coxam, aliæ ad aliam tendunt ad inferiores partes. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 21. c. 19. col. 2.

Venas originem a cerebri anteriori parte habere existimauit Perfarum philosophus, quem Arabes Syarmor cabionensem uocant: Auicenna eum uocat Theseum Persam; & quidam putant esse Milesium; sed hic non distinxit inter nervos, & uenas, & arterias. Alb. mag. ani. l. 3. cap. 1. c. 35. col. 4.

Venas originem sumere a stomacho ex duobus ramis, qui ex utroque latere stomachi egrediuntur, existimauit Diogenes. Alb. mag. de ani. l. 3. cap. 1. c. 35. col. 4.

Venæ originem sumunt a quatuor paribus venarum, quæ oriuntur. Primum par a posteriori capitis. Secundum a latere capitis sub ossibus petrosi. Tertium a nuca. Quartum ab anteriore capitis per orbitas oculi, & huius opinionis fuit Blemor quidam (ut Arabes

aiunt) uel Omeliomus, vt Auicenna. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 1. cap. 1. ch. 36. col. 1.

Venas a corde originem sumere ait Aristoteles. Alber. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 2. c. 36. col. 2.

Vena maior nascitur a uentriculo partis superioris dextre cordis, & est uentriculus ille, quasi uena, cōcauus, ita vt est pars radicalium partium illius venę, & in ipso semper est sanguis, & ex duobus subiectis creatur, ex tela, quæ vocatur tunica exterior: & ex corio duro, quæ tunica interior uocatur. Albe. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 2. ch. 36. col. 3.

Vena orti, quæ est vena minor, oritur a uentriculo medio cordis, & non participat in hoc vena de substantia cordis, vt vena maior, & eius concauum strictius est. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 2. c. 36. col. 3.

Vena orti, nec aliqua pars eius ad epar peruenit. Albert. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 2. ch. 36. col. 3.

Venam nullam a sinistro uentriculo oriri, ait Arist. sed maiorem a dextro, minorem a medio, quæ vena orti appellatur. Alb. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 2. c. 37. col. 1.

Venas omnes ab epate oriri, ait Galenus, Aristoteles uero nullas, sed omnes a dextro cordis uentriculo. Albe. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 2. ch. 37. col. 1.

Venas, & nervos ideo oriri a cerebro, vel epate, quia grossiores sunt in cerebro, non vadit ratio, quia nerui optici grossiores sunt iuxta oculos, quam apud cerebrum. epar autem transmittit ad cor, quod fugit e uenis mesaraicis, vt sub medio thalamo cōpleatur. Albe. mag. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 4. ch. 37. col. 1.

Vena nascitur ex materia aduata in corde, & occulta: & ipsa, & nervus, quo plus elongantur a corde, eo plus mollificantur, quia aliter ad membra mollia cerebrū, & epar applicari non possent bene. Alb. magn. de ani. l. 3. tr. 2. cap. 4. ch. 37. col. 4.

Venarum principium non debet nutriri ex uenis, quæ sunt in ipso, sed potius sanguinem intra receptacula digestum deportandum uenis ministrare, ergo cor solum venarum principium erit, quod tale est. Alb. magn. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 5. ch. 38. col. 2.

Venarum ramositas ex tribus fit causis: vna loci diuersitas, a quo a trahit, & ad quod deducitur nutrimentum, altera separatio substantiarum, quæ sunt in cibo ad inuicem, tertia diuisio massæ nondum deputatæ, vt facilius præparetur, & coletur. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 6. char. 38. col. 4.

Venæ quædam per abscissionem partis substantiæ earum coniunguntur, non autem nerui: quia si uenæ non coniungerentur, non uniretur caro abscisā; quia secari non potest caro sine uenæ secatione. Alb. Magn. de ani. l. 3. tr. 1. cap. 7. c. 39. col. 2.

Vena, ut dicitur de arterijs, & de plantarum uenis.

Venæ sunt, per quas diffunditur a corde spiritus uitalis. Puto de arterijs loqui. Alb. Mag. in 1. de gen. & corr. tr. 3. cap. 8. c. 65. col. 3.

Venæ non sunt propriæ in plantis, sed sunt uiz restæ, in quibus discurrit nutrimentum. Alb. magn. de ueg. l. 1. tr. 2. cap. 2. ch. 126. col. 4.

Vena, ut differunt ab arterijs, & quæ subtiliores.

Venæ, & arteriæ (ut ait Galenus) ferunt sanguinem, & spiritum: sed uenæ plus de sanguine, minus de spiritu; contra arteriæ. Auer. de partib. animalib. 3. capit. 4. chart. 83.

Venarum orificia descendunt a arteriarum ascendentia, quia uenæ dant, & irrigant sanguinem, ideo capita inclinata utiliora erant; spiritum autem dantes arteriæ, cū sit motus spiritus sursum, nocerēt, etsi orificia descēderēt. Al. mag. de ani. l. 1. tr. 2. c. 20. c. 18. c. 1. Venæ,

Vena, quæ sunt in epate, subtiliores sunt illis, quæ extra sunt, vt magis agat calor digestius in chilo, & digerat ipsum. Alber. Magn. de animalib. lib. 1. tract. 3. cap. 5. char. 27. col. 3.

Venam nullam eiusdem substantiæ esse cum arterijs, asserit Galenus; quia ex duriori substantia sunt: & venæ ex vna tunica, arteriæ ex duabus componuntur: & nullam venam a dextro ventriculo cordis pulsante oriri ait, sed a sinistro oriri, quæ a sinistro oriens ventriculo ad dextrum tendit, & ibi ramificatur, cuius signum est, quod pulsus magis viget in sinistra parte corporis, quam in dextra. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 2. char. 37. col. 1.

Vena, ut pinguescunt, & ut in eis sanguis frigescit, & somnum parturit.

Vena si non esset continua venæ, non seruet sanguinem suum. calor enim profluens ab origine facit, ne sanguis geleatur, putresceret enim sanguis. Arist. de hist. anim. 2. cap. 9. char. 445.

Venæ ob nimiam repletionem frigesunt. Mich. Ephes. de somn. & vig. ch. 14. col. 1.

Venas obscuras habentes facile somno irretiuntur. Mich. Ephes. de somn. & vig. ch. 14. col. 1.

Ve narum iugularium effectus.

Venis iugularibus apprehensis homines sensibus eripis, & palpebris compressis corruunt. Arist. de hist. animal. 3. cap. 13. char. 79.

Venarum physiognomie signa.

Venæ quibus circa collum, & tempora distensæ sunt, difficilis iræ sunt, referuntur ad passionem, quia iræ hæc accidunt. Arist. physio. cap. 10. ch. 353.

Venæ temporum, & ceruicis rubæ, & oculi sanguinei iratum, vel insanum ostendunt. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 3. cap. 7. ch. 28. col. 4.

Vendicatio est, per quam vis, & iniuria, & omnino omne, quod obscænum est, defendendo, aut irascendo propulsatur. Alber. mag. in 5. ethicor. tract. 3. cap. 3. char. 64. col. 4.

Venditionem primæ hæreditatis non licere facere, erat antiquitus in multis ciuitatibus cautum. Aristot. in 6. polit. cap. 4. char. 699.

Venenum quoddam in Achaia nasci aiunt, quod Pardaliches ab angore dictum est. hoc venatores victimam aspergunt, & recedunt cum ab ipsis Panthera conspicata fuerit: ea vero postquam id tetigerit, de more stercus hominis querit, quocirca stercus venatores in vase reponunt, ac ex aliqua arbore vas suspendunt: fera insiliens ibidem ad extremam defatigationem perueniens ab ipsis superatur, & illorum præda efficitur. Aristot. de admira. aud. numer. 6. char. 841.

Venenum a Gallis toxicum dictum confici legitur, idque adeo velocem interitum corporibus afferre aiunt, vt Galli venatores, cum ceruum, aut aliud quoduis animal sagitta transierunt maxima cum festinatione accurrentes carnem vulnere infectam rescant, ne reliquæ partes animalis veneno afficiantur: partim quidem cibi causa, partim ne animal putridum conficiatur. Alij tamen remedium toxico inueniri corticem roboris affirmant. Alij alterum aliud folium, quod coruatum appellant, cum illi aduertissent coruum venenum degustasse, languoreque affectum ad eum magno impetu aduolare, ac illud postquam deuorasset, a dolore quieuisse. Aristot. de admira. aud. numer. 4. ch. 854.

Venenum Scithicum, quo milites Scitharum sagittas respergunt, ex vipera confici aiunt; reseruant enim, viperas, quæ iam sobolem procreant, vt apertum est, has capiunt, ac nonnullorum dierum spacio liquefcere dimittunt, at cum putrefactæ idoneæ sunt, vniuersum hominis sanguinem in olla effundentes intra sterquilina defodiendo operiunt. At cum sanguis putruerit, eam partem, quæ aquæ effigiem representat, virulentæ saniei viperæ commiscet, & lætalem veneni speciem efficiunt. Arist. de admira. aud. numer. 137. char. 872.

Venenosis omnibus contraria est salua hominis ieiuni, qui in sero præcedenti abstinit a cibo. Alber. mag. de ani. l. 7. tract. 2. cap. 5. ch. 70. col. 1.

Venenum aliud est calidum, aliud frigidum. Calidum quasi comburendo interficit, & cito quasi adustum reddit locum morsus. Frigidum infrigidando interficit cor, cum vaporabiliter ad cor defertur. Alb. mag. de ani. l. 7. tract. 2. cap. 5. ch. 70. col. 2.

Venenum subtilius citius penetrat, & necat, sed facilius consumitur, & medicinam recipit. Alb. mag. de anim. l. 7. tract. 2. cap. 5. ch. 72. col. 3.

Venenorum duæ sunt species secundum duo principia suarum operationum. Vna habet principium suæ operationis a qualitate actiua, vel passiuâ, quæ in ipso est. Alia a forma substantiali, & a tota substantia suæ naturæ, & speciei. Prima specie quatuor modis operatur, aut corrodit putrefaciens ex acumine caloris in humido, vt lepus marinus: aut inflammat calefaciens ex calore conuertente ad se humidum subtile, vt euforbium: aut infrigidans stupefaciens ex frigiditate mortificatiua tollente sensum, vt opium: aut oppilans vias anhelitus in corpore ex grossitudine frigida substantiæ suæ, quæ acumen accidentale habet, vt plumbum adustum. Efficiens a tota substantia est, vt gummi, napelli, fel Leopardi, & hæc sunt venena deteriora, quam priora. Alb. mag. de ani. l. 25. cap. 1. char. 200. col. 2.

Venena alia sunt super aliquod membrum operantia, perniciem; quædam super totum corpus. Alb. mag. Idem ibidem.

Venenum aliquando iuuatur ad operandum complexionis sumentis: aliquando impeditur. Iuuatur, cum quod sumit venenum calidum, calidæ est complexionis; contra si frigidæ. ea propter napellus homini est venenum, cibis turdo, & passerii. Alb. mag. de ani. l. 25. cap. 1. ch. 200. col. 2.

Venenorum signa sunt, si sentitur inordinatio, & corrosio puncturæ, & incisio, scitur esse venenum calidum, & acutum: si accidat inflammatio vehemens, & exuberatio sudoris, & rubedo oculorum, & angustia, & sitis, significat esse venenum calidum valde: si profunditas somni, stupor, & frigus, significat venenum frigidum: si casus virtutis, sudor frigidus, & syncopis, significat esse de venenis, quæ a tota substantia operantur, & hæc sunt omnibus alijs deteriora. Idem ibidem.

Venenum viperarum non est frigidum, quia frigescant venenati, sed ideo frigescent, non quod sit frigidum venenum, sed quia contrarietas, quam habet venenum ad calorem naturalem, mortificat eum. Alb. magn. de anim. l. 25. cap. 1. ch. 200. col. 4.

Veneream rem immodice agentibus oculi, & clunes manifeste subsident, partes quarum alteræ prope, alteræ procul a genitalibus absunt, & ambæ hæ partes in coitu laborant, cum nitantur in semine mittendo, quia ob calefactæ præcipue contabescunt. concubitus enim caloris agitur facultate, & ea maxime sentiunt calorem, quæ in agendo commouentur. Arist. probl. sect. 4. num. 2. char. 381.

Venerea re cum posse homo vti incipit, tunc pubescit, quod

quod nullum ceterorū animalium facit, quia per ætates animantes mutari solent in contrarium; vox acuta efficitur grauis: nuda, quæ antea erant, hirta redduntur: id ideo euenit, quia quæ semen effundunt, sicciora fiunt, & laxiora; quibus de causis pilis oriuntur, quod inde sane patet. Pilus enim nec cicatricibus, quia spisso sunt contextu, nec pueris, nec mulieribus, quia corpore sunt humido, non sicco, exit. Idem ibidem nu. 4.

Venerea in re nuditas pedum obese potest, quia corpus cum concubitorium sit, calidum intus, & humidum esse debet, quale per somnum potius esse solet, quam per vigiliam. Qua de re dormientibus celeriter, & sine corporis agitatione semen profluit, vigilantibus non sine labore prodit. at nuditas pedum contrario agit: siccatur enim, & refrigerat; itaque siue impossibile est, siue difficile, vt res agatur venerea, nisi pedibus calidis, incommoda tamen est. Aristot. probl. sect. 4. num. 5. char. 385.

Venerea re peracta homo maxime omnium animalium dissoluitur, & languescit, quia semen proportionem sui corporis plurimum emittit. Aristoteles problematum sect. 4. numer. 6. char. 383.

Veneream rem celerius ieiuni peragunt, quia corporis foramina in aniora ieiunio sunt, repleto plena habentur. itaque impediunt ne humor seminis genitalis valeat permeare, quod latius patet in vesica, quæ plena cū sit, non celeriter concumbere possumus. Arist. probl. sect. 4. num. 10. char. 384.

Veneream rem adolescentuli, cum primo incipiunt agere, quibus cum fuerit congressi, eas peracta re, odio habent. quia cum mutatio summa extiterit sequentis tristitiæ memores, eâ fugiunt, tanquam fontem, ad quam se applicuerunt. Arist. probl. sect. 4. text. 11. ch. 384.

Venereæ rei vsus, & excrementorū eadem parte in vitroque sexu vititur natura, exceptis paucis; at in viuiparogenere multis exceptis: quia genitura est humor excrementitius, & eadem parte quoque menstrua mulieris emittunt, quæ sunt excrementa, & materia vacans. Arist. de partib. anim. 4. cap. 10. char. 537.

Venerem consequitur imbecillitas quasi corpus eo sine priuatur, qui ab alimento afferatur, at etiam pauci breui tempore, & per ætatem leuantur, cum id fecerit, vbi copia superarit, & cum secum alia trahit excrementa. Arist. de gener. anim. 1. cap. 18. ch. 144.

Venerem a spuma ortam esse dicunt, & ideo ἀφραγγο appellat, quia feminis natura est spumosa. Aristot. de generat. anim. 2. cap. 2. char. 151.

Veneream rem in aqua minus homines facere possunt, quia res nulla in aqua liquefcere potest, quæ ab igne liquefcere apta est, vt semen hominis igne liquefcere videmus: non enim prius fluere incipit, quam per attritum recaleat, pisces tamen sine attritu coire fatendum est. Arist. probl. sect. 4. nu. 15. char. 387.

Venus in modica morbis pituitæ nonnullis commoda est, quia est excrementi exitus, ita vt multum vacantis materiæ cum semine extrahi possit. Arist. problemat. sect. 4. num. 17. char. 388.

Venerea res ventrè refrigerat, & siccatur: refrigerat, quando quidem calor in concubendo excernitur: siccatur autem, quia euaporari, dum calor exit, necesse est. adde, quod feruor coeundi siccare maxime potest. Arist. ibidem tex. 18.

Veneream rem exercere non possunt, qui mingendi desiderio tenentur, quia meatus implentur, quod autem plenum humoris est, id nullum potest humorem suscipere. Arist. probl. sect. 4. num. 20. char. 389.

Venerea re vientes resoluti, & languere magna ex parte solent, quia semen omne ex parte corporis, secretio est: itaque vt edificij constructio, sic corporis compactio quatitur, dum semen decidit, quasi sanguinis multum, aut alia pars decidat, ita quod exit peropportunum est, & quod exiguum ex multo alimento confi-

ciatur, vt amicum ex farina. Aristoteles problematum sect. 4. numer. 22. chart. 389.

Venerea re vientes, si desiderio mingendi tenentur, penis intendi vehementius potest; quia foramina plena redduntur humoris, semen per angusta se promens molem efficit ampliolem, atque extendit: penis enim ad ipsos meatus est positus. Aristoteles problematum, sectio. 4. numer. 22. chart. 389.

Veneream rem agentes, vel in ea positi ætate, qua agere possunt, male olent, virusque hirci redolent: pueri vero non ita olent, quia spiritus puerorum humorem, sudoremque concoquere potest, virorum autem non. Arist. probl. sect. 4. nu. 25. char. 390.

Veneream rem exercere magis cupiunt ætate mulieres, minus viri; quia viri calida ætate æstuant, & collabuntur; foemina natura frigida vigent, per compensationem contrariæ qualitatis. Aristoteles problematum, sect. 4. numer. 26. char. 350.

Veneream rem nonnulli cum voluptate patiuntur, alij vel ipsi agere cupiunt, alij pati tantummodo gestiunt; quia excrementis singulis locus determinatus a natura est, in quem insitudo secerni naturali debeat, sollicitataque natura spiritus excurrunt tumorem admouet, excrementumque extrudere vna solet. At quibus meatus naturali suo habitu priuantur, vel quia obcæcati sunt, qui ad penem tendunt, quod spadonibus, ac similibus euenit, vel alijs de causis, his talis humor in sedem confluit, quippe qui hac transmeare solet, quod eius loci contractio in coeundo, & partium sedi appropositarum consumptio indicat: qui si valde semine genitali abundat, large in eum locum se colligit, & ita cum excitata cupiditas est, attritum pars ea desiderat, in quam confluit excrementum: cupiditas autem excitari, tum a cibo, tum ab imaginatione potest, qua commota spiritus eo concurret, & genus id excrementi confluit, quo secedere natum est. Et si tenue, ac spirituosum est, cum diffusum id fuerit, requiescent, vt pueris, & adolescentibus interdum nullo secreto humore cessare tentigenes possunt: sed si crassum, ac corpulentum est, nisi extruso quiescere possunt, quod si neatum eorum accigit, cupiunt quo vsque alterutrum accidat. Quorum vero natura feminea est, ac mollis, ita constant, vt genitura, vel nulla, vel minima conueniat. Quo illorū secernitur, qui præditi natura integra sunt, sed se in partem sedis deuertit, quod ideo euenit, quia præter naturæ normam constiterunt. Nam cum mares crearentur, ita degenerarunt, vt partem virilem mancā haberent: vnde fit, vt insatiabiles modo mulierum sint: humor enim sollicitus ille exiguus est, nec quicquam se promere conatur, refrigeraturque celeriter. Quibus itaque sedem humor ex toto adiuit, ij pati tantummodo auent. Quibus in vtrunque partem se se dispertit, ij, & agere, & pati concipiunt, idque amplius, quo tandem plenus fluxerit. Sed sunt, & quibus consuetudine affectus hic accidat: fit enim vt tam gestiunt, quam cum agunt, vtque genituram nihilominus ita emittere valeant. agere ergo cupiunt quibus hæc ipsa vsu euenerunt, & consuetudo magis, veluti in naturam idcirco illis euadit, quibus non ante pubem, sed in ea vitium patiendi inualuit: quoniam his recordatio rei, cum desiderant, oritur. Vna autem cum recordatione gestiis exultat voluptas: desiderant autem perinde, ac nati ad patiendum. Magna igitur parte, vel ob consuetudinem res existit: sed si accidat, vt idem, & salax & mollis sit, longe expeditius hæc omnia euenire posse putandum est. Aristoteles problematum, sectio. 4. numer. 27. chart. 390.

Veneream rem agere cupientes homines maxime pudet se cupere confiteri: bibendi vero, ac edendi cum tenentur, non pudet confiteri; quia rerū plurimarū necessariæ sunt cupiditates, alioqui nisi explerentur, interimunt

rei veneræ libido superfluit, & abundantia index est. Arist. problem. sect. 4. nu. 28. char. 392.

Veneræ re non vtentibus, si natura sunt calida, si robusti, & pleni sunt, sæpe bilis proficit, & alius amara secedit, & pituita fallâ conficitur, & calor corporis immutatur, quia semper cum semine vna excrementi aliquid exit, abstinenti autem manet, & amarum redditur. Arist. problem. sect. 4. nu. 30. char. 393.

Veneræ re homines cum vtuntur, oculi potissimum infirmantur, quia humore deficiente id accidit. Aristote. problem. sect. 4. nu. 33. char. 394.

Veneris homines hirti, & aues sunt audiores, quia natura humida, & calida sunt, qua vtraque qualitate opus ad coitum est: calor enim excernit, humor excernitur, & eadem ratione, & claudi in venerem proni sunt, quia parum alimēti deorsum propter crurium vitiacionem labitur: & multum loca petit superiora, seque in semē conuertit. Arist. problem. sect. 10. nume. 26. char. 433.

Venus comes satietatis est. Aristoteles problem. sect. 10. numer. 46. chart. 441.

Veneræ rem cur e spadonibus nonnulli aliquantisper appetant, & amore interdum teneantur? quia sunt, qui cum pubescerent, castrati, collisive fuerint, itaque vt semispadones sunt, & quibus iecer feruentius, & seminis conceptacula ampliora, hi veneris vsum sæpe imaginantur, & appetunt, & si agere, quæ cupiunt, nō possunt. Alex. aphro. problem. 1. nu. 9. char. 668.

Veneræ re vtuntur magis, qui sunt calidiores. Alexander aphro. problem. 2. num. 105. char. 770.

Veneræ rei qui nimis operâ dederint, si præterea coeāt, cur sanguinem vice seminis emittant? quoniam semine omni exhausto nullus humor promptius sanguine rei veneræ se offert. Alexander aphrod. problema. 2. numer. 123. char. 773.

Veneræ rerum pro quantitate, & qualitate nutrimenti magis, & minus est motus. Ioannes grammatic. in 2. de anim. tex. 47. char. 48. col. 1.

Venus lapidi inscripta pulchritudinem, & ornatum confert. Alb. mag. in 2. meteor. tra. 3. tex. 143. ch. 5. col. 2.

Venia, & non laus interdum datur, cum ea, quæ non debet, agit quispiam ob huiuscemodi, quæ humanam naturam excedunt & à nullo sustinentur. Arist. ethicor. nicom. cap. 1. char. 50.

Venia quos cognoscimus dignos, nunquam reprehendimus. Aristot. mag. moral. 2. cap. 7. char. 328.

Ventorum nomina, & situs.

Ventorum quidam flatus rectus est: quidam reflexus est. rectos habent ij, qui lineis rectis semper grassari solent, reflexos, & retractos, vt κικλιαν. Aristoteles de mund. cap. 3. chart. 817.

Venti quidam hyeme pollutent, vt austri. quidam æstate vt ἐπιοισι, idest anniuersarij, & ορνιθια quasi auarij. Arist. de mund. cap. 3. char. 817.

Venti violenti κικλιαν sunt, qui flant superne, & repente euerberantes. θύελλα est flatus, qui repente profilit, λαλαξ, & ορβιου qui inferne sursum versus repente conuoluitur. αναρυσια dicitur ventus sublimem se se rapiens, cū e specu depresso flatus emicuerit, aut e terra in hiatus descendente. Arist. de mun. ca. 3. ch. 817.

Ventus vehementius per loca spirat angusta, quam ampliora, quoniam in vnum locum coactus vires auget, & robur pro suo profundo accipit amplius, ac per spatia ampliora diffusus imbecillus redditur, & eadem ratione omnis qualitas coacta calidior est. Alex. aphrod. problem. 1. nume. 3. char. 688.

Ventorum nomina, & situs sunt hæc. Principales sunt quatuor. ab oriente Subsolanus, à meridie Auster, ab occidēte Fauonius, à Septentrione Septentrio, & vnusquisque horum habet duos ventos hinc inde coniun-

ctos: Subsolanus à latere dextro Vulturum, à leua Eurum: Auster a dextris Eurum Austrum, à sinistris Austro africanum: Fauonius a dextris Africum, à leua Corum: Septentrio a dextris versus occidentem Circium, à sinistris Aquilonem. Albertus magnus in 3. meteor. tex. 1. cap. 23. char. 100. colum. 3.

Ventorum nominum ratio hæc est. Subsolanus dicitur, quia cum Sol in æquinoctiali oritur, exit sub radijs Solis. Eurum quia ab Eoo, idest, oriente veniat. Vulturum eo, quod alte tonat. Auster eo, quod aquas haurit. Euro auster, quia hic Eurum, hic Austrum habet, vt etiam Auster Africanus. Fauonius, quia fouet ea, quæ terra nascuntur. Africanus, quia frequenter in Africa initium accipit. Corus, quasi circulum ventorum claudit: Septentrio, quia ab Vrfa venit, vbi sunt septem stellæ. Circius, quia Coro sit iunctus. Aquilo, quia aquas ligat, & claudit, ac nubes dispergit. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 1. cap. 23. char. 100. colum. 3.

Venti vnde fiunt, quo tempore, quid sunt, & eorum varij effectus.

Ventus vt plurimum fit post imbres, & venti cessant aqua facta; quia, cum pluit, terra exsiccata, & ab eo, quod est in ipsa, calido, & ab eo, quod delaper, exhalat, quod ventorum est corpus. & cum talis segregatio fuerit, & venti dominantur, cessantibus, quia segregatur calidum semper, & sursum fertur in superiorem locum, cogitur vapor infrigidatus, & fit aqua: & cum in idem compulsæ fuerunt nubes, & circumobstitit ad ipsas frigiditas, aqua fit, & intrigidat siccam exhalationem. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 1. char. 511.

Venti maxime fiunt ab vrfa, & meridie: quia Sol sola hæc loca non accedit, & ab occasu, & ab Oriente semper fertur, ideo in lateribus coguntur nubes, & accedente quidem fit exhalatio humida: abscedente autem ad cōtrarium locum aquæ, & hyemes. propter lationem igitur ad tropicos, & a tropicis æstus fit, & hyems, & eleuatur sursum aqua, & fit iterum. Arist. ibi. ch. 511.

Ventorum principium est, vt mouetur Sol. Aristote. meteor. 2. sum. 2. cap. 13. chart. 521.

Venti sæpe fiunt ante eclipses in principio noctis, ante eclipses mediz noctis, in media autem nocte ante diluculares. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 529.

Venti, terræ motus, & tonitruum eadem est natura: in nubibus ventus, in terra terræ motus, in nubibus tonitruum, secundum substantiam idem, exhalatio scilicet sicca. Arist. meteor. 2. sum. 4. cap. 4. chart. 536.

Ventorum signum sunt distractiones. Aristot. meteor. 3. sum. 2. cap. 2. chart. 543.

Ventus hinc fit, unde præcipue fiat distractio, cum marcescit serenitas. Arist. meteor. 3. sum. 2. cap. 2. char. 543.

Venti iidem, cur non vbique imbrem afferunt? quia non iidem motibus ubique occurrunt, sed alijs partes alijs sunt obiectæ: nubes enim ibi magis consistunt, vbi ventus vix quali loca ardua superans depellere præterea nequit: cum autem consistunt, premuntur, imbremq; demittunt. Arist. problem. sect. 26. nume. 5. char. 580.

Venti tropei cur de mari spirare solent? vtrum quia mare vicinum est, vel quia tropeus apoegeæ, idest flatus abterraneo contrarius est: versus enim tanquam reuersio abterranei est, cum abterraneus flatus è terra in mari sit, cuius reciprocatio versus est: itaque de mari in terram spirare necesse est. Vel inde venire putandum est, quoniam aer collectus in mari est, qui illo fluxerat, sed ratio, cur nec in terram consistat, & reflectatur, cum profluit, quod mare in cauo est, aer autem modo aquæ ad id fluit, quod cauissimum est. Aristoté. ibidem nume. 8. char. 582.

Ventus cur magna ex parte ante Lunæ defectus excitatur initio noctis, dum defectus medio incipit noctis, medio

medio vero cum mane? quia calor Lunæ propterea hebetatur, quia cursus iam proxime est, quod defectus exaltet: remissus itaque calore, quo retentus aer quiescit, rursus moueri, ac spiritus reddi incipit. Arist. problem. sect. 26. num. 20. char. 585.

Venti cur ad postremum vehementissimè spirant? quia vbi vnuerli affluunt, parum caloris relinquitur. Arist. problem. sect. 26. num. 27. char. 586.

Venti cur siccant, cum frigidi sint? quia qui frigidissimi sunt, vaporem eliciunt. Arist. ibid. numer. 30. char. 588.

Venti cur amplius siccant, quam Sol? quia vaporem non solum euocant, sed etiam abducunt: Sol autem relinquit, itaque vt magis humificat, sic minus siccat. Arist. problem. sect. 26. nu. 31. char. 588.

Venti versarij, cur qua mare sinuatur, reflare solent, qua porrecta, passaque maria sunt, reflare non possunt? quoniam flatus in sinum interrumpens nihil distrahitur, immo magna parte vnuerfus perfertur: at in dispersalatis, porrectis que obterraneis, & protinus magis distrahuntur, & inter profluendum hac eadē re patiuntur, quoniam nihil obstitit, quo minus multas in partes promant: versus enim non nisi reflexus obterraneus est. Arist. problem. sect. 26. nu. 42. char. 591.

Ventus nihil aliud est, quam aer multus fluctuans, & coactus; qui etiam spiritus appellatur, cum alioqui spiritus appellatur substantia animata genitalis in stirpibus & animantibus existens per omnia pertinens. Aristot. de mund. cap. 3. char. 816.

Venti alij è terra viginosi, & humecta prodeunt, & ἀπὸ νεφελων appellantur: qui è sinibus profiliunt ἐκκαρπια: qui à fluminibus, & stagnis erumpunt ἐκίρρα: qui in fractura nubis resoluendaque eius consistunt colliduntur inter se, & ἐκπύου: qui cum pluuies grassantur, & qui ab Oriente ὄρει, & vulturum, qui ab vrfa ἔπεια & Aquilones, qui ab occasu ζέουρι, & Fauonij: qui à meridie ὄρει, & Auri; & nascitur ad ortum solstitialem Vulturorum κικλιαν Subsolanus ad æquinoctialem: Vulturum ad brumalem: Fauonij ὄρειος, Corus ab occasu solstitiali ὄρειος ab aliquibus dicitur, ab alijs ἰεσοῦς, Fauonius ab æquinoctiali, Africanus ab Hiberno: Aquilonum κικλιαν coniunctus Aquilo appellatur, qui hunc a vertice excipit, Septentrio dicitur: ἄρπυξιας, deinceps a Coro spirat, quem aliqui cæciam appellant. Ex Austris, qui opponitur Septentrioni, Auster appellatur, qui inter hunc & Vulturum ἐδρυστος dicitur, qui spirat inter Austrum, & Africum, alij λιβυστος, alij appellant λιβυροισια. Aristot. de mund. cap. 3. char. 816.

Ventus, si fenestraz per parietes obiectæ sint, si altera est causa, non irrumpit, per alteram vehemens: quia ventus non nisi corpore constat: ergo altera clausa, aer, qui per alterâ ingressus est, domum replet, & nihil amplius ingredi patitur; & si fenestra aperiat, aer aerem extrudit, & sic venti agitatio excitatur vehementior. Alex. aphro. probl. lib. 1. num. 86. char. 694.

Venti fiunt post imbres, quia delata iam in terram aqua, quæ in terra est, & Solis succensa exhalationes siccas, & fumosas producit, quæ tandem in ventos transmutatur. Alex. aphr. in 2. meteo. ca. 4. com. 22. c. 49. col. 2.

Ventus, & spiritus est fluxus exhalationis super terram existentis, quæ neq; latere super terram fluentem, nec secundum breuem, seu parcam terræ partem fluere potest. Alex. aphr. 2. meteo. cap. 8. com. 47. char. 65. col. 1.

Ventus est de illis, quæ mouentur, cum non moueatur, nisi a generante ipsum. Auerroes in 8. physicorum, text. 37. char. 170. colum. 3.

Venti sunt exhalationes suose motæ circulariter secundum circuitum circa terram. Auerroes meteor. 2. cap. 2. char. 196. colum. 4.

Venti fluminibus assimilantur, qui quanto magis remouentur a principijs, tanto sunt maiores. Auer. meteor. 2. cap. 2. char. 195. colum. 2.

Ventus est vapor terreus aerem vsq; transcendens & eum fortiter impellens. Alb. mag. in topic. char. 248. col. 4.

Ventorum causa efficiens in communi est, quod cum Sol voluitur in suo orbe, & eius radius oppositum directè terræ, vt est directâ oppositio, eleuat ex ea vapores, & elongatur & oblique respiciens terram, aeris frigus incipit superare: ideo vapor a frigore condensatur in aquam, sed sæpe calor Solis, & Stellarum desiccant terram, ita vt duo vapores eleuentur, quorum alter humidus est, dans materiam pluuijs: alter siccus, qui est principium omnium ventorum, & materia. Albert. magn. in 3. meteor. tract. 1. cap. 4. char. 96. col. 3.

Ventus est vapor terreus aeris superiora transcendens, & aerem vehementer percutiendo impellens. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 5. char. 97. col. 2.

Venti materia, cum sit vapor terreus, non conuertitur in terram, & decedit, quia non contrahit partem ad partem, & tenet æreum vaporem inductum. Alber. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 9. chart. 97. col. 3.

Ventorum generationis causa est Sol duobus modis: generando, & eleuando vaporem. Alb. mag. in 3. meteor. tex. 1. cap. 25. char. 100. colum. 4.

Ventus fit ex vapore sicco terrestri materialiter a calore Solis hunc vaporem eleuante, & non consumente, & patet quod venti fortes præcipue sunt in Autumno: quia tunc vapor est siccior, quam in alio tempore, & generatur circa mediam aeris regionem. Albert. mag. de passio. eris, char. 119. colum. 2.

Venti vnde flant, quousque, & vt cessant.

Ventorum latitudo obliqua est: circa terram enim flant; cum fiat in rectum exhalatio; quia omnis, qui in circuitu est aer, consequitur lationem. Arist. meteorol. 2. summa 2. cap. 1. char. 512.

Venti antequam fiant, aer clarus est. Aristot. meteorol. 2. summa 2. cap. 1. char. 512.

Ventorum principium, motus desuper est: materia autem desubter. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 1. char. 512.

Venti vnde singulatiim flant minimi omnes sunt: procedentes autem omnes validiores flant, sed secundum modicum, vltimus flans, & latens: extra procedens fit vehemens flatus. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 1. ch. 513.

Venti non excedunt altos montes. Aristoteles meteor. 1. summa 1. cap. 4. char. 458.

Ventus si mane ceperit, cur edurare amplius potest? quoniam Sole oriente impetus fit vehementissimus: ideo protrahi longius potest, quia constitutio facta præuallida est. Arist. problem. sect. 26. nu. 61. char. 598.

Venti omnes à quibus incipiunt flare locis, ac etiam exijs, quæ proxima illis sunt, ad plurimam distantiam nubes impellunt. Alexander Aphrod. in 2. meteor. cap. 3. comment. 14. chart. 43. colum. 2.

Venti in latus flant, non ascendunt, nec descendunt, quia non ex calida, & sicca exhalatione generantur. Alex. aphro. in 2. meteor. cap. 4. commen. 20. char. 48. col. 2.

Venti cessant veniente pluua, quia vapore humido veniente dissoluitur vapor siccus, qui est in aere, & sic cessant venti. Alb. mag. meteor. 3. tra. 1. ca. 8. ch. 97. col. 2.

Ventus non flat æqualiter, quia nec vapor æqualis eleuatur, & Sol est causa, quod aliquando flant, vt si paucum eleuat vaporem siccum, & est causa, quod non flant: si multum humidum. Alber. magn. in 3. meteor. tract. 1. cap. 14. chart. 98. colum. 2.

Vento flante in vno climate, non est necesse, vt exulet in alio. Idem in 3. meteor. tract. 1. cap. 10. chart. 97. col. 3.

Vētus incipit flare in extremis terræ, & super ipsam, quia radiorum reflexio in extremis est debilis, in medio fortis, & cū causa efficiens venti sit calor debilis, ideo crescit calor in extremis partibus. Albertus magnus de pass. aeris, char. 119. colum. 2.

Ventus discōtinue flat, quia in vapore illo frigus loci, & natura vaporis superiorem ipsius partem deprimit vehementer, & cum latissimus vapor sit inspissatus a frigore, multum agitat aerem, & dat flatum, donec descendat conuersio frigidior ad extremitates ipsius super inferiorem partem, deinde refurgit calor ex radio circa terrā calido suo interim eleuante ipsum, & submittrante ei materiam ex eleuatione pluris vaporis in ipsum, & ideo iterum flat fortiter. Alb. mag. de pass. aer. ch. 119. col. 2.

Venti ut duodecim principales.

Ventus Auster magnitudine, & spiritu æstuosissimus est, & flat a locis siccis, & calidis, quare cum paucō vapore, & quia est calidus, & si in principio esset frigidus, tamen, quia comprehendit procedens multam exhalationem calidā, & siccā, ideo calidus est. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 3. c. 505.

Ventus Boreas velut a frigidis locis vaporosus est propter frigus nobis ferendus, in contrariis Australibus aquosus, & Auster illis serenus, qui circa Libiam. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 3. c. 505.

Venti, qui sunt apud nos, non pertingunt ad Antipodas, vt nec qui illic, ad nos. Arist. ibid. c. 517.

Venti circa Lybiam Euri, & Zephiri sic flant, vt apud nos Auster, & Boreas. Arist. ibid. c. 517.

Ventis plures esse ab Vr̄sa, quā a Meridie causa est, quia sub vr̄sa inhabitabilis terra, & quia multo amplior aqua, & vix repellitur in hanc partem, quia illa sub Sole sunt, & illius latitudo, quibus liquefētibus in terram, & calefcentibus a Sole, & terra, necessarium est ampliorē, & ad maiorem locum fieri exhalationem propter hanc causam. Arist. meteor. 2. su. 2. c. 13. c. 519.

Ventorum Borealium principalissimi sunt Boreas, Thraſcius, & Meſſe, Cæcias vero communis est Apeliotæ, & Boreæ. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. c. 520.

Venti a meridie, Notus, & Ithagenes, & Libs. Arist. ibid.

Venti ab Oriente æquinoctiali, Eurus, & Apeliotes, Phenicias vero communis. Aristotel. meteor. 2. sum. 3. cap. 13. chart. 520.

Venti ab Oriente, Zephirus, & Libs, & Argestes. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. c. 520.

Venti alij Boreales, alij Australes vocantur. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. ch. 520.

Venti Zephirici, quia frigidiores sunt (flant enim ab Occidente) ideo Boreæ opponuntur: Apeliotici vero Austrinis, quia calidiores sunt, quia flant ab Oriente. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 13. ch. 520.

Venti, qui ab Oriente, calidiores sunt illis, qui ab Occidente flant, quia pluri tempore sub Sole sunt, qui ab Oriente: eos enim qui ab Occidente Sol derelinquit citius, & appropinquat loco tardius. Arist. ibid.

Venti Aparctiæ, & Trasciæ, & Argestæ irruunt maxime in alios ventos, quia maxime de prope impetus eorū est, crebrique, & fortes flant, & ventorum ideo serenissimi sunt, & efflantes consistentes nubes serenitatem faciunt; nisi frigidius uehementer fuerint simul existentes, tunc non sunt sereni. si magis frigidius, quam magni fuerint, præueniunt ante congelantes, quā prope lentes. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. c. 521.

Venti nubibus condensant coelum, Cæcias valde, Libs rarius: Cæcias quia reflectitur ad seipsum, & quia cōmunius est Boreæ, & Euro, & quia frigidus est, congelans aerem vaporantem, nubes cogit: quia autem loco Apeliotes est, habet multam materiam, & vaporem quem propellit. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 2. c. 521.

Venti sereni sunt, Aparctias, Thraſcias, & Argestes, & hi maxime coruscationes faciunt, & etiam Meſſe coruscationes facit, cum frigidius omnes sint. Fulguratio autem propter frigidum est, & ideo grandinosi sunt, ci-

to enim congelant. Aristotel. meteorolo. 2. sum. 2. capit. 2. chart. 522.

Venti procellosi maxime sunt autumno, & vere, maxime Aparctias, Trascias, & Argestes; quia procellæ maxime fiunt, cum flantibus aliis irruunt alii, & isti maxime irruunt, aliis flantibus. Aristotel. meteor. 2. su. 2. capit. 2. chart. 522.

Ventus Cæcias solus ex omnibus ventis cur nubes ad se duere potest? quia de locis eminentioribus spirat, Orientis enim partes eminentiores sunt, quam occasus. Indicium facit maris occidui magnitudo, & latitudo, & sic spirans per lineam conuexam ad se nubes suo inde reflexu vocat, & impellit: ceteris vero ventis, loca, vel editiora, vel submissiora sunt. Aristote. probl. lect. 26. num. 1. ch. 579.

Venti Aquilonēs cur anniuersarii sint, Austri non? an quoque Austri fieri possunt, sed continui, quia initium Austri longe a nobis est; Aquilonis in vicino est, quippe cum sub Aquilone habitemus. item Aquilonēs anniuersarii tranquillo aere spirant, vt qui per æstatem moueri solent, Austri vero oriuntur, cum aer minus quiescit. Adde quod Auster humidus est, humidus autem superior locus alienus. quomobrem humores, qui in eo loco cōsistunt, cito resoluunt, & euanciscunt: sicut humores erratici, & vagabundi. Idem ibi. nu. 2. c. 580.

Venti cur nam annuētes versus nos mouentur, & non in partem oppositam, quia Borealibus propter consistentiam vaporum, ac eorum congelationem, quam habent a tergo, vlterior transitus prohibetur. Australēs, quia circa terram adustam, & exccatam sunt, propter maximam combustionem vlteriori progredi nequeunt. Alex. aphr. in 2. meteor. c. 4. co. 20. c. 48. col. 2.

Ventus meridionalis est tortuosus, quia eleuat vaporem humidum, & pars vaporis intrat in vaporem, & inspissatur, & ideo extrema eius contrahuntur in se ipsa, & etiam, quia pugna duorum vaporum inuicem se non claudit, unus reliquum, & in se ipsum reuoluitur: nec non quia cum a calido flatu ueniat in frigidum, ideo quanto propius ad Aquilonem accedit, tanto magis inspissatur, & conuoluitur in se ipsum, & fit flexuosus. Alb. mag. in 3. mete. tr. 1. cap. 25. c. 100. col. 4.

Venti Septentrionales, & Meridionales duobus modis sumi possunt, vel vt sunt partes iuxta polos mundi, uel ratione diuersorum climatum. Alber. magn. in 3. meteorolog. tractat. 1. capit. 10. chart. 97. columna 3.

Venti Aquilonares, & Meridionales fortiores sunt in omnibus climatibus ceteris uentis. Alber. magn. in 3. meteorolog. tractat. 1. capit. 20. chart. 97. column. 3.

Venti sunt fortiores in Septentrione, & Meridie, quia cum fortis uentus ob id fiat, quia plurimus uapor spissus congregatur non impeditus per materiæ abscissionem, & cum Sol non sit in Meridie, nec in Aquilone, nisi per illuminationem, non autem per præsentiam corporis sui, ut in Oriente, & Occidente, & in Meridie, minor est vis ventorum, quia Solis diameter minor est, quā in Aquilone, ergo vicinior, & nix, quæ est in Aquilone, cooperat etiā, vt uentus frigidior & fortior sit Aquilo. Alb. mag. in 3. mete. tr. 1. c. 10. c. 74. c. 4.

Venti duodecim sunt, quia circulus obliquus in 12. domos diuiditur, nec non, quia cum uentis sint contrariarū qualitatu, nec detur una media equidistans, ideo inter ipsas duæ medietates ponuntur, quæ faciunt 8. & quatuor principales sunt 12. Tertio, quia egressus uenti non est ex puncto, sed ex uapore magnæ latitudinis illi regioni, quæ proportionem habet ad unū celeste signū. Alber. magn. in 3. mete. tract. 1. cap. 23. ch. 99. col. 3.

Venti, & si duodecim sunt, vnaquæque terra tamen habet uentos, qui frequentius in ea spirant. Alber. magn. in 3. meteorolo. tract. 1. cap. 23. chart. 100. column. 2.

Venti oppositi non nisi raro, simul flant, quia uapor terreus cedit Soli, & pluuiis ad vnā partem, non tamē

men cedit ad aliam nisi parum. Alber. mag. in 3. meteorolog. tract. 1. cap. 24. char. 100. col. 3.

Venti Orientales calidiores, puriores, subtiliores, & salubriores sunt in mane, cum Sol in ipsos agit quā post meridiem, & contra in occidentali uento. Alber. mag. in 3. meteor. cap. 25. char. 100. col. 4.

Venti uenientes a polo nostro frigidius sunt valde, & sicci, eo quod humidum congelatum commisceri non potest. Albertus magnus de natur. locor. distinctio. prima cap. 6. char. 94. colum. 4.

Venti fortiores sunt illi, qui descendunt; superior enim extremitas inspissata frigore loci descendit, & spissum fortius aerem expellit, quā rarum. Albertus magnus de passio. aer. char. 119. colum. 3.

Venti principales sunt quatuor: Septentrio, Meridies, Subsolanus, & Fauonius, & inter hos sunt alij duo, sic, vt octo sint intermedij. Albertus magnus de passio. aeris chart. 119. colum. 3.

Ventus Aquilo est fortissimus flatus, abscindit pluuias, de putat aerem, quæ a sua frigiditate procedunt. Albert. mag. de pass. aer. char. 119. col. 4.

Ventus Meridionalis calidus est, ideo educit morbos, pluuias multiplicat, & flat tortuose, quia ueniens in Aquilonem cōdensatur a frigore aeris & incuruatur. At in 6. & 7. climate non inducit morbos, quia prius infrigidatur. Aber. mag. de pass. aer. char. 119. col. 4.

Ventus Aquilo magis flat vere, quā autumnō. Albert. mag. de pass. aer. char. 120. col. 1.

Ventorum mediorum secundum mixturam extremorum natura est elicienda. Alb. mag. de pass. aer. c. 120. col. 1.

Ventus altior subtilioris, & minoris est flatus inferiori. Alber. mag. de anim. lib. 7. tract. 3. cap. 3. char. 71. col. 4.

Ventus Subsolanus est calidus, & siccus: Fauonius frigidus, & humidus: Auster calidus, & humidus: Septentrio frigidus, & siccus: Vulturnus calidus temperate, siccus excellenter: Africus frigidus temperate, humidus excellenter: Eurus calidus excellenter, siccus temperate: Chorus frigidus excellenter, humidus temperate: Auster Africus calidus temperate, & humidus excellenter, cum Auster contrarius Chorus, & ille calidus excellenter, humidus temperate, hic frigidus temperate, siccus excellenter. Diuus Thomas in 2. meteor. lect. 10. chart. 129.

Venti quatuor primis exceptis, Septentrione, Austro, Subsolano, & Fauonio, non sunt contrarij, nisi vt participant extremorum naturam. Diuus Thomas in secun. meteororum. lib. 4. char. 131.

Venti Australes, quia per calidiora loca transeunt, ideo sunt calidiores Septentrionalibus, qui per frigidiores terræ partes iter faciunt. Diuus Thomas in secun. meteororum. l. 10. char. 131.

Ventus Ecnephas duobus modis sumi potest: primo, vt est spiritus fluens ex nubibus cum uolentia ad terram: vel pro motu sursum, vel deorsum, cuius vis uenti propter uolentiam alterius est incidentis. D. Thom. in secun. meteor. l. 1. chart. 136.

Ventus Ecnephas est spiritus pluens ex nube secundum rectum deorsum uelociter propter uelocem segregationem, quæ fit a magnitudine frigidius. Diuus Thomas in tertio meteor. lect. 1. char. 165.

Venti ut contrarij sunt, & inuicem differunt.

Ventus contrarios secundum diametrum simul flare impossibile est, alter enim uolentiam passus cessabit, sed ad idem signum sepe uenti non ex eodem, nec eodem spiritu flant. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 13. c. 520.

Venti contrarij secundum anni tempora contraria maxime flant: circa æquinoctium uernale, Cæcias, & omnino, qui ultra tropicum æstiuum, circa autumnale, Libs, circa uersiones æstiuas, Zephyrus, circa hyema-

les, Eurus. Arist. ibidem char. 521.

Venti contrarij idem faciunt, aut contrarium, vt humidus Libs, & Cæcias: sicci, Argestes, & Eurus: at ab initio Eurus est siccus, sed terminans est aquosus. Meſſe, & Aparctias maxime niuosi sunt, grandinosus Aparctias, & Trascias, & Argestes. æstiuosus Notus, Zephyrus, & Eurus. Arist. ibidem chart. 521.

Venti secundum terræ partes differunt, ac distinguuntur. Alex. aphr. in 1. meteor. cap. 1. com. 1. ch. 2. col. 1.

Venti duas habent contrarietates: vnā secundum locum: aliam secundum qualitates actiuas, & passiuas. D. Thomas in secun. meteor. lect. 10. chart. 129.

Venti ut aquam mouent, & ut imbres cessare faciunt.

Venti cur alij alijs locis imbres afferunt, quia ubi frequentia nubium cogitur, ibi pluuiam esse oportet. Aristot. problem. lect. 26. nu. 58. char. 597.

Ventorum vapor aquam mouet aliquando quantitate sua, aliquando qualitate. Quantitate eicit multam aquam simul, & sine magno impetu, sed qualitate sola mouens eicit aquam paucam, cum impetu, & eicit eam sparsam per guttas, & riuos. Aliquando, & quantitate, & qualitate, & sic, si multa euenit materia, imminet periculum ne fiat diluuium. Alber. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 17. char. 104. col. 2.

Ventus facit cessare pluuiam, quia commouendo aerem, impedit congregationem aquarum. Diuus Thomas in primo meteor. lect. 4. char. 52.

Venti ut frigidi, & calidi.

Venti non uidentur calidi, quia mouent aerem existens plenum multo, & frigidus uapore. Aristot. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. char. 528.

Venti quamuis natura impetuosi sint, nihilominus frigidius ob aerem uidentur, quem impellunt inspirando, & si uehementius spirent, frigidiores uidentur. Michael Ephes. de respir. char. 37. colum. 4.

Ventus, cum uapor eleuatus repercutitur a frigido, sufflat a superiori parte ex obliquo terram. Albert. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 13. char. 98. col. 2.

Venti, & si natura sua omnes sint frigidi, & sicci, tamen ob loca, per quæ transeunt, sunt aliqui calidi, & humidius, & alij aliarum qualitatum. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 1. cap. 20. char. 99. colum. 3.

Ventus abscindunt calor eximius, frigus intensum, & pluuiam sequens. frigus intensum non permittit terram aperiri, vt eleuetur exhalatio. calor intensus consumit eleuatum fumum. pluuiam infrigidat aerem. Alber. mag. de passio. aer. char. 119. colum. 3.

Venti ut erratici, apogij, & ethesiæ.

Venti Ethesiæ gyran habitantibus circa Occidentem ex Aparctias in Thraſcias, Argestas, & Zephyros, incipientes ab Vr̄sa, & terminantes ad eos, qui longe: his autem, qui ad Orientem gyran vtque ad Apeliotem. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 2. char. 522.

Venti Apogij uocantur, qui non multum longe spirant a regione ipsa, a qua flare incipiunt. Alex. aphr. in 2. meteor. cap. 5. com. 30. char. 45. col. 1.

Venti sæpe de aliqua nube exeunt, qui non sunt ex duodecim uentis. Albertus magnus in 3. meteor. tracta. 3. cap. 15. chart. 107. colum. 4.

Venti erratici sunt duo: vnus in ripa maris, & dicitur aura: alius in mare, & dicitur altanus. dicuntur erratici, quia non a certa regione spirant, sed undique per diuersitatem locorum. Idem ibidem tractatus 1. cap. 25. chart. 100. colum. 3.

Ventorum abscissionis causa est Sol, & per feruorem, &

per remotionem. Idem ibid. cap. 25. ch. 100. colum. 4.
Venti Ethesiæ non flant in nocte, quia Sol cum distet à nobis, exhalationem eleuare nequit. D. Thom. in 2. meteor. l. 9. char. 119.
Ventofitas interclusa est in omni spermatis effusione. Alb. mag. de ani. l. 9. tr. 1. cap. 7. c. 88. col. 3.
Ventriculus est pars in animante, in quam deuoratur. Arist. de hist. ani. l. 1. cap. 2. c. 10.
Venter infra pectus est parte priore, eiusque radix Umbilicus est. Cui radici in vtrunque latus ilia subiunguntur. Quæ autem recte subiungitur, Sumeri est, vel Abdomen, cuius postremum Aqualiculus, sed super umbilicum Hypochondrium est, à cartilagine quasi subcartilagiolum denominatum. Cauum autem commune subcartilagiolum, & ilium, Chotago est. Partem posteriorem lumbi pari structura præcingunt, vnde nomen. Osphis inditum est. Partis verò excretoriæ, quod subditum quasi strangulum est, Nates appellatur. In quo autem femur versatur, Coxa, & Acetabulum est. Idem ibid. cap. 13. char. 24.
Ventriculus humanus canino similis est, quippe qui nō multo amplior sit, quam intestinum, sed quasi intestino similis ampliori. Idem ibid. cap. 16. c. 34.
Ventris dissimilitudo est, quod quadrupedes viuiparæ cornigeræ altera maxilla dentatæ quaternos habent sinus, quæ & ruminare dicuntur. Gula enim incipiens ab ore deorsum tendit ad pulmonē, septumque transuersum, hinc se ad ventrem applicat maiorem, qui parte interiore asper interceptusque est, ac prope gulæ commissuram suam sibi annexum habet, quem ex argumento reticulum vocant: est enim ventri extrinsecus similis, intus reticulis mulierum implexis magnitudine multo quāto quā ueter minor. Hunc excipit Omasum parte interiori asperum, cancellatam, crustatum magnitudine reticuli. Abomasum uenter ab eo alius iungitur, magnitudine amplior Omaso, forma oblongior, cancellis intus, & crustis multis magnis, & leuibus innormatus. mox intestinum sequitur, sed differunt inter se magnitudine, aut figura, aut quod gula, uel in medium uentris tendat, uel in latus uergat. At omnia dentata maxilla utraque, unicum uentrem habent, ut homo, canis, sus, leo, lupus. Aristot. de histor. anim. 2. cap. 17. char. 63.
Venter aliis suillo similis, aliis canino, tam in maiore, quā in minore animalum genere est, sed discrimen in iis quoque magnitudine, figura, corpulentia, exilitateque oritur, ac gulæ situ. Aristot. de histor. ani. 2. cap. 17. chart. 64.
Venter omnium ossibus uacat, ne tumori impedimento sint, qui per cibum ingestum exurgat necesse est, & ne in foeminis incremento partuum obstent. Arist. de part. anim. 2. cap. 9. ch. 446.
Venter subest præcordiis, quam gula definit, si habetur: si minus, ori adiungitur ventri annexum est intestinum. Arist. de par. ani. 3. cap. 14. c. 498.
Ventres, nec magnitudine, nec specie inter se similes sunt, sed quæ in sanguineo genere vtrinque dentata sunt, & viuipara, hæc ventrem simplicem habent, ut homo, canis, leo, & reliqua, quibus pedes in plures digitos fiaduntur: & quæ solipeda sunt, ut equus; aut bisulca, & vtrinque dentes habent, ut sus, quæ autem non sunt vtrinque dentata ob inopiā dentium plures ventres tribuuntur. Idem ibid.
Ventres plures sunt multis animalibus, quia ob inopiam dentium oris officium non satis in molendo cibo adhibetur, & plura habent receptacula, ut venter, arsinem, siue reticulum, omasum, abomasum. Arist. de part. ani. 3. cap. 14. c. 499.
Ventrem dentata omnia habent, alia canino similem, alia suillo. amplior est suillus, & flexuosus, ut diutius concoquat. caninus paruus est, nec multo amplior in-

restino, leuisque intus. Aristot. de partib. animal. 3. capit. 14. chart. 501.
Venter subiacet pectori costis non clausus, ne aut cibi tumore, qui propter calorem necessariò euenit, aut uteros plenos impediatur. Aristot. de partib. animal. 4. capit. 10. chart. 537.
Ventrem minus humectat, quod vniuersum raptimque bibitur, cum tamen ab humore copiosiore plus humectari conueniat, quia humorem multum uenter superare non potest, sed locum adire suum indomitum patitur. Locus autem crudi humoris vesica est. Exiguum vero facile vincit, & cōcoquit, ex quo moram diutius trahens uentrem humificare potest. Arist. probl. sect. 3. num. 11. char. 374.
Venter tantum extenuatur iis, qui se exercitationi dedere, quia venter pingue amplectitur plurimū. Idem ibid. sect. 5. num. 3. c. 396.
Venter opimus esse solet, vel quia cibo proximus est, & dum cætera membra ex ventre hauriunt, uenter ipse sibi sepius ingerit, uel quoniam minime uenter laborat, flexibus enim nullis contorquet. Idem ibi. nu. 5.
Venter sedile implet, & opimat, reliquum, corpus extenuat. Arist. probl. sec. 5. nu. 14. c. 400.
Ventrem motiones profectioesque extenuat, reliquum corpus implent, & augent. Idem ibid.
Ventres, qui sunt circa pingua, bene fortes, referuntur ad masculam, at non pingues, molles sunt, referuntur ad indecentiam. Arist. physio. cap. 9. c. 348.
Venter si multum adimpletur, frigeicit. Mich. Ephes. de som. & vig. c. 14. col. 1.
Venter impositus est omnibus animalibus habentibus meri prope extremum eius: carentibus verò prope os. Auer. de part. ani. 3. cap. 14. c. 89.
Ventris utilitas in animalibus est concoctio cibi, & eius digestio, donec fiat chylus promptus recipere formam sanguinis. Auer. de part. ani. 3. cap. 14. c. 89.
Ventris musculi sunt in octo: quorum omnium est communis utilitas, sterco, & urinam exprimere. & ea, quæ in matricibus sunt conclusa: diaphragma sustinere, & interiora calefacere, & aperire, ex quibus unum par est rectum, quod directe descendit ab epiglotali cartilagine, cuius uillus secundum longitudinem extenditur usque ad femur: cuius substantia est carnosa a principio usque ad finem. Duo alii musculi sunt secantes istos in latitudine, quorum locus est sub panniculo, qui super totum expanditur uentrem, & sub duobus in longitudine protensis. Duo item sunt paria, quæ uadunt per transuersum, quorum uterque est a latere dextro, & sinistro, & sese ad modum crucis ad angulos rectos interfecant. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 16. char. 15. colum. 3.
Venter est pellis mollis, quæ continet in se omnia membra nutritiua. Idem ibid. cap. 24. c. 20. col. 4.
Ventrem molliorem, & impetuosam uirtutem animi, & magnificentiam dixit Loxus significare. Idem ibid. chart. 21. column. 4.
Ventrem magnum habentes, indiscreti sunt, stolidi, superbi, & coitum amantes. Idem ibid. col. 4.
Ventris mediocritas cum competenti strictura pectoris altitudinem intellectus, & bonum consilium ostendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 20. c. 21. col. 4.
Venter, & pectus nimio pilo tectum, leuem hominem, & instabile significat, & animum sine pietate, & religione declarat. Idem ibid. cap. 26. c. 23. col. 3.
Venter hominis, uentri canis in pluribus assimilatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 3. cap. 3. c. 26. col. 2.
Vere frigidum racalefcit, autumno calidum refrigescit. Arist. problem. sect. 1. c. 27.
Vex nec una hirundo, nec unus dies facit. Aristot. in 1. ethicor. cap. 7. char. 15.
Verbum est uox quæ consignificat tempus, cuius pars nihil

hil significat seorsum, & est semper eorum, quæ de altero prædicantur, nota. Arist. in perih. cap. 3. c. 120.
Verbum infinitum est, nō valet, & huiuscemodi. Idem ibi.
Verba per se dicta nomina sunt, & significant aliquid, sed si est, vel non est, nondum significant. Idem ibid.
Verba non sufficiunt ad probos homines faciendos: at hortari, & incitare possunt. Aristot. in 10. ethicor. ad Nicom. cap. 9. char. 262.
Verbū est, non est prædicatum, sed compositionem prædicati cum subiecto significat. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 1. char. 5. col. 2.
Verba, quæ idem significant, licet aliqua in locutione diuersitas sit aliorum verborum significatione, aduertendum est non ad verba, sed ad significationē. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 39. c. 66. col. 4.
Verba infinitæ naturæ actionem, vel passionem significant dumtaxat, non autem actionem, vel passionem substantiæ coniunctam, ut verba, & participia declarant. Ammon. in præd. ch. 115.
Verba tertix personæ, etsi non definitam substantiam significant, tamen significant agentem aliquam, vel patientem substantiam. Ammo. in præd. c. 115.
Verba sine nomine prolata, nec verum, nec falsum affirmant. Ammo. in præd. ch. 115.
Verbum infinitum, & negatiuum idem sunt subiecto, ratione differunt. Ammo. in l. de inter. ch. 87.
Verba, etsi videantur ex se verum, & falsum asserere, tamen id nō accidit uerbis ex se, sed ob uerborum cum nominibus complexum; ut amo, subintelligitur ego: amas, tu: amat, petrus. Idem ibid. ch. 6.
Verba affectiones nominum, & substantias indicant. Idem ibidem.
Verbum tribus dicitur modis; ut omnis uox, quæ ad significat tempus: ut omnis uox, quæ in præsens significat tempus, & finita: ut omnis uox, quæ in propositione est prædicatum. Ammo. in l. de inter. c. 29.
Verbum, est, solum in propositionibus prædicari dicitur, non autem reliqua uerba. Ammon. in l. de interpret. char. 116.
Verbum omne in participium suum, ac uerbum substantiuium resoluitur. Simplic. in pri. physio. text. 21. chart. 29. column. 2.
Verborum casus, casus appellantur per translationem a nominum casibus. Mag. in l. de inter. c. 6.
Verbum non tantum significat tempus, sed consignificat. Mag. in l. de inter. ch. 7.
Verbum cum uerbo si coniungatur, summptionem facit, nomen cum nomine, non item. Idem ibi. c. 8.
Verbum, est, in propositionibus semper, uel actu, uel potentia inest. Mag. in l. de inter. ch. 23.
Verbi proprium est, ut sit prædicatum, & non subiectū. Auer. in perih. cap. 3. ch. 36.
Verba infinita, & nomina infinita non dantur apud Arabes. Auer. in perih. cap. 3. ch. 36.
Verbum infinitum non uenit in usu in propositionibus de secundo adiacente, quia non posset in eis dignosci dictio negatiua ab infinita. Auerr. in perih. ex l. 2. cap. 1. char. 43. col. 2.
Verbum inuentionis non est necessarium in propositione, sed sumitur loco copulæ. Auerr. in 1. priorum, cap. 1. char. 54. col. 1.
Verbum omne cum tempore est, nomen sine tempore. Boeth. in l. de inter. ch. 220.
Verbum proprie tempus consignificat, principaliterque, aut passionem, aut actum significat. Idem ibidem, char. 223.
Verbum omne accidens significat, quod accidens semper de altero prædicatur. Boeth. in l. de inter. c. 224.
Verbum principaliter continet tempus præsens, cum futurum ad præsens tendit, præteritum a præsentem inchoat. Boeth. in l. de inter. ch. 225.

Verbum, est, duobus modis uerum, & falsum designat: aut cum rem quampiam sua compositione constituit, ut homo est; uel cum duæ res per ipsum, est, coniunguntur, ut homo animal est. Boeth. in l. de inter. c. 227.
Verbum omne consignificat tempus, atque aliquod accidens. Boeth. in l. de inter. c. 313.
Verba infinita nec sunt cum sola sunt, si cum nominibus coniunguntur non infinita, sed finita sunt, & negatiua. Boeth. in l. de inter. ch. 333.
Verbum idem significat, quod participium cum uerbo substantiali. Boeth. in l. de inter. c. 402.
Verbum propositionis determinat qualitatem; est enim non terminus est, sed designat qualitatem. Boeth. ex inter. ad cat. syl. c. 563.
Verbum omne actionem, & passionem designat, quæ sine temporis notatione fieri non possunt. Boeth. ex interpret. ad cat. syl. c. 560.
Verbum est uox significatiua ad placitum cum tempore; cuius pars significatiua nulla est separata, ut ambulat; sed si illis addatur negatio infinita, fiunt uerba; designabit ergo aliquid finitum, & præsens. Boeth. ex interpret. ad cat. syl. c. 560.
Verbum solum est prædicatum formale. Alber. magn. in perih. ch. 84. col. 2.
Verbum non enunciatur de nomine, nisi mediante compositione, cui accidit affirmatio, & negatio. Alb. mag. in perih. c. 80. col. 1.
Verba in oratione posita, & primæ, & secundæ personæ non possunt fieri per negationem infinitam. Albert. mag. in perih. c. 83. col. 4.
Verbi casus perfectam efficiunt enunciationem, quod nominis casus non faciunt. Idem ibid. c. 84. col. 1.
Verbum, ut est uerbum, semper alterius est, ut actus, uel passio, & non significat, ut hoc, uel illud. Idem ibid.
Verbi proprium est, ut significet actionem, uel passionem. D. Tho. in perih. c. 4. col. 2.
Verbum infinitum habet eundem usum, ut uerbum negatiuum. D. Tho. in perih. c. 7. col. 1.
Verbum in enunciatione est causa compositionis, non nomen. D. Tho. in perih. c. 7. col. 2.
Verecundia uirtus quidem non est, sed laudatur tamen, & simili modo uerecundus, & in his, & est excedens, ut pauidus, qui in omnibus uerecundatur, & deficiens, ut impudens. Arist. in 2. ethic. nicom. cap. 7. d. 44.
Verecundia non est uirtus: est enim magis affectus, quā habitus, ut quæ timor quidam infamiæ sit. Arist. in 4. ethic. nicom. cap. 9. c. 106.
Verecundia iuuenili tantum ætati conuenit, quia à uerecundia peccare prohibentur. Idem ibid.
Verecundia existit ex iis, quæ sponte agimus. Idem ibi. c. 107.
Verecundia est inter impudentiam, & stuporem medietas in actionibus, & colloquiis constituta. Arist. magn. moral. 1. cap. 27. ch. 303.
Verecundus est, qui nec cuncta, & omnino dicit, & agit, nec in omni, & omnino trepidat: sed agit, & loquitur ubi, & quæ, & quando expedit. Aristote. mag. moral. 1. cap. 27. chart. 303.
Verecundia est inter impudentiam, & stuporem. Arist. in 3. moral. eudem. cap. 9. c. 427.
Verecundia uidetur esse simpliciter infamiæ metus, sed multo prius a turpibus alienatio, propter quam qui ita se habent, timentes sunt ipsorum infamiam. Alex. Aphr. in 4. nat. q. cap. 20. c. 20.
Verecundia sanguis in os egreditur, & uelut delictum tecturus effunditur. Boeth. in præd. c. 178.
Verecundia est fuga in turpi perpetrato. Alber. mag. in 3. ethic. tr. 2. cap. 2. c. 42. col. 2.
Verecundia, & timor mortis sunt quædam corporalia in quantum habent transmutationem annexam, quod magis ad passionem, quam ad habitum pertinere uidetur. D. Tho. in 4. ethic. l. 17. c. 78. col. 3.

Vergiliades (ut ait Plinius) pisces sunt in duabus lacubus Italiæ, Lario, & Vrbatiano in radicibus Alpium effulis. tantum uergiliarum stellarum ortu apparent, omnibus aliis temporibus latent, pulchras habent squamas, acutas ut clauis, in capite sunt parui, postea caligantur. Alb. magn. de ani. l. 24. cap. 1. char. 199. colum. 3.

Verich est piscis, q Latinè Aristophius uocatur, propter innumeras aristas, quas caro eius in se habet. Albert. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 199. col. 3.

Verisimile, & signum non sunt idem, sed uerisimile est propositio probabilis, quod cognoscunt ut in pluribus fieri, ita aut non fieri, aut non esse. signum uero est propositio demonstratiua, aut necessaria, aut probabilis: nam quo existente est, aut quo facto prius, aut posterius res, signum est, quod factum fuerit, aut fit. Arist. in 2. prior. cap. 27. c. 291.

Verisimilis est opinabilis propositio, quod in plerunque est, uel non est. Io. Gra. in 2. prior. cap. 26. c. 83. col. 2.

Veritas quot modis est.

Veritas duplex: uel substantiua, uel falso opposita. Io. gra. in 3. de ani. tex. 21. c. 88. col. 1.

Verum aliud est, quod non est necessarium, quia potest inueniri in diuersum eius, quo est: & hæc sunt res particulares indiuiduæ: & aliud est verum oppositum falso possibili, & necessarium verum opponitur falso impossibile. Auer. in 1. post. cap. 23. t. 194. c. 196.

Vera oratio in topica tribus est modis. Primo, quod sit composita ex præmissis maxime diuulgatis, quas respondens cum admiserit, & per se primo concludat quæsitum. Secundo, quod sit composita ex præmissis medijs secundum diuulgationem, & probabilitatem, quas respondens admiserit, & per se primo concludat quæsitum. Tertio, quod sit composita ex præmissis, quarum quasdam receperit a respondente, & aliquas protulerit ex seipso, sed quas ex seipso profert, laude dignas esse pateat. Auer. in 8. top. cap. 3. ch. 317.

Veritas quædam est essentialiter, quædam accidentaliter. Auer. in log. ch. 360. col. 2.

Verum simpliciter denotat veritatem. Primo in complexione propositionum, quæ non habent falsitatem admixtam. Secundo veritatem in forma, quia sunt positæ ad formam syllogisticam. Tertio veritatem propositionum, quia verum sit causa conclusionis, & rei conclusæ. Alb. mag. in top. c. 220. col. 1.

Veritatem videndi duo sunt impedimenta, vnum ex modo naturæ, alterum est ex natura. ex modo naturæ est ex consuetudine, quia consuetudo in naturam transponitur, ex natura vero, quia imaginatio, & sensus non permittunt pure contemplari veritatem. Albe. mag. in 2. metaph. cap. 11. ch. 76. col. 3.

Veritas prima dupliciter sumitur. Prima est, quæ non sequitur ens, ut ens, in quo stat omnis entis resolutio, & hæc est veritas diuina, quæ sub ente non cadit, & hæc non est illa, circa quam non contingit errare, quia illa, licet sit manifestissima, tamen propter sui excellentiam non est perfecto intellectu intelligibilis. Alia est, de qua in scientijs demonstrationis principium est. Alb. mag. in 4. metaph. trac. 4. cap. 9. ch. 96. col. 2.

Veritas triplex. Prima in rebus, & causa aliarum, & est esse rei secundum propriam rei entitatem. Secunda in intellectu, quæ est adæquatio intellectus ad rem, & conceptus rei, ut vera est. Tertia media est, & formata a secunda, & signum primæ, & hæc est in sermone cum de re, ut est, enunciatur, & de re, quæ non est, enunciatur ut non est. Alb. mag. in 6. ethic. trac. 2. cap. 1. ch. 71. col. 1.

Verum dicere contingit dupliciter. Per medium, ut syllogismus syllogizat verum. Vel per intellectum

compositum sine medio acceptum per simplicem enunciationem de rebus, & tunc est habitus, qui dicitur intellectus. Alb. mag. ibid.

Veritas duobus modis in aliquo inuenit; ut in eo, quod est verum; & ut in dicente verum. D. Thom. in perih. char. 2. colum. 4.

Verum aliud est per se notum, ut prima principia; aliud non per se, & hoc vel consequitur ex necessitate principia, ut conclusiones omnes demonstrationum, vel quod non ex necessitate consequitur principia, sed possunt esse falsa veris existentibus principijs, ut opinabilia. Idem ibid. ch. 15. col. 2.

Veritatis cognitio vnius adiuuari potest ab altero dupliciter, directe, & indirecte. D. Thom. in 2. metaph. l. 1. tex. 2. char. 102.

Veritas triplicem aspectum habet: primo ad scientiam, & discentem veritatem. secundo ad habitum scientiæ. tertio ad modum sciendi, & acquirendi scientiam. Alex. de ales in 2. metaph. c. 33. col. 2.

Verum aliquod esse duobus modis intelligi potest. Vno modo veritate intrinseca, quæ est idem cum essentia rei. Secundo modo, quod sit vera veritate primi, quæ est mensura omnium veritatum. Alex. de ales in 2. metaph. char. 38. col. 4.

Veritatis disputationem dupliciter determinare contingit. Primo dubitatiue, quod per totum tertium metaphysicorum facit Aristoteli. Alio modo terminatiue, quod in principio quarti facit. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 1. ch. 48. col. 1.

Verum esse in aliquo subiectiue, dupliciter dici potest; vel ut in aliquo dicente verum, vel ut in eo, quod est verum, si primo modo, est in intellectu, si secundo, potest esse in re. Idem in 5. metaph. t. 34. c. 165. col. 2.

Verus ut sit homo, tria requiruntur. primo ut ex habitu vera dicat. secundo eligat dicere verum. tertio ut eligat propter se. Idem ibid. ch. 167. col. 1.

Veritas duplex: essentia, quo veritas perfecta est: & conceptus, quæ est veritas diminuta: est enim adæquatio conceptus ad rem. Idem in 6. metaphysic. text. 5. char. 180. colum. 4.

Veritas vno modo est in essentia ex hoc, quod adæquat intellectui diuino. Idem ibid. tex. 8. ch. 181. col. 2.

Veritas intellectus duplex, vna scire simpliciter quidditatem; alia scire quidditatem de re, cuius est quidditas. Alex. de ales in 9. metaph. te. 22. ch. 275. col. 2.

Veritas quid est.

Verum, & falsum est circa compositionem, & diuisionem. Arist. in perih. term. cap. 1. ch. 119.

Veritas, & falsitas non est sic in futuris contingentibus ut in alijs. Arist. in perih. li. 1. cap. 7. ch. 126.

Verum sibi ipsi confessum vndique oportet. Arist. in priorum, sectio. 2. capit. 33. ch. 219.

Vera aliqua sunt, quæ contingit aliter se habere, & horum non est scientia. Arist. in prim. post. cap. 26. ch. 351.

Verissimum principium illud est, quod est in causa alijs ut sint vera. Arist. in 2. metaph. cap. 1. t. 4. ch. 35.

Verissimum semper illud est, quod necessarium est in sui veritate. Arist. in 2. metaph. cap. pri. t. 4. ch. 35.

Verum est dicere ens esse, vel non ens non esse. Arist. in 4. metaph. cap. 5. t. 27. c. 81.

Verus est intellectus propter rem, non autem res propter intellectum. Arist. in 9. metaph. cap. 7. tex. 21. c. 190.

Verax est mediocritas circa verum; fictio vero in maius, quam reuera sit tendit arrogatia, si in minus, dissimulatio, & qui ea est præditus dissimulatio appellatur, ut contrario modo dispositus arrogans. Arist. in 2. ethicor. nicom. cap. L. ch. 44.

Verax est, qui ea, quæ sibi insint, nec maiora, nec minora confitetur. Arist. in 4. ethicor. nicom. cap. 7. ch. 120.

Verum

Verum honestum, & laudabile est. Arist. ibid.

Verax est, qui ubi nihil refert, verum dicit veritatis gratia, & laudabilis, licet magis declinet ad id, quod vero minus est, nam quia inuidiosæ sunt nimis excellentiæ, ad esse moderatius videtur, & aptius. Arist. in 2. ethic. Nicom. cap. 7. ch. 102.

Verisimile est, quod plerunque fit, non simpliciter tamē, sed quod his rebus, quæ aliter se habere possunt, ita se habent ad id, cui est verisimile, ut quod est in toto ad id, quod est in parte. Arist. in 1. rhet. c. 12.

Veritas proprie, & maxime veritas intelligitur, quæ de rebus sempiternis habetur, non quæ versatur in rebus agendis. Alex. Aphrod. in 1. metaph. vel secund. lat. 2. com. 6. char. 46. col. 2.

Veritas non habetur in rebus, sed est cognitio entis, ut se habet. Alex. aph. in 1. metaph. vel secund. lat. 2. com. 6. char. 46. col. 2.

Veritas, & philosophia idem est. Io. gram. in 1. de anim. tex. 1. char. 6. col. 1.

Verum secundum Aristotelem, ut verum, semper est honestum. Io. gram. in 3. de ani. te. 26. c. 89. col. 3.

Verum sibi vndeque confessum oportet. Ioan. gram. in 1. prior. cap. 33. ch. 57. col. 1.

Veritas est, per quam vnumquodque entium verum est. Io. gram. in 1. post. cap. 8. ch. 21. col. 1.

Veritas sibi semper est consentiens. Magent. in prior. char. 37. colum. 3.

Veritas diuinum quoddam est. Eust. in 1. ethic. ch. 29.

Verum, & falsum sunt in cognitione: bonum, & malum in materia: & nullum entium, quæ sunt in cognitione, dicitur esse simpliciter secundum quod est extra animam. Auer. in 6. metaph. su. 2. cap. 8. tex. co. 8. c. 72.

Verum est illud, quod ita se habet in intellectu, quam admodum extra. Auerro. in epitom. metaphysic. tract. 2. chart. 174. colum. 2.

Verum sibi ipsi correspondet, & testimonium de se vndique præbet. Auer. in 3. de ani. t. 5. c. 163. col. 4.

Verum, & falsum in oratione est relatio quædam, & proportio insequens naturam rei, de qua habetur opinio, & oratio, non ortus aliquid rei in se. Auerro. in præd. trac. 2. cap. 1. char. 16. col. 2.

Veritas absolute est, quod credatur veræ rei, & est, cuius esse in intellectu est, secundum quod extra intellectum est, aut quod impossibile est, ut ea res sit aliter, quam credimus de ea, & hac nostra fide credimus, quod aliter esse impossibile sit, & huius veri aliquid est necessarium, aliud non. Auer. epit. in log. c. 350. col. 4.

Veritas in opinionibus est, quoties ex subiecta re capitur imaginatio, vel quoties ita intellectus rem accipit, ut est. Boet. in l. de inter. ch. 305.

Veritas est adæquatio rerum, & intellectuum. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. ch. 12. col. 4.

Veritas in mente, vel opinione est adæquatio rerum, vel opinionum, vel conceptuum. Alber. magn. in 6. princ. chart. 66. colum. 3.

Veritas in oratione est adæquatio signi rerum in voce significantium, & rei significantæ. Alber. magn. in sex princ. char. 66. col. 3.

Veritatis gratia non modo amicorum, verum etiam propria destruentia sunt. Alber. Magn. in 1. ethic. trac. 5. cap. 11. char. 13. col. 1.

Veritatis cognitio est solutio dubitationum. D. Tho. in 4. phy. lect. 5. tex. 31. ch. 50. col. 1.

Verum nihil aliud est, quam esse, quod est, & non esse, quod non est. D. Tho. in perih. ch. 13. col. 3.

Verum est bonum intellectus. D. Thom. ethic. 1. lib. 12. chart. 12. colum. 2.

Veritatis speculatio est magis continua omnibus speculationibus humanis. D. Thom. ethicor. 10. lect. 10. chart. 177. colum. 4.

Veritatis comprehensio facilis est secundum proportionem

obiecti: difficilis secundum minorem proportionem. Alex. de ales in 2. metaph. c. 34. col. 1.

Verum esse aliquid nihil aliud est, quam rem habentem essentiam, participare essentiam. Alex. de ales in 2. metaph. char. 37. col. 2.

Veritas rei, & essentia idem sunt. Alex. de ales ibid. Verum simpliciter dari potest, quia ubi datur magis, & minus, datur simpliciter. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 38. colum. 1.

Veritas vna tantum est, & veritas vna simpliciter tantum est. Alex. de Ales in 2. metaph. ch. 38. col. 2.

Veritatis nobilior modus est aspicere veritatem sub modo necessarij. Alex. de Ales in 2. metaph. c. 38. col. 2.

Verum simpliciter non est illud, quod admixtam habet potentiam, sed secundum quid. Idem ibid. col. 3.

Verum omne ex hoc est verum, quia aliquo modo acquiritur primum verum. Idem ibid. c. 29. col. 1.

Verum magis, & minus non sunt nisi veri participationes. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 18. c. 90. col. 1.

Verum est adæquatio esse ad illud, quod est: adæquatio non esse, ad id, quod non est. Idem ibidem text. 28. char. 101. col. 1.

Veritas est adæquatio rei, & intellectus. Idem in 6. metaph. tex. 8. ch. 180. col. 3.

Veritas est in essentijs. Alex. de Ales in 6. metaph. text. 8. char. 180. col. 4.

Veritatis nobilioris sunt res nobilioris essentia. Alex. de Ales in 6. metaph. tex. 8. c. 108. col. 4.

Veritas opinioni semper est præferenda. Dan. Barb. in 1. rhetor. cap. 20. char. 53.

Verum in quo consistit, & vnde dicitur.

Veritatem nescimus, nisi causam sciamus, vnumquodque enim scitur, cum causa scitur, & cuius causa est. Arist. in 2. metaph. cap. 1. tex. 4. ch. 35.

Veritas sequitur vniuersi cuiusque essentiam, quia vnumquodque sic se habet ad esse, ut ad veritatem. Arist. in 2. metaph. cap. 2. tex. 4. ch. 35.

Verum simpliciter datur in rerum natura, quia datur magis verum, & minus verum. Arist. in 4. metaphysicor. cap. 1. tex. 18. char. 73.

Verum in rebus nihil esse ait Democritus: & si est, nobis manifestum non est. Idem ibi. cap. 2. tex. 2. ch. 75.

Verum in compositione affirmationem habet, ut homo animal: in disiunctio autem, negationem, ut homo non lapis. Arist. in 6. metaph. ex su. 2. cap. 2. tex. 8. c. 124.

Verum, & falsum non est in rebus, ut bonum, verum, & malum, falsum, sed in mente: sed circa simplicia nec in mente est. Arist. in 6. metaphysic. ex summ. 2. cap. 1. tex. 8. chart. 124.

Verum, & falsum est in rebus diuisione vel compositione. Arist. in 9. metaph. cap. 7. tex. 21. ch. 190.

Veritatis causa vniuersi quisque, & præsertim philosophi sua quoque propria refutare debent: nam licet, & veritas, & auctor alterius opinionis essent amici, sanctum est veritatem in honore antepone. Aristotel. in prim. ethicor. cap. 6. char. 9.

Verax tam verbis, quam actionibus existit, ut est metiens. Arist. in 4. ethic. Nicom. cap. 7. ch. 102.

Veritas inter dissimulationem, & iactationem, in oratione versatur non in omni. Aristotel. magn. moral. 1. cap. 30. char. 304.

Verus, nec plura, nec prouociora, quam quæ sibi affuerint, confingit, sed ea demum, & esse sibi, & scire dicit, quæ teneat. Arist. mag. mor. 1. cap. 30. c. 304.

Veri consideratio existit in his, idest scientia, prudentia, mente, sapientia, & existimatione. Idem ibid. cap. 33. char. 315.

Verum, & vero simile eiusdem est facultatis videre. Ari. in 1. rhetor. char. 6.

Verum

Verum omne nō innotescit ex causa, alioqui nullus esset causarum finis. Alex. Aph. in 1. metaph. vel secundum lat. 2. com. 6. char. 46. col. 2.

Veritas ex verbis philosophi elicitor frequenti tractatu, vt ignis attritu crebro filicis. Them. in 3. de ani. cap. 35. tex. 19. c. 86. col. 4.

Veritas, & falsitas in nullo simplici spectatur, sed tantū in conceptibus, ac in vocibus compositis. Ammon. in l. de interpret. c. 11.

Verum, & falsum per se in rebus esse non potest, quo ad veritatē, quæ in cognitionibus spectatur. Idē ibi. c. 12.

Veritas, & falsitas, quæ in pronuntiatibus inest motibus, circa compositionem, & diuisionem veratur: non tamen omnis compositio, & diuisio verum, & falsum recipit, vt quod non veratur in oratione enunciatiua. Ammo. in l. de interp. ch. 15.

Verum, & falsum non in rebus est, sed in animo, & in intellectu, in cogitationibus. Dex. præd. ch. 28.

Verum, & falsum consistit in concordantia, vel discordantia, quæ in rebus sunt. Simp. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 153. char. 54. col. 3.

Veritas, & in rebus, & in verbis consistit: in rebus cum vnumquodque, quod est, semper, & eodem modo se habet: in verbis, cum de re, quæ est, quod sit pronuntiat, atque asserimus. Eust. in 6. ethic. cap. 3. ch. 283.

Veritatis comprehensio si esset impossibilis, tunc desiderium esset ociosum: & concessum ab omnibus est, quod nulla res est ociosa in fundamentis naturæ, & creaturæ. Auer. in 2. metaph. tex. co. 1. ch. 14.

Veritas omnis, ac falsitas, quæ in oratione est, in compositione, & diuisione nascitur. Boeth. in libr. de interpret. char. 306.

Verum, & falsum est in anima, vt in agente compositionem: in voce enunciatiua, vt in signo: in rebus, vt in causa. Alb. mag. in perih. ch. 81. col. 1.

Veritatem amicis præponere non est inconueniens, & si persuadatur amicus, bene actum est cū eo. Alb. mag. in 4. metaph. tract. 3. cap. 2. ch. 93. col. 4.

Veras, vel falsas contradictiones ante mundi creationem non esse patet, quia contrarietas, & contradictio accidunt proportioni ad rem relatæ, quæ secundū causam veritatis, vel falsitatis sunt in re ipsa, sed tamen, vt in cōponente, & diuidente, & complectente secundum complexionem sunt in anima. Idem ibid. tract. 4. cap. 9. char. 96. col. 2.

Verum esse non solum in sensibus consistit. D. Tho. in 1. de gen. & cor. l. 8. tex. 18. col. 1.

Veritas, & falsitas consistit in quadam adæquatione, vel comparatione vnius ad alterum, quæ est in compositione, vel diuisione intellectus. D. Tho. in 3. de ani. l. 11. tex. 23. char. 59. col. 2.

Verum, & falsum non est in rebus, sed in mente. D. Tho. in 2. metaph. lect. 2. tex. 3. c. 105.

Veritas negatiuæ semper dependet ex veritate alicuius affirmatiuæ. D. Tho. in 4. metaph. l. 8. t. 17. c. 221.

Verum, & falsum pertinent proprie ad considerationem logicæ. D. Tho. 4. metaph. l. 17. c. 28. c. 251.

Veritas non est in rebus, sed in mente, & in compositione, & diuisione. D. Tho. 6. metaph. l. 13. t. 7. c. 422.

Veri sermones non solum videntur vtilis ad scientiam, sed etiam ad bonam vitam: eis enim creditur in quantum concordant cum operibus. D. Thom. ethico. 10. lect. 1. char. 168. colum. 3.

Veritas in equalitate consistit, quæ est medium inter magnum, & paruum. D. Tho. ethic. 4. l. 15. c. 74. col. 4.

Verum, & si sit obiectum intellectus, tamen patet, quod intellectus non eque deuenit in omne verum: quia licet in ratione obiectiua non cōsiderentur gradus, tamen vt intellectus deuenit in naturam, considerantur gradus infra rationem obiecti, quia prius deuenit in obiectum magis proportionatum sibi, deinde in verū

minus proportionatum. Alexand. de ales in 2. metaphysicor. char. 34. colum. 4.

Verum in concreto consistit in habitudine naturæ ad habentem naturam, vel in habitudine essentia ad habentem, essentiam. Alexand. de Ales in 2. metaph. char. 37. colum. 2.

Veritas nō saluatur in principijs, nec vniuoce, nec æquiuoce, sed analogice. Alexand. de ales in 2. metaphysic. char. 37. colum. 4.

Veritas sincera nunquam videtur, nisi in regulis æternis Beati Augustini opinio de sinceris veritatibus. Alexā. de ales in 7. metaph. t. 28. ch. 213. col. 4.

Verum, & falsum habent esse in re causaliter, in intellectu formaliter. Alexand. de Ales in 4. metaphysic. tex. 21. char. 274. col. 3.

Veritas ita denominat omnia vera, vt tempus omnia temporalia. Alex. de ales in 2. metaph. c. 39. col. 1.

Veri, & efficaces erimus in dicendo, si persuasio vim in nobis acquirat, inde suum in auditoribus opus efficiat. Dan. Barb. 3. rhetor. cap. 1. ch. 150.

Veritas vt se habet ad falsum.

Vera veris contraria non sunt. Arist. perih. lib. 2. cap. 4. char. 147.

Verum, & falsum dicernimus, aut sensu, aut opinione, aut scientia; aut intellectu. Aristotel. 2. de anim. sum. 7. tex. 155. char. 654.

Verū aliquando falsum esse potest in rebus possibilibus, in aliis autem non. Arist. 9. metaph. cap. 7. t. 2. c. 190.

Verum in simplicibus est representare naturam rerum, ita ignorare est non attingere. Arist. 9. metaphysicor. cap. 7. tex. 22. ch. 191.

Vero consonant omnia, quæ in re sunt: a falso cito dissonant, & discrepant. Arist. 1. ethic. cap. 8. c. 16.

Veraci arrogans opponitur, peior enim est. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 6. char. 104.

Veritati nostræ mistum semper est mendaciū: quia quoties de veritate instituitur oratio, simul quoque de mendacio cogitamus, & quasi admonemur. Them. in 3. de ani. cap. 15. tex. 25. c. 88. col. 2.

Veram suppositionem nulla sequitur falsitas. Io. Gram. in prior. cap. 9. c. 26. col. 3.

Veritatem prius cognoscere debemus, & postquam habitum ad ipsam fecerimus, ad mendacii confutationem collatione huius ad illam procedere. Io. gra. in 1. post. cap. 1. ch. 2. colum. 2.

Vera dicere, & mentiri tam verbis, quam operibus licet. Eust. 4. ethic. cap. 7. c. 195.

Veritas excludit omnem falsitatem, & dubitationem, vt posito quocunque falso remanet semper aliqua difficultas. D. Tho. in 1. phy. l. 14. t. 72. c. 15. col. 4.

Veritatem cum aliquis ab errore discedens amplectitur, est ibi quædam similitudo alterationis, quæ est de contrario in contrarium: non tamen vere est ibi talis alteratio. D. Tho. in 2. de ani. l. 11. tex. 50. c. 32. col. 2.

Verum & falsum non est in rebus, sed in mente. D. Tho. in 3. de ani. l. 11. tex. 22. c. 59. col. 1.

Verum & falsum magis proprie dicuntur de ente in actu, quam de ente in potentia. D. Tho. in 7. metaphysic. l. 11. tex. 23. char. 666.

Verum ut uerum consequitur ens, ut ens, unumquodque enim ita se habet ad uerum, ut se habet ad ens. Alex. de ales in 2. metaph. c. 33. col. 2.

Veritatem aliquam intellectus noster attingere potest ex hoc, quod habuerit aliquam similitudinem, uel aliquam speciem ab ipsa re, nec semper oportet, quod sit illustrata ab exemplari separato, quia vnaquæque res perfecta in suo esse habet instrumenta perfecta, per quæ potest exire in suum opus. Alex. de ales in 7. metaphysicor. tex. 28. c. 214. col. 1.

Veritas

Veritas ut homini propria, & excellens est.

Veritas, & homini maxime propria, & maximum bonum est. Alex. Aphro. in 1. prior. cap. 2. c. 3. col. 3.

Veritatis cognitio, & maxime, & euidentissime homo a ceteris animalibus distat. Alex. Aphro. in 1. prior. char. 3. colum. 3.

Veritas omnibus bonis, & apud Deos, & apud homines antecellit. Alexand. Aphrod. in 1. prior. cap. 1. char. 3. colum. 4.

Veritas sola, vt operatio, Dijs relinquenda est. Alex. Aphro. in 1. prior. cap. 1. c. 3. col. 4.

Veritatis inquisitio non est impossibilis, quia naturaliter homo cupit comprehensionem veritatis. Alex. de ales in 2. metaph. char. 33. colum. 2.

Veritas perfecte a nobis comprehendendi non potest; quia intellectus noster limitatus est: ideo non nisi finitum cognoscit, & finitos modos scibilium, & infra naturā veri continentur infiniti modi scibilium. Primo, quia infra naturam veri cadit primum ens. Secundo, quod infra naturam veri cadunt substantiæ separata. Tertio, quia virtus principij respectu conclusionum, non potest perfecte comprehendere a nobis. Alex. de ales in 2. metaph. char. 34. colum. 2.

Veritas, vt consideratur ab Aristotele, & vt concluditur in syllogismo.

Veris ambabus propositionibus existentibus non est falsum ratiocinari. Arist. prior. l. 2. cap. 2. c. 243.

Verum non concluditur in prima figura in vniuersalibus, si tota falsa sit maior, colligitur autem si maior in parte falsa, & minor vera, vel maiori vera minore falsa in toto, vel in parte: at in particularibus ultra prædicta, si maior sit tota falsa, colligitur verum. Aristotel. prior. 2. cap. 2. char. 243.

Verum ex falsis, quouis modo ordinentur propositiones falsa vtræque scilicet existentes, vel in toto, vel in parte veræ, sequi potest in secunda figura. Arist. prior. res. sol. l. 3. cap. 3. char. 248.

Verum ex falsis quouis modo, vel in toto, vel in parte sequi potest in secunda figura. Arist. ibid. c. 250.

Veritas sola in libro de interpretatione consideratur, quæ pertinet ad affectiones loquendi. Ammon. in l. de interpret. char. 12.

Verum si ex veris concluditur, habetur syllogismus propter quod: si ex falsis, solum quia & non per medium sequitur, sed quia extrema se se ita connectuntur. Io. gram. in 2. prior. cap. 2. ch. 68. col. 2.

Verum non concluditur maiore falsa: ambabus tamen falsis concluditur, quod est mirum. Ioan. gramm. in 2. prior. cap. 2. char. 68. colum. 3.

Verum concluditur maiore falsa secundum aliquid, non autem si tota. Idem in 2. prior. cap. 2. c. 69. col. 2.

Verum ex falsis concluditur, cum extrema ita sunt inter se, vt alia existente, necesse sit alterum esse, & hac nō existente, necesse est alterum non esse. Io. gramm. in 2. prior. cap. 4. char. 71. col. 3.

Verum ex falsis concludi per accidens est. Auer. in post. 1. tex. commen. 9. ch. 131.

Verum nihil est tam certum, quod negari non possit. D. Tho. in post. char. 51. col. 3.

Veritatis naturam indagauit Arist. in 1. l. metaphysicæ, ex aliorum opinione; in secundo autem ex opinione propria de veritatis natura agit. Alexand. de ales in 2. metaphysic. char. 33. colum. 3.

Veritatis naturam quærit Aristot. in 2. metaphysic. in se. In tertio vero de participantibus veritatem. Alexand. de ales in 2. metaph. char. 33. col. 2.

Verum vt facile, vel difficile speculetur.

Vera simul in prædicatione de aliqua re alterum per alterum exprimitur: quædam sunt vera seorsum: quædam non. Quæ sunt vera, duas habent conditiones. Prima, quod non contineatur in ipso conditionato sermone aliquid, quod sit oppositum rei conditionatæ. Vel quod prædicatio ipsius adiuncti de subiecto non sit secundum accidens, id est, per aliud, sed per se. Arist. perih. l. 2. cap. 2. c. 135.

Veritatis speculatio partim facilis, quæ scilicet intellectui nostro proportionata est, partim difficilis, quæ scilicet non est proportionata, & si debet proportionari, sit per magnum discursum. Aristotel. 2. metaphysic. cap. 1. tex. 1. char. 34.

Veritatis speculationem difficilem esse signum est nulum posse adipisci ipsam comprehensionem veritatis complete. Arist. ibid. tex. 1. ch. 34.

Veritatis speculationem facilem esse signum est omnes homines non decipi circa ipsam, & vnumquemque aliquid de ipsa dicere. Arist. ibid. c. 34.

Veritatis intelligendæ difficultas, vel in nobis esse potest, vel ex rei difficultate, sed in nobis huius difficultatis causa est, quia ob intellectus nostri defectum ad cognitionem rerum manifestarum in natura peruenire non possumus. Arist. 2. metaph. cap. 1. tex. 1. c. 34.

Veritatem inuestigare volentibus necessarium est bene dubitare, quia posterior inuestigatio est solutio priorum dubitatorum. Arist. 3. metaph. ex sum. 1. t. 1. c. 39.

Verius esse duobus dicitur modis, secundum actum proprium naturæ, & secundum constituentium proprietatem. Alb. mag. de præd. c. 9. col. 1.

Veridicus proprie dicitur, qui prompte, & delectabiliter vera dicit. Alexand. de Ales in 5. metaphysicor. text. 34. char. 167. colum. 1.

Vermes in animali non sunt in concoctione, sed in excretionem, quæ putrescit in inferiori aluo, deinde ascendit sursum. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 2. t. 27. c. 566.

Vermis est id, ex quo toto animal totum per subiecti fetus formationem, incrementumque gignitur. Arist. de hist. anim. 1. cap. 5. char. 13.

Vermes, aut continuo mobiles sunt, aut immobiles. Arist. de historia animal. 1. cap. 5. char. 13.

Vermes apum, crabronum, & omnium, quæ ex vermibus constant, quandiu recentes sunt, aluntur, & tantisper sterco emittere videntur; at, cum formæ lineamenta receperint, sub qua facie nimphæ appellantur, iam neque cibum præterea capiunt, nec vllum reddunt alui excrementum, sed coerciti, & contracti quiescunt, nec villo pacto mouere se patiuntur, vsque dum species destinata perficiatur. quo facto euolat proles, rupto, quo continebatur, folliculo. Aristotel. de historia animal. 5. cap. 19. char. 176.

Vermium omnium commune est, & eorum, quæ ex vermibus proueniunt, animalium, vt primordium generationis, aut a Sole, aut a spiritu præstetur. Aristot. de historia animal. 5. cap. 19. char. 178.

Vermes in niue vetustiore nascuntur, qui sunt hirti pilis, & rubidi. Sed in niue mediæ terræ candidi, & grauidiores inueniuntur. omnes torpent, ac difficulter mouentur, & moriuntur cum a niue dimoti sunt. Arist. de historia animal. 5. cap. 19. char. 179.

Vermis Serpentinus, qui iacet inter herbas, comedit alios vermes sui generis. Albert. Magn. de animalib. lib. 8. tract. 1. cap. 3. char. 73. col. 1.

Vermis est omnibus nomen commune, sed specialiter sibi lumbrici terræ hoc nomen vendicant, quia de sola terræ exhalatione nascuntur. Albert. Magn. de animalib. lib. 26. char. 205. col. 4.

Vermes Celidonia dicunt esse, qui in regione Celidonia in aquis feruentibus viuunt, & si transferuntur ad aquas

aquas frigidas, statim moriuntur, quod a vulgi tumore potius, quam ab experientia affertur. Alb. magn. de anim. l. 26. ch. 205. col. 4.

Vermes generantur in ventre inferiori, quia fiunt ex superfluitate, quæ non generatur nisi in inferiori. D. Thom. in 4. meteor. ex digest. de color. l. 4. c. 229.

Verni. & siccitates ex hoc fiunt, quia multa exhalatio sicca segregata est a terra. D. Thom. in 1. meteor. libr. 15. chart. 39.

Vernix est lapis, qui dicitur Erminiacus, coloris subpallidi. valet contra melancholiam, vitium splenis, epatis, & cardiacam passionem. Alber. magn. 2. de min. tract. 2. cap. 19. ch. 142. col. 1.

Versio est ab eodem in idem redditus. Ammo. in prædicament. char. 70.

Vertebrae omnes foramine medio peruiæ sibi iunguntur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 7. c. 85.

Vertibula speciali nomine a tegminis qualitate appellamus. faxis heret fixis sua testa. color eius, aut pallidus, aut rubeus, & nullum in eo spectatur excrementum. Arist. de hist. ani. 4. cap. 6. c. 125.

Vertibula, glandes, & quæ per summa adhærent, ut patellæ, nates, ex rimis, & saxorum cauernis generantur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 15. c. 167.

Vertibula parum a plantis natura sua differunt, sunt tamen spongijs viuaciora. Aristotel. de part. animal. cap. 5. char. 517.

Vertex est ventus, qui propter spissitudinem in nubem non potest excerni, & primo circulariter vertitur, & deorsum fertur, quia nubes inspissatur, qua excidit calidum, & est sine calore. Aristotel. meteor. 3. summ. 1. cap. 1. char. 538.

Vertex Borealis non fit, nec niuosis procella, quia illis temporibus extinguitur flatus. Aristot. meteorolog. 3. summa 1. cap. 1. char. 538.

Vertex fit, cum, quæ est procella, non potest excerni a nube. Arist. meteor. 3. su. 1. cap. 1. char. 538.

Vertices, & cardines mundi sunt puncta duo è regione obuersa, circa quæ voluitur mundus. Aristot. de mundo. cap. 2. char. 808.

Vertigo componitur ex tractione, & pulsione: id enim quod mouet, pellit hoc, & trahit illud. Arist. phys. 7. summ. 3. cap. 1. text. 10. char. 182.

Vertigo surgenti potius accidit, quam sedenti, quia quiescenti humor vniuersus in vnum membrum se colligit, ex quo cruda etiam oua nequeunt circumuerti, sed protinus decidunt: mouenti autem humor se æque expandit. Surgimus igitur a quiete, qua ita affecti sumus: sedemus vero a motu, quo humor æquabili modo, quaque versus se porrigit. Aristot. problemat. 6. numer. 4. char. 410.

Vesicam quæ habet, & aluum habent, non contra. Arist. de hist. animal. 1. cap. 2. char. 11.

Vesica est receptaculum humidum excrementi. Aristot. de hist. animal. 1. cap. 2. char. 11.

Vesica hominis proportionem amplior est, quam cæterorum animalium vesica. Aristotel. de histor. animal. 1. capit. 18. chart. 35.

Vesica est membrana, sed quæ tendi ingenue potest. data est omnibus, quæ animal gignunt, & ouipari generis data est nulli præter testudinem. Aristot. de hist. animal. 3. cap. 15. char. 95.

Vesica vulnerata non coit, nisi ad ipsum exordium sui ceruicis, quamquam ob id, quod raro contingat, parum id obseruandum censeo. Aristotel. de histor. animal. 3. cap. 15. char. 95.

Vesicæ non solum inest humor, sed aliquando etiam descendunt quædam sicca, ex quibus calculi concreverunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 15. c. 95.

Vesicæ excrementum quadrupedum crassius, quam hominum est. Arist. de hist. ani. 6. cap. 18. c. 228.

Vesica iis tantum data est animalibus, quæ pulmonem sanguineum habent, quia ob calorem maxime sibi videntur, & cibi sicci, & humidum copia indigent. Arist. de part. anim. 3. cap. 8. char. 489.

Vesicam habentibus, vltra vrinam, falsugo quædam terrena in vasis subsidet, quia dulce in carnem absumptum est. Arist. de part. ani. 4. cap. 1. c. 504.

Vesica super os habet vnum musculum, qui ipsam circumdat, cuius villus dilatatur super os eius, & ipsius auxilium est vrinam retinere, & cum voluntas est mingendi, tunc relaxatur eius constrictio, & ventris musculi vesicam vrinent, & expulsiua virtute vrinam eiciunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 13. c. 15. col. 4.

Vesica est receptaculum superfluitatis humidæ, quæ vocatur vrina, ad hoc facta, ne animal guttatim vrinam cogatur emittere, & in vesicâ colligiatur, vt simul emitatur, cum voluntas mingendi fuerit. Idem de ani. l. 1. tract. 2. cap. 4. ch. 21. col. 3.

Vesica creatur ex substantia alba viscosa, & sensibili, quæ est, vt nerui substantia: ideo neruosa vocatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 24. ch. 21. col. 3.

Vesicæ locus est inter femur, & anum habens collum carnosum ad virgam viri, & mulieris, ita vt canalus vrinæ est super canalem spermatis. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 24. char. 21. col. 3.

Vesica duas habet tunicas, quarum interior dupla est ad exteriorem, vt melius resistat acumini vrinæ. Idem de ani. l. 1. tract. 2. cap. 24. ch. 21. col. 3.

Vesica est vltimū interiorū membrorū, & pendet a vijs, procedentibus a renibus, per quas effluit vrina in vesicam. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 6. c. 28. col. 3.

Vesica animalium telæ, vel panniculo assimilatur. Alber. mag. de ani. l. 2. tract. 3. cap. 5. ch. 45. col. 1.

Vesipæ ichneumones nuncupantur, quæ minores quam cæteræ sunt, phalangia perimunt, occisique in parietinas ferunt, aut aliquid tale foramine peruium: deinde illiniunt luto, atque ex his incubando suum procreant genus. Aliæ ex minutis nidis ad aliqua foramina exluto parant, & ibi vermiculos pariunt. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 20. char. 180.

Vesparū generationis tempus maxime est à principio ad finem septenarijs, ternis, aut quaternis: culicibus, & vermiformis generis partem plurimam ter septem, & octo partibus septeni attributi sunt. Arist. ibid. ch. 180.

Vesparum duo sunt genera. Alterum ferum, quod rarum est, nascens in montibus, & in quercu pariens, specie grandius, nigris, porrectius, varium etiam aculeatumque est, & robustius, & ictu acerbis, quam alterum est: aculeo enim maiori, quam ex proportione sui corporis spicatur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 41. c. 365.

Vesparæ aliarum operariarum, aliarum matrices, operariarum annum non complent, sed omnes hyeme inualecente moriuntur: at matrices, quæ duces sunt, tota hyeme vescuntur, & sub terra latitant. Arist. de hist. ani. 9. cap. 41. c. 365.

Vesparum aliarum carent aculeo: aliarum habent. quæ carent, minores, & imbecilliores sunt. Arist. ibi. c. 366.

Vesparæ temporibus siccis, & locis asperis potius oriuntur, & ortus earum sub terra agitur. Arist. ibi. 367.

Vesparæ cibum ex floribus quibusdam, & fructibus petunt, sed quam plurimum ex carne. Aristot. ibidem cap. 7. chart. 367.

Vesparum si ex pedibus ceperis, bombilareque fueris, aduolant, quæ aculeo carent: quod non faciunt, quæ aculeatæ sunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 47. c. 467.

Vesparæ, quæ in Naxo oriuntur, cum viperam ediderint, eius venenum attrahere proditur: etenim caro viperæ gratissima gustui vesparæ extat: verum si postea aliquem aculeo feriant, eas adeo circudolentias efficere afferunt, vt in illis grauiore morsibus viperarum videantur. Arist. de adm. aud. nu. 136. c. 872.

Vesparæ nascuntur ex putrescentibus equis. Ioannes gram-

Gramm. in prim. physicor. tex. 40. ch. 17. colum. 4.

Vespe duplicis sunt generis: aliud agreste, & est citrinum magnum, & in arboribus pullificat, & aliud domesticum. Alb. Mag. de ani. l. 8. tract. 4. cap. 5. c. 81. col. 4.

Vespa vt & apes reges, ac ductores habent. Alb. Mag. de ani. l. 8. tract. 4. cap. 4. ch. 82. col. 2.

Vesparum genera multa sunt: sed omnia mella inutilia colligunt, & plerunque in luteis parietibus, & in terra nidificant. Punctura vesparum citrinæ est maioris calefactionis, quam punctura apis, & ex eius punctura, & morfu accidunt, dolor, rubedo, & apostema. Est quoddam genus magnæ vesparæ, quod habet caput nigrum, & plures aculeos, interficiens, & aliquando eius punctura perducit ad spasmodum, & genium debilitatem. Alb. Mag. de ani. l. 26. ch. 205. col. 4.

Vespertilio dicitur quasi vesparæ alis vtens, alas membranas habens. Idem de ani. l. 23. cap. 24. c. col. 2.

Vestis facta ex pilis ouium, quas lupus occidit, pediculos facile procreat. Arist. de hist. ani. 8. cap. 10. c. 286.

Vetusta pleraque rudiora sunt nouis. Aristoteles politicor. 2. cap. 8. char. 546.

Vetustum de inanimatis, & animatis dicitur. Ammon. in prædicament. ch. 119.

Vetustius proprie de inanimatis rebus dicitur. Simpl. in prædicament. char. 108.

Via nobis innata est, vt a notioribus nobis, & manifestioribus, ad manifestiora naturæ, & notiora proficiscamur: non enim sunt eadem nota nobis, & naturæ. Aristot. phys. 1. ex sum. 1. cap. 2. text. 2. char. 3.

Via est, vt procedamus ex communibus ad singularia. Aristot. phys. 1. ex sum. 1. cap. 2. text. 3. char. 4.

Viam quendam ex Italia in Galliam vsq; Celuberorum, Iberorumque reperiri aiunt, cui Herculeæ nomen est, in qua tam Græcus, quam incola viator indigenarum beneficio nulla iniuria, molestiaque afficitur. Cæterum, si quis ex ijs quempiam infestaret, poenam eiusdem generis dare ferunt. Arist. de admir. aud. char. 854.

Via, & methodus ad ratiocinandum in omnibus scientijs, & artibus, quæ aliquid ex proprijs ratiocinando demonstrant, eadem est. Alexander aphrod. in prim. priorum cap. 31. chart. 59. colum. 1.

Via ad corruptionem est ipsum præter naturam. Simpl. in 2. de cœl. tex. 38. com. 23. char. 65. col. 4.

Via vna non est, qua consistimus super noto per se, & ignoto per naturam. Auerroes in prim. priorum sectio. 1. cap. 23. chart. 83. colum. 3.

Via ad rem est alia ab ipsa re. Auerroes in physicorum 3. text. 4. char. 41. colum. 2.

Via diuisionis, & exemplificationis vsitatur in descriptionibus, & definitionibus, vt declaretur illud, quod est minoris latentia eo, quod est ignotum naturaliter per illud quod est manifestius. Auer. phy. 6. te. 44. ch. 124. col. 4.

Via, ex qua soluuntur quæstiones, alia debet esse à via, ex qua accidunt quæstiones. Auerroes in 3. metaphysic. text. 10. commen. 1. char. 18.

Via doctrinæ per contrarium inchoat à via inquisitionis: quia via inquisitionis inchoat ab effectu & admiratione ignorantis causas: via doctrinæ inchoat à causæ assignatione nihil mirantis, quia fit causa. Alber. mag. in 1. metaph. tex. 2. cap. 10. char. 61. col. 3.

Via omnis, quæ non consequitur finem, & terminum ociofa est. Alexan. de Ales in 2. metaph. char. 34. col. 1.

Via de ratione sui terminatur ad terminum, non ad viam. Alexan. de Ales in 1. metaph. char. 329. col. 1.

Vicia est herba, vt legumen, quæ si viridis cum radice viridi secetur, & in terra putrescat impinguat terram, vt lætamen: & si sicca exciditur, exsiccat terram. Alb. mag. de veg. & plan. lib. 6. tract. 2. cap. 19. ch. 171. col. 2.

Vicia feri vult in terra arata post duas aut tres horas post ortum Solis, & postquam absorbuerit rorem. Idem de veget. & plant. libr. 7. tract. 2. cap. 1. char. 177. col. 2.

Vigilia, & somnus circa idem animalis sunt, opponuntur enim & videtur somnus esse, quædã vigiliæ priuatio. Aristot. de som. & vigil. cap. 1. char. 47.

Vigilantem sentire putamus, aut eo quod aliquod eorum, quæ extrinsecus, aliquid sentit, aut eorum quæ intrinsecus. Arist. de som. & vigil. cap. 1. chart. 47.

Vigilare semper, aut semper dormire nihil potest, sed eisdem insunt animalium ambæ passiones hæ. Aristot. de som. & vigil. cap. 1. chart. 47.

Vigilans oë necesse est, vt dormiat: impossibile. n. est sepe agere, & sic de eo, q dormit. Ari. de som. & vig. c. 1. c. 48.

Vigilia, & somnus est passio sensorij communis. Aristot. de som. & vigil. cap. 2. char. 50.

Vigilia non aliunde est, quam ex effectu sensus. Aristot. primo de plantis cap. 1. char. 373.

Vigilia proportionale est speculationi, somnus vero habitui non exeunti in actum. Arist. 2. de ani. su. 1. c. 1. t. 5. c. 615.

Vigilia est postrema perfectio animalis sensibilis. Aristot. in 2. de anima sum. 1. cap. 1. tex. 10. char. 616.

Vigilia fit cum sensu, siquidem ipso concocto sensus excitatur, quem somnus complexus erat, & ab ocio ad actiones agendas, & ad negocia se se transfert. Alexander aphrod. de sensu & sensat. ex sect. 1. com. 2. ch. 5. col. 1.

Vigilia est sensus in actu. Auer. de somn. char. 201. col. 1.

Vigilia, & somnus sunt due virtutes secundum modum, & vna, & eadem subiecto, & carum subiectum est virtus sensibilis comprehendens, & animæ, & corpori sunt communes. Auerroes de somn. chart. 201. col. 1.

Vigilia est solutio sensuum, & remissio ad exteriores actus. Alb. mag. de som. & vigil. lib. 1. tra. 1. cap. 6. c. 26. col. 4.

Vigilia est dissolutio virtutum sensibilium, & motuarum cum debilitate earum. Alb. mag. ibid. tr. 2. c. 4. c. 29. col. 2.

Vigilare est facultas, vigor, & effectus sensuum. Alb. mag. de veget. lib. 1. tract. 1. cap. 6. char. 123. colum. 4.

Vigilia est expansio quædam animæ ad exteriora opera sensuum. Alb. mag. 2. de ani. trac. 1. cap. 2. ch. 13. col. 2.

Vigilia nihil aliud est, nisi ad exteriora spiritus, & caloris & sensus expansio. Alb. ma. de ani. l. 19. c. 2. c. 159. col. 1.

Vigilant, & dormiunt animalia ea parte, qua vigilant. D. Thom. de somn. & vigil. lect. 1. char. 32. col. 4.

Vigilans languide non simpliciter vigilat, sed dormit, & dormiens languide non simpliciter dormit, sed vigilat, & nullum simulachrum & apparens est somnium. D. Thom. de infomn. lect. 5. chart. 43. col. 1.

Vigilia assimilatur considerationi, quia vt consideratio est vsus scientiæ, ita vigilia est vsus sensuum. D. Thom. in 2. de anima lect. 1. tex. 6. char. 21. colum. 1.

Vigor est medium inter iuuentutem, & senectutem. Arist. de iuuent. senec. vit. mor. & resp. cap. 14. ch. 328.

Vigor cordis videtur valde similis dilatationi, & ampliationi. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tex. 2. ca. 6. c. 44. col. 2.

Vilis est, qui vbi oportet non magnifice impendit. Arist. mag. moral. 1. cap. 28. chart. 302.

Vinculum qui ignorat, non potest ipsum soluere. Diuus Thom. 3. metaph. lect. 1. text. 14. char. 118.

Vindictam sumere humanum est magis. Aristoteles ethicorum nicom. 4. cap. 5. char. 99.

Vindicta competit principalibus. Diuus Thomas ethicorum quarto lectio. 13. chart. 72. colum. 3.

Vinum quid est.

Vinofitas est libido cuiusdam humoris. Aristot. problemat. sect. 3. nume. 7. char. 368.

Vinum est calidum, & humidum. Aristot. problematum lect. 3. numer. 17. char. 372.

Vinum ex acido, & dulci sapore mistum est. Aristot. problemat. sect. 19. nume. 44. char. 525.

Vinum, & si natura calidum est, fitim tamen amplius, quam aqua extinguere potest. Aristot. problematum lect. 20. numer. 4. char. 601.

Vinum fortis terrenæ ratione nigrum est. Arist. problem. sect. 38. num. 10. char. 660.
Vinum (vt Empedocles ait) est aqua in ligno putrefacta. Alex. aphr. in 3. topic. cap. 5. chart. 58. col. 1.
Vinum mustum est multum exhalans, & euaporans, & multum aeris interclusum habet. Ioannes Grammat. in 4. phys. char. 93. colum. 2.
Vinum si sublimatur, vt aqua rosacea, quod primo emititur, est humiditas aquea, & insipida, & illo educto remanent partes terrestres vini infusæ humiditati pingui oleagineæ, quæ si ultra sublimentur lento igne, egreditur oleum: & quanto fortius vinum, tanto maior quantitas olei, & minor aquæ exhibetur. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 4. cap. 2. char. 132. col. 2.
Vinum est calidum, & siccum, sed est antiquius, quo est calidius, & siccus. Albertus magnus de veget. libr. 6. tract. prim. cap. 35. chart. 161. colum. 3.

Vinum, quid facit.

Vinum, & omnes liquores, qui in vaporem humidum mutari iterum possunt, aqua fiunt. Arist. meteor. 2. sum. prim. cap. 3. char. 506.
Vinum, & concrescit, & elixatur, vt mustum: dum enim exciccatur, omnis discedit aqua. Arist. meteor. 4. sum. secun. cap. 3. tex. 30. char. 573.
Vinum dulce exhalat, pingue. n. est, & idem facit oleum: non enim concrescit frigore, & vritur. Est autem nomine quidè vinum, sed non opere, non enim inebriat. Arist. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 47. char. 582.
Vinum quodcumque inebriat procul dubio. Arist. ibid. char. 583. Idem Alexander aphro. in 4. meteor. cap. 10. comment. 36. char. 111. colum. 2.
Vinum fit in Arcadia, quod sic exciccatur à fumo in vtribus, vt derafum bibatur. Aristoteles meteor. 4. sum. 4. cap. 1. tex. 48. char. 585.
Vinum si omne fecem habet, sic vtriusque est aut terræ aut aquæ, vt huius se habet multitudine. Arist. meteor. 4. sum. 4. cap. 1. tex. 48. char. 583.
Vina quædam, vtinæ, acetum, lixiuum, serum, & sanies aqueæ, omnia hæc concrescunt frigido. Arist. meteor. 4. sum. 4. cap. 1. tex. 5. char. 586.
Vinum alios retardos, alios superbos reddit, atque infanibundos, quia contraria reddit, non quæ sunt eadem, sed dissimilia: tardiores enim homines mobiliores reddit, contra mobiliores dissoluit, & retardat. Aristotel. problem. sect. 3. nu. 16. char. 371.
Vinum dilutius temperatum vomitum magis, quam merum, quam aqua prouocat: quia ea maxime vomitum mouent, quæ innatare solita, quæque in suaui, fastidiosaque sunt. Vinum autem reprimendi vim obtinet: aqua tenuis, insuauius est: Quod tenuis est, cito pro sui tenuitate descendit; quod non insuaui stomachum non perturbat. Vinum autem nimis dilutum, nec ita tenue est, vt superfluere possit celeriter, & fastidiosum est, quod parum obtinet vini: sensum enim perturbat, quia plures motus in eo excitat, scilicet quem vinum, & quem aqua efficere queunt. at quod modice temperatum est, sensum aquæ penitus tollit, & vini mollis, delinientis que sensum accommodat, ex quo suauiter bibi potest. Arist. problem. sect. 3. nume. 18. char. 373.
Vini dulcis, quod suauius est, ebriosum esse neminem arbitramur, quia vinum dulce nullū saporem proprium obtinet vini, sed alienum penitus reddit: itaque dulcis rei non vini audis appellandus est, qui vini dulcis desiderio tenetur. Arist. ibidem num. 28. char. 378.
Vinum dilutum ocius olere desinit, quam merum, quia dilutum imbecillius mero est, & quod imbecillius est, ocius a quocumque mutatur, quam quod validius, & dilutum mero facilius afficitur. Aristot. problematum sect. 12. num. 12. char. 477.

Vino musto origanus iniecta dulce efficit: duas enim in amphoram iniecit heminas satis est: an quod tollit, quantum in musto est, aquabundum, & feculentum, sua siccitate in seipsa recipiens, quibus scilicet saporem confici austerum censemus, argumento, quod vina, si quid aquæ habet sibi illibatum, minus mollia redduntur, & si diutius in fece stare sinatur idem fiet: & cum vinum dulce molimur, vvas multum temporis Soli exponimus, vt Sol, quantum sit dilutum, auferat, & reliquum decoquat. quod idem origanus facere potest, vt quæ sit sicca, & calida. Aristoteles problematum, sect. 20. numer. 35. char. 539.
Vinum dulce, & lac cur dulcius scitur cum bibitur cum farina orde? quia humor dulcis mistus cum farina diutius immoratur. Arist. proble. sect. 21. nu. 19. ch. 547.
Vinum post pomum putre epotum amarū sentitur, quia amarorem putredo habet: itaque quod de pomum per summa insidet, lingue humori, qui bibitur, permixtum amarum efficit potionem. Aristoteles problematum, sect. 22. numer. 5. char. 551.
Vinum merū post fructus bibere debemus, cum sint contraria, vel quia genus pomorum calidum, & humidum causa suæ generationis est: habet enim tum ignis, tum humoris copiam, itaque succus pomi veluti feruorem per ignem excitat, quomodo mustum foris efferuet, vi tamen hebetiore: humor autem nimis cruditatem committit. Aqua igitur suo frigore feruorem illum frangit, & vinum calore idem facere plerunque potest, vt ignis igni multus pauco vires subtrahit: amplius autem humoris copiam suo calore emollit, & concoquit & suo pondere innatantem illum feruorem vincit, & reprimat. Aristot. problem. sect. 22. nume. 8. char. 551.
Vinum ab acerbis, aut aqua epota dulcius sentitur, quia contraria contrarijs plenius innotescent. Arist. probl. sect. 22. numer. 22. char. 552.
Vinum in Aegypto, quæ terra calidissima est, cur frigidū nascitur? quia calor regionis facit, vt omnis frigida qualitas ad radices vitium se differat, & sic refrigerat, & hoc sentiunt magis vites, quia molliores sunt, & affici oportuntiores. Alex. aphro. problem. 1. nu. 57. char. 683.
Vinum in Aegypto, quæ terra calidissima est, cur sit frigidum; in Scythia vero, quæ frigidissima est, calidum; quia in Aegypto calor omnis exhalat; in Scythia ad ima terræ compellitur. Alex. aphro. probl. 2. nu. 6. ch. 726.
Vinum, aut aliquem alium humorem, cur per fistulam exugendo attrahere valeamus? per vim inanis humorem efferri posse, nō per oris attractionem censendum est, qua eadem ratione cucurbitæ sanguinem attrahunt. Alexan. aphro. problem. 2. nu. 60. chart. 745.
Vini molestiam vino leuari, cur multitudo dicere solet? quod, etsi vulgare est, tamen vere asseritur, cum membra nimio vini calore resoluta vini adiectione recreentur, & firmentur, vt spiritus tentantes caput discutiant præsertim si temperatum est, quod secundo hauritur. Alexan. aphro. problem. 2. num. 3. char. 766.
Vinum omne, in quo est nigredo spissa, & turbiditas, vincit in eo terrestreitas, & aqueitas, & forte solum vnum horum, vt in veteri aqueitas. Auertoes in 4. meteorol. tex. 48. char. 222. colum. 1.
Vinum, & lac admixtum generant lepram. Alb. magn. in topic. char. 266. colum. 2.
Vinum dicitur bonæ spei facere homines, quia est calidū; naturam, & humorem habet actualiter subtilem, ex quo multi, & boni spiritus generantur, sed tamen non gaudet, nisi in sensibus, quia vinum sui vapore obscurat cellulam logicam, & discurrunt spiritus inter organa sensuum, & per mediam capitis vacuitatem, & non representant, nisi sensibilia. Albertus magnus de motib. anima. lib. 1. tract. 2. cap. 5. char. 44. col. 2.
Vinum rubeum, clarum, fumosum est, & bonæ spei facit hominem; & grauitate suæ spissitudinis stabilis spiritum,

Vinum, & calorem. Alber. magn. de anim. l. 20. tractat. 1. cap. 11. char. 167. col. 1.

Vinum, ut nouum, ut nutrit, & ut nocet.

Vinum humidorum euaporat, & increffatur, vt nouum, quia non est vnus speciei. Arist. in 4. meteor. fu. 4. cap. 1. tex. 48. ch. 585.
Vinum nouum est magis terræ, quam antiquum: ideo maxime calido increffatur, & minus concrefcit à frigido: habet enim multum calidum, & terræ. Idè ibid.
Vina non conferunt pueris, neque nutricibus: nihil enim forsitan differit ipsos bibere an nutrices, sed oportet bibere aquosum, & modicū: spirituosum enim vinū, & huius magis nigrum. Aristoteles de somn. & vigilia. capit. 4. chart. 55.
Vinum dulce, ac merum, aut cyceonem inter potandum qui hauserit, sobrius peristere potest, & minus ebriatur, qui calice focundo amploque hauriunt, quia superficialis calor ita supprimitur: Vinolentia enim tum oritur, cum calor totam sedem capitis occupauit. Arist. probl. sec. 3. num. 12. ch. 370.
Vinum dulce cum sit natū superfluitate, tamen si temulentus super admisit haustum vinum cōcoquitur, minusque infestat; quia vinum dulce lene, lentumque est, foramina obsarcit, atque intersepit; austerum contra exasperans, rigidum est, & facilem ascēsum calori hoc præstat: dulce obstruēt foraminū calorem arceat, & vinolētia nō fit, nisi parte superna calefacta, & vinum dulce inodorū, austerū odorū est, odor autem omnis caput tentat, & grauat. Arist. probl. sec. 3. nu. 13. c. 370.
Vino diluto meracius tamen bibito caput magis postridie dole mus, quam ex mero, quia merum, quod crassius est, foramina capitis angusta subire minime potest, sed vim suam, atque odorem, & calorem tantum transmittit. Dilutum autem, quia per aque admixtionem tenue factum est, facile subit caput, & penetrat, retinens partem non mediocre corpulentiam, & meri facultatem, concoctū difficilius est: humidum enim difficilius concoquitur. Arist. probl. sec. 3. nu. 14. c. 371.
Vino, & pane ex triticea farina multum temporis sine fastidio uti possumus, aliis vero quamuis suauioribus, non tamen sine fastidio uti toties possumus, quia secū dum naturam homini pro cibo deputata sunt. Aristot. problem. sect. 21. num. 13. c. 544.
Vinum, & panis ex proprietate quadam plus uirium habet, quam ceteri cibi ad alendum, firmandumque corpus humanum. Alex. Aphr. probl. 2. nu. 67. c. 752.
Vinum si exiguum bibatur, salubritatem largitur, si modicum, facundiam parit; si immodicum, menti, & corpori obest. Alex. Aphr. probl. 2. num. 3. c. 766.
Vinum nouum mixtum impinguat, quia adhuc non est in forma vini. Alber. Magn. in 4. meteor. tract. 4. cap. 2. char. 132. colum. 2.
Vinum nouum est magis terrestre propter fecis admixtionem, quam non est proprium vinum, propter duos: primo, quia habet multam admixtionem aliarum rerum: secundo, quia non habet actum proprium vini. Alb. mag. in 4. meteor. tr. 4. cap. 2. c. 132. col. 4.
Vinum rubeum dulce maxime nutrit. Alb. mag. de vege. l. 6. tr. 1. cap. 35. c. 161. col. 3.

Vinum, ut fit clarum, & melius fit.

Vinum longius eductum fit melius ex motu conualescente in ipso calore naturali propter repercussionem, & motum partium, & digeritur humidum. Alb. Mag. in 4. meteor. tr. 1. cap. 9. c. 119. col. 4.
Vinum turbidum clarificatur, si arena pluta albis lapidibus abundans cum ouis distemperata immittatur. Alb. Mag. de veg. & plant. l. 6. tr. 2. cap. 4. c. 179. col. 1.

Vinum clarificatur, si oua mittantur in vino cū calce, & arena. Alber. Magn. de anim. lib. 17. tractat. 1. cap. 3. chart. 147. colum. 3.

Vinum, ut fit ex melle, & non potest fieri ex aceto.

Vinum ex melle fieri in Illyriis, qui Taulantii nuncupantur, aiunt: cū. n. fauos expresserint, aquā infundentes in lebetem concoquūt, donec dimidium defecerit, deinceps in doliis infundentes, idque iucū diffime iactitantes, dolia super tabulas reponūt, atque ibi longo temporis spacio permanere, & vinosū, & spirituosum, ac suare euadere aiūt, quod & in Græcia euenisse iam nonnulli aiunt, non quod à veteri vino differat sed cum postea hoc explorarent, neminem temperiem huius inuenire potuisse aiūt. Arist. de adm. aud. c. 843.
Vinum non est materia aceti, quia fit per accidens, quia fit per corruptionem vini. Aristot. in 8. metaphysicor. cap. 7. tex. 14. char. 170.
Vini, & aceti forma opposita sunt, cum altera sit corruptio reliquæ. Auer. in 8. metaphysic. tex. co. 14. c. 104.
Vinum non potest fieri ex aceto, nisi fiat regressus vsque ad primam materiam. Alex. de Ales in 2. metaphysic. chart. 42. columna 2.

Vinum, ut corrumpitur.

Vina deprauantur temporibus calidis, quia feces coalescunt. Arist. de gen. ani. 3. cap. 2. c. 195.
Vinum corrumpitur in æstate, quia calor aeris ambientis educit calorem inrinsicum, & humidum subtile. Alb. mag. in 4. meteorolog. tr. 1. cap. 9. char. 119. col. 1.
Vinolenti, etsi vinum calidum est, non tamen calent, sed frigent, & dolore laterum, ceterisque huiusmodi vitiis excipiuntur, quia multum humoris, cum refrigeratum est, multum frigoris concipit, ita ut calorem superet naturalem. Arist. probl. sec. 3. nu. 1. c. 365.
Vinolenti, cum vinum calidum sit, rigere tamen solent, citissimeque laterum dolore, & cæteris huiusmodi vitij excipiuntur, quia multū humidū cū refrigeratū est in multum frigidum se conuertit, ita vt superet calorem naturalem, quæ autem sunt humidiora, eadem omnia naturæ calidiora occurrunt, argumentum quod rebus externis calefcimus non humescimus. At si minus calida sint, quam humida, potius caliditatem suā, quam humiditatem amittunt, & humore frigido temperante nō sine causa vinolēti amplius rigent, & vitia rigoris propria patiunt. Arist. prob. sec. 3. nu. 6. c. 368.
Vinolentis res una interdum plures uiderur, quia nullo tempore cum aspectus commoueat uisus in corde quiescit, & cum plures aspectus eandem rem eodē tempore attingunt, plura esse uiderur, quod unum cōspectui subiacet, quia nō potest rem eandem eodem modo attingere. Idem ibid. nu. 10. c. 364.
Vinolenti concubere non possunt, quoniam pars quædam magis caleat, quam reliquum corpus oportet, quod in his fieri nequit ob nimium totius corporis feruorem extinguitur enim calor motionis internæ obtentu caloris occupantis, quoniam multum in his inest, quod humidum crudumque officiat. Ad hæc semen a cibo proficisci necesse est: cibis autem omnis concoquitur, quo satiati ad uenerem plane incitamus, & ideo multi præcipiunt prandere large, & cenare parce vt cruda insint, quam concocta pauciora. Arist. ibi. c. 369.
Vinolentia tunc oritur, cum calor totam sedem capitis occupauit. Idem ibid. nu. 12. c. 370.
Vino factius solui possunt, & usque ad uinolentiam potare inexercitati magis, quam exercitati, quoniam qui excrementa, humoresque in se continent, vrinam copiosæ profundunt: quod facit, vt plus bibi, & leuari facilius possit: quoniam non multum vinosi humoris

In ventre remaneat. At, qui in exercitatu, humidi sunt, excrementis quæ redundant: exercitati contra, sicci, fistulosi; sunt, ut vini humor sese totum insinuare corporibus possit. Statim igitur hic vini impetus urinam retractat, & post humor in his corpore insidens gravitatem creare potest. Arist. probl. sect. 3. nu. 16. ch. 371.

Violenti aquas salvas, & vitiosas melius sentiunt, quam sobrii, quia tristitia melius ab ijs sentiuntur, qui minime cupiunt: latent enim hæc cupientes, & sæpe fallunt. At qui late se habet, is non cupienti similis est, qui autem in tristitia est, cupientis hic gerit affectum: sobrius autem ita se habet; violentus contra fatiatus, repletusque est. Arist. problem. sect. 3. num. 19. char. 373.

Violentis somnus oriri non potest, quia ad somnij creationem calidum adest humorem opus est: hic enim concoquere expedire potest. quod si deest, exiguusque humor, aut concoctu difficilis est, somnus non oritur. ideo post cibum, ac potum somnolentissimi sumus. Arist. problem. sect. 3. nu. 24. char. 374.

Violentis multa apparerit interdum id, quod vnum est, quia conspectus initia intrinsecus a vino mouentur. Arist. problem. sect. 3. nu. 29. char. 378.

Violentorum lingua oberrat, vel quia vt totum corpus in violèria titubat, sic lingua labens oberrat: vel quia cum caro linguæ mollis, & instar spongiæ sit, ampliatur madescens, atque extollitur: itaque ob mollem retardior fit, exprimereque sincere non valet. Vel vt in aqua ob absentiam aeris loqui non possumus, ita cum nimium in nos humor indidimus, & ideo lingua ob nimium humoris exprimeret sincere non potest. Vel quia animus quoque violentus compatiens errat, & si animus ita affectus est, & linguam pariter affici consentaneum est: unde enim omne loquendi principium sumitur. Arist. problem. sect. 3. num. 30. char. 378.

Violenti fortiores sunt, quam sobrii. Arist. problem. sect. 27. numer. 4. char. 601.

Violentorum alii gemina cur videntur? quoniam musculi oculorum varie humores completi, factique proueni, & languidi oculos deprauant, & vertunt alterum sursum, alterum deorsum, & sic radij non in eundem locum cursare possunt, sed diuersas partes adeunt. Alex. aphrod. problem. 1. nu. 123. char. 317.

Violentis hominibus, cur omnia circumuerti videntur? quia larga vini copia exhalationem spiritus vaporosam multam emittit ad cerebrum, qui per cerebrum voluitur, & ita perturbatus profluit per neruum conspectiuum, & sic circumuolui, quæ videntur, apparent. Alex. aphro. problem. 2. nu. 72. chart. 756.

Vinacea, zizania, & grana ficulnea, cur vt ingessimus, ita integræ per alium egeri solent? vel quia parua admodum sunt, & sicca, & sic digerit nequeunt; vel quia semina sunt, & generandi perfecte obtinent qualitatem: & sic resolui non patiuntur, sed ad eam finem durant, cui à natura sunt destinata. Alexander aphrod. problema, secundum numer. 96. char. 768.

Violentum id est, cuius principium extrinsecus eiusmodi est, vt ei neque quod agit, nec quod patitur, aliquid conferat. Arist. in 5. ethic. nicom. cap. 1. char. 49.

Violentia est, cum agendi causa, à qua cogamur; fuerit externa. Arist. mag. moral. 1. cap. 13. chart. 290.

Violentum, & necessarium etiam in animatis attribui-mus. Arist. in 2. moral. eudem. cap. 9. char. 397.

Vi quod est, præter naturam est. Arist. in 5. physicorum, sum. 3. cap. 3. text. 56. char. 141.

Vi manet, quod fertur vi: & secundum naturam, quod fertur secundum naturam. Aristoteles in 3. de celo, cap. 1. tex. 19. char. 337.

Vi quod mouetur, infinitum facit motum. Arist. in 3. de celo, cap. 1. tex. 19. char. 340.

Vim eandem habent ad agendum, quæcunque eiusdem rei causam obtinent, vel non. patet, quod vltimum in

omnibus his idem est: quod autem antecedit hoc discrimini fore nil prohibet. Aristoteles problematum, sect. 9. numer. 6. chart. 423.

Vim faciens dicitur necessarium. Aristot. in 5. metaphy. cap. 5. text. 6. chart. 90.

Vis est etiam in carentibus anima. Aristot. magn. moral. libr. 1. cap. 13. char. 289.

Vis non abique virtute esse videtur. Arist. in primo politicorum, cap. 4. char. 497.

Vi fiunt, quæ contra cupiditatem, aut ratiocinationem per ipsos agentes fiunt. Arist. in 1. rhetor. char. 45.

Violentum est, cuius principium est foris nihil conferens illi, cui vis est illata. Alexander aphrod. in 4. natural. quæst. cap. 12. chart. 19.

Violentia patientes sunt, extra quos est effectuum principium, nihil in id, quod fit, conferente eo quod patitur, & coagente. Alexander aphrod. in 4. naturalium quæst. cap. 12. char. 19.

Vis in vna collata, & astricta firmior est, quam defluens, & dissoluta, & partibus dissonata. Themistius in sexto physicorum, tex. 37. char. 55. colum. 2.

Vis maior mouebit, quod a minori vi mouebitur. Simpl. in 8. phys. tex. 39. char. 473. col. 1.

Vis infinita est, quæ excedit omnem finitam potentiam. Simpl. in 8. phys. tex. 80. char. 479. col. 2.

Vis quanto est maior vi, tanto minus tempus, in quo mouet maior vis est tempore in quo mouet minor vis. Idem ibidem chart. 480. colum. 1.

Vis in primo mouente tradita semper minuitur, & deficit successiue, & tandem deficit. Idem ibidem tex. 82. char. 481. colum. 1.

Violentia duplex: alia præter naturam, alia supra naturam, qua ignis, & aer feruntur in girum. Simpl. in pri. de cel. tex. com. 11. char. 5. col. 3.

Violente nihil mouet, nisi quies sit ei naturalis. Auerro. in 8. phys. tex. 24. char. 164. col. 3.

Violentia non inest, nisi in respectu naturæ, & si res non habuisset motum naturalem, non intelligeretur habere motum violentum. Auerroes in primo de celo, text. 70. chart. 21. colum. 1.

Violentum quod est, æternum esse impossibile est. Auerro. in 2. de cel. text. 85. char. 72. col. 3.

Violentia est, vt aliquod corpus moueat aliquod corpus ab extrinsecis, ita quod non sit in natura motoris illius corporis, vt moueat illud, quod ex eo mouetur semper, sed in aliqua hora. Auerroes in tertio de cel. sum. prim. tex. 10. char. 87. col. 2.

Violentia quod mouetur, violente mouet, scilicet motus eius in alterum est violente. Auerroes in tertio de cel. sum. 1. tex. 20. char. 87. col. 3.

Violentia separata a motore nequeunt continuare motum, nisi ob aeris naturam, quæ violentis infert impetum. Auerro. in 3. de cel. tex. 28. ch. 147. col. 2.

Violentum non est mansuum. Auerroes in 5. metaphy. text. 54. char. 159.

Vis intelligitur per artem, quæ agit in duo opposita, & non consequitur suam actionem necessario. Auerroes in 1. rhetor. tract. 2. cap. 1. ch. 30. col. 4.

Vis in eo consideratur, quod vnaquæque res potest efficere. Boet. in topic. Cicer. lib. 6. char. 846.

Vis celestium corporum indirecte reduit ad intellectum, & voluntatem, & intellectus, & voluntas vtuntur viribus sensitivis. D. Thom. in perher. c. 14. col. 4.

Violentum est, cuius principium est extra nil conferente vim passo. D. Thom. in 5. phys. l. 10. tex. 58. c. 84. col. 1. Idem in 8. phys. l. 7. tex. 28. c. 127. col. 2.

Violentia quæ mouentur, non habent principium motus in seipsis, sed principium motus est ab extrinsecis. D. Tho. in 7. phys. l. 1. text. 1. char. 106. col. 3.

Violentum est, in quo nil confert vim patiens. D. Tho. in 3. de cel. l. 5. tex. 18. char. 59. col. 2.

Violentia

Violentia est, cum aliquod mouetur ab aliquo exteriori agente ad aliud, ad quod ex propria natura aptitudinem non habet. D. Tho. in 5. meta. l. 6. tex. 6. char. 292.

Vis est quicquid in contrarium valet. Daniel Barbar. in prim. rhetor. cap. 1. char. 15.

Vipera animal edit postquam intra se oua peperit, cum cætera serpentum omnium genera oua edant in lucem, quo fit vt viperæ vulua similis sit cartilagineis. Arist. de histor. anim. 3. cap. 1. chart. 73.

Vipera è serpentibus vna animal edit, cum intra se primo oua peperit: & est vnius coloris, & molle ouum, vt etiam piscium. fetus superne consistit, nec cortice continetur, vt nec piscium quidem. Parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur, & singulos diebus singulos parit plusquam viginti, & euenit interdum, quod qui in vtero sunt, abrosis membranis prorumpant. Arist. de hist. anima. 5. cap. 39. char. 193.

Vipera scorpionem deuorat. Aristoteles de histor. animalium. 8. cap. 29. chart. 311.

Viperæ eadem differunt differentia a reliquis serpentibus, qua cartilaginea a piscibus. Aristoteles de partib. anim. 4. cap. 1. chart. 505.

Vipera, & sibi similia ouant intus, & oua interius compleunt propter frigiditatem suam. Alber. mag. de anim. libr. 16. tract. 1. cap. 16. char. 141. col. 2.

Viperæ marinæ sunt: pisces parui longitudinis cubitalis, cornu paruulum gestantes in fronte, cuius percussio est mortifera. ideo piscis dum capitur, piscatores caput amputant, & in arena suffodiunt. Alber. mag. de animal. lib. 24. cap. 1. char. 199. col. 3.

Viperarum genera omnia sunt in secundo ordine serpentum. est strictus serpens vipera in superiori parte diaphragmatis, amplior inferius, caput habens acutum, & os dentatum: sed masculus duos tantum habet dentes anterius in mandibulis, & duos superius: foemina habet plures & falsum est foeminam in coitu truncare caput maris, & foetum ipsius viscera perforare. Ex eius morfu primo sanguis exit, deinde virus feruens, & locus dolet vehementer, & dolor perambulat ad membra vicina, & postea apparet apostema calidum rubeum, habens bochor, & vesicas, deinde viride. Accidit infirmo in visceribus inflammatio, in corpore rubedo, & erumpit sudor frigidus, & corruptio coloris declinans ad viriditatem, commotio capitis ad vertiginem, frequentia anhelitus, nausea, singultus, & aliquando euomit humorem cholericum, & incidit in difficultatem mingendi, grauat caput, & quandoque fluit sanguis ex naribus. Vt in pluribus moritur in tribus diebus, sed etiam in septimo. Albertus magnus de animalibus lib. 25. char. 203. colum. 1.

Vires retento spiritu augentur. Aristoteles de generatio. animal. 2. cap. 4. char. 155.

Vires sensitiuæ, vt sunt actus organorum corporalium per accidens supponuntur actioni celestium corporum. D. Thom. in perherm. char. 14. col. 4.

Virgæ fiunt, cum prope Solem existentibus nubibus ab aliquo refrangitur humorum ad nubem. Arist. in 3. meteorol. cap. 5. chart. 554.

Virgæ fiunt, cum nubis consistentia inæqualis est non figura, sed colore; hæc spissa, hæc rara. Arist. in 3. meteorol. cap. 5. char. 554.

Virga est arcus celestis exhibitio in directum conformata. Arist. de mun. cap. 3. chart. 819.

Virgæ musculorum duo sunt paria: duo vnius paris in duobus virgæ lateribus sunt extensi, qui cum tenduntur, foramen dilatant, & tunc sperma in ipsam facillime currit: aliud par a femoris osse oritur, & radici virgæ per transuersionem coniungitur, & cum rectificatur, tendunt, & tunc instrumentum secundum rectitudinem eleuatur, & cum constringuntur reducant ipsam ad posteriora. si autem vnum sine alio tenditur,

ad eam partem declinabit. Albertus magnus de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 16. char. 15. col. 4.

Virga est membrum instrumentale ad coitum paratum, ex membris, quæ singulariter sunt ligamentalia, & nervosa, & arteriata. Principium autem organi eius est corpus, in quo descendit caro medij pectinis ligamentale plurimæ ventositatis. Alb. magn. de anima. libr. 1. tract. 2. cap. 24. char. 21. colum. 3.

Virga tres meatus in se habet. vnus est per collum vesicæ, quod est pars virgæ. secundus est spermatis per expulforia spermatis. tertius est meatus humoris, qui medius est inter sperma, & aquam sudoris, qui sentitur aliquid quando stillare ex tactu mulieris, aut à muliere ex tactu viri, & ille non facit pollutionem, vt nec vrina; sed est quædam inclinatio ad pollutionem. Alber. mag. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 24. chart. 21. col. 3.

Virgæ erectio, vel ventositas non aduenit ei, nisi ex cerebro, & nuca; & sanguis subtilis, & libido, & concupiscentia à corde proueniunt. Alber. mag. de anim. libr. 1. tract. 2. cap. 24. char. 21. col. 3.

Virgæ quorundam masculorum sunt exterius prominentes, & suspensæ, & hæc ambulantiis terrestribus conueniunt. Quorundam sunt virgæ interius incluse in ventre, & tempore libidinis egrediuntur per foramen, vt natatilia marina sibi similia generantia. Alber. mag. de anim. lib. 2. tract. 1. cap. 3. char. 31. col. 1.

Virgæ prominentes habentia animalia, alia habent ea à radicibus suis absolutas suspensas tantum, vt homo; alia virgæ per follem ad ventum applicatas, vt canis, & equus: quod fit, vt det proportionem directè tangendi vuluam foeminae. Albertus mag. de anima. lib. 2. tract. 1. cap. 3. char. 31. col. 1.

Virgæ substantia in aliquibus animalibus est ex carne cartilaginosa, & neruis, & venis, vt virga hominis: quorundam intumescent, ex neruo cartilaginosa, & non ex carne, de qua siccurandum, vt tauri: quorundam sunt nervosa valde, vt cameli, & cerui: quorundam sunt ex substantia ossea, vt lupi, & vulpis, idest cartilagine, & ossi substantia proportionata. Alber. magn. de animal. lib. 2. tract. 1. cap. 3. char. 31. col. 1.

Virga in quibusdam animalibus est alligata ad ventrem extra, in quibusdam pendet. Albertus mag. de anima. lib. 2. tract. 1. cap. 3. char. 34. col. 4.

Virga, & testiculis caret, quod crure caret. Alber. mag. de anima. lib. 15. tract. 1. cap. 8. char. 128. col. 4.

Virgo sic se habet ad mulierem, vt foemina ad marem. Arist. problem. sect. 10. nu. 38. char. 437.

Virginitatis signa sunt, panniculi contecti ex venis, & ligamentis subtilibus valde, qui sunt in virginibus ante corruptionem, & per concubitum destruantur, vel per immersionem digitorum, & parum sanguinis, quod in illis est, effluit. Alber. mag. de anima. lib. 1. tract. 2. ca. 24. c. 21. col. 2.

Virgines plus cogitant de coitu, & magis coitum appetunt, quam corruptæ; & quæ non imprægnantur, magis appetunt coitum, quam quæ sæpius imprægnantur, quia earum carnes pleniores sunt humore spermatico, quam aliarum. Albertus magnus de anima. lib. 18. tract. 2. cap. 5. chart. 557. colum. 1.

Virginus Rufus, & ante ipsum Socrates ait, vnum quodque appetere perfectionem, ut actu sit, & sine impedimento suas functiones exequatur. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 4. chart. 51. colum. 4.

Viri, & mulieres quidam produntur, qui nunquam quicquam somniant, quorum nonnullis non processu ætatis accidit, vt viso somnio mutarent habitum sui corporis, vel in mortem, vel in morbum. Arist. de histor. anim. 4. cap. 10. char. 141.

Viri multi, & mulieres, qui inter se non potuerunt generare, vbi dissociati, alij se iungere, potuerunt generare; & alij, qui cum alijs tantum mares procreant, cum alijs foeminas; & iuuenes feminas, vel mares tan-

uu 3 tum,

...tum, seniores facti contra. Aristotel. de histor. anim. 7. cap. 6. char. 260.
Viri, & mulieres pingues minus fecundæ sunt, quam non pingues, quia in pinguedinem transit excrementum concoctum. Aristotel. de generatione animal. 1. capit. 18. chart. 125.
Viri, & vxoris vinculum, filii sunt. Aristote. in 8. ethicor. nicom. cap. 12. ch. 209.
Vir præest vxori ciuilitate, filiis regiæ. Aristot. in 1. politic. capit. 8. chart. 509.
Vir vnus si esset in ciuitate, qui virtutibus omnibus super excelleret, si ciuitas optima esset, in omnibus imperare deberet, vt rex perpetuus in ciuitate esse deberet. Arist. in 3. polit. cap. 9. c. 588.
Viri, & mulieris natura diuina prouidentia ordinata est ad societatem, tendunt vero omnia in idem vtilitatis, licet contraria videantur; alterum enim est robustum, alterum imbecillius, vt hoc ob timorem cautius, hoc propter fortitudinem pugnatius esset; alterum parat foris; alterum parta domi conseruat: alterum ad sodalitates deterius, ad motus valentius, aliud contra. Circa prolem generatio propria, vtilitas communis; alterius enim est nutrire, alterius erudire. Arist. in 1. oconom. cap. 3. c. 777.
Viri iniuria in vxorem est externarum mulierum coitus. Arist. oconom. cap. 9. c. 778.
Viro indecens est ea scire, quæ intra domum fiunt. Arist. oconom. 2. cap. 1. c. 783.
Vir vxori castitatem seruare debet, nec de vlla muliere cogitare, sed ipsam fidem præ ceteris existimare. Arist. oconom. 2. cap. 2. c. 786.
Vir vxori nil magis præstare debet, quam sanctam, & in temeratam societatem. Arist. oconom. 2. cap. 2. c. 787.
**Vir curare debet, quod quando abest, vxor sentiat nullum sibi, nec meliorem, nec commodiorem, nec magis suum esse, quam virum, & hoc ab initio tamquam ad commune bonum semper intendens, etsi puella sit, & noua in ædibus. Idem ibid.
Vir, & vxor in his, quæ improba sunt, & impudica sibi inuicem consentire non debent, & in honestis, & pudicis, & iustis, quam maximè sibi inuicem concorditer interuire studentes. Primo eorum omnem parentibus exhibere, vir quidem vxoris parentibus non minus, quam propriis, & vxor viri, & filiorum, amicorum, & domus totius, tanquam communis curam habeant: seipsum studio, cura, & diligentia superare certantes, & quisque plurimorum bonorum sit causa, & author, meliorque existat, & iustior, deposita superbia, industria recepta, cum benignitate, & mansuetudine gubernantes. Arist. oconom. 2. cap. 4. c. 790.
Virorum prouentus in familiis est in iis, quæ nascuntur in agris. Arist. in 2. rhet. c. 102.
Viro probo magis conuenit, vt bonus uideatur, quam exquisita oratio. Aristotel. in 3. rhetoricor. char. 172.
Vir, & mulier idcirco pariter homo sunt, quia non differunt inter se hominis differentis. Alex. Aphr. in 4. metaphysic. vel in Lat. 5. comm. 21. char. 135. col. 2.
Vir, & mulier vt homines, uniuocæ sunt, ut autem uir, & mulier, nequaquam. Alex. Aphr. in 6. metaph. vel secundum Lat. 7. co. 25. c. 199. col. 2.
Viri propria sua patiuntur menstrua. Them. de infomn. cap. 10. ch. 99. colum. 4.
Vir est homo, qui cum altero procreandi insitam uim habet, quare eunuchum penitus priuatum esse constat. Eust. in 1. moral. c. 7.
Viri cum cadunt, frequenter cadunt super humeros, uel collum, quia membra virorum proportionaliter maiora sunt superiora, quàm inferiora propter fortem calorem. Alb. mag. de som. & vig. 1. tr. 2. cap. 8. c. 30. col. 2.
Vir diutius generat, quam femina, quia diutius tenet calorem siccum, quam humidum. Albert. Magn. de**

iuuent. & senect. tract. 1. cap. 2. ch. 48. colum. 3.
Vir, & mulier aliquando simul non generant, sed separatim cum aliis coniuncti generant, quod fit pluribus de causis. Primo, quia semina non sunt proportionata, & membra generationis non sunt proportionata, aut quia semper inæqualiter emittunt. Alb. magn. de ani. 1. 9. tr. 1. cap. 6. c. 88. col. 1.
Vir omnium animalium respectu sui corporis est minoris ventris. Alber. Magn. de anim. lib. 18. tract. 2. cap. 4. char. 156. colum. 3.
Viri, & mulieres, etsi sint eiusdem speciei, non tamen est illis idem periodus vite; nam sequitur complexionem quæ multo fortior est in uiris, quàm in mulieribus propter abundantiam calidi. D. Thom. in 7. polit. lec. 12. chart. 121. colum. 1.

Virtutis diuisio.

Virtutes aliæ morales sunt: aliæ intellectiue, vt sapientia, perspicacia, prudentia; moralis, vt liberalitas, & temperantia. Arist. in 1. ethic. cap. 13. c. 28.
Virtus duplex, intellectiua, & moralis. Intellectiua, ut plurimum habet ex doctrina generationem, & incrementum; & experientia, & tpe indiget. Moralis uero ex more, idest assuetudine acquiritur, unde etiam nomē habuit parua in more immutatione facta. Aristot. in 2. ethicor. nicom. cap. 1. c. 30.
**Virtutes aliæ morales sunt, aliæ mentis: ac de moralibus vsque ad finem pertractauit Arist. de mentis virtutibus in futurum declarabit. Arist. in 6. ethic. nic. c. 1. c. 139.
Virtutes duæ sunt species; moralis vna, intellectiua alia. Arist. moral. eudem. 2. cap. 2. c. 383.
Virtutis intellectiue sunt partes cum ratione, & a parte rationem habente vendicantur, quæ imperium obtinet in anima, nempe quæ ratione partem pat. Morales uero irrationalis quidem partis sunt, sed quæ necessaria sequitur dicentem. Arist. moral. eud. 2. ca. 2. c. 384.
Virtutes, vt animæ partes duæ sunt, sic & ipsæ: aliæ rationalis partis sunt, & sunt contemplatiue, quarum opus est veritatis inquisitio, vel quomodo habeat, aut generetur: aliæ partis irrationalis cupiditatibus obnoxie. Arist. moral. eud. 2. cap. 6. c. 390.
Virtutes aliæ naturales, aliæ morales, aliæ ciuiles, aliæ politice, aliæ contemplatiue. Ammo. in præd. c. 88.
Virtus alia perfecta, quæ ratione, consuetudine, ac natura orta est, & per quam difficile mobilis, alia imperfecta, quæ tantum ab una harum oritur. Simpl. in prædicament. chart. 62.
**Virtus, & perfectio alia est, quæ est eiusdem substantiæ, quæ primis, medijs, & ultimis suis partibus perfecta est, quæ non est habitus: alia in habitu adueniens toti speciei. Simpl. in 7. physicor. tex. 16. ch. 378. colum. 1.
**Virtus perfecta tribus dicitur modis, nam, & fortitudo sola moralis perfecta virtus vocatur, quæ cum prudentia, & recta ratione maxima pericula in bellis sustinet: & perfecta uirtus omnium uirtutum collectio dicitur, quæ & simpliciter uirtus, & tantum uirtus perfecta nuncupatur. Tertiò quæ circa legitima uersatur, de qua nunc sermo. Eust. 5. moral. cap. 1. c. 207.
Virtutes aliæ sunt solum in essentia studiosi; aliæ, quibus in alios agunt homines, quæ præstantiores sunt. Auer. 1. rhetoricor. tractat. 2. capit. 12. chart. 37. colum. 1.
Virtus duobus modis considerat: in relatione ad potentiam, cuius est ultimum, & in pfecto bono, & in id, quæ est uirtus, & sic est in genere boni. Al. ma. in top. c. 261. c. 2
Virtutis cognitio duplex est, experimentalis, quæ est effectus demonstrationis, & quæ scitur in esse p cōscientiã virtutis, & inclinatione ad motum, & p virtutis vigore intelligedo mediã. Alb. mag. moral. 1. tr. 1. c. 2. c. 1. c. 3.
Virtus, & secundum actum, & secundum habitum considerari potest. Alb. mag. ethic. 1. tr. 6. ca. 14. c. 18. c. 5.
Virtus******

Virtus comparatur ad subiectum, in quo est secundum se, vel secundum potentiam. Considerata ad subiectum dupliciter consideratur, secundum subiecti depurationem, quam facit uirtus: vel secundum subiecti facultatem, quam dat uirtus. Primo modo uirtus est possessio. In secundo uirtus habetur in usu. Alber. magn. ethic. 1. tract. 6. cap. 14. c. 18. col. 2.
Virtus non est in habitu, sed operatio secundum uirtutem. Alber. mag. ethicor. 1. tract. 6. cap. 14. c. 18. col. 2.
Virtutes aliæ sunt cardinales, aliæ coniunctæ. Cardinales sunt, in quibus, vt in cardinibus, uertitur tota humana conuersatio. Coniunctæ autem dñr, quia in moribus hominis, vt homo est, imitantur uirtutes simpliciter morales. Alb. mag. ethic. 3. tract. 2. cap. 1. ch. 41. col. 4.
Virtutis magnitudo duplex est. Vna habet uirtutis magnitudinem, vt est uirtus, & hæc est magnitudo potestatis ad actum, in quem modum etiam ipsa uirtus, secundum quod est ultimum potestatis, uirtus vocatur. Aliã habet ex quantitate boni honesti, quod est in ipsa, & ex illa habet, quod & habentem, & opus eius facit dignum maxime: quæ dignitas quamuis in esse sit in qua libet uirtute, tamen secundum substantiam, & rationem est speciale bonum, sine quo homo perfectus esse non potest. Alb. mag. ethic. 4. tract. 2. cap. 2. c. 52. col. 2.
Virtus alia est habitus, & sic ars est uirtus, & est ultimum potentie in re secundum potentiam actiuam, vel passiuam. Alb. mag. ethic. 6. tract. 2. cap. 12. c. 73. col. 2.
Virtus speciei aliter se habet in uiuentibus, quæ proprie nutriuntur, & augentur: aliter in rebus uita carentibus, quia in animatis est aliquid mouens, idest ipsa uirtus speciei conuertens, & aliquod motum, quod conuertitur in naturam speciei. Hinc est quod uirtus speciei non determinat sibi aliquam materiam signatam, cū uia pars esset, alia adueniat: in inanimatis autem est tantum aliqua similitudo augmenti, & nupsiuati. D. Thom. in 1. de gene. & corr. 1. 7. tex. 42. c. 15. col. 2.
Virtus dupliciter dicitur. Vno modo secundum actum perfectum, & sic nobilitas non est uirtus, sed in ordine ad ipsam. Alio modo est inchoatio quædam, & dispositio ad uirtutem, & sic dicitur uirtus provenire a parentibus, & ab aliis secundum quandã antiquitatem. D. Tho. 3. polit. 1. 1. c. 43. col. 4.

Virtus quid est, & in quo, & ut ad felicitatem se habet.

Virtutes, & uirtia habitus sunt. Arist. physic. 7. sum. 3. cap. 1. tex. 17. chart. 185.
Virtus est perfectio quædam. Aristot. physic. 7. sum. 3. cap. 2. tex. 18. char. 185. Idem 7. metaphysico. cap. 16. text. 21. chart. 108.
Virtutem propriam cū aliquid adeptum est, tunc maxime dicitur perfectum, & maxime secundum naturam. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 2. tex. 18. c. 185.
Virtus efficiens in anima non est materialis, & uirtus in anima spiritualis, & uirtus imprimens in rebus habentibus dimensiones est sine dimensione corporea. Arist. de causis. prop. 14. ch. 986.
Virtutes omnes, quibus non est finis, pendentes sunt per infinitum primum, quod est uirtus uirtutum: non quia ipsæ sint acquisitæ stantes in rebus entibus immo sunt uirtus rebus entibus habentibus fixationem. Aristot. de causis prop. 16. char. 988.
Virtus omnis uirtus plus est infinita, quam uirtus multiplicata, quia infinitum primum, quod est intelligentia est propinquum uni puro. Arist. de causis. prop. 17. ch. 989.
Virtutis cuiusuis studiosa uirtus est iucunda, & sic de alijs rebus. Arist. 1. ethic. cap. 8. c. 18.
Virtutem diffinientes aliqui impossibilitatem, & tranquillitatem esse asserunt, sed non recte; quia non adueniunt, vt oportet, & quando, & cetera, quæ adiunguntur.

Talis igitur uirtus esse circa voluptates, & dolores facultas quædam ponitur, quæ res optimas agat: uirtutum contrarium. Aristot. 2. ethic. Nicom. cap. 3. ch. 34.
Virtutem, qui neglecta operatione, laudant tantum disputatione, idem faciunt atque ægroti, qui cum medicos diligenter audiunt, nihil tamen eorum, quæ ab ipsis mandantur, efficiunt: & vt illi nunquam corpore bene ualebunt, dum ita curantur, sic nec isti animo, dum ita philosophantur, bene habebunt. Aristot. 2. ethicor. Nicom. cap. 4. char. 37.
Virtutes sunt electiones quædam, vel non sunt sine electione. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 38.
Virtutes cū non sint affectus, nec facultates, habitus necessario sunt. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 6. c. 38.
Virtus omnis bene affectu reddit, & opus eius est bene efficere. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 6. c. 38.
Virtus nihil aliud est quam habitus, ex quo, & bonus homo ipse efficitur, & bene opus suum reddit. Aristot. 2. ethic. Nicom. cap. 6. ch. 39.
Virtus est habitus electiuus in mediocritate, quantum ad nos consistens, quæ mediocritas ratione præfinita sit, & ita vt prudens præfinitur. Arist. ibi. c. 40.
Virtus substantia est mediocritas, quantum uero ad optimum spectet, & quod bene se habet, extremas est uirtus. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 6. ch. 41.
Virtutes si sunt spontaneæ, uirtia quoque spontaneæ erunt. Arist. 3. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 53.
Virtutis proprium est magis beneficio afficere, quàm affici, & honesta, quam non turpia agere. Aristot. 4. ethicor. Nicom. cap. 1. char. 80.
Virtutis est dolere, & letari, vt oportet, & ob quæ oportet. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 1. c. 83.
Virtute præditus, nec stolidus, nec stultus est quispiam. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 3. ch. 90.
Virtutis præmium honor est, & bonis attribuitur. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 3. ch. 92.
Virtuti in genere, & absolute nullus honor tribui dignus potest. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 3. c. 92.
Virtutes mediocritates esse tunc demum credemus cum in omnibus ita se habere prospexerimus. Arist. 4. ethic. Nicom. cap. 7. char. 102.
Virtutem sine prudentia non esse bene dicebat Socrates, sed errabat, cum opinabatur prudentiam esse omnes uirtutes. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 13. c. 158.
Virtus est habitus cum recta ratione, quæ prudentia est. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 13. c. 157.
Virtus res stabilis est. Arist. 8. ethic. Nicom. cap. 13. c. 159.
Virtutis, & beneficij præmium honor est, subsidium indigentia lucrum est. Aristot. 8. ethicor. nicomac. capit. 15. chart. 214.
Virtutis exercitatio fit ex conuictu cum bonis. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 9. c. 233.
Virtus omnium voluptatum mensura est. Aristot. ibid. cap. 5. char. 252.
Virtus non in dominatu collocata est, aut intellectus, ex quibus honeste operationes existunt. Ideo non quæ his, qui in potestate sunt, uidentur scelicia, scelicia sunt, sed quæ secundum uirtutem. Aristot. 10. ethicor. nicomac. cap. 6. ch. 254.
Virtutes compositæ humanæ sunt, & uita, quæ secundum ipsas traducitur, & felicitas, huiusmodi est. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 8. c. 258.
Virtus perfecta consistit & in electione, & in actione. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 8. c. 257.
Virtute non est satis cognoscere, sed vt eam habeamus, & ea utamur est nitendum. Arist. ibid. cap. 9. c. 262.
Virtutem mores accommodatos oportet esse, ut & honestatem diligant, & abhorreant turpitudinem. Aristot. 10. ethic. nicom. cap. 9. c. 262.
Virtutes Plato in animæ partem rationalem, & in eam, quæ esset rationis expertis, distribuit, reddiditque suas

unicuique virtutes: reliqua uero non recte; admiscuit enim uirtutem cum tractatione, quæ de bono per se effert. Arist. mag. moral. 1. cap. 1. c. 371.

Virtus est bonum honorabile. Arist. ibid. cap. 3. c. 278.

Virtus est in anima. Arist. ibid. cap. 4. c. 278.

Virtus est habitus optimus. Arist. ibid. cap. 5. c. 280.

Virtus inter uoluptates, & ægritudines collocatur. Arist. mag. moral. 1. cap. 7. c. 281.

Virtutem qui uult dicere, quid sit, expedit scire, quæ in anima procreantur: affectus, potentia, habitus, & horum quædam est virtus. Arist. ibid. cap. 8. c. 282.

Virtus est mediocritas quædam affectuum. Aristotel. ibid. capit. 6. chart. 284.

Virtute nihil est melius, huius enim causa sunt alia. Arist. mag. moral. 1. cap. 18. c. 295.

Virtus omnis honesti est, & ad honestum tendit. Aristot. magn. moral. 1. cap. 20. c. 299.

Virtutis exuberantia non facit deteriolem, immo meliorem. Arist. magn. moral. 1. cap. 4. c. 326.

Virtus incommutabilis est, & quæ per eam conciliatur amicitia, est stabilis. Arist. mag. moral. 2. cap. 12. c. 352.

Virtutem esse præstantissimam dispositionem fateamur aut habitum, aut potentiam singulorum; quorum usus aliquis, opus extiterit. Aristotel. moralium eudem. 2. cap. 1. char. 380.

Virtus est habitus, quo effectum optimorum redduntur homines. Arist. moral. eudem. 2. cap. 16. c. 390.

Virtus est mediocritas, mediocritas uero sepe in doloribus, aliquando in uoluptatibus, nonnunquam in utroque uerfatur. Arist. moral. eudem. 2. cap. 6. c. 391.

Virtutes singulæ rerum magnarum; præter rationem, contemptrices sunt. Arist. moral. eudem. 3. c. 7. c. 422.

Virtus est organum intellectus. Aristotel. moral. eudem. 7. capit. 18. chart. 472.

Virtus in uniuersum est facere studiosum, & probum affectum in animo getis, & constitutus moribus uirtutem omnibus ex partibus consonantem. Arist. de uirt. c. 483.

Virtutis est beneficiis dignos afficere, & eligere bonos, & neque ad sumendas poenas, nec ad uindictam arden- ti esse animo, sed clementi, placido, & misericordi. Vir- tutis affecta est benignitas, æquitas, animi candor, spes bona, & quæ eiusdem sunt generis, ut familiarium stu- diofum, & amcorum esse, sociabilem, hospitalem hu- manum, elegantem se exhibere, quæ omnia laudabi- lium sunt: uiti, contraria. Arist. de uirt. c. 483.

Virtus ubi non maximè honoratur, ibi non est possibi- le; firmum esse optimorum in republica statum. Arist. polit. 2. cap. 9. c. 552.

Virtus nunquam corruptit id, quod eam habet. Arist. politicor. 3. cap. 7. ch. 539.

Virtutes bonum sunt, bene enim afficiuntur ex his, qui præditi sunt, & bona efficiendi, & agendi uim habet. Arist. rhetor. 1. c. 26.

Virtus est facultas paratrix, & generatrix, & conserua- trix bonorum, & facultas benefica multarum rerum, & magnarum, & omnium in omnibus. Aristotel. rhe- toricor. 1. chart. 37.

Virtutes maxime sunt, quæ sunt utilissimæ aliis. Aristot. rhetoricor. 1. char. 37.

Virtus propria uniuersuiusque est extremitas, & perfe- ctio propriæ naturæ eius, & omne eligibilis perfe- ctum simpliciter. Alex. aphr. in 3. top. cap. 2. c. 42. col. 1.

Virtute præditus simpliciter, & sine additamento bonus nuncupatur. Alex. Aphr. in 2. de ani. cap. 41. c. 52. c. 1.

Virtus non est sufficiens ad felicitatem. Alex. Aphrod. in 2. de ani. cap. 43. c. 53. col. 2.

Virtus diuersa est a felicitate, quia hæc in actione, illa in habitu uerfatur. Alexand. Aphrod. in 2. de ani. cap. 43. char. 53. col. 1.

Virtutes necessariæ sunt ad felicitatis animæ rationalis acquisitionem. Alexand. Aphrod. in 4. naturalium

quæstio. cap. 25. char. 25.

Virtus omnis id, cuius est uirtus, bene se habens efficit, & eius opus bene promit. Alex. Aphrod. in 4. natura- lium quæst. cap. 26. char. 22.

Virtus prædicatur, ut totum de uirtutibus, quia uirtutes similes sunt inter se se. Alex. Aphr. in 4. naturalium quæst. cap. 28. char. 22.

Virtutes a nobis propter affectus expetuntur, ad ipsorum enim castigationem pertinent. Alex. Aphr. in 1. meta- ph. com. 1. char. 3. col. 1.

Virtutes formæ quædam sunt, quæ animam reddunt per- fectam. Alex. Aphrod. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. com. 18. char. 194. col. 1.

Virtutes sunt perfectiones, uitiæ corruptelæ. Them. in 6. phy. tex. 17. char. 52. col. 4.

Virtus est naturæ perfectio. Simp. in 7. phy. te. 16. c. 377. col. 2. Idem Eust. 2. ethic. cap. 6. c. 100.

Virtutes, cum sint quædam commensurationes, excessi- bus, & defectibus opponuntur. Simpl. in 8. physicor. char. 454. colum. 1.

Virtutes sunt animorum perfectio. Psel. in 7. phy. ch. 60.

Virtus non consistit in medio rei, sed in medio quo ad nos. Eust. 2. ethic. cap. 6. ch. 100.

Virtus nihil aliud est, quam habitus in mediocritate con- sistens. Eust. 3. moral. cap. 5. c. 139.

Virtutis munus in difficilioribus spectatur. Eust. 4. mo- ral. cap. 1. char. 164.

Virtutum possessio est finis hominis. Eustrat. 5. moral. cap. 10. chart. 261.

Virtuosè operari nihil aliud est, quam iucunde operari. Eust. vel Mich. Ephes. 9. ethic. cap. 8. c. 469.

Virtutes, quæ sunt in feminibus, quæ faciunt animata, non sunt animata in actu, sed in potentia. Auer. in 12. metaph. tex. 10. com. 8. ch. 143.

Virtus, quæ est maxima in corpore celesti, est infinitæ motionis. Auer. de subst. orbis. cap. 3. c. 5. col. 2.

Virtus, quæ est in corpore celesti, non est in materia. Auc. de subst. orbis, cap. 2. ch. 5. col. 2.

Virtus quælibet, quæ non diuiditur ad corporis diuisionem, separabilis est. Auer. de anim. beatitudine cap. 2. char. 64. colum. 4.

Virtus omnis recipiens in aliquo corpore transmutari de- bet, secundum quod est recipiens. Auer. 3. de anim. tex. 7. char. 167. col. 3.

Virtus comprehendens composita, & simplicia eadem ef- se oportet. Auer. 3. de ani. t. 22. c. 172. col. 1.

Virtutes in animalibus existentes diuersificantur secun- dum fortitudinem, & remissionem. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. c. 191. col. 4.

Virtus, & intellectus, in quibus sunt, actiones nobiles non continentur sub potestate. Auer. ethicor. 10. cap. 6. chart. 74. colum. 4.

Virtutes, & si sint fines, sunt etiam bona per se, & iuuant propter bonum. Auer. 1. rhet. tr. 2. cap. 9. c. 35. col. 3.

Virtutes secundum Aristotel. opinionem non scientiæ, ut Plato aiebat, sed habitus sunt. Boeth. in pd. c. 174.

Virtus est mentis habitus optimus. Boet. de diu. c. 644.

Virtus est habitus in mente consistens secundum suum esse. Alb. mag. in præd. c. 49. col. 3.

Virtus est habitus, & uoluntarius magis in eléctione consistens, quam in potestate. Idem in top. c. 363. c. 1.

Virtutum sunt gradus, & per uirtutem moralem in uirtutem heroicam, & per hanc indiuiuam peruenimus. Idem de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 19. c. 76. col. 3.

Virtus est donum Deorum secundum Socratis opinio- nem. Idem moral. 1. tract. 1. cap. 2. c. 1. col. 3.

Virtus est scibulum bonorum, si secundum substantiam, & ea, quæ substantiæ infunt, consideretur. At si con- sideretur secundum esse, quod habet in uirtuoso, quæ- tum ad proxima principia, non est disciplinabilis, sed uel affuecibilis, ut dicit Aristot. uel donum Dei, ut ait Socrates.

Socrates. Alb. mag. moral. 1. tract. 1. cap. 2. c. 1. col. 3.

Virtus in passionibus est medium, in bono est extremum. Idem moral. 1. tract. 1. cap. 3. char. 2. col. 1.

Virtus est in modum naturæ rationi consentaneus habi- tus, ut ait Cicero in fine rhetoricæ. Alb. magn. ethic. 1. cap. 3. ch. 2. colum. 2.

Virtus est causa totius proprietatis, & omnium bono- rum. Idem moral. 1. tract. 1. cap. 2. c. 1. col. 1.

Virtus sola res impossibiles redigit ad mirabilem facili- tatem. Idem moral. 1. tr. 1. cap. 1. c. 1. col. 1.

Virtutis laus est, quod omnis perfectio consistit in ipsa. Idem moral. 1. tract. 1. cap. 1. c. 1. col. 2.

Virtus est scientia. Idem ibid. cap. 3. c. 1. col. 3.

Virtus quælibet plus potest in materia propria, quam in aliena. Idem in 2. de ani. tr. 2. cap. 6. c. 17. col. 1.

Virtus omnis agens efficacior est in propinquum agere, quam in remotum. Alber. magn. in 2. de anim. trac. 4. cap. 3. ch. 30. colum. 4.

Virtus omnis faciens in uno eodemque subiecto in statu uno duas operationes, alio statu deficiens ab utraque illarum, habet necessario medium statum, in quo defi- cit ab altera illarum operationum, & retinet alteram. Alb. mag. de iuue. sen. trac. 1. cap. 4. c. 49. col. 2.

Virtus, quæ non est in corpore, libera est ad agendum, & nulla restringitur corporis obligatione. Alb. mag. de caus. & process. uniuersit. a caus. 1. lib. 2. tractat. 3. cap. 2. char. 200. colum. 2.

Virtus essentia in principio, medio, & extremo est una, sed esse non est unum. Alber. Mag. ethico. 2. tract. 1. cap. 3. char. 27. col. 2.

Virtus generata ex iustem operationibus fit secundum convenientiam formæ, ex quibus generata est secun- dum formam, & actum primi generantis. Alber. mag. ethic. 2. tract. 1. cap. 7. ch. 28. col. 3.

Virtutibus omnibus hoc commune est, quod gratia boni fit, quod fit, & non alterius gratia. Alb. mag. ethico. 4. trac. 1. cap. 10. cha. 50. col. 4.

Virtus non habet esse uirtutis a uoluntate, sed a ratione. Alb. mag. ethic. 6. trac. 1. cap. 2. ch. 68. col. 4.

Virtutis opus sibi ipsi finis est. Alber. mag. ethic. 6. tract. 3. cap. 2. ch. 80. col. 1.

Virtus hominis est, quæ conaturaliter, & non impedita perficit humanum bonum, quod est bonum intellectus. Alb. mag. ethic. 9. tract. 2. cap. 1. ch. 100. col. 4.

Virtus uniuersuiusque est id, quod uirtutum potest. D. Tho. in post. char. 69. col. 4.

Virtus in uniuersum cuiuslibet rei est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. D. Thom. in 7. phy. lec. 5. tex. 17. ch. 111. col. 3.

Virtus secundum Peripateticos consistit in aliqua deter- minata moderatione passionum. D. Tho. in 7. physic. lec. 5. tex. 19. char. 111. col. 2.

Virtus humana dicitur illa, per quam homo potest in id, quod excellentissimum est in operibus humanis secun- dum rationem. Idem in 1. de cel. l. 25. t. 116. c. 25. c. 1.

Virtus omnis quanto est uniuersalior, tanto est poten- tior. D. Tho. de sen. & sen. l. 3. ch. 3. col. 2.

Virtus est, per quam aliquis se habet bene ad agendum, uel patiendum. uirtum, per quod se habet male. D. Tho. 5. metaph. lec. 6. tex. 16. ch. 373.

Virtus est, quæ facit bonum habentem. D. Tho. 10. me- taph. lec. 6. tex. 16. char. 712.

Virtutis operatio præcedens habitum habet tristitiam, quandam admittam, sed sequens, delectationem. D. Tho. ethic. 2. lec. 2. char. 24. col. 2.

Virtutis radix consistit in ipsa reititudine rationis, & se- cundum eam oportet quasque actiones, & passio- nes dirigere. D. Tho. ethic. l. 10. c. 43. col. 4.

Virtuosus in singulis uidet, quod uere bonum est. D. Tho. 3. ethicor. l. 10. char. 43. colum. 4.

Virtus agit secundum rationis regulam. Diuus Tho-

mas ethicor. 4. l. 2. char. 59. colum. 1.

Virtus si declinat, semper tendit in id, quod est minus malum. D. Tho. ethic. 4. l. 2. c. 58. col. 1.

Virtutis opus magnum qui non operatur, non est di- gnus magno honore. Diuus Thomas ethicor. lec. 8. char. 66. col. 4.

Virtuosus solus honorandus est. D. Thom. ethicor. 4. lec. 9. char. 67. col. 4.

Virtus quanto est altior, tanto est magis uirta. D. Tho. ethic. 6. lec. 1. char. 100. col. 3.

Virtus est habitus permanens non de facili transmutabi- lis. D. Tho. ethic. 8. l. 3. ch. 137. col. 3.

Virtuosus, qui totus uiuit secundum intellectum, & rati- onem, maxime uult se ipsum esse, & uiuere. D. Tho. ethic. 9. lec. 4. char. 160. col. 3.

Virtuosus non esset, qui non delectaretur in operati- onibus uirtutis. D. Tho. ethic. 9. l. 10. c. 163. col. 4.

Virtus est perfectio naturæ. D. Thom. ethicor. 10. lec. 2. char. 169. colum. 3.

Virtus est ultimum de potentia: potentia enim & uirtus sic differunt, quia potentia potest dici de omni gradu potentis, uirtus solum de ultimo gradu potentis dicitur. Alex. de ales. 5. metaph. t. 21. c. 149. col. 1.

Virtute nullum bonum præstantius est, quam qui habet rerum dominus, uel fiderum, & factorum imperator erit. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 16. ch. 42.

Virtus ut naturalis, & elementorum.

Virtus naturalis non est proprie uirtus, sed simili mo- do se habet: etenim bestijs, & pueris inest habitus, sed sine intellectu, & mente esse uirtutis apparent. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 13. char. 156.

Virtutes naturales separatae sunt, ut alius aliam habue- rit, & alia acquirere possit: at ueræ uirtutes non; simul enim cum prudentia omnes sunt. Aristot. 7. ethicor. Nicom. cap. 13. char. 157.

Virtus uel naturalis, uel ex assuetudine comparata recte opinandi circa principum præceptrix est. Aristote. 7. ethicor. Nicom. cap. 8. ch. 176.

Virtus corporis certatrix constat ex magnitudine, robo- re, uelocitate. Arist. rhet. 1. ch. 24.

Virtus infinita, nisi aliquid habeat, nihil foret, quod finitam haberet uirtutem. Siria. 12. metaph. ethicor. cap. 7. char. 170.

Virtutes mouentes tot sunt, quot sunt corpora. Them. 12. metaph. char. 17.

Virtutes corporeæ omnes sunt in ipso ad aliquid aliquo modo. Simp. in 7. phy. t. 17. ch. 378. col. 2.

Virtutes naturales animi, & corporis ordinantur secun- dum qualitatis secundum speciem. Simpl. in prædi- cament. chart. 64.

Virtutum potentium mouere, & ponderum, quæ sunt apta moueri, & spaciorum, & temporum sunt quædam commensurationes, & incommensurationes mutua. Simp. in 7. phy. te. 38. char. 392. col. 1.

Virtutem infinitam habere, quæ tota simul sit, & suffi- cere, ut in æternum moueatur, differunt. Simpl. in 8. phy. char. 474. col. 1.

Virtutis maioris est exiguo tempore idem mouere, quæ longiori. Io. gram. in 2. de ani. te. 86. c. 61. col. 2.

Virtutes naturales generatiuae sunt similes uirtutibus ar- tificialibus. Auer. in 7. metaph. t. 10. co. 23. c. 82.

Virtutes naturales agunt non actione intellectus opera- tiui, sed per instrumenta terminata, & mēbra propria. Auer. in 7. metaph. te. 10. com. 31. char. 85.

Virtus omnis ex stens in materia est finitæ motionis. Auer. de subst. orbis, cap. 3. ch. 5. col. 2.

Virtutum excessum in corporibus sequitur excessus cor- porum. Auer. de subst. orbis, cap. 3. c. 5. col. 3.

Virtus infinita in actione sua, aut passione non existit in

Incorpore, siue fuerit cœleste, siue fuerit generabile, & corruptibile, quia non accidit corporibus, nisi vt est corpus infinitum. Auer. de substantia orbis, cap. 3. char. 5. columna 3.

Virtutes finitæ sunt duarum specierum. Vna, cuius initium est possibile, quod recipiat necessitatem ab alio ab eo, & non auferatur necessarium; quia possibile est æternum esse necessarium, & virtus, de qua est impossibile, quod recipiat necessitatem ab alio ab ea, & similiter, nec in particulari, vel in vniuersalibus suis, vel in suis generibus. Auer. de subst. orb. cap. 7. ch. 7. col. 4.

Virtutis cuiuslibet apprehensiuæ est, vt non copulentur ei opposita, vt duorum contrariorum extra animam. proprietas est, vt non cōgregentur in eodem subiecto. Auer. contra Algaz. in phy. disp. 2. c. 61. col. 2.

Virtutes naturales vnam actionem habent per se, reliquæ per accidens; sed virtutes rationales essentialiter sunt ad vnumquodque contrariorum. Auer. phy. 8. summ. 1. tex. 8. char. 156. col. 2.

Virtutes actiuæ, & passiuæ differunt in hoc; quod actione non indigent, cum exiuerint de potentia in actum motore extrinseco, passiuæ autē est necessarius. Auer. 4. de cel. tex. 2. char. 108. col. 3.

Virtus, qua fit pulsus, ad virtutem nutritiuam refertur, vel sensitiuam, & motiuam, cum ipsæ esse habeant propter istas duas operationes. Auer. de partib. anim. 5. capit. 4. chart. 82.

Virtutis nutritiuæ in quo est principium, in eo est principium virtutis augmentatiuæ iuxta etiam Galeni opinionem. Auer. de part. ani. 3. cap. 4. c. 82.

Virtus operans in corpore appellatur a Peripateticis virtus, quæ non nisi per instrumentum corporeæ virtutis operatur. Alber. magn. de natur. & orig. anim. tract. 1. cap. 3. char. 68. col. 3.

Virtutes totius spheræ, & omnium partium ad centrū terræ confluunt magis, quam alibi. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 3. char. 2. col. 1.

Virtutes formatiuæ, & saluatiuæ elementorum sunt terminatæ, & vltra terminum proportionatæ distantia a primo formante non extenduntur; & ideo cum per motum, & lumen cœlestis corporis materia elementorum calefiat, & rare fiat, ita virtus non est infinita; & non protenditur vltra subiectum suum, quod est ignis. Alb. mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 18. c. 44. col. 1.

Virtus nulla vltra subiectum proprium protenditur. Alb. mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 10. ch. 44. col. 1.

Virtus vna manens mouens velocius mouet dimidium, quam integrum. Idem in 7. physicor. tractat. 2. cap. 6. char. 87. col. 4.

Virtus organica nulla apprehendit seipsam sine aliquo agente instrumentaliter, vt est spiritus, vel calor. intellectuale sine alio medio seipsam intelligit. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 14. ch. 39. col. 3.

Virtus organica nulla post forte obiectum non apprehendit debile: at intellectus facilius debile apprehendit obiectum post forte. Idem ibid.

Virtus organica omnis communis hominibus, & quibusdā animalibus brutis, intellectus homini proprius est. Idem in 3. de ani. tract. 2. cap. 14. c. 39. col. 3.

Virtus organica omnis post 60. annos debilitatur in pluribus, & annihilatur, quo tempore intellectus virtus, quæ est sapientia, ad perfectionem peruenit. Idem ibi.

Virtus nulla rei generatæ mouet per tempus infinitum. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 1. cap. 1. c. 58. col. 3.

Virtus omnis crescens potentior est ad operationem, quam eadem in eadem quantitate decrecens. Alber. mag. de prop. elem. 1. 1. trac. 2. cap. 6. c. 109. col. 3.

Virtus sensibilis distinguit intentiones, & sensibilia, & rationalis distinguit veritates, & quidditates rerum. Alb. mag. de princ. mot. proces. tr. 2. cap. 14. c. 185. c. 3.

Virtus, quæ est in corpore, est, quæ non operatur nisi per

facultatem corporis, in quo est. Idem de caus. & proces. vniuersa caus. 1. l. 2. trac. 1. cap. 2. c. 200. col. 2.

Virtus nulla trahit nisi ad distantiam determinatā. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 6. ch. 28. col. 2.

Virtus omnis, quæ est compositi, quod componitur ex motore, & moto, magis est secundum virtutem motoris, quam secundum virtutem eius, quod mouetur. Idem de ani. l. 16. tract. 1. cap. 11. c. 139. col. 2.

Virtus quælibet operans, vel agere debens aliquem actū accipit instrumentum, quo paucioribus, & cōpendiosioribus potest illam, quam secundum naturam habet, explere operationem. Idem ibi. cap. 2. c. 152. col. 4.

Virtutis maioris est facere vnum perfectum, quam multa imperfecta, quia nullum eorum comprehendit in se totum, quod pertinet ad suam speciem. D. Thom. in 1. de cel. l. 19. tex. 95. ch. 20. col. 2.

Virtus omnis coniuncta fortior est diuisa. D. Tho. 6. pol. lect. 5. char. 95. col. 4.

Virtus vt moralis.

Virtus moralis in voluptatibus, aut tristitijs esse accidit: aut enim secundum actum voluptas est, aut per memoriam, aut per spem. Arist. physic. 7. summ. 3. cap. 2. tex. 19. char. 186.

Virtutem moralem nullam natura acquiri posse constat: nihil enim, quod natura est, aliter assuescere potest, vt lapis nunquam sursum ferri assuescet, sed eum idonei ad ipsas suscipiendas simus natura, assuetudine perficimur. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 1. c. 30.

Virtus ad opus proprium spectat. Aristot. 6. ethicor. Nicom. cap. 1. char. 139.

Virtus moralis eum sit habitus electiuus, & electio est consultatrix appetitio. Aristot. 6. ethicor. Nicomac. cap. 2. chart. 140.

Virtus moralis est, quæ ab excessu, & defectu corrumpitur. Arist. mag. moral. 1. cap. 6. ch. 280.

Virtus moralis est habitus electiuus mediocritatis, quo ad nos in iucundis, & tristibus, iuxta quæ qualis quisque moribus dicitur dolens, gaudensve. Arist. moral. eudem. 2. cap. 2. char. 407.

Virtutem moralem perfectam habere debet, qui imperat. Arist. polit. 1. cap. 8. char. 511.

Virtutis partes sunt iustitia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, mansuetudo, prudentia, sapientia. Arist. rhet. 1. ch. 37.

Virtutes morales in electione consistunt, habitus enim sunt. Alex. Aphr. in 1. prior. cap. 1. c. 3. col. 4.

Virtus actiuæ est honestatū rerum, quæ in actiuis sunt. Alex. Aphr. in 2. de ani. cap. 41. c. 52. col. 4.

Virtutes morales, & ciuiles sunt in anima non dementes iram animi omnino, & desideria, sed motus eorum moderantes, & in corpore non efficiunt impatibile. Simp. in 7. phy. c. 379. col. 1.

Virtutes generales quatuor, vt sunt in anima, vt prudentia, fortitudo, tēperantia, & iustitia, sic in corpore quatuor reperitur: sensuum vegetatio, & integritas, robur, pulchritudo, & sanitas, quæ illis proportionē respondent: prudentiæ sensuum vegetatio, fortitudini robur, temperantiæ pulchritudo, iustitiæ sanitas. Eust. in prim. moral. ch. 13.

Virtutū operationes omnes (excepta iustitia) vnusquisque per se exercere potest. Eust. in 2. ethic. cap. 6. c. 106.

Virtutis vnus cuiusque finis honestas est. Eust. in 3. moral. cap. 6. char. 141.

Virtutis vnus cuiusque operatio in his, in quibus laudatur, & in iis, in quibus exercet operationem circa eadem vnaquæque mediocriter dicitur. Eustrat. in 4. moral. cap. 1. ch. 161.

Virtutes morales mediæ sunt inter excessum, & defectū duorum vitiorum: quia in affectibus, & habitibus eliquant

gunt mediocritatem. Idem ibid. cap. 5. c. 190.

Virtutes morales omnes circa affectus communes voluntatem scilicet, & dolorē versantur, sed circa proprios non omnes: nā liberalitas nullū habet specialē affectū, quē moderet, & quæ circa hos proprios negotiū hēnt partim circa duos, vt fortitudo, & tēperantia, partim circa vnum, vt mansuetudo quæ circa irā versat. Eust. in 4. mo. c. 5. c. 190.

Virtutes actiuas docuit Aristot. vsque ad 6. hunc librum: in quo incipit tractare de intellectu, & contemplatiuis. Eust. in 6. ethic. c. 263.

Virtus actiuæ est irrationalium facultatum eruditio, & moderatio. Eust. in 6. ethic. cap. 12. c. 343.

Virtus omnis moralis datur in indiuisibile tēporis. Alb. mag. in 7. phy. tr. 1. cap. 8. c. 85. col. 4.

Virtus moralis est in voluptatibus, & tristitijs. Alb. mag. in 7. phy. tract. 1. cap. 8. c. 85. col. 1.

Virtutes morales qui habere vult, prudentiā habere debet. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a cau. 1. l. 1. tra. 3. cap. 1. char. 192. col. 4.

Virtus moralis non tantum est circa passiones, sed etiam circa operationes, quæ sunt circa res exteriores, ad vsum hominis relata. Alber. magn. in 2. ethic. tract. 2. cap. 7. char. 32. col. 4.

Virtutum moralium medium eligendum est, & fugienda sunt extrema. Alber. magn. in 6. ethico. tract. 1. cap. prim. char. 68. colum. 3.

Virtutes morales in motuum passionibus consistunt, & in appetitu, quæ de se indeterminata sunt. Alb. magn. in 6. ethic. tract. 1. cap. 1. ch. 68. col. 3.

Virtutes morales sunt perfectæ per reductionem ad intellectuales. Alb. mag. in 6. ethic. tra. 1. cap. 2. c. 69. c. 1.

Virtus moralis est in parte appetitiua. D. Tho. in 2. ethic. lect. 1. ch. 22. colum. 2.

Virtutes morales non sunt in nobis, nec secundum naturam, nec præter naturam. D. Thom. in 2. ethicor. lect. 1. char. 2. colum. 2.

Virtus moralis materia aliquid dupliciter dici potest. Vno modo, vt materia propinqua, & sic passiones sunt materia plurimarum virtutum moralium. Alio modo, vt remota, & sic obiecta passionum ponuntur materia. D. Tho. in 4. ethic. l. 1. c. 57. col. 4.

Virtutes morales omnes a prudentia dependent. Diu. Tho. in 3. politicor. lect. 3. c. 34. col. 3.

Virtus, ut formatiua.

Virtus informatiua assimilatur intellectui in hoc, quod non agit per instrumentum corporale, & in hoc differt a virtutibus, quæ sunt in corporibus animalium. Auer. in 7. metaph. tex. com. 3. l. c. 85.

Virtutem informatiuā esse intelligentiam separatā impossibile est. Auer. in 7. metaph. tex. co. 3. l. c. 85.

Virtutes animæ non sciuntur in animato corpore, nisi sciuntur, ad quem terminum secundum naturam mouere possint. Albert. Magn. de mort. & vit. tract. 1. cap. 1. char. 58. col. 3.

Virtus omnis formans, & faciens aliquid ad formam speciei, habet instrumentum proprium, quo sua opera facit, & producit. Alber. Magn. in 1. de miner. tract. 1. cap. 15. char. 135. col. 3.

Virtutes intellectuales magis necessariæ sunt moralibus, quia non nisi per intellectuales medium moralium potest determinari, quo non cognito nulla virtutum habet virtutis rationem. Alber. Magn. in 6. ethicor. tract. 1. cap. 2. char. 68. col. 4.

Virtutes intellectuales secundum seipsas, & propter seipsas, & non propter alias necesse est eligibiles esse. Alb. mag. in 6. ethic. tract. 2. cap. 1. c. 79. col. 4.

Virtus formatiua est in semine, quæ sic comparatur ad materiam concepti, vt forma domus comparatur in mente artificis ad lapides, & ligna, nisi quod hæc est

extrinseca: virtus formatiua intrinseca. D. Thom. in 7. metaph. lect. 8. tex. 31. char. 487.

Virtus actiuæ, quæ est in spermate, etsi non sit anima in actu, est tamen anima in virtute. D. Thom. in 7. metaph. l. 8. tex. 2. char. 488.

Virtus intellectualis secundum plurimum, & generatur, & augetur ex doctrina, quia ordinatur ad cognitionē. D. Tho. in 2. ethic. l. 1. ch. 22. col. 1.

Virtutis principia, quæ sunt, ut acquiruntur, & ut inter se differunt.

Virtus, aut est impassibilitas, aut passiones modo terminato recipit. Arist. in 7. phy. lu. 3. c. 2. t. 19. c. 185.

Virtus cum incipit multiplicari, destruitur vnitas eius, & eius infinitas. Arist. de caus. propr. 17. c. 989.

Virtutes accipimus, vbi primo fuerimus operati. Arist. in 2. ethic. Nicom. cap. 1. ch. 31.

Virtus omnis per eadem, & ex eisdem acquiritur, & corrumpitur. Arist. in 2. ethic. Nicom. cap. 1. ch. 31.

Virtutes omnes ab excessu, & defectu corrumpuntur: mediocritate autē cōseruantur, sed & operationes in istdem quoque sunt. Arist. in 2. ethic. Nicom. ca. 2. c. 33.

Virtus circa affectus, & actiones versatur: in quibus defectus vituperatur, & excessus peccat: medium verò, & laudem, & rectam executionem consequitur. Arist. in 2. ethic. Nicom. cap. 6. c. 40.

Virtutem qui coniecturare vult: primo a magis contrario recedere debet, & spectandum ad quæ nos procliuiores sumus: quippe cum ad alia alii natura propensius sint; quod è dolore, & voluptate, quæ nobis euenit, facile perspicimus, atque in cōtrarium nos ipsos abstrahendum, nam si procul a peccando nos ipsos remouerimus, ad mediū deueniemus; in omnibus autē maxime a voluptate, & iucunditate cauendum. Arist. in 2. ethic. Nicom. cap. 3. ch. 47.

Virtutem qui vniciusque rei cōuenientē habent, optime vna quaque re vtitur. Arist. in 4. ethic. Nicom. cap. 1. c. 80.

Virtute, quod fit, id vel iucunde, vel sine dolore fit. Arist. in 4. ethic. Nicom. cap. 1. c. 81.

Virtus circa iucunda, & tristia versatur. Arist. in 2. moral. eudem. cap. 3. ch. 385.

Virtutem exercere non potest, qui vilius opificibus occupatus est. Arist. in 3. pol. cap. 3. c. 567.

Virtus non acquiritur sine doloribus, & sudoribus, & laboribus multis. Alex. aphr. de fat. cap. 16. c. 28.

Virtutem vnam solam sine alijs virtutibus continere impossibile est, ita altera alteri annexa est. Alex. aphr. in 2. de anim. cap. 41. char. 52. col. 1.

Virtutes differunt non scopo, sed eo, circa quod; omnibus enim scopus propositus est honestus. Alex. aphr. in 2. de anim. cap. 41. char. 52. col. 2.

Virtutes expetendæ sunt propter immoderatarum passionum remotionem. Alexander aphrod. in 4. natura. quæst. cap. 24. char. 21.

Virtutes propter seipsas expetendæ sunt, quia sunt mediocritates circa actiones nobis connaturales. Alex. aphr. in 4. natur. quæst. cap. 24. chart. 21.

Virtutem vnam perfectam habens, pariter omnes habet. Alex. aphr. in 4. natur. quæst. cap. 28. char. 22.

Virtus omnis actiuæ, & factiuæ a cœlo est, nec deriuatur hæc virtus in extremum, nisi per medium: medium autem est corpus locans, ideo virtus rei faciens, & terminans fit in loco: oportet igitur locus ad esse operetur. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 1. char. 92. col. 4.

Virtutis principia sunt scire uelle, & perseverare in difficultibus, quæ nullo modo sic ordinabilia sunt, quia scire, uelle, & perseverare non sunt vnus generis, nec alius cuius proximæ communitatis. Alber. mag. in 1. moral. cap. 2. char. 1. colum. 3.

Virtutis principia sunt natura apud nos, vt principia aliorum

aliorum entium particularium. Idem ibi.col.4.
Virtutum organicarum nullæ nec se, nec instrumentum suum apprehendunt. Alber. Magn. in 3. de ani. tract. 2. cap. 14. char. 39. col. 3.
Virtus organica qualitatem perfecte assimilata qualitate sui organi, & etiam qualitates sui organi non discernit: intellectus suam, & aliorum, ac omnem qualitatem discernit. Idem ibid.
Virtute quod fit, recte semper fit. Alb. mag. in 4. ethicor. tract. 1. cap. 11. char. 51. col. 2.
Virtutis homo non ita obliuiscitur, vt scientiæ. D. Tho. in 1. ethic. 1. 16. ch. 16. col. 3.
Virtutis acquirendæ via efficacissima est, quæ ab Aristot. ponitur, vt homo nitatur in contrarium eius, ad quod inclinatur vel natura, vel consuetudine. Stoicorū vero facilius erat, vt homo paululum ab ijs recedat, in quæ inclinatur, & hoc conuenit in his, qui habent tepidā, & debilem voluntatem: quæ autem proponitur ab Aristot. conuenit his, qui vehementer desiderant recedere a vitijs, & ad virtutem peruenire. Idem in 2. ethic. cap. 11. char. 34. col. 2.
Virtutum semina natura sunt in anima nostra. Thom. de Vio in post. char. 229. col. 2.
Virtutes ipse in actu ex actibus nostris sunt. Idem ibid.
Virtus, vt se habet ad vitium, & artem.
Virtus, & vitium sunt eorum, quæ ad aliquid. Aristot. in 7. phy. su. 3. cap. 2. tex. 17. c. 185.
Virtutis acceptio, & vitij abiectio fit, cum aliquid alteratur; tamen horum neutrum est alteratio. Aristot. in 7. phy. sum. 3. cap. 2. tex. 19. ch. 185.
Virtus, & ars semper circa difficiliora versantur. Aristot. rhet. ad Nicom. cap. 3. ch. 35.
Virtute, quæ fiunt, & quæ arte, non ita se habent; nam in his, quæ arte fiunt, satis est, vt quoquo modo efficiantur. Quæ vero secundum virtutes fiunt, non satis est si aliquo modo ipsa se se habeant; sed si etiam qui agit aliquo modo affectus agit. primo si sciens, deinde si eligens, atque eligens propter ipsa. tertio si stabili, atque immutabili affectu præditus agat. Aristot. in 2. ethic. Nicom. cap. 4. ch. 36.
Virtus omnis arte, & natura melior est. Aristot. in 2. ethic. Nicom. cap. 6. char. 40.
Virtuti in aliquibus excessus, in alijs defectus magis opponitur: quod fit, vel quia alterum extremum simile est medio, vel quia nos ad aliquod sumus magis affecti natura. Aristot. in 2. ethic. Nicom. cap. 8. c. 46.
Virtus, & vitium in nobis est. Aristot. in 3. ethicorum, cap. 5. char. 60.
Virtute priuatus prosperos rerum successus moderate quispiam ferat non est facile. Aristoteles in 4. ethicorum, cap. 3. char. 93.
Virtutes, qui scientias facit, irrationalem animæ partem extinguit. Aristot. mag. mor. 1. cap. 1. ch. 270.
Virtutibus nonnullis defectus magis opponitur, alijs excessus. Aristot. mag. mor. 1. cap. 9. c. 283.
Virtus, & vitium circa ea versatur, quorum causa quisque est, & actionis principium. Aristot. moral. eudem. 2. cap. 7. char. 394.
Virtus non est genus, quia non aufertur genus vna specie ablata, at virtus vna virtute ablata, prudentia scilicet, aufertur. Alex. Aphr. in 4. nat. q. cap. 8. c. 18.
Virtus non est totum; quia in his, quæ dissimilium sunt partium, totius rationem minime suscipit pars vna, nisi dicatur virtutis rationem, quæ videtur vniuocæ de virtutibus prædicari, communionem esse non totius virtutis proprium, cuius ipse sunt partes: erit enim illius ratio omnis rationalis animæ optimus habitus, quæ tamen vnicuique virtuti conuenit. Alex. Aphr. in 4. natur. q. char. 18. col. 4.

Virtus, & vitium habitus sunt. Alex. Aphr. in 4. metaph. vel secund. lat. 5. com. 18. ch. 143. col. 1.
Virtuti duo vitia contraria sunt. Amm. in Por. c. 6. col. 2.
Virtus in moderatione consistit, vitium in excessu, & de fectu. Amm. in præd. c. 116.
Virtus, vitium, ignorantia, ac scientia non sunt ad aliquid per se, sed quatenus ad habitum habent relationem, sunt ad aliquid. Simp. in præd. c. 45.
Virtutes versantur in nostra electione, artes non versantur in nostra electione. Simp. in præd. c. 67.
Virtus dicitur ab eo, quod cursum erigat: malitia ab ipso frangi, & flecti, fractumque deorsum esse. Sim. in 3. phy. tex. 5. char. 143. col. 2.
Virtute male, nec vitio bene vti quis potest: imo non his vitimur, sed per hæc ipsa reliquis. Eustrat. in 4. moral. cap. 1. char. 162.
Virtus perfecta differt a virtute imperfecta; quia formæ quæ sunt virtutes perfectæ in agendo, non solum inducunt suam similitudinem: in suo susceptiuo, sed etiã disponunt patiens, vt sit proprium eius susceptiuum, quod facere non potest forma imperfectæ virtutis. D. Tho. de nat. loc. opus. 51. c. 84. col. 2.
Virtutes permanentiores disciplinis sunt, quantum ad exercitium actus, non autem quantum ad materiam. D. Tho. in 1. ethic. lect. 16. c. 16. col. 3.
Virtuti laus debetur, vitio vituperium. D. Tho. in 3. ethi. lect. 1. char. 35. col. 1.
Virtuosi, vel vitiosi mores magis iudicantur ex electione, quam ex operibus interioribus. D. Tho. in 3. ethicor. lect. 5. char. 39. col. 1.
Virtus determinatur secundum vltimum in potentia. D. Thom. in 3. ethic. lec. 14. ch. 47. col. 4.
Viscera alia simplicia esse videntur, vt cor, & pulmo: alia bipartita, vt renes: quædam vt ronam modo se habeant, dubitatur. Iecur enim & lienem ancipiti inter hæc specie dixeris, sunt tamen omnia bipartita, quia corpus bipartitum est. Aristot. de par. ani. 3. cap. 7. c. 486.
Viscera alia supra septum sunt, alia infra: sed omnium vltus communis est, sustinere venas. Idem ibid. ch. 487.
Viscera oia sunt sanguinea: contrahunt, & coagmentantur ex sanguineo vapore, q. exit extremis venarum interioribus. Aristot. de par. ani. 3. cap. 10. ch. 496.
Viscera omnia membranis includuntur. Aristot. de part. anim. 3. cap. 11. char. 496.
Viscera omnia habent quædam, alia quædam non omnē viscerum numerum habent. Aristot. de part. anima. 3. cap. 12. char. 496.
Viscera a carne differunt non modo sua corpulentia, sed quia caro extra posita est, viscera intus continentur, quia naturam communem cum venis habent, & partim venarum gratia sunt, partim non sine venis esse possunt. Idem ibid. cap. 13. ch. 497.
Viscera, & reliqua eodem modo sunt in ouiparis, & in ijs, quæ pedibus carent, excepto pulmone, quia serpentes pulmonem habent, terra enim vtuntur. Aristot. de par. anim. 4. cap. 1. char. 504.
Viscosa non arefcunt, vt oleo, & pici accidunt. Aristot. in 4. meteor. sum. 2. cap. 2. te. 32. ch. 569.
Viscosum est, cum habile, aut humidum existens molle fuerit. Aristot. in 4. meteo. su. 2. cap. 2. te. 47. c. 581.
Viscositas est desiccationis prohibitua. Alex. aphro. in 4. meteor. cap. 6. tex. 27. ch. 105. col. 2.
Viscositas colligat partes, vt per catenam, ne a se recedere inuicem possint, & inspissat humidum, ne possit per ipsum descendere terrestre. Alber. mag. in 4. meteo. tract. 2. cap. 5. char. 125. col. 1.
Viscum per se non consistit, sed in arboribus solet generari. Aristot. de gen. ani. 1. cap. 1. c. 97.
Viscum est in quercu simile hæderæ folijs, quod in vase testaceum defossum, & in ipso in putredinem versum oleoque ipsum molliunt, & virgulis ex ipso illitis pascerculos

ferculos capiunt. Ioannes gramm. in 1. de gener. ani. cap. 1. chart. 2. colum. 3.
Visibile eius est, cuius est visus, & visibile est color, & quod oratione quidem est dicere, innominatum autē existit. Aristot. in 2. de ani. sum. 4. cap. 3. tex. 66. ch. 631.
Visibile non est sine lumine, sed omnis color in lumine visibilis est. Aristot. in 2. de ani. sum. 4. cap. 3. tex. 7. ch. 631.
Visibilia non sunt omnia in lumine, sed solum vniuocūque proprius color: at quædam in lumine non videntur, in tenebris faciunt sensum, vt ignea, & lucentia, & fungus, cornu, capita piscium, squamæ, oculi. Aristot. in 2. de anim. summ. 4. cap. 3. tex. 22. char. 633.
Visibile non omne, quod per se, præter colorem, visibile est, nomen sortitum est. Simplicius in secun. de anima. text. 65. char. 36. colum. 1.
Visibile non datur absque lumine. Idem ibidem col. 2.
Visibile omne, vel color est, vel habens colorem. Simp. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 136. char. 50. col. 1.
Visibilium operationes citra ingeneratā affectionem per aerem procedentes, cum sic in sensorio fuerint, vt pote in alio corpore, illic, & colores, & figuras visibilium imprimunt, & sic ab eis affecto sensorio ad sensum iudicium peruenit. Ioan. gram. in 2. de ani. t. 69. c. 55. col. 3.
Visibilium non fit apprehensio, nisi per illuminatum aerem. Ioan. gram. in 2. de anima. tex. 69. char. 55. col. 3.
Visibilium apprehensio in ea parte tantum fit, in qua pupilla consistit. Io. gram. in 2. de ani. tex. 69. ch. 55. col. 4.
Visibilium quatuor sunt differentia: alia enim interdiu solum videtur, vt Sol: alia noctu solum, quæ exiguum splendorem habent, vt lampades, squamæ: alia noctu, & interdiu, quæ nec valde splendent, nec exiguo sunt prædita lumine, vt Luna: alia nec cum tenebris simul esse natura sua possunt, vt ignis: Ioan. gramm. in 2. de anim. tex. 72. char. 57. colum. 1.
Visibilia mouent media, quouq; motus eorū proueniat ad virtutem corporalem. Auer. de cel. t. 17. c. 48. col. 2.
Visibilia non sunt minus visibilia, cum videntur, quā quando non videntur. Auer. in 7. metaph. tex. com. 46. c. 93.
Visibilia afferunt delectationes, & concupiscentias, non vt visibilia tantum, sed vt sunt signa delectabilium, secundum gustum, vel tactum. Albert. magnus in prædica. chart. 55. colum. 3.
Visibiles species ita fiunt in speculo, vt fiunt in oculo. Albert. mag. in 2. de anim. tract. 3. cap. 14. char. 24. col. 3.

Visus, vt videre facit, & quot dicitur modis.

Visus, qui minoris est, excedit; velocitas autem, quæ est maioris. Aristot. in 1. de cel. tex. 117. char. 282.
Visus tremor facit astri videri esse motum. Aristot. in 2. de cel. sum. 3. cap. 2. tex. 48. char. 308.
Videntur omnia magna Euro spirante, & quæ sunt in caliginibus, vt Sol, & astra orientia, & occumbentia magis, quā in medio cœli. Aristoteles in tertio meteor. sum. 2. cap. 3. chart. 545.
Visibilia maiora, & minorā videtur secundum angulum ad pupillam constitutum. Alexan. aphro. in 3. meteor. cap. 4. commen. 16. char. 76. col. 2.
Videntur maiora, quæ per aquam videntur, & per aerem densum, quia non adeo clare perspiciuntur, & expansio fit quædam ex motu, quæ a sensibili fit diaphano secundum actum. Alex. aphro. ibidem.
Visus de colore tunc vera pronunciat, cū a mediocri spectat intervallo, non cum procul aspiciat. eadem ratio auditus est in sonis, & odoratus in odoribus. Alex. aphr. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. com. 55. c. 114. col. 1.
Visus, per quem cernimus, & potentia, & actus est, si ad visionem spectes: est enim visus facultas, qua videre possumus, visio vero est actus. igitur respectu visionis potentia est, at si spectes ad eum, qui visum non habet, accipere tamen potest, actus est, & habitus. Alex. aphro.

in 8. metaph. vel secund. lat. 9. com. 16. ch. 241. col. 1.
Videre nequit omne animal, cum dormit. Michael Eph. de infom. chart. 16. colum. 2.
Visus non patitur, sed agit in colores non agendo, sed in dicando. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. t. 136. c. 50. col. 3.
Visus proprius est habere præsentiam lucidi corporis. Auer. de sens. & sens. char. 192. col. 1.
Videns in obscuro in potentia videt, sed in potentia propinquiore actui, quæ potentia est in visu dormientis. Auer. in 2. de ani. tex. 53. char. 137. col. 3.
Visus quædam videt luce propria, vt per se lucentia, quædam luce aliena, vt colorata. Albertus magnus in posteriora char. 177. colum. 3.
Visus, vel per se, vel per accidens accipit omnes primas formas, quæ sunt in nobis. Alb. mag. in top. ch. 235. col. 3.
Visa res quanto propinquior est, tanto sub maiori angulo uidetur. Albertus magnus in secun. de celo, tract. 3. cap. 11. chart. 37. colum. 3.
Visus coadunantia duo sunt: unum per se, quod est nigrum: aliud per accidens, quod est profunditas visus in organo. Alb. mag. in 2. de ani. tr. 3. ca. 13. c. 24. col. 1.
Visualis virtus omnis potentior est adunata, quā sparsa, & multiplicata: ideo compressis oculis facilius uidetur: adunatur enim humor chrysellinus, & conferuatur lux visua. Albertus magnus de sens. & sens. tra. 1. cap. 10. chart. 6. colum. 4.
Videtur unum duo ex parte rei visibilis propter duo subiecta, in quibus est propter diuersum esse ipsius, vt in speculo, & in materia, in qua est secundum naturam. Alber. mag. de sens. & sens. tract. 1. cap. 11. ch. 7. col. 3.
Visæ res in cornea, in vnea, & aranea, & si qua alia sunt anteriora oculi, non sunt, nisi ut in deferente, ut etiam fuit in perspicuo medio extra locum, præter hoc solum, quod perspicua oculi magis sunt determinata, quā perspicua exterioris. Alber. mag. de sens. & sens. tract. 1. cap. 19. char. 8. colum. 1.
Visus diuersitas accidit ex diuersitate spirituum, & diuerso situ humoris, quia non habentes humorem chrysellinum in centro, sed versus interiorem superficiem, oculi non vident, nisi de propinquo; quia lumen non ingreditur directe per centrum oculi: si spiritus debilis sit, ut in sensibus, & excæcatis ex uigilijs, & studio eminus, & ad distantiam aliquam vident, non autem prope: cuius causa est, quia cum visibile est iuxta oculos, tunc ad directum, nisi parua eius partes diriguntur, & quædam sunt supra oculum, & quædam infra, & alia a latere propter visus debilitatem. Alber. mag. de sens. & sens. tract. 1. cap. 14. char. 8. col. 3.
Visio differt a somno, & a prophetia, & cum hic loquimur de prophetia, non de ea, de qua theologij loquuntur, loquimur, sed de ea, ut philosophis placet. Albert. mag. de som. & uigil. libr. 3. tract. 1. cap. 3. ch. 35. col. 3.
Visio proprie dicitur, quod auersis sensibus, & introrsum retractis uidetur in uigilia, quocunque modo uideatur, siue ex quacunque causa, siue patiatur aliquis alienationem, siue non, siue etiam patiatur sincopim, siue non. Albertus magnus de infomn. & uigil. libr. 3. tract. 1. cap. 3. char. 35. colum. 3.
Visio aliquando est cum intellectu, aliquando sine illo, semper tamen est cum phantasmate, aliquando aliquid significans, aliquando nihil. Alber. mag. de som. & uigil. libr. 3. tract. 1. cap. 3. char. 35. col. 4.
Visio in comparatione ad somnium minus cadit a prophetia, quā somnium. Alber. mag. de somn. & uigil. libr. 3. tract. 1. cap. 3. char. 35. col. 4.
Visiones ueras habet, & nonnunquam clarissimam prophetiam, qui tam in intellectu, quā in imaginatione, & organo bona, & ordinata habet simulachra. Alber. mag. de som. & uigil. libr. 3. tra. 1. cap. 3. char. 36. col. 2.
Videtur nihil sine distantia; quia visus non recipit visibile, nisi secundum esse spirituale, & si visibile tange-

visum, ageret in videntem in ipsum, & destrueret ipsum: ideo duo media necessaria sunt; vnum agens, quod est lumen, quod agit in coloribus esse spirituales; & alterum differens, quod est diaphanum. Alber. mag. de sens. & sens. tract. 1. cap. 10. char. 6. col. 3.

Videtur vnum duo ex parte videntis quatuor de causis. Prima, quia nerui optici ab oculis ad anteriorem cellulam cerebri directe interfecant se admodum linearum trianguli, cuius basis est distantia mensuræ, quæ est inter duos oculos: & aliquando contingit eleuari vnum neruorum, vel remoueri a loco contactus, & tunc id, quod recipitur ab oculis ambobus transiens in spiritu visiuo, nec tangens in puncto videtur duo. Secunda causa est, cum spiritus visiuus a capite discurrens in oculos propter aliquam ventositatem interclusam in ipso, vel in oculo, vel propter aliquam calorem innaturalem agitantem eum mouetur extra metas mensuræ naturalis dextrorsum, vel sinistrorsum in oculo; & sic, vt duo accipit. Tertia est causa redundantia eiusdem spiritus in opposita, id est cum spiritus videtur ad intus respectu sensus communis: ad extra ad oculi chrySTALLINUM, vt percipiat formam; & sic vnum ante alium recipit, vt duo esse videantur. Quarta est comprehensio, vel expressio tunice perforate, quæ dicitur vena; si cõprimatur minor fit, & res minor videtur; si cedit ad exterius, dilatatur foramen, & res maior videtur. Idem ibidem cap. 11. chart. 7. colum. 2.

Visa in speculo diuersimode nos non sollicitant, quia ponimus recipientia diuersam reddere formam, quia vnum est corpus, cuius est forma; alterum est speculum, quod recipit eam aliquo modo receptionis: similiter, & aer, & oculus: ab his igitur diuersis recipientibus proficiscitur numerus diuersarum formarum diuersis modis receptarum. Idem ibidem cap. 9. char. 6. col. 3.

Visus acumen duplex: aliud est, quod a remotis videtur aliud rei visibili paruas differentias bene apprehendit, & primæ causæ, quæ non habent multam humiditatem. Causa autem comprehensionis rei vicinæ est multus clarus subtilis humor, qui a forti, & profundo visibili fortem motum accipiens non confunditur, nec obscuratur. Alb. mag. de ani. l. 19. cap. 4. ch. 159. col. 4.

Visus maxime delectat non solum, vt agamus quippiam conferens ad vitam, sed cum nihil nobis conuenit age re circa hoc, quod videre quærimus, tamen propter ipsum videre concupiscimus videre sola illecti curiositate videndi. Albertus magnus in 1. metaphysic. tract. 1. cap. 4. chart. 57. colum. 2.

Visualis radius triplex est. Rectus, qui per medium vni forme libere procedit a corpore lucido ad visum. Secundo reflexus, qui per densitatem alicuius mediij reflectitur, cum transire nequit, & redit ad corpus luminosum. Tertio, radius refractus, qui propter occursum alicuius mediij nõ omnino impeditur vltius progredi, sed procedit vsque ad visum, sed non recte, quia recedit a perpendiculari. D. Tho. 3. meteor. l. 4. ch. 177.

Visus impedit distantiam: quia quanto maior est distantia, tanto minores sunt anguli, & tanto potest esse maior distantia, quod omnino non videatur. Diuus Tho. in 2. de anim. lect. 15. tex. 74. char. 36. colum. 2.

Visus vt fit, & quid est.

Visus refractio fit, cū cogitur aer, & vapor in nubem, si æqualis, & paruorum partium extiterit. Arist. in 3. meteor. sum. 2. cap. 2. char. 547.

Visus refrangitur ab omnibus lenibus, & horum est aer, & aqua, & etiam sine aere, ob cuius debilitatem fit refractio, sed ab aqua magis, quàm ab aere. Aristote. in 3. meteor. sum. 2. cap. 3. char. 145.

Visus, qui protenditur, fit debilior, & minor. Aristote. in 3. meteor. sum. 2. cap. 3. char. 548.

Videre fit patiente aliquo sensitiuo. Arist. in 2. de anima. sum. 3. cap. 3. text. 74. char. 633.

Visus est proprie sensus, & a lumine nomen accipit, quia sine lumine non est videre. Idem ibidem summa 7. cap. 2. tex. 160. char. 656.

Visus si esset ignis, accideret videre exeunte, vt ex latera, lumine. Arist. de sens. & sen. cap. 2. char. 6.

Visum fieri existimat Empedocles aliquando exeunte lumine, aliquando defluxibus ijs, qui ab ijs, quæ videntur. Arist. de sens. & sens. cap. 2. char. 7.

Visum aqua esse ait Democritus, & bene dicit, at q putat videre esse ipsam imaginem, non bene putat. Idem ibid.

Visus est aqua, & non accidit ipsum videre, ut est aqua, sed secundum quod est perspicuum, quod & aeri commune est, sed magis seruabilis est aqua aere, & magis susceptibilis: ideo pupilla, & oculus aquæ sunt. Arist. de sens. & sens. cap. 2. char. 7.

Videre sine lumine impossibile est, ut exterius non videtur sine lumine, sic nec interius. Idem ibidem chart. 8.

Visus fit in tali distantia, vt in ipsa sit aliquid primum, & aliquid vltimum, vltra quod non videatur. Aristoteles ibidem cap. 8. chart. 34.

Visus in omnibus aquæ tribuendus est, non igni, nec aeri. Arist. de generat. anim. 5. cap. 1. char. 266.

Visus optimus est, qui inter multum, & parum humoris moderatus constat. Idem ibidem char. 267.

Visio fit secundum quandam dispositionem rei visibilis, ac mediij, per quod uidetur, ad ipsum uidens, quæ habetudo statim, ac est, uidetur, & longinqua, & propinqua. Alex. aphr. in 2. meteor. ca. 9. com. 51. c. 66. col. 2.

Visus fit patientibus sensorijs non emittit aliquid, sed perspicuo, quod inter visum, & rem visam est alterato quodam modo a visibili, & formam a re visibili uisui representante. Alex. aphr. in 2. de ani. c. 38. c. 50. col. 2.

Visio fit eo, quod sensorium coloris excipitur, & se se quodammodo coloribus simile præbet. Alex. aphrod. in 1. de anim. cap. 13. chart. 35. col. 4.

Visio non est secundum aliquem motum, nec per radiorum prolationem, nec per simulacrorum defluxus, nec demum per utraque. Idem ibid. cap. 32. char. 48. col. 2.

Visio non fit per intermedij aeris intensionem. Alexan. aphro. in 2. de anim. cap. 33. chart. 48. col. 4.

Videre qui existimant, ideo quia a rebus cernendis quippiam vsque ad oculum fluat, & in oculos ingreditur, decipiuntur: quia spacium inter rem visam cernere nõ possemus, & tanta moles videri tantum posset, quanta est pupilla, & tandem oculus uehementer laboraret: quoniam suapte natura facile afficitur a tot corporibus & sæpissime ferientibus perturbabitur. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sect. 1. com. 7. chart. 8. col. 4.

Visus fieret per emissionem corporis, cum illud corpus fit tenuius, quam lachrimæ oculis clausis, & ut lachrimæ exeunt, ita & illud exiret. Idem ibidem.

Visum proprie illud est, cū in ipso vigilie, & quietis adulatione interliminio positi, ista, quæ uere sensu accepimus, & quæ mitto somni impressa atque illita nostro animo sunt, reddunt, & offerunt sese, ita ut uideamur aspiceret, & adhuc discernere possumus formas eas esse, quas in prima illa somni nebula accepimus sensu. Themist. de insomn. cap. 3. char. 99. colum. 3.

Visus duplici modo est oculi forma. Primo, ut organo uiuacem facit, & oculus cum tali aspectu siue visu, materia est usus ipsius, qui est utens, & deficiente ea parte uisus, quæ utetur, non remanet oculus, quia una deficit uisus ille, qui oculum, ut instrumentum, effingit. Simpl. in 2. de anim. tex. 9. char. 26. col. 1.

Visum omne aut lumen est, aut prope lumen. Simplic. in 2. de anim. tex. 65. char. 35. col. 1.

Visio non fit per radium ab oculo exeuntem. Auerroes meteor. 3. cap. 1. chart. 204. colum. 3.

Visio non aptatur animali, nisi per membrum, in quo est humor diaphanus aptus ad recipiendos colores: uerbi gratia humor glacialis. Auerr. 2. de anim. text. 82. chart. 143. colum. 2.

Visio non fit extramittendo: alioqui possibile esset videre sic in obscuro, vt in luce: non enim indiget medio, nec luce. Auer. de sen. & sen. c. 193. col. 1.

Visio si fieret extramittendo, vt sensus extenditur ad res uisas, non indigeret retibus oculi, nec cum destruitur aliquid, recte ista uirtus corrumpetur, & eodem modo, & vicina, & propinqua comprehendit. Auer. de sen. & sen. c. 193. col. 1.

Visio si fit extramittendo, aut radii ponuntur corporales, aut non: si corporales, ergo visio fit in tempore, & a pupilla corpus exire oportet, quod dilatetur quouisque supponatur medietate coeli, quod est impossibile. At si fit lux, & non corpus, tunc anima non est posita in illa luce, quia subiectum animæ, est substantia, non accidens, & si anima non est in illa luce, sed intra oculum quomodo comprehendit sensibilia, cum non tangit, & actio, & passio omnis fit per contactum? Auer. de sen. & sen. c. 193. col. 2.

Visum credit Galenus fieri duobus neruis opticis, quam uis ipsemet credat humiditatem glaciam esse proprium membrum visus. Auer. de part. ani. 2. c. 68. c. 1.

Visus fit intra suscipiendo non extramittendo. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 14. ch. 24. col. 2. Idem alb. in 3. meteor. cap. 13. c. 112. col. 4.

Videtur una res solum, & si duo sunt oculi, quia uisio fit in puncto contactus nerui optici in anteriori parte cerebri existentis. Alber. magn. in 2. de anim. tract. 3. cap. 14. ch. 24. colum. 2.

Visus non fit, quia ab oculo aliquid egreditur: nunquam enim inuenitur potentiam passiuam agere in se formam sui actiui. Alber. magn. de sens. & sens. tract. 1. cap. 10. char. 6. colum. 3.

Visus omnis fit super pyramidis figuram, cuius basis est super rem visam, & angulus in centro cristallini, quæ pyramis non describitur in corpore, vt dixerunt antiqui, sed super formam perspicui, per quod est visus, & linee descendentibus sunt rectæ luminis immutationes, & non corpora. Albert. Magn. de sens. & sens. trac. 1. cap. 14. char. 8. colum. 4.

Visus si per extramissionem fieret pyramidalem, quod corpora, ac radialia ab oculis exirent, necessarium esset ponere totum coelum aerem, ac aquam perforatam, & non solida esse. Albert. Magn. de sens. & sens. tract. 1. capit. 7. chart. 4. colum. 4.

Visus non fit per extramissionem, sed fit per medium, vt per medium, quod reddit uirtuti uisui in oculos formas rerum uisarum. Alb. mag. de sen. & sen. trac. 1. cap. 8. char. 5. colum. 4.

Visus non fit extramittendo. D. Thom. 2. de celo, l. 12. tex. 19. c. 41. col. 3.

Visio non fit extramittendo, sed intus accipiendo, id est radii uisuales, per quos res videntur, non procedunt ab oculo ad obiectum, sed ab obiecto ad oculum. D. Tho. in 3. meteor. l. 4. c. 177.

Visæ rei forma in oculo apparet propter refractionem; quæ est passio corporis, quæ proficiscitur ex determinata corporis dispositione. D. Thom. de sens. & sens. lect. 4. char. 5. colum. 2.

Visio non fit per extramissionem; quia si fieret, plura corpora in eodem loco essent, nec non cum omnis emissio in principio est maior, in fine minor. in uisu contra fit, quia non posset ab oculo tantum corpus egredi, quod pertingeret vsque ad astra. D. Thom. de sens. & sens. lect. 4. ch. 5. colum. 4.

Visio in principio est interior iuxta cerebrum, cum iungantur nerui duo ex oculis procedentes. D. Tho. de sen. & sen. l. 5. c. 6. col. 2.

Visus de quo dicitur, & ut in ante est.

Visus parti priori mandatus est, cernitur enim per directum, motus enim fit ante. perspicendum enim est eodem, quo motus agitur. Aristot. de part. anim. 2. capit. 7. chart. 451.

Visus omnibus in capite est, quia cum aquæ naturæ sit, quæ omnium perlucidorum facillime conseruari potest, & cerebrum natura humidum, & frigidum, ideo iuxta cerebrum maxime seruari potest. Arist. de part. anim. 2. cap. 10. c. 450.

Visus dicitur, & de oculo, & de videndi potentia. Amos in prædicamen. c. 110.

Visus melius est, quod fit ante, quia tanquam speculatori datur tota custodia corporis. Alb. mag. de anim. l. 2. tract. 2. cap. 4. c. 107. col. 1.

Visus ut se habet ad reliquos sensus.

Visus prior est tactu, & subiectum prius. Aristot. 2. de gen. & corr. sum. 1. cap. 2. tex. 7. c. 424.

Visus anticipat auditum. Arist. meteor. 2. su. 4. c. 1. c. 534.

Visu sentire non est videre: non enim est vnum sentire per visum: iudicamus enim per uisum nõ uidendo ob scuritatem, & lucem, sed non eodem modo, & etiam videns est quasi coloratum. Arist. 2. de ani. su. 6. cap. 1. text. 138. char. 649.

Visus multas differentias, & omnimodas enuntiat potentia, quia omnia corpora colore participant, ita vt & communia per hunc maxime sentiantur, id est figuram, magnitudinem, motum, quietem, & numerum. Arist. de sen. & sen. cap. 1. c. 5.

Visus certior est tactu. Arist. de somn. cap. 2. c. 66.

Visus anticipat auditum, quia auditus indiget tempore, cum omnis motus in tempore fiat; receptio autem rei visibilis in visu non est in tempore. Alex. Aphro. in 2. meteor. cap. 9. co. 51. col. 1.

Visus ad inquisitionem rerum, ac peruestigationem uerit utior est auditu, sed ad perdiscenda illa, quæ iam inuenta sunt, auditus longe præstantior, ac utior est visu. Idem ex sect. 1. de sen. & sen. co. 3. c. 6. col. 2.

Visus, & odoratus instrumentum cerebro hæret. Idem de sen. & sen. ex sect. 1. co. 11. c. 10. col. 1.

Visus, & auditus ex sensibus acutiores sunt. Mich. Ephe. de insomn. c. 19. col. 2.

Visus auditu certior, auditus odoratu, odoratus gustu, gustus tactu. Io. gra. in 2. de ani. tex. 12. c. 38. col. 4.

Visus, & auditus dantur præcipue animalibus, & maxime generi humano, eo quod nunciat multas differentias rerum, ex quibus inest hominibus, tam discretio contemplatiuorum secundum intellectum speculatiuum, quam operabilium secundum practicum. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 1. cap. 2. c. 2. col. 4.

Visus est formalissimus sensuum. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 2. cap. 2. c. 2. col. 3.

Videre, audire, & odorare melius dupliciter dicitur: vel quia acutior visus accipitue, quæ potentia ex complexione organi corporalis est, & melius videre dicitur, qui nobiliori utitur visu. Alb. mag. de ani. l. 2. r. trac. 1. cap. 3. c. 169. colum. 3.

Visus expressius omnibus aliis sensibus representat sensata communia, & sensata per accidens: & ea, quæ videntur, tam corporalia sunt, quam incorporalia. Idem in 1. metaph. tr. 1. cap. 4. c. 87. col. 2.

Visus inter omnes sensus plus habet de ratione sensus, & minus de materia. Alb. Mag. ethic. 3. tract. 3. cap. 3. chart. 45. colum. 2.

Visus sensus perfectior est auditu, quia uidet in non tempore, auditus audit in tempore. D. Tho. in 2. meteor. lect. 15. chart. 160.

Visus ex natura obiecti est altior inter sensus, & post ipsum

ipsum auditus. Idem in 2. de ani. l. 14. te. 70. c. 35. col. 2.
Visus spiritualior est inter omnes sensus. Idem de sens. & sens. l. 8. ch. 7. column. 3.
Visus est altior inter sensus, & auditus ei propinquus: alii autem sensus remotiores. D. Thom. de nat. lumin. opus. 5. 1. ch. 83. column. 4.
Visus est spiritualior ex modo immutationis, quia in aliis sensibus non fit immutatio spiritualis sine naturali. D. Thom. de nat. lumin. opus. 5. 1. c. 83. col. 4.
Visus certius, & perfectius iudicat de sensibilibus inter alios sensus. D. Thom. 1. metaphysicor. lect. 1. char. 4.
Visus, & tactus iudicium extenditur ad res ipsas: auditus autem, & odoratus ad ea, quæ à rebus ipsis procedunt. D. Tho. 1. metaph. l. 1. c. 4.

Visus ut longe, prope, & nocte visus inseruit.

Visus longe porrectus uoluitur per imbecillitatem. Arist. 2. de celo. su. 3. cap. 2. tex. 48. c. 308.
Videre acutè, & obtuse non solum accidit ob humiditatem oculorum, sed etiam natura cutis, quæ pupillæ vocatæ obtenditur: translucidam enim eam esse requiritur, talem autem esse, quæ tenuis, alba, leuisque fit, necesse est. Tenuis, ut motus, qui extraneus veniat, recto tramite feratur. Leuis, ne rugis obumbret, ob quam rem senes acutè non cernunt: quia ut cæterarum corporis partium senescentibus cutis, sic oculorum ob rugatur, & crassior redditur. Alba esse debet, quia nigrum translucidum esse non potest. Arist. de generat. anima. 5. cap. 1. chart. 267.
Videre acutè dupliciter intelligitur: vel quod procul cernere potest: aut quod differentias rerum, quæ cernuntur, quam maxime sentiat, quæ simul nullis eisdem contingunt. Arist. de generat. anim. 5. cap. 1. char. 268.
Videre procul potest, vel illud, quod multum prominentiæ adiunctum oculis habet, sed humorem pupillæ non purum, nec modicum conuenienter extraneo motui, nec summam cutem prætenuem obtinet, ut exquisitè colorum differentias non percipiat. Arist. de generat. animal. 5. cap. 1. char. 268.
Videndi acutè, ut differentia percipiuntur, causa est in oculo: nam ut in veste mundissima omnis macula est perspicua, sic in oculo sincero. Aristoteles de generat. animal. 5. cap. 1. char. 269.
Videnti procul causa est situs oculorum; quæ enim oculis prominentibus sunt, procul cernere nequeunt, quæ contra in cauo oculo habent positos, longe aspicere possunt. Arist. ibid. char. 269.
Vident cur nonnulli post lippitudinem acutius? quia purificati sunt oculi. Arist. probl. lect. 5. 1. num. 9. char. 633.
Videtur una res geminari, cur distracta societate conspectuum? quia oculi vtriusque radius non ad punctum idem deuenit, & quod bis animus inspicit, geminum in se ipso existimat. Arist. ibid. nu. 11. char. 633.
Vident contractis palpebris lucis propter imbecillitatem sui aspectus. Arist. problem. lect. 3. 1. nu. 16. char. 634.
Videre cur pleraque animalia interdiu possunt, noctu non possunt? quoniam visum crassiorem habent, ut ad rem permeare possit, at interdum aeris beneficio, qui fit tenuis, & calidus, extenuatur. At contra feles, vesperationes, & hiene se habent, cum interdiu nihil ferè videant, nocte autem acutè conspiciunt, quia spiritum visorium dulcissimum habent. Alexander aphro. problem. 5. num. 68. char. 687.
Videre cur nonnulli magna procul non possunt, parua in propinquo cernere queant? quia spiritus, cui videntis officium deputatum est, tenuis, ac sincerus est: itaque longe deductum, ut rem apprehendere non possit, propinqua tamen, vel parua explorare suam ob tenuitatem ac sinceritatem non immerito potest. At qui etiam minima è longinquo cernunt, ut senes aliqui fa-

ciunt, oculorum spiritum crassum, largumque; habent, opus est ob eam rem moueri longo itineris spatio, ut attenuetur, & ad rem percipiendam reddatur idoneus. Alex. aphro. problem. 1. num. 74. char. 689.
Videre statim cur non valemus, cum è tenebris ad lucem, aut è luce ad tenebras venimus? quia tenebræ crassiores, frigidioresque constant aere, & sic diducunt, & confundunt spiritum, cui cernendi munus accommodatum est: & lux, quia candida, clara, & calida est spiritum illum digerit, & dispergit, & cum per aliquod temporis spacium affluat, cernere integre potest, & è contrario in contrarium statim traducti rei nouitate turbamur, ut minus videre possimus. Alexander aphro. problem. 2. nu. 38. chart. 737.

Videntes prope, & non longe id fit, quia situs oculi humorum peccat, & non oculi compositio; quia habent glaciale oculi multum in interiori parte versus neruum opticum, & propter myringas, quæ sunt spissa ante oculi speculum non penetrat visibile ad speculum, nisi sit prope. Alb. mag. 2. de ani. tr. 3. ca. 14. c. 24. col. 3.
Vident quidam solum eminus, & si prope fit visibile, non vident propter debilitatem visus, & hoc senibus maxime accidit; quia lux prope existens vincit oculi debilitatem, & intus dispergit ipsum: eminus autem re visa existente proportionatur virtuti oculi, nec dispergit ipsum, & distinctè videt. Albertus mag. in 2. de anima. tract. 3. cap. 14. char. 24. col. 3.

Videmus nocte oculos iuxta terram deponentes, quam erecti existentes, quia diaphanum terminatum licet minus lumen capiat quam interminatum, fortius tamen tenet ad modicam distantiam, & lumen modicum, quod est a stellis, reflectitur a terra, & multiplicatur, & aliquantulum iuuat, & etiam vapores eleuati natant non iuxta terram, sed in aere, ipsumque obscurant. Alber. mag. in 2. de anima. tract. 3. cap. 14. ch. 24. col. 3.

Visus alijs euanescit in nocte, & confortatur in die, & hi dicuntur patinyctilopam: alijs euanescit in die, & videntur in nocte, & dicuntur habere oculos nocturæ. primæ autè passionis in causa est grossities oculorum, & humiditas spirituum eius, quod maxime accidit habentibus oculos nigros. Albertus magnus de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 7. char. 10. col. 2.
Visus si uidet a longe, & ex propinquo simul, & non læditur a visibilibus, quæ veniunt ad ipsum, tunc est fortis visus, & æqualis complexionis. Alber. mag. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 7. char. 10. col. 1.

Visus, si non videt a longe, & ex propinquo videt, tunc est corruptio in aliquo componentium. Alber. mag. de animal. lib. 1. tra. 2. cap. 7. chart. 10. col. 1.

Visus, si est potens comprehendere visibile propinquum paruum, & non comprehendit cum elongatur ab ipso, tunc spiritus oculi clarus est, & sanus, sed valde paucus. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 7. char. 10. col. 1.

Videre ex longinquo, & non ex propinquo contingit propter spiritum, & humorum obscuritatem, quæ requirit distantis claritatis magnam illuminationem. Albertus magnus de animal. lib. 2. tract. 2. cap. 7. char. 10. col. 1.

Visum quæ corrumpunt, & recreant.

Visus cum ad cæteras res videndas fatiscat, cur hebes redditur, ad virides vero recreatur, & melior euadit? quia ad extremos colores visus læditur oculus, at medio, & leni ut viridi corroboratur: & forsitan, ut corpora, cum mediocriter laborant, se bene habent; sic oculi, cum ad res solidas laborant: cum ad humiditas, & molles passim oberrant, & licentia perliquescent: cum ad virides, quia coloris huius habitus modice se conspectui offert, nullo detrimento afficitur. Arist. problem. lect. 3. 1. numer. 20. char. 635.

Videre cur melius possimus manu præ lucerna, vel Sole obiecta?

obiecta? quia lucernæ, Solisve lux nostris occurrentibus oculis reddit ob sui nimietatem infirmiores, ut quæ & rem sibi cognatam interimere præ sua possint exuperantia, at manu ita arcente, nec luminum acies officii potest, & res visui obuia nihilominus in luce posita est, unde fit, ut & acies plenus agat, & res inspectanda nos nihilominus videatur. Aristoteles problematum lect. 3. 1. numer. 29. char. 638.

Visum corrumpunt excellenter fulgidum, & opacum: opacum autem, quia spiritus visiuus auertitur, & repellitur per tenebras, & frigiditas obdurat porum oculi, & sic excæcatur. Albertus magnus in secun. de anima, tract. 4. cap. 9. chart. 32. column. 2.

Videtur, utitur Aristoteles loco certitudinis in locis, in quibus est certitudo famosa. Auerroes in prim. de anima. text. 19. chart. 111. column. 2.

Vita quot modis dicitur.

Vientium alia immobilia sunt propter indigentiam instrumenti, ut plantæ, & multa animalium genera: alijs cum perficiuntur, inest. Aristot. physico. 8. sum. 3. cap. 1. tex. 58. char. 224.

Viuere dicitur multipliciter; ut intellectus, sensus, motus, status secundum locum, motus secundum alimentum, & augmentum, & decrementum. Arist. 2. de ani. sum. 1. cap. 2. text. 13. char. 617.

Vitæ tres sunt; quæ maxime excellent: voluptuosa, tum ciuilis, contemplatiua tertia. Aristoteles Ethicorum lib. 1. cap. 1. char. 8.

Vitæ tot sunt, quot secundum propriam, & innatam habent operationem, nec per commutationem, & commertia sibi præparant alimentum. pastoralis, agricultura, prædatoria, piscatoria, venatoria, & alia ita miscetas iucunde viuunt suppletentes deficientem vitam, qua deficiens est, ut sufficientia adsit. Aristoteles politicorum. 1. cap. 5. char. 500.

Vita diuiditur in otium, & negotium, pacem, & bellum. Aristot. politic. 7. cap. 14. char. 745.

Vientis actiones, alia corporum magis ostendunt, ut augmentum, & ambulatio: alia magis vitale, ut sensus, & voluptates. Simpl. in 1. de ani. tex. 62. char. 15. col. 2.

Vita inseparabilis duplex: alia, quæ ipsum vitale organum informat, secundum quam viuens est: altera, quæ iam viuente corpore, ut organum vitæ, ut nauta nauis, quæ ea, qua vitur ratione, inseparabilis est, quarum neutra ad intelligibilia ipsa adaptari potest. Simpl. in 3. de ani. ex lect. 1. tex. 6. char. 59. column. 4.

Vita significat aliquid non in subiecto, viuum significat aliquid in subiecto, id est formam in materia, & habitum in subiecto. Auer. 12. metaph. tex. com. 39. char. 151.

Vitæ, & sensus principium duobus dicitur modis: principium enim vitæ est, quod est eadelechia corporis organici secundum potentiam vitæ, & sic principium vitæ non est in semine, nec sensus. at si principium vitæ dicatur, quod est ad vitæ organa operans principium vitæ, est in semine, ut ars est in instrumentis artis. Alb. mag. de ani. lib. 16. tract. 1. cap. 11. char. 139. column. 3.

Vitæ fines duo habent; quod per se, & quod propter se appetitur. Alb. mag. ethic. 1. tr. 5. cap. 8. char. 12. col. 2.

Viuere dupliciter accipitur. primo, ut esse viuens. secundum, ut operari. Diuus Thomas in 1. de ani. lect. 14. text. 95. char. 19. column. 4.

Viuendi quatuor sunt modi. Primus per intellectum, qui est in homine. Secundus per sensum, qui est in animalibus perfectis. Tertius per motum, & statum localem, qui est in animalibus imperfectis. Quartus per motum alimentum, decrementi, & augmenti, ut in plantis. appetituum, quod est quantum in his gradibus non facit diuersitatem, in gradibus viuentium. Diuus Thomas in secun. de ani. lect. 3. tex. 13. char. 23. col. 1.

Viuentium quatuor sunt gradus. Primo, quæ nutritiuam partem tantum habent, ut plantæ. Secundo, quæ sensum habent sine motu progressiuo, ut animalia imperfecta. Tertio, quæ habent etiam motum localem, ut animalia perfecta; ut equus, & leo. Quarto, quæ etiam intellectum habent, ut homo. Idem de sens. & sensat. lect. 1. char. 1. column. 2.

Viuere aliquando significat esse viuens, quæ est forma, aliquando signa vitæ, ut sunt motus extrinseci. Diuus Thomas 1. metaph. l. 1. chart. 6.

Vita uno modo dicitur anima, quæ est principium operationis. alio modo operatio, cuius anima est per se principium. tertio modo dicitur conuersatio, in qua quis assuetus est, quæ delectat ipsum. D. Tho. 5. polit. lect. 7. char. 80. column. 1.

Viuere dupliciter, primo modo, ut est actus primus viuens. Secundo, ut est intelligere, & sentire, viuere. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 4. column. 4.

Vita duobus modis accipitur. vno modo pro actu primo, qui dicitur esse viuens. alio modo pro actu uitali, ut intelligere, & sentire est viuere. Idem in 9. metaphysic. tex. 16. char. 271. column. 3.

Vita quid est; & eius principia.

Viuere est viuens esse, & horum causa & principium est anima. Aristoteles in secun. de ani. sum. 3. cap. 11. tex. 37. char. 624.

Viuere potissimum uigilia propter sensum. Idem de generat. animal. 5. cap. 1. chart. 264.

Vita est calidi naturalis conseruatio, mors est corruptio. Arist. de iuuent. senec. uit. mort. & resp. cap. 2. ch. 304.

Vita est mansio nutritiuæ animæ cum calido. Aristot. de iuuent. senect. uit. mor. & resp. cap. 14. char. 328.

Vita calore fouetur, & seruatur. Aristotel. problematum lect. 1. numer. 17. char. 336.

Vitam pecudum eligentes plerique seruiles uidentur, in aliqua uero existimatione propterea sunt, quia multi ex his, qui in potestatibus sunt constituti, dissolutam perinde, ac Sardanapalus, uitam traducunt. Aristotel. ethicor. 1. cap. 5. char. 8.

Vita, quæ ex intellectu traducitur, ut intellectus, diuinum quid est, si ad hominem respicias. si humanæ uitæ comparatur, diuina etiam ipsa est. Arist. 10. ethicorum nicom. cap. 7. char. 257.

Vita, quæ ex intellectu traducitur, id maxime homo est. Arist. 10. ethicor. nicom. cap. 17. chart. 258.

Vita contemplatiua maxime homini felicissima est. secundo loco ea, quæ ex alia uirtute est, actiua, quippe cum operationes, quæ secundum ipsam fiunt, humanæ sunt. Arist. 10. ethicor. nicom. cap. 8. char. 258.

Vita mentis, & intellectualis ab affectibus separata est. Arist. 10. ethicor. nicom. cap. 8. char. 259.

Vita ciuilis magis indiget rebus necessarijs, quam contemplatiua, utraque tamen necessarijs rebus indiget. Arist. 10. ethicor. nicom. cap. 8. char. 259.

Vitam cum alio ducere est, & iucundum, & necessarium, quod sine amicitia fieri nequit. Arist. mag. mor. c. 18. c. 363.

Vita beata ut utamur, tria sunt ordinata: uirtus, prudentia, & voluptas, è quibus triplex uitæ genus oritur: ciuile, philosophicum & uoluptuosum. Aristoteles moral. eudem. 1. cap. 2. char. 370.

Vita philosophica, prudentiam, & contemplationem ueritatis; ciuilis actiones honestas, voluptuaria aut corporis voluptates expetit. Arist. mor. eud. 1. cap. 2. ch. 370.

Vita actiua uisibus quoque comparata est. Aristot. moral. eudem. 1. cap. 1. char. 382.

Vita est actio & non factio. Arist. politic. 1. cap. 3. ch. 443.

Vita beata siue in gaudio, siue in uirtute, siue in amobus posita est, magis existit moribus, & intellectu in excessu ornatus, mediocria, uero externa possidenti-

Vita, quam his, qui in externis plura possident, quam opus sit, & qui in illis deficiunt. Aristotel. politicor. 7. capit. 1. chart. 714.

Vita optima, & priuata unicuique & publice ciuibus est cum uirtute in tantum externis facultatibus adiuncta, ut actiones studiosa conficere possit. Aristotel. politicor. 7. cap. 2. ch. 716.

Vita ciuilis, & philosophica omnibus aliis anteposita est. Arist. pol. 7. cap. 1. c. 715.

Vita actiua, & publice totius ciuitatis, & priuatim singulorum optima est, sed eos etiam maxime agere dicimus, qui etiam externis actionibus intelligentia, & cogitatione præfunt. Arist. polit. 7. cap. 3. c. 721.

Viueri nihil aliud esse, quam sentire vel intelligere præcipue & proprie videtur. Aristoteles 9. ethicorum Nicom. cap. 9. ch. 233.

Viueri expetendum est, & maxime bonis; quia esse bonum ipsi, & iucundum est. Aristotel. 9. ethic. Nicom. capit. 9. chart. 234.

Viueri inhonestis voluptatibus peius est, quam non esse nihil enim distare patet ita affectum hominẽ a brutis: ita ut bos Aegyptius; quem ut Apin colunt, hos monarchas multis modis antecedit. Aristotel. moral. eudem. cap. 2. ch. 371.

Viueri quid ut bonum optimum perspicuum est ex eo, quod multum studium ad procreandos filios adhibemus, tanquam quodammodo victuri per illos, & timemus, magisque timemus, tanquam mortis causa illa futura sint. Alex. aphr. in 4. nat. q. cap. 1. c. 17.

Vita est animæ præsentia. Alex. Aphrod. in 2. de anim. cap. 10. ch. 44. column. 1.

Viuum omne organicum, structumque est. Them. in 2. de ani. cap. 5. r. 6. c. 70. col. 4.

Vita præstantissima mens est. Them. 12. metaph. c. 16.

Vita est proprius actus animæ. Simp. in præd. c. 89.

Vitam extremam esse naturam, qui dicunt, pulchre aiunt. Simp. in 2. phy. c. 102. col. 1.

Vita quædam est natura constantibus motibus principium. Simpl. in 4. de celo t. co. 1. c. 101. col. 4.

Vita est, per quam uiuentia suum esse accipiunt. Simp. in 1. de ani. tex. 12. c. 3. col. 3.

Vita quæuis substantia est. Simpl. in 1. de anim. tex. 11. chart. 3. column. 3.

Vita ob animam fit. Simpl. in 2. de anima, text. 4. chart. 24. column. 1.

Vitales motus ab anima fiunt, non autem, ut Alexan. ait secundum animam. Simpl. in 2. de anim. text. 90. chart. 40. column. 4.

Vita rationalis hoc est opus, ut in se ipsam conuersionem faciat. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 136. c. 50. col. 1.

Vitale quod est actu, & secundum cognoscitiuam consistit vitam, in idem tendit eum sensu, quæ est cognoscitiua uita. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 138. c. 51. c. 1.

Vita quod caret, uitalia constituere non potest. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 139. e. 51. col. 2.

Vita irrationalis omnis sola ad extrinsecum instructa est quia externa sola appetit, & cognoscit, & externa nõ ut bona, sed ut iucunda appetit. Simpl. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 156. c. 55. col. 3.

Vita & substantia est, quæ tum cognoscere, tum sapere potest, & intelligibiles formas apprehendere. Simpl. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 6. c. 59. col. 4.

Vita animatorum nihil aliud est, quam anima. Io. gra. in 2. physico. c. 31. col. 1.

Viueri intellectu aliter nihil aliud est, quam a turbatione hac, quæ circa materiam existit, absolui, atque ad intellectualem verticem, & culmen confugere. Eustr. siue Mich. ephes. 10. ethic. cap. 7. c. 526.

Vita excellentiores sunt res voluptuosa, honor, & contemplatiua. Auer. 1. ethic. cap. 5. c. 3. col. 1.

Vita principium obseruantes, ac statum planetarum con-

siderantes totam generatæ rei vitam pronosticari possent, sed tamen non est hoc necessarium: quia impedi ri potest per accidens per cibum scilicet malum, vel per mortem violentam, vel ob materiæ inæqualitatem. Idem in 2. de gen. & corr. tr. 3. cap. 5. c. 76. col. 4.

Viueri est actus animæ in eo, quod animatum est. Albe. Mag. in 2. de ani. tr. 1. cap. 16. c. 15. col. 1.

Vita est prima operationum animæ, per quam, & anima diffinit. Alb. Mag. de spir. & resp. l. 1. tr. 1. c. 1. c. 51. c. 2.

Vita est actus ab essentia animæ procedens. Alb. Mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 52. col. 2.

Vita est actus primus, & essentialis, & continuus animæ, incorporeus non per modum somni, sed per modum uigiliæ existens ab anima in ipsum. Alb. Mag. de mort. & vit. tr. 1. cap. 2. c. 58. col. 4.

Vita principia non sunt frigidum, & siccum, & si sint principia commissionis complexionis, & humorum: nanque siccum non est nisi, ut materia, qua humidum terminatur, frigidum per se est qualitas mortificatiua. Idem ibid. tr. 2. cap. 6. c. 61. col. 3.

Vita, ut est actus animæ, quæ est motor corruptibilis, & generabilis substantiæ, mensuratur mensura finita. Idem de mor. & vit. tr. 2. cap. 2. c. 62. col.

Vita cognitionis fons, & origo debet esse aliqua natura intellectualis. Idem de intell. & intell. l. 1. tract. 1. cap. 3. ch. 50. column. 3.

Viuum separatim secundum esse a sensibili, & intelligibili perfectissimum est in genere uiuorum, nec aliquam uitæ nobilitatem habet, quæ principium esse potest. Idem de intel. & intell. l. 1. tr. 1. cap. 3. c. 50. col. 3.

Viuum separatim a cognitiuo, causa non est cognitiui, ideo non influit. Alb. Mag. ibid. c. 50. col. 3.

Viuens omne est, quod intellectuali operatione operatur. Idem de caus. & proces. vniuers. caus. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 191. col. 1.

Viueri uiuentibus est esse, sentire sentientibus, & intelligere intelligentibus. Idem autem, quod est esse his, qui sunt, multiplicatur ad numerum eorum; cum esse sit actus essentia, & diffusio in eo, quod est: igitur numeratur in numero eius quod est. Intellectualis ergo natura numeratur secundum numerum animarum intellectualium. Idem contra Auer. de uita. intel. cap. 5. c. 80. col. 4.

Vita proprie est in uigilia propter usum sensuum. Alb. Mag. de ani. l. 19. cap. 1. c. 159. col. 1.

Vita hominis in se appellatur monastica, quæ constat quatuor uirtutibus: morali, intellectuali, heroica, & diuina. Idem ethic. 1. tr. 3. cap. 1. c. 6. col. 1.

Vita rei generatæ posset per influentiam planetarum nosci in hora natiuitatis & pronosticari licet non necessario, quia per accidens impediri posset. D. Thom. in 2. de gen. & cor. l. 10. t. 58. c. 35. col. 1.

Vita propria ratio est, quia notum est mouere seipsam large accipiendo motum, prout etiam intellectualis operatio est motus. D. Thom. in 2. de anima. lect. 1. t. 3. ch. 20. column. 3.

Vita contemplatiua est aliquo modo diuina. D. Thom. ethic. 10. l. 11. c. 179. col. 1.

Viueri est esse in uiuentibus: esse autem existentie in ultimato gradu, & supremo. Alex. de Ales 11. metaph. tex. 39. ch. 345. col. 2.

Vita, secundum quam uiuunt primo ea, quæ sunt hic, est permanentia animæ nutritiua, cum calido sibi proportionali. Petr. de Aluer. de iuuen. senect. vit. mor. resp. l. 17. char. 80. col. 4.

Vita in quo est.

Vita quod participat, solum alitur, ergo quod alitur, est corpus animatum, ut animatum, & alimentum ad animatum est, & non secundum accidens. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 46. ch. 626.

Viueri

Viueri inest oibus uiuentibus propter nutritiuam uirtutem animæ. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 12. tex. 15. c. 616.

Viueri, & bene uiueri impossibile est sine necessarijs, id possessio est pars domus. Arist. pol. 1. cap. 3. char. 492.

Viueri altricis potestatis actus, & functio est simul animalibus, ac stirpibus commune. Alex. Aphrod. in 1. de anim. cap. 21. ch. 40. col. 1.

Vita, & eternitas in intellectualibus unita est. Simp. in 4. phy. char. 287. col. 2.

Vita in uigilia posita præcipue est. Io. gram. in 5. de gene. anim. cap. 1. ch. 92. col. 3.

Viuum nihil generatur, nec ex glacie, nec ex igne uisuali. Io. gra. 2. de gen. & cor. tex. 21. com. 14. c. 113.

Vita magis latet in motu augmenti, & diminutionis, & nutrimenti, quam in intellectu, sensu, & loco. Auer. 2. de ani. su. 1. tex. 14. char. 129. col. 4.

Vita dicitur æquiuoce de corporibus celestibus, & inferioribus. Auer. 3. de ani. te. 60. ch. 183. col. 4.

Vita in animalibus, & plantis communiter, licet inæqualiter, inuenta est, & tamplantæ, quam animalia uariatur in operationibus uitæ secundum ætatem. Albert. mag. de iuue. & senect. tract. 1. cap. 1. ch. 48. col. 2.

Vita licet non sit circa quædam separata, tamen implicite intelligitur in causa uitæ, hoc est in anima, & huius uitæ non opponitur mors. Et uita, quæ est influxa ab anima ipsa, & nec huius uitæ directe opponitur mors, quia magis est anima, quam corporis, ut fluxus luminis magis est Solis quam aeris recipietis. Est & tertia uita participata a corpore, & adherens ei, ut forma formata, & hæc est, cui mors opponitur, quia hanc priuat; & licet tribus modis uarietur uita, hoc est solum secundum intellectum, quia re ipsa una tantum est uita. Alb. mag. de mor. & uit. tract. 1. cap. 9. c. 59. col. 1.

Vita animalis, quod uiuit, abundat calido, & humido super frigidum, & siccum. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 6. char. 61. col. 1.

Vita causa per se in calido, & humido est, & nõ in spiritu. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 7. ch. 61. col. 3.

Viueri est in omnibus in calido, & humido; & senium huius contrarium est: quia est in frigido, & sicco: ideo moribundum, cui non succurritur per auxilium medicinæ. Alb. mag. de mor. & vit. tr. 2. cap. 8. c. 61. col. 4.

Vita duo sunt, calidum, & humidum, quibus ex loco uariatis, uariatur & locatum. Alb. mag. de natur. locor. tract. 2. cap. 2. char. 99. col. 3.

Vita potentia in terra nulla est. Alb. mag. de anim. l. 20. tract. 1. cap. 2. char. 162. col. 3.

Vita est in substantijs separatis, quia in ipsis est intellectus, & uoluntas, non existente in eis augmento, & alimento. D. Thom. in 2. de ani. l. 1. t. 3. c. 20. col. 3.

Vita sedes est in corde. D. Thom. in 4. ethicor. lib. 17. char. 78. column. 3.

Vita humana ultimus finis consistit in his, quæ ad animam pertinent, non ad corpus. D. Thom. in 7. polit. lect. 12. char. 117. col. 3.

Vita stat per calidum, & humidum. Petr. de aluer. de long. & breuit. vit. lect. 1. c. 58. col. 3.

Vita non est sine calido, quia nihil sine calido uiuit. Petr. de Aluer. de iuuen. senect. vit. mor. & resp. l. 4. c. 67. c. 3.

Vitam qua habent, & longa, vel breuis.

Vita, & duratio continua, & æterna existit Deo: hoc enim Deus est. Aristote. in 12. metaphysico. cap. 3. tex. 39. char. 254.

Vita longiora, vel breuiora differentiam habent tota ad tota genera, ut hominis genus ad bouis genus, vel eorum, quæ sunt sub vna specie, alia ad alia, ut hominis ad hominem. Arist. de long. & breuit. vit. cap. 1. c. 292.

Vita longioris sunt, qui in calidis locis habitant: breuioris, qui in frigidis. Arist. ibid.

Vita longioris causa non solum est humiditas copia, sed etiam calidum, ut neque facile gelabile, neque facile sicabile sit. Arist. de long. & breuit. vit. cap. 3. c. 295.

Vita longitudo indicatur per manus scissuras. Arist. de hist. animal. 1. cap. 15. char. 26.

Vita longissima esse, cur possunt, qui uirgulam suam palmæ ductam per totam latitudinem habent: quia breuis ætatis, & imbecilla sunt, quæ artuum beneficio carent, imbecillitatis inditium ætas prima, atque tenerima affert: uita breuis testimonium dat omne aquatile, quæ cum ita sint coarctata, & compacta omnia contra sese habere liquido est. quo in genere illa quoque sunt, quæ cum ex natura artuum maxime careant, articulari tamen contigerit, palmæ autem partem interiorem penitus carere articulo certum est. Aristotel. probl. sect. 34. nu. 10. c. 751.

Vita dominæ si sunt operationes secundum uirtutem, & non fortunæ, ut dictum est, nemo ex beato miser efficitur; nunquam enim odiosum quippiam, aut paruum ager, nam eum, qui re uera bonus est, & prudens, decore omnem fortunam perferre, & pro facultatibus semper pulcherrima quæque, ac optima agere existimamus. Arist. in 1. ethic. cap. 10. c. 21.

Vita proposito carens sine insignis stultitiæ argumentum est. Arist. moral. eud. l. 1. cap. 1. c. 368.

Vita compositio plurimum conducit ad boni, & æquiuiri existimationem, & ad suadendum. Arist. rhet. ad Alex. cap. 37. c. 252.

Viuenti facultas datur etiam, si desit spiratio. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 11. c. 22.

Viuentia omnia habent summum, & imum, summum est id, unde non alimentum est distributio, & incrementi accessus, quo autem isthuc ultimo pergit, id est imum. Arist. de ani. in cel. cap. 4. c. 562.

Viuentia, in quibus est solum augmentum, & diminutio, non participant somno, & uigilia, ut plantæ: non enim sensitiuam habent particulam. Arist. de somn. & vig. cap. 1. ch. 47.

Viueri diutius possunt, qui manus castram per totam obtinent palmam, quoniam quæ caret articulis, incoactaq; sunt, minime diutius uiuere possunt, ut omne aquatile genus. Quod si quæ articulata non sunt, uita breuiorem agere solent, contra quæ articulata, cuius generis illa etiam sunt, quæ cum sua natura omni articulo careant, tamen articulata nonnunquam quo ad maxime possunt, consistunt: manus autem pars interior articulo uacat. Arist. probl. sec. 10. nu. 48. c. 442.

Viuenti diutius, qui in locis calidis suam agunt ætatem, quia natura sunt sicciore: firmiter enim, & diuturnius est, quod siccum est: mors autem est quædam putredo. Vel quia mors est caloris interni refrigeratio, refrigerari autem omnia solent aeris ambientis quæ hæte, qui ut calidis locis calefcit, frigidis friget: itaque calorem internorem ocyus magisque corrumpit. Vel quia calorem, & humorem amplius seruant, quorum rerum interitus mors est. Idem ibidem sect. 14. numer. 9. char. 485.

Viueri dissolute plerisque dulcius est, quam modeste. Idem in 6. pol. cap. 4. char. 701.

Vitam quæ obtinet, nutriuntur, crescunt, & sibi simile procreant. Alexand. Aphrod. in 2. de anim. cap. 10. char. 44. column. 1.

Vita tempus in formis, & spiritibus determinata est; in singulis autem indiuiduis, alia, & alia est eum multiintereant intra tempus, nulli autem excedunt. Io. gra. in 2. de gen. & cor. tex. 57. co. 46. c. 145.

Vita humana non potest percipere sensum motus stellarum, ideo credendum est obseruationibus. Auer. in 12. metaph. tex. co. 45. c. 154.

Vita longiores, & breuiores non sunt ex parte animæ, sed ex parte corporis. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 1. cap.

cap. 2. char. 59. colum. 2.
Vitæ longioris & breuioris secundū naturam sunt cau-
 sæ calidum, & humidū, & hoc fit in multis modis, tamen
 principaliter ex tribus est: ex quantitate, & qualitate
 ipsius, & ex dispositione vasorum, in quibus cōcoquitur.
 Alb. mag. de mor. & vit. tr. 2. cap. 7. c. 61. col. 3.
Vita breuiatur per materiam, quotiescunque qualitas
 actionis impeditur ex quantitate, vel qualitate humi-
 di. Alb. Mag. de mor. & vit. tr. 2. cap. 12. c. 63. col. 1.
Vitæ longioris sunt plantæ multum, quam animalia; &
 sanguinem habentia, quam non habentia sanguinem;
 & pedibus gressibilia, quam non gradientia pedibus;
 & maiora, quam minorā. Alb. mag. de mor. & vit. tr. 2.
 cap. 5. ch. 67. colum. 1.
Vitæ longitudinis causa est natura epatis. Alb. magn. de
 ani. 23. tract. 2. cap. 4. c. 119. col. 2.
Vitam non habere ea dicimus, quæ ab exteriori tantum
 principio moueri possunt. D. Thom. in 2. de anim.
 l. 1. tex. 3. char. 20. col. 3.
Vitæ aliquod principium cui inest; insunt & ei organa
 conuenientia illi principio. Idem ibidem l. 14. tex. 45.
 char. 63. colum. 3.
Viuent ea omnia solum, quæ in seipsis principium motus
 habent. Alex. de Ales in 12. metaph. t. 39. c. 345. col. 4.
Viuentia vita plantæ, vel animalis non habent in pote-
 state actionem, sed intellectuaia. Alex. de ales in
 12. metaph. tex. 39. ch. 345. col. 3.
Vitæ longioris, quod esse debet, oportet, vt ipsius humi-
 dum non sit cito exsicabile. Petr. de Aluer. de longit.
 & breuit. vit. lect. 3. char. 60. col. 3.
Vitæ longæ vt aliquid sit, humidum, non de facili exsic-
 cabile habere debet, & multam, & bonam proportio-
 nem cum calido, & quod non sit in eo aliquid super-
 fluum. Petr. de Aluer. & long. & breuit. l. 3. c. 61. col. 1.
Viuentia omnia caliditatem habere necesse est. Petr. de
 Aluer. de iuue. sen. vit. mor. & resp. l. 40. c. 67. col. 2.
Viuentia omnia generantur super imperfecta quantita-
 te. Petr. de Aluern. de iuuent. senect. vit. & mort. &
 resp. lect. 17. char. 80. col. 3.

Vt vitalis virtus.

Vitalis virtutem non dari distinctam a naturali cō-
 tra Galeni sententiam, est manifestum. Auer. de par-
 anim. 3. cap. 4. ch. 82.

*Viuerē quorum est proprium, & ut se ha-
 bet ad sentire.*

Viuerē naturæ ordine prius est, quam sentire: sentire,
 quam intelligere. Alb. mag. de intel. & intel. l. 1. tr.
 2. cap. 3. c. 50. col. 3.
Viuerē proprie est eorum, quæ habent motum, & ope-
 rationem ex seipsis sine hoc, quod mouentur ab aliis.
 D. Tho. in 1. de ani. l. 14. t. 95. c. 19. col. 4.
Vites, & aliæ plantæ medullis euacuatæ non concipiunt
 semen, sed faciunt uas sine arillis, qui tamen arillis cer-
 te sunt femina vitis. Alber. magn. de veget. l. 1. tract. 2.
 cap. 4. c. 128. col. 2.
Vites super malum, pirum, vel cerasum infertæ faciunt
 uas tempore, quo cerasa, vel pira, vel mala matura
 sunt. Inseritur autem, quia plantatur vitis iuxta ar-
 borem, & perforatur arbor, & per foramen trahitur
 vitis, & cum concreuerint ambo, ita vt ligna eorum
 sint continua, inciditur vitis ex parte radice, & tunc
 recipit nutrimentum tantum ab arbore, & maturan-
 tur vix tempore, quo arboris illius fructus maturan-
 tur. Alb. mag. de veg. l. 5. tract. 1. cap. 7. c. 149. col. 1.
Vitis differt ab omnibus alijs arboribus, quia omnis alia
 arbor in fructibus suis profert succum eiusdem colo-
 ris, vitis autem profert succum multorum colorum.

Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 35. c. 161. col. 2.
Vitis prouectioris ætatis uas meliores, & minus vinum
 facit: iuuenis est, quæ ad minus septē habet annos, &
 quæ minoris ligni est, magis abundat in uis. Alb. mag.
 de ueg. l. 6. tr. 1. cap. 35. ch. 161. col. 2.
Vitis ad ortum Solis expansa multum habet nocumen-
 tum, ad meridiem proficit. Alb. mag. de ueg. l. 6. tract.
 1. cap. 35. char. 161. col. 3.
Vitis lachryma cum vino potata lapidem frangit. Alber.
 mag. de veg. l. 6. tr. 1. cap. 35. ch. 161. col. 3.
Vitis exsiccat, si iuxta illam platur corilus, & caulis.
 Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 35. c. 161. col. 4.
Vitis in locis frigidis, & temperatis situanda est ad meri-
 diem, & orientem. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tract.
 2. cap. 4. char. 178. col. 3.
Vites ventus Aquilo fecundat, Auster debilitat. Alber.
 mag. de veg. & plant. l. 7. tr. 2. cap. 4. char. 178. col. 3.
Vitis putanda est mense Februario, in cuius putatione
 tria aduertenda præcipue sunt: spes fructuum, palmi-
 tum successio, & locus, quō vitis seruetur, & post bo-
 nam vindemiam pauca vitis relinquenda est; quia tūc
 vitis debilis est, post parū vindemiam multa relin-
 quenda est vitis. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tract. 2.
 cap. 4. ch. 178. colum. 4.
Vitis fodienda est Februario, vel Martio, altitudine
 duorum pedum, & fimus sit ex sarmentis eius, scilicet
 folijs vitis. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 4.
 char. 178. colum. 3.
Vitis noua ponitur toto vere in frigidis locis in tempo-
 re calido, & eligantur nec de imo, nec de summo, sed
 de medio, quinque gemmatum spaciis a vite disten-
 duntur. Alber. magn. de ueget. & plant. lib. 7. tract. 2.
 cap. 4. char. 178. col. 4.
Vitiliginem pueri, & mulieres minus habent, quam viri,
 & inter mulieres magis prouectæ ætatis, quam iunio-
 res; quia vitiligo est spiritus exitus: corpora puerorum
 contextu denso non facili expiratu constant, & mu-
 lierum minus, quam uirorum expirant: spiritus enim
 in mensura femine se vertit; densitatem vero leuitas
 eiusdem satis declarat. Quæ autem corpora ætate
 processerint, aut consenuerint, respirantia euadunt;
 laxiora enim corpora habent, vt edificia vetera. Arist.
 probl. sec. 10. nu. 4. c. 427.
Vitiligo est spiritus exitus. Aristoteles problematum, se-
 ctio. 10. numer. 4. char. 427.
Vitiliginem homo tantum habet, vel quia ex omnibus
 animalibus tenuissimam habet cutem, & sicutibus re-
 dundat; uel etiam, quia unus homo ex omnibus ani-
 malibus canescit: quippe cum in vitiliginem pili canitie
 immutentur, itaq; fieri nequit, ut quæ non canescunt,
 vitiliginem habeant. Aristoteles problematum, se-
 ctio. 10. numer. 5. char. 422.
Vitiligo, quæ leuca dicitur, quasi albam dixeris, cæteris
 animalibus contrahi nequit: uel quia hominibus mor-
 bo hæc est, cæteris animalibus tergia uaria, pili quæ
 eodem modo albedine afficiuntur. Sed cur nō postea,
 sed statim ab ortu naturæ illa uarietas est? quia cæte-
 rorum animalium tergora sunt dura, homo præ tenui
 est cute: vitiligo est spiritus secretio, qui tergore den-
 so fecerni cæteris animalibus prohibetur. Aristoteles
 problematum, sect. 10. nume. 35. char. 436.
Vitiligo ubi est, est canities, non autem ubi canities, ibi
 vitiligo: quia pili omnes cute proueniunt; canities au-
 tem putredo est. quædam. Cum itaque cutis morbo
 laborat, pilum laborare necesse est. at cum pilus labo-
 rat, non est necesse cutem laborare. Aristot. problem.
 sect. 20. numer. 36. char. 436.
Virites est lapis, qui supra pirites dicitur. Alber. mag. in 2.
 de miner. ex tract. 2. cap. 19. char. 142. col. 1.
Vitium est corruptio, & remotio perfectionis secundum
 naturam. Arist. 7. phy. sum. 3. cap. 2. text. 18. ch. 185.

Vitium,

Vitium, aut est passibilitas, aut passio contraria virtuti.
 Arist. in 7. phy. su. 3. cap. 2. t. 19. c. 186.
Vitio simile est ab oratore demonstrationes exigere, &
 mathematicum suadentem approbare. Aristotel. in 1.
 ethico. cap. 3. char. 6.
Vitium omne excelsus, & imprudentia, & timiditas, &
 imtemperantia, & acerbitas, partim ferinum est, par-
 tim morbosum. Aristot. in 7. ethic. Nicom. cap. 5. c. 169.
Vitia molliora ea sunt, ad quæ procliuiores fumus. Eust.
 in 4. moral. cap. 3. char. 187.
Vitium non alteratio est, sed perturbatio, & corruptela
 earum rerum, quæ sunt secundum naturam. Psel. in
 7. physico. char. 60.
Vitia magis opponi ad vitium, quam virtutem, intelli-
 gendum est, non secundum rationem boni, vel ma-
 li, quia secundum hoc ambo vitia continentur sub
 vno extremo, sed vt virtus secundum propriam spe-
 ciem est in medio duorum vitiorum. D. Thom. in 2.
 ethic. l. 10. char. 33. col. 1.
Vitia, ad quæ qualitercunque fumus magis nati, ipsa
 sunt magis contraria virtuti. D. Thom. in 2. ethico.
 lect. 10. char. 33. col. 1.
Vitra hyeme, si aliquid vehementer calidum immita-
 tur, cur rumpi solent? quia frigoris multum ex
 ambiente gelido aere hauserunt, & si antequam tepe-
 fiat, aquam feruentem indimus, caliditas contrariam
 sibi frigiditatem persequitur, tum illa de repente fu-
 giens vna cum ipso spiritu distrahit corpus continens
 vitri, & rumpit. Alex. Aph. probl. nu. 119. c. 710.
Vitrum foramina inuisibilia continet; ætate enim aqua
 frigidam resudat, & hyeme, si feruidam tenet, fumi-
 gat. Alex. Aph. probl. 1. nu. 114. c. 711.
Vitrum non sit ex materia cineris, sed potius est illud
 purissimum, quod erat radicale, & intrinsecum
 ei, quod incineratum est, id est humidum passum a
 sicco vehementissime. Alber. mag. in 3. de min. tract.
 1. cap. 4. char. 144. col. 3.
Vitri liquefacti color est clarus, sed declinans ad paucam
 rubedinem. Alber. Magn. de min. l. 1. tract. 2. cap. 7.
 char. 9. colum. 3.
Vitulus marinus tanquam læsa, & imperfecta quadru-
 pes est, quippe qui a scapulis pedes habeat manibus si-
 miles modo vrsæ: in quinos enim finduntur digitos,
 qui singuli ternis articulis insectantur, & vnguibus
 non magnis muniuntur, & pedes posteriores digito-
 rum discretionem habet, curuatura, & vnguibus cum
 prioribus similes, sed forma proximos piscium cau-
 dis. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 38.
Vituli marini modo animalium retro mingentium coeunt,
 & diu ligati in coitu cohærent, vt canes. genitale his,
 maribus grande est. Aristotel. de histor. animalium
 5. cap. 2. char. 148.
Vitulus marinus ambigui generis est, nam & mari de-
 git, quamquam humorem non recipit, sed spirat, &
 dormit, & egressus in terram parit in littore, vt ter-
 restre: sed cum plus temporis mari, quam terræ im-
 moretur, cibumque ex humore petat, ideo in aquati-
 cis de eo narrandum est. Concipit intra se, & parit,
 secundas emittit, & lac reddit pecudum more, pa-
 rit singulos, aut geminos, & cum plurimum tres.
 Mammas, quas geminas habet, educat foetū ritu qua-
 drupedum, parit vt homo omni tempore, sed maxi-
 me cum primis capris prolem circa duodecimum diē
 deducit in mare, eam assuefaciens. Illa decliuus fer-
 tur, nec ambulat, cum suis pedibus nondum inniti pos-
 sit. Interficitur difficulter nisi elisis temporibus capi-
 tis, corpus totum carnosum est, & mugit in somno.
 Arist. de hist. ani. 6. cap. 12. ch. 213.
Vitulus marinus solus inter quadrupedes victum a ma-
 re petit. Arist. de hist. ani. 8. cap. 5. c. 282.
Vitulus marinus coagulatum euomere, cum eo capiunt,

ferunt tanquam medicamentum ad comitiales mor-
 bos vitæ. Arist. de adm. aud. nu. 73. c. 851.
Vituperabilia sunt turpia, in quibus primum locum ob-
 tinent vitia. Arist. de vir. ch. 476.
Vituperantes ironia vt debent. Arist. rhet. ad Alexand.
 capit. 34. char. 239.
Vituperabile est omne, quod tendit ad insipientiam. D.
 Tho. in 4. ethic. lec. 15. ch. 71. col. 4.
Viui para alia intra se generant animal, vt homo, equus,
 & omnia, quæ pilis integuntur, & inter aquatica del-
 phinus, cetæ, balenæ, Cartilaginea vero cum intra se
 oua generent, mox animal foras pariunt. Arist. de gen.
 animal. 1. cap. 8. char. 105.
Vlcera cruentis acria magna ex parte iniiciuntur, quo
 acerbitate sua possint astringere. Aristot. problemat.
 sect. 1. numer. 33. ch. 342.
Vlcera impuris, & tetris, medicamentis siccis, acribus
 que, ac acerbis vtendum est. Puris vero, & sanescenti-
 bus humida tantum imponuntur, quia impuris est ali-
 quid detrahendum, quo non nisi est humor alienus, qui
 adimi debet, quod efficere potest medicamentū acre,
 & acerbū, & mordax. Pura vero vlcera cicatricem
 tantum desiderant. Arist. prob. sect. 1. nu. 50. c. 349.
Vlcera inflammationem tollere volunt, qui ex sale,
 & aceto perfricant vulnera. Aristotel. problematum,
 sect. 9. numer. 1. char. 421.
Vlcera prohibent ne consistant pelles recenter detractæ,
 & maxime arietum, & oua super constricta, an quia
 ratione vtraque humor colligitur, intumescere; pro-
 hibetur? pars enim collisa humorem trahit, intume-
 scit; propter feruorem: oua propter suam lentitiam
 glutinant, & intumescere non sinunt, vt etiam in am-
 bustis glutine agitur. conglutinare pelles quoq; pos-
 sunt ob suam lentitiam hærentes, simulque ob suam
 calorem concoquunt, inflammationemq; sedant: non
 enim detrahere eas solemus, nisi aliquot diebus post.
 Arist. prob. sect. 9. num. 1. ch. 421.
Vlcera captis locis palustribus curari facilius possunt;
 crurium tarde; quia humor, qui terrenus est, grauis
 est: & omne graue tendit deorsum: ergo vlcera supe-
 riora cōcoctioni sunt opportuniora, quia humor de-
 lapsus ad ima est: inferiora autem ipsa multo excre-
 mento putrefactuque facili redundant. Aristot. probl.
 sect. 14. num. 6. char. 484.
Vlcera iuniorum facilius consolidantur, quam senum,
 quia calidiores, & humidiores sunt. Arist. problemat.
 sect. 32. num. 7. char. 641.
Vlcera cuti impositum sinapi, piper, & acrium omne
 genus potest, deuoratum ventrem vlcera nequit; quia
 ante immutatur, & concoquitur, quam incipiat agere,
 & nimio ventris humore vis eorum hebetat, & cutis
 suam ob densitatem tempus ad agendum rebus ad-
 motis acribus satis adhibet: & quoniam imbecilla est,
 facile sentit, at pars intestina vna, & laxior, & validior
 est. Alex. Aph. prob. 1. nu. 30. ch. 674.
Vlcera rotunda cur difficulter sanantur? quia per bilē acré,
 & exedentē consistit: exulceratur quippe in orbem,
 quoties bilis guttatim confluit. Itaque medicamenta
 sicca, & quæ deurendi vim obtinent, afferre necesse
 est: hæc medici aiunt. At nature studiosi aiunt, quod dif-
 ficilius curantur, quia nullū illis est principium, vnde
 cicatrix adduci incipiat. Circulus enim & principio, &
 sine caret: vnde ferro figura mutanda est, vt inde cica-
 trix oriatur. Alex. Aph. prob. 1. nu. 99. ch. 703.
Vlcera tam renum, quam vesicæ, cur difficulter curantur?
 quia vrina sua acritudine recentem cicatricem relace-
 rat: vnde fit, vt & difficiliter curentur, quæ in vesica sunt;
 in ea enim manet vrina: in renibus vero tantum tran-
 sit. Idem ibid. num. 111. ch. 707.
Vlcera cicatrices, quæ in pupilla oculi constitierint, cur
 albæ videntur, cū parte oculi nigra nulla cicatrix alba
 induci

Induci possit? quia liquidus, & perlucidus ille spiritus, cui videndi vis data est, per pupillam tantum permeat: & sic cicatricem illustrando albam reddit: & facultas videndi propterea tollitur, quoniam per condensatio nem oculi spiritus non emanat. Alex. Aphro. probl. 1. numer. 114. char. 708.

Viceribus sanescentibus, & inflammatione cessante cur prurigo excitatur? quoniam membrum iam corroboratum reliquias materiæ noxiæ, quæ vlcus commiserit, expellit, & cum per cutem digerantur, & excutiantur pruriginem pariunt. Idem ibid. nu. 142. c. 720.

Vlcera articularum, cur reduci in cicatricem nequeant? vel quia in articulis plus materiæ est, vel quia articularum extremum cartilago est: ideo cicatrix firmari nequit, sed labitur. Alex. Aphr. probl. 2. nu. 117. c. 772.

Vlcus, quod in pulmone fit, ideo insanabile est, quia pulmo nunquam quiescit, & cum pus per tussim efferatur, vlcus amplius lacerari necesse est. Alex. Aph. problem. 2. numer. 19. char. 731.

Vlula est avis ab vlulatu dicta, & est avis lucifuga. Alb. mag. de ani. l. 2. cap. 24. ch. 195. col. 2.

Vltima non sunt in loco essentialiter, sed per accidens. Auer. in 5. phys. tex. 22. ch. 102. col. 4.

Vltimus orbis mouet alios orbis per desiderium ad motorem primi orbis, quia est totus orbis quasi vnum aial non ligatum multis ligamentis, vt aial dissimiliu partium, sed ligatum primo potentia spiritali diuisa in suo toto. Auer. in 2. de cel. te. 71. ch. 68. col. 2.

Vltima non separantur ab illo, cuius sunt vltima. Auerr. in 1. de gen. tex. 29. ch. 160. col. 1.

Vltimum esse est de ratione finis. Alex. de Ales in 2. metaph. si. char. 43. col. 2.

Vltio differt a castigatio, nam castigatio est illius causa, qui patitur: vltio illius, qui facit. Aristot. in 1. rhetor. char. 45.

Vmbilicus est radix ventris. Aristotel. de histor. anim. 1. cap. 13. chart. 24.

Vmbilicus est putamen cuticulare, quod ambit, & operimentum venulis affert. Arist. de gen. ani. 2. c. 4. c. 162

Vmbilici hominis ampliores sunt: cæterorum animalium exigui, & incerti: quia cæteri siccescunt, & arefcunt, cum multum temporis gestentur, at homo imperfectus oritur itaque humidus eius sequitur vmbilicus, ac sanguinolentus. quod patet, cum cætera statim sine cura viuere possint, homo vero sine alieno beneficio seruari non potest. Arist. probl. sect. 1. a. nu. 45. ch. 441.

Vmbilicus radix ventris dicitur, quia inter nutritia prima inuenitur distincte formatus, & per ipsum trahit embrio nutrimentum extra se formatum, & digestum, & per sudorem eijcit in secundinam aqueam superfluitatem, quæ eijcitur in die natiuitatis infantis. Alber. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 24. ch. 20. col. 4.

Vmbilici spaciū vsque ad imum pectinis, & spaciū ab vmbilico vsque ad colli initium in furculis æquale esse debet: in bene extenso homine secundum naturam, & si æquale est, laudabilem significat, & animi virtutem, & corporis dispositionem: Si pectus longius est, vincit animi virtus corporis habitudinem, & erit prudens, nõ retractus per prudentiam a corporalibus illecebris. Si spaciū ventris vincit superius, erit fornicator, & voluptuosus. Si istud spaciū multa carne vestitum sit, quæ nimia sit in cõparatione staturæ, maleuolū significat, non tamen voracem, & luxuriosum. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 24. c. 21. col. 4.

Vmbilicus est centrum corporis, ita vt si pes circini in eponatur, circumferentia transit per extremitates pedum, & manuum, & capitis. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 26. char. 22. col. 4.

Vmbilici pars superior in omnibus quadrupedibus ad inferiorem se habet, vt quinque ad tria. Alb. mag. de ani. 4. 2. tract. 1. cap. 4. char. 32. col. 1.

Vmbilicus ligari debet filo supra ventrem ad trium digitorum quantitatem, alioqui si dissoluitur, sanguis ab epate, & corde exibat, & moritur infans. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. cap. 8. c. 88. col. 4.

Vmbrarum incrementum, & decrementum, cur non pari tempore exultat, cum Sol eodem cum vigore feratur? quia anguli, quos radii sub æquis circumferentiæ spaciis ad res conspectas efficiunt, æquales inter se omnes consistunt: quod si illi æquales sunt eductos quoque æquales esse necesse est: scilicet quos radii faciunt in triangulo, qui radio primo, & re conspecta, & vmbra continetur. At si anguli æquales inter se sint, radii ab re conspecta, & prolapsum longius maiorem esse, & propinquior em necesse est, vt ex descriptione constat vmbra meridie esse minimam: Sol enim maxime ob perpendicularo tunc se se exhibet, & ideo æstus meridie maxime excitatur; & etiam, quia spiritus cessat omnis, tunc enim excitatur spiritus, cum Sol aerem terræ familiarem discernit, & ideo noctes mediæ, & meridies à spiritu silent. Aristotel. problemat. sect. 15. numer. 4. char. 489.

Vmbræ Solis extremum cur tremere videtur? quia corpuscula in aere contenta agitantur conspicua in Solis radiis, qui transeant per fenestras: hæc enim etiam sine vilo spiritu moueri solent. ergo cum vicissim, modo de vmbra in lucem, modo de luce in vmbra moueantur assidue, terminus quoque lucis, ac vmbrae cõmunis continuo moueri videtur, partim vt vmbra, partim lucem sua ipsa mutatione efficiunt. itaque moueri vmbra videtur, cum nõ hæc, sed illa hunc in modum soleant agitari. Aristotel. problemat. sectio. 19. numer. 12. char. 495.

Vmbra fit in conum, cum sphaera luminosa maior est illuminata. Alexand. Aphrod. in prim. meteorologic. cap. 9. comm. 34. ch. 19. colum. 1.

Vmbræ, quæ apud sepulchra videtur, ob id ibi persistunt, quia cum animæ corporibus alligatæ essent, amore corporum nimio tenebantur. Ammo. in Por. c. 1. co. 3.

Vmbra omnis ad veru aliquod exemplar refertur. Eustr. in 6. ethic. cap. 3. ch. 286.

Vmbra videtur habere introitum in productione colorum, & maxime viridis. Auerro. in 3. meteorologic. cap. 3. char. 209. column. 3.

Vmbra vbi est, non est tantus calor: quia cum vmbra fit ex oppositione alicuius corporis ex opposito Solis positi, interruptit transmutationem, discontinuatque radios: & actio Solis solum pertingit ad locum vmbre per quandam reflexionem. D. Tho. in 1. mete. l. 5. c. 19

Vacuositatis duplex. Vna est, quasi extrinseca, subtilis, nihil seculenti, vel cremabilis mixtum habens, quæ non inflammatur. Alia commixta toti substantiæ liquoris ipsius non separabilis ex ipsa substantia liquoris, nisi per defectionem substantiæ, quæ non est cremabilis. Alber. mag. in 3. de min. ex tract. 1. cap. 2. ch. 144. col. 1.

Vngues, vngulæ, cornua, rostrum præterea, quod datum est auibus, nec eandem naturam habent, quam ossa, nec longe ab his remota: flexilia enim & fissibilia sunt, cum nullum os, vel flecti, vel findi possit, sed fragile quodque habeatur. Aristot. de histor. animal. 3. capit. 9. char. 87.

Vnguium, cornuum, vngularum colores sequuntur pro cutis, pilorumque colore, etenim cutis nigra, cornua nigra, & vngulæ nigra oriuntur; & candidis candidæ. Arist. de hist. anim. 3. cap. 9. ch. 88.

Vngues habent, quibus digiti sunt, & ijs, aut recti sunt vngues, vt homo, aut adunci, vt inter pedestria leo, inter volatilia aquila. Arist. de hist. ani. 3. cap. 9. c. 88.

Vngues in nonnullis animalibus præ nimia duritie nihil ab ossibus differunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 11. ch. 89.

Vngues mortuis crescunt. Aristoteles de histor. anim. 3. cap. 11. char. 92.

Vngues,

Vngues, vngulæ, tum solidæ, tum bifidæ, cornua, rostra auium, præsidij gratia iuncta sunt animalibus: quæ enim tota ex his constant, nominis consortium tantum modo habent cum suis partibus: verbi gratia, vngula tota, & cornu totum ad animalis salutem excogitata sunt. Arist. de part. ani. 2. cap. 9. ch. 447.

Vngues operimenti gratia tantum hominibus datæ, cæteris ad alium vsu; digitos enim extremos integunt, & tuentur. Arist. de par. ani. 4. cap. 10. ch. 534.

Vngues pedes habent hominis, vt extrema ob imbecillitatem sint munita. Aristotel. de partib. animal. 4. capit. 11. chart. 541.

Vngues, pili, cornua, rostra auium, & calcaria, & si quid huiusmodi est, ex cibo gignuntur aduentitio, & auctiuo, quem tum a foemina, tum de foris sibi acquirunt. Arist. 2. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 174.

Vngulæ solidæ, bifidæ, rostra, & cornua nigrorum animalium sunt nigra, alborum alba, quia & his per cutem alimentum ad exteriorem ambitum percolatur. Arist. de color. cap. 6. c. 890.

Vnguium vitia, dolore vehementi afficiunt, quia nerui ad extremos usque porrecti digitos suis ipsi extremis vngues conficiunt, ut dentes in gingiuis. Cum autem neruorum vis extremis digitis insit, ideo maiorem dolorem amplificat, quoniam plus sensus vitis augetur. Alex. aphr. probl. 1. nu. 48. c. 679.

Vnguium tenuitas, ac capillorum subtilitas indicat lucidos, & subtiles esse spiritus cordis, qui ad cerebrum venientes optime deseruiunt virtutibus animalibus. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 3. cap. 23. c. 27. col. 1.

Vngula caballina est herba, quæ vulgo vocatur herba leporis, est calida, & sicca. Alber. magn. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 19. c. 171. col. 2.

Vngues sunt de substantiæ mollis ossis, vel potius de natura cornu, quod medium est inter cartilaginem, ideo mollificatur in calido, sicco, & calido humido, & sunt dati in arma; & defensionem extremitatis digitorum, quia aliter in forti compressione digiti cederent. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 12. c. 13. col. 3.

Vngues albi, & plani, & molles, tenues, subrubentes, & perlucidi in homine, ingenium optimum indicant, & hoc signum valde raro fallit. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Vngues infixi, & curui, rapaces, & imprudentes, & si cū digitorum macie sunt, edicam indicant. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Vngues in medio impressi, & nimium spissi sedos, & stolidos, & indicant. Alber. magn. de anim. libr. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Vngues nimium breues, malignum declarant, & hoc idē pallidi, & nigri indicant. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. ch. 23. colum. 2.

Vngues asperi, & rotundi, pronos in venerem indicant. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Vngues de facili absque causa cadentes, lepram indicant futuram. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. cap. 26. ch. 23. col. 2.

Vngues Aethiopum sunt nigra, vt totus corporis color. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 1. c. 39. col. 4.

Vngues habent omnia animalia, quæ manus, & pedes habent. Albert. Magn. de animalib. lib. 3. tract. 2. cap. 1. char. 39. col. 4.

Vnicornis est moderatæ quantitatis respectu suæ fortitudinis, buxei coloris, & fixipedis in duabus vngulis habitans in montibus, & desertis, gerens cornu valde longum in fronte, quod ad saxa limat, & cum ipso perforat etiam Elephantem, & non timet venatorem. Hoc animal magnus Pompeius, Romæ ad spectaculum exhibuit, dicunt, quod hoc animal adeo virgines puellas veneratur, vt ipsis visis mansuescat, & aliquando iuxta eas soporatur, & capitur, & ligatur, & capitur cum est pullus, & tunc domatur. Alb. mag. de ani.

lib. 22. tract. 2. cap. 1. char. 183. col. 3.
Vnigena, cum sunt continua, non agunt inuicem, cum sunt contigua, agunt inuicem. Arist. physic. 4. sum. 2. cap. 10. tex. 48. ch. 91.

Vnitas ut ad numerum pertinet.

Vnitates nec corpus facere possunt compositæ, nec grauitatem habent. Aristoteles 3. de celo, tex. 17.

Vnitas numeri in numero mathematico nulla ab alia differt. Arist. 13. metaph. su. 3. cap. 1. c. 276.

Vnitas omnis si est incombinabilis, non erit nec dualitas, nec trinitas. Arist. 13. metaph. su. 1. cap. 2. c. 279.

Vnitas ab vnitate, nec secundum quale, nec secundum quantum differt. Aristot. 13. metaphysicor. summ. 3. cap. 2. char. 282.

Vnitas prior est dualitate: ipsa enim perempta, perimitur dualitas. Aristotel. 13. metaphysicor. summ. 3. cap. 3. chart. 286.

Vnitas est punctum sine positione. Arist. 13. metaphysicor. summ. 3. ch. 287.

Vnitas non est, nisi mensura, quia ea secundum quantum indiuisibilis est. Aristot. 14. metaphysicorum, cap. 4. char. 304.

Vnitas numeralis est quid fabricatum ab anima in ipsis indiuiduis entium, & si non esset anima, nec vnitas numeralis inueniretur, nec numerus penitus. Auer. epit. metaph. trac. 3. ch. 179. col. 1.

Vnitas, & binarius non sunt numeri, quia multitudo prima est in ternario. Ioan. gram. in 1. de anim. text. 27. char. 14. colum. 4.

Vnitas, & binarius numerorum principium sunt, non numeri. Io. gram. in 1. de ani. te. 27. c. 14. col. 4.

Vnitas est principium simplicium, cum sit indiuisibile simplex non habens positionem: punctum autem est indiuisibile positum positionem habens. Alber. mag. in præd. char. 42. col. 4.

Vnitas est arithmetices principium, ac subiectum. Alber. mag. in post. char. 173. col. 4.

Vnitas est indiuisibilis, positionem non habens, punctum indiuisibile, & positionem habens. Alb. mag. in 3. phy. tract. 2. cap. 12. c. 38. col. 3.

Vnitas, quæ est numeri principium, est accidens, & numerus accidens est, quod est collatio talium discretorum, & habet permanentiam in suis partibus propter indiuisibilitates permanentes. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 8. colum. 2.

Vnitate esse numeri principium, & numerum esse multitudinem numeratam dicendum non esse veras definitiones, sed assignationes quasdam. Alber. mag. in 5. metaph. tract. 1. cap. 8. c. 102. col. 2.

Vnitas est indiuisibilitas non concernens situm in continuo. Alex. de ales in 1. metaph. c. 8. col. 2.

Vnitates, quæ differunt formaliter, non faciunt numerum, sed quæ differunt penes materiam, & quantitatem. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 31. col. 1.

Vnitas pro re indiuisa.

Vnitas post vnum verum, est acquisita, & causata: veruntamen vnum verum primum est causans veritates faciens acquirere non acquisitum. Arist. de caus. propr. 31. char. 1003.

Vnitas de perfectis potius, quam de imperfectis assertur Them. in 5. phy. tex. 43. c. 48. col. 1.

Vnitas vniuersalis est vnitas rationis eius, quæ est in multis, & illius vnitatis causa non est intelligentia prima, nec aliqua secundarum intelligentiarum, sed eius causa est indifferens respectus ad multa, & multorum suppositorum ad ipsum, & causa est suæ incorruptionis. Alb. mag. in post. c. 197. col. 2.

Vnitas

Vnitas est substantia sine positione, non illa substantia, quæ est prædicamentum, sed substantiam dicimus quid in discreta quantitate, quæ secundum sui rationem non concernit positionem. *Alb. mag. in post. ch. 119. col. 3.*

Vnitas rei, quæ dicitur in diuisionem in se, & de cetero ab alijs, est forma: sed causa diuisionis formæ secundum esse est potentia, & id, quod est res ipsa est substantia. *Alb. mag. contra Auer. de vnitate. intel. cap. 7. c. 84. col. 2.*

Vnitas duplex. Vna est terminus substantiæ, vel entis, & vnum huiusmodi est entis terminatio, hoc est, causa unitatum non de genere unitatum existens. Alia est vnitas, quæ est indiuisibile siue indiuisibilitas causata, & abstracta ab hoc vno, hoc est accidens, cuius collectio facit numerum, & hoc vnum non conuertitur cum ente, sed primum conuertitur. *Alb. mag. in 4. metaph. tract. 1. cap. 5. char. 89. col. 3.*

Vnitas nullo modo separatur ab vnitate, licet enim quod principium numeri, & non est pars, quæ sit genus, vel differentia, tamen manet hoc accidens, quod est inseparabilitas, siue vnitas de differentia proprio actu, qui est terminare, & finire etiam ad terminum potentia, & actus. *Alb. mag. in 5. metaph. tract. 1. cap. 8. c. 102. col. 2.*

Vnitas per nihil ita penitus constituitur in esse unitatis, nisi per ipsam indiuisibilitatem. *Alb. mag. in 5. metaph. tract. 1. cap. 8. char. 102. col. 2.*

Vnitate motus imaginarius facit discretum, quia esse suum à sola, & simplici est indiuisibilitate, quæ nihil est continui, & rem, in quantum est vna, est consequens per vnitate rationem: ideo est vnus numerus, & vnus, quo omnia numeramus. Idem in 5. metaph. tract. 1. cap. 9. c. 102. c. 3.

Vnitas vnocationis est vnitas rationis. *Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 2. ch. 76. col. 4.*

Vnitas idem est, quod indiuisa. *Alex. de Ales ibi. te. 8. c. 114. col. 4. Idem in 10. metaph. t. 9. c. 186. col. 1.*

Vnitas generis est quodammodo, vt vnitas materiæ: quia vt materia trahitur ad diuersos actus per diuersas formas, sic genus trahitur ad diuersos actus per diuersas differentias: & vt vnitas materiæ respicit diuersas formas, sic vnitas generis diuersas differentias. *Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 10. ch. 115. col. 4.*

Vnitas duplex: rei, & rationis, & vnum ratione est esse vnum in genere. *Alex. de Ales ibid.*

Vnitas omnis, quæ per sui diuisionem potest causare numerum, vel est quantum per se, vel per accidens. At ille formæ, quæ per se non sunt quantæ, nec per accidens, nullo modo diuidi possunt, ita vt per sui diuisionem causent numerum, & ideo in separatis a materia non sunt plura indiuidua sub vna re. *Alex. de Ales in 10. metaph. te. 1. ch. 277. col. 1.*

Vnitas duplex consideratur in omni formalitate recepta: vna, quæ sequitur formalitatem in se: & alia, quæ sequitur formalitatem, vt est recepta. Prima est, quæ sequitur omnem ens, & opponitur multitudini priuatiue. Secunda est principium numeri, & opponitur multitudi dini, vt ad aliquid. *Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 9. char. 286. col. 4.*

Vnitas in qualitate substantiali facit idem, in qualitate autem, simile. *Alex. de Ales in 10. metaphysicor. tex. 11. char. 286. col. 4.*

Vnitas alicuius saluatur aliquando in simplici esse rei, & non in compositione principiorum, vt entitas puncti. Quoddam autem ens consistit in quadam compositione, & hæc vocatur multitudo, *Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 15. ch. 293. col. 1.*

Vniuersale quot dicitur modis, & vt consideratur, & circa illud contingit error.

Vniuersalis error duplex est. Primo enim decipimur, cum nihil est accipere superius præter singulare. Secundo, si est quid superius, sed innominatum in re-

bus specie differentibus. Tertio, cum est per se, non tamen primo. *Aristoteles posterior. libr. prim. capit. 5. text. 13. chart. 304.*

Vniuersale duplex: aliud in sciente, aliud in re. *Aristot. ethic. 2. cap. 3. char. 164.*

Vniuersale duplex: aliud, quod ordinatur, & in omnibus singularibus spectatur: aliud, quod ex ablatione, & vniuersaliter secundum intelligentiam accipitur. *Alex. & Eust. 2. post. char. 91. col. 2.*

Vniuersalis cognitio duplex. Alia crassa, & confusa, quæ tenui cogitatione rei cognoscenda efficitur, & crassior, hebetior, confusiorque est cognitione, quæ per definitionem habetur. Alia est contracta, vnita, & particularia complectens, quæ est intelligentia percipiens, ac simplex illa phantasia magis visione totius apprehendens, & in angustum est contracta. prima vulgo familiaris, alia vis summis accommodata. *Simp. in 1. physicor. chart. 4. column. 2.*

Vniuersale duplex: aliud conuertibile, aliud non, quod vtile est demonstrationi. *Ioan. gram. 2. post. cap. 17. char. 74. column. 1.*

Vniuersale aliud est in multis, quæ sunt idem Platonis: aliud ad multa, & in multis vniuersale. *Ioan. gram. 2. post. cap. 18. char. 73. col. 1.*

Vniuersale triplex: quod ante partes est: quod ex partibus constat: & quod est in partibus. Quod ante partes est, illud est formæ simplicissimæ, & immaterialis, quæ ante multa illa subsistunt, quæ ad ipsarum exemplar facta sunt. Ex partibus constat, quæ sunt composita: in partes vero distribuuntur in similes, & dissimiles. Totum vero in partibus sunt notionalia, quæ etiã post multa dici solent, & ideo naturalia appellantur, quia tantum sunt notionem subsistunt, nec villo modo separari possunt a singularibus. *Eust. 1. ethico. cap. 6. ch. 28.*

Vniuersale duobus modis considerare possumus. Vel quod existit per se, & nullo modo habet attributionem ad indiuidua sensibilia, quod est contra id, quod in eorum definitione ponitur: est enim vniuersale, quod solet prædicari de pluribus. Vel est vniuersale, quod per se est existens extra animam in indiuiduo, & sic sequitur impossibile, quia vel pars eius est in aliquo indiuiduo, & pars in alio, & sic homo non erit homo, quia id, quod habet partem hominis, non est homo, vel quod eadem res sua vniuersitate sit in pluribus, & in infinitis, & sic non erit eorum intelligibile idem, & simul contraria habebit, & sic erit in multis, vt vnum numero indiuiduum sequitur hominem compositum ex homine, & asino, & equo: & si ponamus vniuersalia extra animam, oportet, vt habeant alia vniuersalia, & sic in infinitum: sed si ponamus vniuersale esse in intellectu, non accidunt hæc dubia, quia est vna, & eadem substantia separata: id est intelligibile intelligibile. *Auerro. in epit. metaph. trac. 2. c. 174. col. 2.*

Vniuersale quod in multis est, aut inest essentialiter aut accidentaliter. Si essentialiter, aut vt tota essentia, & est species, aut vt pars, & tunc, aut est secundum potentiam, in qua est esse per inchoationem, & est genus; aut est pars secundum actum, in quo est esse secundum actum perfectum, & est differentia; aut inest, vt accidens naturæ, & est proprium, aut vt commune, & est accidens. *Alb. mag. in prædicab. c. 4. col. 4.*

Vniuersale tribus est modis. Primo, quod est vt in pluribus actu. Secundo, quod est actu in vno, aptitudine naturæ in pluribus esse potest. Tertio, quod nec actu est in pluribus, nec in vno solo. *Alb. mag. in prædicab. ch. 3. col. 1.*

Vniuersale vel est ante rem, vel in re, vel post rem. *Alber. mag. in sex. princ. ch. 66. col. 1.*

Vniuersale duobus modis consideratur, vt confusum & mixtum particulari, & hoc modo citius sentiuntur signa vniuersalia vt substantiæ, quam particularia,

vt animalis, & quod distinguitur a particulari, & hoc modo vniuersale non est nisi in intellectu. *Alber. mag. in post. char. 176. column. 2.*

Vniuersale aliud physicum; aliud, quod est vniuersale simpliciter, a quo est processus in mathematicis, & diuinis, & hoc est simplex rerum conceptus, & rei simplex quidditas, quæ in intellectu est. *Alber. mag. in 1. phys. tract. 1. cap. 6. char. 3. col. 1.*

Vniuersale & forma rei triplex est: id est id, quod est ante rem, & hoc hic est causa: id, quod est in re, & est forma: id, quod est post rem abstractum per intellectum ab ea, & est rei intentio. *Albertus magn. in 1. phys. ex 3. tract. cap. 3. char. 9. column. 4.*

Vniuersale duplex: vnum in natura: aliud in ambitu potentia, vt Sol in ambitu sui luminis. *Alb. mag. contra Auer. de intel. cap. 7. char. 83. col. 3.*

Vniuersale duobus modis dicitur. Vno, vt est in multis confusum, & immixtum in illis, secundum quod est esse multorum, quomodo & secundum sensum notius est. Alio, prout est de multis vnum separatim per rationem ab illis. *Albertus magn. in prim. metaphysic. tract. 1. cap. 7. char. 57. col. 4.*

Vniuersale quatuor modis dicitur: actu, potentia, natura, opinione. Actus idem est, quod esse actu de multis, & in multis secundum esse non diuisum ab illis, vt homo. Potentia, quod licet actu non sit, nil prohibet tamen esse. Natura id est, quod quantum de se est, & natura sua potest esse in multis, licet aliquid impediatur, vt Sol. Opinione, quod secundum suam naturam est incommunicabile esse multis, putatur tamen communicabile esse, ideo, quod partes eius, vel operationes à quibus nomen accipit, sunt communicabiles. *Albert. mag. in 5. metaph. cap. 5. char. 113. column. 3.*

Vniuersale dicitur ante rem, in re, post rem, & in ratione vniuersalis. Ante rem dicitur dupliciter: nam cum omnia sint in intellectu primæ causæ vt in formali, & primo lumine, & hoc modo ipsa sit omnium forma, quæ tamen sunt in ipsa vita, & lux eo quod hæc est vita quædam existentibus omnibus, & est lumen omnis notitiæ, & rationis omnium. Alio modo dicitur vniuersale ante rem non tempore, sed substantia, & ratione, & hæc est forma, aut causa formalis accepta, constituens esse rei. Actus enim talis formæ, & proprius effectus est esse in omni eo, quod est. hoc autem cum indifferens sit in omnibus, quæ sunt eiusdem speciei, vel formæ, & quantum est de se sit indiuisum, habet vnitate omnia, vel multa relationem, & sic accipit vniuersalitate quandam naturam, & rationem. Vniuersale in re est eadem forma participata a multis actu, vel potentia, & ideo dicitur vniuersalis, quia semper est communicabilis. Vniuersale, quod est post rem, est forma in esse abstractionis, vt dicitur, quod experientia facit vniuersale, & memoria. Esse vniuersalis in ratione vniuersalis est accipiendum, quia in vniuersali, aliud est id, quod est ipsum vniuersale, aliud vniuersalitas ipsius. Vniuersalitas ipsius, quæ magis proprie dicitur vniuersalitas est ex respectu sui ad supposita, quæ respicitur illa, vt vnitas, & hic respectus est vniuersitas. *Albert. magn. in 5. metaphysic. cap. 5. char. 113. col. 4.*

Vniuersalis origo, & causa duplex est: vna prima, & altera coniuncta, & quasi caulata origo. Prima est, quia omnis talis natura, & forma est lumen quoddam intelligentiæ procedens in substantia. Coniunctam causam habet vniuersale, & hoc est, quod facit esse de multis potentia, vel actu: hæc autem est cõparatio ad multitudinem eorum quorum esse est id, cui accidit vniuersale esse: quamuis forte nil talium sit, sed habet aptitudinem consequentem, quod omnibus talibus suppositis comparetur. & hæc aptitudo facit ipsum vniuersale. *Alb. mag. in 5. metaph. trac. 6. cap. 6. ch. 113. col. 4.*

Vniuersale duobus modis constituitur: natura, cui acci-

dit vniuersalitas, & respectu ad multa, qui complet illam naturam in ratione vniuersali. *Albertus magn. in 5. metaphysic. tract. 6. cap. 6. char. 113. col. 1.*

Vniuersale secundum Platonem triplex: in re, post rem, & ante rem. quod est ante rem est causa formalis rei, ex quo multa formantur. in re est natura rei vt forma natura rei est. post rem est vniuersale abstractionis. *Alber. mag. ethic. 1. tract. 5. cap. 13. chart. 13. column. 2.*

Vniuersale aliquid esse secundum se, & secundum substantiam veri, tamen per esse determinatum esse ad vnum, nil prohibet. *Albertus magn. ethico. 6. trac. 2. cap. 16. char. 74. column. 4.*

Vniuersale accipitur duobus modis. Vno pro natura, cui intellectus attribuit intentionem vniuersalis, & sic illa sunt, vt genera, & species. Alio modo, vt est vniuersale, & vt natura prædicta libet intentionem vniuersalitate, vt consideratur animal, vel homo, vt vnum in multis. *D. Thom. 7. metaph. lect. 13. tex. 45. char. 543.*

Vniuersale dupliciter accipi potest. primo vt est in seipso, ut quod omni homini conferunt sicca, alio modo, vt est in singulari, ut iste homo, uel talis cibus est siccus. *D. Thom. ethic. 7. lec. 8. char. 117. col. 4.*

Vniuersale duobus dicitur modis: in prædicando, & cau- sando, & metaphysica ambobus modis circa vniuersale ueratur. *Alex. de Ales in 1. metaph. char. 7. col. 3.*

Vniuersale quatuor sumitur modis. Primo pro re. Secundo pro vniuersalitate. Tertio pro coniuncto quasi ex duabus partibus, ex re, & vniuersali. Quarto pro toto coniuncto non ex partibus, sed sicut ex re, & rei conditione, sine qua non. *Thomas de Vio, in post. char. 125. column. 2.*

Vniuersale duobus dicitur modis. Primo, vt est vnum in multis, & de multis. Secundo, quia est adequatum illius prædicatum. Idem in post. char. 163. column. 1.

Vniuersale quid est, & quid sequitur.

Vniuersale est, quod est de pluribus prædicari natum. *Aristotel. periberm. cap. 5. char. 122.*

Vniuersalia sunt longissima, quæ distant, proxima vero singularia, & opponuntur inuicem. *Aristo. posterior. lib. 1. cap. 2. tex. 5. chart. 298.*

Vniuersale est, quod cum sit de omni, & per se, & secundum quod ipsum est, per se autem, & secundum quod ipsum idem est. *Aristo. ibidem cap. 4. tex. 11. char. 303.*

Vniuersale quodcumque est, ex necessitate, inest rebus. *Aristoteles ibidem.*

Vniuersale est tunc, cum in quolibet, & primo monstratur. *Arist. post. lib. 1. cap. 4. tex. 11. char. 303.*

Vniuersale est, quod semper, & ubique est. *Arist. post. lib. 1. cap. 24. tex. 43. char. 347.*

Vniuersale est quoddam totum, multa enim comprehendit, ut partes. *Arist. phys. 1. sum. 1. cap. 5. tex. 4. char. 4.*

Vniuersalia sunt maxime difficilia, quia sunt remotissima à sensibus. *Arist. 1. metaph. ex sum. 1. cap. 2. char. 7.*

Vniuersale non significat hoc aliquid, sed quale aliquid. *Aristot. 3. metaphysic. ex sum. 2. cap. 8. tex. 20. char. 58.*

Vniuersale habet rationem qualis. *Arist. 7. metaphysic. cap. 15. tex. 47. char. 153.*

Vniuersale si est substantia, substantiæ erit substantia. *Arist. 7. metaphysic. cap. 15. tex. 47. char. 153.*

Vniuersale nullum, nec aliquod eorum, quæ vniuersaliter prædicantur, est substantia: quia non significat hoc aliquid, sed magis tale, uel quale aliquid. *Aristo. 7. metaph. cap. 15. tex. 47. char. 154.*

Vniuersale non est substantia: est enim elementum, & principium. *Arist. 13. metaph. sum. 3. cap. 5. char. 295.*

Vniuersale est, quod de omni, per se, & quatenus ipsum est, dicitur. *Them. in post. cap. 12. char. 3. col. 1.*

Vniuersale est notio quædam in singularibus reperta, & ad plures differentias pertinet. *The. in 2. post. c. 35. c. 14.*

Vniuersale initium est aeris, & scientiæ omnis: artis si circa caduca versatur: scientiæ, si circa contraria his. Themist. in 2. poster. cap. 35. char. 13. col. 1.

Vniuersale est opus mentis, ac ab ea effingitur. Themist. in 2. poster. cap. 35. char. 13. col. 1.

Vniuersalia sunt, quæ prædicantur de pluribus vniuerso, quæ de subiecto appellat Arist. Simpl. in præd. ch. 11.

Vniuersale est simile ipsi toti, quatenus habet confusam compositionem multorum componentium ipsum. Simpl. in 1. phyfi. char. 4. col. 1.

Vniuersale, est prima causa rei, Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 20. char. 46. colum. 4.

Vniuersale siue sit substantia, siue accidens, dicitur de subiecto. Auer. in præd. tract. 1. cap. 2. char. 13. colum. 1.

Vniuersalia sunt, quæ possibile est ex substantia suæ formationis in intellectu solo, quod prædicentur de pluribus, quam de re vna, siue possibile sit, quod inueniantur extra intellectum, siue non; vt Sol & Luna. Auer. epitom. in log. char. 341. colum. 3.

Vniuersale comprehendit res infinitas in potentia, non actu. Auer. in 2. metaphysic. tex. comment. 13. char. 16.

Vniuersale, & indiuiduale sunt duæ naturæ: hoc intellectum, hoc autem sensibile. Auerroes in 3. metaphysic. tex. comment. 10. char. 23.

Vniuersale, quod prædicatur in quid de re, non significat eam, vt est indiuidua, sed vt est in ea natura similis naturæ, quæ est in quolibet indiuiduorum. Auerro. in 7. metaph. tex. comment. 48. char. 93.

Vniuersale, & particulare sunt aliquid. Auerroes ibidem tex. comment. 57. char. 96.

Vniuersalia non habent esse extra animam. Auer. in 12. metaph. tex. comment. 27. char. 146.

Vniuersalia non sunt subiecta rerum sensibilia. Auerro. epitom. metaph. tract. 2. chart. 174. col. 4.

Vniuersalia sunt, quorum diuisio, vel compositio est continua. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. char. 78. col. 2.

Vniuersale est, quod natum est de pluribus prædicari. Boet. in prædic. char. 120.

Vniuersalitatis descriptio est, de subiecto prædicari. Boet. in prædic. char. 120.

Vniuersaliora pauciora sunt, ideo facilius sub scientia cadunt. Boet. de differ. topic. char. 865.

Vniuersale est, quod cum sit in vno, aptum natum est esse in pluribus, Alb. mag. de prædic. char. 4. col. 4.

Vniuersale vera definitione definiri non potest, sed per hoc, quod prædicabile est de multis, non est vnius, & eiusdem rationis, sed de illis per prius, & posterius est dictum, de quibus per ambitum suæ comunitatis prædicatur. Alb. mag. in prædic. char. 5. col. 1.

Vniuersale est forma, & est forma totius. Albert. mag. de prædicab. chart. 9. colum. 3.

Vniuersale simplex natura est sua simplicitate communibile, & determinabile ad particulare, in quo ipsum est nomine, & ratione essentiali, quæ competit vniuersali, quod prædicatur. Alb. mag. de præd. char. 9. col. 4.

Vniuersale est in intellectu in esse abstractionis. Alb. mag. in poster. char. 172. colum. 3.

Vniuersale accipitur, vt simplex natura separata, & vt totum in particulari confusum. Albertus mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 6. char. 3. colum. 4.

Vniuersale vt aliquid sit, sufficit, quod ipsum de se ambiat multa, siue illa sint, siue non sint, dummodo sint de potentia sui ambitus. Alber. mag. in 5. metaphysic. tract. 6. cap. 6. char. 114. colum. 1.

Vniuersale comprehendit pauciora actu, plura in potentia. D. Thom. 1. metaph. lect. 2. char. 17.

Vniuersale est vnum secundum rationem, & est simplex; quia eius definitio non componitur ex diuersis, & est in multis, & sic est ad multa vniuersale. D. Thomas 5. metaph. lect. 4. text. 4. char. 275.

Vniuersale est, quod natum est pluribus inesse, non au-

tem, quod pluribus inest; quia quædam sunt vniuersalia, quæ non continent in se nisi singulare, vt Sol, & Luna; quod est, quia tota materia speciei est in vno indiuiduo solo. D. Thom. 7. metaph. lect. 13. tex. 45. ch. 543.

Vniuersalia, & si per se non existunt, tamen propter naturas eorum, quæ per se subsistunt, est considerare vniuersaliter, & secundum hoc est accipere genera, & species in prædicamento substantiæ, quæ dicuntur secundum substantiæ, de quibus est scientia. Quædam etiam per se existentia sunt principia, quæ quia immaterialia, pertinent ad intelligibilem cognitionem, licet excedant intellectus nostri comprehensionem. D. Thom. 11. metaph. lect. 2. tex. 1. char. 759.

Vniuersale principium est affectus vniuersaliter accepti. D. Thom. 12. metaph. lect. 4. tex. 27. char. 853.

Vniuersalia si sunt vniuersalia in causando, difficiliora sunt, quia sunt supra sensum: si in prædicando duobus modis considerantur, vel quantum ad simplicem apprehensionem, & sic notiora sunt quo ad nos: vel quantum ad proprietates suas, & sic difficile est. Alexan. de Ales in 1. metaph. char. 7. col. 4.

Vniuersale substantiam dicit, sed non per modum per se stantis, Alexander de Ales in secun. metaphysicorum text. 45. char. 251. colum. 3.

Vniuersale in substantia non habet omnem modum substantiæ, sed aliquem modum accidentis. Alexander de Ales in 7. metaphysic. tex. 45. char. 232. colum. 2.

Vniuersalis diuersa considerationes.

Vniuersale si sentiremus, non ob id sciremus, sed de ipso demonstrationem quereremus. Arist. posterio. lib. 1. cap. 24. text. 43. char. 348.

Vniuersalia communia sunt, in pluribus enim, quæ in sunt, vniuersalia sunt. Aristoteles de partibus animal. libr. 1. cap. 4. chart. 415.

Vniuersale confirmare difficilius est: infirmare facilius. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 27. chart. 50. col. 2.

Vniuersalia nulla sunt substantiæ, Alex. aphro. in 9. metaph. vel secund. lat. 10. com. 6. char. 252. col. 1.

Vniuersalia despiciere prius non potuit Aristoteles, & si hominum, quos scimus, solertissimus, & fecundissimus, & admirandus esset, quam coactus esset, & sibi, & sensui repugnantia dixisse. hæc sunt, scientias actu singularium esse, & non vniuersalium, & artifices principaliter nosce indiuidua, per accidens vero ipsum commune. Sir. 12. metaph. vel secund. lat. 13. cap. 7. ch. 102.

Vniuersalis diffinitionem si reddere cumulatifime volumus, adijciendum est non modo, vt per se, & de omni dicatur, sed vt primum adfit huic, & nulli alij prius. Them. post. cap. 12. chart. 3. col. 1.

Vniuersalia, & communia sunt nobis manifestiora quam particularia, Them. 1. phyfi. cap. 4. chart. 14. col. 3.

Vniuersale ostendit propter quid, & cognitio propter quid in omni causa, non amplius fit inquisitio. Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 20. char. 46. col. 4.

Vniuersale in sola intelligentia esse habet. Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 20. char. 45. col. 3.

Vniuersale inest tribus modis: vt in subiecto simpliciter, & si non inest per se: secundo est vniuersaliter, & per se: tertio, quod per se, omni, & primo inest, quod trahitur in demonstrationis methodis. Ioan. grammatic. prim. poster. cap. 4. char. 12. col. 4.

Vniuersale complecti ad solam scientiam pertinet. Ioan. gram. 1. phyfi. char. 3. col. 3.

Vniuersale nullum, ac commune per se subsistit, neque est corpus simpliciter, sed hoc lignum, hic lapis. Ioan. gramm. in 1. phyfi. char. 4. col. 2.

Vniuersales omnes quæstiones confutantur facilius, quæ confirmantur. Magen. in prior. char. 29. colum. 2.

Vniuersale notius esse natura non vult per hoc, quod particu-

particularia sint notiora, quam vniuersalia apud sensum; quia sensus non attingit vniuersale, sed vniuersale apud nos est notius, quam appropriatum: & voluit per vniuersales res causas appropriatas secundum numerum communes pluribus rebus, vt agens primum, & materia prima; quia hæc causæ sunt notiores apud naturam, quam apud nos: sed res vniuersales, quæ multis insunt, sunt nobis magis notæ. Auer. posterior. 1. text. 12. chart. 132.

Vniuersalia intellecta sunt notiora apud intellectum, quam partes intellectæ, siue illæ partes sint species, siue causæ: & similiter in causa est hoc, quod res posteriores in esse sunt notiores apud nos, quam causæ. Auer. phy. 1. tex. 4. c. 5. col. 1.

Vniuersalia nec ingenita, & incorruptibilia, & reperiri extra animam, ait Plato. quod si sic intelligitur, verum est. at si iuxta sensum literalem, vt conatur destruere Arist. falsum. Auer. 3. de ani. tex. 5. c. 165. col. 4.

Vniuersalia nullum esse habent extra animam. Auer. 3. de ani. tex. 18. c. 170. col. 1.

Vniuersale in artificialibus separatum nemo fingere potest. Auer. 3. metaphysicorum. text. 12. chart. 25.

Vniuersale apud leges non verificatur in quibusdam rebus. Auer. 5. ethic. cap. 10. c. 39. col. 2.

Vniuersalia pauciora semper sunt, & ideo facile sub scientia cadunt. Boet. de dif. top. l. 2. c. 865.

Vniuersale, vt est ratio prædicabilitatis, ad logicam pertinet: vt est natura quædam, & differentia entis, ad metaphysicum pertinet de eo tractare. Alber. Magn. in prædica. char. 4. column. 4.

Vniuersale triplicem habet considerationem. Primo, vt in seipso natura est simplex, & inuariabilis. Secundo, vt ad intelligentiam refertur. Tertio, secundum quod est in isto, vel in illo: quorum primum est particulatū, & indiuiduatū: secundum multiplicabile, vel multiplicatū: tertium, quod est incorporatū, & habes in se diuersas passiones, quibus est subiectum, & alia huiusmodi infinita, quia materia infinita accidit. Idem ibi. c. 6. c. 2.

Vniuersale in intellectu duobus modis consideratur: aut secundum relationem ad intellectum intelligentiæ primæ cognoscentis, & causantis ipsum, cuius illa natura simplex radius quidam est: aut secundum relationem ad intellectum per abstractionem cognoscentem ipsum. Primo modo accidit ipsi radiū, & lumen intelligentiæ agentis esse, & purum esse, immateriale, immobile, incorporale, incorruptibile, & perfectibile intellectus possibilis, & eiusdem esse motuum ad actum. Secundo modo habet, quod talis intellectus, vt abstrahit ipsum, agit in ipso vniuersalitem per hoc, & separat ipsum a materia, & a materialibus indiuiduatibus. Alb. Mag. ibid. col. 3.

Vniuersalia secundum quod accepta sunt ingenerabilia, & incorruptibilia, & inuariabilia, sunt etiam extra, vel præter intellectum solum nudum, & purum: at secundum quoddam esse in rebus sunt, scilicet secundum esse indiuiduatū, quod actu est in his, quæ sunt in vltimo, & in esse perfecto constituta in natura, propter quod illa res natura a physicis vocatur. Adhuc autem secundum quoddam esse sunt in intellectu, & hoc dupliciter; id est, in intellectu per cognitionem causante, & agente; & in intellectu cognoscente per abstractionem, & per vniuersalitem agente, & educente. Alb. Mag. de præd. c. 6. col. 3.

Vniuersalis esse est in eo, quod vniuersale est ratione separatum, & oppositum esse illi, quod est esse singularis in eo, quod singulare, quamuis non in eodem subiecto. Esse autem naturæ illius, quod vniuersale est, non est separatum ab esse singularis, secundum quod est substantia subsistens illi communi naturæ, sed potius esse vniuersalis est esse particularis non diuisum ab illo. Idem ibid. char. 8. column. 2.

Vniuersale non generatur nisi per accidens, & per consequens ad generationem particularem. Idem ibi. c. 32. c. 1.

Vniuersale consideratur multis modis. Primo in esse naturæ simplicis, & per hoc habet rationem naturæ. Secundò consideratur in esse aptitudinis ad multa, & per hoc habet rationem vniuersalis. Tertio consideratur in esse omnis intelligentiæ, cuius est splendor, & per hoc habet rationem intellectus speculatiui. Quarto consideratur in esse indiuidui designati per indiuiduantia, & per hoc habet esse indiuidui. Alb. magn. in prædica. char. 32. column. 4.

Vniuersale, vt est vniuersale, semper est; quia in suo esse, vniuersale secundum, quod vniuersale, nullam cōcernit temporis differentiam, in qua sit, vt in periodo. Alb. Mag. in post. c. 200. col. 2.

Vniuersale pluribus comparatur ob communicabilitatem, non autem contra. Alb. Mag. in 5. metaphysicorum. tract. 6. cap. 6. c. 114. col. 1.

Vniuersalia continent in se suas species in potentia: vnde qui scit aliquid in vniuersali, scit indistincte & tunc distinguitur eius cognitio, cū quæ cognoscit in potentia, scitur in actu. D. Thom. in 1. phyfi. d. 1. t. 2. c. 1. c. 3.

Vniuersalia considerantur secundum formam absolutam, particularia secundum applicationem formæ ad materiam. D. Tho. in 1. de coelo, c. 1. col. 1.

Vniuersale consideratur duobus modis: primo, modo naturæ communi, vt subiacerit intentioni vniuersalitatis. secundò in se. D. Tho. in 2. de ani. l. 12. t. 6. c. 32. c. 4.

Vniuersale non dicit simpliciter quid, sed quale quid. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 45. c. 232. col. 2.

Vniuersale, & materia prædicatur de eo, cuius est materia, sed differenter; quia materia prædicatur per quandam denominationem vniuersale non. Idem in 9. metaphysicorum. tex. 12. c. 268. col. 3.

Vniuersale non prædicatur denominatiue proprie accipiendo denominationem. Idem ibid.

Vniuersale, ut contraponitur particulari, & differt à toto.

Vniuersalia tollere facilius est, quam particularia. Arist. in 1. prior. sec. 1. cap. 27. c. 205.

Vniuersale speculatiue impossibile est, nisi per inductionem. Arist. in 1. post. cap. 14. tex. 33. c. 327.

Vniuersale est magis causa, quam particulare. Idem ibid. cap. 20. tex. 39. char. 341.

Vniuersalis propositio intelligibilis; particularis verò in sensum deficit. Idem ibid. tex. 45. c. 343.

Vniuersale fit ex pluribus particularibus. Idem ibi. cap. 24. tex. 43. char. 348.

Vniuersale notius est secundum rationem, particulare secundum sensum. Arist. in 1. phy. su. 3. cap. 1. t. 49. c. 17.

Vniuersales rationes quærimus propter sensibilia singularia. Arist. de ani. mot. cap. 1. c. 77. Idem Mich. Ephes. de ani. mot. c. 45. col. 3.

Vniuersale substantiam esse impossibile est; quia substantia vniuersaliusque est propria tantum vnius vniuersale commune: quia id est vniuersale esse, quod pluribus inest. Arist. in 7. metaph. cap. 15. t. 44. c. 153.

Vniuersalis etsi est quædam definitio, non tamen est substantia; quia nihil differt, si non omnium ratio est eorum, quæ sunt in substantia; nihil enim minus substantia hoc erit alicuius. Idem ibid. tex. 46.

Vniuersalia ex singularibus consistunt, quorum habere sensum oportet. Arist. in 6. ethic. Nico. cap. 11. ch. 153.

Vniuersale alio modo in prioribus, alio in posterioribus. ab Arist. definitur. Alex. aphro. in 1. prior. ca. 1. c. 4. col. 2.

Vniuersale præstantius est particulari. Idem ibid. cap. 5. chart. 14. column. 1.

Vniuersale non est proprie aliqua res, sed quoddam alteri accidens. Alex. Aphro. in 1. nat. q. cap. 11. char. 3.

Vniuersale cui subiecto accidit, est res quædam; at vniuersale, quod est illi accidens, non est res quædam per se, sed per accidens; quia illud, vt animal, est quædam res, & naturæ cuiusdam significatiua. Alexan. aphro. in 1. natur. quæst. cap. 11. char. 3.

Vniuersalis affectio per illud constat, quo dempto, quia primum inter illa est, quæ insunt ipsi, continuo & prædicatum adimitur. Them. in 1. poster. ca. 13. c. 3. col. 2.

Vniuersale cognito cognoscitur & particulare potentia. Themist. in 1. poster. cap. 40. char. 7. col. 4.

Vniuersale de multis particularibus componitur, ac accidens fit. Them. in 1. poster. cap. 46. char. 8. col. 1.

Vniuersalia assidue sine vlla variatione semper coherent, eademque sunt. Ammo. in Porphy. char. 3. col. 1.

Vniuersalia sunt, quæ semper sunt. Am. in Por. c. 2. col. 1.

Vniuersalia si non sint, particularia non habent, de quibus prædicentur. Ammon. in prædicam. char. 17.

Vniuersalia prius cognoscenda sunt, quam particularia. Magen. in lib. de interpret. c. 10.

Vniuersale ratione comprehenditur, particulare sensu. Simpl. in 1. phy. tex. 49. char. 64. col. 2.

Vniuersalia sunt prima naturæ, & nobis posteriora. Ioan. gram. in 1. poster. cap. 2. chart. 6. col. 3.

Vniuersale diuersum est a particularibus, incorruptibile, & particularibus prius. Contrarium asserit Aristoteles in primo de anima, text. 8. Vniuersale, aut nihil, aut posterius est. Forfan in posterioribus loquitur de vniuersali secundum diffinitiuam rationem solum, quæ semper eadem est, & manet. Ioannes grammat. in pri. poster. cap. 20. char. 46. col. 4.

Vniuersalia ex abstractione, & nihil sunt, & posterius singularibus habentur. Ioannes grammat. de gener. ani. 2. cap. 1. char. 28. col. 2.

Vniuersale notius est minus vniuersali, quia vniuersale assimilatur composito, particulare partibus. Auerroes in 1. poster. char. 127. col. 3.

Vniuersale compositum notius est apud nos suis partibus, & sic apud nos vniuersale hoc notius est appropriato, quia continet res multas appropriatas, aut partes, aut quomodocumque nuncupare volueris. Idem ibidem.

Vniuersale ueniamur ex multiplicatione particularium. Auer. in 1. poster. cap. 22. tex. 182. char. 193.

Vniuersale, & particulare sunt duæ intentiones oppositæ. Idem ibidem.

Vniuersalis affectio indiget sensu; quia, cui deficit sensus aliquis in generatione, eidem deficit vniuersale sensibile illius sensus. Idem ibidem.

Vniuersalis comparatio singulari unicuique est vna per se omnibus modis, & comparatio patris unicuique filiorum eius est diuersa; quia alia est vni filio, alia alij. Auer. epitom. in logic. chart. 341. col. 3.

Vniuersum est indiuiduum compositum demonstratum & partes in rei veritate sunt indiuidui partes, & sunt ille, de quibus dixit, quod sunt notiores sensu, quam causæ. Auer. in 1. phy. text. 5. char. 5. col. 1.

Vniuersalia notiora sunt apud nos, quam proprium. Auer. in 2. de ani. tex. 34. char. 133. col. 3.

Vniuersale omnino non mouet, cum non sit singulare. Auer. in 3. de ani. tex. 57. char. 184. col. 2.

Vniuersale non habet esse nisi secundum quod est in scientia, id est in anima. Auer. in 1. metaphy. text. 26. char. 9.

Vniuersalia non sunt generabilia, nec corruptibilia, nisi per accidens. Auer. in 1. metaphy. text. 27. char. 9.

Vniuersalis intentionis substantialis mistio cum particularibus est fortior mistio accidentium cum suis subiectis. Auer. in 1. metaph. tex. 31. char. 10.

Vniuersale est commune, & commune non est singulare, sed est exemplar omnibus singularibus habentibus illam formam. Auer. in 3. metaphy. text. 20. char. 30.

Vniuersale notius est in intellectu, quam particulare. Auer. in 5. metaphy. tex. 17. char. 58.

Vniuersalia non generantur, sed singularia. Auer. in 8. metaphy. tex. 14. char. 104.

Vniuersalia secundum Arist. sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea similitudinem, & facit eam vnam intentionem. Plato ponebat ea existentia extra animam per se. Auer. in 12. meta. te. 4. c. 137.

Vniuersale non est scitum, sed cum eo sciuntur res, & est quid reperiuntur in natura rerum scitarum in potentia. Auer. ex destruc. destruc. disput. 1. char. 17. col. 1.

Vniuersalia sunt, vt rerum principia, non vt res vltimo actus in natura constitutæ, & completæ. Albertus magnus de prædic. char. 6. col. 3.

Vniuersale vnum numero, & essentia est in anima, & in seipso, & in singulari, nec distat nisi secundum esse determinans ipsum ad hoc, vel ad illud, secundum simplicitatem acceptum in se, secundum seipsum est, vt principium artis, & scientiæ est in anima: & vt communicatū ad esse naturæ particularis est distinctum in particulari, & ideo est in vna, & eadem essentia in se in anima, & in singulari. in anima secundum esse spirituale, in singulari secundum esse materiale, & naturale: in se, in esse simplici. Alber. mag. in præd. char. 8. col. 4.

Vniuersale, secundum quod in esse, producitur per intelligentiam agentem, siue generationem, quæ est agentis intellectus instrumentum, non nisi in hypostasi producitur, quæ est hoc aliquid in illa natura communi, vel illa, & ideo cum non producat, vt existens per se solum, non oportet, quod productum sit hoc aliquid. Alber. mag. de præd. char. 9. col. 3.

Vniuersale substantiale dat ei, cuius est vniuersale, esse, nomen, & rationem, & est imago agentis intelligentis in eo, quod producitur. Alber. mag. de præd. ch. 9. col. 3.

Vniuersale, particulare, & singulare secundum id, quod sunt, non differunt per naturam, & substantiam, sed differunt per esse: quia illud, quod est vniuersale, sit particulare diuisum secundum esse per indiuidua, & id sit singulare ab accidente proprio, & indiuiduo, & sic secundum naturam. vniuersale est prius, particulare posterius, singulare postremum, super quod immediate cadit sentus. Alb. mag. in poster. ch. 176. col. 1.

Vniuersale, vt vniuersale, non est in re; quia quicquid est in re secundum esse, in ipsa est, & hoc particulare. Alb. mag. in 3. de anim. tract. 2. cap. 3. chart. 36. col. 1.

Vniuersale non determinatur, nisi per comparisonem ad id, cuius est vniuersale, & a quo abstrahitur per intellectum. Idem ibidem cap. 12. chart. 39. col. 1.

Vniuersale est dum intelligitur, singulare dum sentitur. Albertus magnus ex prim. de intelle. & intell. tract. 2. cap. 1. chart. 52. col. 1.

Vniuersale, vel est in rebus, vel in sensu, vel in intellectu, aut nihil omnino est: non in sensu, nec in rebus est, cum nihil sit in rebus, nisi vt est singulare, & proprium unicuique rei: constat igitur, quod non est in rebus: oportet igitur, vt sit in intellectu. Albert. magnus ex pri. de intel. & intel. tract. 2. cap. 1. chart. 52. col. 1.

Vniuersale tantū a puro intellectu intelligitur. Idem ibi.

Vniuersalia licet sint in particularibus, vt in subiectis, tamen existunt secundum se, ita quod non sint in alijs subiectis, vt accidentia, quæ cū sint in aliquo, non sunt in eo, vt quædam pars. Albert. magn. in 5. metaphy. tract. 2. cap. 6. char. 105. col. 3.

Vniuersale differt a toto; quia totum, vt totum, non est, nisi in rebus significatis singularibus: vniuersale, vt vniuersale, non est in ipsis: & totum, vt totum, numeratur partibus suis, & quælibet partium est aliquid substantiæ ipsius: vniuersale nec numeratur partibus, hæc est aliquid de substantia ipsius: & totius natura non constituit partes suas, sed natura vniuersalis oēs partes suas constituit, & ideo totum non potest fieri pars partis sue, sed vniuersale, quæ constituit partes suas, potest fieri pars essentialis suæ partis: & totum non est totum unicuique parti

parti secundum se: vniuersale est totum cuiuslibet parti secundum se: totum non est totum, nisi partibus presentibus; vniuersale est vniuersale partibus presentibus, & absentibus: totum finitarum partium, vniuersale respicit partes infinitas, vel non finitas, quantum est de se. Idem ibidem tract. 6. cap. 7. ch. 114. col. 2.

Vniuersale est per abstractionem à materia corporali, & materialibus conditionibus. D. Thomas in 2. de anim. lect. 12. text. 6. char. 32. col. 4.

Vniuersale, vt vniuersale, non est nisi in anima. D. Thom. in 2. de anim. lect. 12. text. 60. char. 32. col. 1.

Vniuersalia sunt magis nota, quia prius in intellectu concipitur animal, quam homo, sed ad inuestigationem naturalium proprietatum prius sunt nota minus communia, quia per causas particulares deuenimus in cognitionem vniuersalium. D. Thom. in 1. metaph. l. 2. c. 16.

Vniuersale nullum, nec ens, nec vnum, nec genera, nec species habent esse separatum præter singularia. Diuus Thom. in 7. metaphy. lect. 16. text. 57. char. 566.

Vniuersale relationem dicit ad illud, cuius est vniuersale; ideo dependet ab illo, cuius est vniuersale. Alexan. de Ales in 1. metaphy. chart. 24. col. 2.

Vniuersale non habet existentiam, nisi in particularibus. Alexan. de Ales ibidem.

Vniuersali alicui conuenit aliquid, cum illi conuenit secundum rationem duplicatiuam. Alexander de Ales in metaphy. char. 36. col. 2.

Vniuersalia non sunt separata à singularibus. Alexan. de Ales in 3. metaph. tex. 1. char. 66. col. 2.

Vniuersalia non sunt substantiæ separata à singularibus, nec ideo perit scientia; quia licet vniuersalia non sint separata secundum rem a singularibus, tamen sunt separata secundum rationem, & conceptum, & hoc sufficit ad scientiam. Alexan. de Ales in 2. metaph. text. 20. char. 75. col. 1. Idem in 11. metaph. text. 1. c. 306. col. 4.

Vniuersalia non sunt principia particularium. Alexan. de Ales in 11. metaphy. tex. 1. char. 306. col. 2.

Vniuersalia, vt pertinent ad quinque voces, propositiones, & demonstrationem.

Vniuersale affirmatiuum per impossibile monstratur in media, & in tertia, non autem in prima; alicui vero nulli, & non omni monstratur in prima. Aristoteles in 2. prior. cap. 11. char. 264.

Vniuersalis affirmatiua refutatur a particulari negatiua, & ab vniuersali negatiua, & uno tantummodo confirmatur. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 27. char. 50. col. 3.

Vniuersalis negatiua refutatur ab vniuersali affirmatiua, & à particulari affirmatiua. Idem ibidem.

Vniuersale qui auferre vult, satis est ostendere particulare non ita se habere. Idem ibidem cap. 2. char. 7. col. 2.

Vniuersale affirmatiuum solum in prima figura monstratur. Idem ibidem cap. 4. char. 11. col. 2.

Vniuersalis demonstratio ad terminum extremum, & vnum procedit, particularis ad infinita. Ioan. gram. in prim. poster. cap. 2. char. 43. col. 2.

Vniuersale, in libro de anima ait Aristoteles, vel nihil est, vel posterius, quia per se non substat: ideo nihil posterius, quia eius notio multorum substantiæ, & comprehensionem subsequitur. Eustr. in 1. ethic. cap. 6. ch. 28.

Vniuersalis intentio tradita in libro demonstrationis non est in his, quæ generantur secundum substantiam ex causis, quæ sunt efficientes. Auerroes in secun. poster. cap. 7. tex. 67. char. 225.

Vniuersalis affirmatiua conuertitur in seipsam cum est definitio, quia definitio conuertitur cum definito. Auer. de subst. orb. cap. 6. char. 6. col. 3.

Vniuersalia quomodo possunt verificari in comprehensione, cum non inueniantur extra animam? dicendum est, quod vniuersalia sunt scientiæ in potentia eo-

rum sensibilibus, quæ sunt extra animam. Auerroes de anim. beat. cap. 3. char. 65. col. 2.

Vniuersalis negatio semper sibi ipsi conuertitur. Boet. de syllog. cath. chart. 595.

Vniuersale de quinque vocibus analogia dicitur; nam per prius generi, per posterius speciei conuenit. Alber. mag. in prædic. char. 9. col. 4.

Vniuersale, quod accipitur in demonstratione, est quod cum sit de omni, hoc est omnibus partibus essentialibus subiecti prædicatum, & sit per se prædicatum de illis omnibus, est prædicatum de illo subiecto, & de partibus secundum quod ipsum est nomine, & definitione acceptum. Albertus mag. in poster. char. 180. col. 3.

Vniuersale, id est illa simplex natura, cui accidit, vt sit vniuersale, duplex est. Vna in lumine intelligentiæ, cuius ipsa natura est actus, siue effectus, sicut efficientis causæ, quæ ex forma sua facit: & hoc est vniuersale principium, & incorruptibile. Alia esse habet, vt est natura huius, vel illius, & est corruptibilis. Albertus magnus in poster. char. 183. col. 4.

Vniuersale in scientijs resolutorijs est simplex natura, quæ a sensu est separata. Albertus magnus in 1. phy. tract. 1. cap. 6. char. 3. col. 3.

Vniuersalia prius in scientia de animalibus sunt tractanda, postea singularia. Albertus magnus de animalibus lib. 10. tract. 2. cap. 2. char. 99. col. 4.

Vniuersale quatuor modis sub enunciatione cadit; nam vel consideratur, vt separatū a singularibus, vt ait Plato, vel secundum esse, quod habet in intellectu, vt ait Aristoteles, cui aliquid tribus modis tribui potest. primo, quod pertinet ad solam operationem intellectus. secundo, vt apprehenditur ab intellectu, vt vnum. tertio, vt est in singularibus, quod duobus modis intelligitur: vel ratione ipsius nature vniuersalis, vel singularis ratione, in quo inuenitur. D. Th. in perih. c. 9. col. 2.

Vniuersalem scientiā facere non sufficit subiecti vniuersalitas, sed cum subiectum est vniuersale, & consideratio se extendit ad illa, quæ considerantur in suis scientijs. Alex. de Ales in 6. metaphy. tex. 3. char. 173. col. 3.

Vniuersum vt ad caelos, & ad mundi machinam pertinet.

Vniuersum ex Deo, tum per Deum constituta fuisse, nullamque naturam satis instructam ad salutem esse posse, quæ citra Dei præsidium suæ ipsa demum tutela permilla sit, vnus sermo est, & a maioribus in omnes homines proditus. Arist. de mun. cap. 7. char. 825.

Vniuersum loco non cingitur, quia extra illud nihil est. Simpl. in 4. physic. text. 43. char. 252. col. 2.

Vniuersum, vt cuncta complectitur, & omnia capit, eatenus in ipso omnia collocantur, & ipsum totum est. Simpl. ibidem chart. 213. col. 2.

Vniuersum, vel totum cælum in orbem mouetur, sed non secundum locum, quia non è loco egreditur, & alium sibi comparat. Simpl. ibidem char. 213. col. 2.

Vniuersum non est in loco, sed secundum suas partes in loco erit. Ioan. gram. 4. phy. tex. 43. char. 89. col. 1.

Vniuersitatis principium vnum est, & hoc est intellectus diuinus, qui per suam essentiam, quæ est idem per se, est causa omnium, quæ sunt prima, & ad quem omnia reducuntur, nisi per ipsum, ut ad causam proximam. Alber. mag. 6. metaphy. tract. 1. cap. 6. char. 117. col. 3.

Vniuersum intelligi potest primum cælum perfectione, & eius partes corpora, quæ mouentur motu recto, & motu circulari: sed melius dicendum est, quod primum cælum corpus intelligitur, quod circulariter fertur, & partes sint sphaeræ, quæ sunt partes totius corporis cælestis. D. Tho. 3. de cæl. text. 1. char. 56. col. 1.

Vniuersi partes sunt omnes ordinatæ secundum determinatam

minatam proporti onem. D. Thom. 1. metaphyfico. lect. 13. tex. 24. char. 74.
Vniuersum totum reducitur, in intellectum primum, vt in causam. Alex. de Ales 1. metaph. c. 16. col. 2.
Vniuoca dicuntur, quorum nomen commune est, & secundum nomen substantiæ ratio eadē. Arist. in præd. tract. 1. cap. 1. c. 57. Idem Boet. in Porph. ex dial. c. 11.
Vniuoca sub genere quodā cōmuni ponuntur, omniaque similiter participant ea natura, q̄ p̄ genus, q̄ dicitur, significatur. Alex. Aphr. 3. metaph. co. 2. c. 83. col. 1.
Vniuoca prædicantur, quæcunque de subiecto dicuntur: accidentia autem non vniuocè prædicantur. Porphy. in prædicamen. char. 11.
Vniuoca ab Aristot. appellantur, quæ plura nomina habent, vnamque significant substantiam, vt in arte poetica, quod potius multiuocum est. Simpl. in præd. c. 8.
Vniuoca sunt, quæ à tali forma imposita sunt, ad quam omnium participantium eam est respectus vnus secundum rem, & rationem, siue magis, siue minus. Albert. Mag. in præd. c. 3. col. 2.
Vniuoca per oppositum modum ad æquiuoca dicuntur. Alb. Mag. in præd. c. 34. col. 2.
Vniuocatio duobus accipitur modis; primo, vt diuiditur contra æquiuocū, ita vt vniuocum se extendit ad analogū: alio modo, vt est quoddā diuisū cōtra æqui-uocum, & analogū. Alex. de Ales 2. metaph. c. 37. c. 4.
Vniuocè, æquiuocè, & analogicè dici differunt: quia quæ dicuntur vniuocè, ita dicuntur, vt omnia secundum vnam rationem dicantur de illis; quæ æquiuocè, vt secundum diuersas rationes dicuntur de illis, ita tamen vt vna non habeat attributionem ad aliam: quæ autē dicuntur analogicè, secundū diuersas rationes, & habitudines dicuntur, quæ tamē omnes habitudines referantur ad unum primum. Alex. de Ales 4. metaph. tex. 2. char. 76. column. 3.
Vniuocatio perfectiorum non est in genere, quia videtur dicere conceptum fractum per formas. Idem 7. metaphyficor. tex. 30. c. 215. col. 3.
Vniuocatio omnis est in forma: ideo, quæ vnam formā non habent, non sunt vniuoca. Alex. de Ales 7. metaphyficor. tex. 30. c. 215. col. 3.
Vniuocatio perfecta si totaliter reperitur, reperitur in natura, non in arte. Alexand. de Ales 7. metaphyficor. tex. 30. char. 215. column. 4.

Vnum quot fit modis, & quot consideratur.

Vnum dicitur multipliciter, vt etiam ens. Aristot. in 1. phy. su. 1. cap. 3. t. 16. c. 7.
Vnum est, aut continuum, aut indiuisibile, aut quorum ratio est eadem. Idem ibid.
Vnum magis, quàm multa, & finitum, quàm infinita melius est. Aristot. in 8. phy. su. 2. cap. 5. tex. 48. c. 218.
Vnum esse, in quacunque re fieri, potest melius est, quam plura. Aristot. de part. ant. 3. cap. 4. c. 425.
Vnum, & esse cū multipliciter dicitur, de actu proprie dicitur. Aristot. 2. de ani. su. 1. cap. 1. t. 7. c. 616.
Vnius vnus est sensus. Aristot. de sen. & sen. cap. 8. c. 30.
Vnum cum æternum sit, & immensum, & sibi vndequeque simile, immobile etiam esse, nō enim moueri posse nisi excefferit. nam quod excedit, vel in plenum, vel in vacuum excedit, quorum alterum, idest plenum, admittere nullo modo potest; vacuum verò nihil est. Aristot. de Zen. & Gorg. c. 913.
Vnum, & si multipliciter dicitur, tamen, quia non est æqui-uoca multiplicatio, ad unam scientiam pertinet de illo considerare, quia quæcunque unum dicunt, ad unū primū reducunt. Aristot. 4. meta. su. 1. c. 4. t. 4. c. 61.
Vnus, vt unum, & entis, vt ens, secundum se eadem sunt passiones. Aristot. 4. metaphy. su. 1. cap. 2. t. 3. c. 63.
Vnum dicitur aliud secundum accidens: aliud secundum

se. Secundum accidens multis dicitur modis. Primo, ut accidens unum comparatur ad suum subiectū vt Coriscus musicus. Secundo cum duo accidentia comparantur ad unum subiectum, vt Coriscus musicus iustus. Tertio, quia compositum ex subiecto, & accidente unum est cum subiecto tantum, vt multi-cus Coriscus idem cum Corisco per accidens. Quarto, cum compositum ex subiecto, & accidente accidit eidem subiecto composito cum aliquo accidente, ut musicus Coriscus accidit iusto Corisco, & eodem modo genere tam in genere quam si de aliquo vniuersa-lium nominum accidens dicatur. Aristot. 5. metaphyfic. cap. 6. tex. 7. c. 61.
Vnum aliā dicuntur improprie, quia habent aliquam habitudinem ad unum: alia proprie, quia substantia est vna, & hæc vel est continuatio, vel est specie, vel est ratione. Aristot. 5. metaph. cap. 5. tex. 11. c. 93.
Vnum dicitur non solum per cōtinuationem, sed etiam quod perfectum quoque est. Aristot. 5. metaphyficor. cap. 5. tex. 11. c. 63.
Vnum, aliud est numero, aliud specie, aliud genere, aliud analogia. numero sunt vnum, quorum materia vna est. specie, quorum ratio vna est. genere, quorum eadem figura prædicationis est. analogia, quæ se habent vt aliud ad aliud, ita vt semper prius sequitur posterius, idest, vt quæ sunt vnum numero, sunt vnum specie; quæ vnum specie, sunt vnum genere, & sic de aliis, non autem contra, vt vnum genere sit unum specie. Aristot. in 5. metaph. cap. 5. tex. 12. c. 94.
Vnum dicitur multis modis, cuius principales sunt quatuor, non secundum accidens. Vno modo continuū, aut simpliciter, aut maxime illud continuum, quod est continuum natura, non tactu, nec ligatione, & horum continuorum illud est magis unum, & prius, cuius indiuisibilior est motus, & magis simplex. Alio, quod est magis totum habens aliquam formam, & speciem, maxime si natura est tale, non ut & tale est, cuius motus est indiuisibilis, & vnus loco, & tempore. Alio modo, cum ratio una fuerit, & hæc sunt, quorū intelligentia vna, & indiuisibilis, vel specie, vel numero, numero singularis; specie verò, noscibili & scientia, & hoc vnum primo est in substantiis. Tot igitur modis dicitur vnum, videlicet continuum natura, totum, singulare, & vniuersale. Aristot. in 10. metaphyfic. cap. 1. text. 1. chart. 192.
Vnum tribus dicitur modis; vel genere, vel specie, vel numero. Ammon. in præd. c. 23.
Vnum pluribus fit modis: insertu vt plante, & quæ tactu conglutinantur, vt naues; vinculo, vt fasciculus; contextura, ut pallium implicatione partium, ut catena, confusione, vt calcei: colla, & glutine, vt carta: missione, vt oximel: compositione vt aceruus: coordinatione, aut acies: coniunctione, vt non simplices propositiones; biga, & currus multis modis etiā fiunt vnum, vt coaptatione. Simpl. in 5. phys. tex. 30. c. 315. col. 1.
Vnum dicitur multis modis, vel vt continuum, vt linear: vel vt indiuisibile, vt punctum; vel illud, quod eandem habet definitionem, & si nomine differunt, vt ensis, gladius: & est aliud, quod diuisione, quod potentia, quod actu vnum est. Simpl. in prim. phys. text. 19. char. 26. column. 1.
Vnum actu plura esse potentia potest, vt vnum subiecto multa accidentibus esse contingit. Idem ibid. tex. 21. char. 29. column. 2.
Vnum, & bonum idem sunt apud Platonem, vt abstractum est ab omni substantia, & intellectu, & vita. Sir. in 13. metaphyficor. vel secundum Lat. 14. char. 113.
Vnum æqui-uocum est, nam vel subiecto vnum est, vel definitione, vel potentia, vel actu. Io. Gram. in 1. phy. tex. 16. char. 8. column. 3.
Vnum, & ens, aut significat, idem omnibus modis, scilicet

et de definitione, & substantia, aut utrunque conuertitur super alterum, & consequitur illud, quia significant eadē naturam subiecto. Auer. in 4. meta. t. 3. c. 32.
Vnum, & ens additas dispositiones essentiae rei significat, vt opinatus est Auicenna, falsum est. Idem ibid.
Vnum, & ens eandem essentiam significant, sed modis diuersis, non autem dispositiones diuersas essentiae additas. Idem ibid.
Vnum duplex, vnum, quod est principium numerorum; aliud, quod conuertitur cum ente. Idem ibid.
Vnum per ligamen, nec per contactum habet definitionem, nec simpliciter, sed secundum quid. Auerro. in 7. metaph. tex. 16. char. 78.
Vnum si est in potentia, & de potentia transfertur in actū, illa translatio non datur ei multitudine, sed per perfectionem inesse. Auer. in 8. metaph. t. 15. ch. 175.
Vnus, & ens prædicamenta sunt vniuersalia, quæ non habent esse, nisi in anima. Auerro. in 10. metaphy. tex. 6. char. 120.
Vnum, & simplex vniuersaliter dupliciter dicuntur: aut absolute, aut comparatiue: absolute est, cui non admiscetur materia, nec est indiuisibile omnino. Aue. in 12. metaph. tex. 37. ch. 150.
Vnum est nominum analogorum, & famosiori modo dicitur de continuo, & conuenientius dicitur perfectū, & aliquando dicitur de colligatis continuis natura, & arte, quorum motus est vnus, sed magis de naturalibus, quam de artificialibus. Auer. in epit. metaph. trac. 1. char. 170. col. 1.
Vnum vni-uocè dicit de decem prædicamentis existimauit Auicenna, & in hoc errauit. Idem ibid. col. 3.
Vnum numero aliquando dicitur de substantijs separat. Auer. in epit. metaph. tract. 1. c. 170. col. 3.
Vnum dicitur de pluribus numero per se quinque modis: specie, genere, cuius aliud est propinquū, aliud remotum; subiecto, proportione, & accidente. Idem ibid.
Vnum dicitur analogicè de ipso primo indiuisibili in vnoquoque genere. Auer. epit. metaph. tra. 1. c. 170. col. 3.
Vnum quatuor complectitur generibus, vnum continuitate, pfecto, vniuersali, & analogicè, de omni eo, quod numeratur hic de hac re. Auer. epit. metaph. tract. 1. chart. 170. column. 3.
Vnum prouenit ab vno simplici, vt simplex. Auer. epit. metaph. tract. 4. ch. 184. col. 3.
Vnum simplex esse, & habens attributa in se multa fixa, & maxime si sunt essentialia, & in actu negatur, sed in potentia non negant philosophi, qui sit aliquid vnum actu, multa potentia, & hæc apud eos sunt partes definitionum, cum definitionibus. Auer. ex destr. dest. disp. 6. ch. 36. col. 1.
Vnum, & idem potest habere multas causas, sed nō substantiales. Auer. in 2. post. cap. 10. t. 95. c. 234.
Vtrum aliquid sit, aut non querere, est exponere nomē per terminum compositum ex aliquo, quod est tanquam genus, & alio, quod est tanquam differentia. Auer. in 4. phy. text. 57. ch. 70. col. 2.
Vnum tantum ab vno essentialiter prouenit. Auer. in 8. phy. tex. 5. ch. 178. col. 2.
Vnum habet in se tres modos prioritatis; quia est vnū simplex, quia est prius definitione, & quia est prius numero. Auer. in 2. de ani. su. 1. t. 7. c. 127. col. 4.
Vnum essentialiter consideratū duobus considerari potest modis: secundum esse, & secundum essentiam: & sic vel vt est pars essentiae rei, & est genere vnum, vel vt est tota rei essentia, & est specie vnū, siue fm esse, & tunc est forma indiuidua per subiectum, vt est vnum numero. Alb. mag. in 5. phy. tr. 3. cap. 1. c. 65. col. 1.
Vnum subiecto, & congregatione sunt, non autem simpliciter vnum, quæ ex substantia, & accidente composita sunt. Alb. mag. de caus. & process. vniuersa caus. 1. l. 2. tract. 1. cap. 18. char. 255. col. 2.

Vnum quadruplex est, verum, & purum, in quo nullus est numerus: vnum esse vniuersale, in quo est numerus habitudinum, & non essentialium: vnum ex potentia, & actu compositum, in quo est numerus naturarum, quarum vna continetur in alia: vnum subiecto, in quo est numerus essentialium, quarum vna nō est causa alterius, nisi per accidens. Idem ibid.
Vnum in substantia facit id, quod in quantitate æquale, & inæquale facit: in qualitate simile, & dissimile. Alb. mag. in præd. ch. 47. col. 4.
Vnum dupliciter dicitur, primo ordine, & connexionem multorum, vt Homeri Ilias; alia est vnus ratio vera, & vnum, & de vno ostendit, & non secundum accidens, vt definitio passionis. Alb. mag. in post. c. 210. col. 4.
Vnum aliquid secundum se, & naturam non fit ex duobus diuersis in natura, & esse. Alber. Magn. in 3. metaphy. tract. 3. cap. 10. c. 83. col. 4.
Vnum fit ex materia, & forma non vt hæc duo sunt substantiæ differentes secundum seipsas, sed vt materia habet analogiam ad formam per hoc, quod forma secundum esse confusum, & imperfectum est. Idem ibi.
Vnum potest intelligi, vel secundum quantitatem, & sic sola continuitas sufficit ad vnitatem rei, vel secundum formam substantialem, quæ est perfectio totius, & esse perfectum, & totum dicitur. D. Tho. in 5. phys. l. 7. tex. 41. char. 80. column. 4.
Vnum etsi importat priuationem implicitam, non tamē importat priuationem multitudinis. D. Tho. in 5. metaphyficor. lec. 3. tex. 4. c. 155.
Vnum, quod conuertitur cum ente, importat priuationem diuisionis formalis, quæ fit per opposita, cuius prima radix oppositio affirmationis, & negationis. D. Tho. in 4. metaph. l. 3. tex. 4. c. 193.
Vnum quod non significat, nihil significat, si non intelligitur vnum, nihil intelligit. Idem ibid. l. 7. t. 21. c. 211.
Vnum simpliciter non fit ex subiecto, & accidente, vt fit ex genere, & differentia. Idem ibi. tex. 13. c. 217.
Vnum vt dicitur de aliis rebus, dupliciter dicitur. Vno modo, vt conuertitur cum ente, & sic vnaquæque res est vnum secundum suam essentiam. Alio modo, vt significat rationem primæ mensuræ, vel simpliciter. D. Tho. in 3. metaph. l. 12. tex. 16. c. 171.
Vnum in definitione potest esse duobus modis. Primo, quia totaliter definitio vnus est definitio alterius, & sic nomina sinonima sunt unū in definitione. Alio modo sunt aliqua, quæ definiuntur propriis definitionibus, & tamen sunt vnum in definitione superioris. Alex. de ales in 5. metaphy. tex. 10. c. 115. col. 4.
Vnum, totum, perfectum, idem sunt, sed ratione diuersa, & ex hoc est unum, quia est indiuisum a sua perfectione: ex hoc perfectum, quia ultra illud, quod habet nihil est accipere in re; ex hoc autem totum, quia habet omnes partes, quæ requiruntur ad naturā, & speciem rei. Alex. de ales in 5. metaph. t. 11. ch. 113. col. 2.
Vnum analogia duobus modis dicitur. Vno modo, vt duo habent diuersas habitudines ad vnum, vt vna, & medicina ad sanitatem. Alio modo, vt duo habent habitudinem ad diuersa, vt rector ad nauigia, & ciuitatem. Idem ibid. tex. 12. ch. 118. col. 2.
Vnum per se fieri potest ex genere, & differentia. Ale. de ales in 7. metaph. tex. 42. c. 227. col. 3.
Vnum si debet fieri ex duobus, oportet, vt unum sit actu, aliud potentia. Alex. de ales in 7. metaphy. tex. 59. char. 242. col. 1.
Vnum duplex: unum quod conuertitur cum ente, & unum, quod est in prædicamento quantitatis, quod est numeri principium. Alex. de Ales 10. metaphy. text. 5. char. 286. column. 1.
Vnum, quod conuertitur cum ente, sequitur essentiam in omni prædicamento: in omni enim prædicamento quilibet essentia, & essentia est, & vna essentia. Idem ibi. Vnum

Vnum triplex; quod cōuertitur cum ente, quod est principium numeri, & per quod diuiditur ens. Alexan. de Ales 10. metaph. tex. 17. c. 292. col. 4.

Vnum quid est, & quid facit.

Vnum non sunt, quæ prædicantur per accidens, vel de eodem, vel alterum in alio insunt. Arist. perih. lib. 2. cap. 2. chart. 153.

Vna tantum propositione accepta nil sequitur. Arist. 1. prior. sect. 1. cap. 22. c. 197.

Vnius, vt vnum, vna est scientia. Aristotel. posterior. libr. 2. capit. 3. text. 2. chart. 354.

Vnum si est continuum, multa est, quod est; in infinitum enim diuisibile est continuum. Aristotel. physicor. 1. sum. 1. cap. 3. tex. 16. c. 7.

Vnum si omnia, quæ sunt, ratione sunt, Heracliti oratio contingit, contraria esse idem, & contradictio, & opposita, & species diuersæ, & omnia prædicamēta. Arist. phy. 1. su. 1. cap. 3. tex. 19. c. 7.

Vnum dicitur de pluribus secundum rationem, de vno verò secundum subiectum, & potest esse vnum compositione, & plura diuisione, & vnū actu, & plura potentia. Arist. phy. 1. su. 1. cap. 3. t. 2. c. 8.

Vnitas, & indiuisibile est mensura certissima in vnaquaque re. Arist. 10. metaph. su. 1. cap. 2. tex. 3. c. 194.

Vnum, præter multa, substantiam esse impossibile est, sed tantum vnum, vt prædicatio. Aristot. ibid. cap. 4. text. 6. chart. 157.

Vnius modi sunt idem, simile, & æquale: pluralitatis vero diuersum, dissimile, & inæquale. Arist. 10. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 18. char. 199.

Vnum, & simplex non sunt idem, quia vnum dicit mensuram: simplex rei dispositionem. Arist. 10. metaph. su. 2. cap. 2. tex. 37. char. 253.

Vnum, vt vnum, inseparabile est. Them. in physicor. 3. tex. 68. char. 132. col. 3.

Vnum omnia esse appetunt, & sunt ob vnitatem primæ causæ. Them. 12. metaph. ch. 26.

Vnum, & ens æquiucocum est. Simp. in præd. c. 16.

Vnum, vt vnum, simplex, & partium expers omnino est. Simp. 1. phy. tex. 21. ch. 30. col. 1.

Vnum dicitur illud, quod vnam substantiā efficit. Simp. 1. phy. c. 30. colum. 2.

Vnum est (vt ait Alex.) quod non est diuisum, sed continuum. Simp. in 5. phy. tex. 22. c. 312. col. 1.

Vnum est, & continuum, & continentis terminus id, quod continet sic simul connexa inter se. Simpl. ibid.

Vnitas est, per quam vnum quodque entium unum est. Io. gra. 1. post. cap. 8. c. 2. col. 1.

Vnum est essentialiter, & primo, quod est causa vnitatis. Auer. 3. metaph. tex. 16. char. 28.

Vnum, quod non diuiditur, nec per tempus, nec secundum locum, nec secundum rationem est in quantitate tantum; & si habet situm est punctum; si non habet, est vnitas. Auer. 3. metaph. tex. 11. ch. 53.

Vnum per artificium, vt scammum, est multa. Auer. 10. metaph. tex. 12. char. 122.

Vnum, & ens non sunt vna natura communis alia a decem prædicamentis. Auer. 12. metaph. tex. 21. c. 144.

Vnum est sinonimum enti. Auer. in epit. metaphysicor. tract. 1. char. 170. col. 3.

Vnum absolute nil aliud est subiectum; quam vnum existens in quolibet prædicamento. Auer. ibid. tract. 3. char. 179. col. 1.

Vnum absolute communiter est vno modo numerali, quod est principium numeri. Auer. ibi. col. 2.

Vnum esse necesse est, quod est in vltimo perfectionis. Auer. ex dest. disp. 7. c. 3. col. 1.

Vnum, & essentia, & quidditas in motu idem est. Auerro. phy. 5. tex. 54. c. 104. col. 4.

Vnum est prius in definitione, & numero. Auer. in 2. de celo, tex. 24. c. 52. col. 3.

Vnum, & continuum quod est, non est ita per naturam, sed per formam. Auer. 1. de ani. tex. 90. c. 127. col. 3.

Vnum, & ens decem prædicamenta esse nequit. Boet. in prædicamen. char. 74.

Vnum, quod in omnibus est vnicum, perfectionem habet. Alb. Mag. de ani. 3. tract. 2. cap. 3. c. 36. col. 2.

Vnum, & idem est, cuius esse secundum intentionem est in potentia, & secundum perfectionem est actu. Albe. Magn. de caus. & process. vniuers. a prim. caus. libr. 2. tract. 1. cap. 8. c. 205. col. 2.

Vnum non potest esse priuatio, nec opponi, vt priuatio, sed cum sit simplex, & ante se nihil habeat, non exponitur, nisi per negationem consequentem, quæ nihil est ipsius. Alb. mag. 10. metaph. tract. 2. cap. 1. c. 143. col. 4.

Vnum est ens indiuiduum. D. Tho. 4. metaph. l. 2. tex. 3. c. 189. Idem Alex. de ales 10. metaph. te. 9. c. 286. col. 2.

Vnum, & ens non sunt genera, sed sunt omnibus communia analogice. D. Tho. 1. metaph. l. 1. t. 1. c. 757.

Vnum, nec lineæ, nec superficiæ est principium. D. Tho. 1. metaph. l. 2. tex. 1. c. 748.

Vna est omnis res per substantiam suam. Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 3. c. 77. col. 3.

Vnum est ens non diuisum; nam omne ens, vel est simplex, vel compositum. si simplex sua vnitas, est sua simplicitas, & ideo dicitur vnum, quia non diuisum est actu, & ita vnum semper priuat diuisionem. Alex. de ales in 4. metaph. te. 4. ch. 79. col. 2.

Vnum addit enti diuisionem. Idē ibid. t. 28. c. 91. col. 1.

Vnum vere non sunt, quæ respectu alterius vnum sunt, nec vere continua, sed contigua. Alexan. de Ales in 5. metaph. te. 8. char. 114. col. 4.

Vnum est illud, quod est indiuisum in se, & diuisum ab alio omni. Alexan. de Ales in 10. metaph. su. te. 1. char. 277. columna 4.

Vnum idem est mensura substantiæ, & totius entis. Alex. de Ales in 10. metaph. te. 8. c. 284. col. 4.

Vnum, quod est mensura substantiarum omnium, & substantia immaterialis. Alex. de ales ibid.

Vnum natura prius est multitudine. Idem ibid. tex. 9. char. 287. colum. 1.

Vnitas generica non est vnitas formalis simpliciter, quia iuxta genera multa hærent. Thom. de Vio in poster. char. 168. columna 1.

Vnum, ut numerus.

Vnum natura prius est multis in vnoquoque genere, & simplex composito. Arist. in 2. de cel. sum. 2. cap. 3. tex. 22. cha. 298.

Vnum numero, & singulare idem est. Arist. in 8. metaph. sum. 2. cap. 4. t. 14. ch. 51.

Vnius proprium est esse principium numeri. Arist. in 5. metaph. cap. 5. tex. 12. c. 94.

Vnum est numeri principium, & numerus. Arist. in 10. metaph. sum. 1. cap. 2. te. 2. ch. 194.

Vnum quicquid est non est numerus, vt puta, si quid indiuisibile est. Arist. in 10. metaph. cap. 5. te. 21. ch. 206.

Vnitas cum positionem non habeat, simplicior est puncto, quod habet positionem. Ioan. Gram. in posterior. cap. 23. char. 50. colum. 3.

Vnum secundum numerum non esse potest, quod sit, sed permanens idem prius, & posterius, vt Sol est idē secundum numerum; Socratis autem, et si eadem materia manet, forma tamen nō manet indiuisibilis, ideo non est idem secundum numerum. Io. gramm. in 2. de gen. & cor. te. 70. com. 57. ch. 155.

Vnum numero non prædicatur de pluribus. Auer. in 1. metaph. tex. 28. c. 9.

Vnum, quod est principium numerorum, non est in materia.

materia. Auer. in 5. metaphysicor. tex. 12. char. 54. **Vnitas** famosior intentio est illa, quæ dicitur de continuo. Auer. in 12. metaph. tex. 37. ch. 150.

Vnum numero significat res, quæ sunt extra suam essentialiam, & vniuersaliter accidentia consequentia eas in imaginatione, vt sunt indiuisibiles, & sic generatur in conceptu vnum, quod est principium numeri. Auer. in epit. metaph. tract. 1. ch. 170. col. 2.

Vnum numerale est illud indiuiduale, quod est in intellectu indiuisibile in quantitate, neque qualitatem, aut positionem, & est numeri principium, non tamen numerus. Idem ibid. tract. 3. c. 178. col. 4.

Vnum non est idem, quod conuertitur cum ente, & quod est principium numeri. D. Thom. in 4. metaphysicor. l. 2. tex. 3. char. 190.

Vnum, quod est principium numeri, addit supra substantiam rationem mensuræ, quæ est propria passio quantitatis. D. Tho. in 4. metaph. l. 2. t. 3. c. 191.

Vnum, vt simpliciter dicitur ens indiuisibile, & conuertitur cum ente vt accipit rationem mensuræ, sic determinatur ad aliquod genus quantitatis, in qua proprie inuenitur ratio mensuræ. D. Tho. in 10. metaph. l. 8. tex. 21. char. 722.

Vnum est principium numerorum, quia ipsi numeri cognoscuntur per respectum, quem habet ad vnitatem. Alex. de ales in 5. metaph. t. 11. c. 117. col. 2.

Vnum, quod est principium numeri, non reperitur nisi in prædicamento quantitatis. Alexan. de Ales in 10. metaph. tex. 9. ch. 206. col. 2.

Vnum, vt per se, & vt vniuersaliter dicitur.

Vnum per se dicuntur ea, quæ sunt continua, vt ligna per visum, & hæc continuitas est, vel per lineam rectam, vel per reflexam, vt tibia, sed magis est vna, quæ non est reflexa. Arist. in 5. metaph. cap. 5. te. 7. c. 92.

Vnum per se dicitur, cum est indiuisio secundum formam, quia species sensibilis indiuisibilis est formalis diuisione, quia totum, & pars sunt eiusdem rationis. Arist. in 5. metaph. cap. 5. tex. 9. ch. 92.

Vnum per se dicitur, cum genus est vnū; quia per oppositas differentias diuiditur. Idem ibid. te. 10. c. 92.

Vnum per se dicuntur, quorum definitio vnus significat quidditatem, & quod quid erat esse, & non distinguit a definitione alterius, & licet definitiones sint diuersæ, tamē sunt vnum in definitione generis. Arist. in 5. metaph. cap. 5. tex. 11. ch. 93.

Vnum per se sunt, quorum intelligentia est indiuisibilis, intel ligens quid erat esse, & non potest separari, nec tpe, nec loco, nec tōne; & maxime sunt, vnū, si contingat esse in ratione substantiæ. Arist. in 5. metaph. ca. 5. te. 11. c. 93.

Vnum vniuersaliter dicuntur, quæcunque non habent diuisionem. Arist. in 5. metaph. cap. 5. t. 11. c. 93.

Vnum ad quid refertur, & ut opponitur duobus, & multis.

Vnum refertur ad vnum, non ad quoduis, sed ad determinatum. Arist. in 4. metaph. cap. 4. t. 27. c. 81.

Vnum, & multa opponuntur secundum plures modos, quorum vnus est, vt diuisibile, & indiuisibile: diuisibile enim dicitur multitudine, indiuisibile vnum. Arist. in 10. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 9. c. 198.

Vnum vni tantum est contrarium, & non plura, tū quia contrarietas est vltima distantia, tū quia distantia vna non habet nisi duo vltima. Arist. in 10. metaph. sum. 2. cap. 2. tex. 14. char. 201.

Vnum, & multa sunt prima genera contrariorū, ad quæ reducuntur alia, & hæc opponuntur secundum habitum, & priuationem. Idem ibi. cap. 3. t. 77. c. 203.

Vnum si opponitur multis, sequuntur multa impossibilia: quia vnum, & plura idem erunt. Aristoteles in

10. metaphysic. cap. 5. tex. 20. char. 205. **Vnum** opponitur multis relatiue, vt metrum, & mensurabile. Arist. in 10. metaph. cap. 5. t. 20. ch. 206.

Vnum, quod vere est vnum, non suscipit multitudinem. Them. in 12. metaph. ch. 4.

Vnum, & multa sunt opposita secundum habitum, & priuationem. Auer. in 10. metaph. tex. 9. c. 121.

Vnum opponitur multitudini multis modis, per diuisibile, & indiuisibile, & ratione suarum proprietatum, vt idē, & diuersum. Auer. epit. in metaph. tr. 3. c. 179. c. 3.

Vnum nō opponitur duobus vno genere oppositionis. intelligendum est de illis, quæ non sunt quodammodo idem, vt actus potentie permixtus. Alb. mag. in 5. phys. tract. 3. cap. 6. ch. 67. col. 1.

Vnum nominatum in intellectu statim reliquit formam suam, & per hanc formam opponitur multo, secundum modum contrarietatis, & non secundum supposita. Alb. mag. in 10. metaph. tr. 2. cap. 1. c. 143. col. 4.

Vnum in forma opponitur contrarie, in nomine priuatiue, & in supposito non opponitur, sed est constituens multum. Alb. mag. in 10. metaph. tr. 2. ca. 1. c. 143. c. 4.

Vnum vni in maxima distantia solum opponitur, sed omne voluntarium continet in se duo. omnis enim voluntas est in ratione appetitus existens quiddam, & ideo per formam rationis opponitur inuoluntario per ignorantiam, & per formam appetitus opponitur inuoluntario per violentiam, & sic inter quatuor formas, rationis scilicet, & ignorati, appetitus, & violenti sunt due distantie maxime, & in vtraque opponitur vnum vni tantum. Alb. mag. in 10. meta. tr. 2. cap. 4. c. 144. col. 3.

Vnum separatum in numero, quod sit omnium forma, quæ sunt in materia, non est dare; quia sufficit, quod plura secundum numerum reducuntur ad vnum specie, nisi dicatur, quod reducuntur ad vnum primū principium, quod respectu omnium se habet in ratione primi efficientis, & primæ formæ, & primi finis. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 18. ch. 74. col. 3.

Vnum, & multa opponuntur relatiue, quia vnū est multitudinis mensura, loquendo de vno, quod cōuertitur cum ente. Alex. de Ales in 10. metaph. t. 9. c. 286. co. 1.

Vnum opponitur multitudini, vt habet vnam rationem in se, quæ non est ratio multitudinis. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 17. ch. 292. col. 3.

Vnum secundum diuersas rationes opponi duobus non est impossibile, sed secundum vnam, impossibile est. Alex. de Ales in 10. metaph. t. 20. c. 295. col. 2.

Vocabulum peregrinum est, quod est secundum linguarum varietatem translatum, & quod a proprio alienū est; vt si quis hæc omnia simul congerat, vel enigma, vel barbarissimum efficiat: enigma si translationes, barbarissimum, si linguas. Arist. in 2. polit. c. 298.

Vocabulo communi nihil proprium significatur. Alex. Aph. in 3. metaph. vel secund. lat. 4. co. 2. c. 84. col. 1.

Vocabula ideo inuenta sunt, vt res a rebus distinguantur. Ammo. in Por. ch. 4. col. 2.

Vocabula imprimendi naturalis inest potestas, non tamen vocabula naturaliter sunt significatiua. Boeth. in l. de interp. char. 323.

Vocalis est vox, quæ sine vlla prorsus adiectione sonum, qui exaudiri possit; redditur. Aristotel. de poet. 2. cap. 20. chart. 285.

Vocalis, semiuocalis, & muta differunt inuicem, figuræ oris, locis, aspiratione, tenuitate, longitudine, breuitate, acumine, grauitate, inflexione. Idem ibi.

Vocatio ab oratione vocatæ diuersa est: vocatio est vnus tantum nominis, vocans autem pluribus nominibus constat. Mag. in l. de interp. char. 10.

Volatilia, & natantia differunt, quia hæc alas dirigunt, & inflectunt dum volant: hæc autem id pinas faciunt; & in his alia quatuor, alia duabus. Aristot. de animalum inces. cap. 7. char. 573.

Volantia, & natantia in multis communicant, quia natio est quidam volatus, & volatus est quædam natio. Alb. mag. de mot. ani. 2. trac. 2. cap. 3. ch. 47. col. 2.

Volatile omne, cuius ala, aut pennata, aut corialis est habet sanguinem: quæ aut rugosi sunt corporis, sanguinem non habent. Alber. Magn. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 7. char. 5. col. 1.

Volatiliu ancha, id est, os, ad quod ligatur crus, est longa similis coxæ quadrupedū, & adhæret corpori quasi a latere medij ventris eius, & hoc habet propriū, quod a gressibile distinguitur: ideo coxa esse putatur, cum in volatili distinguitur, eius vero coxa est os illud, quod cum carne sibi adhærente continue iacet inter crus, & membrum anchæ, quod adhæret dorso volatilis. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 6. ch. 32. col. 3.

Volatile omne rapax curuorum vnguium proportione corporis sui est, magnarum coxarum, & pectoris fortioris, quam aliud volatile. Alber. magn. de anima. l. 2. trac. 1. cap. 6. char. 32. col. 3.

Volatilia omnia in hoc conueniunt, quod omnia habent pedem sine pectine in centro quodam diuisum in digitos multos, qui tamen fere in omnibus quatuor inueniuntur: sed aues, quæ natant, digitos continuatos habent in quadâ pellicula, vt facilius natare possent, & oēs, quæ in altum euolant; quatuor digitos habent in vtroq; pede, quorū in pluribus tres ante porrigitur, alius breuior, & fortior vnguē habens posterior, pter struthiū, qui duos tantū anterior habet, & vnū posterior, sed bubo, & pica duos ante, & duos retro habent digitos. Alb. mag. de ani. l. 2. cap. 6. e. 32. col. 2.

Volucres, aliæ penna volant, vt aquila: aliæ membrana sicca, vt apes: aliæ cute, vt vespertilio. Arist. de hist. anim. 1. cap. 5. chart. 14.

Volucres cute, & pennis volant, quæ sanguinem habet: membranis siccis, quæ carent sanguine, & insecta. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. char. 14.

Volucres, quæ pennis, vel membranis volant, sunt etiam bipedæ, vel apedæ. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. c. 14.

Volucris generis exanguis alijs pennarum tutelæ crusta speruenit, vt scarabeis, & hoc genus vaginipennes nuncupari potest: alijs pennæ crusta nulla integuntur, & horum aliæ bipennes, aliæ quadripennes sunt. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. ch. 14.

Volucres gerunt pennas quaternas, quæ aut grandiora sunt, aut aculeo in aluo armantur. Arist. ibid.

Volucres vaginipennes nullæ aculeo armantur. Arist. de hist. animal. 1. cap. 5. ch. 14.

Volucres bipedes anteriori parte aculeum gerunt, vt musca, tabanus. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. c. 14.

Volucres, quibus partus numerosior est, sæpe vnum eiciunt. Arist. de hist. ani. g. cap. 5. c. 205.

Volucres agrestes domicilia aptissime ad victum, & proli salutē moluntur. Arist. de hist. ani. 9. ca. 11. c. 331.

Volucres, aliæ sunt parentes feliciores, & suorum genitorum diligentiores, aliæ minus: alijs ingenium ad victū acutius, alijs obtusius est: aliæ colunt loca fragosa, aliæ saxa, & cauernas. Arist. de hist. ani. 9. cap. 8. c. 331.

Volucrum pectora excisa saniem non sanguinem emittunt. Arist. de spir. cap. 4. c. 916.

Volucres aliæ sunt filipennes, vt omnes aues; aliæ cutipennes, vt vespertilionis, aliæ vaginipennes, ut scarabei. Ammo. in præd. c. 70.

Voluntas quid est.

Voluntas est appetitus. Arist. 3. de anim. su. 2. cap. 2. text. 50. chart. 666.

Voluntas natura est boni, præter naturam, mali. Arist. moral. eud. cap. 1. r. c. 406.

Voluntas est boni appetitio cū ratione. Arist. mor. 1. c. 44.

Voluntas, & quod in nobis est, differunt: quia volunta-

rium illud est, quod ex non coacto assensu fit: quod in nobis est, quod cum assensu rationali, & iudiciario fit, vnde si quid est in nobis, illud voluntarium est, non tamen si voluntarium, & in nobis: quia, & animalia bruta voluntarie aliquid facere possunt. Alex. aphro. de fat. cap. 10. ch. 45.

Voluntas est appetitus quidam deliberationis rationi coniunctus. Idem in 1. de ani. cap. 32. c. 45. col. 1.

Voluntas in homine principium quoddam est. Idem in 4. metaph. vel secund. lat. 5. co. 19. c. 145. col. 1.

Voluntas est boni absolute appetitus, quæ in diuinis substantiis boni exactam habet comprehensionem. quod cæteræ etiam sine vilo consultationis adminiculo appetunt, quia in diuinis nullus prouidentie defectus reperitur. Eust. 6. ethic. cap. 2. ch. 276.

Voluntas est principium in alterum. Auer. 12. metaph. tex. 13. char. 140.

Voluntas, & æterna, & innouata dicuntur æquiuoce, & etiam in contrarietate. Auerro. ex destr. destr. disp. 1. chart. 8. columna 3.

Voluntas, quæ nobis apparet, est potentia, in qua est possibilitas agendi vnum duorum oppositorū æqualiter, & possibilitas recipiendi vnum duorum volitorum æqualiter. Auer. ex destr. destr. disp. 1. c. 7. col. 3.

Voluntas est desiderium agentis ad actionem, & cum eā egerit, deficit desiderium. Auer. ibi.

Voluntas si ponitur æterna, nō aufertur voluntas apud peruentioem rei volitæ, & cum non fuerit ei principium, non fuit innouata ab eo nomine peruentioem rei volitæ, & non potest innouata esse. Auer. ex destr. destr. disp. 1. c. 8. col. 3.

Voluntas est desiderium rei ad perfectionem apud diminutionem repertam in substantia volentis. Auerro. ex destr. destr. disput. 1. c. 11. col. 2.

Voluntas humana est diminutio in volenti, & passio rei volitæ. Auer. ex destr. destr. disp. 1. c. 47. col. 4.

Voluntas in Deo, & hominibus est æquiuoce. Auerro. ex destr. destr. disp. 1. c. 47. col. 4.

Voluntas dicitur animæ appetitum ab interiori tendentem ad extra. Alb. mag. in perih. ch. 82. col. 1.

Voluntas est solius rationalis appetitus, quia est quoddam liberrimum in anima. Alb. mag. de ani. 3. tract. 4. capit. 5. ch. 47. col. 1.

Voluntatis regnum simile est regno tyranni: intellectus regnum monarchiæ, in qua rex sapiens dominatur, nihil discernēs nisi secundum rationem vtilitatis reipublicæ. Alb. mag. 3. de anim. tract. 4. cap. 5. ch. 47. col. 1.

Voluntas est libera ad volendum, & est quasi facultas omnium aliarum, quoniam non cogitamus nisi quando volumus, & sic est quasi maior aliarum virium ad actum, vel actus. Alb. magn. 3. de anim. tract. 4. cap. 8. chart. 48. columna 3.

Voluntas dicitur communiter, & proprie. Communiter est omnis inclinatio alicuius ad actū. Proprie vero est, quæ est finis determinatus a ratione, ideo illā sequit. Alb. mag. 6. ethic. tract. 1. cap. 2. c. 69. col. 1.

Voluntas habet à ratione, quod voluntas fit. Alb. mag. 6. ethic. tract. 1. cap. 2. ch. 69. col. 1.

Voluntati, & si postquam ratio determinauit de fine in bono, vel malo, liberum est velle, tamen nunquā procedit ad actum volendi, nisi in initio factō de fine iudicio. Ante omnem ergo actum voluntatis oportet, quod informetur à ratione, vel recta, vel pueris, & sine hac non est voluntas, sed cōfusus appetitus. Idem 6. ethic. tract. 1. cap. 2. c. 69. col. 1.

Voluntas in intellectu est, & non in appetitu concupiscentiæ tantum. D. Tho. 12. metaph. l. 7. t. 46. ch. 867.

Voluntas est in intellectu, & non est opposita concupiscentiæ tantum. Idem 12. metaph. l. 7. tex. 36. ch. 867.

Voluntarium dicitur, quod fit sponte. D. Thom. 3. ethicor. lect. 1. char. 35. col. 1.

Voluntatis

Voluntatis actus non potest ferri in id, quod est penitus ignoratum: cum voluntatis obiectum sit bonum cognitum. D. Tho. 3. ethic. l. 3. c. 38. col. 3.

Voluntas nihil vult nisi prius sit intellectum. D. Tho. 3. pol. l. 2. c. 104. col. 4.

Voluntatis actus est velle, & diligere. Idem 7. politic. l. 5. char. 108. columna 4.

Voluntas, ut se habet ad cæteras animæ potentias.

Voluntatem postponi voluto, nisi propter defectum aliquem in voluto, nullus per rationem intrinsecā negare potest. Auer. phy. 8. su. 1. te. 15. c. 159. col. 1.

Voluntas, & desiderium differunt; quia quando voluntas, & desiderium mouent, tunc voluntas mouet secundum cogitationem, & desiderium non secundum cogitationem. Auer. 3. de ani. tex. 50. ch. 182. col. 4.

Voluntas hunc ordinem habet ad alias animæ potentias, quod aspicit bonum simpliciter: aliæ vero hoc bonum aspiciunt, vt intellectus suum bonum, quod est intelligere, sensus suum bonum, quod est sentire. Ale. de Ales in 1. metaph. ch. 3. col. 2.

Voluntas in se habet maxime omnium virtutum iustitiam. Dan. Barb. 1. rhetor. ch. 1.

Voluntas quæ eligenda.

Voluntas non postponit, quod intendit, nisi propter excellentiam alicuius intentionis in re intellecta, quæ non erat in tempore voluntatis, & si non esset necesse, vt illud, quod est voluntarium, esset cum voluntate. Auer. phy. 8. sect. 1. tex. 15. c. 159. col. 1.

Voluntatem præcedere volitum in tempore infinito nō contingit, nisi per accidens. Auer. 8. physicor. text. 15. chart. 139. columna 2.

Voluntas bona sine actione magis eligēda est, quā actio sine bona voluntate. Alb. mag. in prior. c. 167. col. 2.

Voluntas non reputatur pro factō. Alb. mag. ethico. 10. tract. 2. cap. 3. c. 112. col. 4.

Voluntarium cadit in id, quod ex animi sententia fit. Arist. mag. moral. 1. cap. 15. c. 291.

Voluntarium non est, quod secundum cupiditatem est, nam violentum est omne inuoluntarium. Arist. moral. eudem. 2. cap. 8. c. 395.

Voluntarium non est, quod iuxta cupiditatem fit: nec inuoluntarium, quod contra cupiditatem. Arist. moral. eud. cap. 8. char. 397.

Voluntarium illud est, in quo contemplando quis agit. Arist. moral. eud. 2. cap. 8. c. 397.

Voluntaria omnia non sunt iuxta electionem, sed quæ ex electione fiunt, omnia voluntaria sunt. Aristot. ibi. cap. 10. chart. 405.

Voluntaria nō semper sequuntur eundem modū actus. Auer. phy. 8. su. 1. tex. 15. ch. 159. col. 1.

Voluntarie nihil mouetur, nisi, aut desiderando aliquid, aut fugiendo ipsum. Auer. 3. de ani. te. 44. c. 181. col. 4.

Voluntariarum rerum fundamentum facile mutatur. Auer. 5. ethic. cap. 10. ch. 79. col. 3.

Voluntarium nil prohibet aliquid ex causā esse, quod simpliciter est inuoluntariū, vt secari, & vri, quæ non sunt voluntaria, nisi ob sanitatem. Alb. mag. ethic. 3. tract. 1. cap. 4. char. 35. col. 3.

Voluntarium dicitur ab actu volendi, & non a potētia, vel habitu. Alb. mag. ethic. 3. tr. 1. cap. 8. c. 36. col. 2.

Voluntaria quædam sunt, quia causā eorum antecedens voluntaria est. Idem ethic. 3. tr. 1. cap. 9. c. 38. col. 3.

Voluntarium est per prius, & posterius in brutis, & in pueris. Alb. mag. ethic. 3. tr. 1. cap. 14. c. 38. col. 2.

Voluntarium non perficitur nisi ab eo, cuius principium est intra conscientem singularia, tanquam ab vna forma. Idem ethic. 3. tr. 1. cap. 1. ch. 58. col. 1.

Voluntarium importat motum appetitione virtutis, quæ præsupponit cognitionem apprehensiuæ virtutis. D. Tho. 3. ethic. l. 1. c. 35. col. 1.

Voluptatum diuisio.

Voluptates aliæ sunt corporis, aliæ animæ. Animæ sunt, quibus sola illa delectatur. Corporis, quæ sensibus corporis percipiuntur. Arist. ethic. 3. c. 10. ch. 73.

Voluptatem quæ afferunt, alia sunt necessaria; alia eligēda quidem per se, sed eiusmodi tamen, vt excessum habeant. Necessaria, quæ ad corpus spectant, vt alimētum. Non necessaria, sed per se eligenda, vt victoria, honor, at qui in his præter rectam rationem, quæ in ipsis est, absolute incontinentes non dicimus, sed ad dentes pecuniarum, & lucri incontinentes appellamus, & non absolute. Arist. ethic. nicom. 7. cap. 5. c. 166.

Voluptates quædam necessariae sunt, aliæ non, & quadā tenus: at excessus, & defectus non sunt necessarii. Arist. ethic. nicom. 7. cap. 7. c. 173.

Voluptates propriæ sunt, quæ ex operatione aliqua per se existunt: alienæ, quæ simile efficiunt. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 5. char. 251.

Voluptas propria in omni operatione existit, & ideo, vt operationes aliæ probitate, aliæ prauitate differunt, aliæ expetendæ, aliæ fugiendæ, aliæ neutrae, sic & voluptates se habent. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 5. c. 251.

Voluptas propria vnicuique alia est: diuersa enim est hominis, & canis voluptas. Arist. 10. ethicor. Nicom. cap. 4. char. 252.

Voluptates alijs quædam gratæ sunt, alijs odiosæ, sed quæ probo viro bona apparent, omnibus bona apparent, ergo vniuscuiusque mensura virtus est. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 252.

Voluptates, quid sunt, & ut in se differunt.

Voluptas optimum est, licet multæ voluptates præcæ sint absolute. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 13. c. 184.

Voluptatem optimū esse id indicat, quod bestiarū, & homines sequuntur. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 13. c. 184.

Voluptates, quæ sunt sine dolore, excessum non habent, atque hæc natura non ex accidenti iucundarum rerum sunt. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 14. c. 186.

Voluptates secundum Eudoxi opinionem bonum ipsum est, quia tam rationalia, quam irrationalia illam appetunt, & in omnibus, quod expetibile, id honestum, & quod eiusmodi est, & præstantissimum est. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 2. c. 247.

Voluptatem summū bonū esse Eudoxo videbatur magis ob morum suorum virtutem, quā propter rationes, præcipue enim temperans esse videbatur. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 2. c. 242.

Voluptatem maxime expetendam dicebat Eudoxus, quia non ob aliud, nec alterius causā eam eligimus, sed per se ipsam exquirimus. Arist. 10. ethicor. nicom. capit. 2. chart. 242.

Voluptatem maxime expetendam ait Eudoxus, quia si expetendæ rei adiungatur, expetendam eam magis reddit. Arist. 10. Ethic. Nicom. cap. 2. c. 242.

Voluptates differunt specie, quæ ex honestis rebus existunt, & quæ ex turpibus eliciuntur. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 3. c. 245.

Voluptas non omnis per se bonum, nec omnis expetenda est. nonnullæ sunt per se expetibiles, quas differre specie ab his, a quibus eueniunt plane patet. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 4. c. 246.

Voluptas non est motio, vel generatio. Aristotel. 10. ethicor. nicom. ibid.

Voluptatem omnes appetere existimant, quia viuere omnes appetunt, & vita est operatio quædam. Arist. 10. ethic. nicom. ibid.

in iohethicor. Nicomac. capit. 4. chart. 248.
Voluptates differunt specie. Arist. in 10. ethicor. Nicom. capit. 5. chart. 250.
Voluptas non est mens, nec sensus. Aristo. in 10. ethicor. Nicom. cap. 5. chart. 252.
Voluptas nulla est ortus primus. Aristot. magn. moral. cap. 8. char. 338.
Voluptas non est impedimentum actionibus, immo suscitata impellit, quia probus faciendo agit, que ex virtute sunt, & ea suauiter. Arist. mag. mor. cap. 8. c. 342.
Voluptas est efficatrix scientia. Aristotel. magn. moral. cap. 8. chart. 343.
Voluptati quantum intersit res esse proprias sui, inenarrabile est. Arist. in 2. polit. cap. 5. ch. 522.
Voluptas bonum est, hanc enim omnia animantia expectant. Arist. in 1. rhetor. ch. 26.
Voluptas est motus animi; ac momentaria constitutio, eaque in sensibilem naturam insita: molestia contra iucundum ergo commemorata affectionis patiendi vim obtinet; molestum corrumpenda. Aristoteles in 1. rhetoricor. char. 46.
Voluptates aliqua indifferentes sunt: commune autem non est vnum eorum, quæ sub communi sunt, neque ergo indifferens. Alex. Aphr. in 4. nat. q. cap. 5. c. 17.
Voluptas est dissolutio ipsius animæ non propter corpus, nec in corpore solo facta. Alex. Aphr. in 4. natur. quæst. cap. 6. char. 18.
Voluptates differunt specie, quia actiones specie differunt, quibus actionibus insunt voluptates. Alex. Aphr. in 4. nat. quæst. cap. 19. ch. 20.
Voluptas dicitur actus, non quod ipsa propria ratione sit actus, sed quod in actione esse habeat, & quod non possit absque ea fieri. Alex. Aphr. in 4. nat. q. ca. 23. c. 20.
Voluptas est operatio secundum naturam non impedita. Eustr. in 2. ethic. Nicom. cap. 1. ch. 92.
Voluptas, licet in tempore essentia eius non perficiatur, esse tamē tota, & integra sine temporis parte nequit, ut quatenus operationis naturalis perfectio, ac finis est, non sine tempore eatenus sit. Eustr. in 2. ethic. c. 6. c. 97.
Voluptas sua auiditate, vel aliquo potiendi studio, quod sit iucundum, vel quod homines possidere consueverunt, cupit. Eustr. in 6. ethic. cap. 1. ch. 264.
Voluptatem summum bonum esse, ideo dixit Epicurus, quia posuit omnium entium principia esse materialia. Alb. mag. in 4. ethic. trac. 1. cap. 1. c. 40. col. 1.
Voluptas omnis ab ultimo subiecto, quod finis est, & speciem, & nomen accipit: alia vero, quæ in ipsa sunt, omnia sunt, ut dispositiones. Alb. mag. in 4. ethic. trac. 1. cap. 1. char. 48. col. 1.

Voluptates, ut sunt, quæ sunt, & in quo.

Voluptas in nobis ab infantia ita inoleuit, ut difficile sit affectum huiusmodi vitæ nostræ vere incorporatum, & imbibitum extergere. Aristotel. in 2. ethicor. Nicom. cap. 3. char. 35.
Voluptates etiā sine dolore, & cupiditate existunt, ut contemplantur operationes, quæ minime indigentis naturæ sunt. Arist. in 7. ethic. Nicom. cap. 12. c. 181.
Voluptas magis consistit in motu, quam in quiete. Arist. in 7. ethic. Nicom. cap. 14. c. 187.
Voluptas in vnoquoque sensu sit. Aristo. in 10. ethicor. Nicom. cap. 4. char. 247.
Voluptas perficit operationem, non ut habitus, qui inest, sed ut finis superueniens. Aristotel. in 10. ethicor. Nicom. cap. 4. char. 247.
Voluptate non assidue afficimur, quia defatigamur. omnia enim humana ad assidue operandum imbecilla sunt. Arist. in 10. ethic. Nicom. cap. 4. c. 248.
Voluptas non sit sine operatione, & operationem omnem perficit voluptas. Arist. in 10. ethi. Nicom. ca. 4. c. 248.

Voluptas vnaquæque operationi ei est coniuncta affinitate, quam perficit. Simul enim operationem propria, & affinis voluptas auget, quippe cum singula magis iudicent, & absoluant exactius, qui cum voluptate operantur. Arist. in 10. ethic. Nicom. cap. 5. c. 250.
Voluptates affiniore sunt operationibus, quæ in ipsis existunt, quam appetitiones: hæc enim & temporibus, & natura distinctæ sunt. illæ adeo annexæ operationibus sunt, & ab ipsis adeo indistinctæ, ut an idem cum voluptate operatio sit ambiguum esse videatur. Arist. in 10. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 251.
Voluptas concomitatur ex cupiditate agentes. Aristot. mag. mor. 1. cap. 11. char. 288.
Voluptati vicinum esse est, & sine ægritudine esse. Arist. mag. moral. 2. cap. 8. ch. 337.
Voluptates præter naturam, cum non sint hominis propriae, voluptates dici non possunt. Alex. Aphr. in 4. natur. q. cap. 6. char. 18.
Voluptas non est per se, sed in aliqua actione fit, & fit per proprietatem ad actionem. Alex. Aphrod. in 4. natur. quæst. cap. 17. char. 19.
Voluptas ita in operatione essentiam suam habet, ut ab ea separari non possit. Eustr. vel Mich. Ephes. in 10. ethic. cap. 3. char. 494.
Voluptatem ob operationem, & vitam sectamur, non autem contra. Eustr. vel Mich. Ephes. in 10. ethic. ca. 4. c. 507.
Voluptas ita sequitur comprehensionem, ut umbra corpus. Auer. in 12. metaph. tex. 39. ch. 151.
Voluptas omnis fit a sensu, aut secundum actum, aut secundum potentiam, aut secundum præsens. & est voluptas præsens; aut secundum præteritum, & est remissentia; aut secundum futurum, & est spes. Alb. mag. in 7. phy. tr. 1. cap. 8. char. 35. col. 1.

Voluptati ut difficile repugnatur, & voluptatis memoria quid facit.

Voluptati repugnare difficilius est, quam iræ. Arist. in 2. ethic. Nicom. cap. 3. ch. 35.
Voluptatibus minus quàm oportet oblectari, pcul esse ab hominis natura videt. Arist. in 3. ethic. Nic. c. 11. c. 76.
Voluptates vehementes sunt in his, quæ recordamur, & sperantur. Arist. in 1. rhet. ch. 47.
Voluptatem memoria voluptatum efficit, & recordatio dolorum, & aduersitatum dolorem. Simp. in 7. phys. tex. 18. char. 380. col. 1.

Voluptates, ut probæ, malæ, turpes, vel honestæ.

Voluptates non videntur bonum, quia alia præter naturam actiones sunt, siue ab ortu, ut bestiarum; siue ex consuetudine, ut prauorum hominum; alia sunt medellæ, quia sunt indigentis: meliusque est habere, quàm fieri. alia accidunt, hæc perficiuntur, ex accidenti ergo probæ sunt. Arist. in 7. ethic. Nicom. cap. 14. c. 286.
Voluptates probrosæ non sunt iucundæ; non enim si malæ affectus sunt iucunda, iccirco ea absolute esse iucunda existimandum est, sed illis tantummodo, ut nec dulcia, vel amara, quæ egrotantibus videntur, nec alba, quæ lipipientibus videntur. Arist. in 10. ethic. Nic. cap. 3. c. 245.
Voluptates expetendæ sunt, sed non è turpibus rebus. Arist. in 10. ethic. Nicom. cap. 3. c. 245.
Voluptas proprie exacte absoluit operationes, molestia labefactat, & perdit. Arist. in 10. ethic. Nic. c. 4. c. 251.
Voluptates honestorum laudabiles sunt, turpium vituperabiles. Arist. in 10. ethic. Nic. cap. 5. c. 251.
Voluptates turpes hominibus tantum corruptis voluptates sunt. Arist. in 10. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 253.
Voluptates, quæ honesti hominis sunt, ex operationibus patent, quæ scilicet honesti viri operationes sequuntur. Arist. in 10. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 253.

Volu-

Voluptas si esset vnius speciei, omnis, vel esset bonum, vel malum; sed cum non sit, quæ in bonis, bona est; quæ in malis, mala est. Alex. aphr. in 4. nat. quæst. cap. 15. c. 19.
Voluptates studiosorum natura proprie sunt bona, & contra mala. Alex. aphrod. in 4. nat. quæst. cap. 16. char. 19.
Voluptas erit sub illa bonorum specie, sub qua, & actiones, quibus sunt propriae. Idem ibid. cap. 17. chart. 17.
Voluptates turpes nunquam expetere rationabile est. Alex. aphr. in 4. nat. quæst. cap. 23. char. 20.
Voluptas, in quibus est cum honesto, expetenda est honesti causa, non contra. Alex. aphr. ibidem.
Voluptas omnis, & omnis honor non est bonum. Eustr. in prim. ethic. char. 40.
Voluptates, quæ sunt in superabundantijs, secundum se non sunt bonæ, possunt tamen esse bonæ per superabundantiam. Alb. mag. in 7. ethic. trac. 2. cap. 5. ch. 90. col. 2.

Voluptas, ut corporis

Voluptates corporis nominis huius, hereditate consequuntur, ex eo, quod sæpe in ipsis intendunt homines, omnesque earum participes sunt. Aristot. in 7. ethicor. Nicom. cap. 13. chart. 184.
Voluptates corporis expetibiliore videntur, primo, quia expellunt dolorem, atque ob dolorem excessum excedens voluptas, quasi medella quædam est. Idem ibidem.
Voluptates corporeæ, in quibus excessus quidam sunt, in his sunt expetendæ quædam, & fugiendæ: mediæ expetendæ, quæ secundum excessum fugiendæ: at in quibus non est excessus, ut quæ in contemplatione versantur, expetendæ semper sunt. Alex. aphrod. in 4. nat. quæstio. cap. 6. char. 18.
Voluptates a natura animalibus propter actiones datæ sunt si seruari debent. ideo in cibarijs voluptatem habent animalia, & in alijs. Alex. aphr. in 4. nat. q. ca. 23. ch. 20.
Voluptatis causa est comprehensio. Auerroes in 12. metaph. tex. 39. char. 151.
Vomitus, cum tempora immutantur, citari maxime debent, ne conturbatio redundet, cum varia excrementa materiam inutilis ex mutandi ratione proueniant: unde fit, ut cibum, alij parum concoquant, alij parum capiant. Arist. problem. sect. 1. num. 4. char. 331.
Vomitus magis leuant corpora, quam sudores. Aristote. problema. sect. 2. nu. 22. char. 358.
Vomitus non nimii motus ratione relaxat, sed si non bene agatur: copia enim ciborum, quæ in ventriculo remansit, & excrementa, quæ his incidunt cibis, faciunt, ut lassitudo vomitum consequatur. Aristote. problem. sectio. 5. numer. 7. chart. 397.
Vomitus per se est natura contrarius, nec iuuat, nisi per accidens: ideo fit difficilius, cum tamen per villos latitudinales fiat. Albertus magnus de animalibus lib. 1. tract. 2. cap. 22. char. 20. colum. 1.
Voraces, & insensibiles sunt, qui habent maiorem partem illam, quæ est ab extremitate pectoris ad collum, quam illam, quæ est ab umbilico usque ad extremum pectoris. Voraces quidem, quia ventrem magnum habent. Insensibiles autem, quia angustum sensus locum, ac in arctum redactum ab eo, qui recipit cibum, ita ut sensus grauari sint ob repletionem ciborum. Aristoteles physiognom. cap. 9. char. 348.
Vertigo componitur ex tractione, & pulsione: id enim, quod mouet, pellit, hoc trahit illud. Aristoteles in septimo physicor. summ. 3. cap. 1. tex. 10. char. 182.

Vocis diuisio.

Vocem alia animalia grauiorem habent, alia acutior, alia firmiorem, ac in vtranque exuperantiam modice constantem, alia magnam, alia parvam, & alia leuitate, alia asperitate, flexibilitate, aut rigiditate discrepant. Arist. de generatio. anim. 5. cap. 7. char. 283.

Voces, quæ de multis dicuntur, nil in rei essentia, aut in consequentione dicuntur. Ammon. in Porph. c. 3. col. 2.
Voces, quæ in rei essentia dicuntur, aut in quæstione quæ quid sit, quæruntur; aut in quale, quæ est differentia: si in quid, vel differentibus specie, & est genus: vel numero, & est species. Ammon. in Porphyr. char. 5. col. 2.
Voces, quæ in consequentione essentia rei dicuntur, aut de vna specie enunciant, & est proprium: aut de multis, & est accidens. Ammon. in Porphyr. char. 5. colum. 2.
Voces alia significatiuæ, & articulatae sunt, ut hominis: alia significatiuæ, & illiteratae, ut canum latratus: alia significatu carentes, & literatae, ut blitiri: alia, nec literatae, nec aliquid significantes, ut sibilus, vel alia brutorum voces. Ammonius in lib. de interpret. char. 17.
Vocum, etsi septem sunt genera, tamen nec ea, quæ nihil significant, nec quæ de vno tantum, ut indiuidua, a philosophis considerantur: remanent ergo solum quinque genera, genus scilicet, species, differentia, proprium, & accidens. Ammon. in Porphyr. char. 5. col. 2.
Voces alia nihil significant, ut blitiri; alia ad alteram significatiuam referuntur, ut voces relatiuæ illæ, quæ, quis: alia simul cum alia sunt significatiuæ, ut articuli, & coniugationes: alia non sunt prima significationis, ut cœlitus, pulcherrime: alia notionum inter se connexionem, ut si dies est: alia ex repugnantia diuisiui, ut vel dies est: alia sunt quædam ineffabiles animi motiones, ut gemitus, fremitus: alia inarticulati sonus, ut sibilus: alia sunt suprema genera, quorum non est assignare commune genus: alia sunt compositæ: alia sub compositæ, ut multifidus: alia per sincopem: alia per apocopem: alia factiua: alia figurata: alia adiectiua: alia poetica, aut rhetorica: alia propriae sunt, quæ omnes non cadunt sub aliquo prædicamento: alia præfinitiones, ut necesse, contingens: alia modi, ut omnis, nullus: sed quæ tantum enunciatiuam orationem constituere possunt, in prædicamentis cadunt. Dexip. in prædicament. char. 28.
Vocem hominis cum consideramus, tria consideramus circa ipsam; numerum, armoniam, & dictionem. Ioan. grammat. in 2. de anim. tex. 87. char. 61. colum. 4.
Voces alia significatiuæ sunt, alia non: alia articulatae, alia non: alia scribi possunt, alia non. Magent. in lib. de interpretatione chart. 7.
Voces alia significatiuæ, alia non: significatiuæ alia sunt naturaliter, alia non: naturaliter sunt, ut gemitus: non naturaliter, quæ positione sunt. Boet. in lib. de interpreta. char. 220. Idem Boet. in eodem loco, char. 311.
Vox omnis animalis, aut ex animæ passione, aut propter animæ passionem profertur. Boet. in lib. de interp. c. 304.
Voces, secundum quod referuntur ad intellectum, diuiduntur in commune, appellatiuum, proprium, vel singulare. Albertus mag. de prædicab. char. 3. colum. 1.
Vox dupliciter consideratur. Vna est secundum vocis substantiam, ut est discreta quantitas, & sic vox est vna de rebus naturæ, & apud omnes eadem. Vel ut institutum signum ad significandum sub certa figura, & certis elementis, & sic est ad placitum, & non eadem apud omnes. Albertus magnus in periherm. char. 81. colum. 2.

Vox quid est, & ut sit.

Voces sunt notæ earum, quæ sunt in anima passio-num, & quæ scribuntur earum, quæ sunt in voce. Arist. in perihermen. cap. 1. char. 118.
Vox sonus est quidam animati: in animatorum enim nullum vocem edit, sed secundum similitudinem dicuntur vocem edere, ut tibia, & lira. Aristot. in 2. de anim. sum. 4. cap. 4. tex. 87. chart. 637.
Vox est sonus aialis, sed non qualibet parte, sed quia omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo. & hoc est aer. ergo sola hæc edet vocem, quæ suscipiunt aerem. 22 Arist.

Arist. in 2. de anim. sum. 4. cap. 4. tex. 88. char. 637.
Vox est percussio respirati aeris ab anima, quæ est in his partibus ad vocatam arteriam. Aristot. in 2. de anima. sum. 4. cap. 4. tex. 90. char. 647.
Vox, & auditus sunt, vel vnum, & vt non vnum, & idem. Arist. in 2. de ani. sum. 6. cap. 1. tex. 143. char. 650.
Vocis acumen est velocitas. Arist. de gener. anim. 5. ca. 7. ch. 285. Idem Arist. probl. sect. 11. nume. 53. char. 468.
Vox formatur cum spiritu reddimus, nõ cum capimus. Arist. problem. sect. 13. num. 14. char. 455.
Vocis id est acutum, quod velox est in delatione. Arist. problem. sect. 11. nu. 21. char. 457.
Vox est ictus eius aeris, ac spiritus, quem anima cum quadam cogitatione, & mente per pulmonem vsque ad arteriam extrinsecus haurit, & respirat. Alexan. aphr. de sens. & sen. sect. 9. com. 27. char. 14. col. 2.
Vox sonus est, qui ab animali, vt animal est, prouenit. Alexan. aphr. in 1. de anim. cap. 15. char. 36. col. 2.
Vox nil aliud est, quam spirabilis aeris percussio ab animati potestate in vocalibus organis genita ad id, quod arteriam appellamus cum imaginatione quapiam. Alexan. aphr. in 1. de anim. cap. 15. char. 36. col. 2.
Vox, & sonus omnis per tria gignitur: primo id quod plagam infert: secundo id, cui infertur: tertio, in quo hæc gignuntur. Them. in 2. de ani. ca. 3. tex. 88. c. 77. col. 2.
Vox est animantis sonus, qui de instrumentis, & meatibus, & officina spirandi attollitur ortum habens hinc, quod spiritus redditus percutit aerem in arteria contentum, aut ipsam arteriam, idque cum aliqua imaginatione, aut consilio significandi aliquid. Them. in 2. de anim. cap. 3. tex. 91. char. 77. col. 3.
Vocis forma est nomen, vel verbum, & vt propria, vt translata, vt figurata. Porphy. in prædicamen. char. 2.
Voces simplices sunt, quæ rem simplicem declarant. Ammonius in prædicament. char. 18.
Voces compositæ sunt, quæ aliquid compositum substantiæ actioni, vel passioni significant. Idem ibidem.
Voces simpliciter sunt, quæ alijs coniunctæ, aliquid significant. Ammon. in prædicam. char. 27.
Vox non est genus orationis, sed orationis materia. Ammonius in lib. de interpre. char. 9.
Vox est sonus ex animato prodiens, cum per thoracis comprehensorem elisus ex pulmone aer attractus per asperam arteriam, & quod animi quodam impetu tinnitum quandam percipit, & verberationem sensibilem. Ammon. in lib. de interpre. char. 17.
Vox est terminus actionis animæ. Simpl. in præd. char. 4.
Vox est quædam soni species, quæ alijs tum inest animalibus, tum etiam rationalibus. Simpl. in 2. de anim. tex. 87. char. 40. colum. 3.
Vox est per rectum motum, & non immediate respirato aere arteriam percipiens. Simpl. in secun. de anim. text. 90. char. 40. colum. 1.
Vocis materia est respiratus aer. Ioan. Gram. in 2. de ani. text. 87. char. 62. colum. 1.
Vox est materia sermonis: vocis materia est in spiratus aer: causa effectiua natura: instrumentaria aspera arteria: finis est, vt animæ motus, & habitus significet. Ioan. gram. in 2. de anim. tex. 89. char. 62. col. 3.
Vox est orationis genus. Magen. in lib. de interpre. ch. 4.
Vox sonus est, qui ab animante fit per instinctum vocis significans. Magen. in lib. de interpre. char. 7.
Vocis essentia non est aliud quam percussio aeris anhela ti ad mēbrum, quod canna dicitur, ab expulsiōe animæ imaginatiuæ voluntariæ, quæ est in istis membris. Auer. in 2. de anim. tex. 90. char. 144. col. 4.
Vox est aeris per linguam percussio, quæ per quasdam gutturis partes fit, quæ arteriæ vocantur. Boetius in lib. de interpre. char. 289.
Vox est sonus animantium, & etiam inanimatorum esse potest. Boet. in lib. de interpre. char. 308.

Voces non sunt primæ notæ rerum, sed potius sunt notæ similitudinum, quæ sunt in anima, & per istas similitudines ad res referuntur. Albertus magnus in perihermen. char. 80. colum. 3.
Vox est sonus ab ore animalis cum imagine alicuius significationis prolatus. Alber. mag. in periherm. ch. 80. col. 3. Idem D. Thom. in periherm. char. 3. col. 2.
Vox prædicatur de nomine, & verbo, ut materia: non quidem ut materia, ex qua, sed materia, in qua formatur nomen. Alber. mag. in perihermen. char. 82. col. 1.
Vox est sonus formatius in signum, quod ad placitum significat, & ideo de re facit notitiã, vt signum, & ideo non percipit illam vocem, quæ nescit institutionem signi: ideo de diuersis dogmatibus loquentes non se intelligunt. Alb. mag. in 2. de ani. tr. 3. ca. 22. ch. 26. col. 3.
Vox est quoddam naturale, qua de re ipsius tractatio pertinet ad naturalem philosophum. Diuus Thomas in perihermemias char. 1. colum. 3.

Vox, vt significatiua, & articulata.

Vox est molesti, & iucundi significatiua, & ideo alijs quoque animalibus existit. Arist. 1. polit. c. 2. ch. 490.
Voces ideo inuentæ sunt, vt res significaret, deinde quod hoc sit nomen, illud verbum, non primæ operationis est opus, sed secundæ, de qua in libro de interpretatione. Porphy. in prædic. chart. 1.
Voces significatiuæ dicuntur de vno, vt indiuidua, & de multis. Ammonius in Porphy. char. 5. colum. 2.
Vocum significantium, quæ notiones, & res significant, proprium est prædicari, & denuncupari. Dex. in prædicament. chart. 25.
Voces significatiuæ, quæ scribi possunt, sunt nomen, & verbum. Magen. in lib. de interpre. char. 7.
Voces, quæ nihil significant, & scribi non possunt, est sibilus. Magen. in lib. de interpre. char. 7.
Voces, quæ scribi possunt, & nihil significant, sunt blitiri. Magen. in lib. de interpre. char. 7.
Voces, quæ significant, & non scribuntur, sunt canum latratus. Magent. in lib. de interpre. char. 7.
Voces significant res, res significantur. Boe. in præd. c. 127.
Voces animi conceptus, & intellectus significant. Boet. in lib. de interpre. char. 296.
Vocum significationes ex opinionibus veniunt. Idem ibidem chart. 456.
Voces interdum res significant, interdum facta, interdum singula dicta, interdum orationes. Boetius de diuisio, chart. 649.
Voci significatiuæ quinque accidunt: quod sit vniuoca, diuersiuoca, multiuoca, æquiuoca, analogica. Albertus mag. de prædicab. char. 3. colum. 4.
Vox vna, & eadem numero a multis non sentitur, sed diuersa sunt, quæ sentiuntur, quorum tamen quodlibet sentitur imaginatione, & similitudine vocis, quæ primi vocantis est. Alber. mag. in sex princ. char. 73. col. 1.
Vox significans ad institutionem intellectus dicitur nota passionis, quæ est in anima. Albertus magnus in perihermen. char. 80. colum. 2.
Vox significatiua ad placitum duobus modis consideratur: primo secundum institutionem, & vsum: secundo secundum causam institutionis. Albertus magnus in periherm. chart. 80. colum. 3.
Vox articulata dicitur, quia articulatum facit signum rei. Alber. mag. in periherm. char. 80. col. 4.
Vocum significatio, quæ est immediata ipsi conceptio- nibus intellectus, quia logica ordinatur ad cognitionem de rebus sumendam, pertinet ad logicæ considerationem: at literarum cognitio, quia longius distat, non ad logicam, sed ad grammaticam pertinet. Diuus Thomas in periherm. char. 1. colum. 4.
Vocis significatiuæ proprium est, vt generet aliquem intellectum

intellectum in animo audientis. Idem ibid. c. 5. col. 2.
Vocis significatio duplex. Vna, quæ refertur ad intellectum compositum, & hæc orationi competit. Alia quæ refertur ad intellectum simplicem, & hæc non competit orationi, sed orationis parti. Idem ibid. col. 4.
Vocis sono, & accentu res mirabiliter exprimuntur. Dan. Barb. in 3. rhet. cap. 1. c. 151.

Vox, ut breuis, longa, & ut melius auditur.

Vox etsi, cum sit aer natura sua, sursum ferri apta sit, sentitur tamen melius superius deorsum; quia vox est aer iunctus humori, qui potest deorsum deorsum fertur: vel quia, etsi sursum ferri vult, cum tamen aeri sibi auerso occurrit, cum per vim nequeat compellere qui & amplior, & grauior est, reflexa in partem auersam deorsum se deserit. Arist. probl. sec. 11. nu. 45. c. 465.
Vox, quæ natura breuis est, in breui tempore; quæ longa, in longo pronuntiatur: ideo quod quantitatem priorem in se habet, & quæ est in voce causa breuis in longo, & longa in breui tempore pronuntiari voce possit. Dex. in præd. c. 45.

Vox, ut ambigua, & æquiuoca.

Voces æquiuocæ, & ambiguae substantiam, vel quandam substantiam communem non significant. Io. gram. in 1. physicor. c. 10. col. 1.
Vocis vnitas sufficit ad vnitatem enunciationis, si sit tale prædicatum, quod referatur ad vocem, vt canis est nomen: non sufficit, vt si tale sit prædicatum, vt multa in vno currant. D. Tho. in periherm. c. 12. col. 2.

Vox, ut differt a sono, & ab oratione, & qua sit natura.

Voces nõ sunt oibus eadē. Arist. in periherm. c. 1. c. 119.
Vox differt a sono, & locutione. Arist. de hist. ani. 4. capit. 9. chart. 135.
Vox est natura orationis positione. Mag. in l. de inter. c. 4.
Vox per materiam, non per formam dicitur natura esse. Mag. in l. de inter. c. 7.
Voces beluarum non sunt nomina natura, sed constitutione. Mag. in l. de inter. c. 7.
Voces, & literæ sunt hominum positione; intellectus, & res natura. Boet. in l. de inter. c. 217.
Vox simplex differt a sermone: quia vox simplex est signum tristitiæ, & delectationis, nam interiectio est, vt rugitus leonis; at locutio humana significat, quid visile, & quid nocuum. D. Tho. in 1. pol. l. 1. c. 3. col. 3.

Vocis instrumenta.

Vox gutture vna parte agitur, ideo quibus pulmo deest, is nulla vocis mittendæ facultas est. Aristot. de hist. ani. 4. cap. 9. c. 135.
Vocis articulata instrumenta sunt, lingua, palatum, labia, dentes: simplicis uocis, pulmo, aspera, arteria. Ammon. in l. de inter. c. 14.

Vox, ut cognoscitur.

Vox acmine, & grauitate maxime notescit. Arist. de hist. ani. 4. cap. 9. c. 138.
Voces simplices cognoscuntur per definitionem, propositiones per argumentationem. Alb. mag. in post. c. 173. c. 3.

Voces, ut magis docent, quam libri.

Vox viuia efficacior est ad docendum, quam lectio librorum; quia licet scriptura ostendat res, & habitus

dines earum in scripto, tamen modum rerum per motum, & nutum, & affectum non ostendit, quæ omnia loquens ostendit. Alber. magn. de sens. & sens. tract. 1. cap. 2. ch. 2. colum. 3.

Vocem qua habent.

Vocem animalia multa non habent, ut quæ sunt sine sanguine, & sanguinem habentium pisces, & hoc rationabiliter; quia sonus est motus aeris. Aristot. in 2. de ani. su. 4. cap. 4. t. 87. c. 637.
Vox non est omnis animalis sonus, sed oportet esse animatum uehementem cum imaginatione aliqua: debet enim esse vox significatiuus sonus, sed non vt tussis. Aristot. in 2. de ani. su. 4. cap. 4. tex. 90. c. 637.
Vocem edere non potest, nec respirans, nec expirans, sed detinens. Arist. in 2. de ani. su. 4. cap. 4. t. 9. c. 638.
Vocem emittunt animalia, quæ spiritum attrahunt, & reddunt. Alex. Aphr. in 1. de ani. cap. 15. c. 26. col. 2.
Vox homini, & sermo, cur lente perficiatur, cætera animalia statim, aut paulo post vocem suam reddere possunt: quia vox hominum multiplicior, & artificiosior est, & doctrinam magis desiderat: bestiarum simplicior, & naturalis potius quam animalis est. Alex. aphr. in 1. probl. nu. 148. c. 722.
Voces animalium irrationalium non sunt articulatae, ideo scribi non possunt. Amo. in l. de inter. c. 14.
Vox in solis inest animalibus. Simp. in 2. de anim. te. 87. char. 40. colum. 3.
Voces carent omnia animalia, quæ linguam non habent, sed adhærentem secundum totam longitudinem, & ligatam ad inferiorem partem oris. Alb. mag. de ani. l. 4. tract. 2. cap. 2. c. 50. col. 4.

Vox ut numerus, armonia, & diffio.

Vocis numerus uersatur circa tempus breue, & longum: armonia uero acutum, & graue: dictio circa syllabarum formationem, & expressionem ex qua eorum, quæ dicuntur, intelligentia significatur. Io. gra. in 2. de ani. t. 87. c. 61. col. 4.

Vox, ut ad mores hominum pertinet.

Vox potius uiolentis frangitur, quam sobrii, quia repletio facit, vt vox celerius frangi possit. Aristot. probl. sec. 11. nu. 46. c. 466.
Vox grauis, & intensa fortem; acuta, & remissa, timidum designat. Arist. phy. cap. 4. c. 338.
Voces magna valde qui vociferant, iniuriosi sunt: referuntur ad asinos. Arist. phy. cap. 10. c. 355.
Voces graui qui uocant, incipientes a graui, & finiunt in acutum, iracundi, lugentes sunt; & referuntur ad boues, & ad uocis decentiam. Idem ibid.
Vocibus acutis, mollibus, & ruptis, qui loquuntur, cinqui sunt; referuntur ad mulieres, & decentiam. Idem ibid.
Vocibus grauibas magno, & perplexo sono qui uocant, referuntur ad canes, & decentiam. Idem ibid.
Voces molli, & sine contentione qui uocant, referuntur ad oues, & mansueti sunt. Aristot. physiognomic. capit. 10. c. 355.
Voces acuta, & fortiter vocantes, iracundi sunt, referuntur ad capras. Arist. physiogno. cap. 10. ch. 355.
Voces quassatam promunt stulti, & voraces per naturæ inclinationem. Albert. magn. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 10. ch. 11. colum. 4.
Vocis sonus indelectabilis, vel stolidus, ouium, uel caprarum uoci similis, stultitiæ est indicium. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 10. c. 11. col. 4.
Vocem grauiorem primo promentes, quæ in acutâ desinit, mollis sunt affectus, & cito lugubris animi fiunt. 222 Alber.

Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 10. char. 11. col. 4.
**Vocem acutam cum quadam siccitate qui proferunt, ver-
 spelves, & subdoli probantur. Idem ibid. cap. 12. col. 1.**
Vocem acutam, & mollem qui habent, effeminati sunt.
 Idem ibidem.
**Vocem, qui emittunt, tanquam è concauo pectoris gra-
 uem, & inflexibile, viriles sunt in bellis, & magnanimi.**
 Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 10. char. 12. col. 1.
**Vocis sonum, qui edunt grauem, & tardum, tranquilli
 sunt, & iucundi significantur, & opera iusta faciunt.**
 Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 10. char. 12. col. 1.
**Vocem intendentes in modum auium cantu, proni sunt
 in uenerem, & leues, & inanes. Idem ibidem.**
**Vox inflata, & tenuis, & quasi lugubris, tristem indicat,
 & asperum, & suspiciosum. Idem ibidem.**
**Vox quibus incurrit in nares, ita ut nares consonent, men-
 daces, maleuoli, inuidentes, & malis alienis gaudentes.**
 Idem ibidem.
**Vox uehemens, tanquam permixtus sonus, violentum,
 iniustum, odium in corde gerentem indicat. Idem ibi.**
Vox tarda inertem, præcipitem, & impudètem declarat.
 Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 10. char. 12. col. 1.
**Vocis genus, aliud iracundia fumit, aliud metus: nam ibi
 acutum, & incitatum crebro incidens venit: hic de-
 missum, haesitans, & abiectum; ac ut in voluptate effu-
 sum, lene, tenerum, & remissum, ita in vi contentum,
 uehemens, imminens, & quadam incitatione grauita-
 tis, in molestia graue quidem, & vno pressu, & nõ ob-
 ductum. Daniel Barbar. in 3. rhetor. cap. 1. char. 151.**

Vocis diuersitas vnde.

Vocis acuminis, grauitatisque eandem esse causam ar-
 bitrandum est, quam mutationis, cum minora ma-
 ioraque natu mutantur. Aristoteles de generatio. ani-
 mal. 5. cap. 7. chart. 283.
**Vocem acutiorem cætera animalia omnia minora natu
 emittunt, vituli bubuli grauiorem, quod idem mari-
 bus, & foeminis eiusdem generis euenit. Idem ibidem.**
**Vocem acutiorem foemina omnis mittit, quam mas: con-
 tra in bubus: vacca enim grauius, quam tauri sonant:**
 Arist. de gener. ani. 5. cap. 7. char. 283.
**Vocis grauitas est naturæ generosæ indicium. Idem ibi-
 dem chart. 284.**
**Voces magnæ sût eo, quod multum simpliciter est, quod
 mouetur: pariuoca eo, quod parum: grauiuoca, & acu-
 tiuoca eo, quod respectu inter se habitò differentiam
 hanc recipiunt. Idem ibidem.**
**Vocis acutæ plurima parte sunt foemina, & minora natu,
 cum præ sua imbecillitate parum aeris moueant. Ari-
 stot. de gener. anim. 5. cap. 7. char. 285.**
**Vocis grauitatem spiritus calidus grossitudine sua efficit,
 frigidus præ sui tenuitate contrarium. Arist. de gener.
 anim. 5. cap. 7. char. 287.**
**Vocis asperitas, vel lenitas, & omnis inæqualitatis causa
 est arteria ipsa. Arist. de gener. anim. 5. cap. 7. char. 287.**
**Vocem acutiore reddere putantur, qui animo deficiunt,
 & qui præ nimio excitandi labore dissoluntur, & mo-
 le corporis contractiore existunt; quia voces minores
 cum mittuntur, acutiore videtur argumentum, quod
 qui clamantes a longe imitantur, acute proferunt: mo-
 les autem corporum minores reddunt, quod sanguis
 a summis partibus corporis se uocat ad imas. Aristot.
 problem. sect. 5. num. 2. char. 395.**
**Vocem magnam emittere solent omnia, quæ natura sunt
 calida: quia multum in his aerem inesse, & feruidum
 necesse est: vis enim caloris facile ad se, & spiritum tra-
 hit, & aerem, eoque amplius id agit, quo amplior est:
 vox autem magna tunc oritur, cum aeris multum agi-
 tatur, utque acuta cum celeriter, sic grauis cum tarde
 aer incitatur. Arist. problem. sect. 11. num. 3. char. 451.**

**Voces è longinquo acutiore esse videntur: quia aer, qui
 distat, strepitum excitat, & ut primum illud obstre-
 pit, quod aerem mouerit, sic aer mouendo agat oportet,
 ut partim moueat, partim moueatur. Quo fit, ut stre-
 pitus continuari possit, donec omnis conatus marces-
 cat, & præcedente subsequens minor est, & eadem de
 causa pueri, & ægrotantes acutam: viri, & bene valen-
 tes grauiter emittunt vocem. Arist. ibid. nu. 6. ch. 451.**
**Vox asperior redditur homini, qui vigilauerit: quia eius
 corpus ob cruditatem humescit, maximeque loco su-
 periori, vnde caput quoque grauescit: & cum fauces hu-
 more redundent, vocem asperiorè existere necesse est:
 asperitas enim omnis ob inæqualitatem, grauitas pro-
 pter obseptionem exultat, tardius enim fertur. Aristot.
 problem. sect. 11. num. 11. char. 454.**
**Vocis tenor frangitur cibo indigesto, quia membrum il-
 lud voci tributum crebro cibi occursum perclusum con-
 calescit, & concalescens humorem attrahit, qui ob ab-
 sumpti cibi humefactionem, & largior est, & paratior.**
 Arist. problem. sect. 11. num. 12. char. 454.
**Vocem acutiorem mittunt qui flent, qui rident graui-
 orem; quia alteri ob vim debilitatem parum spiritus mo-
 uent: alteri uehementer intendunt, quod facit, ut spi-
 ritus velocius ferri possit: velox autem omnis acutus
 est, quippe qui ab intento proiectus corpore feratur
 velocius: contra qui ridet, resolutur, & debilitatur:
 itaque vocem grauius edit. At qui rident, calidiorem
 spiritum emittunt, & calor multum aeris mouet. Qui
 flent frigidiorè: dolor enim est pectoris refrigeratio,
 & frigus parum aeris mouet. Aristotel. problematum
 sect. 11. numer. 13. char. 454.**
**Vocem acutiorem reddunt pueri, & omnia recenter na-
 ta, quam quæ perfecta ætate sunt, cum acumen uehe-
 mentia sit, quia vox motio aeris est, & acutior, quæ ve-
 locior: facilius autem parum, quam multum aeris mo-
 uetur. & cum nouella calidiora sint, quæ uetusta, suos-
 que meatus habent arctiores, minus in se aeris conti-
 nere possunt. & cum calor maior sit in eo, qui mouet,
 & res, quæ mouetur, minor, ideo velocius aer moueri
 potest, & vox acutior fit. Aristoteles problematum se-
 ctio. 11. numer. 14. char. 455.**
**Vocem acutiorem reddunt, qui flent, quam qui rident:
 quia qui flent, intendendo, contrahendoque os voci-
 ferantur, itaque prope aer interior corpore intento
 mouetur, cumque per os transeat angustum ferri velo-
 cius potest: contra, qui rident, remisso corpore, hiscen-
 teque; ore rident, & cum tarde profundant aerem, ideo
 vocem grauiorem emittunt. Aristoteles problematum
 sect. 11. numer. 15. char. 455.**
**Vocem acutam foemina expertes, ut pueri, foemina, senes,
 spadones reddunt: viri grauem, quia ut linea, & cæte-
 ra tenuia dimensionem vnã sortiuntur, crassa, & ple-
 na plures: ideo cum imbecillum spiritum habeant, nisi
 parum aerem mouere possunt, & viri robusti multum
 aerem mouere possunt, quia spiritu valent. Aristotel.
 ibidem numer. 16. char. 453.**
**Voces hiberno tempore grauiore sunt, quia aer inte-
 rior, & exterior crassior est, & tardius mouetur. Adde,
 quod somnolentiores hiberno tempore sumus: plus
 enim temporis dormire solemus, & somnus facit, ut
 membris grauioribus simus. Aristotel. problematum
 sect. 11. numer. 17. char. 456.**
**Vocem grauiorem emittimus ex potu, vomitu, & frigo-
 re, quia faucibus interceptis, quam rem pituita ob-
 stendo committit, quippe quæ aliquid fluxionis in eas
 detrahat, alijs vomitus, aut potus, alijs præsentis tem-
 poris qualitas, per obstructiõnem fauces reddit obstri-
 ctiores. Itaque delatio spiritus tardius agit, & hæc
 efficit uocè grauem. Arist. probl. sec. 11. nu. 16. ch. 456.**
**Vox grauis in propinquo magis, quam in longinquo
 auditur: quia grauior plus aeris mouet, sed non in
 longi-**

**longitudinem: ergo a longo minus sentitur in pro-
 pinquo magis, quia plus aeris sensorium ferit audien-
 di, & acuta ideo longe audiuntur, quia tenue in lon-
 gitudinem augeri potest. Aristoteles problematum,
 sect. 11. numer. 19. char. 456.**
**Vox acutior illis esse videtur, qui longius absunt, cum ta-
 men acuminis ratio sita sit in eo, ut velocius feratur, &
 quo longius fertur, moueri tardius solet; quia uocis
 acumen non solum in uelocitate mouendi, sed etiam
 obstrependi nimia tenuitate consistat. at qui longius
 absunt, vocem tenuiorem excipiunt ob aeris, qui mo-
 uetur, exiguitatem: motus enim ita marcescit, ut nu-
 merus emarcescens in vnitate relabatur: sic corpus
 in vnica dimensionem extenuatur, quæ tam in cor-
 pore, quam in uoce tenuitas est. Arist. ibi. nu. 20. c. 457.**
**Vocem acutam exercitati reddunt, & debiles; quia pa-
 rum aeris mouent: exercitati uero aerem excitant ue-
 hementius: aer excitus uehementer uelociter fertur,
 & hoc est acutam esse uocem. Aristote. problematum,
 sect. 11. numer. 21. char. 457.**
**Vocem acutiorem cæterorum animalium nouella red-
 dunt, vituli uero grauius mugiunt, quam boues, quia
 infans in genere ad instar foemina eiusdem generis est:
 bouum autem foemina grauius mugiunt, quam mares,
 cum cætera è contrario agant: vituli foeminis similio-
 res, quam maribus sunt: ergo uocem grauiorem emit-
 tere debent. Aristot. problem. sect. 11. nu. 24. char. 258.**
**Vox hominum tam metuentium, quam cum angore exi-
 stentium obtremiscere solet, quia emigrante calor cor-
 quatitur: ambo enim ita afficiuntur, & cum sic quatit-
 ur ictus vnus effici nequit, sed plures proficiuntur,
 ut è fidibus laxius intentis. Aristoteles problematum,
 sect. 11. numer. 31. char. 461.**
**Vocem homines trepidantes grauem, metuentes acutam
 reddunt; quia metuentibus locus cordis refrigeratur,
 cum calor deorsum se defert, ita ut parum aeris excita-
 re possint: vires enim in calore positæ sunt. Arist. pro-
 blem. sect. 11. num. 32. char. 462.**
**Vocem acutiorem reddunt pueri, mulieres, decrepiti, spa-
 dones: viri uero, qui firma sunt ætate, firmiorem, quia
 membrum imbecillum est, quod mouere aerem solet,
 mouet enim exiguum aerem, vel quia primus meatus
 quo vox permeare solet, omnibus foemine uacantibus
 pusillus est, itaque, exiguum proficisci ab eo potest, quod
 aerem mouet. At uiris amplior est, ut etiam, qui ad tes-
 ticulos pertinet. itaque aer plurimus est, qui inde pro-
 pellitur, tardior: ergo cum transeat, merito grauior red-
 di potest. Arist. problem. sect. 11. numer. 24. char. 463.**
**Voce submissa homines lingua hæsitantes loqui nõ pos-
 sunt, quia offensaculo quodam uox sistitur, & retine-
 tur: sed cum non pares requirantur vires, aut similis
 motus cum nihil impedit, & cum aliquid impedit, eni-
 tendum omnino est: vox autem motus est, & qui co-
 nantur, uocè altiorem reddunt: ergo ad expellendum,
 quod obstat, emittendum est altius: ideo necesse est, ut
 id faciant, qui huiusmodi vitio tenentur. Arist. pro-
 blem. sect. 10. num. 35. chart. 463.**
**Vocem acutiorem reddunt alia animalia cum validiora
 sunt, homo cum inualidior; quia homo inualidus exi-
 guum aerem mouet, & hic strepitum acutiorem red-
 dit. Arist. problem. sect. 11. nu. 40. char. 464.**
**Vocem cum multi simul emittunt, vnusque tantum quan-
 tum singuli reddit, cur multorum uox illa, neque pa-
 rem uoci vnus se se offert, neque longius pro ratione
 deducit? quia singuli proximum aerem propellant, nõ
 eundem nisi paulotenus, quod idem est, ac si multi la-
 pidem eijciant: sed singula, aut magna, eorum pars di-
 uersum, nec ibi longius, aut pro ratione lapis vllus de-
 ueniet, nec hic longius cunctorum quam vnus pote-
 rit uox audiri: nõ enim vnus est tantum uox, sed mul-
 torum. Recte igitur propinquo uox multa esse pro-**

**ratione uidetur, ut & lapides illi multi uidentur. at è
 longinquo plus, quam singulae sint, sentiri non potest.**
 Idem ibidem nume. 52. char. 467.
**Vocem grauiorem trepidantes reddunt, metuentes acu-
 tiorem, & si pudor genere metuendi continetur, quia
 multum inter se hi affectus distant, quos enim puduit,
 erubescunt: trepidatio autem quidam pudor est & qui
 dem qui metuunt pallent. At constat in metu calo-
 rem partem superiorem deserere, ut parum aeris pro-
 sua exilitate mouere spiritus possit, & quod exiguum
 est, moueri uelociter potest: uoces enim uelocitas non
 nisi acumen est. At quos pudet, calor pectus petere so-
 let: erubescens enim facies affecit. ampliore autem
 aerem amplior potentia mouet tarditas. & quod
 amplius est, tardius fertur, & tarditas in uoce est graui-
 tas. Arist. problem. sect. 11. nu. 53. char. 468.**
**Vocem hiberno tempore sobrii acutiorem mittunt, ui-
 nolenti æstiuo grauius; quia uox acutior, quæ uelo-
 cior est: & uelocior, quæ corpore intento se promit.
 Sobrius autem ex hyeme corpora magis constant,
 quam uinolentorum, æstateque: calores enim, tepo-
 resque corpora resoluunt, & elaxant. Arist. problem.
 sect. 11. numer. 56. char. 568.**
**Vox quamuis minor redditur adimendo, speciem tamen
 eandem seruat; quia cum his ipsis miscetur, quæ dem-
 pseris: res autem mista non partim est, partim non est,
 sed usquequaque talis est. æque igitur quibusdam un-
 dique detractis æque contrahitur, ut necesse simul sit
 & minorem esse & similem. Aristoteles problematum
 sect. 11. numer. 62. char. 471.**
**Voces grauiore hiberno tempore reddunt, uel quia
 aer crassior est, & ita motus tardior, & uox grauior;
 uel quia aer perfectus lætius permeat: fauces autem
 constringi a frigore pituitaque distillante coguntur.**
 Arist. problem. sect. 11. numer. 64. char. 471.
**Voce eadem idem longius sentiri cum alijs cantans, aut
 uociferans potest, quam solus; quia composita omnia
 plus ualent quam diuisa: uox autem, quæ a multis pro-
 fertur, multiplicior est, quam quæ a singulis. Aristote.
 problem. sect. 19. nu. 6. char. 511.**
**Vox, & sonus definens acutior est, quia minus, ut quæ fa-
 cta imbecillior fit. Arist. proble. sect. 19. nu. 11. ch. 513.**
**Vox in acutum magna ex parte aberrare consuevit, utrum
 quod facilius acutum, quam graue cantatur, an quod
 acutum graui deterius est? peccare autem nil aliud est,
 quam rem agere deteriore. Aristot. problematum
 sect. 19. numer. 25. char. 517.**
**Vox in partem acutam catus magna ex parte degenerat,
 quia acutum facilius, quam graue cantatur: acutum igitur
 crebrius cantant, dumque id faciunt errorem cre-
 brius committunt. Arist. probl. sect. 19. nu. 47. ch. 526.**
**Vocem acutiorem spadones reddunt, quia humor immo-
 dicus reddit angustior arteriam, & fauces, ideo spi-
 ritus est acutior. Alex. aphro. proble. 1. nu. 8. char. 668.**
**Vocem acutam spadones, pueri, & mulieres reddunt,
 quia arteriam dilatari nequeunt. Alexander aphrod.
 proble. 1. num. 97. char. 702.**
**Vocem asperiorè cur adolescentuli circa annum quar-
 tumdecimum reddunt: quia tunc temporis natura ma-
 gnam facit mutationem, & hoc fit ob arteriæ asperæ
 mutationem. Alex. aphr. problem. 1. num. 125. ch. 713.**
**Voces diuersificantur ex diuersitate climatum, quia ho-
 mines Septentrionales acutam magis habent uocem,
 quam Meridionales propter mollitiem pulmonum cã-
 nã, & propter maiorem altitudinem ipsius. Albertus
 magnus de animali. lib. 4. tract. 2. cap. 2. char. 51. col. 2.**

Vocem sonoram quid conseruat, & quid corrumpit.

Vox corrumpi his solet, qui cibo indigesto clamita-
 runt, ita quod omnes, qui uocem exercent moue, &
 ieiune exercitationem adire solent; quia nil aliud est
 22 3 uocem

voce corrumpi, quàm membrum, per quod spiritus fertur, corrumpi; ideo rauci quoque voce corrupta sunt, non quod vitiatum sit, quod vocem efformat sed quia exasperata arteria est, quæ vehementi concalesfactione exasperari facile solet: ideo nec febrientes, nec qui vehementer febriunt, statim à febre cantare queunt: sunt enim asperis faucibus nimio calore, cibis autem spiritum feruidum reddi patet. Arist. probl. sect. 11. num. 22. char. 457.

Vox chori in orchestra paleis sparsis minus sentitur, propter asperitatem: vox enim pauimēto minus leui occurens, vt minus vna, ita minor existit, vt quæ minus continua sit, vt lux magis respicendit in leuibis, quia nihil est impediendi. Arist. probl. sect. 11. nu. 25. c. 458.

Voci sonoræ porrum prodest, quia & allium elixum delinit, & quidem porrum lentitiam quandam obtinet, quæ fauces detegere potest. Aristotel. problemat. sect. 11. numer. 39. char. 464.

Vox hominis si suauior est, cur eius, qui sine sermone cāt, suauior prouenit. vt teretantis, sed tibia, lira suauius sonat? an ne illa quidem, quæ articulata vocabulis emittitur, efficitur, vt gratior sit? vox enim hominis suauior constat: oris autem instrumētum pulsandi vim obtinet pleniorē, quam obrem suauius cantatur quam teretatur. Arist. probl. sect. 19. nu. 10. c. 513.

Voces qui seruare volunt, diu abstinent à coitu, vel emētulantur. Alb. Mag. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 1. c. 85. c. 2.

Vox ut ad oratorem pertinet.

Vox tria requirit in dicendo: vt obseruetur magnitudo, quæ intensio, remissio, & inflexio constat: deinde armonia, quæ cum tenore acuto, vel graui, vel medio conficitur: inde numerus, in quo ordo est in motu, & tempore. Dan. Barb. 3. rhet. c. 1. c. 151.

Vox vt maris, & femina.

Vox feminae magna ex parte acutior, & in iunioribus acutior, quam vetustioribus. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 13. c. 158.

Voces marium, & feminarum immutantur, cum semen ferre incipiunt, & mammae subleuantur, quod excrementum plurimum, & maribus, & mulieribus pro magnitudine est, alteris menstruorum, alteris geniturae. Arist. de gen. ani. 4. cap. 8. c. 257.

Vox serius in homine perficitur, quam in aliis, quibus data est vocis proferendæ facultas; quia vocis humanæ genera, & discrimina quam plurima sunt: cætera animalia literas, vel nullas, vel paucas exprimere possunt at quod summe varium, & plurimis differentiis distinctum est, id tempore longissimo perfici necesse est. Arist. probl. sect. 11. num. 58. c. 469.

Vocem eandem cur speciei eiusdem animantes fundūt, homines autem variam, & multiplicem agunt? quia hominis vox vna est, sed genera loquendi multa. Arist. probl. sect. 11. nu. 59. c. 469.

Vox hominum cur varia est, cæterorum animalium simplex? quia homines multas literas proferre possunt, cætera, vel nullam, vel duas, aut tres exprimunt insonas, quæ vocalibus iunctæ locutionem conficiūt: oratio enim non voce, sed vocis affectionibus significādo absoluitur. at vocis affectiones hæ sunt, & pueri non secus, ac bestia suas explicant affectiones, vt qui nondum literas proferre possunt. Aristot. proble. sect. 11. numer. 60. char. 469.

Vox vt facit eho.

Vox, cur cum aer quidam formatus sit, & qui cum fertur, formam sæpe illam amittat, echo fiat? cū enim

aer vehemens in aliquod solidum offendit, vox nō dissoluitur, sed eandem expresse recipiendam audimus, vel quia refractione est, nō perfractio: sic enim cum totum permanet, tum partes ab eo duæ uniformes proficiuntur, quippe cum per similem angulū refractione existere soleat: itaque vox resonandi similitudine efficitur. Arist. probl. sect. 11. nu. 23. c. 458.

Voces quis considerare debet.

Vocis consideratio ad naturalē pertinet philosophū. Ammo. l. de inter. c. 9. Idem Mag. in l. de inter. c. 4.

Vpupa vna suo in genere non nudificat, sed stipites arborum subiens parit sine ullo stramento in cauis. Arist. de hist. ani. 6. cap. 1. c. 195.

Vpupa nidum ex stercore hominis maxime facit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 15. c. 355.

Vpupa est atis in hyeme dormiens, vt vesperthio: galea de pelle habens in capite, toto alio corpore uaria, & pulchra, in senectute cecatur, sed a pullis herba sibi nota infricantur oculi, & usum recuperat. Alb. Mag. de ani. l. 22. cap. 24. c. 195. col. 2.

Vrbs, & locus quicumque salubris est, qui placide aspiratur, ideo & mare salubre est. Aristote. problem. sect. 1. numer. 54. char. 342.

Vrbs situs, & ad terram, & ad mare iacere debet, & cōmunem esse locorum omnium ad auxilia ferenda, & ad importationem fructuum, & lignorum materiam facilem aduectionem. Arist. pol. 7. cap. 5. c. 745.

Vrbani hominis est, & dexteri talia audire ridicula, & dicere, qualia probo homini, & ingenuo conueniunt. Arist. ethic. nicom. 4. cap. 8. c. 105.

Vrbanitas est scurrilitatis, & rusticitatis medietas, in salibusque committitur. Arist. mag. mor. 1. c. 28. c. 303.

Vrbanus est, qui duobus modis, & qui moderate incessere percullerit, & aliorum iaculatione tolerare. Arist. mag. mor. tract. 1. cap. 28. c. 34.

Vrbanorum maxima pars a translatione, & a præcedente deceptione ducuntur, quia magis patet ipsum didicisse ex eo, quia contrario modo se habet & uidetur animus dicere. Quam vere, ego autem errabam. Arist. rhetoricor. 3. ch. 156.

Vrbana sunt apophtegmata ex eo, quia non quod inquit dicunt, & quæ egregie in modum ænigmatis obscurata sunt, & res nouas dicere quoties incredibile est non priori opinioni consentaneū, quod tamen simul, ac dictum est, patere oportet. Arist. rhet. 3. c. 156.

Vrbana sunt dicta, si nomen per homonymiam, aut translationem conuenienter intulerit, & quo breuius prolata, & oppositius erunt, eo magis laudata erunt; quia propter oppositionem percipiuntur facilius, propter breuitatem celerius, semper autem adfit oportet is, in quem dicitur, aut recta prolatio, si quid dicitur verum, & non inane futurum est. Arist. rhet. 3. c. 157.

Vrbanitates omnes ex economicis originem habuere. Alb. Mag. ethic. 8. tract. 3. cap. 3. c. 95. col. 3.

Vria vermis est porci ab vrendo dictus, quia vbi mordet vesicæ surgunt, ac si locus vltus esset. Alb. Mag. de ani. l. 26. char. 205. col. 4.

Vrina, & sudores, & reliqua excrementa falsa sunt. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 3. c. 561.

Vrinam cient, odorē quæ plenissime edunt, vt allia. Arist. problem. sect. 1. nu. 49. c. 348.

Vrina intuenda est, an sit cōcocta, vel ne, profluuiio intercepto mingēdi potius, quā ppetuo, quia vrina ruffa signum est concoctionis, quod melius intercepto profluuiio deprehenditur. Idem ibid. c. 348.

Vrina ruffa concoctionis signum est. Arist. probl. sect. 1. nu. 53. char. 349.

Vrinam prouocantia, & calida, & concocta esse debent, vt vna descendendo humores possint extenuare. Aristoteles

stoteles problematum sect. 12. num. 11. char. 477.

Vrinam allium redolentem reddit, qui allium æderit, cū tamen alia, quæ odoris sunt vehementioris, nihil tale faciunt; quia allium solum ex omnium numero, quæ odorem simul, & vehementem, & vrinae mouentem reddunt, inflare ventrē inferiorē potest, cætera vel sursum spiritū mouere solent, vel citare vrinam non possunt. Allium tria facit: vrinam auget, spiritum excitat, & hūc deorsum nō seorsum. Arist. prob. se. 13. nu. 6. c. 480.

Vrinam mouere potest omne odoratū, tam feminū, quā stirpium; quia calidum est concoctū; facile, cuius generis sunt, quæ vrinam ciere valent: calor namque interior cito extenuat nec aliqua corpulentia odor cōtinetur; nam & allia mouendi vrinā vim habent, & oīum feminum odoratum genus calidum est: odoris enim natura calore aliquo omnino creatur: at quæ male olent, non sunt concocta: apta esse autem non solum calida, sed etiam concoctū facilia debent, quæ vrinam prouocare debent. Arist. prob. sect. 20. nu. 16. ch. 533.

Vrinam tepidam cur egerimus ante balneorum introitum, & cum diutius intus manserimus frigidam? diximus quasi per comparisonem alterius ad solitum. euenire: vrina enim cum tepida effluit vere foras, quæ nostrum corpus frigidum est, tepidum quod emingimus, corporis comparisone sentimus. At intus, quoniam plusquam vrina corpus recaleat, frigida esse videtur, quamquam calidior aliquāto sit, & si balneos ingressus priusquam recaleas te recipias in labrum, aqua, quæ calida leuiter est, feruēs admodum sentietur: sed si postquā contactus es, labrū adieris, nō ex æquo feruere eandē percipies. Ale. Aph. prob. 1. nu. 34. c. 682.

Vrina si alba est, & subsidet, pro dare bonum indicium solemus? quia solidiores corporis tantum partes huicmodi colorem habere certum est, & coloris similitudo indicat naturales res corroborari. Alex. Aphr. probl. 2. numer. 21. ch. 732.

Vrinam exitum cur multi appetentem cum retinissent, resoluti sunt, ac destillatione laborarunt? quoniam vesicam nimiam plena, & vltra modum extumescēte humorem ex natura membranæ inditum omnem expressit, & sic sicciore facta est, vt propterea cōtrahi nequeat, vt pellis exsiccata: fieri autem vrinae distillatio solet per musculi resolutionem, qui ceruicem vesicæ claudit, vel per exulcerationem vesicæ, vel per iniuriam calculi. Alex. Aphr. prob. 2. num. 99. c. 769.

Vrina calida est ex eo, quod ex digestionē prouenit. Ale. Aphrod. 4. meteor. cap. 9. comm. 40. ch. 114. colum. 1.

Vrina, quæ fit, vt carnis lotura, prouenit ex debilitate renum, vel ex vitio epatis; quia renes non sumunt in sui substantiā sanguinē vrinae admixtū, & epar nō separat fatū sanguinē. Alb. mag. de ani. l. 1. tra. 3. c. 6. c. 28. c. 2.

Vrini sunt, boues cornua ingentia duo gestantes, per quæ capere possunt multum liquorē, ita, vt etiam potus multorum fundetur in ea, & conseruetur in eis, & his cornibus venilant hominem cum equo, cum agitantur. Alb. Mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 183. col. 3.

Vriontes animal est boui simile collum habens fetosum & inbas vt equus, maioris tamen petulcatis, & truculentæ, vt captum vix, vel nunquam domari possit. Alb. Mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 182. col. 3.

Vrsæ demittit cruribus, vt cætera, quæ pedibus innitendo exercent venerem, admoda parte maris lupina ad dorsum feminae coit. Arist. de hist. ani. 5. c. 2. c. 148.

Vrsæ strata humi coit: fert vterum dies triginta, parit ū vnum, tum duos, sed quamplurimum quinque. foetū minimum pro sui corporis magnitudine edit, quippe quæ minorem catio, maiorem mature parere soleat. nudum, & cecum, & cruribus, membrisque aliis prope modum indifretum, & rudem: coit mense Februario & parit eo tempore, quo latet, pinguescit per id tempus tam mas, quam femina vehementer, cum prolem

enutriet, exit a mense veris tertio; & grauida difficile capitur. Arist. de hist. ani. 6. cap. 30. c. 243.

Vrsus est animal omnium, nam & fructus arborum comedit, & legumina, & apes perfrangens alucos, & cancos, & formicas, & carnes inuadens, non solum ceruos, sed etiam apros feros si clam, repenteque agere potest. Arist. de hist. ani. 8. cap. 5. c. 281. Idem Alb. mag. de ani. l. 7. trac. 1. cap. 5. c. 65. col. 3.

Vrsus taurum aggreditur aperto Marte, & conferta pugna sternit se resupinum, & dum taurus ferire conatur, amplectitur cornua suis brachijs, & ore morsum armis defigit, & posternit aduersarium. Arist. de hist. ani. 8. cap. 5. char. 281.

Vrsus dum latet nihil edit: eius intestinum tunc temporis, ita per inediam conuere aiunt, vt adductū prope cohæreat, ideo primo herbam arum dictam degustat, vt intestinū laxetur, & hiet. Arist. ibi. ca. 27. c. 295.

Vrsæ cum fugiunt, catulos suos propellunt, & susceptos portant, & cū ab insectante iam occupantur, arbores scandunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 6. ch. 324.

Vrsæ adipem traditur cum algore hyemis in vase coagulatus est, per id tempus, quo vrsæ cōditur, crescere, valque in quod inerat, supregredi. Aristot. de admir. aud. numer. 66. char. 850.

Vrsarum genus album est in Mysia (vt aiunt) cuius foeminae cum a venatoribus insectantur huiusmodi expirationem flatus emittunt, vt insectantium canum carnes putrescant, & pari modo cæteras belluas respiracione ineptas cibo reddunt; at si quis ei prope aduentarit, tā magnā pituitæ copiā ex ore effundit, vt ipsos suffocare videant. Arist. de admir. u. 140. c. 473.

Vrsus febricitans formicis deuoratit conualefcit. Eustr. vel Mich. Ephes. Ethic. 9. cap. 8. c. 469.

Vrsæ cum dracone insculptæ astutiam, caliditatem, & fortitudinem iuuant. Alb. Mag. 2. de min. tra. 3. cap. 5. char. 143. colum. 1.

Vrsus solus inter quadrupeda generantia sibi simile est parum luxuriosus, & multum vorax. Idem de ani. l. 7. tract. 3. cap. 3. c. 71. col. 3.

Vrsam frustum carnis parere falsam est. Idem ibid. Vrsi super Oceanum aquilonarem in Dacia, & Nubergia sunt fere omnes albi. Idem ibidem lib. 19. cap. 8. char. 161. colum. 3.

Vrsus est animal notum extrema habens homini similitudine erigitur, sed non multum diu. debilis est in capite, & maxime in sincipite; est aquaticus, albus, & terrestris, sed aquaticus venatur sub aqua, vt luter, & castor. Parit hyeme fetum incompletum, ideo vrsæ fouet diu, & lambit fetum, parum habet sanguinem & caro eius cōcta videtur crescere, quia ventositate resoluta intume scit. Contra infirmitates formicis deuorat; vulneratus fassis herbis vulnera sanat, & coit vt homo. Alb. mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. ch. 153. col. 3.

Vrtica est de natura animalium: adhæret saxi more nō nullorum insectorum testa, & interdum saxi abiuncta vagatur, nulla testa illi est, sed corpus omni ex parte carnem præferret, sentit, & manum admotam corripit, adhærescitque. os mediū in corpore continet, & de saxo quasi de testa viuunt. Duplex vrticarum est genus. alterum corpore paruo, quod cibo aptius est. alterum maiusculo duroque; hibernis mēsis: carne sunt constante, & rigidiuscula, ciboque idonea. Aestate rare sunt, & resoluuntur; marcent, vt si tetigeris, facile dissoluantur. Arist. de hist. ani. 4. cap. 6. c. 126.

Vrticæ, pongiæ, & testa inclusa eodem modo oriuntur per rimas, & cauernas. Aristotel. de histor. animal. 5. cap. 16. chart. 169.

Vrticarum duplex genus. Aliæ sinuosas adhærent, quæ nunquam a saxi abfoluuntur. Aliæ plana, & littora amant, quæ suis abiunctæ sedibus vagantur. Idem ibi. Vrtica, & stellæ, quæ in aquis reperiuntur, sunt mediæ inter

inter animalia, & plantas. Aristotel. de partib. animal. 4. cap. 5. chart. 5. 18.

Vrtica maris non comprehenditur, nec sub duræ testæ animalibus, nec sub mollis testæ, sed potius cū ostreis conueniunt in hoc, quod applicantur lapidibus, vt animal asperæ testæ, quæ testæ similis est vasi. Alb. Magn. de anim. l. 4. tract. 5. cap. 6. c. 49. col. 1.

Vsio causa est euaporationis. Idem 4. meteorol. tract. 3. cap. 17. c. 130. col. 4.

Vturpatores potius appellantur, qui in magnis accipiendis excedunt, vt sunt tyranni, & iniusti, & impii, quæ illiberales, uel auari. Eust. 4. moral. cap. 1. c. 168.

Vsus est optabilior habitu, finis autem vsu. Arist. Mag. moral. 1. cap. 3. ch. 277.

Vsus, & habitus quorum est, semper melius, & optabilius est vsus habitu. Arist. ibid.

Vsus proprie de vtilibus dicitur. Alex. Aphrod. 3. topico. cap. 3. c. 42. col. 2.

Vsus, & possessio de instrumentis, & quod his proportionem respondet, dici consuevit: habitus vero, & operatio de qualitatibus, quæ in alia aliqua re consideratæ eam perficiunt. Eust. 1. ethic. ch. 54.

Vsus, & vtensile differunt; nam vsus est, secundum quem aliquibus rebus uti solemus; vtensile est, quo secundum ipsum vsum vtimur, artes quidem, & omnes habitus non sunt vtensile, sed tales, vt his possimus uti. Eust. 4. ethic. cap. 1. ch. 162.

Vsus physicorum libri, est pars iuuamenti scientiæ speculatione, non quod ducat hominem ad vltimam suam perfectionem, sed vt perfecte obtineat scientias speculatiuas. Auer. phy. 1. ch. 2. col. 2.

Vsus est sepius reiteratus actus. Alb. mag. ethic. 1. tract. 2. cap. 5. char. 7. col. 1.

Vsus omnis fit per tactum; nam vsum vocamus, prout uti est cum gaudio frui, & delectatione. Idem 3. ethic. tract. 3. cap. 4. ch. 46. col. 1.

Vsus omnis ad alterum refertur, non ad seipsum. Alber. Mag. ethic. 4. tr. 1. cap. 2. c. 48. col. 2.

Vtens, & quo vitur, oportet differre. Arist. de iuuen. & senect. vit. & mor. cap. 2. c. 304.

Vrenda sunt, quæ ore sunt amplo, nec breui coagmentantur, vt crusta illic incumbat, sic nullam pus cicatrice inducta occultabitur. Aristotel. problemat. sectio. 1. num. 32. ch. 342.

Vrendi sunt illi abscessus, qui lati, processuque multiplici erumpunt, quique uenosis non carnosus resident locis. Arist. probl. sect. 1. nu. 38. c. 342.

Vtile est sic considerare in singularibus problematibus, in quibus inesse, vel non dictum est, vt est in vniuersalibus, Arist. top. 3. cap. 4. c. 445.

Vtile id videri potest, per quod bonum aliquod, aut voluptas efficitur, ita vt bonum, & iucundum amabilia sint, ut finis. Arist. ethic. Nicom. 8. cap. 2. c. 190.

Vtile omne est, ut excessus vel noceat habenti, vel non proficit. Arist. pol. cap. 1. c. 714.

Vtile illud est, quod ad aliquam rem efficiendam valet. Arist. in pol. c. 1. col. 1.

Vtilitatem vbi que rerè non congruit magnanimo, & ingenio homini. Arist. pol. 8. cap. 3. c. 761.

Vtilitas est presentium bonorum conseruatio, aut absentium comparatio, aut malorum instantium propulsio, aut futurorum incommodorum inhibitiō, & hoc diuiditur in corpus, animam, & res externas. Aristot. rhet. ad Alex. c. 182.

Vtile in omnibus expetens interimit aliquod bonū proprie, atque per se, quia vtile est vtile alicuius gratia, nō per se, est enim vtile expetendum, vt boni effectiuum. Alex. Aphr. 4. nat. q. cap. 1. ch. 20.

Vtilis est liber priorum ad philosophiam, quia non cognita ratiocinatione, nec demonstrationem cognoscere possuimus, quæ vniuersæ philosophiæ vsui est. Ioan.

gram. 1. prior. ch. 2. cap. 3.

Vtilitas libri posteriorum prima est vtilitas scientiæ logicæ, & notitia entium veritatis vniuersaliter. Auer. 1. post. c. 127. col. 2.

Vtilis est liber Porphyrii, & ad prædicamēta, & ad multa alia. Boet. in Porp. ex dial. c. 12.

Vtilitas introductionis Porphyrii quatuor rebus deprehenditur; facilem prædicamētorum cognitionem tradit, & integram definitionem, & perfectionem rectam diuisionis, & conclusionem verissimam demonstrationum. Boet. in Porp. c. 50.

Vtilitas semper consideratur ratione illius, quod est vtile, necessitas autem per se. Boet. in Porp. c. 51.

Vtile non mouet appetitum nisi per relationem ad honestum, & sic delectabile, nisi quia est quædam honesti resonantia. Alb. magn. ethic. 3. tr. 3. cap. 6. c. 7. col. 1.

Vtile, & delectabile, & bonum omnes volunt, & nemo vult, quod contrarium est his. Alb. mag. ethic. 5. tract. 3. cap. 8. char. 66. col. 3.

Vtilium spes magis delectat homines, quam eorundem memoria, vel etiam spes honestorum. D. Tho. ethic. 9. l. 6. ch. 160. colum. 3.

Vterus, & vulua sunt partes foeminae propriæ. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 13. ch. 24.

Vterus cum conceperit, statim se contrahit, donec ad septimum mensem ventum sit, octauo iam aperitur, & dilatatur, & si viuit partus, descendit eodem mense; si mortuus est, nec dehiscit vterus, nec partus descendit. Arist. de hist. ani. 7. cap. 4. c. 255.

Vterus tunc valet, cum opus suum quantū satis est exequitur, doloreque vacat, & post operationem non sentit defatigationem. Arist. de hist. ani. 10. cap. 1. ch. 381.

Vterus oportet, vt qui bene se habet, non alia, & alia sede sit collocatus, sed semper eodem situ maneat, præterquā, & si longius recedat, affectione, & dolore careat; & si tangatur, sensu non vacet. Idem ibid. c. 382.

Vterorum os recto situ collocatum esse debet, alioqui in se semen non attraherent, quippe cum in anteriorem ipsorum partem etiam mulier profundat. Aristot. de hist. anim. 10. cap. 3. c. 385.

Vteri si in rectum non spectent, sed vel ad coxas, vel ad imum ventrem declinent, fieri conceptio nullo modo potest; semen enim in se non attrahunt, ideo si sic vel natura, vel morbo dispositi sint, malum incurabile est. Arist. de hist. ani. 10. cap. 3. c. 385.

Vterus bene aperiri dicitur, vt cum muliebria inceperint contractum mollius, quam prius sit ipsum os, sed non manifeste expansum. Cum ad hunc modum se habuerit, prima signa alba proueniunt, quæ cū ad carnis colorem magis tetenderint, expansum manifeste sit absque dolore: & si contingatur, neque surditatem præferat, neque diuersum os a seipso, & alteratum sit: cū vero muliebria deserint, diem integrum, & dimidium, vel duos dies expansum valde, ac siccum sit, sed non durum: & cum hæc eueniunt, bene se habet vterus, & opus suum exercere significant. Arist. de histor. ani. 10. cap. 3. c. 385.

Vteri quod non habeat os alteratione aliqua diuersum bonum est, nam & id nihil subesse declarat, quod conuenire ipsos, cum opus sit, vetet. Idem ibid. c. 386.

Vtero hæc euenire oportet. Primo, vt in somnis tanquā cum viro coeat mulier, & profundat facile perinde ac si cum viro concumberet, quod quanto sepius euenit, tanto melius, vtque surgens interdum huiusmodi curatione indigeat, quā vbi cum virorem haberit, adhibere consuevit, interdum excitatione. At siccitas hæc continua nō sit, sed quæ postquā expergefata fuerit, nunc citius, nunc tardius humescat, & vsq; ad dimidiati breuioris diei spatium prorogetur, & humiditas huiusmodi sit, qualis esse solet, vbi cum viro coierit. Et hæc omnia vterum capacem esse eorum omnium

omnium, quæ exhibentur, indicant, acetabulaque habere, quæ & attrahendi, & continendi ea, quæ accipiunt, vim habeant, inuitaque emittant. Idem ibi. ca. 4.

Vteri flatum habere debent, atque absq; molestia, vtque emittat, & vt maiores, & minores seipos efficiantur, tamen sine morbo, quod indicat esse ad extensionem accommodatum. Arist. de hist. ani. 10. cap. 4. c. 387.

Vterorum partes dextræ, & sinistrae debent dum tangunt æquales esse, & dum in coitu cum viro sunt, humectari, non sæpe tamen, nec valde admodum: & hæc affectio, vt huiusmodi quasi sudario quodam loci, non secus atque ori est salua, quæ sæpe, & ad ciborum delationem, & dum loquimur, atq; amplius operamur, adiuuamento est. Idem ibid.

Vteri mulierum humectatione indigent semper, vel minore, vel maiore, perinde ac os sputo, sed non nullis adeo abundat humor, vt viri semen purum attrahere nequeant ex nimia humoris commistione, qui a muliere existit. Idem ibid. c. 388.

Vterus ceruicem habet, seu caulem, vt viri penem, qui paruus est meatus inferius situs, quam quo mingere consueuerit. Arist. de hist. ani. 10. cap. 5. c. 390.

Vteri impediunt conceptionem, si conuulsione laborant quæ accidit, vel cum ex inflammatione distenduntur, vel in partu repletionem aliqua repente ingruente eorum os non aperitur, nam tunc ex distensione conuulsio oritur. Idem ibid. cap. 6. c. 392.

Vteri impediuntur a conceptione, si tuberculum in ore exulcerato extiterit, & alijs partim ab ortu, partim ex morbo os coaluit, quod modo curari potest, modo nō potest, quod patet, quia nihil nec emittere, nec omittere potest. Idem ibid.

Vteri omnes bipartiti sunt, vt testes gemini maribus sunt, sed alijs iuxta genitale, vt mulieribus, & alijs, quæ intra se generant animal, vt piscibus, quæ ova edunt, alijs iuxta septum transuersum, vt auibus omnibus, & piscibus, quæ animal pariunt. Aristot. de gener. anim. 1. cap. 3. char. 101.

Vteri, & vuluæ intus sunt, quia fetus custodiam operimentum, & concoctionem desiderant. Idem ibi. c. 12. c. 107.

Vteris nihil ponderis insidere expedit tum ad salutem, tum ad incrementum fetus. Idem ibi. c. 108.

Vteri os aliquibus foeminis iam accidit esse compressum ab ineunte ætate vsque ad menstruorum tempora, mox vrgentibus mensibus doloreque infestante, alijs sponte distruptum est, alijs dissectum a medicis: nonnullæ interierunt, cum aut per vim dirumperetur, aut dirupi non possent. Arist. de gen. ani. 4. cap. 4. c. 247.

Vtres inflati cur valent fluitare? quia aer sursum fertur, & sic ab aere sustentitur, sed si aer eleuet, & prohibeat quominus deorsum ferantur, cur inflati grauiore efficiantur, & qui fieri potest, vt cū grauior sit, emineat, cum leuior deferatur? Arist. probl. sect. 28. nu. 13. c. 576.

Vtres inflati maius pondus habent, quam non inflati, iuxta Aristot. mentem; iuxta Ptolomei mentem inflati leuiores sunt. Simplicius autem expertus est inflatos, & non inflatos idē ponderis habere. Simp. in 4. de cel. tex. 30. com. 16. ch. 107. col. 1.

Vter inflatus flatu hominis, quia calidus est, & agit in ipsum leuior est, quam non inflatus. Alber. mag. in 4. de cel. tract. 2. cap. 5. ch. 56. col. 4.

Vtrum aliquid sit, aut non, querere est exponere nomen per sermonem compositum ex aliquo, quod est tanquam genus, & alio, quod est tanquam differentia. Auer. in 4. phy. te. 57. ch. 70. col. 2.

Vuarum gargar, quod morbum appellamus, est, quoties per inflammationem speciem vix accipiunt acini. Alex. Aphr. probl. 2. nu. 3. c. 725.

Vuarum acini non trahunt nutrimentum ab humido, quod est in granis, sed a vite. Alb. mag. de veg. l. 3. tr. 1. cap. 2. char. 132. col. 1.

Vuæ saporem loca immutant. Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 4. ch. 178. col. 3.

Vuarum maritas cognoscitur, si arilli fusci, & quasi nigri apparen. Idem ibi. col. 4.

Vulnera circulaia difficilius sanantur, quia latera ipsorum maxime distant, cum circulus sit figura capacissima. Alb. mag. in iust. ch. 188. col. 4. Idem D. Thom. in post. char. 57. col. 1.

Vulnera oleo feruent magis dolent, quam aqua, quia calor acumen acutius est in humido spirituali, quam in aqueo. Alb. mag. in 4. meteor. tr. 1. cap. 20. c. 122. col. 1.

Vulpes superueniens coit, parit cecos, vt vrsa, & etiam infirmos: parturiens, ita lædit, vt raro grauida capiat: cum partum ediderit lingua lambendo refouet, & concoquit: parit cum plurimis quatuor. Arist. de hist. anim. 6. cap. 34. ch. 245.

Vulpes cum serpente amice viuunt. Arist. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 319.

Vulpes piscis, cum hamum deuorauerit, hami lineam corrodit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 37. c. 348. dem Alb. mag. de ani. l. 2. cap. 1. ch. 199. col. 3.

Vulpem apparuisse aiunt in Orchomeniorum opido, quod in Bœotia est, quam cū canis infestaret in scrobem quandam irrupisse, canemque vna intrat, ac latrantem magnum fecisse sonum, ceu si campestris amplitudo ipsi inesset: venatores vero cum de hac re cœlicitatem cogitarent, eius loci ostium fregisse, ac se infos intromississe: videntes autem ex aliquibus spiraculis lumen ab extra intro ferri, manifeste cætera contēplasse, ac celeri cursu omnia magistratibus enunciaffe. Arist. de adm. aud. nu. 94. c. 858.

Vulpis rham comedit cum serpente pugnatura. Alber. mag. de ani. l. 8. tr. 2. cap. 2. c. 75. col. 1.

Vulpes cum aue Aefelon pugnat. Idem ibid. tract. 1. cap. 3. char. 73. col. 4.

Vulpes est bestia ad modum moderati canis, qui domos custodit, rubeis pilis, calidum animal, ita vt etiā mortuum calefaciat: caudam villosam magnam habet, dolosa est, & cum canis insequitur eam, caudam per os canis huc, & illuc deducit, & sic aliquando canem deducit. Infirmata resinā pini arboris comedit, & curatur, & per ipsam vitam eius prolongatur; si amidalam comederit, moritur. Alb. mag. de anim. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 183. col. 3.

Vultur nidificat in excelssimis rupibus, vnde fit, vt raro nidus, & vulturis pulli cernantur: ideo Herodotus Briffonis rhetoris p̄r, ait vultures ex diuerso orbe nobis incognito aduolare, sed & si raro nidus videatur, videtur tamen. Arist. de hist. ani. 6. cap. 5. c. 204.

Vultures duo oua pariunt; & semel in anno, quæ carne vescuntur pariunt, excepta hirundine, quæ bis parit. Aristot. ibidem.

Vulturum duo sunt genera: vnum paruum, & albicans: alterum maius, & multiformius. Arist. de histor. anim. 8. cap. 3. ch. 277.

Vultur, & æfalo inimici sunt simul. Aristot. de hist. ani. 9. cap. 1. char. 318.

Vultures ab vnguentorum odore si quis eos inunxerit, vel aliquod edendi gratia dederit eis deliburū, exanimari affirmant. Arist. de adm. aud. nu. 143. c. 874.

Vultur est auis nota grauis valde, ideo tribus saltibus, & pluribus vix a terra eleuatur, & frequenter antequam eleuetur, capit: venatur a meridie vsque ad noctem, & vsque ad meridiem quiescit; sentit cadauerum odorem ad multa terrarum spatia; nidificat in montibus, & falsum est nesciri ipsorum nidum, & ex aduerso orbe venire, vt ait Plinius, exercitū insequentes pronunciant futuram stragem, & pestilentiam. Albe. mag. de ani. l. 23. cap. 24. ch. 195. col. 2.

Vultus omnis plenus, & crassus ignauum, & voluptatibus deditum significat. Idem de anim. lib. prim. tract. 2.

tract. 2. cap. 8. chart. 10. columna 4.
Vultus deductus, & dependens cogitatorum suadolum, & timidum indicat. Alb. mag. ibi.
Vultus totus rubicundus, si maior rubedo est in fronte cum oculorum demissione verecundiam significat: si est cum tremore labiorum, & ampliatione narium, animum maxime ira inflammatum: si soli oculi rubent cum humore, ebrietatem macentem significant; at si sunt sicci cum rubore, iratum significant. Alber. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 7. c. 2. col. 4.
Vulva, siue vteri, nec eodem situ habentur, nec similes sunt omnibus, sed inter se differunt, tum eorum, quæ animal generant, tum quæ uia pariunt. Habent omnes, qui iuxta genitale continentur, sinus geminos, alterum in latere dextro, alterum in sinistro. Initiū vni est, & commune ostium, quasi ceruix carnosam admodum, cartilagineamque partem plurimam, auctissimamque; animum tributum est. Pars vulvæ interior loci, & vterus appellatur, vnde fratres vterini nominantur, ostiū & ceruix matris dicitur. Arist. de hist. ani. 3. ca. 1. c. 71.
Vulvæ aut verum omnes bipedes, & quadrupedes, quæ generant animalia, infra septum transversum continent, vnde canis, sus, equus, & bos, & cornigera omnia. Extrema plurimarum vulvarum, quæ cornua vocant, inuolui perspicuum est; at quæ ouæ edunt, situs non similes omnium. Arist. ibid. cap. 7. c. 71.
Vulvæ auium iuxta septum annexæ sunt; piscium vero infra, sed tenues, & membrana constantes, & longæ, at auium vulvæ ceruicem habent carnosam, callosamque parte inferiore, superne membranam tenuem habent. Arist. de hist. ani. 3. cap. 1. c. 72.
Vulvæ quadrupedum, quæ oua pariunt, similes vulvæ auium sunt, vt testudinis, lacertæ, ranæ, & reliquorum generis eiusdem, nec non quæ in genere pedibus priuato animalia edunt in lucem, postquam oua pepererint, vt mustela, & reliqua cartilaginea: vulua enim iis partim est, partimque ad septum vt auius. Arist. ibi.
Vulua serpentis tendit prolixius, modo corporis exorsa inferius vno continua meatu, diducta que in latera spinæ vtrunque, quasi duplex meatu vsque ad septum, in qua oua ordinatim gignuntur, & edi inde non singulatim, sed serie continente solent. Aristotel. de hist. ani. 3. cap. 1. c. 73.
Vulua omnibus, quæ & intra se, & extra animal generant, supra alium posita est, quæ oua pariunt his infra lumbos adhæret. Quæ animal edunt in lucem, cum intra se oua generant, iis anceps ratio est; nam, & infra lumbos adiungitur ea pars vulvæ, qua oua continentur, & supra intestina ostium eius sustinetur. Item cornigera, & vna parte dentata acetabula habent vulvæ, dum partum gerunt, & etiam parte vtraque dentatarum, vt mus vespertilio. At cætera vtrunque dentata animalia fecunda pedibus prædita vluuam habent omnia, & partus ipsi vulvæ non acetabulis adhærent. Aristotel. ibid.
Vulvæ habent, quæ oua edunt perfecta, ad septum; quæ vero imperfecta, infra. Aristotel. de gener. animal. 1. cap. 8. chart. 105.
Vulua natura sua propensior est ad inferiorem situm, quam ad superiorem, nisi quid aliud opus naturæ impediatur. Idem ibid.
Vulvæ ad septum habere non possunt animalia, quæ generant, nam is locus pondus, & motum pati non potest, quibus indigent animalia, & difficultas maior patienti eis accideret propter delationem longiorem. Arist. ibid. cap. 18. ch. 106.
Vulvæ omnes, quæ animal generant, validiores esse oportet, ideo carnosiores; & quæ ad septum sunt, membrana constant. Arist. ibi. cap. 11. ch. 106.
Vulua cur omnium membrorum parte interiore aspera est; vt semen humidum retinere possit. Alexander

Aphrod. problem. 2. num. 98. char. 768.
Vulua male affecta, cur mulieres delirant quia membrum id neruofum est, & sua primordia est stomacho, & membranis cerebri ducit. Alex. Aph. prob. 2. nu. 106. c. 770.
Vulvæ loco, & figura variantur. Auer. 1. de gen. anim. 6. cap. 11. ch. 109. col. 4.
Vxorem ducere puellam oportet, vt gratis moribus eam imbuere possis. Arist. œcon. 1. cap. 4. c. 778.
Vxor vt in ornatu fictionem habere non debet, si simul appropinquare debent, sic etiam nec in corpore; nam illa, quæ ad ornatum fiunt, nihil differunt ab histrionum vsu tragœdias in scena agentium. Aristot. œconomic. 1. cap. 4. char. 777.
Vxori appropinquandum est cum magna temperantia, & modestia, sitque pudor in verbis, & in operibus, honestas in conuersatione, & moderatio, parua peccata, si voluntaria fuerint, ignoscendo, & quod per ignorantiam deliquerit, commonefaciendo, nec metum incutiat sine verecundia, & pudore. Aristotel. œconomic. 2. capit. 2. chart. 787.
Vxorem qui duxerit, & manet solitarius, liberis carens, vituperabilis apud ciues suos est. Eust. in 1. ethic. c. 60.
Vxor tribus habebatur modis: vsu, ferreatione, & coemptione. ferreatio propria erat pontificibus, ipsique solis conueniebat. quæ in manum per coemptionem veniebant, matres familias appellabant. quæ vero vsu, vxores appellabant, non matres familias. Boeth. in topicor. Cic. c. 779.
Vxorem nemo nisi se iuniorem ducere debet ex statuto Regis Persidis; quia si vetustiore duceret, citius impeditur filiorum procreationes, quibus impeditis terra non bene populatur, nec patria defensionem haberet, nec reipublicæ esset status bonus. Alb. Magn. de iuuen. & senect. tract. 1. cap. 2. c. 48. col. 4.
Vxorem ducendam non esse studiose, probat Theophrastus in libro, qui Aëtalus dicitur, quia querelæ vxoris impediunt ab operibus felicitatis, sollicitudo de custodienda vxore retrahit a studio honorum: quæ (vt ait) si foeda est, concupiscit: si pulchra, concupiscitur, & quod omnia concupiscit, vel ab omnibus concupiscitur, non tuto possidetur. Alb. mag. in 1. ethic. tract. 7. cap. 2. c. 19. col. 4.
Vfuris damnificare, vel opprimere proximum, non est animi liberalis proprium. Alb. magn. in 4. ethic. tract. 1. cap. 8. c. 50. col. 1.

X



XILOPHTHORO, vermis a corruptis lignis sic dictus nascitur, qui innititur tunicæ nativæ a qua si extrahatur, expirat, & processu temporis in aureliam transit, vt eruca atque immobile viuut; sed quod animalis pennati genus ex eo oriatur, nondum notum est. Arist. de hist. ani. 5. cap. 32. c. 191.
Xenophanes Colophonius terram manere dixit, quod infinita est. Simplicius in 2. de cœlo, tex. 78. com. 53. char. 78. columna 4.

Y

YRIOS est herba, quæ vocatur liliu cœlestis, calida, & sicca, & confert tussi ab humore grosso causatæ. Albert. magn. de vegetabilib. & plant. lib. 6. tractat. 2. cap. 20. chart. 171. columna 2.

Z



APHIRVS Persa pro suorum salute, & victoria aures, & nasum sibi detruncavit. Eust. 3. moral. cap. 2. c. 116.
Zedrosus belua est maris de genere cetorum in mari Arabico, de cuius offe fores in palatijs, & tigna fiunt, inueniuntur enim ossa 40. cubitorum longitudinis. Alb. mag. de ani. l. 24. c. 199. col. 3.
Zeleucides aues dicunt esse, quarum adiutorium a Deo sibi fieri deprecantur habitatores terræ, & motis Dabyn, cum fruges eorum à locustis deuastantur, tunc veniunt aues illæ aliquando, & occidunt locustas, & non est repertum vnde veniant, nec quo vadant. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 24. c. 195. col. 1.
Zeleucus apud Locros Occidentales leges instituit. Arist. pol. 2. cap. 10. c. 554.
Zemach est lapis, qui vocatur laxuri colore flauo tenui cum corpusculis aureis: contra melancholiam & quaranam valet. Albert. Magn. de miner. ex tract. 2. cap. 20. char. 142. columna 1.
Zeno linguam sibi mordens arreptam abscidit, atque expuit priusquam, aræ sibi credita enunciat, ac proderet. Eust. 5. moral. cap. 1. c. 117.
Zenoni contradicit Aristot. secundum sermonem hoc in loco, in octauo vero secundum rem. Auer. phy. 6. tex. 19. c. 118. col. 2.
Zeno ante Aristotelem scripsit demonstratiuam scientiam. Alb. Mag. in pol. c. 171. col. 3.
Zeno, ne secreta reipublicæ reuelare cogere, dentibus linguam abscidit, & in faciem tyranni expuit, & ob id in mortario contusus fuit. Alb. magn. ethic. 3. t. 1. cap. 6. char. 36. col. 1.
Zephrus spirat ab Occidente æquinoctiali, & est contrarius Apelioti. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. c. 519.
Zigrites est lapis coloris vitrei, & collo gestatus stringit sanguinem, & depellit mentis alienationem. Alb. mag. in 2. de min. ex tract. 2. cap. 20. col. 1.
Zilio est animal quantitatis lupinæ nimium crudele in mortem hominum, & aliarum bestiarum: voces hominum imitatur, in condensis siluis vocans vt homines: homines sequentes deuorat, & canes imitans eorum latratum. Componitur ex hyena, & symia, quæ maricommoria vocatur, & intrat sepulchra, & mortuorum cadauera deuorat. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 2. cap. 1. ch. 183. col. 4.
Zinziber putrescit citius, quam piper, & galanga, quia habet sibi coniunctum humidum. Albert. Magn. in 4. meteor. tract. 1. cap. 9. c. 119. col. 1.
Zirbus compositus est ex duobus panniculis, quorum vnus alium cooperit, inter quos sunt plurimæ arteriæ, & venæ, & figura est vt cistis quædam, & alligatur stomacho, & meseraicis & cum colon, & oritur, vt superfluitas quædam peritheron, quæ reflectitur de subtus ascendendo ex pectine. Alb. magn. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 25. char. 22. col. 1.

Zirbum æquiuocum est; vno enim modo vocatur Zirbū pinguedo particularis intestina inuoluens; alio modo id, quod sepum appellare consueuimus. Alb. Magn. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 1. c. 93. col. 2.
Zirbus, & pinguedo differunt secundum sanguinis superfluitatem: vtrumque enim illorum est sanguis aliqua decoctione, eo quod ex cibo citius, & melius conuertibili, quod propter aquositatem, & acritatem non sufficienter assimilatur cibo ultimo animalis, & facili decoctionis, & conuersionis efficitur pinguedo & Zirbus: cuius signum est, quod Zirbus, & pinguedo non inueniuntur nisi in animali facile nutritibili, & bonæ dispositionis. Alb. Magn. de ani. l. 12. tract. 2. cap. 2. char. 105. col. 4.
Zodiacus propter Solis lationem, & planetarum dissolutionem consistentiam, ideo multi cometarum fiunt extra tropicos. Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 6. c. 472.
Zodoara est herba, quæ tyriaca est venenorum. Alb. mag. de vegetab. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 2. c. 171. col. 3.
Zoophita sunt animalia, quæ sunt media inter animalia, & plantas. Simp. in 2. de cœlo, tex. 7. co. 4. ch. 53. col. 4.
Zubrones sunt bouini generis longitudine aliquando quindecim cubitorum, cornua trium cubitorum habentia, adeo velocia, vt stercus posterius eiectum conuersum animal cornibus excipiat, antequam cadat ad terram. In siluis aquilonaribus degit, & est tantæ fortitudinis quod hominem, & equum cornibus ventilat, & in altum eiecit, donec conuassatum interficit. Tanta ventositate eiecit stercus, vt & canem, & venatorem stercore tactum inutilem reddat, nec capi potest, nisi ingenio fouearum. Alb. mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 11. char. 183. col. 4.
Zydeath animal dicitur esse marinum, forma mirabile, sed innocuum; caput habet vt equus, sed minus; corpus draconis habet in omni parte simile; caudam longam, sed proportionem corporis sui gracilem; est cauda tortuosa vt serpentis; totum corpus suum diuersimode coloratum est, loco alarum pinnas habet, vt piscis, & natando mouetur de loco ad locum. Alber. mag. de ani. l. 24. c. 199. col. 3.
Zyfius est animal maris nulli alij simile maximum & ingens de genere cetorum, caput habet monstruosum, os profundum valde, oculos horribiles, in toto corpore nulli alij simile est animal. Alb. mag. de ani. l. 24. c. 199. col. 3.
Zytyron animal maris esse dicunt, quod antiqui militem vocauerunt, & magnum, ac fortissimum in anteriori parte, quasi armati militis fert figuram; caput quasi casside armatum est ex cute rugosa, & dura, & a collo eius quasi dependens est scutum longum, durum, & firmum valde cauum inferius; venæ eius, & nerui de eius collo, & de spondilibus procedunt, quibus hoc scutum alligatur, & est scutum forma trianguli. Anteriora crura habet, quasi brachia longa, fortia valde, & bifurcata, & his validissime pugnat, & cum capitur, vix nisi malleis occiditur. In mari Britanico apparuit hoc animal, & est de genere tortuarum. Alb. mag. de ani. l. 24. ch. 199. col. 3.

F I N I S.